

# GLOSSARIUM

MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS



TOMUS IV.

SIGLÆ BENEDICTINORUM ·

- † Præponitur vocabulis de novo additis.
- ☞ Præponitur explicationibus quibus aut apertius Cangii sententia explanatur, aut emendatu
- [ ] Includuntur quæ in ipsum textum Cangii inserta sunt.

SIGLÆ EDITIONIS DIDOTIANÆ :

- \* Additamenta CARPENTERII separatim posita.
- [\*] Additamenta CARPENTERII Cangiano textui inserta.
- \*\* Voces novæ quæ in hac editione accesserunt.
- [\*\*] Additamenta Editoris suis locis inserta.  
Iis quæ sunt Adelungii subjectum ADEL.

SIGLÆ NOSTRÆ EDITIONIS :

- \* Additamenta Editoris suis locis inserta.  
Iis quæ sunt Diefenbachi subjectum DIEF.



# GLOSSARIUM

MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS

CONDITUM A CAROLO DU FRESNE

## DOMINO DU CANGE

AUCTUM

A MONACHIS ORDINIS S. BENEDICTI

CUM SUPPLEMENTIS INTEGRIS

### D. P. CARPENTERII

ADELUNGII, ALIORUM, SUISQUE

DIGESSIT

### G. A. L. HENSCHEL

SEQUUNTUR

GLOSSARIUM GALLICUM, TABULÆ, INDICES AUCTORUM ET RERUM, DISSERTATIONES

*EDITIO NOVA aucta pluribus verbis aliorum scriptorum*

A

Léopold FAVRE

Membre de la Société de l'Histoire de France et correspondant de la Société des Antiquaires de France.

---

TOMUS QUARTUS



NIORT

L. FAVRE, IMPRIMEUR-ÉDITEUR

1885

TOUS DROITS RÉSERVÉS





# GLOSSARIUM

AD SCRIPTORES

## MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS

### G

#### G

**G.** LITTERA numeralis, quæ 400. denotat; unde versus:

*G.* quadringentos demonstrativa tenebit.

seu ut habet Ugotio:

Ergo quater centum, *G.* nunc caudata...

Eidem literæ si linea recta superaddatur, quadraginta millia significat.

*G.* seu *g.* in Codd. MSS. mediæ ætatis usurpatur pro Senario. Vide libros Sacrament. Eccles. Rom. pag. 201. 205. 207. 260.

*G.* In superscriptione cantilenæ, ut in gutture gradatim garruletur, gemine gratulatur. Ita Notkerus Balbulus Opusc. Quid singulæ litteræ significant in superscript. cantilenæ. Vide *A.*

\* *G.* litera a *T.* tracta est, cognationem habet cum *C.*, et quando ponitur ante *U.* vocali sequente, amittit *U* vim suam sicut cum *A.*, ut *Anguis*, *quis*, Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† *G.* nonnunquam mutatur in *B.* sicut a *Figendo*, *Fibula* dicta est. [\* Quod etiam in Gallico observare est. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 447: *L'exposant prist un baston ou Gaston de bois de laditte charrette, etc.*] Pluries pro *C.* scribitur, ut mox videre est in *Gaba*, *Gabata*, *Gabia*. [\* *Gaballa*, *Gambium*, *Gamera*, etc.] Apud

IV

#### GAA

Gallos in *D.* sæpius: a *Plangere*, Gallice *Plaindre*, a *Pingere*, *Peindre*, etc. derivantur. Apud Hispanos frequentius in *H.* ut *Hermano* pro *Germanus*. At nulla familiarior hujus litteræ mutatio quam in *V.* ac præsertim in *W.* et vicissim. *Willelmus* et *Guillelmus* perinde scribuntur, et alia bene multa vocabula, quæ passim occurrunt.

\* *G.* sæpissime pro *J.* et vicissim. *Magestas*, pro *Majestas*; *Gajare* pro *Giare*, etc.

\* **GAAGNABILIS TERRA**, Ager culturæ aptus, qui coli et seri potest, nostris *Terre gaagnable*. Vide in *Gagnagium*. Charta Phil. Aug. ann. 1211. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 186: *Juhello de Meduana, in augmentum feodi sui, damus apud Lebesium hospites, terram Gaagnabilem et vivarium*. Vide infra *Gaagnagium*.

† **GAAGNAGIUM**. Vide *Gagnagium*.

\* **GAAGNERIA**, **GAHAGNERIA**, Prædium rusticum, agris colendis, mansionibus aliisque ad culturam necessariis instructum, nostris *Gaignerie* et *Gangnerie*, hodie *Métairie*. Chartul. S. Joan. Ange-riac. fol. 164. rº: *Willelmus, cognomento Rossellus, habebat Gaagneriam terræ ad Benestam et ad podium Morellum, etc.* Infra fol. 177. vº. *Gahagneria*. Charta ann. 1293. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Pe-*

#### GAA

*trus de Gorgeio, dominus de Meeille, confessus est se vendidisse... fructus, exitus et leveatas totius Gahagneriæ suæ de Meeille*. Alia ann. 1333. in Reg. C. Chartoph. reg. ch. 37: *Laquelle rente lui assiet et assigne... sur sa Gaignerie, appellé la Gaignerie feu Turpenay*. Charta ann. 1366. in Reg. 97. ch. 301: *Item une Gaignerie séant en la paroisse de S. Cîre sur Loyre, avec deux maisons de deux arpens de vignes*. Alia ann. 1395. in Reg. 143. ch. 321: *Lesquelx Bertins eussent pris jusques à certain temps de Jehan Buoir escuier sa Gaignerie et terres, à les labourer à moitié*. Lit. remiss. ann. 1482. in Reg. 208. ch. 163: *Iceelui Jehan avoit certaine maison... joignant une petite Gangnerie ou mestairie*. *Gaignage*, eodem sensu, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 475. art. 4. et in aliis ann. 1430. ex Tabul. S. Joan. Laudun. A verbo Gallico *Gaaigner*, *Gaigner* vel *Gangner*, pro *Arare*, *colere*, *serere*. Charta Phil. de Nemours ann. 1266. ex magn. Pastor. Paris. fol. 178: *Scachent tuit que je ay baillé mes terres de Guicherville à Gaingner à moitié, à religieux homme frere Hubert trésorier du Temple*. Alia pro habitat. *de Vandeuve* ann. 1271. in Reg. 72. ch. 188: *Le cheval paiera cinq moiteons de blef, moitié fourment et moitié aveine, et deux soula; et*

1

cil qui n'aura, ou ne Gaaignera de beste, un quarteron, etc. Lit. admort. ann. 1412. in Reg. 166. ch. 272 : Une terre, qui souloit estre bruyere, et n'a guaires la l'en encommencée à Gangner. Hinc Gaaignerres et Gaaignerres, Arator, qui agrum suum vel alienum proscindit. et serit. Chartul. Latiniac. fol. 159. v. 1. S'il est ouvriers ou Gaaignerres, de quelque mestier qu'il soit, il doit trois deniers. Codex S. Vic. Paris. 14. c. 1. serm. 44 : Chayns estoit Gaaignerres en terre ; se li commanda Nostre Seignor que la disme de son blé li randist. Mirac. Mss. B. M. V. lib. 2 :

Il fu, ce truis, un labouerees,  
Un Gaaignerres, en foureres, etc.

Gaaigneur, Gaigneur et Gaignent, eodem significatu. Charta ann. 1257. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 182. r. : Li quipres mui serunt de blé sec et moitden à le yeue et au tesmoignage de Gaaigneurs de Verberie. Lit. remiss. ann. 1418. in Reg. 170. ch. 232 : Jaques Lobet du lieu de Maisteres en la seneschauchie de Thoulouse, ... Gaigneur ou laboureur. Aliè ann. 1460. in Reg. 190. ch. 172 : Guischart Traffoy Gaignent et affaineur de bras, etc. Vide Gagnagium 1.

\* GAAIGNIUM, Præstatio, quæ ex agri fructibus percipitur. Reg. Phil. Aug. de Feud. Norman. ex Cod. reg. 4658. A. fol. 183 : Habet... medietatem calengii et quartam partem campipartis de Roncierres, ... et Gaagnia, quæ canonice de Marchesio Radulphi tenent de domino rege. Gayn, eadem notione, ut videtur, in Charta ann. 1312. ex Chartul. Capel. ad Planchas : Nous Jehans de Lancastrre, sires de Biauffort, et Aalis de Jainville dame de ce même lieu... donnons à l'église de Nostre Dame de la Chapelle aux Planches... un grand sextier de Gayn. Vide infra Gaaignagium.

\* GAAIGNAGIUM, GAANAGIUM, Ager cultura aptus, qui colitur et seritur, nostris, Gaaigne. Charta Drocon. dom. Triang. ann. 1251. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 345. v. : Renaudus de Marpeniaco miles recognovit quod tenet in feodum... totum Gaaignagium sive terras arabiles. Charta ann. 1223. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 372 : Concessit (Willelmus comes Nivern.) ecclesie de Belleme... burgum qui vocatur Burgus Pantonerii, ... cum Gaanagio territorii, quod vocatur territorium de Cembos, et cum pertinentiis ejusdem Gaanagii, et villam sitam sub Cersiac, quæ vocatur Domus-Dei, cum Gaanagiis et vineis. Bestiar. Ms. :

Et as plains sans (champs) et ès aies,  
Es Gaaignes et esames.

Vide Gaagnabilis et Gagnagium 1.

\* GAAIGNIA. Vide infra Gaengnia

\* GAAINGNAGIUM, Præstatio, quæ in agri fructibus exsolvitur, nostris Gaingnage. Charta ann. 1295. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 47. r. : Item triginta minas bladi, ... quarum viginti sunt in redditibus et decem in Gaingnagiis. Alia ann. 1303. ex Chartul. monast. de Escur. : Avons donné à l'abbé d'Escurey un muid et deux quartiers de froment, et six septiers d'avoine en nos rentes de Paroy, que on dit les Maiserez, et y prendront terrages et Gaingnages. Vide supra Gaaignium.

\* GAANNAGIUM, Eodem intellectu. Charta Hugon. comit. Vaudimont. ann. 1215. in Chartul. Arremar. ch. 81 : Habet ecclesia memorata in eadem villa

grangiam suam, Gaannagium suum, medietatem furni.

\* GAANNERIA, GANNARIA, Eadem notione. Tabular. Absiense ch. 236 : Ugo de Pontis et uxor ejus Audeardis, Willelmus de Turre, et Hugo et Goffridus fratres ejus dederunt quartum decimæ de Gaaneria Christiano clerico. Reg. Phil. Aug. de Feud. Norman. ex Cod. reg. 4658. A. fol. 189 : Tenet... quartam partem Gannariæ et campipartis. Infra : Ganneria. Vide in Gagnagium.

GABA, Via, quasi Cava ; quomodo rugam hodie dicimus quod rugæ frontis formam effingat. Charta ann. 1216. apud Ughellum tom. 2. Ital. sacr. pag. 770 : Et limites tales esse censentur, videlicet a pede via, venit sursum a massaria de Petralonga, et respicit ad filum cum Gaba, seu via, quæ vadit, etc. Charta Ital. ann. 1345 : Si aliqui soliaverit aliquas cavas, vel scalnaverit, seu spoliaverit, caligerit salices, ulmos, vel alias arbores, et super alienas Gabas, solvat pro pena sol. 1. et totidem pro emenda.

GABIA, Idem quod Gaba, Via, platea. Charta Philippi Episc. Amalphianni ann. 1281. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 301 : Et quia providimus, satis esse decens et conveniens, ut in vigilia translationis ipsius, novem Ecclesie nostre civitatis inferius subscriptæ deferrent arbores cum floribus et magnis columbris rosarum, induximus Rectores prædictarum Ecclesiarum, ut in vigilia ipsius translationis quelibet ipsarum Ecclesiarum deferret et offerret nobis in Gabia Ecclesie, quam propter hoc fieri fecimus, arborem suam et columbrum rosarum, etc.

\* GABADEUS, Italus, Gabbadeo, Hypocrita, fraudulentus, simulator. Barelet. serm. in festo S. Thomæ Cantuar. : Quatuor sunt generationes personarum, quæ gaudent in hoc mundo. Primi sunt mansueti, ... secundi adulatores ; tertii fatui ; quarti Gabadei, qui mundum deludunt, cum velit deludi. Vide infra Gabator.

\* GABALLA, pro Cavalla, Equa, Gall. Cavale, jument. Charta Primislai reg. Bohem. ann. 1211. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 731 : Conjuræ prædicti comitis has possessiones erogavit, villam Zaratici, Bisou cum armento viginti quinque Gaballarum.

\* GABALLUS, in charta Caroli Simpl. apud Schœpflin. Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 103. num. 129.

† GABALUM, Vide Gablum.

† GABALUS, GABALA, Crua, patibulum. Laurentius in Amalthea. Vide Gabulum 1.

\* GABANUM. [Ital. Gabbano, Gallice Caban : « Gabano de panno viridi, longo ad terram, vel quasi, grosso etiam et duplicato. (Diar. Burcharde, II. 411, ann. 1497. »)]

\* GABANUS. [Ital. Gabbano, Gall. Caban : « Tanquam noviter veniens cum Gabano vel breviori mantello et capuccino ac capello consueto. (Diar. Burcharde. ed. Thuasne, II, 74, an. 1493. »)]

† GABAR. Gl. MS. Regium : Colonis, Gabar militum.

† GABARA, GABARES, GABARUS. Vide Gabbara.

\* GABAROTUS, GABARROTUS, Cymba, naviculæ amnicæ species, nostris, Gabbarre. Charta ann. 1339. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 545 : Quod sit jus dictis consulibus et universitati... cum Gabarotis per dictum locum (de Blanhaco) transeundi. Lit. Locueloti de Roya ann. 1394. in Reg. 146. ch. 121 : Dicti querelantes cum suis Gabarrotis et parvis navibus navigando per flumen Guarona...

libere transire poterant, nec valebant ; et quod non erant ausi cum dictis eorum Gabarrotis et parvis navibus, etc. Lit. remiss. ann. 1442. in Reg. 176. ch. 185 : Invenerunt unum Gabarrotum seu parvum batellum, cum quo festinanter transiverunt flumen Garonæ. Aliè ann. 1400. in Reg. 155. ch. 390 : Comme les supplians feussent en un vaisseau, nommé Gabarre, estant sur eave en un lieu nommé l'ester du port de Corsse, près de ladite ville de Saint-Jehan-d'Angely, etc. Icellui Guillemot se transporta sur la riviere du Né, où il trouva une Gabarre, in aliis Lit. ann. 1451. ex Reg. 185. ch. 198. Unde Gabarrier, qui ejusmodi naviculam ducit, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 17 : Ung autre Gabarrier... lequiel amarra sa Gabarre joignant celle du suppliant. Vide Gabarrus.

GABATA, GAVATA. Isidorus lib. 20. cap. 4 : Lancis, Gavata, quasi cavata, g. pro c. littera posita. Perperam Gravata editum. Papias : Gabata, Patena, vas, quasi cavata. Ugitio : Simpuvium, genus poculi, quod et Gabata, vel Grabata dicitur. Joan. de Janua : Gavata, vas escarium, quasi cavata ; et differt a Concha, quia hæc est cavata, illa concava. [Quibusdam tamen idem ac concha, fuit, ut videre est tom. 4. SS. Junii pag. 756 : Oblata Gabata seu Concha ex auro purissimo, pensante libras xxx. pretiosisque vestibus.] Gloss. Lat. : Gavata, Vaisseau à garder viande [in Sangerman MS : Vastiau ou vastiau à mettre ou porter viande.] Glossæ Basil. : Καύκον, γάβατα. Theophranis verba, etc. τὸν καύκον ἐπίτε, vertit Miscella, in Gabata bibisti. Est igitur Gabata, seu Gavata, lancis genus. Gabatam dixit Martialis lib. 7. Epigr. 48. Gavatum recentiores aliqui. Fortunatus lib. 11. Poëm. 9 :

Carnea dona tumens argentea Gavata perfert.

Exstat Epigramma Ennodii, quod est 9. cum hoc lemmate : De compositile habente septem Gavatas, hoc est, lances, vel discos. Glossæ Pithœonæ, ex quibus emendandæ Isidorianæ : Paropsis, Gavata, catinus.

\* Γαβαθὸν, γαβαθὸν, apud Hesych. Vide Maffei Observat. Liter. tom. 2. pag. 275. GABATÆ non semel inter ministeria sacra reponuntur a Scriptoribus : Gabatæ medianæ anactæ, Gabatæ liliatæ, Gabatæ collinellatæ, vel potius columelatæ occurrunt etiam crebrius in Hist. Episcopor. Autisiodor. cap. 20. Gabatæ electrinæ, apud Anastasium in Vitis P.P. pag. 71. 165 ; Gabatæ interrassiles, pag. 121 ; Gabatæ aureæ Samicæ, pag. 72. 165 ; Gabatæ interrassiles, pag. 121 ; Gabatæ aureæ fundatæ, pag. 122 ; Gabatæ aureæ purissimæ interrassiles, filopares, pag. 165. 174. Sunt autem hoc loco Gabatæ, lances seu disci in Ecclesiis, a laquearibus pendentes, cereis vel lampadibus instructi. Idem Anastasius pag. 128 : Necnon et Gabatas fecit, ex auro purissimo, quæ pendentes in pergula ante altare. Pag. 131 : Fecit Gabatas sex cum Cruce ex argento purissimo, quæ pendunt ante arcum majorem. Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. pag. 236 : Gabatas argenteas cum lampadibus obtulit, et continuatim vigiliis ardere præcepit. Adde eundem Anastasium pag. 118. 165. 174. et Ademarus Cabanensem in Chron. apud Labeum pag. 179. [Ademar Histor. lib. 3. cap. 56. ap. Pertz. Script. tom. 4. pag. 141. lin. 23.]

† GABATHA, in Actis SS. Maii tom. 3. pag. 393. Junii tom. 2. pag. 150. et pag. 573.

GABATUS, apud Anastasium pagina 46. **GABATOR**, sive *Gabitor*, dicitur homo *jocosus*, in Glossario Cambronensi. Etiamnum *se Gaber de quelqu'un*, dicimus pro aliquem irridere. [Etymon a Britannico *Goap*, vel *Goab*, Irrisio, jocus; *Goapa*, Jocari, irridere; *Goapaer*, Jocosus, irrisor. Vetus Poëta MS. e Bibl. Coisl. :

Le tornerent à Gaberie,  
N'i a celui qu'il ne s'en rie.]

\* Ital. *Gabbatore*, a verbo *Gabbare*, quod Decipere, contemnere, irridere, jocari iisdem sonat, ut *Gabar* et *Gabaire* Poetis Provincialibus. Nostris *Gabois*, Jocus, irrisio, fraus. Hugo *Platon* in Contin. Hist. Guill. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 711: *Anseau de Brie... ne vout croire les espies, ains en fist son Gabois*. Phil. *Mouskes* in Carolo Simpl. :

Et cil Rollans ot dit ançois  
A Hastenc tout par son Gabois  
Que il deslooit la bataille.

*Gap*, eodem sensu, in Vita J. C. Ms. :

Reportés li son or sans Gap,  
Et li vous rende vostre drap.

Ibidem :

Il ne fu mie fais par Gap.

*Gas*, apud Bellom. Ms. cap. 15. Chron. Franc. apud D. *Le Beuf* tom. 1. Dissert. pag. cxlvij.

Li cuens de Bar n'en revint pas  
Qu'il y fu pris, ce n'est pas Gas.

Le Roman de Robert le Diable Ms :

A Gas et a mélancolie.

\* Ejusdem originis atque notionis *Gabuser*, Irridere, in Lit. remiss. ann. 1466. ex Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 176 : *Le suppliant voyant qu'icellui Malortie se vouloit moquer et Gabuser de son pere et de lui. Le suppliant dist a icellui Ballain qu'il ne se faisoit que Gabuzer de lui*, in aliis Lit. ann. 1467. ex Reg. 199. ch. 17. Hinc *Gabuserie*, Deceptio, impostura. Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 179. ch. 191 : *Lequel (bateleur) faisoit agenoillier les bonnes gens dedant lui, et leur preschoit plusieurs Gabuseries et museries*.

\* *Degaber*, eadem acceptio, dixerunt; sed et pro Denegare usurpari videtur in Redit. comit. Namurc. ann. 1265. ex Reg. sign. *Papier velu* Cam. Comput. Insul. fol. 9. vº : *Et se on les Dégabe, il s'en doivent raler*. Unde *Dégabement*, pro Contemptus, opprobrium, in Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 25. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 206 : *Sigeberz li rois de Més savoit bien si frere estoient en reproche et el Dégabement du monde pour le péchié de luxure*. Vide supra *Gabadeus*.

**GABBARA**, GABBARES. Ita vocabant Ægyptii mortuorum condita cadavera, quæ alii *Mumias*. Papias : *Gabbari, inclusi barbari : unde Gabbares, mortuorum corpora condita*. Gloss. Isid. : *Gabarus, insulsus, barbarus, unde Gabares mortuorum*. [Eadem Glossæ : *Gabares, Mortuorum condita corpora*. Scribe *Gabares*.] Ita etiam Ugutio cum unico b. S. Augustinus de diversis Serm. 120. cap. 12 : *Ægyptii soli credunt resurrectionem, quia diligenter curant cadavera mortuorum : morem enim habent siccare corpora, et quasi ænea reddere, Gabbaras ea vocant*. Vide Scaligerum Epist. 198. et in verbo *Mumia*.

**GABBARUS**, Squilla, piscis. Gloss. Gr.

Lat. : *Καρίε, Scilla, Gabbarus*. Ita in MS. Editum habet, *Gabacus*. Joan. Architrenius lib. 1 :

In his quinque pedes produxit Gabbarus artus.

In Consuetudine Burdegalensi art. 116. *Gabarre* est navicula amnica, *Gabarrier*, navicularius. Cujus vocis etymon ab Hebræo accessit Steph. Guichartus. Computum Barth. *Du Drach*, Thesaurarii Guerrarum ann. 1388 : *Mises et depenses pour prendre, amener et assembler plusieurs nefes, Gabarres, et autres choses necessaires aus pons et passages sur la riviere de Garonne*. [Vide *Gabbara*.] [\* et *Gabarotus*.]

† 1. **GABBIA**, Carcer. Vide in *Gabia*.

\* 2. **GABBIA**, vox Italica, Corbis, qualis; sed et pro Malo, cui *Gabbia* imponitur, in Charta Contr. II. reg. Sicil. pro Pisan. ann. 1269. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imper. Leon. Urbev. pag. 273 : *Si navis vel lignum fuerit de duabus Gabbiiis, (solvere debeat) medium augustarem auri tantum; et si habuerit unam Gabbiam, tantum duos tarenos auri; et lignum quod Gabbiam non habuerit cum cuperta, unum tarenum auri tantum*. Vide in *Gabia*.

† **GABELSIO**. Vide *Gambeso*.

† **GABELLA**, pro Presidio militari, *Garnison*, non semel usurpatur a Raimundo Montanerio in Hist. Catalanica Regum Aragon. cap. 205. 206. 207. 249. Vide alia notione in *Gablum*.

\* **GABELLARE**, GABELLERIUS. Vide infra in *Gablum*.

\* **GABELLOTUS**, Monetæ species, denarius, drachma, Ital. *Gabellotto*. Lib. cens. eccl. Rom. : *In episcopatu Mimatensi, unum Gabellotum*.

\* **GABENA**. [Archa. DIEF.]

\* **GABEO**, Ludicrus, facetus, Ital. *Gabevole*. Caremon. Rom. fol. 42 : *Domum ac familiam cum omni honestate et modestia gubernent* (Cardinales), non sint in ea lusores, rixatores, *Gabeones* et viri infames, etc. Vide supra *Gabator*.

† **GABERINA**, Arca, in Gloss. Isid. scilicet qua mortuorum corpora conduntur. Vide *Gabbara*.

† **GABERNA**, pro *Gaberina* legitur apud Martinium in Lexico.

\* **GABETTUS**. [\* F. Vasis genus ad instar naviculæ. Vide supra *Gabarotus*.] Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis ann. 1295 : *Item una reliquia cristallina, cum duobus Gabettis argenti deauratis, quam supportant duo Angeli, etc.*

**GABIA**, Cavea, unde vocis etymon; Italis *Gabia*, et *Gabbia*, nostris, *Cage*. Gloss. Gr. Lat. : *Γαλέαγα, Gabia*. Occitanis *Gabio*; ex quo *Gabiones*, urbium et castrorum munimenta ex pluribus sportulis terra oppletis educta et erecta. Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 4 : *Accipitres... ponantur mense Martio vel Aprili in Gabia magna*.

Sumitur etiam pro carcere. Vetera Acta de Jacobo ultimo Rege Majoricarum : *D. Jacobus per annos 3. et ultra in tristissimis et durissimis carceribus fuit per Regem Aragonum, et in Gabia ferrea noctibus et diebus, cum dormire volebat, reclusus*. [Chron. Veronense ad ann. 1230. apud Murator. tom. 8. col. 624 : *Et post paucos dies conducti fuerunt in palatio Communæ Veronæ, et in Gabiis carcerati*.] Petrarca part. 1. Son. 4 :

In così tenebrosa, et stretta Gabbia  
Rinchiusi fummo.

† **GABBIA**, Eadem notione. Posuerunt ipsum in quadam Gabbia de ligno, de

*duabus partibus compeditatum*, in Chronico Astensi apud Murator. tom. 11. col. 145.

† **GABIA**, Carchesium, Gall. : *La hune ou la cage qui est au haut du mât du navire*. Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1264. apud Murator. tom. 6. col. 532 : *Erant autem naves tres, una quarum major erat aliis, et tardæ magnæ cum Gabiis, panzonus unus, galææ duæ, et sagitteæ una*. Aliud est in Litteris ann. 1212. apud Rymer. tom. 1. pag. 163 : *Cum bahstariis, et servientibus, et duabus Gabiis suis*.

**GABIOLA**, diminutivum a *Gabia*, Carcer, Gall. *Geole*. Gloss. Gr. Lat. : *Ζωυπετον, Caviola*. Charta ann. 1222. in Tabulario Campaniæ Thuanò : *Erunt liberi a tallia et tólta, et custodia totius villæ, turris, et Gabiolæ, neque ibunt in chevaucheiam, etc.* Occurrit ibi pluries. Habetur alia ejusdem tenoris ann. 1209. apud Pithœum ad Consuet. Trecentis. art. 2. Observat Salmasius ad Vopiscum, ubi apud hunc Scriptorem hæc leguntur in Probo : *Neque enim erat bestiarum impetus ille, qui esse e caveis egredientibus solet; Palatinum Codicem præferre, a cabeiis : nam ita, inquit, scribebant, cabeiæ, vel cabiæ, unde diminutivum Cabiola, et Gabiola*. Vide *Gaba*.

\* **GABIDUS**, *Frigido*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **GABINETUM**, *Cimelium*, apud Laurentium in Amalthea, Gall. *Cabinet*. [\* Ital. *Gabinetto*, Penetræ.]

\* **GABINUM**. Vivarium, cavea, Ital. *Gabbia*, eadem notione. Charta Frider. II. ann. 1223. pro monast. S. Cæsar. Arelat. ex sched. Pr. de Mazaugues : *Sicut jungitur... et Gabino et stagno de Vacares*.

† **GABIOLA**. Vide *Gabia*.

† **GABITOR**. Vide *Gabator*.

† **GABLAGIUM**. Vide in *Gablum*.

\* **GABLERIUS**, est qui agilime ascendit ad *Gabiam* super navis arborum consistentem. Rursum : *Gablierus, qui ascendit ad Gabiam arboris navis cum expedit*. Barber. in Gloss. ad *Docum. d'Amor* pag. 257. et 259. Italis, *Gabbiero* et *Gabbiere*, nostris *Gabier*. Vide supra *Gabbia*.

**GABLUM**, Census, tributum, reditus : ex Saxonico *gafol*, vel *gafel*, eadem notione : illud vero ex Hebræo *Gab*, quod idem sonat, si Guichartum audimus. [Rectius a *Cabal*, recipere, deducitur. Chartularium SS. Trinitatis Cadomensis fol. 27. verso : *De hantone receperunt firmari 26. virgas terræ et dimid. decem et septem harum ad opus, 9. et dimidium ad Gablum*.] Domesdei : *Wallingford continet 276. hagas, reddentes 9. libras de Gablo*. Alibi : *Oxford. Hæc urbs reddebat pro theolonio et Gablo Regi 20. lib. et sextarios mellis Comiti Alpharo 10. libr.* Occurrit ibi non semel, et in Legib. Inæ Regis cap. 6. 25. et Henrici I. cap. 56. in Charta Guillelmi Nothi Regis Angl. ann. 1082. pro fundat. Abbat. S. Trinitatis Cadomensis apud Acherium in Notis ad Vitam Lanfranci pag. 34. in alia Edw. Confessoris apud Seldenum de Titul. honor. 2. part. cap. 5. pag. 613. in Monastico Angl. tom. 1. pag. 20. 437. 560. 624. tom. 2. pag. 969. apud Will. Thorn. ann. 1343. apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkynd* pag. 177. etc.

**GAULUM**, pro *Gablum*. Charta Philippi Comitis Flandriæ ann. 1176. apud Buzelinum in Gallo-Flandr. lib. 2. cap. 22 : *In eodem pago villam Salliacum cum vivario, molendino, furno et Gaulo : villam etiam Gavgiacum... et totum Gaulum ejusdem villæ... In pago Atrebatensi vil-*

lam Bariacum, et Gaulum cum omni integritate.

\* Nostris etiam *Gaule*. Charta Guid. de Castel. Comit. S. Pauli ann. 1294. ex magn. Chartul. nig. Corb. fol. 181. v<sup>o</sup>: *Et euons le Gaule de Centeleu, liques Gaules vaut par an six sestiers et plainne mine de blé et sis sestiers et plainne mine d'avenne*. Charta Ludov. X. ann. 1315. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 186: *Comme le Gaule de Cambrai et de Cambresis avec toutes les droitures, rentes, reuenuës, es-ploiz et emolumens appartenans audit Gaule, lequel soloit tenir Robert jadis quens de Flandres, nous soit venuz en commis par le meffait et forfaiture doudit Robert; et icelui Gaule o touz ses droits et appartenanches, etc.* Reg. Corb. 21. fol. 68. v<sup>o</sup>: *C'est ce que le vidame de Chartres a à Monchy ou bos, à Granville et à Wailly et es terroirs desdites villes. Primo, il y a le visconté, laquelle l'advoué de Ransart tient de lui les Gaules, les advoueries et le travers de Wailly, dont le grand Gaule de Monchy, de Wailly et de Granville vault à Arras livré le Joedi, le Vendredi, le Samedi prochain après la S. Remy iiii<sup>e</sup>. et xxvj. mencaus d'avenne et iiij<sup>xx</sup>. vj. guelines... et xl. mencaus pour les eschevins des trois villes, lesquels sont à recueillir les Gaules les trois jours dessus dits... Item il y a une autre Gaule, que on paie au jour Nostre Dame en Mars, et monte à xxvj. mencaus d'avenne*. Ex quibus *Gaule*, idem videtur hic atque præstatio illa, quæ a vassallis et subditis domino pro ejus protectione pensitabatur.

GABLAGIUM, Idem quod *Gabum*. Tabularium Fisanense ann. 1260. fol. 51: *Et manentes in ea debent ire ad furnum, et molendinum ipsius Abbatis, et debent Gablagium, et alia jura per annum*. Fol. 88: *Et custos meos in die Veneris proxima post festum sancti Martini hiemalis, quando Gablagium colligebatur per villam*. Occurrit præterea in Charta Henrici II. Regis Angl. pro Abbatia S. Mariæ de Voto.

\* Charta Unfredi de Rohan confirmata a Carolo IV. ann. 1324. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 42: *Concessi Roberto Postello.... domum suam.... ab omni servitio quietam,.... exceptis istis, quatuor nummis Gablagii et quatuor estalagii, etc.*

GABLAIGIUM. Polyptychum Fisanense ex Charta ann. 1235: *Dominus Radulfus de Argentis tenet unum masagium.... unde reddit sex denarios de Gablaigio et sex denarios de porprestura*.

† GABALUM, Eadem significatione. Charta anni 1360. apud Rymer. tom. 6. pag. 215: *Absque custuma, subsidio, pedagio, Gabalo, aut alia redeventia, seu impositione quacumque*.

GABULUM, Eadem pariter notione, apud Will. Thorn. pag. 1788. 2078. 2130. in Monastico Angl. tom. 1. pag. 577. 594. etc. Charta MS. M. Abbatis S. Vedasti Atrebat. ann. 1245: *Cum mota esset contentio... super Gabulo Atrebatensi et receptione ipsius*. Infra: *Insuper dictus Bajulus ordinavit, quod Gabulum supra-dictum mensurari debet ad talem mensuram, ad quam homines vendunt et emunt in foro Atrebatensi*. Ibidem: *Si autem homo non manens super terra debente Gabulum, velit terram debentem Gabulum ahanare, ipse potest quamlibet men-caldatam terræ ahanare pro uno boistello avenæ, etc.* Ubi *Gabulum* sumitur pro præstatione agraria, et *blado*, quod ex messibus domino penditur. [Apud *Max-dox* Formulæ Angl. pag. 313: *Sciatis*

quod nos concessimus Abbati et Conventui de Brueria allocare et elongare Gabulum boveris suæ. Vide *Gavalum*.]

† GAVELUM, GAVULUM. Chartularium S. Vedasti Atrebat. notatum V. pag. 143: *Abbas hujusmodi conrodia pro Gavuli commutatione redemit*. Ibidem: *De Consuetudinibus Gavuli*. In villis igitur S. Vedasti quæ *Gavelum* solvunt, debent singula curtilla duos mancaldos avenæ, unum denarium ad deductionem, unum panem ad canes et unam gallinam ad aves Comitum; carruca modium avenæ, dimidia carruca dimidium modium, terra ad unum jumentum quatuor mancaldos. Feodi liberi sunt, terræ dominicæ S. Vedasti liberæ sunt a Gavelo.

HAGABULUM, Idem quod *Gabulum*. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 32: *Habent et dicti Canonici... 50. acras terræ in libera elemosyna, salvo Hagabulo Domini Regis, quæ solvunt singulis annis Ballivis Dom. Regis... 57. sol.* Occurrit ibi semel ac iterum.

GABULARII, Gabulo, seu gablo obnoxii. Monasticum Angl. tom. 1. pag. 1020: *Et omnia prata... eisdem concedo, salva communia Gabulariorum meorum de Pulla post fenum collectum et abductum*. Vetus Charta Anglo-Gallica apud Spelmannum in Villanus: *Frankes tenants, coterols, ou Gabelators*.

1. GABELLA, Vox ejusdem originis et notionis ac *Gabum*. Nam qui aliunde etymon arcessunt, toto cælo aberrant. Varias horum sententias collegit et expendit eruditus Menagius in Origin. Gallicis et Italicis, quem fugit Saxonium etymon, cæteris ab eo allatis longe probabilius. Walsinghamus in Richardo II. pag. 243: *Eo quod totiens non tam aporiassent, quam despoliassent patriam diversis taxis, quas Gabelas appellant. Datæ vel Gabelæ, apud Sanutum lib. 3. part. 15. cap. 25. extremo. Leges novæ Relp. Genuensis ann. 1576. cap. 2: Publica vectigalia, quas Gabelas passim nuncupamus*. [Litteræ ann. 1289. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 49: *Item nobilis in subsidium expensarum, quas eum propter hæc et suam et suorum defensionem facere oportebat, quædam pedagia in terra sua de novo auctoritate propria imposuit, et tam pedagia ipsa sic imposita, quam quoddam aliud genus pedagii quod Gabella vulgariter appellatur hactenus per prædecessores suos consimiliter impositum*. Litteræ Humberti Dalphini Vienn. apud Stephanotium Fragn. hist. tom. 7: *In tota terra nostra sint immunes et franchi ab omnium pedagiorum, Gabelæ et tributorum præstatione, etc.* Hist. liberationis Messanæ a Comite Rogerio apud Murator. tom. 6. col. 623: *Nulla unquam tempore.... tallia, collecta, angaria, perangaria, echioma, Gabelæ, mutuum, extorsio jaciatur, imponatur*. Vide *Gabellæ*.] Ita usurpator pro quovis tributo, in Charta Rogerii Regis Siciliæ ann. 1129. apud Bonifilium Constantium in Hist. Sicil. part. 1. lib. 4. ut et apud Scriptores Italicos, Joan. Villaneum lib. 6. cap. 60. lib. 8. cap. 9. lib. 9. cap. 16. lib. 10. cap. 19. 196. Matth. Villan. lib. 7. cap. 81. etc.

\* Stat. Montis-reg. pag. 308: *Statutum est quod quælibet persona, quæ pascharet aliquas bestias in alpinis dictæ civitatis, teneatur solvere dictam Gabelam dicto gabellatori de fructibus factis in dictis alpinis*.

\* 2. GABELLA, Interdictio. Charta Petri II. reg. Aragon. ann. 1231: *Interdictum et inhibitionem prædictam (de non extrahendis mercibus quibusdam et rebus*

de terra nostra et ad partes alienas deferendis) vocatam a pluribus Gabelam, absolvimus, relaxamus atque totaliter revocamus.

\* 3. GABELLA, Locus, ubi *Gabella* seu vectigal percipitur. Stat. Verceil. lib. 1. pag. 23. v<sup>o</sup>: *Qui quartaronus signari debeat singulis anni signo potestatis Vercellarum;... ad similitudinem et magnitudinem cujus quartaroni, fiant duo quartaroni, qui stare debeant ad Gabelam blavæ*.

† 4. GABELLA, Pensitatio Clericalis. Vita S. Bernardi Menthonensis tom. 2. Junii pag. 1078: *Gabellam in nodo paratam ministrando atque vera judicium faciendo*.

GABELLA VINI. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 78: *Gabellum in vulgo dicitur certa quota, quæ datur de certis vasis vel mensuris Vini vendendi, domino terræ vel Communi civitatis*. Occurrit etiam in tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 576. [et in Epist. Nicolai Papæ V. Carolo VII. Franc. Regi. Statuta Arelat. MSS. art. 171: *De Gabello vini... Quilibet Arelatensis solvat pro singulis modis vini, quod vendet, XII. den.*] *Gabelle de Vins*, in Statutis Ducis Bullionensis art. 572.

GABELLE DES DRAPS. Rotulus ann. 1332: *L'on souloit rendre de l'imposition de la Gabelle des Dras de la Senechaussée de Carcassonne 4500. liv. T. par an, laquelle fu abatue l'an 1333. parmi France*.

† GABELLA PISCARIÆ, f. Lex scripta quæ continebat *Gabellas* ab iis qui vendebant pisces, exsolvendas. Statuta Massil. lib. 1. cap. 49: *Item, Statuimus quod aliquis extraneus vel civis non possit vendere pisces nisi in piscaria communis, vel ante bruginos in scario navium, secundum quod continetur in Gabello Piscariæ*.

GABELLA SALIS. Consuetudines Municipales Aquarum mortuarum oppido concessæ a S. Ludovico ann. 1246: *Sed neque Gabelle Salis, seu alterius mercimonii possint ibi fieri contra homines villæ*. Ex quibus docemur, *Gabellam*, quæ vox hodie salis tributo nude ascribitur, longe ante Ludovicum Magnum, seu Longum, exstitisse, quem illius auctorem quidam volunt. [Consule Probationes Hist. Monmoren. pag. 58.] Habetur in Regesto Camera Computorum Parisiens. signato B. incipiente ab anno 1330. et desinente in ann. 1340. f. 156. Statutum Philippi Regis ann. 1331. quo, ut hostibus suis obsisteret, ad levius subditorum gravamen, aliquot salinaria horrea intra regni fines instituit, quorum procuratores, commissarii, ac supremi iudices (*Souverains Commissaires, Conducteurs et Exécuteurs desdits Greniers et Gabelles*) delecti fuere Mag. Guillelmus Pinchon, Archidiaconus Abrincensis, Petrus de Vilain Archid. Parisiensis, Mag. Philippus de Tire, Thesaurarius Bajocensis, Magister Requestar. Hospitii, Mag. Rainaldus Chaviau, Guido Chevrieres, Artus de Provins, Milites, et Mag. Jacobus de Boulon. Qui quidem procuratores, in alio Statuto 2. Octob. ann. 1342. dicuntur *les Deputez sur le fait du sel*. Joan. Abbas Laudun. in Speculo Histor. MS. lib. 11. cap. 71: *En ce meismes an (1342.) mist le Roi une exaction au Sel, laquelle est appellée Gabelle, dont le roi aquist l'indignation et malegrace tant des grans comme des petits, et de tout le peuple*.

Postmodum vero, cum vererentur Franciæ Ordines, ne ejusmodi salarium vectigal, fiscale perpetuumque fieret, et

Principis ærario in posterum adscribetur, pollicitus est idem Rex Edicto 15. Febr. ann. 1345. se, cum primum Regnum ab ingruentium bellorum metu vacaret, illud sublaturum. Exstat præterea Statutum aliud Joannis Regis 28. Decemb. ann. 1355. in Regesto Memorialium Cameræ Comput. Paris. signato C. f. 203. cujus meminit Froissartes 1. vol. cap. 155. quo ex universorum ordinum consensu rursus in toto regno impositum ac exactum est salarium tributum, pro bellorum impensis.

Rege postmodum in Pictavensi prælio ab Anglis capto, rursus, inter cætera tunc temporis ad illius redemptionem imposita tributa, *Gabella Salis* a Parisiensibus ad annum permissa Carolo Delphino, intra Vicecomitatus Parisiensis limites, 11. Augusti ann. 1358. moxque totius salis, quod Parisiis tum exstitit, intra 13. ejusdem mensis recessionem, 28. Octobr. subsequentis salis modio 60. scutorum aureorum pretium est impositum, quorum 26. essent mercatoris, 34. Ducis et Ædiliū urbis: ac Ducis quidem 26. Ædiliū vero 8. Demum 26. Novembris ejusdem anni salis modio centum scutorum pretium, fuit indictum, quorum 26. essent mercatoris, 56. Regis, et 18. urbis: quod auctum postmodum fuit 1. Febr. subsequentis.

Inito denique ad Brettinacum cum Anglis fœdere, quo Joannis redemptioni satisfaceret, ab eodem Rege litteris 5. et 18. Decemb. ann. 1360. varia fuere indicta tributa, atque in iis salarium vectigal, quod *Aide sur le sel*, appellatum fuit, ut et *Gabelle de sel*, in Chronico Flandriæ cap. 111. extremo. Describuntur eæ in 8. Regesto Memorialium Cameræ Comput. Paris. fol. 12. et 13.

Exinde *Gabella*, seu salarium istud vectigal, ut cætera pæne tributa, quod in regni necessitates ex trium ordinum consensu, solebat indici, in fiscalem et perpetuam pensationem transiit, quæ pro arbitrio Principis in immensum postea excrevit. Jo. Fortescutus de Laudibus Legum Angliæ cap. 35: Præterea non patitur Rex (Franciæ) quemquam regni sui salem edere, quem non emat ab ipso Rege, pretio ejus solum arbitrio assesso. Et si insalsum pauper quivis mavult edere, quam salem excessivo pretio comparare, mox compellitur ille tantum de sale Regis ad ejus pretium emere, quantum congruet tot personis, quot ipse in domo sua fovet. Tradit Ægidius de Roya ann. 1450. Philippum Ducem Burgundiæ et Comitem Flandriæ, more Regum Franciæ petiisse a suis de Gandavo, concedi sibi *Gabellam Salis*, quam ab iis denegatam idem scribit. Sed et ab Andronico Seniore Imper. CP. exactam refert Pachymeres lib. 10. cap. 9. Vide Constit. Siculas lib. 1. tit. 87.

\* Hujus seu granariorum salis, ut verius dicam, institutionem Philippo Valesio adscribit Auctor Chron. abbat. Corb. Ms. fol. 70. vº: Anno 1343. cum Philippus Valesius multis bellis occupatus contra Edouardum Anglorum regem pro jure regni Franciæ, quod Edouardus reclamabat ad se spectare, cum re pecuniaria laboraret, novam inventionem exigendæ pecuniæ excogitat, qua sine discrimine cujuscumque conditionis omnes regnicolæ tenerentur. Nam prohibet sal, quo nemo abstinere potest, comparari aliunde, quam ex publicis granariis quæ instituit. Quæ exactio vulgariter dicitur *Gabella salis*. Id genus tributis, etsi grave nostris visum est, tamen usque ad hanc ætatem penditur, a quo nemo liber est.

Vide hac de re ejusd. reg. Literas et ad easd. observat. de *Lauriere* tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 179.

† 1. GABELLARE, Gabellam exigere. Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1363. tom. 3. Ordinat. pag. 623: *Quod dictum sal semel duntaxat debeat et possit Gabellari et non ultra, imo ex quo fuerit semel Gabellatum, emptor salis possit dictum sal ubique libere portare et vendere, vel aliter modo quolibet exspectare.*

\* 2. GABELLARE, Gabellam seu vectigal pendere, Ital. *Gabellare*, nostris *Gabeler*. Lit. ann. 1367. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 103: *Mercatores et venterit salis, qui... sal capere consuverint et mercari de salinis regni nostri, et ibidem Gabellare, etc.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 37: *Item d'avoir vendu à leur profit ledit sel ainsi défatqué senz Gabeler.* Unde *Gabelliers et officiers establis sur le sel*, in Lit. Phil. VI. ann. 1340. ex Reg. B. 2. Cam. Comput. Paris. fol. 84. rº.

† GABULARE, Vectigalia, tributa solvere. Chartularium Cadomense: *De ipsis qui Gabulant libere.* Et alibi: *Isti sunt qui Gabulant libere. De operariis Lewinus pro una virgata debet operari quaque die sine Sabbato, etc.* Vide *Gabulum*.

\* GABELLERIUS, *Gabellæ* seu vectigalium exactor, publicanus, Ital. *Gabelliere*, nostris, *Gablier*. Stat. Vercel. lib. 3. pag. 50. rº: *Et fiat ipsum scriptum præsentè Gabellero seu salerio, et aliter non bullitur.* Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 171: *L'exposant mist main à la lace de Drouet le Gablier, et en emporta plain son poing de monnoie.*

GABELLATI BAJULI, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 57: *Bajuli, qui in Gabellam vel credentiam Bajulationes suas administrandas suscipiunt*, tit. 59. § 1. qui præposituras suas ad firmam tenent. Statuta MSS. Caroli I. Regis Sicil. cap. 49: *Tuit li Chamberlanc et li Bailli, puis qu'il auront receu aministrer les Bajulations en Gabelle, que il facent serment, etc.* *Gabellato*, Italis est, quiddam tributo et præstationi est obnoxium. Matth. Villaneus lib. 7. cap. 81: *L'autre cose, ch'entravano con somme, o con carra, tutte erano Gabellate.*

† GABELLATORES, Idem qui infra *Gabelloti*. Extractum computi *Gabellæ* S. Simphoriani anni 1321. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 159: *Libraverunt Gabellatores in pretio triginta novem duodenarum fileriarum magnarum.* Ibid. ex Instrum. ann. 1337. pag. 335: *Eisdem administratoribus responderi facere promisit per bayllivos, judices, castellanos... Gabellatores, etc.* Instr. ann. 1471. apud Rymer. tom. 11. pag. 727: *Gabellatoribus, customariis, scrutatoribus, etc.*

GABELLOTI, CABELLOTI, Gabellarii, publicani, vectigalium et tributorum redemptores, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 59. 76. Charta Friderici Regis Siciliae ann. 1305. pro mercatorib. Majoricensibus MS.: *Quilibet mercator solvat tantummodo Cabellotis, seu Credentariis dohanarum maris terrarum locorum ejusdem insulæ Siciliae... Gleifatum auri, etc.* Occurrunt *Cabelloti* in alia ejusdem Friderici ann. 1298. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Messan. pag. 340. [Instr. ann. 1389. ex Archivis S. Victoris Massil.: *Maria Regina Jerusalem et Siciliae et Officialibus regni, nec non Gabellotis arrendatoribus et credentariis regiæ Gabellæ.*] *Cabellieri* dicuntur Joanni Villaneus lib. 10. cap. 196. lib. 12. cap. 91.

\* GABRIHEL. Laudes puerorum in med. Quadrag. ex Cod. eccl. Camerac. 13. sæc.: *Exceant pueri de scola ad novum argenzolum, pueri mei, pueri boni, quam multi estis, multi et boni, in campo Marthis erant belles, isti sunt septem dies in Gabriheli.* Sensum quærat, cui per tempus licet.

\* GABULA, [Furca, patibulum. DIEF.] 1. GABULUM, pro *Gabalum*. Nonius cap. 2: *Gabalum, Crucem dici veteres volunt, etc.* Athelmus de Laude Virg. cap. 29. de Christo.

Quando Crucis Gabulum, sacro corpore scandit.

Leges Monachorum Hydensium Edgari Reg. cap. 6. de Christo: *Ligno quippe perditum, ligni scandens Gabulum, genus redemit humanum.* [Gloss. Lat. Gr. Sangerman.: *Gabulum, βάρανος, Tormentum.*]

2. GABULUM, pro *Gabalum*, Frontispicium, frons ædificii, ex Anglico a *Gablehead*, Belg. *Geevel*, Chaucero *Gable*. Will. Thorn. ann. 1276: *Comparavit etiam puturam pulpiti in Ecclesia, et Gabuli in refectorio.* Vide *Gabulum*.

GABUSIA, Caulis species, quam *Choux Gabus* [Cabus] dicimus, apud Petrum de Crescentiis lib. 6. de Agricult. pag. 324.

† GABUTA, Pedum episcopale, in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 313. Vide *Cambuta*.

\* GAÇARI, Hæretici Valdenses sectatores. Stat. synod. Reat. eccl. Mss.: *Anathematizamus omnes hæreticos Patrenos, Gaçaros, Pauperes de Lugduno et omnes alios hæreticos, cujuscumque sectæ et quocumque nomine censeantur.* Vide infra *Gazari*.

† GACHA, GACHIA, Vigil, speculator, custos. Regestum Belloquadrae et Ne-mausi ann. 1317. fol. 208. vº. in Camera Comput.: *Item quod homines debent Gachare dictam villam et dominus Rex turrim suam, quam habet ibi et Gacha illius turris debet exitare et revelhare Gachas dictæ villæ.* Computum Castellani Avisan. inter Computa Vienn. in Delphin. ann. 1318: *Pro expensis IV. Nobilitum et VI. popularium quos tenuit dictus Castellanus in custodia dicti castri a die Martis 25. mensis Janoarrii, qua die decessit dominus Montis-Albani, usque ad diem Dominicam sequentem, qua die dictus D. Dalphinus venit apud Avisanum, cum duobus Gachiis, quæ continue steterunt ibidem IV. lib. IV. sol. IX. den. Vienn. Vide *Guacha* et *Wactæ*.*

\* GACHARE, GACHIARE, Excubias agere, Gall. *Faire le guet*. Lit. ann. 1363. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 273. col. 1: *Compellere nittitur de facto conquerentes ad mittendum et eorum propriis sumptibus et expensis tenendum unum hominem armatum ad Gachandum, pernoctandum et vigilandum infra castrum prædictum Sumidrii singulis diebus.* Comput. ann. 1372. ibid. pag. 316. col. 1: *Solvi nominato Pege et Jacobo Roverie, qui steterunt supra cloquarium pro Gachando nocte et die.* Vide *Gacha*.

\* GACHERARE, Agrum proscindere, agricolis nostris *Jacherer*, alias *Gasquerer*. Charta Odon. archiep. Rotomag. ann. 1255. ex Cod. reg. 1245. fol. 167. rº: *Terras nobis restituet in eo statu, in quo recipiet eas, videlicet Gacheratas et binatas.* Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1415. fol. 11. rº: *Trente journeux de terre binotés et Gasquerés. Terre gacherte, Ager proscissus, non satus, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 198: Un varlet de l'église de S. Jehan au mont lez Terwane cha-*



riant parmi certaines terres Gachertes de saizon, etc. Vide infra Gascheria et in Warectum.

\* **GACHILIS**, Specula, turricula editior, unde Gacha seu vigil speculari potest. Inquisit. super destruct. bastidæ Sabran. ann. 1863. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 82. rº: Item euuannamentum turris factum circumcirca... devastatum... cum Gachile dictæ turris. Vide supra Gachare et infra Guachile.

**GACHUM**. Recensio facultatum Monasterii S. August. Cantuariensis apud Will. Thorn. pag. 2010: De discis et plattellis 3300. de scopis et Gachis 8. lib. 4. sol. de pisce, caseo, etc. Nostri Gache, remum et rutabulum vocant. Vide, an hæ notiones huc referri possint.

\* Vel Gacha, f. Serà aut pars seræ, lamina scilicet pessuli receptor, Gall. Gache; quod sera custodis vices agat, fortean sic dicta. Gaiche autem est Remus, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 113: Jehan Grineaul, qui estoit à un port de la riviere de Loire... print un aviron, nommé Gaiche, et s'efforça d'en férir ledit Perrin. Gasche, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1459. ex Reg. 188. ch. 201: Le suppliant et scellui Toutefoy entretenir ensemble en certain vaisseau ou fustereau... ayant une Gasche... pour aider à mener le dit fustereau. At vero unde Gachier appellata panni species in Stat. pro textor. ann. 1391. inter Consuet. Genoyef. Mss. fol. 24. rº: Sur chaisnez à trois piez de quinze cens en laine ronde, dont l'en fait petit draps et gros, appelez Gachiers? An pannus crassus seu ex crasso filo contextus, ut ager primo proscissus?

† **GACTUS**, Navis species, eadem quæ infra Gatus, vel Machina Bellica, de qua in voce Catus. Chron. Siciliæ ad ann. 1325. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 90: Præltaverunt fortiter dictam urbem tam a porta Thermarum infra usque ad Cantonerium muris... ad scalas, castella, lignaminum Gactos, et innumerabiles quadrellos de balistis unius pedis, duorum pedum leve et torvi, quam in cathena portus dictæ urbis volentes eam frangere cum cockis, thopis, galeis... et non potuerunt obsessæ ipsi urbi, immo reportaverunt inde ignominiam et damna personarum, scalarum, Gactorum et reorum, (remorum.)

\* **GADAINARE**, ab Italico Guadagnare, Lucrari, acquirere. Pactum ann. 1126. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 442: Et ego prænominatus Bernardus Atonis vicecomes et uxor mea Cæcilia vicecomitissa, donamus vobis ad fevum tibi supradicto Wilhermo de Minerba prænominatum castellum de Laurano, et totum quantum de te ibi adquisitum et Gadainatum habemus, et donamus tibi ad fevum totum quantum ibi antea adquisitum vel Gadainatum habebamus de Arnaldo de Laurano. Vide Guadanare.

**GADALES**. Capitulare de Ministerialibus Palatinis, nuper editum a Baluzio cap. 3: Similiter de Gadilibus et meretricibus volumus, ut apud quemque inventæ fuerint, ab eis portentur usque ad mercatum, ubi flagellandæ sunt. Ubi Gadales videntur fuisse, qui Ignoti dicuntur cap. 1: Si aliquem per eos vel apud eos Ignotum hominem vel meretricem latitantem invenire possit.

☞ **Armoricis Gadal** est Libidinosus, impudicus, immodestus. Davies in Diction. Cambro-Britanno: *Gadales, Meretricis; Gadalus, Libidinosus, Gadaled, Luxuria, hoc est Lascivia, incontinentia.*

† **GADDIUM**, f. Testamentum, ut Ga-

dium accipitur in voce Vadium. Tabular. Conchense in Ruthenis Ch. 27: Nihil retines ibi, nisi solummodo Gaddium et penitentiam de illis hominibus, qui mansos vel appendiaras de parrochia mea tenuerint, hoc est unum denarium pro Gaddio et medaculam pro penitentia. Vide Gadiator.

† **GADERES**, ut mox Gades. Privilegium Caroli IV. Imp. ann. 1373. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 375: Prout in eorum metis, Gaderibus et limitibus circumferencialiter sunt distincta.

† 1. **GADES**, f. Sepes, Gall. Haie; Gadir enim Pœnorum lingua Sepes est, ut habet Papias apud Laurentium in Amalthea. Charta anni 1337. apud Ludewig. tom. 6. pag. 41: Quod ipsa civitas Friburg habere debeat omnia jura civilia plenarie et perfecte usque ad Gades et grenicias villæ Gunzendorff. Ibid. pag. 42: Donamus etiam præfate Civitati... unum rubum liberum in omnibus metis, Gadiibus et greniciis, sicut jacet et jacuit ab antiquo in usus proprios. Charta ann. 1354. ejusdem tom. pag. 510: Prout etiam in suis metis, terminis, Gadiibus et greniciis dicta villa et bona limitata sunt circumferencialiter et distincta. Altera anni 1356. tom. 5. pag. 576: Oppidum suum de Plaven cum villis, territoriis... et cum omnibus et singulis metis, Gadiibus, juri-bus, jurisdictionibus, etc. Et tom. 2. pag. 111. in Chronico Wormat.: Concrematae sunt domus omnes mercatorum, et veteres Gades usque ad hospitale. Hic puto intelligendum locum quemdam septimentis clausum, ubi merces venales exponebantur.

\* Ex supra allatis et maxime ex sequentibus certa est hujus vocis significatio; idem est nimirum quod Limes, terminus, meta. Charta Boleslai ducis Oppol. ann. 1309. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 490: Desiderantes itaque quod eadem ecclesia Bosidum in metis sive Gadibus ipsius perpetua pace perfruatur, metas sive Gades dictæ ecclesiæ Bosidum sic, prout subsequitur, duximus ordinandas. Dipl. Rudol. I. princ. elector. Saxon. ann. 1329: Dissensio, quæ movebatur inter eos de merica sita ad civitatem, amicabiliter fuit sopita, et Gades ejusdem merice, quæ dicitur Marckchede, personaliter equitavimus. Vide infra Gadis. [\* Plura apud Haltausium voce Gaden, col. 582. Apud Graffium in Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 175. est vox Germanica *Gadam*, Conclave, domus, tabernaculum, septum. Notit. sec. XIV. apud Gudenum in Cod. Diplom. tom. 2. pag. 785: Denariorum census solventur de domibus, sitis retro Gades, in quibus rasores et aurifabri sedere consuescunt.]

† 2. **GADES**. Sic a præcedenti voce forte dicti sunt Stipatores Principis, quod eum septiant et custodiant. Vita SS. Cyrilli et Methodii tom. 2. Martii pag. 23: Quapropter in Frontosum principem Swadopluk et suos satellites et in omnes ejus Gades excommunicationis fulminavit sententiam. [\* Forte limites, terras.]

† **GADDIUM**. Stipendium, Gall. Gages. Charta Gattonis Vicecom. Bearn. ann. 1283. apud Rymer. tom. 2. pag. 257: Promittimus... recipere in solum stipendii vel Gadgii hospitii nostri. Vide Vadium.

**GADIARE**, [Pignus dare.] Vide Vadium.

† **GADIARIUS**, Fidejussor, ibidem.

† **GADIATOR**, Curator testamenti. Obitus et fundationes et veteri Martyrologio MS. Eccl. Aqueensis: *Ipsa die Pontius*

Murator obiit, pro cujus anniversario Gadiatores ejus dederunt Ecclesiæ S. Salvatoris xl. solidos. Testament. Florentii de Castellana ann. 1398. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *De quibus Missis sit executor et Gadiator D. Episcopus Forojulienensis*. Occurrit hac notione in Testam. Rogerii Vicecomitis Biterr. ann. 1193. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 500. in Statutis Massil. lib. 1. cap. 28. § 4. lib. 2. cap. 44. et infra in Vadium.

\* Testam. Romei de Villan. ann. 1250. ex Tabul. D. Venciæ: *Item constituo et ordino Gadiatores meos ad omnia legata et debita solvenda... dominum Grassensem episcopum et Petrum de Camerata canonicum Forojulienensem, de quorum conscientiiis plenius confido, quod sint fideles et utiles, zelatosque salutis animæ meæ*. Vide infra Gagiarius 2.

† **GADIERIUS**, ut Gadiator, Curator testamenti. Litteræ Bernardi Abb. Fontis-Frigidi ann. 1233. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1849: *Profitemur et in veritate recognoscimus a vobis Gaderis Johannis Bistani (civis Narbon. defuncti) videlicet Guillelmi Fabro, etc.*

\* **GADILUM**, ut Gaida 3. Chart. Margar. Comit. Flandr. ann. 1252. apud Lappenb. Init. Hanseat. pag. 65: *Centena garbarum Gadildi, quod est Waude, 4. den.*

\* **GADIS**, ut supra Gades, Limes, meta. Charta ann. 1406. apud Pez. tom. 6. Anecd. Part. 3. pag. 127. col. 1: *Cum omnibus villarum illarum agris... limitibus, Gaditibus, granicis, etc.* Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. pag. 44: *Tutor ipsorum (puerorum) non potest hæreditatem ipsorum vendere nec Gades limitare.*

1. **GADIUM**, Vadum, Gall. Gué. Charta Willelmi Vicecom. Massiliæ apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. pag. 289: *Ubi Gerrenus fluvius cadit in bedale de supradicto molendino ad Gadium Havelnæ, per quod itur ad Caranilhanum, etc.* [Vide Gadum.]

\* *Garchas*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1448. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 670: *Quant iceux voituriers furent au Garchas ou gué du champ des prez, etc.*

2. **GADIUM**, Vadimonium, fidejussio, pignus. Vide in voce Vadium.

† 3. **GADIUM**, Testamentum, infra in Vadium. Hinc *Gadium Spiritale*, ni fallor, in testamento Florentii de Castellana ann. 1398. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Legavit pro suo Gadio spiritali denarios tresdecim*. [\* Vide Gadius spiritualis.]

\* Consuet. Carcass. in Reg. L. Chartoph. reg. ch. 3: *Et si filius vel filia, quæ non fuerit maritata vel hæreditata moriebatur sine Gadio et sine liberis, bona eorum revertuntur filiabus maritatis vel hæredibus eorum. Sed tamen unaquæque persona potest facere Gadium de suo jure.*

\* **GADIUS SPIRITUALIS**, quis intelligendus in Testam. ann. 1398. et in alio Raim. de Villanova ann. 1449: *Item legavit pro suo Gadio spiritali denarios tresdecim semel tantum*; docet Testam. Giraudi de Villanova ann. 1481. in quo Pater spiritualis nuncupatur, qui in aliis dicitur *Gadius spiritualis*: *Legando Patri suo spiritali denarios tresdecim parvorum uno semel tantum*. Quo significari videtur sacerdos, qui a confessionibus est. Vide in Pater. [\* Germanis superioribus *God, Gæte, Gætel* est Susceptor, fidejussor spiritualis, vulgo *Pathe*, Gall.



*Parrain*. ADEL. Vide *Gadiator* et *Gadarius*.

\* **GADRIGALIS**, Baculus, fustis crassior. Lit. remiss. ann. 1462. in Reg. 199. Chartoph. Reg. ch. 287 : *Dicti fratres irruerunt contra dictum Petrum, ... et eundem cum palis et Gadrigalibus percusserunt... Cum dictis palis seu baculis magnis et grossis... dampnificaverunt dictum Petrum.*

† **GADUS**, ut *Gadium* 1. Vadum. Codex censuali Calomontis : *Clodellum prati quod laterat iuxta guttam aux Durands, et terminat ad Gadum qui est prope.*

\* **GAEGIUM**, Poena, multa pecuniaria. Libert. bastidæ de *Monchabrier* Caturc. dicec. ann. 1297. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 95 : *Et nisi obliæ prædictæ solutæ fuerint prædicto termino, quinque solidi nobis solventur pro Gaegio, et obliæ prædictæ.* Vide infra *Gaigium* et in *Vadium*.

\* **GAENGNIA**, Dicitur de causa superiore seu adjudicata, nostris *Gain de cause*, alias *Gaagne*. Scacar. Paschæ ann. 1277. ex Cod. reg. 4653. A : *De judiciis factis in scacario et assisiis finem causæ facientibus in proprietate vel saisina. Concordatum fuit quod litteræ darentur Gaengniæ factæ partibus petentibus sub sigillo ballivæ, cujus erunt. Ita quod legitur in Cod. 4651. ubi tamen habetur semel, Gaaignia. Lit. remiss. ann. 1897. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 380 : *Comme Pierre Berrier eust eu certain procès à l'encontre de Richart Hudebourt, ... et tant y eust esté procédé, que ledit Berrier eust fait Gaagne et atainte de laditte cause à l'encontre dudit Richart, etc.* Eo etiam spectare videntur aliæ Lit. ann. 1391. ex Reg. 141. ch. 20 : *Combien que ledit poure prisonnier eut fait son pouvoir de gaaignier, si ne pouoit sa Gaaigne pour soutenir les personnes dessusdittes. Nisi idem sonet quod infra in *Gagnagium* 2.**

\* **GAERIA**, Lucrum, reditus, nostris *Gaaigne*. Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 21. v° : *Ego magister Petrus de Vico, canonicus ecclesie beati Austregesili Bituricensis, concedo ad opus duarum vicariarum, quas constitui in eadem ecclesia, Gaeriam quam habeo in decima S. Ambrosii super Arnonem. Charta Joan. dom. de Cramailles ann. 1399. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *Disoient encor lidit religieus qu'il avoient et devoient avoir la Gaaigne de la disme de nostre moulin et de nostre four et de nos yaues de la Freseit... Reconnoissons encor que lidit religieus doivent avoir la disme de la Guaigne de nostre four, de nostre moulin et de nos yaues de la Ferté Bliart.* Vide infra *Gagnagium* 2. et *Gaianum*.*

† **GAENAGIUM**. Vide *Gagnagium*.

\* **GAFANDUS**, GAFANS. Vide *Gaphans*.

\* **GAFARE**, GAFFARE, Manus in aliquem injicere, quasi unciis arripere; Hispani *Gafar*, eadem notione dicunt, a *Gafa*, uncus; unde *Gaffe*, Contus ferro uncinato armatus, in Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 61 : *Ung baston, nommé Gaffe, ayant ung crocq de fer au bout.* Lit. remiss. ann. 1339. in Reg. 175. ch. 335 : *Item quod maliciose et injuriose Poncium del Serei filium magistri Poncii cepit seu Gafavit ad gulam suam.* Instr. ann. 1873. ex Tabul. Masil. : *Sequutus fuit eum et Gaffavit eum fortius.* Haud scio an inde *Gafne*, qua voce locus unci tortuosus significari videtur, in Lit. remiss. ann. 1466. ex Reg. 200. ch. 138 : *Ainsi que le suppliant et ung nommé Archambault furent yssuz hors du bois bien par l'espace d'un trait d'arba-*

*leste en une restridisse des appartenances de la plaigne... Jusques dedens une Gafne tenant de laditte retridisse (sic) et eula estans dedans laditte Gafne, etc. Gafftellement vero est Tectorii species, Gall. Enduit, in Stat. figulorum ann. 1456. ex Reg. 187. ch. 193 : *Après ce qu'il auront enfornez leur potz et estouppé leur four de Gafftellement, etc.* A verbo *Gafare* fortassis *Gaforium*.*

\* **GAFARIA**, Testamentum Sancii I. Reg. Portugalæ æræ 1217. apud Brandaon. t. 4. Monarch. Lusitan. pag. 260. v. : *Dedi pro anima mea Abbati Alcumpe de area mea 10. Morabitanos, de quibus faciat unam Gafariam in Colymbria.* Hispanis, *Gafari* et *Gafari*, est malum granatum. Erit igitur *Gafaria* locus idoneus malis granatis plantandis. [\* *Gafaria*, Lusitanis *Domus leprosorum.*]

† **GAFERGARIA**, Charta ann. 711. pro S. Willibrordo Episc. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 18. [\* *Breque. num. 275.*]: *Tibi dono... quidquid ego juste laborare visus sum, hoc est, casis, curticiis, campis, pratis... mobili cum immobili cum manentibus ibidem aspicentibus, X. servientes, Gafergarias, hochpinnas, cum ingressu et egressu, cum omnibus adjacentiis, etc.*

\* **GAFORIUM**, Exactio, tributum haud debitum, pro vim et contra jus surreptum. Charta ann. 1027. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 54. col. 501 : *Dicat D. Adalperto dux... si de cortis, sive castellis, vel de villis, aut de aliis sanctæ Aquilegiensis ecclesie viris, aut per fodrum, aut per ullum superius dictum Gaforium ulterius dicere aut inquietare vult, aut non?* Vide *Gafare*.

† **GAFRAND**, Hæres. Vide *Gaphans*.

\* **GAFULLAND**, Census terræ, ex Saxon. *gafel*, census, et *land*, terra. *Fædus Aluredi* et *Gothurni Regum Angl.* cap. 2 : *Præter ceorlum (rusticum), qui in Gafulland manet.*

\* **GAGELLI**, Gloss. MS. : *Bracteoli, ornamenta equorum, quæ dicuntur Gagelli.*

\* **GAGERIA**, Pignus, res oppignerata, interdum sequestro data ad plenam securitatem, Gall. *Gage*. Charta ann. 1231. in Probat. Gall. Chr. tom. 4. col. 30 : *Ego Amedeus Dominus de Coloniaco... promisi Abbati et Ecclesie nominatæ, quod quidquid boni vel adversi mihi contigerit pro Gageria, quam Abbas et Ecclesia S. Eugendi habebant apud Jasseron a bonæ memoriæ Amedeo de Coloniaco avunculo meo : quam Gageriam dominus Bernardus de Toria, tunc temporis Bellicensis Episcopus et Abbas S. Eugendi domino Stephano de Villars nepoti suo dedit et concessit.* Testament. Roberti I. Comitum Claromont. ann. 1262. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 288 : *Si contingeret quod dictus Robertus filius meus posset redimere Gageriam veteris Brivatæ et Gageriam villæ Brivatensis, quas habet et tenet a me Capitulum Brivatense in pignus, etc.* Statuta Eccl. Meld. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 900. art. 51 : *De Vadiis non accipiendis : Præcipitur Sacerdotibus districte, ne accipiant Gagerias vel admodiationes, nisi de decimis, quia species est negotiationis.* Plura vide in *Vadium*.

\* **GAGERIUS**, Qui ad *Gagia* seu stipendia alicujus est, Gall. *Gagier*. Charta ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 49 : *Gagerii nostri ibidem hactenus assignati in dicta communia (Pissiaci) manere poterunt et gaudere franchisia, qua gaudebant ante datam præsentium litterarum.*

\* **GAGGA**, Gall. *Jauge*. Mensura, ad quam

exiguntur copia vinaria. *Iter Camerarii Scotici*, cap. 39. § 46 : *De Gaggis, seu mensuris pannorum et vinorum, qualiter observantur.* Vide *Galo*, [et *Gaugia*.]

\* **GAGGARE**, Anglis *Gaged*, Suffocare. [\* *Melius, Ori lignum indere, ab Anglico Gag, eadem notione, Gall. Baillonner.*] Jo. Forteseucus de *Laude Begum Angliæ* cap. 22. ubi de reorum torturis, in Francia usitatis, contra quam in Anglia : *Quidam vero in equuleis extenduntur, quo eorum rumpuntur nervi, et venæ in sanguinis fluentia prorumpunt ; quorundam vero diversorum ponderum pendulis dissolvuntur compagine et juncturae : et quorundam Gaggantur ora, usque dum per illa, tot aquarum infundantur fluentia, ut ipsorum venter montis tumescat more, quo nunc venter ille, fossorio vel simili percussus instrumento, per os aquam illam evomat, ad instar balenæ, quæ cum halecibus et aliis pisciculis mare absorbit, aquam despumat ad altitudinem arboris pomi.* Deinde pluribus invehitur in Francicum hunc reos torquendi morem : *Sed quis tam durus, inquit, animi est, qui semel ab atroci tanto torculari laxatus, non potius innocens ille omnia fateretur scelerum genera, quam acerbiter sic experti iterum subire tormenti, et non semel mori mallet, dum mors sit ultimum terribilium, quam toties occidi, et totidem gehennales furias morte amariores sustinere.* Quo pertinent ista ex *Quintiliani Declam. Confessionem appellas vocem tortoris?* Vide *Thomam Smith* de *Republ. Anglor.* et infra in verbo *Tortura*.

\* **GAGIAMENTUM**, Sponsio, fidejussio, vadimonium, alias nostris *Gagement*. Charta Phil. Pulcr. ann. 1309. in Reg. 41. Chartoph. reg. ch. 63 : *Item ne quis sine nostri licentia in regno nostro cætum, cohetem, vel aliquam congregationem faciat armatorum ; ne qui contra Gagementum attemptet, vel pacem nostram regni nostri quolibet modo infringat.* Lit. ann. 1381. tom. 6. Ordinat. Reg. Franc. pag. 599. art. 10 : *L'en doit avoir un petit seel ou signet, qui sera tout propre et perpétuel à signer... les Gagements, que l'en fera des plaiz et des causes. Gagement, Pignus, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 339 : *Jcellui Cardin gaiga paier audit Robert les huit blans en la main du curé dudit Beaumont ; ... après ledit Gagement, etc.* *Guatigere*, eodem sensu, in Lit. Joan. reg. ann. 1362. ex *Memor. D. Cam. Comput.* Paris. fol. 48 : *Avons otroyé audit chevalier, pour ce que apésent ne li avons baillé laditte somme de xxxv. mille florins, qu'il ait et tieigne en Guatigere, ou nom de nous et pour nous, nostre chaste de Cuisery.* Ita et *Gager*, nude, pro *Fide* data promittere. Charta ann. 1294. ex Chartul. episc. Carnot. : *Je Guace de Loygni... fais assavoir à tous que je ay Gagé à révérend pere en J. C. et seigneur monseigneur Symon.... evesque de Chartres, à faire toute sa volonté haut et bas de la finance du rachat du fié et des appartenances de la terre de Loygni.* Unde *Gagier*, cui *gagium* datum de re promissa, in Charta ann. 1263. ex Chartul. S. Joan. in valle. Vide in *Vadium*.*

† 1. **GAGIARE**, Pignerari, pignus auferre. *Consuetudines Solemniac. MSS.* : *Creditor qui habebit domum apud Soligniacum, poterit ibidem debitorem suum auctoritate propria Gagiare ratione debiti ibidem contracti.* Notandum hanc pignoris ablationem fieri propria creditoris auctoritate : quod consentaneum est *Edicto Ludovici VI. Franc. Regis* ann. 1134 : *Burgenses (Parisienses) de rebus debitorum suorum, qui de justitia nostra*

sint, ubicumque et quocumque modo poterunt, tantum capiant, unde pecuniam sibi debitam integre et plenarie habeant, et inde sibi invicem adjuvatores existant; et si aliquando de rebus quorumlibet ceperint, et illi aliquid se eis debere non cognoverint, si legitime inde convinci a Burgensibus non poterunt, Burgenses nullum erga nos forisfactum incurrent, sed expensam et damnum, quæ illi propter hoc faciunt et habent, illis cum lege qua vivunt, reddent et emendabunt. His similia leguntur in Charta ann. 1300. apud de Lauriere tom. 1. Ordin. Reg. pag. 6: Si in solutione aliqua harum viginti librarum aliquo termino defici vel cessari contigerit, prædictus Capellanus auctoritate propria absque nostra vel successorum nostrorum licentia, poterit licite pro dictis viginti libris Turon... necta sibi pignora capere. Litteræ Johannis Fr. Reg. ann. 1355. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. par. pag. 29: Se il étoient mis en deffaut par vertu de tels adjournemens, et l'en vouloit Gager ou excecuter pour cause ou occasion desdits deffaus, il n'y seroient tenu de obéir, mais se pourroient recourir et resister de fait. Interdum Gagiare idem est quod Pignerare, pignus dare. Vide in Vadium.

† GAGIARE EMENDAM, Mulctam solvere, vel pro ea pignus dare. Charta ann. 1386. ex Chartulario S. Johan. Angeriac. : Pro ipsa injuria præfatus magister Capellanus Gagiavit emendam honorabilem Dominis Abbati et Conventui. Vide Emenda 1.

† GAJAMENTUM, GAJARUM, Pignatio, Gall. Gagerie. Processus Massilienses inter et Arelatenses ann. 1381. e Regesto 73. vol. 2. MSS. Peirescianorum : Quæstio vertebatur, utrum cives Arelatenses possent marcham, sive repræsalias, seu Gajaria contra Massilienses facere, vel imponere. Infra : Possunt laxari seu concedi marchamenta seu Gajamenta.

\* Hinc Gayable, qui pignori capi potest, in Charta Joan. ducis Lothar. ann. 1382. in Chartul. eccl. Romaric. ch. 36 : Que ladite terre ensy appartenent à ladite englise, comme dit est, ne puet, ne doit pour quecumque cause juste ou raisonnable estre Gayable, pèsvissable, etc.

\* 2. GAGIARE, Mulctam decernere, statuere; quod ad judicem pertinet. Charta ann. 1254. ex Tabul. capit. Carnot. : Constituerunt se fidejussores... super emendis ab eodem præposito Gagiatis : de qua gagatione habetur mentio in litteris aliis. At vero Gagner l'amende, est Mulctam solvere, in Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 682. art. 21.

† 1. GAGIARIUS, Ædituus, cui cura est ædis sacræ, Gall. Gagier. Statuta Eccl. Meld. ann. 1365. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 927 : Ecclesiæ Rectorem, et Clericum, Matricularios, seu Gagiarios et parochianos, etc. Vide Gajarius, et Matricularii.

\* Qui res et bona ecclesiæ curat. Charta ann. 1329. in Chartul. S. Maglor. Paris. ch. 197 : Cum discordia seu materia quæstionis verteretur... inter religiosos viros abbatem et conventum monasterii S. Maglorii... et Guillelmum Garnerii, Simonem ejus fratrem et Stephanum Londum, matricularios seu Gagiarios dictæ ecclesiæ de Meriaco... Guagiariis seu matriculariis superius nominatis suis nominibus et parochianorum dictæ ecclesiæ... comparentibus, etc. Alia Phil. episc. Carnot. ann. 1418. ex Tabul. Capit. Carnot. : Declarantes jus patronatus dictæ ecclesiæ S. Saturnini, et ipsam ecclesiam, ... matricu-

larios seu Gagiarios et provisores fabricæ ipsius ecclesiæ, dictis decano et capitulo, et ad eorum jus et proprietatem perpetuo spectare et pertinere. Gagier, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 337 : Par les Gagiers dudit moustier icellui messel fu trouvé le Vendredi saint.

\* 2. GAGIARIUS, Testamenti curator, alias nostris Gagier. Scacar. apud Cadom. ann. 1234. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 29. r. col. 1 : Mortuo aliquo in vigilia S. Remigii, quando census solvuntur, scilicet in festo, Gagiarii nichil habebunt in reddito illo, immo eum habere habebit hæres ejus. Gagiers ou testamenteurs, in Testam. Joan. II. ducis Brit. ann. 1302. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1190. Vide supra Gadiator.

† GAGIATA, [\* GAGIATIO.] Solutio, in Chartis S. Albini Andegavensis non semel. [\* Charta ann. 1253. ex Lib. albo episc. Carnot. : Ita sane quod per hujusmodi redditionem seu Gagationem emendarum, vel tolerantiam negotiandi, nullum jus acquiratur domino episcopo Carnotensi. Vide supra Gagiare 2. Gage vero, pro Abalienatio, oppignatio, vulgo Alienatio, engagement, quæ fit ex vi contractus obligatorii, in Charta homag. ann. 1323. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 243 : La tierce partie des louz, que l'on doit pour raison des vendues et des Gages, que l'on fait à Tournus dedans les termes de la chambre. Engaigier, eodem sensu, in Libert. villæ d'Aigue-perse ann. 1374. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 360 : Qui sa maison ou sa chose... mouvant de nous engaigeroit, nous... n'en devons avoir vente, ne autre prouffit, se le Engaigierie n'estoit oultre cinq ans. Vide Gageria in Vadium.]

\* GAGIDA. L'asta della sagitta. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide Gaid.

\* GAGIERIUS, GAIGERIUS, Prædator, direptor, a Gallico Gage, Gain, Præda, vulgo Butin. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 82 : Yvo Britonis conducebat Gagierios et nonnullos alios æmulos subditorum regni nostri... Idem Yvo et nonnulli Gaigerii patriæ circinstanter multas injurias intulerant et inferre nitentur. Aliæ ann. 1451. in Reg. 185. ch. 269 : Après ce que lesdiz gens de guerre furent logez, alerent... porter leurs Gages ès villages d'entour ledit lieu de Lorriz, afin de avoir des vivres pour eulx et leurs chevaux. Villehard. paragr. 134 : Assemblez fu li avoires et li Gains, etc. Gaaing, Gaeng et Gaigne, eodem sensu. Hugo Plagon in Contin. Hist. Guil. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 598 : Le Maistre du Temple... fist crier parmi la cité, que tuit cil qui armes porroit porter, alassent après lui au Gaaing, car il avoit les Turcs desconfis. Gesta Ludov. Pii tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 133 : Il degasterent tout et alerent jusques à une grant leur cité, qui a non Vilerouge; moult i firent grant Gaeng, et en amenerent grantz proies. Stat. ann. 1355. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 35. art. 30 : Noz officiers demandent et reclament aucuns droits, parts et portions es Gaignes, ou ès pilles faites sur noz ennemis. Hinc Pais de gaignage, Terra hostilis, quam jure belli deprædari licet, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. ch. 215 : La suppliante cuidoit que lesdiz biens fussent prins en pais de Gaignage, pour ce que c'estoit en frontieres de noz ennemis. Unde

Gaignart, Prædo, nebulo, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2 :

Uns moine, qui of non Guinars,  
Qui moult estoit fel et Gaignars, etc.

† GAGIO, Silva densior. Vide Gajum. † 1. GAGIUM, ut Gagio. Vide in Gajum.

2. GAGIUM, [Vadimonium, pignus, fidejussio, Gall. Gage. Sic Gajum duelli dicebatur Res quævis ab eo, qui provocabat, data vice pignoribus et projecta coram judice : qua de re plura in Duellum et Vadium. Privilegium Johannis de Castellione Comitibus Blesensis ann. 1265. ex Chartul. S. Johannis Carnot. : Si... dari contigerit Gajum duelli in curia ditorum Abbatis et Conventus, tradetur et judicabitur per mandatum illorum solummodo, et non poterunt recipere Gajum in terra seu justitia dicte Comitisse, nec in banleuga Carnotensi.] Vide Vadium.

\* Hinc Gajum duellare appellabant rem quamvis, qua coram judice in medium projecta, accusatus ab objecto crimine innocuum se esse duello probaturum profitebatur. Charta ann. 1322. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 72 : Helias Gelos burgensis castri Lemovicensis alias delatus fuit... ad finem Gajii duellaris. Vide in Duellum.

\* [« Si quis hominem de communia suum esse clamaverit et homo ei negaverit se esse suum hominem, per Gajia duelli hominem a domino convinci oportebit, nisi miles se tercio militum et per quatuor armigeros probaverit hominem esse suum. » (Cart. communal. de Fismes, an. 1227, mus. arch. dep. p. 119.)]

† 3. GAGIUM, Mulcta domino vel judici solvenda. Litteræ ann. 1357. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 208 : Item, Bailivus dicti Domini nostri non debet recipere justiciam seu Gajium quousque solvi fecerit judicatam rem parti adverse que obtinuit.

† 4. GAGIUM, Pretium, merces, stipendium, Gall. Gage. Consuetudo Brageriaci art. 13 : Cujus quidem coti seu gardiarri erit Gajum quatuor solidorum. Occurrit in Bulla Bonifacii VIII. PP. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 536. in Chron. Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 576. 587. 676. etc. Vide Vadium.

\* 5. GAGIUM, Idem quod Vadium, Stipendium, æs militare, Ital. Gaggio, Gall. Gages. Stat. Nicisæ sæc. XIV. inter Mon. Hist. Patr. Taur. tom. 1. Leg. Munic. col. 156 : Quod officiales maiores dietas non recipiant.— Item quod nullus ex officialibus maioribus cum ibit per comitatus Provincie et Forcalquerii pro negociis curiæ, ultra Gagia stabilita recipiat aliquid, nec ab altero quam thesaurario ipsa Gagia faciat sibi exsolvi. (FR.)

1. GAGNAGIUM, WAGNAGIUM, WANAGIUM, Peculium agricolæ, quo nomine, ut auctor est Cowellus, comprehenduntur omnia tam jumenta, quam alia instrumenta, quæ ad cultum agrorum, et fruges colligendas sunt necessaria. Matthæus Paris pag. 179 : Villanus eodem modo americietur, salvo Wagnagio suo.

Sed præsertim id vocabuli usurpationem solet pro agro culto et sato. Gloss. Lat. Gall. : Agricultura, Gaignage. Historia Francor. MS. vernacula ex Biblioth. Memmiana, in Philippo Aug. : Les gens, qui soioient les blés ès Gaignages, etc. Ita passim Poetæ nostrates agros

proscissos et satos vocant. Willel. Guiart in S. Ludovico :

Par jardins et par Gaaignages.

Alibi :

Et en traitant le sanc des chaires,  
C'on espant par les Gaaignages,  
Trancher nés, et fendre visages.

Idem ann. 1304 :

De mors nus sanglans les visages  
A plusieurs par les Gaaignages.

Atque ita Wainagium usurpant Matthæus Paris pag. 261. Bromptonus lib. 9. cap. 9. § 3. Fleta lib. 1. cap. 48. § 2. etc. Wannagium, idem Matth. Paris pag. 179. et Rogerus Hovedenus pag. 779. 785. Gaagnagium, vetus Charta in Regesto Herouvaliano Philippi Aug. f. 9 : *In nemore, in plano, et in Gaagnagius.* [Charta ann. 1244. inter Instr. Gall. Chr. tom. 4. col. 102 : *Assignamus in perpetuum monasterio dictæ Abbatie Gaagnagium de Cerviduno pro septem libris reidualibus in censu dictæ villæ. Pluries occurrit in Tabulario Meldensi.*] Charta ann. 1288. in Tabular. Abbat. Jardi prope Meledunum : *Cum... dederit medietatem Gagnagii sui de Borda, etc. Gagnages, Consuetudines Aurellanensis art. 152. Stampensis art. 183. Blesensis art. 222. et Menetoviensis art. 8. 25. Gaignerie, Consuetudo Pictavenensis art. 177. Britann. art. 401. Charta ann. 1169. apud Gallandum de Franco alodio pag. 69. 71. Denique Gaagnia, idem Regestum Philippi Aug. : *Et Gaagniam, quam Canonici de Marchesio Radulfi tenent de Domino de Montechevrei.* [Le Roman de la Violette MS. :*

Qu'il a une terre trouvée,  
Qui de tous biens est estrouée,  
Car il ne y avoit que Gaaignages,  
Et prés, rivières et boscaiges.]

Porro Gain, et olim Gaaing, [Gaigne, in Litteris ann. 1355. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. pag. 35.] appellabant nostri, quod Latini Lucrum. Unde *Terre Lucrabiles et non Lucrabiles*, cultæ et incultæ, in eodem Regesto Philippi August. fol. 9. et in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 809. et tom. 2. pag. 132. 275. 883. [Terres Gaagnables et non Gaagnables, in Chartulario S. Vandregisilli tom. 2. pag. 1484. *Gaaignales terræ*, in Litteris ann. 1354. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1654.] Ita *Lucrari*, pro arare, aut agrum proscindere, serere, usurpat Charta ann. 1107. apud Augustin. *du Pas* in Stemmate Pentevriensi pag. 7 : *Concessit Monachis S. Albini, in quantum eis necessarium foret de terra illa, et de silva, scilicet de Lanmor, ad Lucrandum cum carucis, et ad pascua animalium, equarum, porcorum, et aliorum animalium in perpetuum, etc.* Sed et Hugo Plagon in Versione MS. Willelmi Tyrti ad lib. 3. cap. 19. *Agriculturis operam dare*, his verbis vertit : *Gaigner les terres* ; et ad lib. 6. cap. 1. *Sed et suburbanorum incolæ, hisce : Li vilain, qui estoient Gaigneur en la terre.* Ita le *Canon* in Roman MS. :

Se tu veus labourer en terre,  
Vergile dois lire et enquerre,  
Chil te sara bien enseigner,  
Qu'es terres tu dois Gaignier.

Le Roman de Vace MS. :

Les vilains face arer, et les terres Gaaignier.

[Idem verbum occurrit in Stabilim. S. Ludovici lib. 1. cap. 163.] *Historia vernacula Bellorum sacrorum MS. : Cui puis estoit tout enkeus et emplis, et si*

Gaagnoit-on par desus, et labouroit, si ke à peine reseroit jamais trouvé.

GAANNERIA, ex Gallic. *Gaignerie*, Ager cultus. Tabular. Abiense f. 51 : *Ut jam dicti fratres Gaanneriam suam de Mezingne in perpetuum habeant.* Vide suis locis *Gaagneria, Gaaignagium, etc.*

† GAIGNERIA, Eadem notione. Charta ann. 1851. ex Regesto 81. Chartoph. reg. ch. 927 : *Acquisierint unam Gaigneriam nuncupatam le Plessu garnier... arpenta frumentalia et siliginalia seu siliginem portantia.* Recurrit ibidem.

GAGNAGIUM, interdum Fructus ipse in agro. Ita *Gagnage* usurpant Consuetudines Meldensis art. 70. Durdanensis art. 20. Meledunensis art. 56. Claromontensis art. 101. 106. [Gaaignages de terres, in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. cap. 89. Sed cap. 99. ejusd. libri *Gaaignage* nuncupat dicitur pro Lucro, utilitate, quæstu, Gall. *Profit* : *Se aucuns gentishons avoit hons qui teinssent terres à terrages de bâtart, et il ne l'en rendissent autres coustumes, que les terrages, li sires les porroit bien prendre à son Gaaignage, mès il ne les porroit pas bailler à autre.* Hunc in usum qui in quibusdam locis viguit consule notam de *Lauriere* tom. 1. Ordin. Reg. pag. 190.]

† GAENAGIUM, Ager cultus. Charta Odonis Episcopi Paris. ann. 1208 : *Ad ipsius domus obedientiam, que appellatur Eleemosina, hec que secuntur ab antiquo fuerant deputata, scilicet valla de Villenes cum appendiciis suis et granchia et Gaenagium.*

† GUAGNAGIUM. Charta ann. 1226. Hist. Eccl. Meld. pag. 119 : *Fratres domus Dei de Creciaco quitaverunt... granchiam de Heremita versus Villam novam cum toto Guagnagio.*

† GAGNAGIUM, Agri fructus. Chartular. Meld. fol. 65 : *Gaignagium ad unam granchiam apud Billorium trahere tenebuntur.* Ibidem : *Nec idem Miles vel heredes ejus poterunt aliquid levare de granchia vel de Gaignagio duarum culturarum.* *Granchia Gaignagii*, in Cod. MS. reddituum Episcopatus Autissiod.

Denique autumnus ipse, seu anni tempestas, qua demetuntur in agris fruges, *Gain* olim nostris dicta. Gloss. Lat. Gall. : *Autumnus, Automne, Gain.* Aliud : *Autumnus, le Temps de lever les bleds, le Gain.* Etiamnum dicimus vulgo, *Les Pigeons s'en vont aus Gains, et aus Gagnages*, id est, in messes, quod plerique non percipiunt. Sed et *Prez Gagneaux* vocant Consuet. Pictavenensis art. 196. Juliodunensis cap. 19. art. 1. S. Aniani art. 3. Turonensis art. 202. et Santonensis art. 126. prata, quæ quotannis seruntur. De vocis etymo vide Oct. Ferrarium in Gaggio.

\* Charta ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 64 : *Item chascune des dites quatre villes doit à la maison de Espailli une journée en Gain, une journée en tremois, et deux journées en sombre.* Libert. villæ de *Chaseaux* ann. 1312. in Reg. 60. ch. 220 : *Chascuns qui ara autres bestes à charrue porra mettre ses chevaux à la charrue un tor au Gayn pour coitier ses sourbées.* *Gahin*, in Charta Ren. de *Chaisuel* milit. dom. de *Bourbonne* et de *Verecourt* ann. 1316. ex Reg. 59. ch. 423. *Guayn*, in alia ann. 1321. ex Reg. 61. ch. 123. Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2 :

Por ce en yver, en Gain,  
Et en printans et en esté.

Le Roman de Cléomades MS. :

Par cele pomme savoit on  
Des quatre tans la vérité,  
Si com de printans et d'esté,  
Et de Gayn qui après vient,  
Et puis d'hiver.

\* Ex frequenti vero mutatione *g* in *v* occurrit sæpe *Vain* vel *Vayn*, eadem acceptio. Charta ann. 1320. in Reg. 59. ch. 459 : *Les corvées des bestes traians... et des hommes, c'est assavoir des bestes trois fois en l'an, une fois en Vayn, une en tramois et une en sombre, et des hommes une fois de leurs cors en la moisson.* Consuet. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2 : *Tous les habitans d'icelle ville de Marrigney... doivent trois courvées, l'une en Vain, l'autre en tramois, et l'autre aux sombres.* *Voain*, in Ch. ann. 1387. ex Invent. Chart. castri de *Jaucourt* ann. 1392. fol. 16. v. *Voyn*, in Lit. ann. 1357. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 630. art. 2. Eodem præterea nomine designatur annonæ seu hordei species, in Charta ann. 1246. ex Chartul. Arremar. ch. 271 : *Duo sextarii bladi, quorum medietas esse debet ordæi, et alia medietas de Vain.* *Vomhery*, pariter pro Autumnus, in Libert. villæ de *Braoux* ann. 1380. ex Reg. 84. ch. 422 : *Corvées de charrues à trois saisons de l'an ; c'est assavoir en Vomhery, en tramois et en sombre.* *Vomhy* editum tom. 4. earumd. Ordin. pag. 385. art. 4. Vide *Wagnale*.

\* 2. GAGNAGIUM, GAINGNAGIUM, Lucrum, quæstus, ipsa etiam merces quotidiana, quæ canonicis aliisque choro præsentibus tribuitur, nostris *Gaigne* et *Gaigne*. Occurrit *Gagnagium* in Arist. celeb. Andegav. lib. 1. cap. 6. Stat. MSS. eccl. Brioc. cap. 21 : *Omnes capellani et clerici chori Briacensis ecclesie intersint in processionibus singulis diebus Dominici faciendis in dicta ecclesia Briocensi ; alioquin primum anniversarium aut quodlibet aliud Gaignagium quilibet deficiens amittat, nec de eo aliquid recipiet commodum, etiamsi in dictis anniversariis vel Gaignagio præsentis fuerint.* *Guaignagium*, ibid. cap. 31. Unde *Guaignage*, in Actis capitul. ejusd. eccl. ann. 1468. Ubi etiam hæc leguntur : *Gain ordinaire.* Nota quod *lucrum ordinarium* est quolibet die ij. sol. videlicet pro primis vespertis, matutinis et magna missa, pro quolibet prædictarum horarum viij. den. et duplicantur per totum Adventum usque ad diem Nativitatis Domini exclusive, etc. Charta ann. 1300. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 125. v. col. 2 : *Et li autre petite gent sour leur porveance et leur Gaaigne.* Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 228 : *Comme ledit Gilet, pour les petites Gaaignes, qui lors estoient où il demouroit, se feust departis du pays, et c.* Alia ann. 1402. in Reg. 157. ch. 257 : *Icellui Courbet dist audit Paille que il lui donast de sa Gaigne un lot de servoise.* Vide *Gaignagium*.

\* Hinc *Gaignepain* appellabant ensis genus, quo milites in torneamentis utebantur, ut discimus ex Statuto hac de re edito a Cangio in Dissert. 7. ad Joinvil. : *Item un Gaignepain pour mettre es mains du chevalier.* Cujus appellationis rationem docet Guignevilla in Peregrinat. hum. gener. MS. :

Tel contenance ensi doublée,  
Dont i est Gaignepain nommée ;  
Car par li est gagnés li pains,  
Dont remplis est tous cuers humains.

Et infra :

Et che firent les Gaignepains,  
Dont il avoit armé ses mains.

† **GAGNAPE**. Vide *Galmabis*.

\* **GAGNEARIA**, *La taverna, e tavernara*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

† **GAGNIA**, f. Idem quod *Gagnagium*, Ager cultus, Gall. *Gagnerie*. Codex MS. redituum Episcopatus Autissiod.: *Decima circa octo modios bladi vacat, quia erat Gagnia, quæ redempta est: quod ita potest intelligi: Decima illa non percipitur amplius ex illo agro culto, quia redempta est. [\* Vox abbreviata et male lecta, ut opinor, pro Gageria, pignus, oppigneratio. Vide supra in Gagiatio.]*

\* **GAGULA**, *Avis, graculus, quallia, quam quidam coturnicem dicunt*. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959. Vide infra *Gaia*.

\* **GAHAGNERIA**. Vide supra *Gaagneria*.

\* **GAHANA**. Sentent. arbit. inter Petr. de Caslucio dom. Ecclesiæ novæ et abbat. monast. Vallis de Fener. ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 47: *Ascendendo de aqua de Sira per dictum rivum de Condat ad Gahanam et mortam, quæ sunt inter mansum del Giolo sobeira, ... et a dicta Gahana et morta, prout labitur aqua, descendendo ad Gahanam, quæ est in fine dels angles.*

1. **GAIA**, **GAIVS**, Gallice *Jay*, Pica. Papias: *Pica, Gaia. Picus, Gaius*. Gloss. Ælfrici Saxonici, cap. de Avibus: *Gaia, vel Catarus; Higerre*. Forte *Gaianus*, aut *Gaius*. Vide *Goropium Becanum* lib. 2. Origin. Gallic.

\* *Alias Gay*. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 136. Chartoph. reg. ch. 37: *Sur la mote du molin de l'ospital d'Oisemont on faisoit celui jour l'esbatement du nit du Gay*. Vide supra *Gagula*.

2. **GAIA**, Idem quod *Cavea*, [Gallice *Cage*.] Jus Vicentin. lib. 1: *Si quis fuerit inventus asportando de alienis fructibus in Gaia, vel in cista, sive sinu, etc.* Vide *Gabia*.

\* **GAIAGIUM**, Pignus vel *Mulcta pecuniaria*. Charta Rob. abb. S. Joan. Laudun. ann. 1280. ex Tabul. ejusd. monast.: *Advocatus de placitis illis nihil habebit, nisi ubi Gaiagia data fuerint; tunc enim ibi advocatus tertiam partem habebit*. Vide supra *Gægium*.

† **GAJAMENTUM**, **GAJARIUM**. Vide *Gajare*.

\* **GAIANUM**, a Gallico *Gain*, Lucrum, reditus, fructus. Dipl. Caroli C. ann. 844. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 5: *Cum omnibus ad se pertinentibus vel appenditiis atque adjacentiis seu terminis suis, nec non et cum Gaiano villaris, sive cum rebus, quas Austrimirus ei monasterio contulit*. Vide supra *Gaeria*.

\* **GAJARDUS**, Nomen *carroci* seu *currus bellici*, in quo *vexillum exercitus imponebatur*, apud *Cremonenses*. Chron. Parm. ad ann. 1281. apud *Murator*. tom. 9. Script. Ital. ubi de *restitutione Carroci Parmensis, quod vocabatur regolium Parmæ, et Cremonensis, quod vocabatur Gajardus*. Nostris vero *Gayard* vel *Gayard* est *Uncus* vel *Contus ferro uncinato armatus*. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 287: *Qui Bonitus tenebat tunc in manu sua quemdam baculum, vocatum Gayar sive crocuit, cum quo trahitur fenum de fenario pro animalibus, quando fenum est nimis contasatum*. Aliæ ann. 1416. in Reg. 169. ch. 470: *Lesquelz sergens ouvriront une grande de certain instrument, appelé Gayard,*

*sans faire en icelle ouverture autre, fraction, ne violence*. An inde *Gayer* vel *Wayer draps* dixerunt nostri, pro *Pannos* ad ejusmodi contum suspendere? Lit. remiss. ann. 1445. in Reg. 177. ch. 68: *Ung grant baston à wayer ou Gayer draps*. Vide supra in *Gajare*.

† **GAJARE**, [Solvere.] Vide in *Vadium*.  
\* **GAJARIA**, Pignus, res oppignerata, Gall. *Gage*. Charta ann. 1323. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Recepta informatione summaria de pignoratione facta in loco et territorio Giniaci, prætextu lignarandi, pascayrandi, fuit de facto Gajaria concessa per homines dicti loci, ... fuit deinde Gajaria revocata, et pignora capta restituta*. Vide *Gagiare* 1.

† **GAJARIUS**, *Ædituus*, Gall. *Gagier*. Statuta *Milonis Episc. Aurel.* ann. 1314. art. 5. apud *Marten*. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1286: *Statuimus, ut quotiens aliquis Rector in aliqua Ecclesia de novo fuerit institutus, faciat triplex inventarium super bonis dicti presbyteratus, de quibus inventariis Rector dicte Ecclesiæ unum, Archipresbyter loci unum, et Gajarit seu provisores dicte Ecclesiæ tertium penes se fideliter servabunt*. Vide *Gagiarius*.

\* **GAIBUM**, *Isatis tinctoria*, idem quod *Gaudium* et *Gaydum*, vide in his vocibus: Ital. *Glastro*, Gall. *Guède*. Stat. Bonon. ann. 1250-1267. tom. II. pag. 223: *Statuimus quod nullus debeat extrahere de civitate et districtu garças, lanam, telas, cinerem, guadium, corniculam, vel Gaibum, vel aliquid pertinens ad artem lane*. (Fr.)

**GAIBUS**. Jus *Vicentin.* lib. 3: *Copia aquarum fluentium per Gaibos, et alveos consuetos, etc.* Ex Ital. *Gabbio*, locus *cavus*, *subterraneus*.

**GAID**, vel *Gisele*, *Ferrum*, *hastilia*. Gloss. Pith.

† Nihil commune habent *Ferrum* et *hastilia* cum *Gaid* vel *Gisele*. Duo sunt articuli prorsus distinguendi. *Ferrum* et *hastile* ejusdem notionis esse palam est. *Gaid*, ut existimo, idem est qui *Fidejussor*, et *Gisele*, certo idem qui *Testis*. Leges *Rotharis* [\*\* cap. 225.] apud *Murator*. tom. 1. part. 2. pag. 34. col. 1: *Si quis servum suum proprium... dimittere voluerit tradat eum prius in manum alterius hominis liberi, et per garantix ipsum confirmet, et ille secundus tradat eum in manu tertii hominis eodem modo, et tertius tradat eum in quartum, et ipse quartus ducat eum in quadrivium, et thingat in Guadia* (hoc est, si bene coniecto, *Tradat in manus fidejussorum*) et *Gisiles testes ibi sint, et dicant sic: De quatuor viis ubi volueris ambulare liberam habeas potestatem*. Adnotat doctissimus *Editor* in *Cod. Esten.* scriptum esse: *Et thinget in Guida ad Gisel, et sic dicat: De quatuor, etc.* In *Cod. vero Cathedr. Mutin.*: *Et thinget in Gaida et Gisal, et sic dicat, etc.* Nihil necesse est *noneam*. *Glossatorem Pithæanum* ad has *Leges* aliasve *similes* attendisse, et ipsi *Gaid* idem fuisse, quod hic *Gaida* vel *Guadia*, et *Gisele* idem quod *Gisiles*, *Gisel* vel *Gisai*. Vide *Gisiles* et *Vadium*. [\*\* Glossar. Longobard. in *cod. Vatican.*: *Gaida et giseleum, ferrum, hastula sagipte*. *Gaida, cartula*. Glossar. Cavense: *Gisigisili i. e. liberi homines*. *Gaida, i. e. casindios*. *Infra: Thinga in Gaida, i. e. Donare in publico*. *Paul. Diacon.* lib. 1. cap. 13: *Plures a servili jugo ad libertatis statum perducunt, utque rata eorum haberi possent libertas, sanciunt more solito per sagittam, immurmurantes nihilominus ob*

*rei firmitatem quædam patria verba*. Vide *Grimm. Antiq. Jur. Germ.* pag. 162. 332.]

† 1. **GAIDA**, *Fidejussor*. Vide *Gaid*.

† 2. **GAIDA**, *Fimbria* seu *plicamenta muliebris vestis, quæ ad talos usque descendit*, Ital. *Ghede*. Vide *Gaydes*.

† 3. **GAIDA**, *Glastum*, Gall. *Guesde, Pastel*. *Species plantæ infectoris, seu tinctoribus nota*. *Tabular. Calense* pag. 77: *Per definitivam sententiam pronunciamus decimas Gaidarum deberi Abbatissæ et Priori prædictis de terris illis de quibus decimas aliorum fructuum percipere consueverunt*. *Præceptum Philippi Pulcri Franc. Regis* ann. 1304: *Grannas ad tingendum, alumen, Gaidas, bresil, ceram, etc.* Vide *Gaisda*.

\* 4. **GAIDA**, **GAIDA**, *Vox vernacula Italarum subalpinorum, quæ idem significat ac apud nos Bononienses Gada, vestis, aut agri segmentum cuneatum*, Ital. *Gherone*, Gall. *Pièce de terre*; unde terra *ingaidata* est *agri pars, quæ, cunei more, alio latiori inhæret*. *Stat. Bonon.* tom. 1. pag. 143: *Si autem puncta, vel Gaida (Gayda '67), vel ingambatura, vel cocha, que sit una tornatura, vel minus unius tornature in vineis, etc.* (Fr.)

† 1. **GAIDIA**, ut *Gaida* 3. *Præceptum Philippi Pulcri* ann. 1312: *Inhibemus ne quis... lanas seu animalia lanigera, Gaidias, garancias... de regno nostro extrahere... præsumat*.

\* 2. **GAIDIA**, *Vectigal, tributum*. *Charta Joan. dalph.* ann. 1312. tom. 8. *Ordinat.* reg. Franc. pag. 110. art. 25: *Concedimus eisdem, quod de aliquibus quæ ibidem aducent vel per aliquos adduci faciant, vel apportari, et ibidem vendantur ad mercatum, ne ipsi nec ementes Gaidiam vel gabellam excoigantur vel excoigantur, nobis vel nostris dare, præstare vel solvere teneantur*.

† **GAJE**, *Silva densior*. Vide *Gajum*.

† **GAJERIA**, Pignus, Gall. *Gage*, Res *pignori accepta*. *Statuta Cisterc.* ann. 1180. apud *Marten*. tom. 4. *Anecd. col.* 1252: *Qui Gagerias receperunt, si sciunt sortem suam recepisse, deductis expensis, usque ad Pascha eas resignent, nisi sit possessio, quæ ad jus Monasterii pertinet. Qui aliter retinuerint, extunc Abbas et Prior et Cellerarius a divino officio sint suspensi, nec sensus impositione pallient hujusmodi pignorationes*. *Statuta* ann. 1184. col. 1256. De *Gageris*, sicut annis præteritis statutum est, *teneantur, quod non licet alicui census, vel terrarium, vel aliquem fructum terræ in Gageria recipere, qui non computetur in sortem, nisi decimas de propriis laboribus, et usum memoris, et usum pascuorum*. [\* Vide supra in *Gagiatio*.]

**GAIFANDA**, [Cohæres.] Vide *Gaphans*.

† **GAIFERIUS**, *Gesta Guillelmi Episc. Andegav.* apud *Mabilonium* tom. 3. *Analect.* pag. 373: *Huic autem Ecclesiæ dedit tectum aureum... anulos aureos pontificales quatuor, unum cum smarando, alterum cum topasio, tertium cum hyacinthio, quartum cum saphiro, qui Gaiferius nuncupatur, etc.* Quare autem hic *anulus Gaiferius* appelletur, *ibid.* pag. 369. docemur: *Idem Episcopus habebat anulum, qui a nomine cujusdam Regis Gaiferius vocatus, ab infirmis requirebatur: qui cum anulum illum bona intentione gratia suæ procuracionis accepissent, a diversis infirmitatibus auctore Domino curabantur. Nequimus autem utrum per gratiam divinam ex merito personæ anulum illum possidentis, et pauperibus misericorditer accommodantis,*

*exemplo B. Petri cujus in umbra infirmi restituebantur, an ex potentia lapidis, an ex utroque illa curationem gratia prove-niret.*

\* Non de una re dictum fuisse docet Codex reg. 7887. fol. 3. r°: *Dutrannus jussit fieri bannum, qui vocatur Gaife-rius, et curcinbaldum aureum, et unum manipulum aureum cum chillis.*

\* **GAIGERIUS**. Vide supra *Gagierius*.

\* **GAIGEURA**, a Gallico *Gageure*, Pi-gnus, sponsio, nostris alias *Gageaille*, et *Gaigaille*, res ipsa in pignus data. Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 627: *Idem Galliotus respondit quod hoc in veritate sciebat, et de hoc nullatenus ambigebat, subjungendo quod ipse contra Johannem d'Escoublehaut cen-tum francos auri in fermalia sive *Gai-geura* poneret.* Aliæ ann. 1398. in Reg. 153. ch. 466: *Iceulli Santon dist audit Berthelot que il esconvenoit que il luitast audit Hamant son varlet par Gaigaille d'un pot de vin.* Rursum aliæ ann. 1451. in Reg. 185. ch. 148: *Un pot de vin par maniere de Gageaille.*

\* **GAIGIUM**, **GAIGUM**, Mulcta pecunia-ria. Libert. bastidæ de *Monchabrier* ann. 1297. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 95: *Item curia non debet recipere justitiam seu Gaigium, quosque solvi fecerint rem judicatam parti, quæ obtinuit.* Consuet. villæ de *Buzet* ann. 1273. Mss. art. 24: *Et tunc præfatus locator vel acomodator in prædicto Gaigo punietur.* Quid sit autem apud Normannos *Gaige-plege*, aperte docent Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 185. ch. 154: *Selon l'usage et coutume du pays de Normandie, chacun seigneur qui tient noblement, tous ses subgiez sont tenus de venir aux plais du Gaige-plege, bailler pleige au seigneur de lui paier ses rentes et devoirs seigneuriaux; ou la cueillette est acquise au seigneur du fief, se il ne fait son devoir dedans temps, que coutume donne. Gaige-leige, eadem ac-ceptione, in aliis Lit. ann. 1478. ex Reg. 206. ch. 12: *Le Mardy précédent le jour du saint Sacrement, que on avoit tenu les plaitz ou Gaige-leige de la Trousse-boniere, etc.* Vide supra *Gægium* et in *Vadium*.*

† **GAIGNAGIUM**. Vide *Gagnagium*.

† **GAILLARDUS**. Vide *Goliardus* 2.

**GAINA**, Vagina, theca, Cambro Bri-tannicis *Gwain*, Gallis *Gainæ*. Tudebodus lib. 3. extremo: *Baltheus quoque ejus et Gaina, id est, vagina, fuerunt adpretiati* 60. *Bisantos.*

\* **GAINAGIUM**, Agri culti et sati. Charta ann. 1223. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 244: *Burgus Pantenerii, qui est ultra aquas Icanæ juxta Clamacia-cum, cum Gainagio territorii; . . . cum pertinentiis ejusdem Gainagii.* Vide mox

\* **GAINARE**, Arare, agrum proscin-dere, serere; unde *Gaynier*, qui hæc præstat, in Lit. remiss. ann. 1480. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 558: *Cer-tains Gayniers et autres gens de mestier, etc.* Chartul. S. Joan. Engiac. fol. 91. r°: *De omnibus quæcumque Gainaverit, habebit S. Joannes medietatem; et dabit illi monachus de Murone tres boves, qui nunquam moriuntur.* Hinc *Pré ganneau*, dicitur pratium, quod arari potest in *Recognit.* feud. ann. 1366. Vide supra *Gain-gneria*.

\* **GAINGNA**, Qui reditus seu *Gain-na-gia* exigit. Charta ann. 1332. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 947: *Item ad pen-dendum, habendum et recipiendum ratio-nem et computum ab omnibus hominibus dicti castri de Genestaribus, qui... Gain-*

*gnæ dicti castri emolumenta et commo-ditates ceperunt et ministrarunt.*

\* **GAINGNAGIUM**. Vide supra *Gagna-gium* 2.

† **GAJO**, Silva densior. Vide *Gajum*.

† **GAJOLA**, Carcer Gallis alias *Geole*. Charta Henrici Regis Angliæ tom. 3. Hist. Harcur. pag. 151: *Sciant me red-didisse et præsentii carta confirmasse Bal-duco . . . servienti mei . . . custodiam Gaiolæ meæ Rothomagensis et portæ cas-telli mei: et pro ista custodia habet uno-quoque die duorum solidorum usualis monetæ in meo redditu vicomitatus mei Rothomagensis, pro custodia Gaiolæ meæ decem et octo denarios, et pro custodia portæ sex denarios.* Vide *Gabia*.

\* Unde *Engaioler*, in carcerem detru-dere; sed et pro Cavea, *Gaiole* dixerunt. Mirac. Mss. B. M. V. lib. 2:

Dex l'emprisonne et Engaiole,  
Plus que ne soit gais en Gaiole.

**GAIRETHINX**, [Donum.] Vide *Gara-thinx*.

† **GAIRICE**, pro *Garricæ*, Terræ incultæ vel loca dumis obsita. Præceptum Caro-li C. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 30: *Cum molendinis, terris cultis vel incultis, vineis, Gairicis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, exi-tibus et egressibus, etc.* Charta ann. 1189: *Cum devesis, Gairicis, nemoribus, quartis, usaticis, alberguis, etc.*

† **GAIRUS**, Modus agri. *Gairum terræ, qui abjacet de uno latius, etc.* apud Ste-phanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 219.

**GAISDA**, Isatis, Glastum, vulgo *Guesde*. Marbodeus lib. 2. de Virtutibus herba-rum cap. 30:

Isatis a Græcis est vulgo Gaisda vocata.

† **GAISDO**, Eadem notione. Vide *Guais-dium*.

**GAISINDUS**, [De familia.] Vide *Gasin-dus*.

**GAITA**, Excubiæ, vigil ipse, specula-tor, Gallis olim *Gaite*, nunc *Gaet*. Ho-magium ann. 1237. tom. 1. Hist. Dal-phin. pag. 19: *Concessit eisdem ut primo animal captum habeant præcipuum ad opus Gaitæ suæ de præda capta, pro primo insultu, etc.* Libertates S. Georgii de Esperanchia ann. 1291. ibid. pag. 28: *Item omnes Burgenses præter Religiosos, Sacerdotes et Clericos debent excubias et Gaitas dictæ villæ.* Charta ann. 1241. ubi Prior S. Eusebii queritur de Præposito Altissiod. super gagiis panetariorum, qui decoquebant panem suum in furno S. Eusebii: *Quæ gagia ceperat vel capi fecerat. . . occasione Gaitæ villæ commu-nis.* Ibidem declaratur, quod illi qui de-coquebant panem suum ad furnum præ-dictum, quando citantur ad *Gaitam*, non *gaitent*. Plura vide in *Wactæ*.

\* Alia notione *Gaite*, nimirum pro Ur-bis regione, in Lit. ann. 1405. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 101: *De six parties ou Gaites, esquelles ladictes ville (d'Alby) est divisée, etc.*

\* **GAITAGIUM**, Excubiæ onus, vel census pro custodia urbis vel castri Li-bert. Domnimed. ann. 1246. tom. 7. Or-dinat. reg. Franc. pag. 692. art. 29: *Nul-lus laicus potest manere in villa, qui non debeat Gaitagium.* Vide in *Wactæ*.

**GAITANUM**, Zona, cingulum. Marcellus Empir. cap. 8. pag. 56: *De tribus cerasis lapillos pertundes, et Gaitano lino inserto pro phylacterio uteris.* Cyrillus in Lexico: *Τὰ σχοινία, καὶ τὰ δεσμά, καὶ ἡ ἄλυσις σπειραὶ λέγονται καὶ τὰ γαιτάνια, καὶ ἄπαν πλέγμα.* Vide *Meursium* in hac voce

[et *Glossarium mediæ Græcitatatis*, in *Append. col. 46.*]

† **GAITARE**, Excubias agere, Gall. *Guet-ter*. Occurrit in *Gaita* et in *Wactæ*.

\* *Gaitam* seu excubias facere, Ital. *Guatare*, Gall. *Faire le guet*. Charta ann. 1125. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 429: *Et ipsam urbem custodias et bene custodire facias et Gaitare.* Alia ann. 1223. in Chartul. Campan. fol. 190: *Item dicit quod homines nostri ad subventio-nem suam Gaitent villam.* Vide in *Wac-tæ*. *Esgaiter* vero, est Speculari, insi-diari, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 175: *Iceulli Gui-chart s'en ala à tout un baston en les Es-gaitant et espiant.*

\* **GAITUM**, Excubiæ, Gall. *Guet*, *Gais*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 467. Protocol. vetus ex Cod. reg. 4184. fol. 59. v°: *Conquesti sunt no-bis Robertus Oxtun, serviens noster eques de Gaito necis (l. noctis) Parisius, et Johannes ejus frater, quod, etc.* Vide *Gaita*.

† **GAJULARIUS**, Custos carceris. Vide *Geola*.

\* Libertat. de Rotom. statutæ ad sca-car. ex Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 46. r°: *Gajularius turris ejusdem xviij. lib. et ij. sol. et vj. den.* Sed legendum *Gaiolarius* vel *Geolarius*, Carceris cus-tos. Vide supra *Gaiola* et infra *Geola*.

**GAJUM**. Excerpta Pithœana: *Gajo, vel Gagio, silva densissima.* Ugutio: *Gajo, vel Gao, i. Gwaldus, vel Gagio, silva densissima.* Ita *Gajum Regis* usur-patur in *Lege Longob.* lib. 1. tit. 25. § 37. 38. [\* *Rothar. 324. 325.*] [Apud Mura-tor. tom. 1. part. 2. pag. 42. col. 2. ex Codice Esten. legitur, *Excepto Gage Regis.*] Charta Caroli M. apud Ughellum tom. 5. pag. 1565: *Præterea et Gajum nostrum, qui in eodem loco juxta res ip-sius Ecclesiæ in Luciaria conjacet, et nunc noviter excolitur, etc.* Alia Hugonis Regis Italiæ ann. 927. apud eundem tom. 2. pag. 195: *Molendinosque ibi sitos duos, seu et Gajum unum, nec non in Bergante mansos 3. etc.* Occurrit adhuc infra. Alia in Chronico Farfensi pag. 658: *Haccariciis, alpiibus, Gajis, molen-dinis, etc.*

**GAGIUM**, Eadem notione. Charta De-siderii Regis Longob. in Bullario Casi-nensi tom. 2. pag. 14: *Largimur in Jura de ipso Monasterio ex Gagio nostro Re-giense, quæ nuncupantur, terra, silva, roncora, et prata, etc.* [\* *Kahéius*, in *Leg. Bajuv. tit. 21. § 6.* Vide *Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 596. Mytholog. pag. 48. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 761. voce Hac.*]

A *Gajo* porro nata videtur vox *Gay* nostris, *Gajo* Ital. pro *Læto*, *Gaudente*, ab iis scilicet, qui in silvas pergunt, vel venandi, vel oblectamenti gratia, ut curas abjiciant omnes, ac sese ab iis liberent. *Gagio* etiam pro *læto* dixit *Dantes Parad. 6.* Vide *Octav. Ferrarium* in *Orig. Ital. v. Gajo*, et infra in *Gual-dus*.

† **GAIVS**, Pica, Gall. *Jay*. Vide *Gaia*.

\* **GAIVUS**. RES *GAIVA*, Res derelicta, et quæ a nemine repetitur ut sua, nos-tris, *Gaif* et *Gay*. Charta Phil. III. reg. Franc. ann. 1280. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1256: *Offerebant (abbas et con-ventus S. Petri super Divam) probaturos se usos fuisse dicta justitia in casibus seu articulis qui sequuntur, videlicet de rebus Gaivis, de dividendo cursu aquorum, etc.* Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 104. ch. 322: *Es mettes de la sergenterie fust venu et escheu d'aventure un cheval de Gaif ou*



espave, etc. Instr. ann. 1366. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 716: *Et ont les héritages que eulx tenoient, laissez guerpis et Gays, etc.* Vide *Wuyf*.

\* **GALA**, Wallia. Princeps *Galarum*, Gall. *Le prince de Galles*, non semel in Lit. ann. 1368. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 285.

**GALABRUNUS**, et **ISENBRUNUS**, Panorum species. Statuta Petri Venerab. cap. 16: *Nullus fratrum nostrorum pannis, qui dicuntur Galabrui, vel Isebrui, vestiatur.* S. Bernardus de Vita et morib. Religiosor. cap. 9: *Putasne, ibi cuiquam Galabrunum aut Isebrunum querebatur ad induendum?* Statuta vetera Domus Dei Parisiensis MS.: *Sorores habebunt singulae 3. camiseas, et 3. succamas talares, unum pelliceam agnium novum et suum vetus, si opus fuerit: tunicam unam de sagio nigro vel subrufo pretii ulnae b. solid. ad plus, supertunicale agnium ejusdem coloris et pretii, pallium nigrum de Ysebruno, vel Galebruno, vel de sagio, et caligas albas, vel nigras, et bottas rotundas.* Regestum Parlamenti dictum *Olim* fol. 32. verso: *Præpositus Parisiensis arrestaverat Galebruna, quæ Everardus de S. Laudo paraverat seu tinxerat Parisius, forisfacta, ut dicebat, occasione ejusdam constitutionis, factæ inter textores et fulones de pannis factis extra villam Parisius non parandis, . . . dictum fuit, quod nihil actum erat contra constitutionem, quia Galebruna non sunt panni, etc.* Regestum Peagiorum Paris.: *Tiretaine, Galebrun, et tout autre drap ourdis, etc.*

**VALENBRUNUM**. Rainardus Abbas Cisterciensis in Institut. Capitul. General. Cisterc. cap. 88: *Ponamus delicatas vestes et nullus deinceps Isebruna, saia, Valenbruno, vel ejusmodi aut etiam subtilioribus pannis utatur.*

\* **GALACTEA**, Lacteus porcellus, apud Simon. Januens. in Glossar. medic. ex Cod. reg. 6959.

† **GALACTIAS**, Via lactea. Vide *Galaxia*.

† **GALEA**, *Triremis*, in *Amalthea*. Legitur in Vita S. Catharinae Sen. tom. 3. April. pag. 968. et in Vita S. Angeli Carmelitæ, tom. 2. Maii pag. 824. Vide *Galea*.

† **GALÆRIUM**, Bona. Vide in *Galeo*.

\* **GALAMBORA**, *GALANBORA*. Stat. Montis-reg. pag. 211: *Quod nemo debeat cavare in viis communibus faciendo rittanam seu fossatum, causa ducendi aquam, vel alio modo, dando damnum viis, nisi fecerit et manutenerit pontem vel Galamboram de supra illam rittanam seu fossatum.* Et pag. 258: *Occasione aliquarum aquarum spargentium in viis, aut occasione pontium seu Galamborarum, etc.* Vide mox *Galandra*.

† **GALAMBRUNUS**, pro *Galabrunus*, legitur infra in voce *Scalfarius*.

\* **GALAMINA**, [Velamen candidum mulierum. *DIEF*.]

**GALANAS**, Vox Wallica, Inimicitia, homicidium, item pretium homicidii, Boxhornio in Lexico Wallico. Occurrit in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ cap. 8.

\* **GALANDRA**, Testudo, sic, ut videtur, dicta quod testa sua tœatur, a verbo *Garentir*, mutata, ut sæpe fit, litera *r* in *l*; unde etiam *Galandi* nuncupatum id, quod defendit. Lit. ann. 1375. in vol. 6. arestor. parlam. Paris.: *Item bresches et manteaux couronnez ou Galandiz de tours soustendront d'aisselles seulement sans gros.* Dialog. creatur. dial. 119: *Aquila volans per aerem et videns mo-*

*vere testudinem, id est Galandram, deponit se super ipsam, accipitque in pedibus, etc.*

**GALANDRAVUM**, Vestis Virilis. Statuta MSS. Massiliensia lib. 2: *De Galandravo sine penna et frezo. Galandravum et caputum de panno grosso.* [Edita præferunt: *De Galandravo sive penna et froire.*]

\* Et quidem vestis rusticorum. Inq. ann. 1268. ex schedis Pr. de *Mazaugues*: *Requisitus a quibus habuit bannum, respondit quod a Bertrando Roscellano cive Arelatis habuit unum Galandravum, pro eo quia vacce suse intraverant dictum territorium.* Rursum ibid.: *Item dixit quod pignoravit sororum Pontii Meijnorn de Arelate, cum quibusdam aliis, quia invenerunt oves suas infra dictos confines, sine licentia dom. Barrali, de uno Galandravo.*

**GALANGA**, Radicis arboris species; apud Jacobum de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 85. [apud Murator. tom. 6. col. 869. et de *Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 422. Vide Rob. Stephanum de Latinis et Græcis nominibus arborum in *Cyperus*, et *Dictionary* Trevolt. in *Galanga*.] Vide *Gallingar*.

**GALANTES**, *Sperantes*, in *Glossis antiquis* MSS.

\* **GALANUS**, *Lo calzolar*, in *Glossar. Lat. Ital.* MS.

\* **GALARONARE**, Hisp. *Galardonar*, Remunerare, retribuere, nostris alias *Guerrredonner*. Vide infra *Guiardonum*. Testam. Alph. II. ann. 1321. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 36: *Mando adhuc quod dent hominibus de ordine de domo mea et laicis, quibus non Galardonavero suum servitium, sicut viderint.*

\* **GALARE**, Indulgere genio, dare se jucunditati. Ital. *Far gala*, nostris, *Galer* et *Mener gale*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 364: *Fœnum prædictum ad domum Guillelmi le Cauchois portavit causa quiescendi, Galandi vel dormiendi illa nocte super fœnum prædictum.* Aliæ ann. 1380. in Reg. 118. ch. 43: *Lesquelz respondirent. que il danceroient et meneroient grant Gale.* Rursum aliæ ann. 1409. in Reg. 164. ch. 145: *Icelle femme dist à son mary: vous ne faites que aler par pays et Galer par les tavernes. le suppliant s'en ala jouer et esbattre à la taverne. où il demoura buvant, mangant et menant Gale avec les autres. Galerie, eodem sensu in Lit. remiss. ann. 1462. ex Reg. 198. ch. 516: *Lesquelz compaignons, après soupper, menoient grande Galerie, tellement que on les oyoit en la rue. Water*, eadem notione, in *Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1*:*

Ce tant peu qu'il avoit Wala,  
Et jeta puer si folement,  
Que pouertés isnelement  
A son oncle le racacha.

Vide *Gallescere*.

\*\* **GALASTRA**. Reinard. Vulp. lib. 4. vers. 337:

Villanus cribro pronascitur atque Galastræ,  
Rax careri et piperi, carnis atque mero.

† **GALATHA**. Edictum ann. 1358. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 337: *In camera Comptorum superius ad Galathas, ubi erant Domini de Montemorenciaci, etc.* Locus hodie incognitus in Camera Comptorum. Contignationem tegulis proximam hodie dicimus *Galeatas*: quam vocem arcessunt quidam ab Arabico *Calata*, Arcis vertex, Gall. *Donjon*.

† **GALATHEA**, Via lactea. Vide *Galaxia*.

† **GALATIA**. Species navis. Vide in *Galea*.

\* **GALATICARI**, Galatarum more agere, apud Tertul. lib. de *Jejun.* cap. 14.

† **GALATINA**. Willelm. Brito lib. 10. Philip.:

Millia salmonum murenarumque ministrat  
Britigenis, quos inde procul commercia mittunt  
Charta diu, dum servat eis Galatina vigorem.

Barthius Crassum jus intelligit, quod infusum pro conditura piscibus, carnibus eorum diutius saporem et vigorem servat. Germani tale quid *Gallardam* aut *Gallartem* dicere solent.

\* Comput. Ms. ann. 1244: *De duodecim lampredis portatis in Galatina apud Parisios de mandato domini comitis, cæ. sol. vj. den. Galatione et Galentine, Jus concretum e piscibus vel carnibus elixis, vulgo *Galée*, in Poem. de la Rose ubi de comessatore:*

Et de maintes viandes taste,  
En post, en rost, en sausse, en paste,  
En friture, en Galatine,  
Quand entrer peut en la cuisine.

Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1:

Bouce pourcoi cante malines,  
Quant li cuers met en Galentines,  
Grans bars, grans lux et grans lamproies.

† **GALATIUM**, Idioma Gallicanum. Litteræ ann. 1432. pro Arelatensibus tom. 2. Hist. Provinciar. pag. 447: *Arma seu insignia Marchionum Catalauniz quæ listata, seu juxta Galatium vulgare, palata de auro et quellis esse noscuntur.*

† **GALATOR**, f. pro *Balator*, Saltator. [\* Leg. forte *Gabator*. Vide in hac voce.] Statuta Collegii Narbon. ann. 1379. apud Lobinell tom. 5. Hist. Paris. pag. 668. art. 21: *Evitare ribaldos, Galatores, mymos, joclatores nocturnos, fugitivos, etc.*

\* **GALAVERNA**. Chron. Foroliv. ad ann. 1432. apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 904: *Eodem anno, et fuit de mense Januarii, descendit ita magna Galaverna, quod desiccavit arbores, ficus, olivas, lauros, poma granata, etc.* Idem videtur quod hortulani nostri *Rouxvents* appellant, Venti notii versatiles, vel *Vent de galerne*.

\* **GALAZEUM**, Idem quod *Galaxia*, Via lactea, pro ipso cœlo. Benzo episc. Albens. Comment. de reb. Henr. III. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. Mss. pag. 396: *Hic ita gestis, proh dolor! dominus noster imperator Henricus deserens nostræ peregrinationis cœnum translatus est ad Galazeum.*

† **GALAXIA**, vel *Galaxias*, Lacteus circulus, qui vulgo dicitur *Via S. Jacobi*. Johan. de Janua. Græcis, γαλαξίας. Papias: *Galathea, Lactea quædam cœli zona alba hoc nomine dicitur, quæ vulgo Strata nominatur.* Epistola *Dungali* Reclusi ann. 810. ad Carolum M. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 144: *Circulorum prædictorum primus est Galactias, quod Latine Lacteus interpretatur.*

\* **GALAZANEGUES**. Inventar. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 2: *Item inveni in claustris passionarium, qui vocatur Galazanegues.* An iste liber sic dictus est, quod acta contineat, quibus *Galazeum* seu cœlum obtinetur: vel a *Gala* gaudium, quod illa ad æternam felicitatem perducant? Vide supra *Galare*.

† 1. **GALBA**, pro *Garba*, Manipulus, Gall. *Gerbe*, in Tabul. Monast. de Bona-Requie. Vide *Garba*.

† 2. **GALBA**, γαλβάρη, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. MSS. Galbanum.

8. **GALBA**, Gallis veteribus, Pinguis, obesus. Sueton. in Galba cap. 3. Strabo lib. 4.

† **GALBACUS**, pro *Gabbarus*. Vide in hac voce.

\* **GALBAGIUM**, pro *Gablagium*, Censuum tributum, redivit. Charta ann. 1206. in Reg. 38. Chartoph. reg. ch. 57: *Concessit etiam dictus Juellus... viginti solidos Cenomanenses in Galbaggio et maresium Garsitar*. Vide supra in *Gabulum*.

† 1. **GALBANUM**, Johan. de Janua, *Genus pigmenti, vel succus, vel lac ferule; unde Galbanum quidam color inde factus: et hinc Galbaneus, a, um, et Galbanum quoddam genus vestium dictum a Galbano colore, qui est sublucidus et subalbus sub pallore*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Galbanum, une maniere de pigment, ou de vestement, ou de coulour*. Utitur Juvenalis pro Vestis specie, Suetonius pro Succo nostris etiam dicto *Galbanum*: quam vocem Martinus ab Hebræo *Chelbenach*, Pinguedo, adducit. Si tanti est hunc Lexicographum consulere et vide *Galnabis*.

† **GALBANIS**, pro *Galbanum*. Succus, in Rhythmica descriptione Veronæ ann. circiter 790. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1095.

† **GALBARES**, pro *Gabbara*, ut ibi dictum.

\* **GALCEA**, f. pro *Calcea*, saltem eo sensu, ut videtur, Agger, via strata: quia ex calculis fit; nostris alias *Gal*, pro *Caillou*. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 128: *Icellui Colin print une pierre ou Gal de mer, et le getta à la teste du suppliant par tele maniere qu'il le porta à terre*. Charta Girardi abb. S. Germ. Prat. ann. 1278. ex Chartul. AD. ejusdem monast. fol. 81. r°: *Item apud Cachant tam in pratis, vineis, Galceis, quam terris arabilibus, quinquaginta libratis*. Nisi agros calculis opletos atque adeo incultos, aut de lapicidina, Gall. *Carriere*, intelligas. Vide *Calcatorium* et *Calcatum*.

\* **GALCHERE**. Proscissio sive aratio vervectorum. Gall. *Jachères*. Chart. Ramerici Abbat. mon. S. Winwaloei ann. 1000. apud Guerdard. post Irminon. pag. 268: *In unoquoque anno debet habere comes tres coroveias, ad Galcheras, ad remotiones, ad avenas*. Vide *Gascaria*.

\* **GALDUM**, Fascis lanæ certi ponderis, Gall. *Gal*. Comput. ann. 1431. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. fol. 13. r°: *Petrus le Sage firmarius de Vaacelles redemit decem Galda lanæ, quolibet Galdum xxx. sol.* Alius ann. 1882. fol. 10. v°: *Firmarius de Nouvion redemit quinque Gaulx, pro Galdò xxviij. sol.* Pluries ibi. Stat. pro ponderibus in Lib. albo domus publ. ejusd. urbis fol. 97. v°: *Item de deux livres de laine ou de agnelins jusques à demi Gal, sans plus avoir, se paiera comme de demi Gal. Item s'il passe le Gal ou le demi Gal, et il ne monte jusques à cinq livres, etc.* Lit. remis. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 117: *Lesquelx eussent en celle maison prins huit ou neuf Gaux de laine ou environ... montans en valeur à la somme de xxx. francs ou environ*. Aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 317: *Lesquelx prindrent quatre Gaux de laine... dont il en y ot trois Gaux vendus, chascun Gal quarante quatre solz Parisis*.

\* **GALDUUS**. [Glaucos] a Aliud (stendardum campum habens glaucum sive *Galdum* et duos monticulos pares.

(Diar. Burchard. ed. Thuasne II, 165, an. 1494. »)]

1. **GALEA**, Will. Britoni in Vocabul. MS. *Est genus navigii velocissimi*. Ebrardus in Græcismo:

Armo caput Galea, pelagus percurro Galea.

Alius Poëta apud Matthæum Paris ann. 1243:

In terris Galeas, in aquis formido Galeias.

Galeæ, *Longæ naves* dicuntur Assero ann. 877. et Will. Tyrio lib. 20. cap. 14. *Naves rostratæ*, eidem lib. 10. cap. 28. et Matthæo Paris. *Liburnæ*, Ottoni Frising. de Gestis Frider. lib. 1. cap. 33. et veteri Interpreti Vegetii Catalanico MS. lib. 4. cap. 37. Hæc notione utuntur passim Scriptores, Radulfus de Diceto ann. 1148. 1185. etc. Malaterra lib. 4. cap. 35. Willelm. Britto lib. 7. Philipp. pag. 174. Hugo Falcandus pag. 646. Rogerus Hovedenus pag. 688. 692. Godefridus Mon. in Chron. Petrus de Vineis lib. 1. Epist. 8. 9. lib. 3. Epist. 67. Gosiunus de Expugnat. Alaçon. etc. [*Galeæ de trafeco*, apud Bernardum de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 231.] *Galées*, Villharduino n. 14. 124. etc. in Chron. Flandr. cap. 78. 82. et aliis Scripturibus. [Le Roman de Blanchandin MS:

Pardevant l'isle de Bogie  
Gouvernerent cele Galie.]

Γαλαίας etiam hac notione usurpant Græci Scriptores recentiores, et γαλέας, ut Continuator Theophan. lib. 4. num. 37. Vide Notas nostras ad Alexiadem pag. 316.

A *Galea*, tutela, et παρασίμω, quod in rostris erat, sic ejusmodi navigia vocata censent viri docti, ut fuit illud quo vectum se in Pontum scribit Ovidius:

Est mihi, sique precor, flava tutela Minervæ  
Navis, et a picta casæde nomen habet.

Philippus Pigafetta in Notis Italicis ad Leonis Tactica pag. 292. ubi varias hujusce vocis originationes expendit, videtur existimare, sic appellatum hujusmodi navigium ab eo pisce, quem Xiphiam, et γαλεῖων vocant, cujus, inquit, formam ac figuram omnino representat. Ejus verba proponam: *Il pesce spada del quale ho preso conoscenza a Constantinopoli, ha nel muso una spada piu d'un braccio lunga, che si confa col becco della Galeotta vascello: onde Eliano, che fu persona militare, ponendo forse mente a cio, avvertisce nel 14. libro de gli animali (cap. 23.) che quella spada cosi nel naso postagli somiglia a becco d'une trirème, usando massimamente la trirème di ferire con lo sprone il nemico, a guisa del pesce spada. Le pinne che il pesce Galeotis tiene al ventre di qua, et di là, disegnano li remi della Galeotta vascello: et la coda parimente di quel pesce rapresenta il timoni et la poppa, usando li antichi Græci di chiamar la poppa de' navili coda. Alii a γάλην deducunt, quæ vox Hesycho est ἔξέδραç εἶδος. Vide Vossium, Menagium, Ferrarium, [\*\* Glossar. med. Græcit. col. 235.] etc.*

\* *Galleie*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

† **GALEASIA**, Navis longior depressioris ORB. Gall. *Galeasse*. Litteræ ann. 1478. apud Rymer. tom. 13. pag. 59: *Patroni unius Galeasie de Neapole, modo existentis in portu*.

\* *Galiace*, apud Monstrel. 3. vol. ad ann. 1448. fol. 5. v°: *Arriverent unze fustes, tant Galiaces, galées, que Galiottes,*

et chargerent de viaille une partie d'icelles.

† **GALEATIA**, Eadem notione, in Chron. Astensi apud Murator. tom. 11. col. 270. et in Litteris ann. 1481. ex Archivio Massil. De *Galeatis* plura erudite scribit Carolus de Aquino in Lexico Militari.

**GALEIDA**, Minor *Galea*. Albertus Aquens. lib. 9. cap. 19: *Duodecim Galeidas descenderunt cum multis armatis militibus*. Cap. 23: *Dux naves, quarum altera minor, quam Galeidam vocant*. Adde lib. 11. cap. 3. 27. lib. 12. cap. 17.

**GALIO**, **GALEO**, Minor *galea*, vulgo nostris *Galion*. Hist. Hierosol. pag. 1167: *Minor cymba, quam vulgo Galionem nominant*. Infra: *Quod autem antiqui dicebant Liburnam, moderni Galeam, media producta, nominant, quæ longa, gracilis, et parum eminens, lignum a prora præfixum habet, et vulgo Calcar dicitur, quo rates hostium transfiguntur percussæ. Galiones vero uno remorum ordine contenti, brevitate mobiles, et facilis flectuntur, et levius discurrunt, et ignibus jaculandis aptiores existunt*. Epistola Joannis Episcopi Acconensis tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 377: *In bargis præterea et Galionibus multitudinem pugnatorum... posuerat*. Synodus Florentina: Ἡλιον δὲ μετ' αὐτοῦ καὶ ἕτερα μεσοκότερα, ἃ ὀνομάζουσιν γαλιόνια. *Galeones*, apud Albertin. Mussatum lib. 5. de Gestis Italicor. rubr. 2. [in Brevariario Hist. Pisanæ ann. 1172. apud Murator. tom. 6. col. 185. et in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 376.] Willelm. *Guart*. in Historia Francor. MS. ann. 1304.:

L'Amirant en un Galiot  
Fait entrer ô li sans atente  
Arbalestriers entour quarante.

Infra:

Font Galloz avirons bruire.

\* *Galeonem* sic describit Joan. Simoneta in Hist. Franc. Sfortiæ apud Murator. tom. 21. Script. Ital. 408: *Sunt autem Galeones trirémibus breviores, sed latiores ac sublimiores. Surgunt namque in tabulata ad summum puppibus et proris altius sublati. Aguntur tum velis, tum remis, fluminum navigationi solum accomodati, feruntque super malos latiores pluteos, ex quibus armati homines jaculis, sudibus ferreis, et omni telorum jactu acriter subjectos oppugnant hostes*. Hinc

\* **GALEUNCULUS**, dimin. a *Galeo*, apud eumd. Simon. ibid. col. 420: *Multis flumine armatis naviculis duobusque Galeunculis... expugnare ceperunt Galippe*, eodem sensu, in Lit. remis. ann. 1460. ex Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 71: *Iceulx ailleurs estoient sur la riviere de Dordogne dedans une Galippe barbotarde, en laquelle il pensoit estre la plus grant partye du pillage*.

\* **GALEO**, Navis oneraria, Ital. *Galeone*. Poggius lib. 3. Hist. Florent. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 275: *Centum ad eam rem onerarias naves, quas Galeones appellant... in alveo fluminis statuit. Gamele*, eadem notione, in Hist. contin. Guill. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 731: *Et i ot xv. galies et autres vessiaus menus, saities et Gameles bien cinquante*.

† **GALEONUS**, Eadem notione. *Galeæ dux et unus Galeonus in cursum*, apud Jacobum Auriam lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1282. Rursus utitur ad ann. 1283. 1286. et 1290.

† **GALIONUS**, in iisdem Annalibus Ja-

cobi Auriae ad ann. 1285. et Ogerii Pannis ad ann. 1203.

† GALIONUM, neutro genere, apud eumdem Jacobum Auriam ad ann. 1285.

† GALEOTA, Eodem intellectu, in Anal. Genuens. ad ann. 1196. et ad ann. 1242.

† GALLIOTHA, in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 580.

GALEARII, Nautæ, qui in galeis operam suam collocant, nostris Galerians, apud Thomam Walsinghamum pag. 243. 244. Le Roman de Garin MS. :

N'en istront més par terre ne par mer,  
Bien les forai à Galies garder.

\* Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 158 : Quotquot autem ex Januensisibus Galeariis reperire poterat, occidit.

\* GALIOTI, Eadem notione. Annal. Victor. Mss. ad ann. 1283. ubi de pugna navali inter Carolum Salernæ principem Caroli reg. Sicil. filium et Neapolitanos, qui licet victores extiterint, multi tamen ex eorum parte sunt occisi ; sed quia viles erant Galioti nulliusque nominis, non fuit damnum æquale. Galiot vero, pro Pirata, Ital. Galeone, nebulo. Gest. Ludov. Pii cap. 12. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 145 : Entre ces choses vindrent noveles à cort que viij. nés plaines de Galioz et de robeors s'estoient parties de Normendie. Et cap. 15. ibid. pag. 151 : Pour encontre, se aventure fust, les Galioz et les robeors, qui en cele isle de Corse faisoient souvent granz domages. Hinc Galliotage, Piratica, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 237 : Comme le suppliant eust delaisié son labour, . . . et fust alé sur la mer en escumerie ou Galliotage, où il eust demouré grant temps, etc. A Galeonibus haud dubie, quibus in ejusmodi grassationibus utebantur, accersenda vocis origo. At minus apertum est cur Galiots nuncupentur in ecclesia S. Petri Insulensis juniores clerici, qui vicariorum seu cantorum officia absque ulla mercede agunt, donec locum ipsum, cum vacaverit, obtineant.

GALEOTE, Remiges galearum, vel galotarum. Falco Beneventanus pag. 323 : Universam quidem substantiam civium, et Ecclesiarum ornatus, Galiotæ Regis et turba innumera prædonum, quæ eum sequebatur, comprehendit, rapuit, despoliavit. Romualdus in Chron. MS. : Et montem Arobarum, quem ipse de novo ædificaverat, a Galiotis suis capi fecit et destrui. Joan. Brompton : Centum galeas armatas cum toto apparatu, et cum victu Galeotarum ad duos annos. Infra : Galiotæ Regis. [Bern. de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 37 : Quidam ex Galeotis galearum piscatum euntes, etc. Pag. 234 : Viginti Galeothe infirmati in Alexandria de aquis ibi potatis, etc.]

† GALIOTTUS, in Annalibus Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 305. 472. 515. 540. etc.

† GALIOTUS, apud Rymerum tom. 11. pag. 449.

† GALYOTA, apud Bern. de Breydenbach pag. 28.

† GALESTROLUS, Eodem significatu. Idem de Breydenbach pag. 238 : Ita quod Galestroli cogerentur vela tempestatibus apta appendere. Et pag. 243 : In navi... Galestroli... plus solito laborantibus.

GALEATOR, Galeæ patronus, ut vocant. Occurrit apud Nic. de Trivetto in Chron. ann. 1191. pag. 506.

\* 2. GALEA. [Legitur in thesauro ecclesie Claromont. mus. arch. dep. an. 980, p. 40. : « Pomos argenteos... que

fuerunt perdati in Galea. » — Id. p. 41. : « Galeas tria paria ». Quod dicitur de vestibus sacris, nam enumerat inter gonfanones et gantos.]

\* GALEAGIUM, an pro Gablagium, Census, tributum, redditus ? Vide supra in Gabium. Charta Phil. Aug. ann. 1207. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 52. rº. col. 1 : Assignamus in feodum et homagium ligium triginta libras redditus annuatim percipiendi... in Galeagio Losduni vj. libras. Vide supra Galbagium.

† GALEARE, Galea, i. capitis armatura, Gallice Casque, defendere. Acta SS. Julii tom. 2. pag. 373. de S. Godoleva : Palæstrisans in palestra, Galeante Dei dextera sese, sortitur bravium.

† GALEAREA, Vide Galaria.

GALEARES. Gloss. Lat. MS. Regium : Craledæ, Galeares. Perperam Glareares. Papias : Cipiga, Galeia.

\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : Galearum (sic) Jubæ, crini ; idem pileum pastorale ex juncis factum. Leg. Galerum. Vide Galeria.

1. GALEARIA, Pileus, sive tiara, Papiæ. [Apud Festum : Galearia, a Galearum similitudine dicta.]

\* 2. GALEARIA, Vicus, ubi habitant galearii seu galearum artifices. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 253 : Cum Johannes de Sargiaco una cum pluribus aliis sociis de Galearia, Gallice de la Heaumerie, Parisius ad ecclesiam Villetarum Parisius assessissent (leg. accessissent).

GALEARII, Lixæ, calones. Vegetius lib. 1. cap. 10 : Lixas, quos Galearios vocant. Lib. 3. cap. 9 : Ex ipsis calonibus, quos Galearios vocant, idoneos ac peritos usu legebant. [Gloss. Isidor. : Calones, Galearii militum.] Eusebius in Chron. : Παρμαχοί Γάλλων μυριάδας δὲ πρὸς τοὺς τετρακκοσίους ἀνείλον, τοὺς δὲ αἰμακλώτους αὐτῶν κατεδουλώσαντο, Γαλιαρίους καλοῦντες αὐτούς. Boethornius, ut solet, ab Hebræo deductit, Galeare, vel Guilar, quod idipsum est. Unde nostrum Goujar, lixa. Vide Salmasium ad Hist. Aug. pag. 35.

† GALEARIUS, f. Qui facit galeas capitibus armaturas, Gall. Casques. Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. CLXXXIX. col. 2 : Expensa... Gaulterus Galearius XLI. s. et VI. d. Petrus de Argasia de XLI. diebus.... vi. lb. et III. sol. Vide alia notione in Galea.

† GALEASIA, Galeatia. Vide Galea.

\* GALEATUS, pro Milite galea armato. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 98. vº : Transcriptum litterarum originalium domini Johannis regis Boemie, per quas... promisit servire regi Francie et suis liberis cum iijº. Galeatis contra regem Anglie.

\* GALEBRIMUS. Vide Galabrunus.

\* GALECTUM, Ital. Galetto, Canalculus, Gall. Robinet. Charta ann. 1281. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 901 : De soma anchalchi, de soma Galecti, etc. Galectum, in Stat. Riper. cap. 12. fol. 3. vº. Galecte vero est placente species, in Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 155. vº. col. 2 : Douze grans eschaudez et trois petites Galectes, etc.

GALEDELLUS, Navis species, ac forte minor galea. Rafanus de Caresinis in Chron. MS. ann. 1379 : Hostibus autem cum Galedellis, paralandrinis, ganzarolis et bardis, (f. bargiis) viriliter resistentibus, etc. Infra : Ad 38. galeas et aliquot Galedellos. Vide Galladellus.

† GALEIDA, GALEIA. Vide Galea.

\* GALENGA, pro Galanga, Radix aromatica Indica. Stat. Astæ ubi de Intrat.

portar. : Galenga solvat pro quolibet rubo libras xvj. Vide in Galiqua.

† GALENUM, Vas vinarium. Romani antiqui dixerunt Calenum vinum. Gloss. Isid. Calenum vinum, Calena vitis Horatio nota a Caleni Campanie oppidi celebri vino sic dicta. Pro Galenum, Vas vinarium, haud immerito credit Grævius quod Calena legatur in fragmento Varronis περί μέθης, de vasis genere : Dolia atque apothecas triclinares, melicas, Calenas obbas, Cumanos calices. Attamen in Glossis Sangerman. MSS. n. 501. etiam habetur : Galenum, Vas vinarium.

† GALEO. Vide Galio in Galea.

† GALEOLA. Vide Galo.

† GALEONUS, GALEOTA, GALEOTUS. Vide in Galea.

GALERA, Liburna, μονήρης, simplicis ordinis remorum navis, nostris Galere. Guill. Apuliensis lib. 5. Rer. Norm. pag. 50 :

Quamque magis celerem cognoverat esse Galeram,  
Scandit.

Charta Alphonsi Reg. Aragon. apud Martinezum in Hist. Pinnatensi lib. 5. cap. 9 : Facta carta in illo anno, quando Rex fecit naves et Galeras in Bayona, ut caperet illam æra 1168. Vide Galea.

† GALERANNUS, Avis species, de qua Fridericus II. lib. 1. de Venat. cap. 23. [\* Germanis olim Calander, Galander, Galerita, Calidrum. Vide Calandrus. ADEL.]

GALERIA. Anastasius Bibl. in S. Hadriano pag. 111 : Alias vero tres domos cultas, videlicet Galeria posita via Aurelia, ... reliquias vero duas, id est, Galeriam positam via Portuensi, etc. Occurrit ibi non semel, et apud Ughellum tom. 1. pag. 121. 136. [Concil. Compostell. ann. 1081 : Ita æquum est, ut omnibus intra Galeriam stantibus pacis oculum sibi invicem tribuere. Et in omnibus communionibus majoribus Nativitatis Domini, Paschæ et Pentecostes, quisquis de quo habuerit, munera offerat.] Nescio, an inde orta sit vox Gallaria, Italis, Galerie nostris, pro longiori porticu, seu, uti vocatur a Sidonio lib. 2. Epist. 2. Cryptoporticu, quam vocem ortam quidam volunt, quod oblonga sit instar Galeræ, seu navis. Alia alia opinantur. Vide Jacob. Bourgoing lib. de Orig. et usu vulgar. vocum pag. 83. Octav. Ferrarium in Orig. Ital. [Et Menagium in Gall. ubi vocis Galerie antiquitatem probat ex Bardino Senatore Tolosano, qui florebat ann. 1440. apud quem legitur : Ambulacrum, quod nos Galeriam vocamus. Galeria sive corredor domus, in Charta ann. 1471. ex Schedis D. Lancelet. Ead. notione sumitur in Instrumento anni 550. apud Rymerum tom. 14. pag. 390. col. 1 : In quodam superiori ambulacro sive quadam superiori Galeria ex parte australi ædium sive hospitii illustrissimi Principis et Domini nostri Henrici VIII. Vide Galilæa.]

\* Memor. D. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1370. fol. 100. vº : Rex 21. Julii 1370. in hospitio suo de S. Paulo in galeris dixit, etc. Charta ann. 1397. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 143. col. 2 : Consules Nemausi per aliquos singulares ejusdem villæ dirrui fecerant Galeriam dicti orti sive viridarum, ... et lapides, fustas ac tegulos dictæ Galerie, et cujusdam cameræ juxta dictam Galeriam... capi et portari fecerant, etc.

\* GALLERIA, Eadem notione, in Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1484 : Jacobo du Tertre carpentatori, quia cum



suis sociis fecit... *Gallerias*, Gallice *Gallerias*, existentes juxta campanile, etc.

\* **GALERIUS**, Pileus. Stat. crimin. Rip. cap. 92. fol. 16. vº: *Quod si quis acceperit capucium, Galerium vel biretum de capite alicui personæ, condemnatur in libris duobus parvorum.* Vide *Galerus*.

**GALERUS**, Insigne Ducalis polestatis, in Ceremoniali Rom. lib. 2. pag. 186.

☞ Latinis est Pileus rotundus a *Galea* sic dictus juxta Varronem. Gloss. Isid.: *Galeum, Pileum pastorale, quod de junco fit.* Sed lib. 19. Orig. cap. 30. ait, *Galerium esse Pileum ex pelle cæsæ hostiæ factum.* Eadem habet Papias cum addito, *Pastoralis Pileus.* Turnebus Advers. lib. 28. cap. 6. ex veteri Lexico: *Galerus, Calamancus.* Lege et vide *Camelaucus.* Synodus Valentina ann. 1590: *Ne ullus Clericus in sacris constitutus, publice et ut plurimum absque necessitate, Galerum gestet;* hoc est, Comam adscititiam. Simili notione Juvenalis dixit:

Sed nigrum flavo crinem abscondente Galero  
Intravit, etc.

Vide S. Hieronymum Epist. 128. ad Fabiolam, ubi de Vestimentis Sacerdotum.

**GALERUS CARDINALIUM RUBEUS**, iis ab Innocentio IV. primum concessus in Concilio Lugdunensi ann. 1244. in privilegio Natalis Domini, creatis 12. Cardinalibus. Ut porro conferatur vel mittatur galerus novo Cardinali, habetur in Ceremoniali Romano lib. 1. sect. 8. pag. 99. Vide Theophilum Rainaudum de Pileo sect. 13. ubi et de Galero viridi Episcoporum.

† **GALESTROLUS**. Vide in *Galea*.

**GALETA**, **GALETUS**. Vide *Galo*.

\* 1. **GALETA**, Vasis genus in ministeriis sacris. Acta Abrah. episc. apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 188: *Galeta argentea I. pisis argentea I. albam auro paratam unam, etc.* Vide in *Galo*.

\* 2. **GALETA**, Mensura frumentaria. Charta ann. 1166. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 117: *Concessimus etiam eis terram quandam ad trium Galetarum sementem jure hæreditario ad terragium, et aliam ad duarum Galetarum sementem in allodium.* Vide *Galetus* in *Galo*.

\* 3. **GALETA**, dimin. a *Galea*, Navis species. Locus est in *Galeta* sub *Galo*, ubi minus recte de Mensura vinaria exponitur.

\* **GALETUM**. Vide supra *Galectum*.

\* **GALEUNCULUS**. Vide supra in *Galea*.

\* **GALGA** **NUX**, Galla, Gall. *Noix de Gale*. Charta Theob. episc. Ambian. in Cod. reg. 4184. fol. 14. rº: *Quadriga fructu onerata, sive nucibus Galgis cum uno equo vel pluribus, duas nummatus ejusdem fructus debet.*

\* **GALGAGO**, Herbæ genus. Vide supra *Baccaris*.

† **GALGIARE**, pro *Gagiare*, Solvere. Diploma Ludovici VII. Regis Franc. ann. 1143. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 774: *Per nos communitus injustitiam suam recognoscens, nobis et Udoni prædicti (S. Petri Carnot.) Monasterii Abbati in manu ipsius rectitudinem fecit, et factam ibidem expensam Galgavit.* Vide *Vadium*.

**GALGO**, [Puteus.] Vide *Putiatorium*, [et Graf. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 185.]

† **GALGULUS**, *Baca*, γαγγύλιον. Gloss. Isid. γαγγύλιον est nucleus. Glossator videtur scripsisse *Galgulus* pro *Galbulus*. Varro de Re Rust.: *Non enim Galbuli qui nas-*

*cuntur, id est, tanquam pilæ parvæ corticæ, id semen, sed iis intus primigenia semina dedit natura.*

† **GALIA**, pro *Galea*, Navis de qua supra, apud Rymerum tom. 5. pag. 427. D. Brussel tom. 2. de Feud. usu pag. CLX. et in Libro nigro Scaccarii pag. 382.

† **GALIARDUS**. Vide *Goliardus*.

**GALIARIA**, *Negotii alieni mercator*, Papiæ MS. Editus habet *Gallaria*: alius MS. *Galearea*. Lectionem MS. tuentur Glossæ antiquæ ex Biblioth. Sangermanensi.

\* **GALIATOR**, Nebulo, flagitiosus, Ital. *Galeone; Galou*, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. Charloph. reg. ch. 99: *Le suppliant courroucié de ce que icellui Thomassin avoit appellé son compaignon Breton larron ou Galou, etc.* Rursum infra. Stat. Vercel. lib. 3. pag. 84. rº: *Neque scienter hospitentur... meretrices, Galia-tores vel bannitos.* Vide supra *Galioti* in *Galea*.

\* **GALICIA**, pro Gallæcia, *Galice*, Hispaniæ provincia. Consuet. Norman. part. 2. cap. 34. ex Cod. reg. 4651: *Notandum est quod si quis ultra mare Jerusalem, vel Galicia, vel aliis peregrinationibus... decesserit, etc.* Ubi in Gallico: *L'en doit savoir que se aucun meurt Oultremer, ou à S. Jacques, ou en autre pelerinage, etc.*

**GALIDA**, Vasculum. Vita S. Fidoli Abbat: *Quæso, Domine, et obsecro, ut Galidam vini liquore abstracto, unde pariter haurimus, tua inclita pietas repleri jubeat.* Vox formata ex *Galo*, de qua infra.

**GALIHALPENS**, Pecuniæ genus una cum *Suskins*, et *Doitkins* abolitum Statuto primo ann. 3. Henrici V. cap. unico. Spelman.

1. **GALILEA**. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniacensis. MSS. cap. 34: *Similiter cum redeunt ad introitum Ecclesiæ; ad exitum vero Galilææ sunt parati duo famuli Eleemosynarii, etc.* [Idem cap. 34: *Exitur ab omnibus usque in Galilæam; cum autem prope corpus, quod ad Galilæam introitum positum esse debet, venerit Prior cum processione... Prior vero aspergit aqua benedicta... reditur in Ecclesiam.*] Idem cap. 76. § 26: *Si in dominica cum fit processio, defunctus fuerit in Galileæ, interim statio fit, [paratis candelabris et thuribulo, vadit ad eum Prior cum cruce et aqua benedicta et incensat eum, et post processionem offertur in Ecclesiam, nec fit alia processio ad suscipiendum.* Guidonis Disciplina Farsensis l. 1. cap. De Dominica Palmarum: *Exeuntibus omnia signa pulsentur: duo majora tamdiu prolongentur somnizando, quousque revertatur processio in Galilæam.* Idem lib. 2. cap. 1. De mensuratione officinarum: *Galilæa longitudinis LXV. pedes, et duæ turres ipsius Galilææ in fronte constitutæ; et subter ipsas atrium est, ubi laici stant, ut non impediant processionem... Juxta Galilæam constructam debet esse palatium longitudinis CLV. pedum, latitudinis XXX. ad recipiendum omnes supervenientes homines, qui cum equitibus adventaverint Monasterio.* Et infra: *Nam inter istam mansionem et sacristiam atque Ecclesiam, nec non et Galilæam sit cimiterium, ubi laici sepeliuntur.* Hist. Monasterii S. Florentii Salmur. tom. 5. Ampliss. Collect. Martenii col. 1133: *Multa ædificia fecit, utpote introitum Ecclesiæ cum Galilæa, rectorium, etc.* Statuta antiqua Ord. Cartusiensis l. part. cap. 13: *Dum vero ipsarum Horarum persolutio fit in cellis a cæteris, Sacerdos induitur, sic ut facio*

*spatio congruo post eum indutum, statim secundum signum poste pulsetur per Galilæas, indutusque Monachos sedendo, donec ingredi incipiant, expectat.* Part. 3. cap. 28. n. 36: *In Galileis, et a primo ostio coquinæ usque ad portam signi, et usque ad ostium cellarii, nullus loquitur.* Et n. 44: *Quando conventus vadit, vel redit ab Ecclesia, caveant Conversi, ne in Galileis appareant.* Charta Edw. I. Regis Angliæ ann. 24. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 668: *Et insuper invenimus unum Sacerdotem missalem de prædicto sancto in Ecclesia memorata, in loco, qui dicitur la Galileye, diebus singulis celebrantem, etc.* Rupertus Tuitiensis l. 5. de Divin. Offic. cap. 8: *Locus ille, quo processionem supra stationem terminamus, recte a nobis Galilæa nuncupatur.* Hemereus lib. de Academia Parisiensis cap. 2. *Galilæam porticum hoc loco interpretatur, quam nostri Galerie vocant; qua sane notione videtur usurpasse Hugo Flaviniacensis in Chronico Viridunensi pag. 168: Et defunctus, in Galilæa tumulari meruit; id est, in claustris porticu. [Mabill. tom. 4. Annal. pag. 187. interpretatur Ecclesiæ navem. Alterutrum potest intelligi, mea quidem sententia. Si namque allegatos locos omnes perpendas, alios de porticu, alios de Ecclesiæ navi perspicies intelligendos.]*

2. **GALILEA** dicta Græcis feria tertia Paschatis. Leo Grammaticus in Constantino Porphyrog. pag. 495. [et Anonymus Combesianus num. 13.] *Και τῆ τρίτῃ τοῦ Πάσχα τῆ λεγομένη τῆς Γαλιλαίας εὐλογεῖται καὶ στεφανοῦται, etc.* Ubi Scyllitæ pag. 617. [et Symeon Logotheta in eod. Porphyrog. num. 14.] habent nude τῆ τρίτῃ τῆς Γαλιλαίας, Zonaras vero τῆ τρίτῃ τοῦ Πάσχα: unde conficitur, ita appellatam a Græcis feriam tertiam Paschatis. Aliter tamen censet Filesacus lib. de Quadrages. cap. ult. extremo, atque, intelligi tertiam a Paschate hebdomadam se existimare, cui id nominis adscripserint Græci, quod circa hocce tempus nusquam sæpius sese post resurrectionem discipulis conspiciendum præbuerit Christus, ex Matth. 26. 28. et Marco 14. 16.

☞ Sententiam firmat D. Cangius in Glossario mediæ Græcitatatis in Γαλιλαία; quam ibi interpretatur *Hebdomadam Paschalem*, quod in ea legatur Mathiæ Evangelium, quo jubentur Discipuli ire in Galilæam, ipsaque illic Christi Apparitio; nam inquit, et recte, ab ejusmodi Evangeliiis quæ in singulis hebdomadis leguntur, eæ nomen sumunt apud Græcos.

† 3. **GALILEA**, Nomen collis in Palæstina, de quo hæc habet Bernard. de Breydenbach in Itiner. Hierosol. pag. 52: *Venimus in collem quemdam cui nomen est Galilea: et est locus ille de quo Angelus Christi annuncians Resurrectionem dixit Discipulis: Præcedet vos in Galileam... Nam et ante Passionem suam Christus eis promiserat dicens: Præcedam vos in Galileam, id est, locum jam memoratum, non regionem Galilee, que longe distat, a loco isto.* Huic scriptori parum concidunt Interpretes Evangelii.

**GALILÆOS**, Christianos appellari præcepisse Julianum Parabatam scribit Gregorius Nazianz. Orat. 1. in Julian. et Chrysostom. contra Gentiles.

\* **GALINERIUS**, Gallinarum venditor. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. Charloph. reg. ch. 165: *Guillermus Marsani Galinerus Carcassonæ, etc.* Vide *Gallinarii*.

† **GALINGA**. Vide *Galiqua*.  
**GALIO**, **GALIOOTA**. Vide *Galea*.  
**GALIOLOA**. Vide *Galo*.  
 \* **GALIONUS**, **GALIOUS**. Vide *Galea*.  
 \* **GALIOTI**. Vide in *Galea*.  
**GALIOUA**, seu *Gallica nux*, *Galla*, vulgo *Noix de Galle*, apud Hugonem Farsitum de Miracul. S. Mariæ Suesion. cap. 19. [Haud scio an eadem notione] M. Justinus Lippiensis in Lippiflorio pag. 130 :  
 Hic piper atque crocus, hic gingiber atque Galinga,  
 Adsumt, et faciunt arte placere cibos.

[\* Vide *Galenga*, *Gallingar* et *Galga nux*.]

**GALIT**, *Perit*, *Gallivit*, *perit*. Ita Glossæ antiq. MSS. [Papias : *Gallit*, *Perit*; *Gallivit*, *Perivit*. Gloss. Isid. : *Galivit*, *Peribit*. Grævius scribendum censet, *Gallulat*, *Pubescit*. Nonius : *Gallulare*, *Pubescere*. Novius Exodio apud eundem Nonium *Gallulascere* utitur : cujus locutionis hanc reddit rationem Perottus, quod pubescentes vocem grandiore ad galli gallinacei similitudinem faciunt. Gloss. vett. : *Gallulo*, ἡγάω.]

† **GALITIUM**, *Moletrina fullonica*, *Gall. Moulin à foulon*, in quibusdam veteribus tabulis Dumbensibus, *Ganx à gancher les draps*. Charta Tarari prope Lugdunum ann. 1447 : *Iuxta Galitia domini de la Fay*, etc.

† 1. **GALLA**, pro *Galea*, ut arbitror, *Navis species*, de qua superius. Oberti Cancellarii Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 341 : *Et quia gravissimum erat et evidens periculum in tanta temporis brevitate grandem exercitum constituere, et maxime quum mille militibus, clientibus et peditibus multis cuncta necessaria, non apud Lucam, sed per totam Thusciam via labore nimio possent inveniri : et Gallæ et gatti ad terminum illum facti esse non poterant, dilataverunt exercitum tam maris quam terræ voluntate Consulium Lucæ esse faciendum in futura estate*. Vide *Galea* et *Gatus*.

2. **GALLA**, *Scabies*, *Gall. Galle*. Jordanus Rufus Calaber MS. lib. 1. de Medicamentis equorum cap. ult. : *Galla est quedam tumefactio mollis ad modum vesicæ, magna ut Galla, vel avellana, etc.* Eadem habentur apud Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricul. cap. 10. qui a Jordano hausit. Adde cap. 48. [Vide *Gallarius*.]

\* 3. **GALLA**, *Vox italica*, ut *Gallozza* et *Gallozzola*, *Glandis fructus arborum glandiferarum, cujus usus est coriis perficiendis et lanis nigro colore tingendis*; *Gallis Noix de galle*. Stat. Bonon. ann. 1250-1287. tom. II. pag. 44 : *Et addimus... quod aliquod molendinum rami reni non maxinet Gallam, vel vallaniam, etc.* Et tom. II. pag. 190 : *Placet quod nullus... debeat vendere arnia, vel fulixellos, nec setam traciã, nec Gallam arborum nostri districtus alicui, qui non sit de nostro districtu*. (FR.)

† **GALLADELLA**, ut mox *Galladellus*. Continuatio Chronici Andreæ Danduli, apud Murator. tom. 12. col. 446 : *Cum 23. galeis et duabus Galladellis*. Rursum habetur col. 449. et 455.

**GALLADELLUS**, *Naviculæ species*. Carresinus : *Dum Niemensem Insulam applicasset, viso uno Galladello, una ex galeis ipsum cepit*. Vide *Galladellus*.

\* **GALLANDA**, *Coronula, sertum, idem quod Garlanda*. Vide in hac voce. Stat. pro aurifab. Anic. ann. 1367. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 7 : *In vaissella vero ac Gallandis, et aliis grossis operibus argenti, etc.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 262 : *Le*

*suppliant... trouva un petit coffre ouvert, ouquel il trouva deux Garlandes, l'une boutonnée et l'autre plaine... Dans l'un des petits coffres avoit trois Gallandes ou chapeau d'argent.*

† **GALLANDUS**, f. *Instructus, munitus, a veteri Gallico Galendé*. Histor. Episcoporum Autissiod. apud Labbeum tom. 1. Bibl. MS. pag. 511 : *Petrus de Villanis... loca fortalictorum... munit vit machinis Gallandinis et fossatis*. Le Roman de la Rose :

Belle fu et bien atornée,  
 D'un fil d'or estoit Galendée.

\* **Rectius**, *Circummunus, circumdatus*, *Gall. Entouré, bordé*; quo sensu *Galendé* intelligi debet, a *Gallanda*, corona.

\* **GALLANGA**, *Piscis genus*. Tract. MS. de Pisc. cap. 46. ex Cod. reg. 6898. C. : *Rana piscatrix... a Burdegalesibus pesheteau, Monspoli Gallanga*.

\* **GALLARDUS**, *Joculator, mimus, scurra*, ut *Goliardus* 1. Vide in hac voce. Stat. synod. eccl. Atrebat. ann. 1425. ex Cod. reg. 1610 : *Intelleximus... quod quamplures curati eorumque vicesgerentes aut clerici... incedunt... cum capucis, quorum corneta circa colla seu eorum facies habent tortas, adeo quod melius videntur et apparent seculares seu Gallardi, quam presbyteri seu clerici*. Vide infra *Galliardus*.

\* **GALLARIA**. Vide *Gallaria*.

† **GALLARIUS**, *Cerdo*. Gloss. Isid. Sic dicitur sutor, quod, ut est apud Macrobius lib. 2. Saturn. sutor *Gallam subigat*, seu terat. Est autem *Galla*, Joanni de Janua, *Instrumentum cerdonum, quo coria purgantur et dealbantur*. *Galla etiam dicitur quedam herba et fructus quercuum : unde fit quasi pulvis ad aptanda coria, qui similiter Galla vocatur*. *Gallarius et Gallicarius cerdo*; qui in *Galla operatur*. *Gallarius, Gallicarius, a, um, quod pertinet ad Gallam*. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Gallarius, Gallicarius, Parateurs de cuirs*. *Galla, Instrument à appareiller cuirs*. Vide *Gallicarii*.

\* **GALLAWIDENSES**, *Provinciæ Scotiæ, quæ Galloway appellatur, habitatores*. Charta Davidis 1. reg. Scot. ann. 1153. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 583 : *David rex Scotorum, episcopis, abbatibus... et omnibus hominibus totius terræ suæ, Francis, Anglis et Scottis, et Gallawidensibus, salutem*.

† **GALLEA**, *Navis genus, de quo in Galea*. Pluries scribitur in Vita Martini IV. PP. apud Murator tom. 3. pag. 610.

\* **GALLERIA**. Vide supra *Galeria*.

\* **GALLERIS**, *Navigii genus, idem quod Galea*. Æquiv. Xenophont. ubi de Olymp. : *Hinc sagæ, apud quos navigio salvatus est et creptus (Agyges) ratem vocant Gallerim, quod undis salvat*.

† **GALLESCERE**, χαίρειν, γήθησθαι, i. *Gaudere*. Glossar. Latin. Græc. MS. Sangerman. Supplem. Antiquarii : *Gallesco, χαίρω, γήθησαι, Lætor, vitulor*. D. Cangius legit, *Gavisci*. Vide in hac voce. [\* Vide supra *Galere*.]

1. **GALLETA**, [Mensura vinaria.] Vide *Galo*.

\* 2. **GALLETA**, *Radicis aromaticæ species*. Stat. Astæ ubi de Intrat. portar. : *Galleta ponatur et solvat pro quolibet rubo libras tres*. Vide alia notione in *Galo*.

**GALLETUS**, *Henricus Knyghton* ann. 1342 : *In quarum prima (acie) fuit Dominus Galfridus Charnis cum multis Galletis, qui statim, victi sunt ab Anglis*. Ubi *Galleti* non sunt viri *galeati*, uti vult

Sommerus; sed *Gallenses*, quos *Galois* vocat Froissartes 1. vol. cap. 121. et alibi non semel, quique nostris contra Anglos semper militarunt. Chronicon Bertrandi Guesclini MS. :

Ainsi disoit Bertrand, qui bon Galois estoit.

Quibus verbis alludit ad Gallensium virtutem bellicam : vel certe quod ita nuncupari ambirent viri nobiles, qui in Walliam pro Gallensibus militandi causa expeditionem susceperant, ut apud Duchesium in Hist. Monmorenciaca pag. 291. 514. et alios.

\* **Robustus, vegetus, fortis, Itali Gagliardo**, eodem sensu, dicunt, nostris *Galois*; unde milites strenui, *Galois* nuncupati. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 313 : *Certaine quantité de gens d'armes, qui lors estoient appeller Galoys, se fussent logiez en la ville de Lorriz in Gastinnois*.

\* **Galloire** vero appellatur *Mensa ad ludum lapillorum, vulgo Galeis*, apta, in Lit. remiss. ann. 1413. ex Reg. 167. ch. 85 : *En une rue de la ville de Vilkers, où sont les Galloires à jouer aux galés*.

† **GALLIA**, pro *Germania*, non semel occurrit apud Lambertum Scafnaburgensem in Annalibus : eum vide ad annum 1072.

\* **GALLIARDUS**, ut supra *Gallardus*. Concil. Frising. cap. 4. apud Labb. tom. 13 : *Statuimus ut clerici, maxime beneficiati, quacumque dignitate præfulgeant, mimis, jocularioribus, buffonibus, Galliardis seu hominibus artis ludicræ... quidquam largiantur*. Vide infra *Goliardia*.

**GALLICA**, **GALLICULA**, *Genus calceamenti, quo utuntur Galli, Galloche*. A. Gellius lib. 13. cap. 20 : *Lacernis induti, et Gallicis calceati*. Tertullianus, sive S. Cyprianus, ad Senatorem :

Galligaque remota  
 Gallica sit pedibus molli redimita papyro.

**GALLICANÆ CALIGÆ**, in Vita S. Eugendi Abbatis cap. 9. S. Hieronymus in Regula S. Pachomii cap. 4. 66. 81. inter monachicos habitus, *melotem, balteolum lineum, et Gallicas* recenset.

**GALLICARI**, *Gallicarum confectores, apud eundem Hieronymum in eadem Reg. cap. 6. ex quo corrigendæ Glossæ Isidori : Gallarius, cerdo*. Malim *Gallicarius*, etsi *Gallarius* cerdones dictos volunt a *Galla*, instrumento cerdonum, quo coria purgantur et dealbantur. [Vide *Gallarius*.]

**GALLICIANALE TEMPUS**, pro *Gallicianale*, [seu *Gallicinale*, ut habetur in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 43.] *Galli cantus, Gallicinium*. Occurrit apud Felicem Gyrvensem Monachum in Vita S. Guthlaci cap. 20.

**GALLICULA**. Idem quod *Gallica*. Glossæ antiq. MSS. : *Gallicula, Calceamenta pastorum. Gallicula, signum vestis*. Vetus Gloss. : *Galliculæ, τροχάδες*. Sunt autem *Hesychio, σανδάλια από αίγιου δέρματος, Sandalia ex caprino corio*. Aliud Gloss. : *Σανδάλιον, Gallicula*. Sic interpretatus est Rufinus Josephum lib. 4. Antiq. cap. 8 : *Ἐπολύσσα δ' αὐτοῦ ἡ γυνὴ τοῦ ἀδελφοῦ τὰ σανδάλια. Solvens uxor fratris Galliculas illius viri*. Vetus Interpres Juvenalis *Trechēdipnas* Poëtæ, *Galliculas Graias currentium ad cenam* interpretatur. Monachus Sangall. lib. 2. de Carolo M. cap. 11. [\* 8.] : *Sed frustrato ictu Galliculam Regis et fasciolam ferus immatissimus dirumpens, tibiamque illius summo licet cornu perstringens, etc.* Mox : *Cumque ad obsequium Domini cuncti hostes suas vellent extrahere, etc.* [Vita S.

Johan. Gualberti, tom. 3. Julii pag. 363: *Gallicum tanti prædicti Patris fiducia- liter tetigit, mox sanissimus effectus.*

CALLICULA, pro *Gallicula*. Glossæ antiq.: *Callicula, signum vestis*. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis: *Qui erat vestitus distinctam candidam, habens multiplices Calliculas*. Infra: *Exiit vir quidam miræ magnitudinis, ... discinctatus purpuram inter duos clavos per medium pectus, habens Calliculas multiformes ex auro et argento factas*. Vide *Calligula* in *Caliga*.

GALLICULA, vice pilei. Monachus Sanguinensis lib. 1. de Carolo M. cap. 20: *Excepto uno pauperculo valde rufo, Gallicula sua, quia pileum non habuit, et de colore suo nimium erubuit, caput induto, etc.* Et mox: *Voca ad me pileatum illum hominem, etc.* Ubi quidam MS. *Callicula* habent.

† GALLIGESUS. Vide *Gessum*.

\* GALLINA significat *Christum, sapientiam, animam*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† GALLINA, nude, pro Censu ex gallinis, *Gallinagium*. Charta Libertatum Bellomont. ex Cod. MS. Coislin.: *Liberrantes et penitus absolventes... ab omni tallia, mortallia... extorsione, Gallina, treusa, etc.* Charta ann. 1277. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 927: *In quibuscumque rebus et locis consistent, sive in herbergamentis, sive in vineis, terris cultis et incultis, decimis, agrariis, terragiis, quintis, quartis... Gallinis, redevançis, etc.* Chartul. S. Vincentii Cenoman. f. 81: *Contentio quæ vertebatur... super Gallina et mestiva, quam dictus Willelmus petebat, etc.*

\* GALLINA LECTI, Censu ex gallinis a servis ecclesiæ debitus, forte cum matrimonium contrahunt. Jura eccl. paroch. de Thoisiaco Eduens. dioc. scripta ann. 1383. ex Cod. reg. 5529. B.: *Qui debent costumus ecclesiæ... reputant se homines ecclesiæ liberi et sine servitute, præsertim quia in dictis mansis non possunt nec debent capi Gallinæ lecti, et similia pro servientes loci, prout in aliis locis talliabilibus, faciunt.*

\* GALLINACII, [Homines imbecilles. DIF.]

GALLINAGIUM, Censu ex gallinis, *Geline de coutume*, quæ in Christi Natalitio domino exsolvitur, in Consuetud. locali Castellii novi in Biturig. art. 6. et de Tray in Biturigib. art. 7. *Geline* nude in Consuet. Marchensi art. 16. 174. *Geline de baronie*, in Charta ann. 1330. in Hist. Vergiac. pag. 241. Chron. Mauriniac. lib. 1. pag. 360: *Alii sibi minaciter expetebant furfuragium, alii Gallinagium, alii tutamentum*. Occurrit apud Argentreum Hist. Britan. pag. 307. ult. Edit. ubi perperam *galmagium* legit Spelmannus. Vide *Sugerium* lib. de Adm. sua cap. 11. *Regalia Gallinarum*, apud Andr. Dandulum in Chron. MS. ann. 1205. [*Consuetudinales Gallinæ*, in Tabulario Celsiniacensi.] [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 274.]

CENSUS GALLINARUM, dicitur in Libertatibus villæ de *Villereys* ann. 1253. Charta Ottonis Imp. pro Monasterio Gemblac. ann. 948. in Chronicon Gemblacensi: *Porro subadvocatus nihil juris habebit in villis ad Abbatiam pertinentibus, nisi pro singulis annos de unaquaque domo denarium unum, Gallinam unam, avenæ sextarium unum*. Chronicon Andrense ann. 1203. pag. 53: *Perspicuus D. Iterius Abbas pravum usum in hac parochia inolevisse, Dominum scilicet Comitum Gisenensem ratione Advocacionis*

*antiquæ a singulis hospitibus nostris singulas Gallinas accipere, in die diem Cinerum præcedente, ut se et familiam suam exinde pasceret, etc.* Charta Balduini Comitis Guinensis ann. 1203. apud Duchesium: *Ne iidem mansionarii de cætero Gallinas aut alias consuetudines reddant*. Fori Bigorrenses art. 14: *Nusquam poscat ab eis Comes agnos vel Gallinas, nisi festivitatem Paschalem aut Natalem Domini ipse vel uxor sua fecerit. Tunc unusquisque Gallinam in Natali, agnum vero si habuerit, mittat, in festivitatem Paschali: si autem non habuerit agnum, Gallinam. Redditus Gallinarum, caponium, in Charta Caroli II. Reg. Siciliae ann. 1303. apud Ughellum in Episcop. Casertanis. [Vide Diaria Trevoltiana ann. 1709. pag. 2179.]*

GALLINARIUM, Gallinarum venditores, apud Andr. Dandulum in Chron. MS. circa ann. 1175. Glossæ vett.: *Gallinarius, γαλιναριος.*

\* GALLINARIUM, Locus ubi Gallinæ insident, Gall. *Poulaillier*, alias *Gelinier*. Charta Guid. episc. Eduens. ann. 1350. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 114. col. 1: *Item Gallinarium, quod est juxta grangiam*. Alia ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 232: *Unum Gallinarium et unum stabulum ad ponendum porcos clausos*. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. ch. 684: *Le suppliant monta en un Gelinier où il y avoit deux gelines, lesquelles il tua.*

† GALLINATUS, Pullus gallinaceus, Gall. *Poulet*. Saisimentum Comitatus Tolosæ n. 22: *Item de quolibet foco habente galinas unam galinam ad festum Natalis Domini, et circa festum Natalis B. Joannis Baptistæ unum par Gallinatum.*

\* Alias *Galinat*. Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 164: *Item pro decem gallinis et viginti Gallinatis censualibus, viginti solidos Caturcenses*. Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 179. ch. 119: *Ainsi que le suppliant cuidoit frapper d'icelle arbaleste, d'un materat qu'il y mist, ung polet ou Galinat, qui estoit en ladite place, etc.* Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 28. v. col. 1. ubi de S. Hilario: *Quant Hylaires fu entrez ou concile, li pape li dist: Tu es Hylaires li Gauz; et Hylaires li respondi: Je ne suis pas Galz, c'est-a-dire pous: mais je suis de France, et ne suis mie nez de geline*. In invidiam ergo tunc vocabatur *Galli* appellatio.

\* GALLINGAR, GALINGAN, ut supra *Galanga*. Inter *cinamomum* et *Gallingar* et *coriofilo unia una*, in Fragm. 22. Ptolyp. Sithiens. pag. 405. post. Irminonem. *Cinamomum* lib. 15. *Galingan* lib. 10. in Additam. ad Constit. Corb. Adal. ibid. pag. 336. *Galigan* Belgis et German. infer. Vide chart. ann. 1359. et 1360. apud Lappenb. Init. Fœder. Hanseatic. pag. 448. not. 2. et 469. Arabibus dici *calvejam* scribit *Capmany*, de Barchinon. Mercatura tom. 3. pag. 172. num. 23.

\* GALLININUM, ut *Gallinagium*, Censu ex gallinis. Assign. facta Ludov. comit. Claromont. ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 602: *Item pro corrogis, ... Gallininis, quæ faciunt certi homines dictæ villæ, vj. lib. x. sol. vj. den. Turon.* Vide mox

GALLINIUM, Præstatio gallinarum, *Gallinagium*. Charta Occitanica ann. 1311. ex 47. Regesto Tabularii n. 114: *Item Gallinium tam gallinarum, quam pullorum (æstimatum) 30. Turon. Item tertiam partem messageriæ dicti loci æs-*

*timatam valere 24. solid. Turon. etc.* Vide Thomasseri in Consuetud. localib. Bituricensib. cap. 11. 68. [\* Charta ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 511: *Item pro Gallino (sic) debito antea domino regi, scilicet super quolibet hospicio unam gallinam, xl. solidos... In quolibet focco unam gallinam pro Gallinio valente xx. sol. viij. den.*]

† GALLINUS, f. Gallinaceus. Collectio antiqua Canonum Pœnit. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 43: *Si casu porci comedent carnem morticinorum aut sanguinem hominis, non abjiciendos credimus, nec Gallinos.*

† GALLIOLUM, Ornamentum ecclesiasticum. Tradit. Fuld. ann. 800. apud Schannattum pag. 69. Anno 800: *Unum tintinabulum, altarium vestimenta IX. Galliola IV. reliqua vestimenta altarium IX. manicæ VI. auro paratæ, oraria purpurea IV. etc.*

GALLIONUS, GALLIOTHA Vide in *Galea*.

\* GALLIQUERCUS, Normannis *Cogchesne*, Quercus species. Lit. ballivi de villa Tierriç ann. 1221. in Chartul. Æ. S. Germ. Prat. fol. 59: *Compositum est quod dicti homines in prædicto nemore capient genestam, ... Galliquercum, trorum, retortam ad usus aratorum.*

† GALLIRE, *Perire*, apud Papiam. Vide *Galiit*.

† GALLO, Pœna Presbyterorum concubinariorum. Statuta Joannis Episc. Treccor. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 1609: *Districius inhabentes, ne quis Presbyter focariam habeat... alioquin sciant se prius monitos Gallonis sententia alligatos, et eo facto suis beneficiis privatos.*

† GALLODIUS, Mensura frumentaria, f. Eadem quæ *Galetus*, de qua in voce *Galo*. Charta anni 1184. et Chartulario S. Quintini in Insula pag. 65: *Pro una sextellata terræ... quinque Gallodios forensis frumenti persolverent.*

\* GALLOFFERO, Acad. Hispan. Vagus homo mendicans; an inde Gallicum *Galloffre*, pro Equo vilis pretii, apud Guill. Guliart. ad ann. 1286:

Vint li rois Edouart en France,  
Ne mena mie o lui Galloffres,  
Mes grans destriers, sonniers et coffres.

\* GALLONNUM, Instrumentum plectendis et intertexendis crinibus aptum, a verbo *Gallonner*, Crines ea ratione concinnare. Vide in *Trica*. Lit. offic. Senon. ann. 1336. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 22: *Item quatuor paria treconnorum seu Gallonnorum ad pellas, chastonnos, et Gallice esmaux*. Froissart. 2. vol. cap. 17: *Yvain de Galles venoit devant le chastel seoir, et là se faisoit peigner et Galonner le chef*. Vita J. C. MS.:

Seoir i voit une pucele,  
Qui moult estoit gentiens et bele;  
Elle ses cheviaux Galounoit  
A deus fieus d'or qu'elle tenoit.

Vide in *Galo*.

\* GALLONUS, ab Italice *Galone*, Latus. Hinc *Cutellus de Gallono*, id est, qui ad latus defertur, inter arma prohibita recensetur in Stat. crimin. Cumanæ cap. 138. ex Cod. reg. 4622. fol. 92. v. Vide infra *Galonus*.

\* GALLUNG, Mensura annonaria apud Germanos, eadem quæ *Galetus*, ni fallor. Vide in *Galo*. Charta ann. 1335. inter Acta SS. tom. 4. Sept. pag. 729. col. 1: *Primo prædium in Tyensens in parochia Matrajensi, quod Omersael colit, pendet duas (sic dictas) Gallung hordei.*

GALLUS SILVESTRIS, *Fasianus*, Matthæo Silvestico, [et in Vita S. Cælestini

Papæ V. apud Murator. tom. 3 pag. 698. col. 1.]

\* Nôstris *Cocq-Limoges* dictus Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 189: *Le suppliant et Jehan Baudelot dirent qu'ilz iroient veoir dedens le bois des Sars du lieu de Sorel, se l'on y trouveroit aucuns qui chassaissent aux Cocq-Limoges, autrement nommez faisans.*

GALLUS CAMPANARI. Vide *Campanarium*.

GALLUS, pro Gallicinio. Vide in *Pullus*.  
[ GALLI DIES. Vide *Dies Galli*. ]

\* GALLORUM PUGNA, Ludi genus inter pueros scholares, non in uno loco usitati. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 37: *En ce Karesme-entrant... à une feste ou dance que l'en faisoit lors d'ensans pour la joute des coqs, ainsi qu'il est acoustumé (en Dauphiné).* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 214. v. ad ann. 1458: *Sur le descord et différend meu... entre les maire et eschevins d'Abbeville et les doyen et le cappille de l'église de S. Vulfram,.... lesdites parties sont d'accord en la maniere qui s'ensuit: c'est assavoir que lesdiz doyen et cappille accordent que dorénavant ilz souffleront et consentiront, que cellui qui demourra roy de l'escolle, le nuit des Quaresmiaulx, apporte ou fache apporter devers le maieur de laditte ville ou camp S. George, le Cocq, qui demourra ledit jour ou autre jour victorieux, ou autre cocq; et que ledit roy presente audit maieur, pour d'icellui faire le cholle en la maniere accoutumée. Quæ ultima verba explicant Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. ch. 278; *Petierunt a magistro Erardo Maquart magistro scoliarum ejusdem villæ de Ramer, quatenus liberaret et traderet eis unum Gallum, quem, sicut dicebant, idem magister scoliarum debebat eis die ipsa (carniprivii) ut jacerent baculos ad Gallum ipsum, more solito, pro eorum exhilaratione et ludo.* Vide *Duellum Gallorum* et infra in *Jasia*.*

\* *Cocq de paroisse* vulgo nuncupatur, qui primatum inter suos obtinet; sed deteriori sensu, pro eo scilicet, qui suos vexat expoliatur, accipitur, in Lit. remiss. ann. 1467. ex Reg. 194. ch. 275: *Icellui Godeffroy dist au suppliant: Vous estes ung très mauvais homme, et n'estes que ung pilleur de gens, et estes droitement ung Cocq de paroisse. Coc en pleu, idem quod Arrogans, confidens, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1:*

A grant peines l'avons eu,  
Moult faisoit le Coc en pleu  
Li papelars, li ypocrites.

GALNABIS, GALNAPE, Læna, stragulum villosum, apud Smaragdum. Regula S. Isidori cap. 14. de veste et lecto Monachi: *Cujus stratus erit storea et stragulum, pellesque lanatæ duæ, Galnabis quoque et facistergium, geminusque ad caput pulvillus.* S. Fructuosus in Regula cap. 4. habet hoc loco, *Galnaben villatum*. Menardus in MS. Isidori Vindocinensi legi ait *galbanis*.

GALNAPES, apud Isidorum lib. 19. cap. 26. nude, et apud Smaragdum.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Galnapes, cervical, Aurelhier, Prov.*

GALNAPE, in Testamento S. Cæsarii Arelatensis: *Cum casula villosa, et tunica, vel Galnape, quod melius dimisero.* Charta Hispanica æræ 1060. apud Antonium de Yopez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 435: *De raupa siquidem Galnapes 2. tres pulmarios, (plumacios) duos pares de sabanes, etc.* Alia

æræ 1016. ibid. pag. 444: *Panos gratiscos, (Græciscos) et 16. Ganapes paleas, et 30. pannos optimos, etc.* Quæ quidem vox depravata legitur in Charta Sisaandi Episcopi Iriensis, seu Compostellani, æræ 952. apud eundem Yopez tom. 4: *Scala argentea una, Venapes 4. plumatios 5. tapete 1. lectos 6. cathedras 10. mensas 8. etc.* Et in alia Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 980. apud eundem tom. 5: *Adjicimus etiam estramina lectulorum, Gagnapes paleas, antiquum 7. subminores 8. plumatios digniores paleos 10. alios subminores 8. etc.* Utrobique enim legendum *Galnapes*. [Pro *Antiquum*, tom. 3. Concil. Hisp. pag. 181. legitur *Antionum*. Vide *Antio*.]

Voces efflectæ, ut quidam putant, a *Galbanum*. Dicuntur autem *Papix, Galbana, genera vestium a galbano colore, qui est sublucidus et subalbus cum pallore*: quod vocabulum occurrit apud Juvenalem Sat. 2. ut *Galbanatus* apud Martialem lib. 3. Epist. 40. et alios. Sed videtur potius confectæ ex *Gausape*, vel *Gaunape*, stragulum. Glossæ Isid.: *Gaunacha, gausapa*. Gloss. Lat. MS. Regium: *Gaunapa, causapa*. Ex *Gaunapa*, factum *Galnape* vel *Galnape*.

GALNES, Species satisfactionis pro delicto, apud Scotos. Reg. Majest. lib. 4. cap. 24. § 1: *Reddet pro homine mortuo et taliter occiso, croo et Galnes, quasi eum propriis manibus occidisset.* Ubi Skenæus, *quid sit Galnes, ignoro*. Adde cap. 36. § 7. cap. 38. § 5. et eundem Skenæum de Verbor. significat.

GALNUS. Hariulfus lib. 3. cap. 3: *Casulæ castanæ 40. sericæ nigræ 5.... Galnæ sericæ 5. melnæ sericæ 4.* ubi Editor *Galnas casulas, flavi coloris esse opinatur*. Certe Picardi etiamnum *Gane*, pro *Jaune* dicunt. Sed malim legere *Galnæ*, pro *Galbæ*. Gloss. Lat. Gr.: *Galvus, Χλωρός*. Vide *Salmasium* ad *Lampridium* pag. 227. [\* Vide infra *Gaunus*.]

1. GALO, GALONA, Mensura liquidorum apud Anglos, quarum unaquæque octo continet pintas Anglicanas, ut modius eorum 8. galones. A *Galon*, iis vulgo, ut est in Monastico Angl. tom. 1. pag. 908. 904. a *Gelo*, seu *Gilo* vel *Gillo*, quod est *baucalis*, lagena, seu vas vinarium, deducit Spelmanus. *Papix Galeola* est *vas vini*: vox nota Varroni lib. 1. de Vita Pop. Rom. Sed videtur potius orta vox a Gr. γαλός, quæ in Glossis Gr. Lat. ποιμενικὸν ἄγγερον, *sinum*, Hesychio ποιμενικὸν τοῦ γάλακτος ἄγγερον sonat. Suidas: Γαλός, οἰνηρὸν ἄγγερον ἐκ ἐύλων κατασκευασμένον, ἢ Ἴταλοὶ μαγγάναν ὀνομάζουσιν. Ubi vir doctus reponit βάγαν, ex veteribus Glossis: *Cupa, seu vagina, βοῦτις μεγάλη, ἢν τινες γαλὸν καλοῦσι*. Eadem habentur in voce *Vagna*. Nicolaus Trivetius ann. 1194: *De amphoris seu metretis quas vulgo Galones dicimus*. Matth. Paris. ann. 1256: *Mensuras vini sive cervisæ, quas Lagenas vel Galones appellamus*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 1040: *Quandam mensuram, quæ vocatur Lagena, vel Galo*. Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis: *Et debent habere quilibet unum Galonem vini de Cellario Archiepiscopi*. Septem Galones vini, in Tabulario Fiscanensi fol. 88. et alibi 4. *Galones cervisæ*, apud Joann. Westerhamium. [Liber niger Scaccarii pag. 354: *Unum Galum vini expensabilis*.] Usatica MSS. vicecomitatus Aquarum Rotomagi: *En temps que l'en monte, et de vendanges, de 19. sestiers un sestier et un Galon de tonnes qui de rechaus, c'est assavoir de toneaulx qui sont sur le bout 5. s. etc.* Adde *Bromptonum* pag. 1258.

Will. Thorn. pag. 1044. Brittonem pag. 38. 75. 76. Monast. Angl. tom. 1. pag. 419. 420. etc. Vide *Lagena*. Incertum porro an ab ejusmodi galonum forma nostri voces *Galon*, et *Galoner* hauserint. Le Roman de *Garin* MS:

Bien fu vestue d'une propre rocé,  
A un fil d'or s'a crigne Galonné.

JALO, Eadem notione, in *Fleta* lib. 2. cap. 5. § 6. et cap. 11.

\* Hujus capacitatem indicant Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 243: *Combien que ledit Jehan le Norrois eust justement perdu un Galon de vin, comme dit est, ledit Robert son cousin et autre, à qui la gageure touchoit, le quitterent pour un pot de vin, moitié de ce qu'il avoit perdu*. Apertius aliæ Lit. ann. 1450. in Reg. 180. ch. 136: *Ung Gallon, qui sont deux potz, de cistre, Galoie, eadem acceptione, in Fabul. tom. 2. pag. 9:*

Je vous donrai du meilleur vin,  
Qui soit ceens, une Galoie,  
Par convant que venglé en soie.

JALEIA, Tabular. S. Albin Andegav.: *Viginti Jaleias de vinagio de vineis de Pisciaco*. In *Consuetud. Aurellanensi* art. 492: *Chacune Jallate de vin contient seize pintes de la grande mesure*. In *Turon. art. 63. Continet 12. pintas*. In *Consuetudine Lodunensi* cap. 5. art. 5: *Et tiendra chaque pipe 86. Gealloies*. Will. *Gutart* ann. 1298:

Si chargez d'armes et de robes  
Taintes de sanc, et touoillies,  
Que seul des cotes gambesies  
Pouvoit-on emplier maintes jailles.

Hinc

JALAGIUM, quam vocem idem valere ac *Foragium* scribit *Raguellus*. Tabular. S. Albin Andegav.: *Donavit.... in opus pauperum consuetudinem illam quam habebat in Eleemosyna S. Albin, id est Banagium de proprio cellario Eleemosynarii. Dedit etiam consuetudinem Jaleagii, quam habebat in Cellario domini Monachorum*. Charta Ludovici VII. ann. 1177. pro Communia Laudunensi: *Rotagii, telonei, cambii, lardarii, Jalagii*. Ubi *Jalagium* videtur esse quod nostri vocant *Droit de Jaugeage*, id est jus mensuræ, ad quam exiguntur dolia vinaria. Vide *Gellagium*.

JALO sumitur in eodem *Fleta* libro 2. pro mensura frumentaria, cap. 12. § 1: *Pondus octo librarum frumenti facit mensuram Jalonis, et 8. Jalonatæ frumenti faciunt bussellum, de quibus octo consistit commune quarterium*.

GALETA, GALLETA, Mensura pariter vinaria. Tabularium S. Albin Andegav.: *Galnæ vini 24. pro arpenno vineæ redditæ*. Regula Magistri cap. 23: *In uno Galletæ vase mensuratæ potiones ab eis calida misceantur*. Cap. 27: *Aut Galleta, aut calices stitentibus porriganur*. *Mox: Ad calices, aut Galletæ, aut caucelli bibat mensuram*. Denique: *Aut duo aut tres oportet calices aut Galletas mensarum ministerio deservire*. *Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Osce* ann. 1247. fol. 25: *Si alicui fuerit adjudicatum sacramentum, et juraverit se non debere, vel esse in culpa, nihil solvat parti vel judici, nec Galletam vini, nec Galletas*. Tabularium S. Nicolai Traguriensis in Dalmatia, apud Jo. Lucium lib. 2. cap. 16: *Ad hæc autem stabilivimus, si habuerint navigia, sive commercia eant et redeant, piscatores gyrrum, sibi Galletam præbeant unam. Alii autem piscatores singulos, cum habuerint, deferant pisces*.

GARLETA, pro *Galeta*, habet Thwroczius in Carolo Rege cap. 97: *Pabulum etiam equis ejus per singulos dies viginti quinque Garletæ*. In Ludovico cap. 4: *Habuit etiam secum de florenis fere cum media Garleta*.

GALETUS, Mensura frumentaria. 14. *Galeos bladi annui reditus... octo modios frumenti et tres Galeos*, in Chartis diocesis Laudun. ann. 1246. in Probat. Hist. Guinensis pag. 358. [Charta ann. 1153. apud Bellottum in Observat. ad Ritus Eccl. Laudun. pag. 20: *Præmonstratensis Ecclesia nobis persolvat singulis annis septem modios et quatuor Galeos frumenti*. Chartularium Aquicinctense fol. 45: *Sub annuo censu concessit tres modios frumenti... et octo Galeos pisæ*. Idem fol. 48: *Dedit Ecclesiæ nostræ duos campos... unum in valle Gislani sex Galeos seminis continentem, alterum quatuor Galeorum.*]

GALETUS TERRÆ, Modus agri. Charta ann. 1252: *Ad quatuor Galeos Terræ sitos in via de Chiure*, i. in quibus totidem galeti frumenti seruntur, aut percipi possunt, quo modo *Modium terræ* dicebant olim.

\* Ejusdem originis *Géloingnie* et *Géloinie*, pro mensura salis, in Lit. Guil. episc. Lingon. ann. 1358. inter Ordinat. reg. Franc. tom. 3. pag. 657. art. 13: *Oppressoient nosdiz ventiers les marchans estranges amenant ou vendans sel en nostredite ville, en exigant excessivement les debites acostumées pour les chevaux, chers et cherrettes, Géloinie ou mesure. La Géloingnie du sel*, ibid. pag. 659. art. 11. Infra: *Gélonngnie*. Pro mensura avenæ legitur in Charta convent. inter prior. et habit. S. Belini ann. 1461. ex Reg. 198. ch. 191: *A chacune beste traitant, qui sera à faire lesdites corvées une Géloingnye d'avoine*. Vide infra *Jalotus*.

\* 2. **GALO**, Fornix, concameratio. Sentent. ann. 1204. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 212: *Et per illam viam usque ad voltam sive Galonem Panarii*.

\* **GALOCHIA**, Genus calceamenti, idem quod *Gallica*, vulgo *Galoche*. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 232: *Quandam Galochiam, quam in suis pedibus gerebat accepit, ac in manu sua posuit ad resistendum et defendendum se de dicta Galochia contra dictum Perrotum*.

† **GALOER**, **GUALOER**, Bona mobilia aut immobilia, ab Armorico *Gallu*, *Gallued*, vel *Gallout*, Potestas, potentia, valor. Charta Rotonensis apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 99: *Alanus comes omni Britannicæ imperans regioni, ad Monasterium S. Salvatoris veniens, interpellatus a Monachis dedit S. Salvatori Gualoer totius Abbatie per totum Britannicæ regnum diffusæ, illam scilicet partem, quæ Principibus usque ad illud tempus solvi consueverat, pro mercede æterna et pace totius Britannicæ*. Charta Kemperleg. ibidem col. 120: *Præterea res hominis, qui absque liberis obierit in ipsa tribu, et alieni etiam de aliena terra ibi defuncti Gualoer proprium est S. Amandi*. Alia S. Gregorii ibid. col. 127: *Ad corporis vero profectum de bannis ac de causis in judicio ante eum prius convictis, ac de Galaeris octavam partem ei in remuneratione permisit*. Alia Majoris-Monasterii ibid. col. 215: *Stabilierunt enim invicem atque concordaverunt, ut pro eo Monachis darent... omnem totius parochiæ bannum, unam aream molenidini super Cosnionis fluvium, Galorium omnium albanorum*. Litteræ Johannis

Ducis Britannicæ ann. 1396. ibid. col. 661: *Toutes costumes, passages, trespas, espaves, Galoiz, droit de desherance, bris et brieffz par mer, par terre, etc.*

\* Seu jus in bona defunctorum sine hærede legitimo, vel qui de iis testamento disponere non possunt, vulgo *Galay*. Charta ann. 1254. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 956: *Dicebamus nos habere et debere habere in terra præfati Guillelmi militis, sita in feodo nostro de Thoreo, latronem et le Galoy*. Alia ann. 1410. in Reg. feudor. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 37. vº: *Je Jehan de Craon, sire de la Suze... advouhe à tenir... à foy et hommaige lige... mon herbergement de Charrace, avecques toutes ses appartenances et appendances... pouscheres, deffens, Galloys, estangs, etc.*

† **GALONUS**, Ital. *Galone*, Latus, Gall. *Côté*. Chr. Modoetiense apud Murator. tom. 12. col. 1124: *Caute ad modum assassinatoris vit, et cum uno cultello a Galono eum in collo percussit*.

\* Chron. Placent. ad ann. 1888. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 581: *Et dicta indumenta sic curta, aliquantulum sunt plus longa de retro et de antea, quam a Galono*. Annal. Mediol. ibid. col. 798: *Cum una corrigia supra deaurata supra Galonos, etc.* Vide supra *Gallonus*.

\* **GALOPEDIUM**, *Calopodium*, ligneus calceus, Gall. *Sabot*; vel Forma lignea, qua sutores utuntur in calceis faciendis. Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 58: *Cum supplicans ante hostium domus suæ pacifice et quiete operaretur de Galopediis, cum securi et aliis instrumentis ad hæc necessariis, etc.* Vide *Calopedus*.

**GALOPINUS**. Le Roman de Garin MS.:

Il s'en torna maintenant sans respit,  
En la taverne hastivement en vint,  
Ilec trouva manuel Galopin,  
Lez le tonnel en sa mein trois dez tint,  
Quatre ribaus tos l'estrumiax rostis, etc.

Infra:

Il li demande, dont es tu, biaux amis ?  
De Clermont, Sire, si ai non Galopin.

[*Galopin* vulgo dicimus famulum culinarianum similisve conditionis adolescentulum.] [\* Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 174: *Jehan Ligier Galopin de nostre cuisine, etc.* Vide infra *Galuppus*.] [\* De etymo vide Glossar. med. Græc. voce *Kάλπρον*, col. 557.]

† **GALORIUM**. Vide *Galoer*.

† **GALOS**, *virī soror*, in Glossis Sangerman. MSS. num. 501. in Amalthea. Festus habet: *Glos, Viri soror, a Græco Γάλος*. Nonius: *Glos appellatur mariti soror, atque eadem fratris uxor*. Vide Isidorum lib. 10. Orig. cap. 8. et Lexicon Juris utriusque.

† **GALSTADIO**. Vide *Gastaldus*.

\* **GALVANUS**, f. Qui reditus exigit, Gall. *Receveur*. Comput. ann. 1373. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Primo pro expensis Galvani, euntis de mandato capituli pro quadam informatione facienda, occasione decimæ cujusdam*. Vide supra in *Gablum*.

1. **GALUM**. Charta Longobardica ann. 774. tom. 8. Italicæ sacræ pag. 35: *Nec non Ecclesia S. Abundi, quæ sita est in Galo nostro de Paline*. Occurrit ibi non semel, et pag. 573. 574. 582. Sed vercor, ne legendum sit *Gajo*: vide *Gajum*.

† 2. **GALUM**, Mensura vinaria. Vide *Galo*.

**GALUMMA**. Capitis operculum, ex Gr. *γάλμα*. S. *Agathæ Martyris Galumma*,

apud Thietfridum Epternacensem in Florib. Epitaph. SS. lib. 3. cap. 4.

† **GALUNNA**, *Velamen candidum, a Gala, id est lac, derivatur*. Papias. Vide *Galumma*.

\* **GALUPPUS**, Ital. *Galuppo*, Militis species, lixa, calo. Comment. Jac. Picin. lib. 1. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 75: *Hi expeditorum omnium equi ex equestri ordine militum, qui Scipioni aderant, occisi sunt; hos vulgo levi armatura indutos Galuppos Insubres vocant*. Idem lib. 5. col. 104: *Domesticos ejus milites et Galuppos capere arma imperat, etc.* Vide *Galearii*.

† **GALVUS**. Vide *Galvus*.

† **GALYOTA**, Remex. Vide in *Galea*.

† **GAMA**, Musicum diagramma, Gall. *Game*, vel *Gamme*, apud Lobinell. tom. 1. Instrum. Histor. Paris. pag. 417. Vox orta a Græco γ. Vide Menagii Etymolog. Gall.

\* Chron. Turon. ad ann. 1033. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 999: *Clarebat in Italia Guido Aretinus mirabilis musicus, qui Gammam et regulas cantus composuit, et sex vocibus, quas solas musica recepit, nomina imposuit. Nam prius quasi per usum cantabant*.

**GAMACHA**, Pedulus lanei species, quæ etiam superiorem pedis partem tegit, vulgo *Gamache*. Occitanis *Garamacho, gamacho*, vox ut videtur deducta a *campagus*, vel *campagus*. [Apud Autissiodorenses *Gamache* est vestis villioris pretii, qua utuntur rustici.] Vide *Campagus* et *Garnachia*.

**GAMACTA**, **GAMACTUS**, Ictus, percussio. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 4. § 6: *Coram duce hostili disciplinæ subjaceat, vel ante Comitem suum 50. Gamactas, id est, percutiones accipiat*. Editio Heroldi habet *Gamactos*. [Martinius in Lexico suspicatar *Gamacta* deduci a *Macht, Gemacht*, German. Vis, potentia, potestas, ut si violenta percussio, aut aliena potestate et mandato facta; aut a *Kammem*, Depectere.] [\* Confer. Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 2. col. 601. voce *Möjan*, Agitare, fatigare, quassare, flagellare.]

\* Hinc forte *Gamaffer*, pro Percutere, vulnerare, ut videtur, in Pœnis ducit. Aurel. apud Thaumasser. ad calcem Assis. Hieros. pag. 467: *Qui Gamaffre beste parist* (id est, prise en dommage) et *plainct en est, doit cinq sols d'amande, et rand le dommage sans loyer*.

† **GAMADIUM**, Vide *Gammadium*.

\* **GAMAGA**, ut *Gamagoga*, Lena. Lit. remiss. ann. 1379. in reg. 115. Chartoph. reg. ch. 153: *Ipsa fama orta fuit et est ab Ysabelli et Perroti matre et filia, inhonestis, vilibus et diffamatis mulieribus, meretricibus, ribaldis et etiam Gamagis publicis*. Vide mox *Gamagaga*.

**GAMAGAGA**, Lena, quasi ex Græco γαμαγωγός, nuptiarum conciliatrix. Regestum rerum criminalium Parlamenti Paris. ann. 1375. fol. 90: *Super eo, quod dictæ Agneti imponebatur et imponitur ipsam fuisse et esse Gamagagam publicam, Gallice, Maquerelle publicque*. Vide *Nuptiæ*.

† **GAMAGIUM**, Jugum boum. Dicitur de bobus aliisve animalibus ad aratrum simul junctis, a γαμέω, Nubo, simul jungo: quod non minus recte dicitur, quam istud Catulli, *Jugare puellæ juvenem*. Charta Libertatum Montis-Britonis tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 83: *Pro quolibet foco agricolæ, seu gaviatorum dicti mandamenti tenente Gamagiium boum, seu aliorum animalium unam heminam frumenti*.



\* **GAMAGOGUS**, *Houlier, vel maquerel. Gamagoga, idem ad feminam.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 416: *Robinus Barberii, qui dicebatur fore homo malæ vitæ famæque ac conversationis inhonestæ, et Gamagogus seu leno, vel mœchus, licet conjugatus esset.* Vide *Gamagoga*.

† **GAMAHALI**. Vide *Gamales*.

† **GAMAHEI**, Rocho le Baillif in Dictionario Spagyrico, *Sunt Lapides in quibus imagines iuxta corporum superiorum constellationem insculptæ sunt.*

† **GAMALADIONI**, *Idem qui mox Gamales.* Præceptum Karolomanni pro Monasterio Prumiensi apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 33: *Genitor meus Pippinus gloriosissimus Rex, prædicto Dirodoino vel suis Gamaladionis de ipsa silva manu vestita fecisset, dum de hac causa sic ante nos fuit ratio deducta, et suam vel suis Gamaladionis tam per veragos homines, quamque per confirmationis Regum cognovimus, justitiam ei reddidimus, etc.*

**GAMALES**, *GAMAHALI.* Lex Longob. lib. 2. tit. 55. § 7. [\*] Rothar. 367: *Si aliquis de sacramentalibus mortuus fuerit, potestatem habeat ille qui pulsat, in loco mortui similem alium nominare, et de proximis legitimis, aut de naturalibus, aut de Gamalibus, id est, confabulatis.* Edictum Regis Rotharis tit. 109. § 7. habet hoc loco: *Aut de natis, aut de Gamaalos, id est, confabulatis.* Ubi viri docti *Gamales* esse volunt, filios e legitimis nuptiis procreatos, ad discrimen *naturalium*: ita ut *confabulati* dicantur, qui ex *fabula*, seu pacto ac fœdere nuptiali orti sunt. Plautus Arg. Cistellar.:

Comprimat adolescens Lemnius Sicyonium,  
Is redit in patriam, et gnatam generat nuptiis.

Vox autem a Germanico *Gemal*, vel *Ghemaet*, conjux, formata e Saxónico, Maelen, Coniungere, addita particula *ghe*, vel *ga*, verborum præteritis et participiis præteriti temporis apud Saxones et Germanos præponi solita. Vide *Fabula*. [\*] Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 475. not. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 2. col. 652.]

† **GAMALLUS**. Vide *Hamallus*.

**GAMASUS**, *Fortis, agilis*, Papiæ. [Vide *Ganasus*.]

\* **GAMAU**, *Gemmæ species, eadem quæ Camaeus.* Vide in hac voce. Invent. ann. 1387. tom. 7. Sept. Act. SS. pag. 805. col. 2: *In capite tumbæ, in parte inferiori sunt duæ imagines de Gamau, videlicet imperatoris et imperatricis.* Ibid. pag. 806. col. 2: *Duodecim monilia et tres Gamau cum imaginibus et quatuor gemmæ.*

1. **GAMBA**. Vegetius lib. 1. Veterin. cap. 56. de equo: *Post quod admonitus injuria, tollit altius crura, et inflexione geniculorum atque Gambaram, molliter vehit.* Ubi Salmasius *Gambam* interpretatur *καμπήν τοῦ σκέλους*, quæ tibiam pedi jungit: *καμπήν* enim Græci appellant omnem artuum articulorumque commissuram et inflexionem, quod et Perionius observat lib. de Gallicæ linguæ origine. Occurrit apud eundem Vegetium lib. 1. cap. 27. lib. 2. cap. 49. lib. 3. cap. 19. 20. 23. lib. 4. cap. 1. Inde Italicum *Gamba*, et nostrum *Jambe*, seu ut Picardi efferunt, *Gambe*, deductum plerique consent, id est, ita ut pars pro toto sumpta deinceps fuerit. [*Gamba* pro crure frequenter usurpat Auctor Rei Veterin. et post ipsum alii non pauci.] Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital. [\*] et Diez. Grammat. Roman. tom. 1. pag. 31.]

Hinc etiam Italis *Gambiera*, nostris *Gambiere*, crurale, cruris armatura, de qua mox.

\* Pro ea parte, quæ est inter genu et pedem, occurrit in Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 63: *Pes dexter sibi sine redemptione aliqua amputetur, ita quod a Gamba penitus separetur.* A Gallico, *Jambe, Jambayer*, dixerunt nostri, pro *Marcher, se promener*, Ambulare. Cæremon. MS. eccl. Brioc.: *Ceulx qui sont vestuz en chappe de soye, ne doibvent pas aller, ne venir Jambayant par l'église. Secourre la jambe, Certa ratione in signum gaudii vel irrisionis tibiam movere.* Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1053: *Lequel Caron disant adieu print à secourre la jambe en disant, Carniquet; qui est ung mot que icellui Caron disoit volentiers, quand il estoit en joyeuseté.*

SUBGAMBÆ, nostris *Soujambe*. Pars pedis, quæ gambæ subjacet, apud eumd. Veget. lib. 4. cap. 4.

\* Hinc *Esjamber*, pro *Enjamber*, Distensis cruribus transilire, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 148. ch. 170: *Comme le suppliant vouloit Esjamber la forme pour y aller, etc.* Ita quoque fortean legendum est, pro *Amber*, in aliis Lit. ann. 1482. ex Reg. 206. ch. 835: *Icellui Boulay s'en ala en la maison de Estienne Turquier, et en Ambant le seuil de luy, le pié lui fouit et cheut à terre.*

\* Eiusdem originis *Jamber* vel *Faire le jambet* et *la jambete*, Crus crure implicare ad aliquem prosternendum; quod et metaphorice usurparunt, pro *Fallere*, decipere. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 189. ch. 239: *Pierre Dufour Jambéoit avec ung nommé Jehan Duquesne, etc.* Aliæ ann. 1374. in Reg. 106. ch. 367: *Le suppliant fist le Jambet audit Rousset, tant qu'il le fist cheoir à terre.* Tursus aliæ ann. 1383. in Reg. 124. ch. 187: *Jehan Robin prist ledit Drouet par la chevesaille en soy efforçant de lui faire la Jambete et la faire cheoir.* Denique aliæ ann. 1407. ex Reg. 161. ch. 221: *Jehan Grun-deau, qui estoit coustumier de faire le galant et des semilles, fist plusieurs foiz le Jambet au suppliant pour le faire cheoir.* Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2. ubi de Diabolo:

Tost li fera par son abet  
Un tel torpié, un tel Jambet.

Inde etiam *Jambiere*, *ocrea*, *bote de cuir ou de fer*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Jambe du pouz* vocant Anatomici duos nervos brachiales. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 206. ch. 124: *Le suppliant blessa icelle Marie au bras senestre, en la main dextre et parmi la Jambe du pouz.*

2. **GAMBA**, Morbi species. Constantinus African. lib. de Chirurgia cap. 13: *Unquentum ad sanandas Gambas et omnes plagas.*

3. **GAMBA**. Charta ann. 1149. apud Pucicellum in Ambrosiana Basilica, pag. 702: *In prima appositione pullos frigidos, Gambas de vino, et carnem porcinam frigidam, etc.* Vide *Cambu* 3.

† **GAMBACIUM**. Vide in *Gambeso*.

**GAMBAGUS**, [Genus calceamenti Ponicificibus proprium.] Vide *Campagus*.

† **GAMBARIUS**. Vide in *Gambeso*.

**GAMBARON**. Ordericus Vitalis lib. 4. pag. 545. de Roberto D. Normannicæ: *Erat facie obesa, corpore pinguis, brevique statura: unde vulgo Gambaron cognominatus est. et Brevis ocrea.* Ex Gallico *Jambes*, seu *Gambes rondes*. Vide *Gamba* 1.

**GAMBARUS**, Cancer, astacus, vox Italica *Gambaro*, nostris *Ecrevisse*. Ex Lat.

*Gammarus*. Vide Oct. Ferrarium in *Gambaro*. *Conductor dactii piscium et Gambarorum*, in Computo Thesaurariorum urbis Bononiæ in Italia ann. 1364. ex Bibl. Regia.

\* Stat. Placent. lib. 6. fol. 79. vº: *Item Gambaros grossos, pro quolibet centenario xj. den. Jamble, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 476: Icelle femme bailla entre deux escailles ou coquilles de Jambles, qui croissent en la mer, une chose ressemblant de couleur à l'iriacle ou métridat.*

\* **GAMBARUTIUS**. Vide infra *Gosen-gula*.

**GAMBASIUM**, [f. pro *Bambasium*.] Vide *Bombax*.

\* **GAMBATORIA**, Modus agri. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. 1. pag. 143: *Si autem gaida posita in Gambatoria vel cocha, que sit una tornatura, vel minus unius tornature in vineis et duabus in terris... fatiam totam Gambatoriam vendi ei juste, etc.* (FR.)

† **GAMBAYCHO**. Vide in *Gambeso*.

\* **GAMBEGLA**, f. Cingula, lorum, vel stapes, cui insistent *gambæ* equitantium. Stat. Montis-reg. pag. 275: *Item statutum est, quod quilibet basterius... teneatur ponere borram pro denariis quatuor pro libra, de Gambeglis, et illam de paratorio, pro denariis quinque, tam in bastis, quam in sellis.*

† **GAMBERGA**, ut mox *Gamberia*. Charta Henrici de Soliaco ann. 1031: *Tenebitur habere loriceam vel loricale, et capale ferreum et lanceam et Gambergam.* Et apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 123: *Qui minus de viginti librarum habebit de mobili, tenebitur habere Gambergam et capalum ferreum et lanceam.*

1. **GAMBERIA**, *GAMBRIA*, Italis *Gambiera*, nostris *Jambiere*, Crurum armatura. Auctor Mamotrecti ad 1. Reg. cap. 17: *Ocrea, Gamberia*. Otto Morena in Hist. Rerum Lothensium pag. 60: *Dona vit autem Imperator Laudensibus ultra trecentas loricas, et multas Gamberias quas de suis hostibus habuerat.* [Computus anni 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 274: *Per manus Magist. arestorum quod Dominus receperat mutuo pro Gamberiis, cosseriis, quantilectis... unc. iv. Ibid. pag. 276: Item, Barthol. Lupo mercatori pro uno paro de platis cum cosseris et Gamberiis, unc. ii. taren. xii.] Nicolaus Uptonus lib. 2. de Militari officio cap. 8. de duellatoribus: *Sed utrum habere possunt Gamberias et galeas in capitibus, neque lege, neque consuetudine invenimus.* Regestum Peagiorum Bapalmæ: *Les Gamberies ou harnas de gambes de fer.* Vide in *Armatura*.*

\* 2. **GAMBERIA**, *Ocrea*, tibialis armatura, ab Ital. *Gambiera*; altera *de plactis*, id est de laminibus metallicis confecta, altera *de maglis*, h. e. hamis conserta. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 22: *Et cuiicumque est impositum hosbergum habeat tempore guerre Gamberias de plactis, vel de maglis; et ille qui habet panceriam habeat Gamberias de panno, vel de ferro.* (FR.)

**GAMBESO**, Cento, centunculus, *Thora-comachus*, Vestimentum coactile, ex coactili lana confectum: seu *vestimenti genus, quod de coactili ad mensuram et tutelam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis, ut hoc inducta primum lorica vel clibanus, aut his similia, fragilitatem corporis ponderis asperitate non læderent, ut est apud Anonymum de Rebus bellicis Notitiæ Imperii subjectum.* Sed et ita describitur a Scholiaste Thucydidis: Πίλον τὸ ἐξ ἐρίου πικτόν ἐνδύμα,

ὡσπερ θεωράκιόν τι, ὑπὸ τὰ στήθη, ὃ ἐνδύομεθα. Et Constantinus Porphyry. in Taciticis pag. 5 : Στόλας εἶχον οἱ τοιοῦτοι φίλοι ἰσχυράς καὶ πηκτάς ἀντὶ κλιθαιῶν καὶ λωρικίων. *Subarmale* appellatum quidam volunt. Vide in hac voce. Neque alia videtur *Chlamys cannabina*, in Epistola Juliani Praefecti Provinciae Britanniae ad Sippium Solennem in veteri Marmore haud ita pridem detecto in Bajocassibus : *Licet plura merenti a me pauca, tamen quod honoris causa offero, velim accipias libenter, Chlamydem cannabinam aut Dalmaticam Laodiceam, sibilam auream cum gemmis, lacernas duas, etc.* GAMBESIO. Willelmus Brito lib. 11. Philippidos :

Pectora tot coriis, tot Gambesonibus armant.

In Rotulo ann. 1333. Camerae Comput. Par. : *Adæ armentario 40. sol. 4. den. pro factione Gambesonorum.* Computus Bailivorum Franciae ann. 1268 : *Expense. Pro cendatis, bourra ad Gambesonos, tapetis, etc.*

GAMBESUM. Idem Wil. Brito lib. 3. Philippidos :

Gambesumque audax forat, et thoraca trilicem.

† GABESIO. Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CLXXV. : *Pro balistis et Gabesionibus portandis in Marciam LXI. s.*

GAMBESA, in Charta Henrici D. Soliaci ann. 1201. de Libertatibus villae Aise.

† GAMBESIATA LORICA, in Testamento anni 1286. apud Marten. tom. 6. Anecd. col. 1225. *Gambesiata tunica*, in alio Testamento ann. 1287.

GAMBACIUM, in Libertatibus villae Moneti ann. 1269. apud Thomasserium in Consuetud. localibus Bituricens. cap. 65.

GAMBARIUS, forte pro *Gambacius*, in Charta Libertatum Lurici apud eundem cap. 56.

† GAMBAYCHO. Consuetudo Brageriaci art. 28 : *Item armaturæ, utpote enses, lanceæ, scuta, boglaria, loricae platæ, pileus ferreus, sive capellus, perponcha, sive Gambaycho, guisarma, nec alia genera armorum necessaria ad tuitionem corporis... pro ullo debito pignorentur.*

GAMBISO, in Fleta lib. 1. cap. 24. § 12. *Gambison*, apud Joinvillam pag. 46. Le Roman de Gaydon MS. :

A ces paroles li vavassors s'arma  
D'un Gambison viez enfumé qu'il a.

Infra :

Desor vesti un Gambison faitis.

Le Roman de Jordan MS. :

Chascuns avoit son Gambison vestis.

Will. de Guignavilla in Peregrinatione animæ MS. :

Là sont heaumes et haubergons,  
Gorgeretes et Gambisons.

Infra :

Le Gambison vesti Jesus,  
Quant por ti en croix fu pendus.

COTES GAMBOISÉES. Willel. Guiart. ann. 1298 :

Que seul des Cotes Gambesies  
Pouvoit-on emplir maintes jailles.

Et ann. 1304 :

Espées d'estos et de taille,  
Cotes Gambesies, ventailles.

Statuta MSS. : *Des armoiers et couste-*

*pointiers de Paris : Item se l'en fait Cotes Gamboisées, que elles soient couchées deument sur neufves estoifes et pointées, enfermées, faites à deux fois, bien et nettement emplies de bonnes estoifes, soient de cotton, ou d'autres estoifes, etc.* Infra : *Houpelandes Gamboisées.* Alia Statuta ann. 1296 : *Item, que nul doresnavant ne puist faire Cote Gamboisée, où il n'ait 3. livres de coton tout net, se elles ne sont faites en fremes, et audessous soient faites entremains, et que il y ait un ply de vieil linge, enprez l'endroit, de demie aulne et demy quartier devant, et autant derriere. Contrepointes vocantur in Charta ann. 1206. in 30. Regesto Archivi Regii Ch. 115 : *Præterea inveni in dictis bonis quinque alberjons et unum alberc, et unam Contrepointe.* Vide Williomarum, seu Josephum Scaligerum, in Titium pag. 46. 47. et 49.*

WANBASIMUM, apud Rogerum Hovedenum ann. 1181. *Wanbais*, apud eundem pag. 614. Interdum *Hambais*, sic enim in MS. Historia. Le Roman de Rou et des Ducs de Normandie :

Plusours ourent vestus Hambeis,  
Cojures ont chaint et carquais, etc.

GAMBAISON, in Charta Philippi Pulcri ann. 1303. in 36. Regesto Chartophylacii Regii num. 115 : *Et seront armez de porpains et de hauberjons, ou de Gambaisons.* Philippus Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 16. ad Strabonis locum, ubi Belgas ait ἀντὶ χιτῶνων ferre σχιστοῦς χειρῶτοῦς, hic quid aliud interpreteris σχιστοῦς illos χειρῶτοῦς ad inguina et nates usque demissos, nisi eam vestium partem, quam vulgus nunc Latinorum Thoracem appellat, patria vero lingua Wammes, et inferioris Germaniæ dialectus Wambeis, Danica Wames, Hispani Jubon, Itali Giupone, Galli pourpoint, Angli et Leodicenses, ad Mosum amnem Doblet. Chronicon Colmariense ann. 1298 : *Armati reputabantur, qui galeas ferreas in capitibus habebant, et qui Wambasia, id est, tunicam spissam ex lino et stuppa, vel veteribus pannis consultam, et desuper camisiam ferream, etc.* Albertus Argentini. pag. 104 : *Ubi manicas Wambasii sui fractas cum novis peciis reparans, etc.* Et pag. 112 : *Quidam carnifex Episcopum super dextrario in rubea Wambasia circumventum... cuspide perforavit. Culcitæ de Gambasio, apud Raymundum de Agiles.*

\* *Gamboison*, in Lit. ann. 1303. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 384. art. 2. *Gamvisum* in Libert. Castrivil. ann. 1286. apud D. Bouquet tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 412. Si tamen bene lectum est.

† GAUBESON, et GOUBISSON, apud Borellum. Liber *Du pelerinage de l'ame* :

Et tout ainsi comme fait est  
De pontures le Goubisson.

Quæ vox etiamnum viget apud Occitanos, teste eod. Borello.

WANBIZIUS. Statuta Ord. Præmonstrat. Dist. 1. cap. 13 : *In dormitorio nullus rectus in lectum ascendat, sed residens per spondam divertat : super Wanbizios et laneos jacere licet, etc.* Ubi Wanbiziis, idem quod lodix.

\* WAMBITIUS, eadem notione, in Bulla Innoc. IV. PP. pro Præmonst. : *Abbatibus quoque . . . in dormitorio, cum aliis super Wambitios jaceant, omni prorsus excusatione cessante.*

\* WAMBOSIUM, f. pro *Wambasium*, apud. ADR. de Veteri Busco in Reb.

Leod. tom. 4. Ampl. Collect. Marten. col. 1332. et 1333. Vide *Wamba*.

\* GAMBESATUS, Ex coactili lana factus, nostris *Gamboisî*. Tabul. Fossat. fol. 4 : *Habentes valorem xxx. librarum et amplius, habent tunicas Gambesatas sive Gambesonos.* Comput. Rob. de Seris in Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 5. r. : *Une selle de la taille d'Alemaigne, . . . et le siege de cendail vermeil, Gamboisî et pourfillée d'or.* Ita legendum, pro *Gamborsî*, in Lit. Phil. Pulc. ann. 1294. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 136. col. 2. *Gambaiseure*, Stragulum equinum eodem modo confectum, dicitur in Lit. Joan. reg. ann. 1353. ex Memor. C. Cam. Comput. Paris. fol. 143. r. : *Que chascun ait le plus qu'il pourra de chevauz, couvers de maillies et de Gambaiseure.*

WAMBASARIUS, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 1010. *Wambasiorum* artifex.

Vocis etymon a veteri Germanico quidam accersunt, *Wan-bon*, venter, vel *Wamba*, ut habet Willeramus, in Cantica ; vel a Saxonico *Womb*, quod idem sonat, unde Angli *Wombe* accipere : ita ut *Wambasium* fuerit *ventrale*, vel *ventrile*, ventris et pectoris tegmen, quod Germani *Wambeys* vocant. Vide *Cento*, *Thoracomachus*, et Notas ad Vilharduinum pag. 294. et ad Joinvillam pag. 74. [et de Caseneuve in Etymol. Gall.]

GAMBETTA, diminutivum a *Gamba* : *Baculus*, qui claudo vel infirmo vicem *gambæ*, seu *cruris* præstat, *Jambette*. Processus de Vita S. Thomæ Aquin. num. 11 : *Dum claudicasset propter morbum pedum, ita quod sine sustentatione baculorum, seu Gambetarum stare et ambulare non poterat.* [Miracula B. Angeli tom. 2. Junii pag. 1101 : *Et posuit se in oratione sequestratus, retro tribunam Ecclesiæ, retro in pedibus cum una Gambetta subter tibiam.*]

\* GAMBENZA, Caudex, Ital. *Gambale*. Stat. Verceil. lib. 7. pag. 191. r. : *Item de barocia assium et Gambeparum, undecumque ducatur intus, Pap. quatuor.* Vide infra *Gambocia*.

† GAMBISO. Vide *Gambeso*.

\* GAMBITIONIS, Permutatio. *Chartula Gambitionis*, in Tradit. Sangall. ann. 858. apud Neugart. Cod. Alem. tom. 1. pag. 298. num. 369. Vide *Gambium*.

\* GAMBIIUM, pro *Gambium*, Permutatæ pecuniæ usura. Constit. Caroli reg. Sicil. MSS. : *Item quod recipiatur quæcumque pecunia, pecunia scilicet quæ communiter expenditur in regno, et nichil ultra ratione ponderis vel Gambii exigatur.*

† GAMBO, Perna, petaso, Gall. *Jambon*. Duo paria *Gambonum porci*, in Litteris Innocentii IV. PP. apud Antiquit. Fontaninum in Appendice ad Illiquit. Hortæ pag. 404. Vide *Gamba* 1.

\* GAMBOCIA, ut supra *Gambæ*, Ital. *Gambone*. Stat. Montis-reg. pag. 312. *Item pro media dozana Gambociarum, solvat denarios sex.*

\* GAMBROISINI, Moneta Cameracensis, quæ et *Cambristensis*, dicta, mutato e in g. Reg. Cam. Comput. Paris. in Bibl. reg. sign. 8406. fol. 147. r. ubi de monetis : *Esterlins d'Angleterre et d'Escoce, Gambroisins de Philippe . . . sont à xj. den. ob. argent le roy.* Vide infra in *Moneta Baronum*.

† GAMBOSUS, Qui nodos habet in *Gamba*, seu *crure*. Veget. lib. 3. cap. 20 : *Si Gambosum factum fuerit animal, et recens passio est, de tibia sanguinem emittito, lanam succidam circumligato.*

**GAMBRIA**, [Crurum armatura.] Vide *Gamberia*.

**GAMBUTTA**, [GAMBUCTA, Baculus superne rostratus, incurvatus; Pedum pastorale. Petrus Diac. Casin. in Vita S. Guinizonis, tom. 6. SS. Maii pag. 452: *Respondere se omnino nihil aliud vidisse, nisi quemdam hominem solitarium discalceatis pedibus Gambuctam in manu portantem.*] Vide *Cambutta*.

**GAMELUM**. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 22. ubi machinas jaculatorias describit: *Ac capsula bonum debet habere Gamelum, quod capsulum impellat versus exteriorem partem.* In lib. vernaculo de Contractibus maritimis, *Gameles* dicuntur disci lignei, in quibus reponuntur obsonia nautarum.

\* Vel *Gamelus*, *Funis*, *rudens*; videtur enim esse pro *Camelus* 1. Vide in hac voce.

\* *Gamel* vero inter supellectilem mensariam, forte Cochlear, Gall. *Cuillier*, in Inventar. ann. 1806. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1202: *Item ij. petits Gameaux, e une forche d'argent à treze soupes.*

\* **GAMERA**, pro *Camera*, Cubiculum, ubi custos ecclesie manebat. Vita S. Joan. episc. tom. 3. Aug. pag. 511. col. 1: *Invidius bonorum diabolus, ... predicatum sacerdotem suo amore exarsit in tantum, quod super ipsam ecclesiam, id est in Camera ejusdem ecclesie quadam cum ganea concubuit.*

† **GAMERE**, *Nubere*, apud Papiam et Johannem de Janua. Est a Græco γαμεῖν.

\* **GAMERRUS**. Vide infra *Gammarra*.

\* **GAMEUS**, Vestis species, cujus usus est in sacris. Ordinar. vet. eccl. Bisunt. inter Probat. tom. 1. Hist. Sequan. pag. 24. ubi de festo SS. Innoc.: *Dom. archiepiscopus, si cantaverit missam, non accingitur palleo. Duo presbyteri induuntur Gameo.*

**GAMINULA**. Charta Athelstani Reg. Angl. in Monastico Angl. tom. 3. pag. 130: *Cujus etiam inconcussa firmitatis auctoritati, his testibus roborata constat, quorum nomina subius Gaminulis depicta annotantur.* Forte *grammulus*. Vide *Gamula*.

1. **GAMMA**, α, vox Agrimensorum: Limes utramque agri partem complectens, ita ut litteræ Γ formam efficiat. Siculus Flaccus: *Arbores in versuris quæ notatæ sunt, aut decusses inveniuntur aut Gamma, ut manifestum sit versuras suis signis observari debere.* Alibi: *Gamma de petra sicca constructa.* Rursum: *Termini si transversi positi fuerint, Gammam faciunt.* Ita Gamma litteram foemino genere extulit Ausonius:

..... Et Gamma vice functa prius C.

**GAMMATUS LIMES**. Incertus Gromaticus: *L. si in termino inveneris, suæ formæ factura designat Limitem Gammatum.* Innocentius de Casis literar.: *Limes Gammatus currit, hoc est tortuosus.* Γαμματοςῶδη ἐπιτηδεύματα, apud Leonem in Tactic. cap. 19. § 61. Vide Gloss. med. Græcit. in Γάμμα.

**REGAMMANS VIA**, *Limes*, *Linea*, apud Aggenum de Limitib. agror. et Latinum et Myrsontium pag. 79. 261.

\* 2. **GAMMA**, Idem quod *Gammadium*, ornamenti genus ad litteræ Γ formam effectum. Charta ann. 1019. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 80. col. 2: *Feci autem scribere... textum S. Evangelii... et manuales unum, quas (sic) vestivi ex sericis indumentis, et desuper cruces argenteas, et Gammæ, et bullas, et fibulas similiter argenteas.* Census eccl. Reatin.

MSS.: *Sanctus Flavianus unum par Gammarum... Sanctus Fortunatus unum par Gammarum.*

\* 3. **GAMMA**, Musicum diagramma. Vide supra *Gama*.

**GAMMADIUM**. Anastasius in Leone III. pag. 123: *Columnas argenteas 8. et Gammadia duo, et arcus duos cum crucibus argenteis, etc.* Infra pag. 127: *Fecit vestem de stauraci cum cruce et Gammadiis, simul et paratrapetis suis.* Pag. 139: *Travilla rubea alythina quatuor, habentia cruces cum Gammadiis, et in circuitu peridylsin de Tyrio.* Pag. 140: *Arcum argenteum unum cum Gammadiis suis.* Pag. 151: *Fecit etiam in circuitu altaris vela serica quatuor cum Gammadiis, et cruces de quadrapulo.* Pag. 182: *Fecit vestem sericam albam sigillatam cum Gammadiis et pericyli, etc.* Denique pag. 205: *Obtulit... vestem de fundato unam habentem in medio cruce, cum Gammadiis de quadrapulo.*

**GAMMADIA**, δια. Idem Anastas. pag. 149: *Super quem constituit arcus duos de argento, et Gammadias quatuor, quæ simul pensant, etc.* Idem in Gregor. IV. pag. 161: *Vela alba serica 4. unum habens undique Tyrium, et in medio cruce et Gammadias de chrysoclavo.* Et pag. 164: *Fecit vestem de fundato, et Gammadias de octapulo.* Ex his videtur emendanda Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 1275: *Quin etiam obtulit eidem Ecclesie unam planetam de camelo Jalino, unum amictum cum friso magno, unum camium (perperam canusam) cum Gramatis et frists, etc.* Legendum enim forte *Gamatis*. Sed ex locis istis vix percipitur, quid sit *Gammadium*, nam virorum doctorum de hujus vocis notione conjectura non arripitur. Vide Salmasium ad Pollionem pag. 348. Dominicum Macrum in Hierolexico, [et Bollandistas tom. 3. SS. Maii pag. 393.]

\* **GAMMARRA**, *GAMORA*, Vestis muliebris, palla, Ital. *Gammurra*. Stat. Placent. lib. 6. fol. 8. rº: *Item de aliquo mantello, sive tabarro, sive Gammorro drapi integri, sive schietti; ... et si de cendali fuerit inforratus ipse mantellus, sive tabarrus, sive Gammarra, etc.* Consil. Bertr. JC. tom. 1. cons. 298: *Post factum sermonem de omnibus vestibus, Gamorra et jocalibus, etc.*

† **GAMMATUS**. Vide *Gamma*.

† **GAMMULA**. Vide *Gamula*.

**GAMMUS**, Γαμμασῶπος, in Gloss. Gr. Lat. Est autem γαμμασῶπος Plinio lib. 11. cap. 37. Dioscoridi lib. 2. et aliis, animal, quod cervorum generi annumeratur, licet cervo minus: nostri *Dain* vocant: unde nescio, an non legendum sit *dammus*. Sed repugnat Codex MS. S. Germani Parisiensis, qui *Gammus* etiam præfert. [Reipsa præferendum suadet infra vox *Gammus*, eadem notione.]

**GAMULA**. Anastasius in Benedicto II: *Similiter et in Ecclesia B. M. ad Martyres aliud coopertorium porphyreticum cum cruce et Gemmulis quatuor, etc.* Ubi Codex MS. cum cruce et *Gamulis*, præfert. [Alius *Gammulis*.] Alius, *coopertorium porphyrium et Gamulas quatuor.* Alius denique, et *Gamulas et clavos quatuor auroclavos.* Quidam etiam *Ganulas*. Forte diminut. ex *Gamma*. Vide in hac voce.

\* Idem videtur quod supra *Gamma 2*. Vide in hac voce.

\* 1. **GANADO**, vox Hispanica, Grex, pecus, armentum. Charta Adelf. reg. Castel. ann. 1178. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 93: *Dono ut omnes vestri Ganados per omne regnum meum*

*secura et absque omni inquietatione, exactione et montatico libera habeant pascua.* Vide *Ganata*.

\* 2. **GANADO**, Voluntas, consensus, ab Hispanico *Gana*, eodem sensu. Charta ann. 1096. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 2: *Et istas calumpnias non respondeat sine rancuroso, et rancuroso non valeat sua chermonia, sine testimonium bonorum hominum et vestro Ganado.*

**GAMURDRIT**. Lex Bajw. tit. 18. cap. 2. § 3: *Si servus furtivo modo, supradicto more occisus fuerit, et ita absconsus, quod Gamurdrit dicunt, etc.* Editio Heroldi cap. 28. § 3. *Garmordrit* habet. At Spelmannus observat *ga* et *ge* particulas esse præpositivas præteriti temporis et participii ejusdem. Proinde *Gamurdrit*, idem est ac *si murdritus fuerit*. Vide *Murdrum*.

**GAMUS**, *Cerva*, ex Hispanico *Gamo*: nostris, *Dain*. Fori Alcaçonenses: *De coyro de cervo et Gamo tres Morabit.* [Vide *Gammus*.]

† **GANAFUS**, *Fortis*, *Agilis*. Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. Vide *Gamasus*.

† **GANAGIUM**, ut supra *Gagnagium*, Agri culti. Fundatio Chartusæ Vallis S. Georgii ann. 1235. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 96: *Item (dono) omnes terras quas habeo nomine Ganagii, vel alio modo, (hoc est, ut intelligo, Terras omnes, tam cultas quam incultas) in villa de Poques, etc.* *Item omnes terras Ganagii villæ de Mani cum pratis meis, etc.*

† **GANANCIA**, vox Hispanica, Lucrum, redditus, Gallis *Gagnage*. Vide *Bragatis*.

**GANAPE**. Vide *Galnabis*.

**GANARE**, *Acquirere*, Hispan. *Ganar*. Charta Bermundi II. Reg. æræ 1028. apud Anton. de Yezep in Chronico Ord. S. Bened. tom. 5: *Dum essemus in adolescentia, Ganavimus et emimus villas et hereditates, etc.*

**GANATA**, ex Hispanico *Ganado*, Grex, armentum: *Ganadero*, Pastor. Fori Jacenses: *De appellitis ita statuimus. Cum homines de villis, vel qui stent in montanis cum suis Ganatis, auferint appellitum, omnes capiant arma, et dimissis Ganatis, et omnibus aliis suis faciendis sequantur appellitum, etc.* Infra: *Ganata, cum descenderint, nullus audeat furare vel rapere vel pignorare ulla occasione, et non jaceant in vetatis militum, nisi per unam noctem. Certa loca sint, in quibus Ganata bibant, ne cequiaz frangantur.* Eximius Salanova: *Et tales non peytant in aliquo cum hominibus signi Regis, nec pro Ganatis, neque equis, ut quidam dixerunt.* Charta Garciae Fernandi Comititis pro Ecclesia S. Petri de Gardenna æræ 1010. apud Yezep in Chron. Ord. S. Benedicti: *Illo Ganato Ecclesia S. Petri talem foro habeat sic illis de illas villas ad pascendum per omnes terminos in montes, et in fontes, in paludibus, defensas etiam, et in molinaris, etc.* Alia Sancii VII. cogn. Sapientis, apud eundem: *Si vero Ganatum vestrum cum alio extraneo mixtum fuerit, et hac de causa illud nobis dare noluerit, mando in fide unius Monachi vel Fratris vestri Ordinis, sine alio sacramento donet vobis, quantum duxeritis esse vestrum.* Infra: *In omnibus locis, in quibus meum Ganatum et aliorum debet pascere, etc.* Passim in Chartis Hispanicis. Ita porro hanc vocem Hispani usurpant, quomodo olim nostri et Angli vocem *Gagnage* pro omni apparatu rustico, in quo recensentur animalia, atque adeo oves ipsæ.



Vide *Gagnagium*, et *Michaelem del Molino* in Repertorio Fororum Aragoniæ.

† **GANATI**, Eadem notione. Charta Aldefonsi Regis Castellæ ann. 1181. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 495 : *Concedo... ut vestri Ganati proprii... pascant sine omni montagio per montes et omnia pascula per quæcumque regii Ganati pascere habent per totum regnum meum.*

† **GANCARE**, Per vim auferre. Coronatio Henrici Regis Portugalliæ : *Quando aliquis Gancaverit avere alienum, vadat querelous ad Alvazil, et ponat querelam, et Alvazil restituat illi suum avere.* Ubi Anton. Brandaon. lib. 10. Monarch. Lusitan. cap. 13 : *Quando alguens per forza tomar a fazenda alhea, etc.* Rursum : *Qui in bello mataverit Regem inimicum, aut ejus filium, et Gancaverit ejus pendonem, sit nobilis.* [\*] Vide S. Rosa de Viterbo Elucid. tom. 2. pag. 8. vocib. *Gança* et *Gancar*, obtinere, Hispanis *Alcanzar* eodem sensu.]

† **GANCES**, Anseres silvestres, in *Gantz* 2.

\* **GANDA**, f. *Acervus*. Charta ann. 1290. ex Chartoph. Occit. : *Item septimam partem totius salis, quod fit et fiet in anlea in dictis territoriis et infra, etiam in gavellos seu Gandas, et tres denarios Turon. in quolibet modio dicti salis, etc.*

† **GANDARGIUM**, Tributi species. Charta ann. 1300. apud Columbum lib. 3. de Episcop. Vivariensibus pag. 226 : *Non poterit D. Rex deinceps aliquid de novo acquirere in terra D. Episcopi... non adversationes novas, vel nova Gandargia recipere.*

† **GANDEIA**, Genus navigii, Afris familiare, apud veterem Interpretem Juvenalis Sat. 5. v. 89.

† **GANDENGA**, Vestis species. Chron. Vosiense cap. 73. de Deformatione religionis : *Cucullas clausas pro froccis, ocreas pro Gandengis, froccos capellatos absque cuculla... insectamur.*

† **GANEA**, [Meretrix. Osbernus in Vita S. Dunstani, tom. 4. SS. Maii pag. 368 : *Reperit insuper cum adultera simul et filia illius Principem a mœchali thoro violenter abstraxit... At Ganea sanguineos intorquens oculos, Tu, inquit, etc.* Latinis *Ganea* Lupanar est, non ipsa meretrix.] [\*] Inquisit. ann. 1340. ex Cod. reg. 5190. fol. 72. r. : *Dictus dominus Petrus non vivebat caste ; sed interdum, quando sibi placebat, habebat de nocte Ganeas, quas usque ad mane tenebat.*] Vide *Glavea*.

\* **GANEARE**, Obtinere, Hisp. *Ganar*, Gall. *Gagner*. Leg. Lusit. sub. Alph. reg. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 11 : *Qui in bello... Gancaverit ejus (regis) pendonem, sit nobilis.* Vide *Gancare*.

† **GANEARIA**, pro *Ganea*, Ugotioni. Vide *Clepsydraria* in *Clepsydra*.

† **GANEARIUS**, *Ganeo*. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS. : *Ganearius, Libidinosus, Luxuriosus, ἀσελγής.*

† 1. **GANELO**, Insignis proditor, sic dictus a *Wenilone* seu *Guenilone*, voce paululum inflexa, Archiepiscopo Senonensi, qui beneficiorum a *Carolo Calvo* acceptorum immemor, ad partes transiit *Ludovici Germanici* : ex qua pessima actione labe æternum mansit ; ita ut insignes *Proditores Ganelones* vocati sint. Hinc *Matth. Paris* ad ann. 1216. loquens de *Comite Nivernensi* ait eum fuisse de *Guenilonis* genere proditoris ; sicut et *Bara* in usaticis *Barcinonensibus* vocatur ille, qui fidem datam non servat, ex eo quod *Bera Comes Barcinon.* fidem datam *Ludovico Pio*

violaverat. Vide *Marcam Hispan.* lib. 3. pag. 21.

\* **Nostris**, eadem acceptione, *Ganelon* et *Guenelon*. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 3 : *L'exposant respondi : Tu mans comme faux garçon, traistre, Ganelon, et Dieu et toy le savez bien.* Alia ann. 1357. in Reg. 89. ch. 171 : *Et plusieurs autres injures en l'appellant Guenelon, traître.* Cantil. 40. tom. 2. Poem. reg. Navar. pag. 93 :

Trop sont fol et mal pensant,  
Pis valent que Guenelon.

\* 2. **GANELO**, *Acervus lapidum* anti-qui cementi. Vide *Chifflet*. in *Vesunt.* inter voces *Celticas*.

† **GANELO** *Gulosus, popinator, tabernio, hasta vel jaculum, lingua Gallica.* Gloss. MS. Reg. 1013. Latinis *Ganeo* est *λαγνός, καταφαγός, λαίμαργός* ut est in Gloss. Gr. Lat.

† **GANEONIUM**. Vide *Gannium*.

† **GANERBII**, *GANERBINATUS*, de quibus exscribam, quæ habet *Spelmannus*, cuius sunt, quæ sequuntur.

† **GANERBII**, *Ganerbiorum* societates, quam *Ganerbinatum* vocant, apud Germanos ampla, potens, et antiqua est, a nobilium conditione parum distans. Nobiles enim et *Ganerbios* sic conjungit *Jus Saxonium Burger oder Burgkman heissen die Ganerben und Edelleut, etc.* Id est, *Cives et Castrenses* (qui in Castro habitant) dicuntur *Ganerbii et Nobiles, qui olim sub domino Castri in castro habitabant, et tunc temporis vocabatur Burgkburger, i. cives castrenses.* Item alibi *Burgklehen* (i. castrense feudum) est hujusmodi feudum, ubi multi *Nobiles vel Ganerbi* (ut nunc dicuntur) unum idemque castrum simul habent a *Principe et Domino, cujus est castrum illud.* Et quidem nulla inter ipsos et alios vassallos feudales fere differentia est, nisi quoad pacta et conditiones societatis et fœderis inter ipsos mutui. Quæ res tunc extitit in Germania, quando vis erat jure, da das *Faust-Recht im Schwang gieng.* Tum enim ante factam et promulgatam pacem publicam, i. dem *Landfrieden*, cum passim itinera essent minus secuta, et latrones in arcibus apud sui generis sive farinæ homines, latrones latitarent ; alii quidam Nobiles, quibus virtutis potius, quam rapinæ studium carum erat, confecerunt sibi arces munitas, in quibus cum familiaribus suis et rebus pretiosioribus, ab aliorum invasionibus violentis, tuti essent. Et ut potior fieret hæc conjunctio, eoque major et constantior, suisque viribus se et sua felicitus defenderent, fraternitates et confederationes quasdam, certis legibus et conventionibus contraxerunt, *den Burgfrieden*, id est, *Pacem castrensem* appellatas. Confederatos hos *Ganerbios* vocant *die Ganerben*, quasi *gemeine Erben*, id est, communes hæredes et condminos. Sed dilabitur splendida hæc confederatio in deteriorem partem. Nam et ipsi *Ganerbi* viribus suis et arcibus confisi, etiam rapere et opprimere ceperunt : aut alios suæ societatis confratres, aut condminos, quando delinquerent, receptorunt, et protexerunt. Eique tandem audaciæ et furori perventum est, ut publicis legibus et imperiali Constitutione coerceatur. Imperator enim *Maximilianus* in Comitibus Augustanis ann. 1500. inter alia edixit, ne *Ganerbi, sive condmini, bannitum ab Imperio in arcem intromittant, licet etiam ea sit communis et cum aliis, sed potius a sua societate excludant : quod si vero se-*

*cus factum fuerit, ut ipsi quoque acceptatores, in penam pacis publicæ violatæ debeant declarari et pronunciari.* Præterea in Comitibus Wormaciensibus ann. 1495. quadruplex est constituta pœna : *Das ihr Leib und, etc.* Id est, 1. *Primo ut illorum corpora et bona omnibus sint concessa, et nemo illis abuti possit.* 2. *Ut omnia illorum jura, quæ contra alios habent, cessent et sint mortua.* 3. *Ut amittant feudum.* 4. *Ut habeantur inhonesti, seu infames.* Renovatur hæc Constitutio aliis Comitibus Wormaciensibus ann. 1521. deinde Augustanis ann. 1548. et inserta denique Ordinationi Cameræ anno 1555. part. 2. tit. 13. *Petrus Denais in Jure Camerali tit. 266. verb. Receptatores, n. 2.*

Arces et munitiones aliquot quæ vocantur *Ganerbenhäuser*, hæc recensetur. Primo arx *Rotenburgensis*, non procul a *Norimberga* dissita. Deinde est *Friburgum* in *Veteravia*, quæ etiam est celebris *Ganerbitanus*. Tertio est arx *Saltzburgum* ad *salam* in *Francia orientali*, ubi et *Imperatoris Conradi* (qui cognomen *Salici* inde adeptus est) Regia olim fuit ; et *Lex Salica* primum lata est a *Pharamundo*, ejusque *Consiliariis* quatuor, *Wisogast, Arogast, alias et rectius Bosogast, Salagast, Vindogast*, qui et in *Prologo Legum* illarum nominantur, et a *Sigeberto* in ann. 422. de quo vide plura hic infra in verb. *Lex Salica*. Hæc autem arx etiam hodie est domus *Ganerbica* : et habent singulas singulos suos *Burgravios* judicis loco, suasque leges et regalia. *Rotenburgensis*, quæ ab antiquis dominis ad *Coronam Bohemiæ* pervenit, et tandem ad *Electorem Palatinum*, reservato tamen recto domino, condminos, numerat plusquam septuaginta Nobiles.

Sunt et nonnullæ civitates *Ganarbicae*. *Crutzenacum*, oppidum situm ad *Rhenum*, condminos habens *Electorem Palatinum*, et *Marchionem Badensem*. Item *Smalcaldia*, dum viverent *Comites ac Principes Hennebergenses*, ex parte dimidia ad ipsos, ex altera pertinuit ad *Landgravios Hessiæ* ; hodie *Landgravius* ea solus potitur. Tale olim fuisse *Hebron*, de quo in *sacris Literis* habetur, et in *Decreto Gratiani*, 1. *Hebron* 11. quæst. 2. notat. *Conradus Rittershusius in partitionib. jur. feud. lib. 1. cap. 17.*

Constituuntur autem *Ganerbii et bona Ganerbica*, pactis et conventionibus ipsorum inter se condminorum : accedente plerumque confirmatione et protectione Superiorum, puta *Imperatoris et aliorum Principum*. Et dari possunt in *Ganerbinatum* non solum bona allodialia et patrimonialia, sed etiam feudalia ; dum tamen non inferatur tertio præjudicium, uti agnatis in antiquis feudis ; filiabus, (si hoc dictum sit) in novis ; et his, de quibus pactum est, in utrisque. Hinc exigua illa differentia inter *Ganerbios* et vassallos feudales, cujus supra meminimus. Quamquam enim aliquis in *Ganerbiorum* societatem acceptus, et condminus factus fuerit, in aliis tamen rebus non mutatur persona ejus, nec vassallus esse desinit prioris domini sui, nec privilegia et regalia, quæ ab *Imperatoribus* totum obtinuerit condminorum collegium, singularum fiunt, sed pariter omnium.

Solet autem plerumque inter eos, qui *Ganerbinatum* constituunt, eo convenire inter se, ut *maximus natus in ea gente* sit *administrator bonorum* ; et pro onere administrationis partem ali-

quem fructuum sibi habeat præcipuam: reliqui fructus dividantur æquis portionibus inter omnes gentiles et agnatos, qui quidem sunt puberes, maxime si vel studiis, vel rei militari dent operam.

Denique fraternitati et confederationi inter condonatos renuntiari potest ab eo, cui non amplius libet in illa societate et communione stare: uti quælibet societas renuntiatione tollitur, § *manet. Just. de societ.* Similiter etiam a rectore sive domino illius arcis, in qua *Ganerbinatus* est constitutus, liberabitur renuntiatione, Conrad. Rittersh. d. cap. 17. *per tot.* Ubi simul tradit, discernendum esse *Ganerbinatum* a pacto, vocato *Erbeinigung*, quod receptum est inter familias quorundam Principum, de quo Gail. 2. obs. 127. Itemque a majoratu et legato familiae, ut idem explicat. Vide Hotomannum in *Lexic. feudali* verb. *Hæredes accelerantes*, ubi allegat locum juris Saxonici Artic. 17. Et Modestinum Pistoris p. 1. consil. num. 45. et 52. Hæc et Matitia Steph. Pomeran. Tract. de Jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 2. memb. 3. at non suis ubique verbis; sed alias amplius, alias contractus, ut nostro magis conveniret instituto: Ad dam vero quod Glossographus ad 17. artic. Speculi Saxonici assertit, *Ganerbios*, dici, quod illorum hæreditas descendit, non ascendit, etc. Hæc Spelmanus. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 478. not. 479. n. 2. 481. n. 1.]

\* **GANERLOTUS**, perperam pro *Gaverlotus*. Vide infra in hac voce.

\* **GANETTA**. [Forsan balista quædam: a Johanni Theotonico magistro balistarum, pro restaurandis balistis... pro *Ganettis*. (Mandam. camer. apost. 1465. 29. jan. p. 153.)]

\*\* **GANGA**, An *Ganea* pro *Refectorio*? Vide *Gangia* 1. Reinard. Vulp. lib. 3. vers. 1653:

Gangaque pro feno lanam constrata suavem  
Accipiat; feno est non spolianda bidens.

† **GANGAGIA**, Occulta loca. Vide *Gangia*.

**GANGALIZARE**, *Titillare*, in Glossis Antiq. MSS. et apud Papiam.

† **GANGAMON**, *Rete sinuosum varitis plexibus involutum*. Laurent. in *Amalthea*. Vide *Ganguilo*.

**GANGANUM**. Charta Heccardi Comitis Augustod. ex Tabulario Persiacensi apud Perardum in Burgundicis pag. 26: *Et quicquid de gemmis habemus, et Ganganæ srica, cum spondale, et tapete uno.*

**GANGDAYES**, Dies lustrationis, vox Saxonica, in Concilio Grateleano ann. 928. cap. 12. in Concil. Anglic. Somnero, *gang-dagas*, dicuntur *Rogationes*.

1. **GANGIA**, *Occulta loca et subterranea, Gangagia Græci vocant.* Ita Glossæ MSS. [In Glossis Isid. : *Ganzia, Occulta loca et subterranea.* Legendum *Ganea*, ut lib. 10. Orig. Festus : *Ganeum antiqui locum abditum ac velut sub terra dixerunt. Terrentius : Ubi illum quæram? Credo abductum in Ganeum.* Hoc est in tabernam meritoriam seu meretriciam subterraneanam et latentem.]

\* 2. **GANGIA**, pro *Gagia*, Pignus; unde *Gangiarz*, pro *Gagiare*, Pignerari. Charta ann. 1208. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *De quibus duodecim denariis, si differrent in solutione eorumdem, . . . pro dicta emenda nosmetipsos poterimus Gagiare seu facere Gangiam per nos vel gentes nostras.* Vide supra *Gagiare* 1.

† **GANGIATOR**. Vide *Gagga*.

† **GANGLION**, vel *GANGILION*, Tuberculum,

culum, Gall. *Loupe*. Antonius Gallonius in Vita S. Philippi Nerei, tom. 6. SS. Maii pag. 515: *Artemisæ cheliæ durum ac renitens tuberculum in sinistra manus articulo ortum erat. Id morbi genus Ganglion Medici seu nodum vocant. Tuberculum ex parvulo incepit, et diu paulatimque adeo increvit, ut nucis magnitudinem nedum expleret, sed excederet, ovique ferme æquaret.* Legitur apud Celsum. Eadem notione apud Plinium lib. 6. cap. 18: *Quibusdam sunt tubera, sicut sunt in carne Glandia.*

\* **GANGUAGIUM**. Vide infra *Guanguagium*.

† **GANGUILO**, Species retis. Statuta Piscatorum Massil. MSS: *Nulla persona cujuscumque status aut conditionis existat, audeat, seu præsumat piscari cum illo rete vocato Ganguilo in insulis marium Massiliæ.* Vide *Gangamon*.

\* Vulgo *Bregin*. Charta ann. 1307. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 130: *De cetero in aliquo stagnorum prædictorum cum arte, vocata Ganguil, nullus ausus erit piscari.*

† **GANGULA**, pro *Glandula*, Struma, Ital. *Gangola*. Miracula S. Zitiæ, tom. 3. Aprilis pag. 516: *Habuit semper inflatam gulam et plenam de Gangulis.* Vita B. Luchesi, tom. 3. April. pag. 609: *Quidam adolescens de Monte Voltraio cum paralysi percussus gravissima varicis multas, quæ vulgo Gangulæ nuncupantur, per totum insuper corpus haberet, voto a parentibus emisso, etc.* Vide *Varica*.

† **GANIAGIUM**, a Gallico *Gain*, *Gagnage*, Lucrum, Merces quotidiana quæ *Beneficiariis* choro præsentibus tribuitur. Compendiosa *Beneficiorum* expositio fol. 11: *Ad dispensationem pertinet questio, qua agitur, an dispensati de non residendo fructus gaudeant, quæ finitur hac distinctione, ut dispensati fructus percipiant, quos vulgus nomine grossi indicat, diaris vero et manualibus, sive *Ganiagis* priventur. [\* f. pro *Gainagium*. Vide supra *Gagnagium* 2.]*

\* **GANIFIVETUS**, Ensis brevior, vel cultellus. Charta ann. 1316. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 153: *Ad recipientem ab hæredibus seu successoribus felicitis memorie Clementis V. papæ quandam Ganivetum seu cultellum, quem olim . . . D. Gasto Fuzi comes . . . SS. patri dicto Clementi papæ V. commodavit.* Vide infra *Ganiveta*.

\* **GANILATIO**, Irrisio, idem quod *Gannatura*. Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 276: *Infra quandam turrin dictum Bernardum intrusit et compeditavit, et sic compeditatum . . . per diversa loca transduxit . . . Dolens de tractatione, vexatione, transportatione et hinc inde ignominiosa Ganiatione de dicto Bernardo, etc.* Vide *Gannum*.

\* **GANIPULA**, *GANIPULUS*, Ensis brevior, cultellus. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 377: *Johannes respiciens seipsum vidit cuspidem Ganipulæ seu gladioli sui, quem pendentem in zona . . . portabat, vaginam transgredientem.* Aliæ ann. 1457. in Reg. 187. ch. 334: *Oddo de Beuqua . . . evaginavit unum parvum gladium vel Ganipulum, quem portabat, etc.* Vide infra *Ganiveta*.

\* **GANITA**, Anser silvestris. S. Ludom. episc. Catalaun. ex Cod. XIII. sæc. ejusd. eccl. : *Habuit etiam beatus Leudomirus culturam sepe ab avibus, qui Ganitz vocantur, depastam.* Vide *Gantz* 2. et mox *Gantua*.

\* **GANIVELUS**, Eadem notione atque *Ganipula*. Barelet. serm. de paucitate

salvandarum: *Sextus* (status) *virginum*. *Ubi sunt? O quot Ganiveli! O quot filii in latrinis!*

\* **GANIVETA**, *GANIVETUS*, ut supra *Ganipula* et *Ganipulus*, nostris *Ganivet*, *Guenivete* et *Gayvete*. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 203: *Ipsium cum quadam Ganiveta ferri de cuspidem juxta mamillam sinistram vulneravit.* Inventar. Ms. ann. 1379: *Item duæ Ganivetæ in una vagina, viratæ de argento.* Acta Mss. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 36. rº: *Videbat quod dicti homines portabant in zonis suis cultellos seu Ganivetos.* Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 342: *Le suppliant sachæ une Guenivete ou coustel petit, etc. Le saint Ganivet*, Cultellus scilicet, quo sacram Hostiam Judæus percussit, in Diar. regni Caroli VII. pag. 524. Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. ch. 333: *Le suppliant de sa Gayvete ou coustel à tailer pain donna un cop seulement par le corps à icellui Domange.* Hinc *Ganivier*, *Ganiveterum* faber, vel mercator, in aliis Lit. ann. 1390. ex Reg. 139. ch. 44: *Jehan le Veel pour Ganivier . . . mist en vente sur un estal plusieurs ganives, patiz couteaux, etc.* Vide supra *Ganivetus*.

\* **GANNACHA**, Toga, vestis talaris, pro *Gannachia*. Vide in hac voce. Inventar. Ms. ann. 1379: *Item panni unius Gannachæ pennæ de vars.*

† **GANNARE**, *GANNATOR*. Vide *Gannum*.

\* Pactum inter Soldan. et Pisan. ann. 1174. apud Lam. in *Delic. erudit.* inter not. ad Bonincont. Sicul. pag. 200: *Et non debet nocere nullum mercatorem Saracenum, nec tradere, Gannare nec de pecunia.* Vide *Gannum*. Nisi sit pro *Gagiare*.

\* **GANNARIA**, *GANNERIA*. Vide supra *Gaeneria*.

† **GANNATUM**, Grex, armentum, ut supra *Ganata*. Vide locum in *Majoralis*. **GANNATURA**. Vide *Gannum*.

**GANNNARE**, *Gantare*. Papiæ.

† **GANNITURIUS**, Irrisorius. *Cum cachinno et Gannitura vituperatione*, in Actis MSS. S. Judicællis. Vide *Gannum*.

**GANNIUM**, *Taberna*, Papiæ, pro *Gæneonium*. Alibi: *Ganea, taberna, popina, etc.*

\* **GANNIUS**. [Locus subterraneus ad luxuriantium aptus. DIEF.]

**GANNUM**, *GANNATURA*, Irrisio, Italis *Gannare*, et *Ingannare*, est fallere, decipere: ut Latinis *Gannare*, irridere. Glossar. Lat. Græc. : *Gannat, γλεβάει. Gannator, γλεβάσταις.* Gesta Regum Francor. cap. 41: *Qui respondit cum Ganno dicens, Vos mentitis, etc.*

**GANNATURA**, Eadem notione. Rabanus Maurus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 3: *Postremo ut idem Apostolus* (S. Petrus qui inventor fuisse dicitur coronæ Clericalis) *suique successores et sequipedes ridiculosum Gannaturæ ludibrium in populo Romano portarent, quia et horum Barones hostes exercitus superatos sub corona vendere solebant.* Eadem verba habentur in Epist. 44. Bonifacii Moguntini Archiep. Candidus Mon. in Vita Eigilis Abb. Fuld. cap. 12:

Cujus judicium, et si non zabolica fallit  
Gannatura, tamen laqueos hinc inde timoris  
Non facile superat graviore, etc.

Aldhelmus de Laudibus Virginitatis: *Quid mirum, si Apostolorum oracula et jurisperitorum scita præfatas frivolorum nœnias abominantur, cum etiam gentiles gentilibus, et pagani pagani quasi ridi-*

culosum subsannantis Gannaturæ opprobrium legantur improperasse hoc modo, cum infami proverbiorum elogio cachinantes ac cavillantes. Scio, hic viros doctos Gannaturam, turpe lucrum interpretari, quia Hispanis Ganar est lucrari: sed potior videtur nostra conjectura.

**GANNUS**, [Chirotheca, *Gant.*] Vide *Wantus*.

† **GANS**. Inventarium ornamentorum S. Martialis Lemovic. ann. 1227: *Item v. Gans gaisfers*. Quid sit, ignoro; sed *Gans*, *tis*, pro *Anser*, sicut videre est in *Gantæ* 2.

**GANSÆ**, Anseres. Vide *Gantæ* 2.

**GANSHAPICH**. *Acceptor*, seu *accipiter*, qui *anser* mordet, in *Lege Bajwar.* tit. 20. cap. 1. ex Germ. *Gans*, anser, et *hapen*, corripere, capere. [Baluz. legit *Ganshapuch*.] Glossar. Ælfrici: *Auca*, gos. *Aucarius*, goshafuc. [\*\* Vide *Graff. Thesaur. Ling. Franc.* tom. 4. col. 755. voce *Habuh*, *Accipiter*.]

† 1. **GANTÆ**, Cæstus, Gall. *Gantelets*, *Digitalia ferrea*, quibus antiqui muniebant manus ad pugnandum. Computum anni 1386. tom. 2. *Hist. Dalphin.* pag. 326: *Item, quatuor paria Gantarum de ferro sine braccellis*, II. s. VIII. d. gr. *Item, quatuor paria de Gantis cum braccellis pro II. s.*

2. **GANTÆ**, Anseres silvestres. Gloss. Lat. Græc.: *Ganta*, γανάλωπις. Gloss. Saxon. Cottonianum; gr æg gos, *Ganta*. Anglis, *A grei Goose*. *Fortunatus* lib. 7. Poem. 4:

Aut Mossa dulces sonans, quo grus, *Ganta*, anser, olorque  
Triplice merce ferax, alite, pisce, rate.

*Vita S. Pharaïdis* Virg. num. 13: *Aves quasdam aggregatas reperit, quas alii Feles, alii Miletas, vulgus vero Gantas nuncupat.* Liber *Miraculor.* S. Genulfi n. 46: *Conspicit innumerabilem multitudinem avium, quas vulgus Gantas vocat.* Goscelinus Monachus in *Vita S. Werburgæ* Virg. num. 10. ubi avis speciem prodit: *Agnos ejus solito infinita aucarum indomitatum, quas Gantas vocant, depopulabatur multivado.* Sunt igitur *Gantæ*, anseres silvestres, vel etiam domestici, qui

*Gansæ* vocantur a *Plinio* lib. 10. cap. 22. qui eas *Morinis* attribuit: unde patet, vocem esse veterem Gallicam, [Goaz scil. ut scribit *Petronius* pag. 391. *Antiq. Gall.*] quam retinent etiamnum Germani, quibus *Gans*, *Ganse*, dicuntur, ut Anglis *Goosen* et *Geesen*, Hispanis [et Italis] *Ganso*, id generis avium nominatur. Adso in *Actis S. Waldeberti* Abbat. *Luxoviensis* num. 5. videtur, has aves appellatas a voce, quæ albedinem significat, veteri forte Gallica: *Nam cum in aliis Vir iste felicissimus, tum quoque rebus pollebat: et hunc quoque agrum anseres agrestes, quas a candore, vel sonitu vocis more rustico Gantas vocant, agmine collecto frequenti ruptione ab ipso jactu seminis et sationis incremento vastabant.* Potius tamen videtur alterum *Etymon.* Vide *Pontanum* lib. 8. *Rerum Danicarum* pag. 494. [\*\* et *Graff. Thesaur. Ling. Franc.* tom. 4. col. 220.]

† **GANGES**. *Vita S. Amalbergæ* Virg. tom. 3. Julii pag. 98: *Ecce late omnia albicant pennatis volucris, quos communi vocabulo Gances appellari solet.* *Mabill.* sæc. 8. *Bened.* part. 2. pag. 243. habet: *Quas communi vocabulo Gantas appellari placet.*

**GANTES**. *Silvester Giraldus* lib. 1. de *Topogr. Hibern.* cap. 18: *Aucæ minores albæ, quæ et Gantes dicuntur.* [Acta S.

*Samsonis* MSS.: *De Gantibus in custodia traditis. Diversæ aves innumerabiles circa Monasterium, id est, anseres furvæ et albigantes, conventebant, quæ molestiam fratribus inferebant.* Dixit S. *Samson*: *Præcipio vobis, ut ante me pergatis ad Monasterium. Itaque illæ in uno grege congregatæ in Monasterium intrarunt, et usque in crastinum diem reservatæ sunt.*] *Le Roman de Garin* MS.:

Grues, et Gentes, et oes, et poucias.

Alibi:

Grues et Gentes orent à lor plessir.

**GANTULA**, diminutivum a *Ganta*. *Vetus Interpres Alexandri Iatrosophistæ* lib. 1. *Passionum*: *Manducet ex domesticis gallinas, fastianos, et de anseribus, alas, collum, caput, pedes, et Gantulas, et aves omnes præter eas, quæ in paludibus degunt.* Ubi *Glossæ Gantulas*, aves esse observant. *Idem* lib. 2. cap. 67: *Gantulæ quoque, merulæ, turtures, turdi, etc.*

† **GANTARE**. Vide *Ganninare*.

\* **GANTELETUS**, **GANTELETUS**, Gall. *Gantelet*. *Manuum armatarum, chirotheca ferrea.* *Charta offic. Autiss.* ann. 1338. in *Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 40*: *Item cepit quemdam ensemen, quemdam magnum cultrum sive cultellum, quosdam Ganteletos, etc.* *Inventar.* MSS. ann. 1379: *Item duo paria de Ganteletis.* *Charta* ann. 1377. ex *Cam. Comput.* *Aquens.*: *Item paria Gantellorum ferri modici valoris tria.* Vide *Chirothecæ* et *Wantus*.

\* **GANTELLUS**, Eodem intellectu. *Lit. remiss.* ann. 1361. in *Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 26*: *Johannes Mensart ex Gantellis ferreis vel calibis et ense suis præfatum Johannem le Borgnet... percussit.*

† **GANTERIUS**, *Digitalium opifex*, Gall. *Gantier*, in *veteri Catalogo sodalium Confraternitatis B. Mariæ deauratæ* MS. [\*\* *Gantear*, in *Charta* *pedag. Divion.*]

† **GANTES**, **GANTULA**. Vide *Gantæ* 2.

\* **GANTUA**, *Anser silvestris.* *Stat. Avenion.* ann. 1243. cap. 107. ex *Cod. reg.* 4859: *Sint duo alii homines constituti ad fugandum Gantuas et anseres.* Vide *Gantæ* 2.

\* **GANTULUS**, *Chirotheca.* *Charta* ann. 1468. in *Reg. 197. Chartoph. ch. 39*: *Retento per ipsum dominum episcopum (Montis-albani) et monachos homatgio unius parisi Gantulorum pontificalium.* Vide *Gantus*.

† **GANTUS**, *Chirotheca*, Gall. *Gant*. Occurrit apud *Mabill.* tom. 2. *Annal. Bened.* pag. 712. col. 2. *Baluzium* tom. 2. *Hist. Arvern.* pag. 64. *Marterium* tom. 1. *Anecd.* col. 57. Vide *Wantus*.

\* Occurrit in *thesauro eccl. Claromont.* *Mus. arch. dep.* an. 980, p. 41: « *Gantos parias III.* »]

**GANZARA** et **GANZEROLUM**, *Navigii genus*, in *Statutis Veron.* lib. 1. cap. 97.

\* *Chron. Tarvis.* apud *Murator.* tom. 19. *Script. Ital.* col. 861.: *Ex duabus unam magnam præmittit Ganzaram quadrivrem.*

**GANZAROLA**, *Species navis*, ex *Ital. Ganzara*, eadem notione. Occurrit apud *Rafanum* de *Caresinis* ann. 1379. pluries.

† **GANZAROLUS**, Eadem notione, in *Andrææ Danduli Chronico*, apud *Murator.* tom. 12. col. 381. 475. etc.

† **GANZERRA**, in *Opusculo Gualvanei Flammæ*, apud eundem *Murator.* tom. 12. col. 1038.

\* **GANZIRRA**, Eadem notione. *Vita S. Rayner.* tom. 3. *Jun.* pag. 457. col. 2: *Erant decem et octo Theotomici, de Sardinia redeuntes, in quadam Ganzirra, cum aliis Ganzirris vento magno flante,*

*motus magnus factus est in mari, et naviculæ ab invicem separatæ sunt.*

† **GANZIUM**, pro *Ganeum*. Vide in *Gangia*.

† **GAO**, *Silva densior.* Vide *Gajum*.

1. **GAOLA**, [Cancer, Gall. *Geole*.] Vide *Geola*.

\* 2. **GAOLA**, *Locus palustris, carectis seu gladiolis abundans.* *Chron. Joan. Whethamst.* pag. 384: *Et quod omnimodæ concessionem... de aliquibus Gaolis vestris, sive de aliquo herbagio, etc.* Vide *Juncaria*.

**GAPHANS**, **GAFANS**, **GAFANDUS**, voces *Longobardicæ*. *Excerpta Pith.*: *Gafandus Hæres, in Lege Long. Gaifanda, cohæres.* *Ugutio*: *Gafans, Hæres.* *Lex Longob.* lib. 2. tit. 21. § 3. [\*\* *Rothar.* 251.]: *Nulli liceat alium pro alio pro quotibet debito pignorare, excepto illo, qui Gaphans esse invenitur, id est, cohæres ejus proximior, qui ad illius hæreditatem, si casus evenerit, venturus est.* Ubi *Edictum Rotharis* Regis tit. 10. § 4. habet *Gafrand.* [\*\* Vide *Graff. Thesaur. Ling. Franc.* tom. 3. col. 520. voce *Fan.*] Videtur tamen hæc vox usurpata pro vade et fidejussore. *Charta Frederici II. Imp.* ann. 1219. pro civitate *Norimbergensi* apud *Goldastum* tom. 1. *Constit. Imper.* pag. 291: *Nullus Norimbergensis sit alius cuius hominis Gaphant de jure, nec unus mercator pro alio.* [Vera vocis origo *Gafreund*, *Cognatus*, ut *Schilterus* docet in *Graphans*.]

**GAPU**, *Clavus, uncus*, nostris *Crampon.* *Galvaneus Flamma* in *Chron. majori* in *Ottone III.*: *Et dicit Chronica Datii, quod cum ad Imperatorem accederet, equum suum magnum aureis Gaponibus, et argenteis clavis ferratum super pannum aureum in domo Imperatoris collocavit.* Apud *Ughell.* tom. 4. pag. 187.

\* **GAPRA**, *Fossa*, locus ubi piscari potest. *Charta* ann. 1301. ex *Tabul. S. Petri de Regula*: *Petrus de Geriaco... concessit... Gapras piscatorias propinquiores nasæe monasterii de Regula in flumine Garonæ.*

1. **GARA**, *Modus agri.* *Charta* ann. 1123. in *Monastico Anglic.* tom. 3. part. 2. pag. 29: *Et in prato juxta Beresford sex acras, et duas Garas, et in prato de Atrefort sex acras et duas Garas, etc.* [Charta anni 1402. apud *Thomam Madoc Formul.* *Anglic.* pag. 106: *Sciatis quod... dederit... reversionem quandam peciæ pasturæ et bosci vocati Colarkopy, et unam Garam in insula prædicta.*] Vide *Wara* et *Oct. Ferrarium* in *Gara*.

† 2. **GARA**. S. *Willelmi* *Constitut.* *Hirsaug.* lib. 2. cap. 9: *Pro signo casei, utranque manum conjunge per obliquum, quasi caseum qui premit. Pro signo generali Garæ, signo casei præmissio, adde, etc.* In hunc locum D. *Herrgottus* in *veteri discipl. Monast.* pag. 387. *Gara*, nescio quis cibus, qui de caseo fit, aut in quo caseus adhibetur. *Idem* forte qui *Flato*, qui ex caseo et pane conficiebatur; certe hujus signum immediate sequitur signum casei in *Ordine* MS. S. *Victoris Paris.* cap. 25. Hæc ille.

† **GARACHINX**, *Donum.* Vide *Gara-thina*.

† **GARACHIUM**, *Novalis ager*, *Provincialibus Garach*, Gall. *Gachere*, *Gueret.* *Libertates de Calma* tom. 1. *Hist. Dalphin.* pag. 19: *Valo tamen quod qui debent mihi cum bobus suis servire, cum eis per tres dies in anno mihi servant, scilicet ad movendum Garachia per unum diem, ad seminanda hiemalia per alium, et ad semina trimensalia per alium.* *Rursus* occurrit in *Charta* ann. 1403. ex

Schedis Præsidis de *Mazaugues*: qui probabili conjectura vocem hanc deducit a Græco γάρτα, Sulcus terræ aratro aliove instrumento excavatæ, fossa. Vide *Warrectum*.

† **GARACIA**, pro *Garricia*, Ager incul-tus. Chartularium Ecclesiæ Aptensis fol. 92: *Propterea cedo ibi ad ipsas casas Dei, id est, ædificiis, casis una cum sol-terræ Garaciis, et ex eis pratis, vineis, campis, etc.* Vide *Garricæ*.

\* **GARACTUM**, Ager suis frugibus vesti-tus, nostris *Garet*. Charta ann. 1209. ex Bibl. reg. cot. 17: *Completiis vero viginti annis continuis, tunc ipse honor ad nos libere revertatur, cum omni suo melioramento et augmento, levato tamen a vobis Garacto vel blado seminato, si ibi tunc fuerit.* Hinc *Garison*, vel *Warison*, pro ipsi agrorum fructibus, in Charta ann. 1358. ex Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 157: *Si doit lidiz censiers touz les four-rages de toutes les Warisons... convertir en fiens, et yceult mener sous les dittes terres.* Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 293: *Que icellui Requin ne saroit si bien garder sa ditte Warison, que les-dittes bestes n'y allaissent... mais pour esquiever à la destruction et perte d'icelle Garison, ala ledit Requin pour garder laditte Garison en certaine nuit, en la-quelle ledit feu vint en la terre ou crois-sent lesdittes Garisons, et y cachoit plu-seurs de ses bestes... Ledit Requin leur vault deffendre qu'ilz ne gastassent sa-ditte advesture et Warison.... Il print bien garde à saditte Varison.* Vide infra *Garrigua*.

† **GARAGANGI**, *Advenæ*. Vide *Waren-gangi*.

† **GARAGETHENGI**. Vide *Garathingi*.

**GARALIS**. Glossarium Saxonicum Æl-frici: *Acetabulum*, vel *garale*, i. acetis-cyphus. Leo Ost. lib. 1. cap. 24: *Scat-iones 3. Garales 2. Cap. 28: Tulit in coronis ac bazuis, atque hamulis, Garalibus, et cochleariis argenti simul quingen-tas.* Testamentum S. Everardi Comitis, apud Miræum in Codice Donat. piar. cap. 21. et Lucam Acherium tom. 12. Spicilegii: *Vas ad bibendum marmoreum unum cum argento et auro paratum, Garalem argenteum 1. cyphum argen-teum 1. pallia duo, Garales argenteos cum cochleariis duos.* Occurrit ibidem semel ac iterum.

† **GARANIA**. Privilegium Johannis de Castellione Comitis Blesensis ann. 1265. ex Chartulario Abbatæ S. Johan. Carnut.: *Nec licebit dictæ Comitisse... cloacam vel aliquid indecens habere, nec in ipsis fossatis Garamiam vel edificium fa-cere.* Puto legendum *Garannam*, de qua mox.

† **GARANCIA**, ut mox *Garantia*, Rubia. Statutum Comitatus Fuxi Carcassonæ actum ann. 1393. apud de *Lauriere* tom. 2. Ordin. Reg. pag. 90: *Inhibutum fue-rat, quod grana, gauda, gayda, Garancie tinctæ, necnon pastellum... nullatenus extraherentur.* Alium locum vide in *Gaidia*.

**GARANDIA**, [Auctoritas, cautio, defen-sio, Gall. *Garantie*. Charta Johannis Abbatæ S. Genovefæ ann. 1202. ex Tab-ulario S. Germani Paris.: *Præfatæ Ecclesiæ vendidit, et de quittatione, eleemosina et venditione plenam Garandiam fide interposita se portaturum promisit.* Charta Adami Porci ann. 1197. e Char-tulario Montis Martyrum: *Garandiam ferre craantaverunt.* Charta Curie Ar-chidiaconi Remensis ann. 1252. ex Tab-ulario S. Nicasii Rem.: *Pro Garandia ferenda dedit in contravadium et assi-*

*gnavit dictam Ecclesiam ad omnia bona sua.* Charta Officialium Remens. ann. 1257. ex eod. Tabular.: *Pro legitima Garandia ferenda dedit in contravadium et assignavit eidem Ecclesiæ omnia bona sua.* Similia prorsus habentur in aliis ejus-dem Tabularii Chartis ann. 1250. 1252. 1259. etc. Adde Lobinelli Glossar. tom. 3. Hist. Paris.] Vide [*Garantia* 2. et] *Warantus*.

† **GARANDIARE**, Cavere, spondere, præstare, defendere, auctorem esse, Gall. *Garantir*. Charta Gaufridi Episc. Meld. ex Tabulario Sangerman.: *Ratam habendam et Garandiandam promiserunt.*

† **GARANDIRE**, Ead. notione. Charta ann. 1259. e Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 99: *Si contigerit dictos Re-ligiosos ab aliquo seu aliquibus molestari in aliquo foro... ego et hæredes mei tene-mur ipsos servare indemnes et contra omnes Garandire.* Charta Curie Noviom. ann. 1270: *Premissa vendita idem Petrus eidem Ecclesiæ Garandire tenetur.*

† **GARANDISARE**, ut *Garandiare*. Charta Hugonis Militis Dom. de Rumignia ann. 1259. e Tabulario S. Nicasii Rem.: *Eo quod non Garandisabam dictam Eccle-siam contra fratrem meum.* Charta Curie Noviom. ann. 1273: *Illud Garandisabunt et defendunt dictis Abbati et Conventui contra omnes.* Charta Curie Sussion. ann. 1267: *Voluerunt se cogi et hæredes suos quoscumque, quoties eidem Ecclesiæ necesse fuerit, ad faciendum et imple-n-dum et Garantizandum pactiones præ-dictas.*

† **GARANDISIA**, Tuitio, protectio. Char-tularium Montisfortis apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 856: *Jo-hannes de Montepinçon assecuravit do-mum suam de Eglenecort, cum magno auxilio et parvo, et Comes debet ei custo-dire terram suam de Eglenecort.* Dominus Hugo de Mesalant assecuravit domum suam de Villers, et in *Garandisia domini Comitis et garda ipse et terra sua.*

† **GARANDIZATOR**, Qui alteri tenetur ad evictionem, auctor, assertor. Charta ann. 1219. e Chartulario S. Martini Pon-tisar.: *Theobaldus de Genciaco Miles fecit se Garandizatorem pro se et suis participibus in conventionibus cum Abbate S. Martini Pontisar.*

† **GARANDUS**, Gall. *Garant*, Ead. no-tione. Edictum Philippi VI. Fr. Regis ann. 1344: *Ad suum Garandum, quem nominabat, faciendum adjornari.* Charta ann. 1399. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 755: *Præfatus defensor petens dilationem suos Garandos adducendi et summandi.* Reg-est. Parlamenti ann. 1404. apud Balu-zium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 342: *Ad quos quidem dies suos Garandos... tenebitur adjornari facere.* Frequenter occurrit in Tabulario S. Vedasti Atre-bat. et in Edicto ann. 1363. tom. 3. Or-dinat. Reg. pag. 652. Vide *Warantus*.

\* **GARANDIZATIO**, Auctoritas, cautio. Charta ann. 1256. ex Chartul. Maurign.: *Et de dicta Garandizatione dictis abbati et conventui a dicto milite facienda, vel de dicta poena centum librarum dictis abbati et conventui reddenda, si dictus miles in dicta Garandizatione facienda defecerit.* Vide *Garandia*.

**GARANEUS**, Color in equis, qui ad ru-biam accedit, cujusmodi est cervorum: *Couleur de cerf, garancé.* Ugutio: *Equus cervinus, qui vulgo Garaneus dicitur.* Vide *Waranio*.

\* Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 48: *Une cote simple à femme de couleur, appelée Garancie.*

† **GARANNA**, Vivarium cuniculorum

vel leporum, etc. Gall. *Garenne*. Di-ploma Philippi Franc. Regis ann. 1277: *Item quod dictus Vicecomes per violentiam in terra... ipsorum Monachorum... nititur facere et facit Garannam, et fecit cla-mare in foro... ne quis dictam Garannam intraret, seu caperet cuniculos.* Charta anni 1210. in Tabulario Calensi pag. 130: *Infra vero ambitum domus... non erit Garanna... quod si in Garanna inventus fuerit canis consuetus facere dampnum ibi post defensionem meam, vel mei ser-vientis, ductor canis reddet quinque soli-dos pro emenda.* Occurrit alibi non semel. Vide *Wareanna*.

† **GARANNTIA**, Eadem notione. Codex Legum Norman. cap. 8. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS.: *Ad bosci etiam for-risfactum, Garannie, vel aquarum, de-fensarum, vel costume, etc.*

\* **GARANNO**, *Garannæ* custos, nostris *Garannier* vel *Garannier*. Chartul. Cel-sinian. ch. 475: *Dono... tres mansos in Boisolo, quos tenent Garannones.*

† **GARANTANDIRE**, pro *Garandiare*, in Charta anni 1219. ex Chartulario B. M. Magdalenæ Castrodenensis fol. 8.

† **GARANTARE**, Eadem significatione. Charta ann. 1086. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 216: *Pepigit etiam quod hoc contra Harscodium Vicecomitem Garantaret.*

† **GARANTHINX**, Donum. Vide *Gara-thinx*.

1. **GARANTIA**, Rubia, ἐρυθρόδανον, Gall. *Garance*. Glossarium vetus: *Sandiac*, herba tincturæ quam vulgus *Varantiam* vocat. Sunt, qui scribunt *Varantiam* cor-rupte dici, pro *verantia*, quia *verantia* color verans est, sive verus, hoc est, vere ruber et coccineus: *verare* enim est ἀλλοθεύειν. Charta Dagoberti Regis, apud Doubletum pag. 656: *Qui veniunt de ultra mare pro vino, melle, vel Garantia emendum.* Alia Childeberti Regis apud eundem pag. 688: *Et quidquid fiscus noster tam de Garantia, quam de merce-ria ibidem obtinuit. Teloneum Garantia, apud Sugerium lib. de Administr. sua cap. 1. Teloneum S. Audomari in Ta-bulario S. Bertini: Carruca de wede 2. den. Carruca de Waranche 2. den.*

**WARENTIA**, in Capitulari de Villis cap. 43. Vide *Salmasium* ad Hist. Aug. pag. 169. 170. et ad *Solin.* pag. 1152.

\* *Galance*, in Ch. Guill. episc. Lingon. ann. 1358. inter Ordin. reg. Franc. tom. 3. pag. 657. art. 14.

† 2. **GARANTIA**, ut *Garandia*, Cautio, auctoritas, Gall. *Garantie*. Charta Wil-helmi Archiep. Rem. ann. 1183. de Com-mutatione: *Quod si forte adversus Rai-naldum aliqua insurrexerit calumnia, Ecclesia S. Remigii in nostra curia Ga-rantiam portabit... si adversus Ecclesiam inde aliqua calumnie molestia emer-serit Rainaldus Ecclesie Garantiam portabit.* Hoc est auctorem se profitebitur et de evictione cavebit. Charta ann. 1204. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 78: *Ego Guillelmus de Firmitate... fidem interposui me servaturum hoc in per-petuum et Garantiam laturum.* Vide *Warantus*.

† **GARANTIARE**, ut *Garandiare*, Gall. *Garantir*, in Charta foundationis Marci-liaci prope Avalonem, inter Instrum. tom. 4. Gall. Chr. col. 101. Vide *Gar-antire*.

† **GARANTIFICATIO**, ut *Garantia*. De-cretum S. Ludovici ann. 1234. apud de *Lauriere* tom. 1. Ordin. Reg. pag. 55. et *Marten.* tom. 1. Anecd. col. 984: *Si aliqua vadia penes ipsos inventa fuerint,*

de quibus bonam Garantificationem non habuerint, catalogum suum amittent.

† GARANTINX, Donum. Vide Garathina.

† GARANTIRE, ut Garandire, Gall. Garantir. Auctorem se profiteri, cavere de evictione. Charta ann. 1214. apud Lobinell. tom. 3. Histor. Paris. pag. 79: *Hanc autem eleemosinam... fide interposita, se in perpetuum Garantire promisit.* Vide Garantia.

† GARANTISARE, Eadem notione, in Charta Capituli Bellovacensis ann. 1292.

† GARANTISATIO, ut Garantia, in Chartulario S. Vandregisili tom. 1. pag. 257.

† GARANTISSARE, GARANTISSATIO, in Charta ann. 1232. ex Archivo B. M. de Bononuncio Rotomag.

† GARANTITUS CONTRACTUS, quo quis spondet se aliquid garantissaturum, apud Rymerum tom. 13. pag. 83. Vide Gaventicus.

† GARANTITOR, Auctor, assertor, qui cavet de evictione, in Chartulario Meld. fol. 69.

† GARANTIZARE, in Chartis ann. 1222. et 1233. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 44. et 45. in alia Bertini de Ponte ann. 1244. et in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 109.

† GARANTIZATOR, ut Garantitor. Plegius et Garantizator, in Tabulario nostro Sangerman. Confirmator, et Garantizator, Hist. Harcur. tom. 4. pag. 2173.

† GARANTUS, Eadem notione, Gall. Garant, in libro Scacarii ann. 1213. et 1215. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feudorum pag. 982. et alibi. Vide Garandus in Garandia.

\* GARANTUS, Qui sub alterius garantia seu tutela est. Scacar. Paschæ apud Fales. ann. 1211. ex Cod. reg. 4651: *Judicatum est quod avia moriente post ultimum Augustum, nepos ejus infra ætatem, qui in vita aviæ Garantus erat, salisnam dotis habebit donec erit infra ætatem; et post faciet quod debet. Alia notione, vide in Garantire.*

\* Apud Monstrel. vol. 3. fol. 43. v. *Se mettre à garand est Sibi consulere: Messire Jean bastard de Renty... laisse cheoir la baniere du Duc, qu'il portoit; et se met à Garand tout le plus tost qu'il peut. Aller à garant, eodem sensu, in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 183: En diverses parties fuioient, li un aloient à Garant es viles et es repoustailles des bois.*

\* GARARE, pro Garantire, ut videtur. Libert. Vernol. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 642. art. 45: *Si burgensis clamital ad prælatum de debito, quod debeat extraneus, et cognoscatur, Garetur debitum burgensis, etc.*

GARARIUS, Officium monasticum. Adalardus in Statutis antiquis Monasterii Corbeiensis lib. 1. cap. 1: *Ad Cellarium et dispensam portarii duo: ad domum infirmorum, unus, Gararii duo ad lignarium, in pistrino unus. Custodes forte, nam Garir, et Garer, pro Custodire dicebant nostri.*

☞ Acherius tom. 4. Spicil. pag. 2. eos appellat *Gruriens*, qui nemoribus scandis præerant: potius ipsos sectores intelligo, et lignorum fascium confectores; olim enim nostri *Garras* vocabant lignorum et virgultorum fascies. Vetus Poëta MS. e Bibl. Coislin.:

Un jor estoit Travers alez  
Au boschet Hueques deléz,  
Pour faire amener des Garras.

Pro quo, si bene interpretor, infra:

Seignor fist ele il est el bas  
Por faire amener des Fagos.

GARATHINGI, vox Longobardica, cujus notio habetur in Lege Longob. lib. 1. tit. 7. § 15. [\*<sup>2</sup> Rothar. 74.]: *Tunc ille, qui plagaverit eum, componat qualiter in Gargathingi, id est, secundum qualitatem personæ. § seq. scribitur Garathingi, id est, secundum qualitatem personæ; ut et tit. 9. § 3. [\*<sup>2</sup> Rothar. 14.]: [Si ingenuus fuerit (occisus), qualiter in Garathingi (componitur,) ipsum homicidium componat, (homicida.) ubi Editio Heroldi tit.] 5. § 2. tit. 30. § 9. habet in angar athungi; [Muratorii tom. 1. part. 2. pag. 19. col. 1. Gargahangi in textu; in notis vero, in angar gathingi, ex MS. Estensi: in agargathing, ex Mutinensi. Schilleus autem in Glossario Teutonico pag. 223: Garagethingi. Gargethingi et Garthingi: quæ verba exponit per judicium seu placitum ordinarium, solenne, principale, paratum ipso jure, a vocibus Gara, Paratus, et Thing, Judicium. Hæc notio apprimè convenit loco tituli 9. postremum relato. [\*<sup>2</sup> Glossar. Longob. in Cod. Vaticano: Ingargathingi, secundum arbitrium regis, sicut appretiatius fuerit juxta qualitatem personæ.]*

GARATHINX, vox perinde Longobardica. Papias: *Garathinx, donum.* Editus perperam præfert *Garathinis*, ut alius MS. *Garechinis*. Gloss. vett.: *Garathinx, donatio universalis.* Aliæ: *Garathinx fecerit, id est, donatum quid fecerit extra hostem.* Ex voce *thing*, donum, munus, et German. *gar*, prorsus, omnino. Lex Longob. lib. 2. tit. 1. § 8. [\*<sup>2</sup> Rothar. 223.]: *Si quis ancillam suam propriam matrimoniare voluerit sibi ad uocem, sit ei licentia, tamen debeat eam liberam thingare, et sic facere liberam, quod est Widerboram, et legitimum per Garathinx, id est, per libertatis donationem, vel per gratuitam donationem, id est, morgengab, etc.* Boerius ad d. §: *Nota, quid sit widerbora, quæ est res libera, et Garathinx, id est, legitima.* Tit. 14. § 1: *Per Garathinx, id est, donationem.* Tit. 35. § 6. [\*<sup>2</sup> Liutpr. 54. (6, 1.): *Charta donationis per Garathinx facta.* Adde tit. 14. § 11. tit. 15. § 1. 3. tit. 34. § 1. [\*<sup>2</sup> Rothar. 167. 172. 174. 225.] Editio Heroldi tit. 60. § 2. tit. 62. § 4. tit. 89. § 2. tit. 91. § 1. *Garethinx* semper præfert. [Apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 34. 47. 61. legitur *Garantinx, Garanthinx, et Garanchinx.*] [\*<sup>2</sup> Glossar. Longob. in cod. Vat.: *Gairethinx, obligatio; in cod. Cavens.: Gairethinx, qui recipit donum.*]

† GARATUS, pro Garotus: quod vide. Computum anni 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 325. col. 2. *Item sunt in castro duo millia carellorum ad unum et ad duos pedes pro xv. sol. gross. Item de carellis, qui dicuntur Garati, XII. carellis, qui computantur in dictis quindecim solidis.*

\* GARAVELLA, Glarea, arena. Stat. Astæ collat. 11. cap. 61. pag. 32: *Si quis de cetero vetaverit alicui capere nasonas, vel Garavellam, vel sablonum, etc.* Vide Gravella.

† GARAYTUM, Terra novalis, quæ alternis annis quiescit, Gall. *Gueret*. Pluries occurrit in Instrumentis Piperaci. Sic etiam vocant Forsiensis rustici arabilem terram amplioem. Charta Domini Luyriaci in Foresio ann. 1417: *Quendam Garaytum terræ vocatum Cortalii.* Vide Garachium et Warectum.

GARBA, Spicarium manipulus, Gallis *Jarbe, Gerbe, Picardis, Garbe*: Occitanis,

*Garbo.* Matthæus Westmonaster. pag. 166: *Posito ad caput ejus frumentum manipulo, quem patria lingua Seaf dicimus, Gallice vero Garbam.* [Charta Blanchæ Comitissæ Trecensis ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 829: *Concessimus etiam nos Comitissa, et Abbas B. Mariæ, Silvæ majoris hominibus jam dictæ villæ totam terram suam ad terragium quartæ decimæ, Garbæ, etc. Manipulus seu Garba, in Chartulario S. Vandregisili tom. 2. pag. 1813.] Vita Balduini Lutzeburg. Archiep. Trevir. lib. 2. in prologo: *Quia secundum Gregorium, si non possum Garbam integram ad horreum importare, non debeo tamen vacuum remeare.* S. Althelmus de Laude Virgin. pag. 802:*

Sic demum decies metens ex æquore Garbas,  
Ternas accipiat, qui vincula jugalia necit.

Vide Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 585. etc.

† GARBA DECIMÆ, Pars decimæ. Charta Caroli Boni Flandriæ Comitis ann. 1119. apud Miræum tom. 1. pag. 680: *Abbati et Monachis ad locum Aldenburgensem condonavi duas partes decimæ, id est, duas Garbas totius solitudinis seu deserti.* Charta Balduini Comitis Gisenensis ann. 1180. Ibid. pag. 714: *Clemens de Ardea dedit Deo... tertiam partem decimæ, quæ dicitur tertia Garba.* Chartularum SS. Trinit. Cadom. fol. 2: *Annunte domino meo Rege emi... duas Garbas Decimæ quam habebat in eadem villa.* Ibid. fol. 21: *In Vallibus habemus Ecclesiam ejusdem villæ et duas Garbas Decimæ, et de tertia dat Clericus xx. sol. per annum.* Charta ann. 1261. ex Archivo B. M. de Bono-Nuncio Rotomag.: *Possideant... totam decimam scilicet duas Garbas et tertiam de omnibus terris, etc. et etiam totam decimam Garbam de duabus Garbis ad feodum suum pertinentibus.* Dux *Garbæ Decimæ* rursus memorantur in Charta R. Rotomag. Archiepiscopi ex eodem Archivo, in nova Gall. Christ. tom. 8. col. 522. in Archivo Montis S. Michaelis, etc.

\* Charta ann. 1407. ex Chartul. 23. Corb.: *Les deux Garbes que lesdits religieux prentend en le disme.*

\* GARBA DILLIGATA, vel cujus vincula rumpebantur, ad majores seu præpositos ecclesiarum sæpe pertinebat. Charta ann. 1239. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 144. r. col. 2: *Recognovit... vendidisse bene et legitime Compendiensi ecclesiæ Garbas diligatas et omne jus, quod habebat... in grangia ecclesiæ prænominate.* Alia ann. 1255. in 1. Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 8. v. *Cum controversia verteretur inter decanum et capitulum S. Wulfranni de Abbatisvilla ex una parte, et Renoldum præpositum de Rienviler ex altera, super homagio et servitio et pluribus aliis rebus, quas ipse Renoldus ad feodum suum pertinere dicebat, ... compositum est in hunc modum, quod dictus Renoldus homo ligus remanebit ecclesiæ et serviens liber... et nichil habebit de pastu quem reclamabat, nec de Garbis, unde rumpebantur vincula, vel quæ erant resolutæ.* Vide infra in Groinum.

\* GARBA DE PASTU, id est, vice pastus, vel Pastus ob garbas ad horreum adductas; quod carionis officium erat. Charta ann. 1248. in Chartul. 21. Corb. fol. 110: *Et si tenoit le carion, c'est-à-dire le dime de le dime, et il le doit acarter, et doit avoir le jour qu'il carie une Garbe de past.* Vide Cario.

\* GARBA, Præstatio garbarum, idem



quod *Garbagium*. Lit. ann. 1186. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 77. art. 31: *Nullus hominum Boscom. habentium domum... justiciabit se pro abbate S. Benedicti, vel pro ejus serviente; nisi pro Garba vel pro censu suo forefaceret. Vide mox Garbale.*

**GARBA.** Fleta lib. 2. cap. 12. quod inscribitur de ponderibus et mensuris, § 5: *Centena vero ferri ex quinquies viginti petiis: Garba vero aceris fit ex 30. petiis. Quo loco garba pro manipulo videtur usurpari. [Garba ferri et aceir, in Privilegio Leduini Abb. S. Vedasti Atreb. ann. 1086. ex Chartulario V. ejusdem loci.] In Statutis secundis Roberti I. Regis Scotiae cap. 27. § 4. Garba sagittarum dicitur constare 24. sagittis. [Vicecomes Gloucestræ provideat infra ballivam suam de mille Garbis sagittarum, etc. apud Rymerum tom. 5. pag. 245. Pluries occurrit ibidem.] Vide Skenæum de Verbor. significat.*

\* *Leudæ minor. Carcass. Mss: Item de homine onerato circolorum semalium, unam Garbam.... Item de saumata cardonum, unam Garbam. Gerbe, eadem notione, nostram. Pedag. Divlon. 14. sæc.: La charretée d'oignons en Gerbe, paiera chascune charretée une Gerbe de paige.*

**GARBAGIUM**, **GERBAGIUM**, Præstatio garbarum. Charta fundationis Abbatii Bellælandensis ann. 1154. apud Columbum: *Et decimam Garbagii, omnium denariorum, etc. Alia ann. 1218. in Hist. Monmorenciac.: Posui messoros de novo et levavi Garbagium per vim. Liber Chirographorum Absie fol. 198: Et Gerbagium suum pro 13. nummis sibi circa festum B. Michaelis reddendis dimisit. [Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 83: Omnes supradicti veniunt ad precarias... reddunt xx. garbas frumenti, et xx. ordeï, et xx. avenæ de Garbagio.] Garbage, in Consuetudine Hannoniensi cap. 87. Regestum censuum Comitatus Bigorræ ex Camera Comput. Paris. fol. 81: *Le Gerbadge dels ports, es del Segnor de Lorde. Garba vel census, in Consuetudine Lorriacensi apud Gallandum de Franco alodio pag. 377. Garbas et fœnum solvere, apud Will. Thorn. pag. 1884. Præstatio Garbarum, pag. 1922. Garbæ decimales, in Provinciali Eccl. Cantuariensis lib. 3. tit. 16. quæ pro decima Ecclesiastica assignata sunt. Leges Edwardi Confess. cap. 8: De omni nonna Decima Garba Deo debita est.**

**GERBERIA**, **GERBARIA**, Idem quod *Garbagium*. Charta Gerardi Comitis Matiscon. ann. 1180. in Bibl. Cluniac. et Sebusiana cent. 1. cap. 72: *Dictum est, quod Comes in villa de Domenge et de Iggi habeat Gerberiam, videlicet in fossore unam Gerbam, et in aratore duas. Arestum mens. Febr. ann. 1277. in Tabular. Cluniacensi Thuano: Et quod nos in dictis locis habebamus Gerbariam, quæ est in castellania recognitio justitiæ: visis attestacionibus, pronuntiatum fuit per Curiam nostræ judicium, justitiam prædictarum villarum et hominum ad ipsos Abbatem et conventum pertinere.*

† **GERBERIUM**, Gerbarum acervus, vel lectum sub quod messes subjiciuntur. Gall. *Grange*. Charta Libertatum ann. 1291. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 28: *Quicumque infra terminos franchises in domo, Gerberio, aut fœno incendium fecerit, in nostro arbitrio est.*

† **GARBAIRONUS**, Provincialibus *Garbairon*, Cumulus Garbarum. Instrum. anni 1380. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Solvant tertiam decimam garbarum... divisio fiat per molonos seu Garbaironos.*

Statutum Massil. incerti anni: *Apponentes in eisdem areis blada sive Garbas, teneatur facere Garbaironum. Vide Garbera.*

\* **GARBALE**, Præstatio garbarum, idem quod *Gerberia*. Charta Inger. de Marign. pro fundat. canon. in eccl. Escoiar. ann. 1310. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 64: *Præmissis Garbalibus, grossis decimis, funerum luminari, mediæque parte lanarum exceptis. Vide in Garba.*

\* **GARBEIARE**, In manipulos alligare, in fascies struere, Hispan. *Garbear*, Provinc. *Garbejar*, nostris *Engerber*. Stat. Balneoli Mss. ann. 1344: *Item quod nulla persona, cujuscumque conditionis existat, sit ausa pelare per itinera trossas feni, nec Garbeiare de nocte. Charta notar. d'Aubagne ex schedis Pr. a S. Vincentio: Fuit de pacto quod dictus... debeat se juvare a Garbejar. Garber vero, ut et Hispan. *Garbear*, pro Manipulos spicarum auferre, furari, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 105: *Comme Jehan Raoul fust souspeçonné d'avoir emblé plusieurs biens, et aussi de avoir Garbé plusieurs foiz en Aoust en la jurisdiction du chapitre de Therouenne, etc.**

\* Hinc etiam apud Divionenses *Prangerbero* nuncupatur, Instrumentum rusticum, quo apprehenduntur *gerbæ*. Lit. remiss. ann. 1425. in Reg. 173. ch. 308: *Un baston ferré aux deux bouts, appellé un Prangerbero, à porter gerbes à dismeurs.*

† **GARBELARIA**, f. *Culcita straminea*, Gall. *Paillasse*, sic dicta a voce *Garba*. Constructio castrî Saphet apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 358: *Sed non habuerunt ubi caput reclinarant nisi Garbelarias quas portant servientes fratrum, ubi faciunt lectos dominorum suorum (Templiariorum.)*

**GARBELLARE**, ex Italico *Garbellare*, [Cribro succernere, purgare.] Statuta MSS. urbis Massiliensis ann. 1269: *Ordinamus et statuimus, quod amodo quæcumque grana cujuscumque terræ fuerit vel de Romania, vel de Provincia, Narbonensia, sive de Cathaloniam, vel Hispaniam... quæ vendetur et emetur deinceps a quocumque in civitate Massiliæ, seu ejus districtu, debeat Garbellari illis duobus Garbellis ad id specialiter constitutis, vel faciendis: qui autem aliter fecerit, puniatur, etc... et hoc quidem intelligimus de grana assaonada, quæ emetur pro pannis tingendis... et taliter Garbellabunt, et tali modo granam, quod folium et frusta, lapides et pulvis ejiciantur. [Nostri Pharmacopolæ *Grabeaux* vocant particulas aromatum a ceteris pro vilitate separandas.]*

**GARBERA**, Congeries garbarum, *Jarbiere*. Petrus Rex Aragonum in Constitut. Catalaniam MSS. ann. 1200: *Addit etiam et firmiter mandavit, quod nullus esset ausus mittere ignem, vel supponere in messem, neque in congerie frugum, quod vulgo dicitur Modolon, sive Garbera.*

**GARBERINA**, Area, in Gloss. Isidori et Pithœi: ubi forte *garbæ* tritulantur, nam et *Garbo* Patavini aream, in qua manipuli spicarum, seu *garbæ*, teruntur, appellant. Statuta Patavina tit. 41. § 80: *Nisi emat de novo unum Garbum, vel unam domum. Et infra: Edificet in eo Garbo, vel domo.*

† In Glossis tum Isidori tum Pithœi, quas consulere licuit, *Gaberina* legitur, non *Garberina*, et *Arca*, non *Area* nisi in Pithœanis tantum. Est autem *Gaberina*, ut supra dictum est,

*Arca* qua mortuorum corpora conduntur. Vide *Gabbara*.

\* **GARBERIUS**, Congeries garbarum. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 250: *Et quodlibet aliud genus clausurarum ad claudendum ortos, prata, blada, ferentarios, palherios, Garbertos, et alia. Vide infra Gerberius.*

\* **GARBEXE** (CARTA DE). Vide *Carta 5.* (FR.)

\* **GARBINA**, f. Radicis aromaticæ species. Stat. Astæ ubi de Intrat. portar.: *Garbina ponatur et solvat pro quolibet rubo libras æc. Vide supra Galleta.*

\* **GARBINUM**, Mensura species. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 230. ex Cod. reg. 4622. A: *Si quis molendinarius... furatus fuerit granum vel farinam usque ad unum Garbinum et ultra, solvat dampnum solidorum æc.*

1. **GARBINUS**, Ventus Africus, Libs, *Sudouest*, Italic *Garbino*, Raimundo Montanerio in Chronico Aragon. cap. 140. *Garbi*; apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 25. Joivilla in S. Ludovico: *Par ung vent, qu'on appelle Garbum, qui n'est pas des Guatre mestres vens regnans en mer. De vocis etymo vide Menagium in Originib. Italic. pag. 431. 1082. [in Gall. v. Garbin.] et Oct. Ferrarium.*

\* 2. **GARBINUS**, Manipulus, fasciculus. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 172. ex Cod. reg. 4624: *Quod aliqui pegoloti... non debeant... ire hostiatim per locum Avilianæ... ad vendendum mercerias... portando sacculos vel Garbinos per villagia, prout aliqui facere attemptant in præjudicium fori seu mercati. Vide supra in Garba.*

\* **GARBITTIS** (CARTA DE). Vide *Carta 5.* (FR.)

\* **GARBO** (CARTA DE). Vide *Carta 5.* (FR.)

\* **GARBO** (LANA DE). Vide *Lana.* (FR.)

\* 1. **GARBOLA**, Instrumentum molendini. Stat. Montis-reg. pag. 273: *Molendinarii teneantur et debeant ita facere aptare et tenere Garbolas ad valambum circa molas, quod ex omni parte Garbola non distet a mola superiori ultra unum digitum pollicis, etc. Garbouteau f. pro *Barbouteau*; nam, ut supra monuimus, g pro b interdum adhibetur, Pisciculi species, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 57: *Ilz leverent plusieurs nasses, ou ilz trouverent barbillons et Garbouteaux, qui pouvoient bien valoir six blans.**

\* 2. **GARBOLA**, Signum tabernarium. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 282: *Statuimus et ordinamus quod nullus tabernarius... debeat retinere aliquerum aulive, nec alicuius arboris fructifere, sed circulum et Garbolam cum ramo arboris non producentis fructum debeat retinere. Sed varie admodum in aliis codicibus legitur: *Caybolam* et *Gai-bolam.* (FR.)*

**GARBUM**. Vide *Garberina*.

\* **GARCA**. Vide *Garza.* (FR.)

**GARGAGIUM**. Charta ann. 1309. in 9. Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ex Tabulario Regio Ch. 27: *C'est asavoir en complans, en Gargages, en gardes, en receps, en rentes, en terrages, etc. Occurrunt eadem verba infra.*

**GARCETA**, Fori editi per Jacobum Regem Aragon. Cæsaraugustæ ann. 1301: *Pro eo, quod Saraceni in Regno Aragonum et Ripacurcia non incendant signati, et vadunt ad modum Christianorum... statuit Dom. Rex, quod omnes Saraceni... incendant sine Garceta, circuncissis capillis circuncissura rotunda, ut pro Saracenis cognoscantur, etc. Ita etiamnum *Garsettes**

dicimus capillos in frontem propendentes.

† **GARCIA.** Vide *Garcio*.

† **GARCIANUS,** ut *Garcio*. Vide *Papas*.

† **GARCIFER.** Vide in *Garcio*.

**GARCINÆ,** Impedimenta castrorum, *le Bagage d'armée, a Garcionibus forte seu militum famulis.* Thomas Walsinghamus in Ricardo II. pag. 242: *Cum certam nostri elegissent stationem.... curragium quoque (quod Garcinas appellamus) a tergo locassent.* [Regest. Comput. Dalphin. tit. Graisivod. ann. 1348. fol. 18: *Item pro expensis equorum D. Joannis de Gayo Militis Commissarii ad visitandum castra esponderia... 3. Garcinas.* Haut scio an hic sit species mensuræ.]

**GARCIO.** Ugutio et Will. Brito in Vocab.: *Lixa, mercenarius, Garcio qui sequitur curiam, et portat aquam in castris exercitus.* Joan. de Janua: *Papas, Garcio, qui circa culinas papando incedit.* Vide *Warcinus*.

**GARCIONES** pro famulis, maxime iis, qui castra sequuntur. Ingulfus pag. 886: *Habeatque Clericum seu Garcionem suo servitio semper attententes.* Richerius Monachus in Chronico cap. 76: *Volebat enim Rex ut semper secum in mensa esset, in hoc tantum Garcione contentus, qui ei pallium suum ad curiam deferebat.* Willelm. Brito lib. 10:

Hunc præcedebat cum parma *Garcio*, sub qua, etc.

Et lib. 11:

Affuit e famulis Electi *Garcio* quidam, etc.

Adde S. Bernardum de vita et moribus Religiosor. cap. 10. Lambertum Ardensum pag. 119. 250. Joan. Sarisber. lib. 4. Policrat. cap. 12. Matth. Paris pag. 145. Albertum Argentin. pag. 136. Nangium in S. Ludov. pag. 366. 375. 381. 388. etc. Le Roman d'Auberi MS.:

Mais n'i vint mie en guise de Garçon,  
Ains fu armés en guise de Baron.

Guill. Guiart ann. 1207:

Et cil d'armes és chevaus saillent,  
Li Garçon les lances leur baillent.

Idem ann. 1213:

Houliers, et ribaus, et Garçons.

Et ann. 1304:

Garçons ne sont en trop grand paine,  
De pourchacier fain et avaine.

[Le Roman d'Athis MS.:

Ne furent pas ce jour Garçon,  
Car vuidier firent maint arçon.]

\* Charta ann. 1170. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 110. r. col. 2: *Si autem... aliquem, qui in comitatu abbatibus ad aliquam prædictarum villarum eat, vel ex parte abbatis forte illuc missus sit, vel ibi maneat, nisi sit scutifer vel Garcio, percusserint; ita quod sanguis, vel tumor, vel livor, vel aliqua scissura vestium manifeste appareat, stabunt iudicio Compendiensi capituli; scutiferis vero vel Garcionibus de injuriis sibi illatis apud Estrahun in domo ecclesiæ fiet iustitia.*

\* **GARCIO,** Qui artificii operam suam locat, *Garçon*, eodem sensu, dicimus. Gualt. Hemingford. de Gest. Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1289. pag. 18: *Ascendit plumbarius ecclesiam cum duobus Garcionibus suis, ut foramina plumbi veteris de novo stagno consolidaret, etc.*

**GARCIONES,** Ganeones, nebulones, homines nihili, cujusmodi sunt calones, qui sequuntur castra, quos vulgo *Mauvais Garçons* appellamus. Ordericus Vi-

talib. lib. 13. pag. 904: *Et multos nebulones, indomiticos Garciones ad strages hominum et latrocinia quotidie peragenda sibi adsciscibat.* Vita sancti Theodardi Archiep. Narbon.: *Propter nimiam Garcionum vexationem, qua jugiter prædicti Episcopatus territoria devastabantur, venire distulit.* Matth. Paris ann. 1146: *In contemptum dicti Richardi (Regis Angliæ) quem Garcionem esse asserebant, etc.* An. 1256: *Viles personas, quas Garciones vocant.* Innocentius III. PP. in Epist. ad Marchionem Monferratensem, in ejusdem PP. Gestis pag. 95: *Virgines Deoque dicatas exposuerunt spurcietei Garcionum.* Chronicon Montis Sereni pag. 190: *Ita verbis in audientia totius Cleri et populi in eundem invecutus est, ut Garcionem, et sicut plerique se audivisse fatebantur, Leccatorem publice appellaret.* Adde Decretales Gregorii lib. 3. tit. 29. cap. 11. Robertum de Monte in Chron. ann. 1163. Lambertum Ardensem pag. 162. 164. etc. Froissartes 2. vol. cap. 77: *Et lui dit, Baille-moi celle espée. Non ferai, dit l'Escuier, c'est l'espée du Roy, tu ne vaus pas que tu l'ayes, car tu n'es qu'un Garçon.* [\* Vide *Haltaus*. Glossar. German. col. 1704. voce *Spiel-leute*.]

\* Meretricum sectatores, nostris *Garçons*, eadem acceptione, unde *Garçonner, Garçoniser, et Agarçonner*, Aliquem eo significato *Garcionem* dicere, appellare. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Charthoph. reg. ch. 193: *Dictus Johannes dixit ipsi Richardo, quod erat pravus Garcio, Gallice, mauvais garnemens.* Aliæ ann. 1376. in Reg. 110. ch. 182: *Et avec ce lui dist plusieurs injures et villenes, en'appellent Garçon.* Aliæ ann. 1358. in Reg. 87. ch. 43: *Pour ce, sanz autre cause, ledit Jehan desmentit et Garçonna plusieurs fois ledit Aleaume.* Rursum aliæ ann. 1396. in Reg. 150. ch. 252: *Iceului Estienne s'en ala en usant de haultaines et injurieuses paroles, et en Garçonisant et villenant lesdiz Magoz et leurs amis, et disant qu'il n'estoient que merdailles et Garçonnaillies. Et pour ce, ledit Jehan Magot... dist audit Estienne qu'il avoit tort de les ainsi Agarçonner sans cause.* Denique aliæ ann. 1416. in Reg. 169. ch. 366: *Je ne suis point Garçon et vous me Garsonnez, ... vous ne me Garsonnez plus: car ma femme est trespassée.* *Garçonner*, eadem notione, in Bestiar. MS.:

Si vilains et si Garçonnier,  
Si mauvais et si pautonnier.

Varie porro hæc vox scripta reperitur:

**GARGIO,** apud Sugerium Epist. 47. Gualterum in Vita S. Caroli Comitis Flandriæ n. 56. Theobaldum in Vita S. Guillelmi Eremitæ n. 25. Matth. Westmonast. ann. 1260. Rigordum pag. 63. Nangium in S. Ludovico pag. 388. in Philippo III. pag. 547. Albertum Argentin. pag. 108. Gaufridum de Bello loco de Vita et Conversat. S. Ludov. cap. 7. in Concilio Londoniensi ann. 1321. cap. 8. in Statut. antiq. Cartusien. 2. part. cap. 6. § 43. cap. 30. § 32. et alibi passim.

† **GARCIO DE CAMERA,** in Testamento Rotherami Eborac. Episc. ann. 1498. ex Libro nigro Scaccarii pag. 679.

**GARZIO,** in Chron. Reichersperg. ann. 1105. et apud Gerhohum Reichersperg. cap. 18.

**GARZO,** apud Gaufridum Vosiensem part. 1. cap. 74. [Marten. tom. 3. Ampliss. Collect. col. 1035. et in Statutis MSS. Ecclesiæ Auxitanæ.]

**GARZO,** apud Pilichdorffum contra Valdenses cap. 18. *Garzone*, Italis.

**GARSIO,** apud Petrum Blesens. Epist. 102. Lewoldum Northowium in Chron. Marcano ann. 1278. in Vita S. Theodardi laudata pag. 759. [Testam. ann. 1344. ex Archivo Eccl. Massil.: *Residuis autem servitoribus meis testamentariis quam Garcionibus et porterio satisfactum est pro quolibet mense.* Occurrit passim.]

**GARTIO,** in Constit. Ottonis Legati in Anglia pag. 31. Joannes Sarisberiensis in Carmine de Membris corporis, præfixo libris Policratici in veteri Edit.:

Vilis leno, procaax *Gartio*, scurra vagus.

**GUARCIO,** in Vita Garneri Præpositi S. Stephani Divionens. pag. 130.

**GARÇONES,** in Concilio Marciacensi ann. 1326. cap. 38. et apud Albertum Argentin. pag. 136.

**GARÇONNES.** Vincent. Bellovac. lib. 30. cap. 71: *Omnes etiam minimi Garconnes equis vel bobus insident, etc.* Ita et cap. 76.

**GARÇONIUM,** in Charta ann. 1268. tom. 5. Hist. Francor. pag. 436. De vocis *Garcio* etymo, quædam attigimus in Descriptione ædis Sophianæ num. 21. Adde Octav. Ferrarium in Orig. Italic. verbo *Garzone*, [et Menagium in Gall. voce *Garçon*.]

† **GARCUS.** Litteræ Capituli Aquensis ann. 1275. apud Rymyerum tom. 2. pag. 59: *Præpositi et Baillivi Senescalli Regis Angliæ imo quod est deterius, illorum Garci, seu servientes bona episcopalia... diripiunt.*

**GARSLÆ** et **GARZONÆ,** *Garces*, rusticis nostris, Puellæ, quæ vox postea ad meretrices traducta, quod ut *Garciones*, ita illæ nebulonum more vitam agerent. Libertates oppidi Montis regalis apud Guichenonum in Probat. Hist. Bress. pag. 208: *Si leno vel meretrici, si gartio vel Gartia alicui Burgensi convitium dixerit.* Charta Libertatum oppidi Seiselli ann. 1285: *Si Garsia dicat aliquid probo homini et mulieri, etc.* *Garzoni et Garzonæ*, apud Sanutum lib. 2. part. 2. cap. 6. [*Garcia*, in Computo anni 1253. apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 467. et in Vita S. Ivonis, tom. 4. Maii pag. 553. et alibi non semel.] *Assisiæ Hierosol.* MSS. 2. part. cap. 31: *Il paiera de paine, asavoir dou vilain 200. bezans, et de la vilaine 100. bezans, et de garçon, ou de Garce, 50. bezans, etc.*

\* Testam. Herardi de Novocastello ann. 1308. in Cod. reg. 9484. 2. fol. 142. v. : *Item doin Estevenace la Garce de Cusante xx. sol d'Estevenans.*

**GARCIFER,** Idem qui *Garcio*. Lambertus Ardensis: *Garcifer quoque, qui eum jugulaverat.... quasi hujus rei nescius in coquinam suam adhuc sanguine commaculatus Domini recipitur.* Gaufridus Vosiensis lib. 2. Chron. cap. 9: *Ultionem Dominus paulo post libere egit, cum Guarcianum illum, qui Monachos apud Sancium accusaverat, in manibus Petri de Petrabufferia tradidit, qui ei vitam extorsit.* *Guarcifer* vocabatur Guido de Jos, etc. Charta ann. 1313. in Regesto Tabularii Regii signato 49. n. 12. *Garcifer suus.* Alia ann. 1323. Prioris Rellanæ in Provincia: *Helinut etiam duas procuraciones anno quolibet cum 4. animalibus, duobus Garciferis, et uno summalerio.* Occurrit præterea in Legibus Burgor. Scotie. cap. 66. et tom. 5. Hist. Francor. pag. 437. [Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 308. Capitulis General. MSS.

S. Victoris Massil. ann. 1313. 1323. Fragmentis Hist. Stephanotii tom. 1. Hist. Arvern. Baluzii tom. 2. pag. 505. 531. etc.]

† GARCYPFER, in Capitulis General. MSS. S. Victoris Massil.

**GARDA**, [Custodia.] Vide *Warda* et *Guarda*.

\* 1. **GARDA**, Custodia, tuitio. Testam. Raym. Trencavel. ann. 1154. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 551 : *Omnia vero ista suprascripta relinquo in Dei Garda et meorum hominum, meam uxorrem et meos infantes et omnes meos honores et meos bajulos. Et omnes meos homines relinquo in Dei mercede, et in Garda, et in baillia comitis de Barsalona. Garde, sensu opposito, scilicet pro Damnum, incommodum, in Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 6. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 185 : Li rois Théoderic li manda (à Hermenfrois) que il venist parler à lui à un chastel, qui est apelez Tulbic, et l'aseura que il n'auroit Garde de lui. Et lib. 3. cap. 25. ibid. pag. 247 : La cité hardi, et celle chapele n'ot garde.*

\* [« Retento nobis... releveis feodorum lorice integrorum et partitorum, forefactoris, Gardis et jure patronatus. » (Litt. Lud. IX. pro monasterio de Silly, an. 1259, mus. arch. dep. p. 167.)]

\* 2. **GARDA**, Custodia pupilli. Tabul. S. Ebrulphi : *Cum de consuetudine Franciæ, illi qui Gardas habent minorum, de terris et tenementis eorum fidelitates, homagia, redditus et redeventias facere teneantur, etc.* Vide in *Warda*.

\* 3. **GARDA**, Arx, munitio, castrum. Charta Raym. Roger. comit. Fuxi ann. 1199. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 187 : *Concedo tibi Stephano de Cerviano et tuis podium seu Gardam de Valrano, cum pertinentiis suis... In prædicto vero castro vel forcia, ego prædictus vicecomes retineo mihi et meis potestativum meum et justitiam sanguinis. Præscriptum vero podium seu Gardam affrontat ex una parte, etc.* Vide *Guarda* 3.

\* 4. **GARDA**, Obligatio, qua vassallus tenetur custodire castrum domini sui, idem quod *Stagium*. Vide in hac voce. Charta Galt. de Ardellis ann. 1231. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 361. r. col. 2 : *Cum Theobaldus Campanæ et Briæ comes palatinus diceret, quod ego ei debebam Gardam in castello Vitriaci per tres menses annuatim; et ego dicerem econtra quod Gardam illam non debebam, etc.* Alia Alidis domini de Possessa ann. 1261. ex eod. Chartul. fol. 425. v. : *Li sires de Possesse qui qui il soit, doit à Vitri la Garde un an et un jour. Gardebien, eodem sensu, in Ch. ann. 1270. ex Chartul. S. Mich. de Eremo. Vide in *Warda*.*

\* 5. **GARDA**, Præstatio pro tutela. Tabul. S. Vict. Massil. : *Et quia prædicti milites sine ratione deffendebant, quod debebant ibi habere Gardam et albergum, etc.* Vide *Guarda* 1. et in *Warda*.

\* 6. **GARDA**, Segetum et vinearum custos. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154 : *Quod consules... eligant... Gardas seu gasterios, quos et quot sibi placuerit, ad custodiendum bona et res infra mandamentum Montisferrandi existentes, ut exigit officium gasterii seu gardatoris seu custodis. Garde, Prædium rusticum, ubi animalia custodiuntur et nutriuntur. Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. ch. 290 : *Le suppliant se transporta en une Garde ou mestoierie, ... en laquelle avoit plusieurs bestes aumailles, et illecques prist deux**

*buëfs, lesquelles il mena à Saint Lo. Hispan. Guarida, Animalium receptaculum.*

\* 7. **GARDA**, Molendini repagulum, Hispan. *Guarda*. Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435 : *Pro faciendõ et ponendõ in dicto molendino unum bel-fague, ... et unam Gardam novam.*

\* 8. **GARDA**, pro *Carda*, Gall. *Carde*, Ferreum pecten, quo lana carminatur. Stat. ministerii *Gardarum* art. 1. in Lib. rub. fol. magn. domus publ. Abbavil. : *Que nulz ne faice, ne faice faire Gardes, qui ne soient de l. vergues, de noëuf cuir et de noëuf fil.*

**GARDACORSIUM**, Pars vestis muliebris, quæ pectus constringit, *Garde corps, Garderobe*; Occitanis, *Gardaraube*. Statuta Massiliensis MSS. ann. 1276 : *Gardacorsio muliebris sine frezo de panno coloris... Gardacorsium muliebre de panno vario cabronato cum penna... Gardacorsium frezatum... Gardacorsium vel super-tunicale cum capucio vel almussia cum pennis... Gardacorsium vel super-tunicale vel turquesium, vel garnachia cum penna filiorum vel filiarum. [Alia ejusdem urbis Statuta MSS. ann. 1253. ubi de Sartoribus : *Gardacors dominæ cum fresio et penna II. sol. et sine fresio VIII. den. ... Item de Gardacors, vel de turquesio, vel garnachia, vel subracot froivalis cum penna vel serico, vel aliter sine fresio VIII. den.*]*

† **GARDAGIUM**, Custodia castellorum vel oppidorum ad quam tenentur incolæ. Vide in *Warda*.

\* **GARDAGIUM** PORCORUM, inter officia civit. Laudun. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 57. v. Vide in *Warda*.

\* **GARDAIRUS**, Custos, vigil. Tabul. Massil. ad ann. 1381 : *Eligunt Gardairos sive scous ad standum in montanea dicta de Rieu... pro tutione civitatis, propter infideles Sarracenos discurrerentes per mare Massiliæ... Gardias ponere in locis suprascriptis.*

† **GARDAMINGERIUS**. Vide *Guardamanzerius*.

† **GARDARE**, Custodire, Gall. *Garder*. Vide in *Warda*.

† **GARDARIUS**, Custos, etc. Gall. *Garde, Gardien*. Vide in *Warda*.

† **GARDAROBIA**, ut infra *Garderoba* 1. in Computo anni 1202. apud D. Brussel ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. CXCIV. col. 2.

\* **GARDATOR**, Custos messium. Vide supra *Garda* 6.

\* **GARDECORSIUM**, ut *Gardacorsium*, Vestis seu tunica superior, quæ pectus constringit et custodit, nostris *Gardecorps*, Ital. *Guardacuore*. Comput. Ms. ann. 1244 : *Pro manchiis dominæ comitissæ, ... et pro suo Gardecorsio similiter largiendo, xx. sol. Arest. parlam. Paris. ann. 1318. in Reg. Olim fol. 394 : *Dictus Hugo restituet unum Gardecorsium et unum calabum (leg. colobum.)* Inventar. ann. 1301. inter Consuet. Genovef. Mss. fol. 105. r. : *Unes chaucés, deux pere de sollers, un Gardecors de vert. Memor. E. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1394. fol. 317. v. : *Pourpains, Gardecorps et manteaulz doubles à chevaucher. Vide infra *Wardecocium*.***

\* **GARDELA**. Vide infra *Gardeta*.

\* **GARDELENDA**, Vestis species. Lit. remiss. ann. 1417. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 86 : *Une Gardelende de chambriere mise en gaige pour la somme de trente solz.*

† **GARDELLUS**, Carduelis, Ital. *Gardello*.

Gall. *Chardonneret*, apud Murator. tom. 15. col. 348.

\* **GARDENAPPA**, Ital. *Guardanappa*, nostris *Gardenape*, Orbiculus ligneus, vel ex alia materia, in quo vasa mensaria reponuntur, ne sordescat mappa. Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 533 : *Utuntur Guardanapis, quæ a paucis utantur. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 18 : *Le suppliant prist en l'ostel de Vionnet Asserode, demourant à Paris, quatre Gardenappes et une sauciere d'estain. Aliæ ann. 1471. in Reg. 195. ch. 525 : *Iceellu Mathieu getta au suppliant ung Gardenappe à la teste, le cuidant fraper. Une Gardenape de bois, où on met le pot sur la table, in aliis Lit. ann. 1477. ex Reg. 203. ch. 35.***

† **GARDERIUS**, Custos, etc. Gall. *Garde, Gardien*. Vide *Guarderius*.

1. **GARDEROBA**, **GUARDEROBA**, Vestiarium, locus in quo asservantur vestes et robæ : *Garderobe*. Kero Monach. : *Vestiarium Wahlhuse, ex Waten; vestire, ibidem, et huse, domus. Matth. Paris. ann. 1245 : Apud Lugdunum quedam Domini Papæ Camera, quæ Conclave, id est, Guarderoba dicitur, cum omnibus, quæ in ipsa continebantur, combusta est. Matth. Westmonaster. pag. 454 : *Cum adessent apud Westmonasterium... admissuri singuli omnem ornatum militarium, præter equitaturam, de regia Garderoba. Confluentibus itaque trecentis juvenibus filiis Comitum, Baronum, et Militum, distribuebantur purpura, byssus, syndones, cyclades auro textæ effluentissime, prout cuique competeat. Occurrit præterea in Concilio Nimociensi ann. 1298. cap. 4. [et in Charta ann. 1323. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 391.]**

2. **GARDEROBA**, in Aula Anglicana, est locus Clericis tantum assignatus, qui in Francia Camera Clericorum appellatur, inquit auctor Fletæ lib. 2. cap. 14. § 1. in ea asservantur Chartæ regiæ, ipseque Thesaurus Regius. Regestum Constabulariæ Burdegal. ex Camera Comput. Paris. fol. 1 : *Rogerus de Northingham custos Garderobæ D. Regis (Angliæ) liberavit per manus Clerici sui... per mandatum ejusdem... registra, monumenta et memoranda infra scripta Ducatum Vasconie tangentia, etc. Fol. 148 : *Fet à remembrer que il façent enserchir les registres, et portent oueskes eux totes choses que touchent la Duchée, en totes ou en parties, et soient enquis ceses choses en tresorie, ou en Garderobe, ou ailleurs là où il porront estre trouvez, etc. Adde fol. 159. 220. et Parliamentum de depositione Regis Ricardi II. cap. 31. Gull. Prynneum in Libertatibus Eccles. Anglic. tom. 3. pag. 570. et alibi.**

† **GARDEROBARIUS**, *Vallet de garderobe*, in Fleta lib. 2. cap. 6. § 1. Vide *Garderoba* 2.

\* **GARDETA**, Collis, clivus. Charta admort. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 328 : *Pro tribus eyminatissis terre malleolatis, sitis ad collum sive ad Gardetam, unam pictavinam. Infra : *Gardetam, et Gardelam. Nisi idem sit quod vox Gallica *Garde* supra in *Garda* 6.**

\* 1. **GARDIA**, Custodia, depositum. Lit. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 366 : *In Gardia, deposito seu commenda habere, etc.* Vide in *Warda*.

† **GARDIAGIUM**, Ead. notione. Vide in *Cotus* 1.

† **GARDIANATUS**, Officium *Gardiani* apud Fratres Minores. Occurrit in Ne-



crologio MS. FF. Min. Silvanect. et alibi.

† GARDIANIA, Officium *Gardiani*, seu Custodis apud Anglos. Litteræ anni 1548. apud Rymer. tom. 15. pag. 179: *Præposituras, magisteria, præsidias, Gardianias societatum, seu officia in locis prædictis habentium, etc.* Vide *Custos*.

GARDIANUS, Custos, ex Gallico *Gardien*. *Gardianus terræ Angliæ, Gardianus regni*, apud Knyghton ann. 1284. 1287. 1821. [*Gardianus marchiarum orientaliū et occidentaliū versus Angliam, apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 670. Gardianus Flandriæ, apud Martenium tom. 3. Anecd. col. 423. Gardianus Burgundiæ, apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 265. Gardianus Normanniæ*] in Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1100.] Vide *Custos*. Hodie, ut et jam olim, *Gardiani* dicuntur apud Fratres *Minores Præpositi Monasteriorum*. Breveloq.: *Guardianus dicitur, quia est superior inter Fratres Minores, custodiens conventum*.

† GARDIANUS ECCLESIE. Vide *Wardæ Ecclesiarum in Warda*.

† GARDIANUS NAVIUM, in Statutis Massil. MSS.

† GARDIANUS, GARDIARIUS BESTIARUM, Pecorum custos, pastor. Ordinatio Caroli Regis Siciliæ ann. 1278. e MS. D. Brunet fol. 68: *Super facto bestiarum forotanorum et extraneorum et Gardianorum... ordinatum est... Si aliquis pastor, seu Gardiarius non possit habere in gardia sua aliquam bestiam extraneam, etc. Gardiani pastorgantes, in Transactione ann. 1501. ex Schedis Præsidis de Mazaugues*.

† GARDIARE, Conservare, confirmare; tueri, defendere. Concordia inter Episcopum Eduensem et Priorem S. Symphoriani ann. 1395: *Propter quod procurator dicti reverendi Patris auctoritate regia se fecerat Gardiari in jurisdictione omnimoda criminali et civili Religiosorum ipsorum. Diploma de Jurisdictione Canonorum S. Aredii apud Stephanotium tom. 2. Fragm. Hist. MSS.: Officiales prædicti in sua institutione jurabunt Decanum et Canonicos Gardiare et defendere cum bonis suis a quibuscumque, prout in Litteris regis et privilegii continetur. Vide Warda*.

† GARDIATOR. Protector, defensor. Charta Philippi Pulcri ann. 1307. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 41. col. 1: *Nos et successores nostri Francorum Reges custodiemus, Gardiabimus et defendemus, prout bonus Princeps et bonus Gardiator facere potest... dictos Archiepiscopum et Capitulum. Rex Fr. dicitur Fundator et Gardiator Studii Parisiensis in Epistola ejusdem Academiæ, tom. 1. Anecd. Marten. col. 1333. Chartul. Latiniac.: *Gardiator dicti Abbatis et Monasterii ad defendendos ipsos ab injustitiis, violentiis, etc.* Vide Lobinelli Glossar. tom. 3. Hist. Paris. [\*] et Halthaus. Glossar. German. col. 1629. voce *Schirmer*.]*

\* *Gardeor*, alicujus societatis religionis præpositus. Charta ann. 1277. in Chartul. Campan. ex Bibl. reg. fol. 78: *Frere Hugue Revel Gardeor des Pours de Crist, etc.* Vide infra *Guardianus*.

\* GARDIATOR REGIUS, Qui iis iuribus, quæ ad regem spectant, servandis invigilat, nostris alias *Gardier*. Charta ann. 1335. ex Tabul. Flamar.: *Dilectis nostris Amalvino Azimo curæ nostræ jurato, Mayo de passu Gardiatori regio, etc.* Alia ann. 1406. in Reg. 165. Chartoph.

reg. ch. 228: *Pierre Coustam, dit Mortier, nostre Gardier à Vienne... pour garder nos droits et jurisdiction à l'encontre de l'arcevesque dudit lieu de Vienne. Vide infra Gardire*.

GARDIATORES, Tutores. Charta Beatrix Comitissæ Provinciæ, apud Guesnalum in Annalib. Massiliens. ann. 1242. num. 10: *Nos Beatrix juvenis D. G. Comitissa et Marchionissa Provinciæ, filia et hæres D. Raymundi Berengarii Comitissæ quondam et Marchionis Provinciæ, assistentibus et consentientibus nobis Romæo de Villanova et Alberto de Tarascono administratoribus et Gardiatoribus datis nobis a Berengario patre, etc.* [Vide alia notione in *Warda*.]

GARDIATORES REGALIARUM. Vide *Custos Regaliarum in Regalia*.

† GARDIATRIX, Tutrix. Testam. Bertrandi de Turre ann. 1328. apud tom. 2. Hist. Arvern. pag. 709: *Volo et ordino, quod Margarita uxor mea sit tutrix et Gardiatrix liberorum meorum et administratrix eorumdem... et quod habeat tutelam, gardam et administrationem eorum liberorum meorum... quandiu ipsa a secundis nuptiis abstinebit*.

\* 2. GARDIA, Præstatio pro custodia agrorum. Tabul. S. Vict. Massil.: *Donamus decimas et Gardias vinearum, quantum habemus et appellamus in vinea de Ugotator et in vinea de Gendalber*.

\* 3. GARDIA, Præstatio pro tutela, idem quod *Commenda* 4. Charta ann. 1097. ex Tabul. Gellon.: *Pontius de Maderias in extremo vitæ suæ positus, quod ipse in tota terra sua, sive in honore S. Guillelmi neque bailiam, neque vicariam, sive Gardiam habebat... recognovit. Deinde Raimundus Pontius ejus filius... abbati de bailia, et vicaria, et commenda, quas in honore S. Guillelmi requirebat... quiritationem facit. Vide in Warda*.

\* 4. GARDIA, perperam pro *Gaidia*, Glastum. Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 135. r. col. 2: *Item quod inhibicio Gardiarum et aliarum tincuratum fieret, ex qua posset haberi per totum regnum xx. m. lib. Turon*.

\* 5. GARDIA, quæ aliter *Warda*, Cura servandi ac tuendi aliquid. Est etiam locus, ubi aliquis custodiæ causa manet. Stat. Nicæ sæc. xiv. Inter Mon. Hist. Patr. Taur. tom. I. Leg. Munic. col. 76: *Item cum (Camperii) colligent bladum et messes, medietas ipsorum colliget tantum, et alia medietas custodiet suas Gardias et Gardias aliorum, qui colligent; et ante natale Domini non colligent denarios, vel ficos pro Gardiis suis. (Fr.)*

\* GARDIAGIUM, Præstatio pro custodia agrorum. Vide supra *Cotagium et Dechi*.

\* GARDICA. Vide infra *Gradicio*.

\* GARDIENS TESTIS, Qui fidem de re aliqua præstat. Inquisit. ann. 1217. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 41: *Dicit quod credit multos esse dissolutos, quia sunt ibi plurimi sacerdotes, qui palam habent concubinas. Requisitus quomodo scit. Dicit quod vidit testes Gardientes. Vide Garens*.

† GARDIGNAGIUM, ut infra *Gardinum*, Gall. *Jardin*, seu Collectio plurium *Gardinorum*, Gall. *Jardinage*: quæ tamen vox Gallica sumitur etiam pro rebus quibusvis hortensibus, atque interdum pro loco ad hortum faciendum accomodato. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 779: *Mihi donaverunt... duas masuras terræ... cum Gardignagii eorumdem masuris adjacentibus*.

† GARDIGNUM, Eadem notione. Idem Chartularium tom. 1. pag. 28: *Unam*

*masuram terræ cum edificio supraposito et Gardigno ad dictam masuram spectante. Ibid. pag. 832: In Gardigno Abbatix S. Vandregesili. Occurrit iterum tom. 2. pag. 1707. et in Charta Officialis Rotomag. ann. 1282. ex Archivo B. M. de Bono-Nuntio*.

\* GARDIGNUM, Hortus, pomarium, viridarium, nostris alias *Gard* et *Gardin*. Charta Math. comit. Pontiv. ann. 1241. in 1. Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 6. v. : *Terra inter murum et aquam, ubi est Gardignum scabini. Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 27: Comme le suppliant se aloit esbatre tout seul autour du Gard ou jardin, etc. Une mesure, Gardin, cheillier, lieu et tènement seant en la ville de Corbie, in Charta ann. 1473. ex Chartul. 23. Corb. Vide *Gardinum**.

GARDINARIUS, Hortulanus, *Jardinier*, seu, ut Picardi efferunt, *Gardinier*. Officium monasticum, cui hortorum cura incumbit, in tom. I. Monastici Anglic. pag. 147. *Ortolanus*, in Consuet. Floriacens. apud Joan. a Bosco pag. 392.

† GARDINARIUS, Eadem notione, Ital. *Giardinaio*, in Bulla Joannis XXII. PP. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 134.

GARDINGATUS, Dignitas *Gardingi*. Hist. Wambæ Regis, et Lucas Tudensis pag. 60: *Hildegiso sub Gardingatus adhuc officio consistente*.

GARDINGI, apud Gothos Hispanos, accensentur optimatibus et majoribus Palatii Officialibus, (tametsi quæ fuerit eorum dignitas, non omnino percipitur) in Lege Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 9: *Si majoris loci persona fuerit, id est, Dux, Comes, sive etiam Gardingus. Ubi Fori Hispanici Gardingum, per Ricome, seu Ricum vel Divitem hominem efferunt. Lib. 2. tit. 1. § 1: Videntibus cunctis Sacerdotibus Dei, senioribusque Palatii, atque Gardingis. Lib. 9. tit. 2. § 8: Seu sit Dux aut Comes, Thyuphadus aut Vicarius, Gardingus, etc. Vide Histor. Wambæ Regis pag. 833 in Concilio Tolet. XIII. cap. 2. et in Lege Wisigoth. lib. 12. tit. 1. § 3. *Gardingi Palatii*, apud Lucam Tudensem pag. 68. *Gardingus Regis*, in Vita S. Fructuosi Episcopi Bracarens. a Sandovallo [et Mabilionio Sæc. 2. Benedict.] edita cap. 16. et apud Victorem Tunnensem ad 4. Consulatum Justiniani.*

Vocem effictam a *Garda*, custodia, quidam volunt, ut *Gardingi* custodes fuerint Principis, vel Palatii, ex honoratioribus.

\* GARDINIUM, ut *Gardinum*. Præceptum Caroli Calvi ann. 849. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 117: *Inter vineam et ædificia et Gardinium, etc. Rursus occurrit apud Madox Formul. Anglic. pag. 241*.

GARDINIUM, GARDINUS, Hortus, pomarium, viridarium, Italis *Gardino*, Picardis *Gardin*, Germanis *Gart*, Danis *Gaart*, nostris *Jardin*. Polyptychus S. Remigii Remensis: *Habet mansum dominicum, casam cum solarario et cellario, et caminata, laubia, horrea 2. quoquina, stabula 2. hortum, ac Gardinum, torcular, etc.* Occurrit apud Bracton. lib. 2. cap. 34. § 1. in Fleta lib. 1. cap. 28. § 6. etc.

JARDINUS, puriori enuntiatione, in Gestis Ludovici VII. cap. 19. 21. in Bulla Honorii III. apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacra pag. 822. etc. De vocis *Gardin*, vel *Jardin*, origine quedam habent Cluverius lib. 1. German. antiq. cap.

13. Brodeus in Consuetud. Paris Claudi Mitalerius, Menagius, et alii.

† **GARDIO**, Piscis, qui nostris *Gard*, vel *Gardon*, apud Silvestrum Giraldum in Topogr. Hibern. Dist. 1. cap. 7.

† **GARDIOLA**, Idem, reor, qui *Gardiarius*, *Gardiator*, Gall. *Gardien*, Custos. Arestum ann. 1322. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 241 : *Procurator Domini S. Flori prædicti, et Gardiola terræ, captus fuit per nonnullos familiares ipsius Vicecomitis cum armis in itinere regio.*

† **GARDIRE**, Custodire, Gall. *Garder*, Charta ann. 1323. e Chartul. Latiniac.: *Et erant (Monachi) et fuerant soli et in solidum in possessionem... dictas nundinas Gardiendi per se, etc.*

\* Charta ann. 1330. in Chartul. S. Maglor. ch. 154 : *Erant in possessione et saisina Gardiendi certum festum... Præpositus monachus S. Maglorii una cum gardiatore regio... accessisset ad dictam villam de Issiaco in vigilia dicti festi, causa custodiendi dictum festum, fecit, propter mala et pericula evitanda pro bono pacis, ibidem proclamari sub certa pena, ne aliquis in dicto festo in iurisdictione eorum portaret arma prohibita.*

† **GARDITIO**, Jus *gardie* seu custodiendi. Charta ann. 1320. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 164 : *Quidquid... proprietatis, Garditionis, possessionis habebamus.* Vide *Warda*.

† **GARDO**, f. Opilio, Custos pecorum, a Gallico *Garde*. Epistola apologetica Laurentii Abb. S. Viti ad Canonicos Viridunenses apud Mabill. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 684 : *Nonne scandalum linguæ erat, quando fratres nostros, non Monachos, sed rusticos, Gardones, pantonarios et advenas penuria congregatos vocabatis.*

\* Ubi legendum puto *Garcones*. Vide in *Garcio*. At si retinendum *Garido*, Homo nihili significari videtur, forte a *Gardio*, Pisciculus. *Gardoner* vero, pro Maledicere, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 2. :

Quand cil ne set plus que respondre,  
Pour l'abaubir, pour le confondre,  
A Gardoner et à mesdire  
Se prent, et li coumenche à dire, etc.

\* **GARDOIRA**, Vas coquinarium. Inventar. ann. 1320. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Item unam Gardoiram ferream.*

† **GARDONIUM**, pro *Gardinum*, Gallice *Jardin*, apud Mabillonium tom. 5. Annal. Bened. pag. 649.

† **GARDROPIA**, Idem quod *Garderoba* 2. Henricus Knyghton. ann. 1381 : *Juravit quod credidit, quod non esset aliquis Rex Christianus habens meliorem Gardropiam... nam, ut dixit, tanta copia erat vasorum, et jocalium de argento, etc.* Ex Gallico truncato *Gardrobe*.

\* **GARDUM**, ut supra *Gardignium*. Vide ibid. Charta ann. 1265. ex Tabul. S. Auberti Camerac. : *Quinque modiatas terræ... contiguas Gardo domini de Walaingcourt.*

\* 1. **GARDUS**. Charta ann. 1327. in Chartul. Boni-port. : *Item de sex solidis... percipiendis super uno Gardo in parochia Portus-gaudii.* Sed leg. *Gordo*. Vide *Gordus*.

\* 2. **GARDUS**. Glossæ Cæsar. Heisterbac. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 671. col. 1 : *Gardi sunt instrumenta torcularis, quæ appellantur pullen et dile.*

† **GARECHINUS**. Vide *Garathina*.

† **GARECTUM**, Poples, Italis *Garetto*, Gall. *Jaret Garectum*, apud Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 7.

36. 37. Vide *Ægidium Menagium* et Oct. Ferrarium in Orig. Italic.

\* **GAREGIA**, pro *Coregia*. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 318 : *Item pro Garegia saumeriorum in estate, videlicet a quolibet habente saumerium, unum jornale.* Vide supra *Corregia*.

† **GAREGNA**. Vide *Garenna*.

† **GARENARIUS**, f. Custos, Gall. *Garde*. Vide locum in *Gangerium*.

\* **GARENDA**, Jus venandi cuniculos vel lepores. Charta Henr. de Simileio dom. de Alneto ann. 1263. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 884 : *Ego prænominaus Henricus in quibusdam de terris prædictis reclamabam Garendam seu jus venandi.* Vide *Warenna*.

† **GARENDARE**, ut supra *Garandiare*, Cavere, spondere, præstare, Gallice *Garantir*. Vide locum in *Stativus equus*.

† **GARENDIA**, ut *Garandia*, Cautio, Gall. *Garantie*. Charta foundationis Abbatie B. M. de Bellovisu ann. 1234. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 72 : *Nos vel successores nostri Domini Magduni tenemur... et pertas, et misas, si quas habuerit pro defectu Garendie nostræ, dicitur Monialibus plenarie restaurare.* Occurrit in Charta donationis Domine de Margarille pro Conventu S. Leodegarii Sussion. ann. 1205.

\* **GARENDIRE**, Tueri, spondere, præstare, in Charta ann. 1239. ex Chartul. S. Joan. in valle. Vide *Garentare*.

† **GARENERE**, Tueri, præstare, Gallis *Garantir*. Litteræ Officialis Lemov. pro Archambaldo Abb. Solemniac. ann. 1270. ex Archivo ejus Monasterii : *Promisit se deffensurum et Garenturum eisdem Abbati et Monasterio premissa, etc.* Lubentius legerem *Garentaturum a Garentare*, vel *Garentiturum a Garentire*.

† 1. **GARENNA**, *GARENA*, Vivarium cuniculorum leporumque, Gall. *Garenne*. Lira in caput. 15. Judith : *In terra ista in una Garena possunt cito capi trecenti cuniculi.* Occurrit apud Miræum tom. 1. pag. 181. Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 171. in Litteris Officialis Andegav. ann. 1269. ex Archivo S. Albini, in Actis MSS. S. Ivonis, etc. Vide *Warenna*.

\* 2. **GARENNA**, Vivarium piscium, ubi nulli licet pisces capere, nostris etiam *Garenne*, eadem acceptance. Recognit. feud. Ms. ann. 1366. pro castel. de Buri : *L'eau appelée l'estan de Buri... et la Garanne oudit estan de touz poissons, qui y sont et y chient.* Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 524 : *Ilz avoient pesché et prins du poisson en une fosse, que on nomme ou pays Garenne.* Vide *Warennia*.

\* **GARENAGIUM**, Præstatio pro jure habendi *Garennam*, vel venandi cuniculos aut lepores, Gall. *Garannage*. Vide supra *Garenda*. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 231. r. : *Quinquaginta gerbæ pro Garennagio.* Charta ann. 1300. in Lib. rub. ejusd. Cam. fol. 130. v. col. 2 : *En cens et en garannes et en Garannages, et en hommes et en home-nages.*

† **GARENARIUS**, Custos *garennæ*, Gall. *Garennier*. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 703 : *Johannes de Marchia Garennarius seu custos garennæ Caticampi, etc.* Vadia offic. reg. ex Reg. sign. Noster Cam. Comput. Paris. fol. 412. r. : *Undecim servientes et quatuor Garennarii forestæ Resti, vj. den. per diem.*

\* **GARENNTIA**, Jus *garennæ*. Charta E. abbat. Paracl. ann. 1233. ex Chartul.

Campan. fol. 393. col. 1 : *Et sciendum quod idem comes retinet in illis sexaginta arpentis memoris totam justitiam et Garenntiam suam.*

† **GARENS**, Vas, cautio, Gall. *Garant*. Leges Ottonis Imp. [2<sup>æ</sup> cap. 7.] apud Murator. tom. 1. part. 2. col. 2 : *Si quis equum suum, vel cetera animalia, sive rem suam super aliquem reperit, et ipse se Garentem dare dixerit, statim ut ad certum Garentem eum conducatur, et super tertium Garentem et tertium comitatum non procedat.* [2<sup>æ</sup> Ubi vulgo legitur *Warentem*.] Macer legit *Garrens* in Hiero-lex. Vide *Warantus*.

† **GARENTARE**, Tueri, defendere, spondere, præstare, Gall. *Garantir*. Charta Ludovici Reg. Fr. ann. 1165. in Chartulario Montis Martijum : *Raginardus venditionem Garentabit, et si non poterit Garentare... hanc summam coram nobis fiduciaverunt se reddituros. Defendere et Garentare*, in Tabulario S. Victoris Massil. Vide *Warantus*.

† **GARENTIARE**, Eadem notione, apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 521. Vide *Garentiare*.

† **GARENTICIUS CONTRACTUS**, Quo quis spondet se aliquid *garentaturum*. Bis occurrit in Litteris anni 1493. apud Rymer. tom. 12. pag. 22.

† **GARENTIRE**, ut *Garentare*. Charta Medii Monasterii Bituric. ann. 1307 : *Ab omni feodo, retrofeodo, rachatu... servitutibus et servitiis Garentiet et deffendet.* Altera anni 1360. apud Rymer. tom. 6. pag. 218. col. 1 : *Dominus fideles suos subditos tenetur defendere et etiam Garentire.* Occurrit rursus in alia Charta anni 1364. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 357. et in Litteris ann. 1190. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 548.

\* **GARENTIGIA**, *GARENTIGIATUM INSTRUMENTUM*. Margalet. in Stat. Aquens. curiæ submiss. lib. 2. cap. 3. pag. 141 : *Garentigia licet tali dictione Cicero forsitan usus non fuisset, dicitur Contractus habens executionem paratam jussu notarii habentis jurisdictionem ex forma statuti ; ... æquiparatur sententiæ : unde merito talia instrumenta Garentigiata vocantur, et executionem perinde ac si essent sententiæ, quæ in rem judicatam transivissent.* Vide *Guaurentigia*. Aliter Calvinus post Bald. et Tiraquel. *Garentigiam* definit in Lex. jurid. Italis *Guaurentigia* est Defensio, tutela ; nostris vero *Garentage*, idem quod *Auctoritas*, cautio. Charta ann. 1276. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 44. col. 2 : *En Garentage de vérité, nos... avons mis nos tres seels à ces présentes letres.* Alia ann. 1310. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 388. v. col. 1 : *Et en Garentage de ce, nous en avons mis à ces lettres nos seaux.* Lit. Joan. ducis Brit. ann. 1422. ex Cod. reg. 8542. 3 : *Promettons fermement et loyamment en parole de prince ainsi de lui tenir et accomplir, et à lui faire Garentage des choses que pour ce lui avons baillées. Engarentie*, eodem sensu, in Charta ann. 1313. ex eod. Lib. rub. fol. 522. v. : *Nulz ne c'est trait avant pour enchieir lesdites choses, ne pour plus y offrir, ne donner Engarentie.* Ubi significari potissimum videtur *denarius*, qui in arrham emptionis dari solet.

† **GARENTITOR**, Præs, sponsor, auctor, Gallis *Garant*. Conventio Comitum Nivern. ann. 1215. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1123 : *Et inde litteras suas patentes ad instantiam meam confecerunt, et insuper fidejussionis Ga-*

rentitorem, et præscriptarum conventionum ab utraque parte dominum meum Philippum Regem constituo.

† GARENTUS, Ead. notione. Codex Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 190 : *Si quis bovem vel asinum vel aliquam rem suam adiraverit, que ab aliquo vania fuerit inventa, si detentor eam suam esse asserit . . . Garantium suum debet adducere.* Decretum Philippi Augusti de Judæis apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 472 : *Si Judæus id probaverit per testes legitimos Christianos, Baillivus compellet debitorem et Garentos nominatos ad faciendam recordationem et inrotulationem tam debiti quam assignamenti.* Vide Warantus.

† GARENZA, Cautio, auctoritas, fidejussio, Gall. *Garantie*. Tabularium S. Petri Vosiensis f. 68. vº : *De Widone vetulo Castaneo cognato suo convenerunt Garenzam facere, et si forfactum in terra fecerit, ipsi emendent.* Vide Garandia.

† GARETINUS, Donum. Vide Garathina.

\* GARENTIZARE, Tueri, spondere, præstare. Charta ann. 1261. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 57 : *Nos dicti Simon et Leoneta uxor nostra, promittimus sub eodem juramento omnia supra dicta Garentizare contra omnes, et defendere in judicio et extra.* Vide Garentare.

† GARETTA, Turricula, Gallice *Guerite*. Litera anni 1402. apud Rymerum tom. 8. pag. 271. col. 1 : *Villam prædictam per costeram maris, cum quodam muro terræ, Garetis, aliisque modis, quibus poterant, in parte fortificare proponant et intendant.* Vide Garitæ.

\* GARETTUM, Suffrago, poples, Ital. *Garetto*, Gall. *Jarret*. Mirac. S. Zita tom. 3. Apr. pag. 525. col. 1 : *Una serpens morsit sibi in calcaneo et Garetto cruris dextri, et ipsa statim tota fuit inflata. Geret, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 353 : Icelui Ogier tenant ung Geret de mouton en sa main. etc.* Vide Garectum.

\* GARFALES, Navis onerariæ species. Arest. ann. 1348. 14. Aug. in vol. 3. arestor. parlam. Paris. : *Quod de prædictis mille florenis dictus Petrus emeret Garfales, nomine dicti Guillelmi, haberet que medietatem navis, quod haberet a mercatoribus pro ipsis et eorum mercibus transfretandis.* Vide supra in Galea.

† GARGAHANGI. Vide Garathingi.

† GARGAILLUS, Dolii umbilicus, seu foramen majus per quod vinum infunditur. Statuta Massil. lib. 3. cap. 17 : *Omnes bodii botarum sive vegetum, quæ vendentur de cætero in Massilia a dictis boteriis sint bironati, et quod Gargaillus sit cairatus.* Vide Gargalia.

1. GARGALIA, Pars gutturis et cannae pulmonis, Matthæo Silvatico. Gurgulio, [Tolosatibus Gargaillot, vel Gargante est Guttur, Gallice *Gosier* : quod Mont-albanenses *lou Gouladou*, Wascones *lou Garganula*, alii *Gargamele* vocant, ut est apud Borellum : quem, si vis, consule.]

\* 2. GARGALIA, Lapideum aquæ pluvialis emissarium, Gall. *Gargouille*. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1481 : *Item Johanni Wagnon, pro . . . mundatione nocqueriarum et Gargaliarum.* Vide infra Gargoula.

\* GARGALIO, Guttur, ex Gloss. ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 2. Passion. cap. 109 : *Adhuc magis existimandum est diabrosin in Gargale locis in venis factam.* Ubi Gloss. : *Gargalos, i. fauces, et dicitur a loquendo.* Ibid. cap. 115 : *Sic requiescere*

*faciat calorem, qui trahit ex inferioribus partibus, et adducit ad se et transmittit Gargalionem.* Glossæ : *Guttur. Gargamelle, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1468. ex Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 59 : Le suppliant coppa la gorge audit Guillaume, ou quoy que soit, la Gargamelle ou goster.* Vide Gargalia 1.

† GARGANGI, Advenæ. Vide Waren-gangi.

\* GARGARARE, Altius et voce inflatori aliquid effutire : a γαργαρεύω, *Gurgulio* : quæ est pars oris hominis propria, quæ facit ad vocis modulationem, ideoque γάργυρον a quibusdam dicta est. Matth. Paris ann. 1252 : *Sed hæc verborum deliramenta Franciscus imata Gargarando superbia et jactantia reboavit.* [\* Italisc Gargaliare.]

\* 1. GARGARISMUS, Gr. γαργαρισμός, Gall. *Gargarisme*, Liquoris ore hausti repetita ad guttur revocatio. Vetus interpres Horat. editus a Cruquio ann. 1579. in Epist. 15. lib. 1. ubi de Ant. Musa medico Aug. : *Hic postea in contrarium versis omnibus, non solum perfusionibus frigidis, sed etiam Gargarismis Cicerninæ aquæ, quæ est Atellæ, in domo Cæsaris et potionibus usus est, ita ut intra breve tempus eum curaret.* Vide Gargarizare.

\* 2. GARGARISMUS, Gutturis seu vocis modulatio. Vita S. Rosæ tom. 5. Aug. pag. 931. col. 1 : *Pergebat avicula modulari, variabat lepidæ vocis argutias, duplicabat Gargarismos.*

GARGARIZARE, γαργαρίζω. Vox Medicis notissima. Glossæ MSS. ad Codic. Theodos. : *Colluo, Gargarizo.* Martianus Capella lib. 3. pag. 49 : *Pectusque cujusdam medicaminis adhibitione Gargarizandum purgabat.*

\* GARGATA, Guttur, jugulum, Ital. *Gargatta*, nostris *Gargate*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Gargate, gavion, ructa.* Lit. remiss. ann. 1347. in Reg. 76. Chartoph. reg. ch. 296 : *Interfecerunt dictos duos nuncios, quos invenerunt dormientes, scindendo Gargatam ; et deinde ceperunt dictos duos equos.* Le Roman de Vacces Ms. :

O grant couteaux et o coingniés  
Lor ont les Gargaites trenchiés.

\* *Gaviète*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1418. ex Reg. 167. ch. 308 : *Le suppliant frappa icelui Jaquet d'un petit coustelet par le coul auprès de la Gaviète.* Vide supra Gargatio.

† GARGATA PORTUS, Os portus, Gallis *L'entrée du port*. Charta Massil. ann. 1486 : *Navis Januensis cum esset in portu Massiliensi in Gargata.* Litteræ Renati Comitiss Provincie ann. 1477. in Statutis piscatorum Massil. : *Nullus piscator audeat neque possit calare certam artem piscandi appellatam Tonaiva de Posta a loco de Lestaco in mari usque ad Gargatam portus Massil.* Pluries occurrit ibidem.

† GARGATHINGI. Vide Garathingi.

† GARGATHUM, Medicis, Lectus, in quo mente devii, spiritibusque afflati immundis, detinebantur. Laur. in Amalthea.

\* GARGILLUS, pro *Girgillus*. Vide in hac voce. Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 773. col. 1 : *Sed modernis temporibus factum est, quod quædam advena mulier in die solennitatis suæ fuso et Gargilla intenderet.*

† GARGOCIL, f. Guttur, Gall. *Gosier*. Bibere ad Gargocil, in Statutis Cisterc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1316. est immoderatus bibere. Vide Gargalia. [Vide infra Garsallum.]

\* GARGOULA, GARGOULLIA, Lapideum aquæ pluvialis emissarium, Gall. *Gargouille*, alia *Gargouille*. Comput. fabr. S. Lazari Eduens. ann. 1295. ex Cod. reg. 5529 B : *Pro lapidibus, qui vocantur Gargoules, quadrigandis, iij. lib. x. sol. ix. den.* Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1367 : *Item datum pro Gargouls dicti pilaris, etc.* Item . . . pro mundando Gargoules superiores et inferiores, in altero ann. 1469. Rursum alius ann. 1488 : *Datum item . . . pro mundatione per eos facta in nocqueriis et Gargoulliis arcuum tendentium circa chorum ecclesie, etc.* *Gargouille*, Draconis figura appellatur, in Stat. pro aurifab. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 389. art. 19 : *Et en tous petis ymages, feuilles, Lyons, Gargouilles, etc.* Vide supra Gargalia 2.

\* GARGULA, ut supra Gargalia. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Gargula, Gargate.*

† GARICÆ, Terræ incultæ, vel dumis obsitæ. Vide *Garricæ*.

\* GARILIOI, an Subditi, qui sub tutela et protectione sunt ? Charta Arnulphi III. Mediol. Archiep. ann. 1095. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 267 : *Homines autem de Belari, qui Garilioli vocantur, quæ nostræ curiæ annue persolvere debent, persolvant.*

† GARILLE, Charta ann. 841. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 100 : *Tradunt prædictus Sigofridus et uxor sua Erlenda ad ipsam casam Dei S. Victoris . . . villam quæ dicitur Carviliamus, id est, casis astantibus ac dirutis, terris cultis et incultis, vineis, pratis, pascuibus, silvis, montibus, Garillis, hortis, etc.* Sed ex similibus locis ibidem et alibi passim relatis, conjuncto legendum *Garicis*. Vide *Garricæ*.

† GARIMENTUM, Auctoritas, cautio de evictione, Gall. *Garantie*, *Gariment*. Charta ann. 1270. apud Stephanotium Antiquit. Santon. MSS. pag. 270 : *Promissimus dictis Priori et Monachis nos eisdem præstituros super prædictis omnibus perpetuum Garimentum.* Charta Oliverii Abb. S. Johannis Angeriac. ann. 1285. et Chartul. ejusd. Monast. pag. 220 : *Promittimus insuper nos . . . contra omnem perturbatorem . . . facere Garimentum.* Alia Prioris de Mirabelle ann. 1285. ex Archivo Verzellac. : *Promittentes . . . plenarium facere Garimentum bona fide.* Occurrit in Charta ann. 1316. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 470. Vide *Garire*, *Guarimentum* et *Warantus*.

† GARIOFILUM, GARIOFILUS, etc. pro Caryophyllum, Gall. *Girofle*, in Vita B. Lidwinæ, tom. 2. April. pag. 283. apud Marten. tom. 2. Itiner. pag. 264. et 365. *Gariofili clavus*, Gall. *Clou de Girofle*, apud Madox Formul. Anglic. pag. 227. *Gariofolium*, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 284. *Gariofolium*, in Vita S. Francisci de Paula, tom. 1. April. pag. 126. *Gariophilum*, apud Will. Briton. lib. 10. Philipp. et Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 245.

\* *Galiophilée*, pro *Giroflée*, ex Cod. 218. colleg. Navar. tom. 1. Dissert. D. Le Beuf pag. 210. Vide infra *Garoffolum*.

\* GARIOLA, Lydio, Pica glandaria, Germanis *Heer*, vel *Helzer*. Lex Aleman. tit. 100. § 13. Edit. Heroldi : *Aneta, Gariolæ, ciconia, corvus, cornicula, etc.*

GARIOLA, in Testamento S. Cæsarii Episcopi Arelatensis extremo, aliud sonat : *Agritia puella mea propria libentissime Monasterio et Cæsariæ Abbatissæ serviat, et vere Gariolas, quas illis vel parentibus eorum, confirmo.* Vide an sit vox unica, *veregariolas*.

† **GARIOPHILUM**. Vide *Gariofilum*.

\* **GARIOR**, pro *Garitor*. Præs, sponsor. Lit. official. Bitur. ann. 1217. in Chartul. eccl. Miserac. : *Noverint universi quod Guillelmus terragium ecclesie Miseracensis dedit, et hujus rei se defensorum et Gariorem ab omnibus constituit. Vide mox Garitor.*

**GARIRE**, Tueri, protegere, *Garir*, *Garantir*. Regestum Tolosanum Cameræ Comput. Paris. f. 87 : *Et Do. Comes debet Garire supradictum usaticum affectatoribus prædictis, etc.* Tabular. Absiense fol. 52 : *Et concessi Garire et defendere secundum posse meum ad opus eorumdem Monachorum.* [Charta ann. 1230. apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 819 : *Tenantur Garire et redere helemosinam antedictam.* Alia ann. 1227. ibid. pag. 849 : *Firmiter promittens idem Philippus, fide data in manu nostra, se de cætero in dicto feodo nichil petiturum, immo pro posse suo eidem Monasterio Gariturum, etc.*] Occurrit præterea in Charta ann. 1818. apud Duchesnum in Hist. Familiæ Castaneræ pag. 95. Alia Guillelmi D. Surgeriarum ann. 1253 : *Sommes tenus ausdits homes et à lors heirs Garir-et defendre lesdites terres à tot empestement, et aus garder de domage.* [Similia leguntur in Charta Gallica ann. 1294. tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 972.] Le Roman d'Alexandre MS. :

Onques ne pot Garir chastiaus ne fermelez.

[Le Roman de Guillaume au Court nez : Garissez moi de mort et de torment.]

Hinc *Gariment*, pro protectione, tuitione, seu garentizatione, in Consuetud. Labourtensi tit. 17. art. 2. tit. 18. art. 2. *Tenir en Gariment*, in Consuetud. Pictavensi art. 99. 106. 118. 136. Inculmensi art. 20. et Angeriacensi art. 22. cum primogenitus secundogenitis feudi partes præstat : tunc secundogeniti eas tenere in *Garimento* dicuntur a primogenito. Vocis origo eadem, quæ *Warantire*. Vide *Warantus*, Oct. Ferrarium in *Garire*, [de Caseneuve, Menagium in *Guarir* vel *Guerir*, et D. de Lauriere tom. 2. Ordinatio. pag. 177. ubi docetur nostrum *Guerir*, Sanare, idem esse, quod a morte tueri, defendere, vel morbum propulsare, Gall. *Garantir de la mort*, *Preserver de la maladie.*]

\* **GARISCERE**, Tueri, præstare, Gall. *Garentir*. Charta ann. 1123. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 424 : *Et laudavit donum, quod parentes ejus olim fecerant, et pro suo ordinio firmavit, et teneat et legaliter Gariscat ipse et filii sui omni tempore.* Vide *Garrre*.

**GARISMATIUM**. Senator lib. 12. Epist. 22 : *Hæc loca et Garismatia plura nutriunt, et piscium ubertate gloriantur.* Vide *Gorræi* Defin. Medic. in *Çapov*.

**GARITÆ**, **GARITÆ**, Turriculæ editiores in tectis domorum, vel in castrorum muris, Gall. *Guerites* vel *Garites* : ita dictæ, quod eos, qui intus sunt, ab hostium insultibus servant. Will. Brito lib. 2. Philipp. :

Non nisi rarus erat qui muris staret in altis,  
Omnibus ad tutas fugientibus ultro Garitas.

Et lib. 7 :

Hi cryptas, illi curvas subiere Garitas.

Continuator Nangii ann. 195. . . *Castrum, quod incolæ ipsi munitionum fossatis et Garitis tenebant.* Chron. Flandriæ cap. 113 : *Et fut la Garite assenée vint fois*

*l'une après l'autre.* Chr. Bertrandi du Guesclin :

Et tenoit le monstier qui estoit bien fermez,  
Et de bonnes Garites estoit bien garitez.

Sebastianus Cobarruvias, *Garita*, la *Casilla pequenna*, o *celdilla* que se haze sobre la muralla para que alli esten los que hazen la vela. Es nombre Arabigo, y vale tanto como *cueveuela*, o *chozilla*, de *gar*, o *gara*, que vale *cueva*.

\* Unde *Gariter* et *Garitier*, *Castrum garitis* munire. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 137 : *Damoiselle Jehanne de Vendosme, dame de Bertecourt, nous a fait exposer que. . . pour la garde et deffense de son chastel. . . elle a fait empêrer et Gariter et enforcier son dit chastel.* Alia ejusd. ann. ibid. ch. 612 : *Les complaignans avoient fait enforcier ladite église et ycelle Garitier au mieulx qu'il avoient peu.* Occurrit præterea apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1410.

\* **GARITOR**, Præs, sponsor, Gall. *Cautio*. Charta ann. 1118. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 405 : *Legales tibi Garitores erimus per directum, et propter hoc accepimus a te quingentas solidatas.* Vide *Garentitor*.

1. **GARLANDA**, Coronula, sertum, strophium ; Ital. *Ghirlanda*, nostris *Guirlande*, Anglis, a *Garland*. Ordo ad benedicendum Ducem Aquitanie : *Princeps debet venire Baronum comitatus caterva, et capite suo Garlanda redimitus aurea, cujusmodi circulus aureus a capite ejus, cum ibi advenerit, amovebitur, etc.* Matth. Paris ann. 1247. de Rege Angliæ : *Coronula aurea, quæ vulgariter Garlanda dicitur, redimitus.* [Testamentum Yzeu Domine d'Anio ann. 1293. apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 704 : *Item sepulturam meam eligo in cimiterio FF. Minorum Viennæ, quibus Fratribus jocalia mea, videlicet laqueos et Garlandas do et lego.* Charta ann. 1344. ex Schedis D. Lancelot : *Nulla mulier vana portet aliquam Garlandam neque velum in capite. Garlanda argentea*, in Consuet. Lemovic. art. 42.] *Garlande d'argent*, in Consuet. Dissatensi, et Proussatensi : *Chappel d'argent*, in Consuetud. de *Maringues*, et aliquot aliis in Arvern. in quibus sic potissimum nuncupatur id, quod uxor post mortem mariti, præter dotem, consequitur, æstimaturque pretio lecti nuptialis. De vocis etymo vide Oct. Ferrarium.

† **GARLANDELLUS**, Eadem notione. Consilium Massil. ann. 1381 : *Audita detentione domine nostre Regine, statuit quod nulla mulier aliqua audeat de cetero seu presumat, cujuscumque sit conditionis, preeminentie vel status, portare coronas, Garlandellum, fronteriam, nec capellum auri, etc.* Vide *Gerlanda*.

\* 2. **GARLANDA**, Circuitus, ambitus. Libert. Petreæssis ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 647 : *Item quod omnes habitantes hospitia seu ayria in Garlanda seu circuitu plateæ dictæ bastitæ, possint edificare cohoptas impune.* Unde *Garlandeiz* dicebatur Corona vel pars muri seu ædificii superior. Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 186. ch. 49 : *Les supplians monterent sur la masse du pont du chastel de la Bruyere, et de là acrocherent un crochet au Garlandeiz d'une tour, et par le moyen dudit crochet, eschielles, ou autrement, ilz monterent sur ladite tour.* Hinc

\* **GARLANDERIUS**, *Garlandarum* seu repagulorum ad munimentum constructor. Comput. ann. 1255. ex Cod. Reg.

4656 : *Guillelmus Mauricius et Durantus Saorninus Garlanderii, pro quinque caninis ambarrii et quinque cannis vallati, quinque solidos Turon.* Vide supra *Ambarium*.

**GARLETA**, [Mensura vinaria.] Vide *Galo*.

† **GARMACHIA**, pro *Garnachia* 1. Statuta Ecclesie Meldensis inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 898. et tom. 2. Hist. ejusd. Eccl. pag. 484 : *Ne (Sacerdotes) habeant Garmachias vel vestes inordinatas omnino prohibetur.*

**GARMASIA**. Concilium Albiense ann. 1254. cap. 16 : *Prohibemus quoque districtius, ut nulli regulares cum balandranis, seu Garmasiis, vel alii vestibus laicorum equitent.* Puto scribendum, *Garnasitis*, vel *Garnachiis*. Vide *Garnachia* 1.

\* **GARMINARE**, pro *Carminare*, Lanam pectendo purgare ; Italis, *Scardassare*, Gall. *Carder*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 363 : *Et nulla persona abluat pannos vel Garminet (Garminet '52 ; — Gramet '59, '60), vel battat pelles, vel lanam, vel aliam turpitudinem faciat, vel proliciat juxta aliquem puteum.* [Fr.] **GARMORDRIT**. Vide *Gamurdrit*.

† **GARNA**, Rami pinorum, quibus furni calefiunt, Arvern. de *la Garna*. Occurrit in Charta Tabularii S. Crucis Savigniacensis.

\* **GARNACHA**, Togo, vestis talaris, Ital. *Guarnacca*, Gall. *Garnache*, quomodo etiam legendum, pro *Garvache*, inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 492. Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 66. ex Cod. reg. 4621. fol. 35. r.º : *Bannitores communis Florentiæ . . . debeant induere se expensis propriis . . . tunica et Garnacha.* Neque alia forte est vestis superior, quam *Gavardine* nostri appellarunt. Lit. remiss. ann. 1482. in Reg. 208. Chartoph. reg. ch. 244 : *Icellui de la Selle despouilla sa Gavardine, qu'il avoit sur lui, et se mit en prépoint, et print une javeline en sa main.* Vide mox *Garnachia* 1.

1. **GARNACHIA**, **GARNACIA**, **GUARNACIA**, Italis *Guarnaccia*, Toga, vestis talaris. Sic autem describitur a Gaufrido Vosiensi 1. part. cap. 74 : *Novissime usi sunt ampla quadam veste, instar Monachi, sine manicis, quod Franci vocarunt Garnacha : ubi perperam edit. Gamacha.* Urbanus IV. PP. in Regula Militiæ Ordinis S. Mariæ, apud Ghirardicum in Hist. Bononiensi tom. 1. in Indice : *Habeant tunicam interiorem de panno laneo albo vel pignolito, super quo uti possint Guarnacia similis coloris, aut de camelino.* Rollandinus in Chronic. lib. 5. cap. 20 : *Culltellum arripuit, quem portaverat in sarcoto, (forte surcoto) sive Guarnacia, inter pannum, et pellicium suum.* Statuta Massil. ann. 1274. MSS. lib. 2 : *Garnachia cum penna et frezio 2. sol. et 6. denar. . . Garnachia muliebris de sendato, vel de cameloto cum penna.* [Statuta Ecclesie Avenion. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 579 : *Illa Garnachia quæ manicas non habent, olim per aliquos (Clericos) ferri consueta ab eisdem, et eorum quolibet sub excommunicationis pœna, dimissa penitus et trajecta.* Statuta Cisterc. ann. 1230. ejusd. tom. col. 1355 : *De Montalibus de Moleges, quæ defuerunt vela alba et Garnachias, et nutriunt crines longos, præcipitur ut ordinate se habeant, vel ab ordine abscondantur.*] Constit. Joannis Archiep. Nicosiensi ann. 1320. cap. 4. de Canoniciis : *Scilicet ut nullus extra domum suam portet Guarnachiam de ante scissam, seu*

apertam per terram. Regula Ordinis S. Marci de Mantua : *Una Guarnacea pellicea, et pelliceum.* Adde Concilium Baudense, editum a Rainaldo post 14. tom. Annal. pag. 4. Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Regis ann. 1351 : *Pour 20. aunes et demie de fin veluau vermeil des fors, pour faire une Garnache, ou long mantel fendu à un costé, et chapperon de mesme, tout fourré d'ermesnes, . . . pour 2. pieces de fin veluau blanc pour faire une cote et une Garnache fourrée d'ermesnes pour le Roy à ladite feste de l'Estaille.* Et cap. *Des penes : Pour fourrer un surcot, une Garnache, un mantel à parer, et un chaperon, que le Roy et de fin blanc de Broisselles.* Alibi : *Pour 60. ermines à fourrer les manches d'une Garnache blanche pour ledit Seigneur.*

† GUARNATIA, Eodem intellectu. Computus ann. 1333. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 281 : *Item, Gerardo pro Guillelmo Bastardi, quando fuit factus Miles pro tribus infoderaturis Guarnatiarum. . . . . XXXII. floren.* Hispanis *Garnacha*, Italis *Guarnacca*, *Veste longa che si porta di sopra forse zimarra.* Vide Menagium in Orig. Gall.

GUASNACIA, Eadem notione. Testamentum MS. Mariæ Reginae Aragon. 20. April. ann. 1213 : *Gassendix Camerariæ meæ lego 25. lib. . . . et capam meam, Guasnaciam, pallium, et tunicam, et pelliciam novam scarlateam, et mantellum, et Guasnaciam de viridi panno: Guillelmæ mulieri servienti meæ Guasnaciam de bruneto, etc.* Vide Meursium in Epavarta, et Ferrarium in Guarnacca.

2. GARNACHIA, Potus species, seu vinum, quod vernacium appellatur a Petro de Crescentiis lib. 4. cap. 4. cujus interpres vetus Gallicus *Vin de Garnache* vertit. Computus Thesauri Regis Francor. ann. 1812 : *Richardus de Archemino Lombardus pro 3. seataris cum dimidio de Garnachia, captis ab eo per Nic. de Cabour Scancionem Regis pro reimplenda quadam cauda vini de Garnachia, quæ erat Parisiis.* Impositiones urbis Parisiensis ann. 1349. in Regesto Memorialium Cameræ Comput. Parisiensis. sign. C. : *Pour le tonnel de vin. . . pour la queue de Garnasche payera 30. sol.*

\* Nostris *Garnache*. Ordin. an. 1415. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1 : *Item quant on exposera en vente aucuns vins estranges en la ville de Paris à détail ou taverne, comme Garnache, malvoisie, etc.* Froissart. vol. 2. cap. 77 : *Beuvoient à la Galvache et à la malvoisie sur les Lombars.* Cap. 102 : *Galrigaches, malvoisies, et autres vins estranges.* Melius cap. 163. *Malvoisie et Garnache.* Vide *Vernachia*.

\* 1. GARNAMENTUM, Toga, vestis talaris, idem quod supra *Garnacha*. Testam. ann. 1335. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 492 : *Insuper legamus Margaritæ quondam uxori Joceti, quondam fratris nostri, quoddam Garnamentum, nuncupatum Garvache (l. Garnache) cum caputio et fourraturis.* Garnement, eodem sensu, seu pro qualibet veste, in Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 559 : *Son meilleur Garnement à vestir.* Le Roman de Robert le Diable Ms. :

Tous armés des blans Garnimens,  
Et de tels appareillemens,  
Con li blans chevaliers avoit.

\* 2. GARNAMENTUM, Quidquid rei cuilibet instruendæ vel ornandæ conve-

nit. Charta ann. 1321. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 303 : *Quod ipse marescallus et sui hæredes tenentur . . . providere quod palefredi et equi de sella prioris et familiaris suæ secum equitantis sint, tam in Garnamentis quam in ferris et aliis, bene muniti.* Vide in *Garnire*.

1. GARNARIA, Idem videtur quod *Garnacia*, nisi ita legendum sit, in Constitutionibus Catalanæ MSS. : *In Mantellis, similiter et cotis, sive Garnariis.* Vide *Laqueate Vestes*.

† 2. GARNARIA, Piscina aquæ receptaculum, Gall. *Reservoir*, Angl. *Waterhouse*. Litteræ anni 1443. apud Rymer. tom. 11. pag. 33. col. 1 : *Diversos aquæ recentis conductus, cum standardis cæterisque machinis et pipis plumbis, quæ ultra tria miliaria sub et supra terram decurrerent et decurrunt, construere et erigere, ac quadam comunem Garnariam de novo fabricare, et quandam cruceam spectabilem in Westchepe dictæ civitatis, pro quadam augea eisdem conductibus, tanquam mater, deservitura, quæ sine summa plumbi notabili ac operariis eisdem operibus necessariis exequi non valet, etc.*

† GARNATIA, ut *Garnachia* 1. Computus ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 288 : *Item, pro infoderatura unius Garnatiæ et capitii pro domino Andrea Dalphino de virgata, quam dominus portavit de Francia, vi. lib. vi. s. Vienn.*

\* GARNATUS, Carbunculus, lapillus, Gall. *Grenat*. Invent. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item duo tabelli conjuncti ad invicem, ornati gemmis, in quibus . . . deficiunt duo saphiri et unus Garnatus, ac de tempore prædicti Buchet deficiunt etiam ibidem duo alii saphiri et unus Garnatus.* Ubi in alio incerti anni : *Grenatus.* Vide in hac voce.

\* GARNELES dictione populari, pro *Grenelle*, olim *Garannella*, diminut. a *Garenna*, teste D. Le Beuf tom. 2. Hist. Paris. pag. 397. Charta ann. 1211. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Ipsi autem pro bono pacis statuerunt quod totum territorium, quod continetur a tornella Philippi Hamelini supra Sequanam, usque ad metam, quæ dividit terram S. Germani ex una parte, et terram S. Genovefæ ex altera versus Garneles, etc.*

† GARNERIA, f. Ornatus linteus, Gall. *Garniture*. Computus ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 276 : *Solvit pro octo Garneriis emptis ibidem per Dominum a Monialibus Monasterii S. Trinitatis taren. XII.*

† GARNESIA, f. Præsidium, Gall. *Garnison*. Litteræ anni 1417. apud Rymerum tom. 9. pag. 529 : *Assignavimus vos ad omnes et singulas terras nobis de quibuscumque Capitaneis de GARNESIA nostra de Vernulle, etc.*

GARNESTURA, ex Gall. *Garniture*, *Garnison*. Qua voce intelliguntur victualia, arma, et cætera, quæ ad oppidi vel castri defensionem necessaria sunt. Matth. Paris ann. 1250 : *Significavit Soldanus Regi Francorum, ut sedatis omnibus civitatibus Damiatæ cum sustentamentis, quæ Garnesturas vulgares appellant, consultius resignaret, etc.* Infra pag. 532. *Instaurationes vocat.* Historia Castellii Dorenensis tom. 2. Monastici Anglicani pag. 1 : *Et enforcea le Chastel de Doure de fosses et de mins et de Garnesture contre les Romains, s'il venissent.* [Vide *Garnistura*.]

† GARNETTUS, Carbunculi species rubri coloris instar granorum mali granati, Gallis *Grenat*, Angl. *Garnet*. Cum

*aliis saphiris, Garnettis et perles*, apud Rymer. tom. 5. pag. 60.

GARNIAMENIUM. Vide in *Garnire*.

\* GARNIARE, Vox pannificorum, in Stat. pro arte parator. pannor. Carcass. renovatis ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item quod paratores dictæ villæ Carcassonæ seu ministeriales (l. ministeriales) ejusdem debebunt et tenebuntur bene, decenter et sufficienter parare et aptare dictos pannos, tam in Garniando, quam in versando et embroendo.*

\* GARNIMENTUM, Pellitium, Gall. *Fourrure*. Lit. ann. 1277. tom. 4. Ordin. nat. reg. Franc. pag. 670. art. 4 : *De quolibet Garnimento pelliperiæ factæ, duos denarios.* Consuet. Paris. ex Reg. sign. Noster Cam. Comput. fol. 36. r. : *Item Garnemens de gris qui vient de hors, iiij. den. la piece.* *Garnissement*, Munimen, in Charta ann. 1297. ex Tabul. S. Vandreg. : *Avons confirmé ohes présentes lettres du Garnissement de nos seaus.* Vide in *Garnire* 1.

1. GARNIRE, Ornare, [instruere, parare, munire, Gall. *Garnir*, Ital. *Guarnire*, a Teutonico *Garen*, Saxon. *Gearvian*, Parare, præparare. Concilium Turon. ann. 925. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 72 : *Ad omnem legem examinandam, quamcumque ei Synodus indicasset, semper Garnitus adesset*: id est, instructus et præparatus. *Lectus Garnitus*, Gallice *Lit Garni*, *Lectus instratus*, in Testamento anno. 1392. tom. 2. Maccariarum Insulæ Barbaræ pag. 672 : *Lecti muniti sive garniti*, in Charta ann. 1500.] De vocis etymo vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital. [Menagium in Gall. et Schilterum, quem secuti sumus, in voce *Gar*.]

GARNIAMENTUM, Instructus, quidquid ad instruendam vestem, vel adornandam confert, vulgo *Garniture d'habit*. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 321 : *Et cuilibet eorum per annum tres ulnas telæ, . . . et unum Garniamentum laneum quolibet anno.* Computum Stephani de la Fontaine. Argentarii Reg. anni 1351 : *Pour 3. pieces de drap d'or de Damasque, pour faire à M. le Dauphin une robe de trois Garnemens qu'il ot le jour des Espousailles de la Reine de Navarre sa sœur.* Cap. *des penes et fourrures* : *Pour fourrer les robes et Garnemens, que lesdits Seigneurs ont euz en ce terme, etc.* *Pour fourrer une robe de 6. Garnemens, etc.* *Pour fourrer deux paires de robes de 4. Garnemens, et de 6. Garnemens, qu'il ot la veille de Noel.* Le Roman de la Rose :

Belle robe et beau Garnement  
Amendent les gens durement.

Le Roman de Siperis de Vineau :

Hardement ne vient mie de noble Garnement,  
Ains vient de gentil cuer ou pousse se prent.

Guillelmus Guiart :

Là veissiez à l'empressier,  
Armes acérées bessier,  
Sus Garnemens brunis sans tache,  
Comme espées, coutiaus, et haches.

[Le Roman d'Athis MS :

Moult furent chier leur Garnement  
En riche atours, en beaulz dras.]

Vide *Rastellum* verbo *Garnishment*.

† GARNIMENTUM, Instructus et ornatus quivis rei cuilibet convenientes. Statuta Massil. pag. 361 : *Balistæ sint bene garnitæ de omnibus Garnimentis sibi necessariis, et sint ad C. lib. carrelli pro singulis balistis.* Testamentum anni



1298. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1307: *Exceptis tamen.... vaissilomentis meis argenteis omnibus, totalibus, quæcumque habeam, utensilibus, et aliis Garnimentis hospitiorum meorum, etc.* Charta anni 1300. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 298: *Cum dictarum terrarum, locorum et castrorum mandamentis, Garnimentis, feudis et retrofeudis, iustitiis altis et bassis.* Testamentum anni 1392. in Maceriis Insulæ Barbaræ tom. 2. pag. 671: *Item domum pridem dicti carissimi fratris sui... una cum toto Garnimento et vasis vinariis infra eandem domum existentibus.* Occurrit rursus in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 406.

GUARNIMENTUM. Constitut. Siculæ lib. 3. tit. 36. § 1: *Et quod sellas et scuta munire debeant necessariis, et fortibus Guarnimentis.*

GUARNIMENTUM, Apparatus bellicus, Ital. *Guarnimento*. Rollandinus in Chron. lib. 10. cap. 5: *Et cognito per Ecelinum, quod, quantum in numero personarum, Guarnimentum Ecclesiæ suo Guarnimento comparari non poterat, etc.* [Utitur rursus lib. 1. cap. 4. et 14. lib. 6. cap. 6. lib. 8. cap. 1. ut et Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad annum 1288. Ogerius Paris lib. 4. eorumd. Annal. ad ann. 1204. et 1206. Auctor Chronici Parmensis ad annum 1295. etc.] Adde Hist. Cortusior. lib. 1. cap. 5. 20. 23. lib. 5. cap. 6. etc. *Garnissement*, apud Littletonem sect. 111. Vide Pergaminum in *Guernire*.

† GUERNIMENTUM. Chron. Parmense ann. 1305. apud Murator. tom. 9. col. 854: *Item eodem tempore de mense Augusti... quum diceretur Parmæ, quod domini de Rubeis faciebant Guernimenta Segalaræ, dominus Ghibertus de Corrigha Defensor prædictus misit illic quemdam suum famulum nomine Zenardum, ad sciendum si erat verum de dictis Guernimentis.*

1. GARNISIO, Commeatus, instructus, annona, vinum, arma, et quidquid ad muniendam urbem necessarium est. Vincentius Belvacens. lib. 32. cap. 98: *De victualibus autem Garnisionis, licet multa per ignem deperierint... multa tamen remanserunt ex eis.* Charta Philippi Pulcri anni 1304. apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Fr. cap. 28. [et Miræum tom. 2. pag. 882.] *Item quod ad opus Garnisionum nostrarum bona eorum... eis in vitis non rapiantur.* Nangius in Chronic. ann. 1296: *Fugati de prælio omnem Garnisionem, quam ducebant cum bellico apparatu, totaliter amisertunt.* Vide eundem ann. 1249. et in Philippo III. ann. 1274. [Litteræ Johannis I. Regis Franc. ann. 1352. apud Lauriere tom. 2. Ordinat. pag. 541: *Pro bladis, aliisque granis, vinitis, animalibus, lignis, aut aliis munitionibus, sive Garnisionibus suis quibuscumque, quas et quæ pro victu et necessariis earundem, ipsis in servicio nostro existentibus, in domibus et hospitibus, per terram, sive aquam devehi et deferri faciunt, seu adduci, ad pedagium... minime teneantur.* Vide Litteras ann. 1351. tom. 3. earumd. Ordinat. pag. 443. etc.] Chronicon Fland. cap. 39: *Et fait prendre toutes les Garnisons, qui en la ville estoient, et les fait mener au chastel.* Occurrit passim ibi, et apud Froissartem, Monstrelletum, et alios. *Garison* eadem notione dixit le Roman de Garin:

Jusqu'à la nef ne se sont arrestés,  
La Garison en ont à mont porté,  
Le peïn descuit, et char salée assés.

[\* Reg. episc. Nivern. ann. 287: *Garnisio lorcularium.* Necrol. Bitur. Ms.: *Item tota Garnisio Belliloci vendetur quantum vendi potest, de quibus quilibet habebit sex denarios Paris.* *Garnison*, eodem intellectu, in Lit. ann. 1360. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 495. art. 21. et *Guarnison*, in aliis ann. 1371. ibid. pag. 462.] Hinc *Garnisiones* dicta ipsa præsidia militaria in castris, quomodo vocem hanc hodie usurpamus. Nangius in Vita S. Ludovici ann. 1265: *Æstimantes... Garnisionem munitionis egressam pro foribus exercitum invasisse.* [Instrum. ann. 1430. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 64: *Magna quantitate victualium, artilleriæ et tractus ibidem dimissa, quæ erat sufficiens ad custodiam dicti castris spatio duorum annorum et ultra cum triginta pugnatorum Garnisone.*]

Sed et sic appellatæ nostris apothecæ, seu loca, in quibus asservabatur et recondebatur quidquid ad domum regiam necessarium erat, verbi gratia vestes, vasa aurea et argentea, etc. Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Reg. ann. 1351. cap. *Des draps de laine: Des draps dessusdits l'en a delivré à chacun pour cote hardie et houce six aulnes et demie, etc. et le demeurant est demeuré es Garnisons de la taillerie, etc. Des Garnisons de l'argenterie et de l'inventoire G. de Monstrueil pour deux aulnes de drap d'or mattabas et 4. aulnes de veluax violet, c'est asavoir le drap d'or prins esdites Garnisons, et le veluax dudit inventoire, etc. Garnisons du Temple, ibidem.*

† GARNISIONES SERVIENTUM, Apparitores in domum debitoris, a Judicibus missi, qui ibi vivant, usque dum solvat debitum. Vide *Comestores*.

† GARNISO, Species armaturæ, f. eadem quæ Italis *Garzerino*, Loricæ, Gallis *Jaseran*. Statuta Massil. pag. 461: *De Garnisionibus in navibus portandis. Generaliter decernimus observandum quod omnes mercatores portantes in aliqua nave Massiliæ... valens duc. libr. vel amplius portent Garnisonem, et pro servituali suo ausbergotum, vel curellum.* Ibid. pag. 466: *Statuimus quod... unusquisque Judæorum (navigantium) habeat semper et portet secum unam Garnisonem ferræam in eundo et redeundo in viagio. Forte posset intelligi armatura perfecta, suis constans partibus omnibus, quæ totum garniat seu ornet hominem. Vide *Garniso*.*

† GARNISTURA, ut *Garnestura*, Quidquid ad munitionem castris vel oppidi necessarium est; item quivis ornatus cuius rei conveniens, Gall. *Garniture*. Litteræ anni 1403. apud Rymer. tom. 8. pag. 328: *Pro munitione et Garnistura... castris vestris, etc. De Garnistura miræ, in Inventario Ecclesiæ Noviom. an. 1419.*

\* 2. GARNISIO, Instructus, ornatusve cuius rei conveniens; unde *Garnitor* dicitur, qui illos accomodat. Arest. parlam. Paris. ann. 1308. in Reg. Olim fol. 106. vº: *Cum forbissatores ensium villæ Parisiensis curiæ nostræ conquesti fuissent, dicentes quod... Garnitores forellorum ensium opera, ... ad officium dictorum forbissatorum... pertinentia, ... exercebant... Per arrestum nostræ curiæ dictum fuit, quod ipsi Garnitores mercaturas suas bonas ensium et forellorum ac Garnisionum earumdem... poterunt asportare vel mittere Parisius. Hinc*

\* *Garnison*, pro Panno vesti assuto, vulgo *Doublure*. Inventar. ann. 1316. in

Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 84. rº: *Item cinq tessus de soie, sanz Garnison.* Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Charthoph. reg. ch. 323: *La moitié d'une Garnison d'une piece de robe, garnie de toile.* Sed et pro re qualibet, quomodo *Chose* usurpamus, occurrit in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 117. ch. 188: *Iceulli Hugues print un sac, où il avoit plusieurs Garnisons, desquelles ledit suppliant ne scet, ne ne sceut onques la quantité, ne queles elles estoient.*

\* GARNITURA, Eadem notione. Inventar. Ms. bonor. Joan. de Madalhano ann. 1450: *Item unam payrolam cupri parvi valoris sine Garnitura, continentem unam crugam aque.* Vide *Garnimentum* in *Garnire*.

WARNITUS, seu *Garnitus*, Instructus, *Garni* etiamnum nostris, *Warni*, Picardis. Capitularia Caroli C. tit. 26. § 6: *Unusquisque infra patriam cum pace et sine oppressione pauperum... et in hostem, vel ad placitum, sive ad curtem veniens, de suo sit Warnitus, et de domo sua moveat, ut cum pace venire... possit.* Adde tit. seq. pag. 248. Eadem Cap. tit. 45. § 25: *Nobis in adiutorium, prout citius potuerint, veniant, et ad hoc omnes semper Warniti sint.*

\* 2. GARNIRE, Instituire, educare. Testam. Raym. Trencavel. ann. 1154. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 551: *Et relinquo ei meum filium pro Garnire, et pro facere militem.*

\* GARNIZO, Præsidium militare, Gall. *Garnison*. Inquisit. ann. 1210. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 49. col. 2: *Et Garnizones quas intus invenirent, armarent se et socios suos.* Vide *Garnisio* in *Garnire*.

\* GAROFFOLLUM, Caryophyllum, ut *Gariofilum*. Stat. Astæ ubi de Intrat. portar.: *Folia Garoffollorum ponantur et solvant pro quolibet rubo, et si aliter fuerit plus vel minus pro rata, lib. xxv.* Vide *Garyofolum*.

\* GAROPHANUM, Pari significatu, ab Italico *Garofano*. Stat. Genuæ lib. 4. cap. 12. pag. 80. rº: *Dum tamen pecuniam inventam in dictis bonis implicare non possint, nisi in mercibus infrascriptis, auro, argento, ... Garophanis, nucibus muscatis, etc.*

† GAROSSA, Species vicinæ, Gall. *Jarrousse*. Computus Vienn. ann. 1318: *Computat de recepta annonæ, bladi, orde, avenæ, fabarum, pisorum, Garossarum, militii, vini, amigdalorum, olivarum, etc.* Vide *Jarrossia*.

GARPE, vox Italica, Morbus equinus, in juncturis crurium circa pedes, ex Petro de Crescentiis lib. 9. cap. 44. ubi vetus ejus Gallicus Interpres habet *Grappes*, quomodo mulomedici etiam vocant.

† GARPIRE, ut infra *Guerpire*, Possessionem rei allicuius dimittere. Chartarium Ecclesiæ Auxitanæ cap. 64: *Vendit sine aliqua retentione Deo et B. Mariæ... totam terram supradictam, et Garpivit præbendam.* Occurrit etiam apud Miræum tom. 1. pag. 370. col. 1. et 2.

† GARRÆ, Miracula S. Amalbergæ, tom. 3. SS. Julii pag. 108: *Dum leveverunt eum de curru, ponentes super Garras atrii, statim auxilio B. Amalbergæ resumpsit ibidem omnium membrorum sanitatem.* An scamna, an repositaria, inquit Editores eruditi: crediderim esse repagula, et *Garras* dictas fuisse pro *Barras*. Non una hæc esset B. in G. mutatio. Vide *Barræ*.

\* GARRAFOSSUS, Fossa, canal, rivus. Stat. Placent. lib. 4. fol. 38. vº: *Ita quod*



*ipsæ stratæ non devastentur vel impediuntur, et etiam facere aptari omnes malos sapollos et Garrafossos, et inglarari; quod fiat de aptandis sapolis et Garrafossos expensis illorum, seu per illos, qui utuntur ipsis stratæ a quatuordecim miliaribus infra versus civitatem. Vide mox Garraneriis.*

\* **GARRALIUM**, Novalis ager. Charta Massil. ann. 1436: *Dedit 12. Foisateras terre, quorum pars erit in Garraliis. Vide Garachium et Garratum.*

\* **GARRANDARE**, Tueri, præstare, Gall. *Garantir*. Charta Joannæ comit. Fland. ann. 1241. in Suppl. ad Miræum pag. 108. col. 2: *Qui (domini terræ) præfatam domum sæpeditis begginis debebunt Garrandare. Vide supra Garantizare.*

† **GARRANDIA**, Cautio, tuitio, Gallis *Garantie. Præstare Garrandiam*, in Charta anni 1244. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 133. Vide *Garandia*.

† **GARRANDIRE**, Tueri, protegere, Gallis *Garantir, Defendre*. Leges Balduini Flandriæ Comitæ ann. 1200. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 767: *Si homo fugitivus, qui hominem interfecerit.... nulla villa libera, nullusque dominus, vel homo, illum tueri vel Garrandire potest.*

\* **GARRANERIUS**, ut supra *Garrafossus*. Charta ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 435: *Cum duo malefactorum... commissis certa crimina, ... videlicet inter quoddam femorarium et unum Garranerium in itinere publico, etc. Infra pro Garranerium, habetur rium.*

**GARRAPATA**, vox Hispanica, Genus pediculatorum, qui canes et cætos mordere solent. Acta S. Prudentii Episcopi Garayensis, apud Bivarium: *Illico facta benedictione, cecidit super sceleratos Garayenses quoddam genus pediculatorum, qui apud Hispanos Garrapate nuncupantur. Aliud sonat apud Italos, quibus est uncus, harpago. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Italic. verbo *Garetto*.*

† **GARRATUM**, ut *Garrallum*, Novalis ager. Recognitio anni 1207. facta Abbati S. Tiberii apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 406: *Tamen si in tempore solutionis in condamina, quam habeo in ipso vestro termino, quæ conjungitur ab altano cum via, quæ movet a villa S. Tiberii et ducit ad gapum (f. campum) de Majano, fuerit factum Garratum sasonatum vel bladum seminatum hæc omnia in pace et sine inquietudine inde trahatis. Vide *Garachium*.*

\* **GARRATUS**, Lapis, silex, cæmentum, Gall. *Moellon, caillou*. Comput. ann. 1363. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 261. col. 1: *Solvit magistro Guiltermo de Remohnis pro una libra pulveris ad opus Garratorum extrahendorum, vij. grossos.*

\* **GARREARE**, pro *Guerreare*, Bellum inferre, facere. Charta Guid. de Castell. ann. 1224. in Chartul. Campan. fol. 193. v. col. 1: *Præterea si comes Campaniæ vellet Garreare aliquem hominum meorum, qui sunt de feodo suo, etc. Vide infra in *Guerra*.*

† **GARRENS**, Gall. *Garant*. Vide *Garrens*.

\* **GARRERIA**, Herbæ species, f. *Carectum*. Stat. Vercel. lib. 4. pag. 85. v. col. 1: *Item quod aliquis testor non debeat hære telas, mantilia, vel toalias cum gladio, Garrera, seu re aliqua super telario.*

**GARRICÆ**, **GARRICIÆ**, etc. Terræ incultæ, Gall. *Garriges, Garicæ, Garricæ*, in Usaticis Barcinonensibus, in Testam. Guifredi Comitæ Ceritan. tom. 6. Spicil. pag. 433. 434. in Charta Sanctii Reg.

Arag. ann. 1093. apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 93. in aliis apud Ruffium in Histor. Comitum Provinc. pag. 54. Mabilonium tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti pag. 89. etc. *Garriciæ*, in Chartis ann. 1066. et 1073. apud Joffridum in Nicia pag. 162. et in Chronologia Lirinensi tom. 1. pag. 365.

† **GARACIÆ**, Eadem notione, in Chartulario Ecclesiæ Aptensis fol. 92. ubi etiam habetur *Garicæ, et Garriciæ*.

**GARRIGÆ**, in Chronol. Episc. Lodovens. pag. 224. 228. et apud Gariellum in Episcopis Magalonensib. pag. 196. Vide Galland de Franco alodio pag. 132. *Garrigiæ*, in Charta ann. 1289. apud eundem Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 263. Petrus Roboriensis Poeta Provincialis apud Joann. Nostradamum cap. 56:

Paut m'an valgat mos precs, ny mos prezics,  
Ni jauzimen d'ausel, ni flour d'eglay,  
Ni lou placer que Dieu transmet en may,  
Quand on vey verds lous prats, ni lous Garrics.

\* Ager pascuus, ut supra *Garricus*. Charta ann. 1144. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 507: *Ego Bernardus Atonis, vicecomes Nemausi, dono et in perpetuum concedo ad patium populo Nemausensi omnes Garrigas, quæ sunt infra terminos, quos modo dicam. Garric Petro Roboriensi seu de Ruere, cujus laudati a Cangio versus v. *Garricæ*, ita legi debent, auctore ill. Pr. de Mazaugues:*

Pauc m'an valgut mos precs, ni mos prezics,  
Ni jauzimen d'ausel, ni flour de glay, etc.

Vide in *Garricæ*.

✠ Oritur hæc vox ab Occitano *Garric*, Ilex: unde Occitanis *Garrigues*, ut et Provincialibus *Garriguo*, Agri sunt virgultis obsiti, præsertim ilicibus minoribus, quas vocant *coccigeras, cocciglandiferas et aculeatas*, hæcque propria notio est vocis *Garricæ*, quæ pluribus in Chartis ab agris nude incultis distinguitur: unam alteramve in exemplum profero. Charta ann. 845. Marcæ Hispan. col. 781: *Vindo illas villas... cum pratis et pascuis, silvis, Garricis... cultum et incultum*. Alia ann. 879. col. 809: *Iddegernus Presbyter dimisit ad Abraham clericum fratrem suum terras cultas et incultas, silvis et Garricis*. Multo plures prætereo ne longior sim in re manifesta. Si lubet, vide Probat. Histor. Tutel. pag. 329. 360. Chartam ann. 638. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 20. col. 2. etc. Cum autem hujusmodi loca, ubi crescunt ilices, fere spargantur thymo, amaraco aliisque similibus herbis seu plantis virentibus, hinc eorum viriditas non male pratis comparatur a P. Roboriensi in versibus mox laudatis. Vide de *Caseneuve*, et Menagium in suis Origin. Gall. ac præsertim *Garidelum* in suo Tractatu de plantis in Aquis territorio nascentibus pag. 248.

\* **GARRICUS**, Ager incultus et pascuus. Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 166: *Ascendit dicta comba usque ad Garricum signatum, ... et sicut dictus Garricus vadit apud Garricum, qui est ante domum Bernardi Laura. Vide mox *Garrigua*.*

\* **GARRIFICARE**. Vide infra *Guerragare* in *Guerra*.

† **GARRIDOR**, Auctor, qui cavet de evictione, Gallice *Garent*. Charta ann. 1125. apud Stephanot. tom. 1. Antiq. Vascon. MSS. pag. 767: *De isto dono debemus esse Garridor et authorgador. Vide *Garens*.*

\* **GARRIGERIUS**, Qui messibus servandis invigilat. Vide mox in *Garrigua*.

\* **GARRIGUA**, Ager suis frugibus vestitus: nam agro inculto *tala* seu damnum inferri nequaquam potest. Charta pro consul. de Genest. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 264: *Quando contingit in dicta Garrigua talas aliquas fieri per aliquem seu aliquos, hujusmodi talas extimandi et extimare faciendi per juratos Garrigerios, etc.* Cui interpretationi omnino favet Joinvilla in S. Ludovico minus apte laudatus a Cangio ad v. *Carretum 2: L'un des admiraux d'un Souldan estoit venu fauciller et dégaster les blez d'un Karet estant illeques près*. Hinc, ager etiam spoliatus, et in quo stipulæ tamen remanent, *Garet* dicitur, in Lit. remiss. ann. 1470. ex Reg. 196. ch. 280: *Ainsi que les supplians faisoient pasturer leurs beufs arans en une estouble ou Garet. Unde Temps de Garez vel Garoez, appellatur anni tempestas, qua fruges demetuntur in agris*. Charta ann. 1350. in Reg. 80. ch. 17: *Chacun qui a charvue doit trois corvées, une ou temps de Garez, une ou temps de semailles, et l'autre ou Mars*. Alia ann. 1385. ex Reg. 128. ch. 51: *Est tenu faire certains services, appellés courvées, par trois foiz l'an, ... à la saison de fromens, ... à la saison de Mars, et autant à la saison de Garoez*. Neque aliunde repetenda mensis Augusti appellatio, in Charta Guil. comit. Hannon. ex Cod. reg. 10196. 2. 2. fol. 36. v. col. 1: *Donné l'an de grace M. CCC. XXIII. ou mois de Geskerech. Flandris, Geschied, eadem notione. Vide supra *Garactum*.*

† **GARRIRE**, *Inconditum et horrendum clamorem edere, more Turcarum jamjam prælium commissurorum, ad terrendum hostem*. Barthii Glossarium ex Anonymi Hist. Palæst.: *Tunc videntes Comitem et Boamundum venientes et conductentes illam gentem, mox cæperunt stridere et Garrire ac clamare vehementissimo clamore... Alii qui remanserunt viri, jam non amplius audebant clamare vel Garrire*. In Actis S. Francæ Abb. tom. 3. April. pag. 397. *Clamare est præ nimio dolore: Comprehenderunt eam dolores immensi: quibus angustiata clamare cœpit et Garrire tam fortiter, ut mirarentur præsentés.*

† **GARRITUS**, *Clamor bellicus*, in Glossario Barthii ex Guiberti Historia Palæstina.

\* **GARRITUS**, Cautio assertus, Gall. *Garenti*. Chron. Porojul. in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 35. col. 1: *Dominus comes factus fuit capitaneus per quinque annos, et omnes reditus patriarchatus et Garritum debebat habere: ita quod patriarcha nihil habebat agere, nisi accipere a domino comite tria millia marcarum in determinatis tacis. Vide supra *Garrandare*.*

\* **GARROBIS**, ut *Garossa*, Species vicæ, Gall. *Jarrouse*. Charta ann. 1407. in Reg. feud. comit. Pictav. fol. 246. r. ex Cam. Comput. Paris.: *Item habeo (ego Johannes Babaudi) cogrerium seu largier in bladis quæ seminantur terris superius contentis et declaratis, scilicet de bailhargia, de Garrobe, de vesse, de piso bruno, etc. Idem forte est, aut pisi genus, Warpois, in Consuet. feriar. Trecent. ex Cod. reg. 8312. 5. fol. 148 r.: *Li sas de pois et de Warpois, iij. den. Vide infra *Jarrousa*.**

† **GARROFA**, Siliqua edulis. Gall. *Carrouge*, Hispan. *Garova*. Concil. Tarrac. ann. 1591: *Nec de frugibus duntaxat, frumento, hordeo, avena, spelta, milio, Indico tritico Mahiz dicto... ac virgultorum fructibus solvi præcipimus (decimas)*

ut de pyris, pomis, prunis, ficis, cannis mellis... siliquis sive Garroffis, castaneis, etc.

† **GARROLIUM**, GARULLIUM, f. Repagulum, Gallice *Barriere*. Computus anni 1202. apud D. Brussel ad calcem tomi 2. de Feudorum usu pag. CCIX: *Magister Ricardus pro opere Paciati IIII. l. Pro Garriolo Vernoni reficiendo IIII. l. et VIII. sol. Ibid. pag. CXLVIII: Pro veteri Garullio reficiendo et pro licuis LII. solid.* Si veram notionem divinando prænottavi, vox effingi potuit a *Vara*, unde *Varolium*, dein *Garolium*, *Garrolium*. *Vara* autem Isidoro in Glossis, ut jam dictum est in *Garra*, sunt *Perlicæ duæ inter se colligatæ, quæ asserem sustinent.* An inde dictum nostrum *Verrouil*, Obex, quod a *Veruculus* non satis certo dedit Menagius? [\* Vide *Jarolium* et *Legariol.*]

\* **GARROSCA**, Ager incultus et pascuus, ut videtur. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 52: *Dictum nemus, situm in parochia de Ytraco, confrontatum a parte superiori cum Garroscis, vocatis de l'Escarrals... et a parte inferiori cum Garroscis de la Brossa... et cum Garroscis mansi de la Veraha.* Vide supra *Garriga*.

\* **GARROSSERIA**, Ascia, securis, Gall. *Coigné, hache*. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 19: *De quadam securi vel Garrosseria ferrea, cum qua scindebat ligna, etc.*

\* **GARROTEUS**, pro *Garterianus*, Gall. *de la Jaretiere*. Ordinis militiæ *Garroteæ*, apud Rymer. tom. 12. pag. 760. Ordo militaris apud Anglos celebris. Vide *Garterium*.

**GARROTUS**, Spiculum arcus balistarii, Gall. *Garrot*. Continuarum Nangii ann. 1356: *Munientes turres balistis, Garrotis, canonibus, et machinis, etc.* [Computus Castellani de Grasiwod. ann. 1348. Regest. Probus fol. viii. XIX: *Et pro hic Garrotis emfethonatis et empenmatis folio cupri, etc.* *Garrotum* inter et *Quadrelum* seu *Carellum* aliquid fulsisse discriminis patet ex his verbis proxime præcedentibus: Pro IV. *carrellis tam de uno pede quam de duobus garnittis fethonibus et empenmatis, et pro II. Garrotis, etc.* *Guillelmus Guiart* ann. 1304:

Sus le pont et en la breteche  
Quarrius traient ou cliqueter:  
Et font l'espringale gïeter,  
Le Garros, qui lors de la ist,  
Les plus viguerous esbaist.

Infra:

Et font jeter leurs espringales  
Li Garrot empenné d'airain.

Vide plura ex eodem Poeta ad vocem *Quadrelli*; ex quibus conjicio *Garrotos* esse Spingardarum tela, quibus pennæ aeræ aptabantur utpote grandioribus, *Carrellis* vero pennæ plumatiles tantum.]

\* Est et nostris *Fustis* species, Hispan. *Garrote*. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 517: *Le suppliant trouva d'avanture ung Garrot ou levier, à quoy on levait le branle du moulin.* Aliæ ann. 1473. in Reg. 197. ch. 381: *Icellui Herisson print ung Garrot ou gros baston, etc.*

**GARRULARE**, [Garrire, blaterare, clamare, Gall. *Causer, crier, caqueter.*] Regula Templariorum cap. 47: *Præcipimus omni fratri professo, ne in bosco cum arcu et balista juculari audeat, nec cum cane sit ausus clamare vel Garrulare, etc.* [Vita S. Nicetii Episc. Lugdun. tom. 1. April. pag. 97: *Sanitati redditus nun-*

quam ausus est ea verba... Garrulare. Vita S. Guthlaci tom. 2. April. pag. 44: *Hirundines duæ... cantulosis vocibus Garrulantes.* Statuta MSS. S. Audomari: *Nullus præsumat per chorum discurrere, seu alta voce Garrulare.]*

† **GARRULATRIX**, Mulier loquax, in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 320.

† **GARRULATUS HIRUNDINUM**, ut *Garritus*, in Actis SS. Aprilis tom. 3. pag. 991.

† **GARRULITAS** BRITANNICA, Idioma Britannicum, apud Mabillonium tom. 3. Annal. Benedict. ex Monacho Floriacensi.

\* **GARRULUS**, *Verbosus, nugator, ingeniosus, argutus, lætus, blandus vel nimiosus.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

**GARSA**. Statuta Ordin. Præmonstratensis Dist. 1. cap. 19. ubi de minutione: *Qui vero de ventosis et Garsis minui voluerint, ante cænam minuuntur, cum matura custodia sibi deputata.* Vox confecta ex *Caracter*. Glossar. MSS. Reg. Cod. 1701: *Carazare, Garser.* Est igitur *Garsa*, idem, quod *scarificatio*, quam Medici *ἐγγράστιν* appellant, cutis scilicet et subjectæ carnis per scalpellum dissectio multis foraminibus. Differt autem *ἀπὸ φλεβοτομίας*, quod hæc uno vulnere venam aperiat, illa multis vulneribus cutem carnemque dividat. Ita *Gorræus*, ubi plura de scarificatione, de cujus utilitate legendus *Galenus* lib. *Περὶ ἐγγράστιως καὶ κατασχασμοῦ*. Alias *Jarsa* dicitur in libro Ordinis S. Victoris. Locum vide in hac voce.

† **GARSAGUINI**. Sic a Siculis appellati sunt Catalani interfecti in quadam expeditione, de qua Chronicon Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 52.

\* **GARSALLUM**, Gall. *Garsoil*. Guttur, ut opinor. *Potare ad Garsallum* vel ad *Garsoil*, est immoderatus seu usque ad satietatem bibere. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 434: *Rogerus canonicus erat violentus et frequenter immoderate potabat: ipsi vero inhibuimus ne amplius potaret ad Garsallum.* Ibid. fol. 11. vº: *Presbyter de Kibuef frequentat tabernas et potat ad Garsoil.* Vide *Gargocil*.

**GARSIO**, **GARSIA**. Vide *Garcio*.

\* **GARSO**, Famulus, minister. Testam. Ms. ann. 1316: *Ego Sibilla de Tritis, domina dicti loci, legamus cuilibet Garsoni et solmenlerio et pedisceco, quicumque sint et quaticumque nomine nuncupentur, qui in nostro servicio tempore nostri obitus fuerint, ultra mercedem xv. solidos.* Vide in *Garcio*.

† **GARTERIUM**, Cruris ligula, periscelis, Gall. *Jaretiere*, ab Anglo *Garter*. Notissimus Ordo est *Equitum de Garterio* apud Anglos ab Edwardo III. anno 1350. institutus. *Collegium militare de Garterio*, in Litteris anni 1419. apud Rymerum tom. 9. pag. 711. *Milites de Fraternitate Garteriorum*, in Litteris anni 1416. pag. 335. *Milites de la Garter*, in Litteris anni 1410. tom. 8. pag. 657. V. Acta SS. April. t. 3. p. 159. etc.

† **GARTHINGI**. Vide *Garathingi*.

† **GARTHULA**, f. pro *Chartula*. Rotharis Leges [\* 223.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 35. col. 2: *Si quis ancillam suam propriam matrimoniare voluerit ad uxorem, debeat eam thingare, et sic liberam, quod est Widerbora, et legitimare facere per Garthulam, id est, quod intelligatur libera et legitima uxor.* Codex Ambros. habet *Garethinx*. Vide *Garthinx*.

† **GARTIA**. Vide *Garsia* in *Garcio*.

\* **GARTIO**, in Comput. Ms. ann. 1239: *Decano Turonensi pro sex Gartionibus*

*comitis Bononiæ reparandis, xvij. lib. Turon. Leg. f. Garnisionibus.* Vide *Garnisio* 1.

† **GARTIO HOSPITI**, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 226. Gall. *Garçon de l'Hôtel*. Vide *Garcio*.

\* **GARTUS**. *Guillelmus Grunniesbi armiger et Gartus regis asinorum* recensetur inter commissarios Anglicos pro treuga ineunda ann. 1462. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 1470. Sed suspectam habeo lectionem.

\* **GARVARIA**, Vestis seu tunicæ species. Constit. Jac. I. reg. Aragon. ann. 1234. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1430: *Et in mantellis similiter et cotis sive Garvariis.* Ubi legendum puto *Garnactis*. Vide *Garnachia* 1.

\* **GARUCA**, Ager incultus et pascuus. Charta ann. 1051. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Raymundus episcopus dat S. Victori et ecclesiæ de Saleta unum mansum, cum omnibus... pratis, Garucis, aratis et planis.* Vide supra *Garriga*.

† **GARULLIUM**. Vide *Garrolium*.

\* 1. **GARUM**, *Li squame de pesci*. Glossar. Lat. Ital. Ms. Latinis vero condimenti genus sonat, cujus mentio fit in Dipl. Chilp. II. ann. 716. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 694: *Garomodios triginta, etc.* Idem fortasse quod sequens

\* 2. **GARUM**, Potionis species. Præcepta S. Pachom. tom. 3. Mail pag. 346. col. 2: *Sed neque Garum, neque vinum bibant.* [\* Vide H. Stephani Thesaur. Ling. Gr. Edit. Didot. tom. 2. col. 527. voce Γάρου, in fine.]

**GARWYTE**. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 283: *Et sint quieti... de sirra, de hundredo, de Danegeldis, de blodwite et Garwite, de ferdwite, etc.* Videtur idem quod *Wardwite*. Vide in hac voce.

† **GARYOFOLUM**, pro *Garyophillum*, Gall. *Girofle*, Ital. *Garofano*. Utitur *Rolandinus Patavinus* lib. 1. de factis in Marchia Tarvisina cap. 13. apud Murator. tom. 8. col. 181.

† **GARYOPHIUM**, Eadem notione, in Notitia Ecclesiæ Diniensis per Gassenendum pag. 83.

\* **GARZA**, Vox italica, Panni species bombycini tenuis ac crispæ texturæ. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 273: *Statuimus quod nullus debeat extrahere de civitate Bon. et districtu Garças, lanam, telas, etc.* [Fr.]

† **GARZABOLA**, Species navis, in Chronico Danduli, apud Murator. tom. 12. col. 515. Vide *Ganzarola*.

\* **GARZARE**, Pannos carminare, tondere. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 148. ex Cod. reg. 4620: *De pannis non conducendis extra civitatem Mantuæ pro Garzando.* *Omnes panni, qui fiunt in dicta civitate, comitatu et districtu Mantuæ, Garzari debeant ad Garzariam communis Mantuæ.* Vide *Garzaria* et *Garzator*.

**GARZARIA**, in Statutis Patavinis tit. 30. § 67. Locus, ubi panni poliantur. De vocis etymo vide Orig. Italic. Octavii Ferrarii.

**GARZATOR**, Panni tonsor, carminator, in Statut. Veron. lib. 2. cap. 187. a *Carduis*, etc.

\* **GARZATURA**, Tomentum, Gall. *Bouïrre*. Stat. crimin. Ripæ. cap. 225. fol. 29. vº: *Nulla persona audeat... in ipsis pannis ponere... Garzaturam, vel carmaturam.* Convent. Saonæ ann. 1526: *Burra et Garzatura pro bastis, etc.*

† **GARZIO**. Vide *Garcio*.

**GAS**, *Hastas*. Papias.

† **GASA**, pro *Casa*, Tugurium, ædificium rusticum. Acta foundationis Muren-

sis Monasterii apud Eccardum de Origine familiæ Habsburgo-Austriacæ col. 231: *Prædium autem ipsum devastatum fuit... ita ut nec Gasam nec vitis nec alijus incolatus solatium in eo inveniremus, nisi solam terram.*

\* **GASACHIO**, Adversarius, cum quo quis litigat, a Saxonico sac, causa, lis, dissensio; unde sacan, dissentire et gesaca, adversarius, gesacen, accusator. Etiam Germanis *Saack*, est causa, lis, res, negotium. Inde *Gesaecker*, cui mecum lis est communis. [\*\* Conf. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 855.] Glossæ interlineares Cod. Th.: *Gasachio, causator*. Lex Salica tit. 52. § 2: *Rogo te julex, ut hominem illum denominatum, Gasachionem meum de debito tali denominato secundum Legem Salicam mihi inde eum astringas*. Adde tit. 53. § 1.

\* **GASALIA**, vox Occitanorum, qua significatur contractus, vel pactum de tenendo animalia ad medietatem, ut vocant, apud quos, *Bailla en Gasailho* est *bailler le betail à moitié*: *Gazalha, Metaier, Laboureur*. Regestum Tolosanum Camerae Comput. Paris. ann. 1247. fol. 48: *Vel etiam pro aliquibus mandamentis, vel convenientiis, vel Gazaliis, vel depositis, etc.* Consuetudines Tolosæ 4. part. Rubr. de homagiis art. 2: *Hominis, qui habent dominos, possunt bona sua mobilia vendere et alienare, et tenere Gasalias, et recipere nomine Gasaliæ animalia, quæ prius habebant propria, et etiam sine consensu dominorum suorum. Est titulus in Consuetud. Solensi, de Gasalhe et mixæ godanherie de bestiars, qui est vicesimus. In Consuetud. S. Severi tit. 3. art. 13: Les habitans de chacune Jurisdiction peuvent tenir et prendre betail estrange, en compagnie partiaire, vulgairement appelez Gazaille, pourveu qu'elle soit vraye, et non feinte.*

\* **GASALHA, GAZALHA**, Idem. Charta ann. 1304. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 353: *Homines de sancto Porquerio possint ibi tenere et habere depascendo animalia sua propria... dum tamen per modum Gasalhe, vel alias, in dicta foresta fraudem non committant*. Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus quandam Gasalham quinque capitum animaliam bovinorum... et hoc mediante publico Gasalhiæ instrumento, per me notarium, supra et infra scriptum sumpto*. Ibidem: *Item plus unum par boum in Gazalham in manibus et posse Petri de Porceto*. Neque aliud mihi videtur *Guarsache* in Ch. ann. 1300. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 130. r. col. 1: *La value et la quantité du chastiau de Rochefort dessusdit et de la forest du Mareis, des garannes, des terres, des prez... des complans, des gardes, des recces, des Guarsaches, des rivages, des cens, etc.* Vide *Socida*.

\* **GUASALHA**, Eadem notione. Charta ann. 1464. in Reg. 4. Armor. gener. pag. vij. *Dedit et legavit omnes et singulas Guasalhas, quas ipse de Ruppe habebat*. Pluries ibi. Hinc

\* **GAZALHANUS**, Qui tenet in *Gazalhia*. Inventar. ann. 1476. jam laudat.: *Qui quidem de Rivali Gazalhanus debebat eisdem pupillis dictam solidatam dicti bovis, de duobus annis ultimata presentis. Item plus in manibus et posse dicti de Rivali Gazalhani, quindecim capita caprarum*.

\* **GASANHAGIUM**, ut supra *Gaagneria*, Prædium rusticum, Gall. *Métairie*, a veteri Occitanico *Gasanmar, Gagner*, ut legitur inter voces Occit. ab Anonymo circa med. sæc. xiv. explicatas tom. 3. Hist. Occit. Charta ann. 1360. in Reg.

198. Chartoph. reg. ch. 287: *Item xiiij. lib. ix. sol. Turon. censuales in termino comitatus Narbonensis ad Gasanhagium den Catal, in dominio dicti vicecomitis*. Vide supra *Gainare*.

\* **GASARNIA**, Idem quod *Gisarma*, quomodo etiam forte legendum est, Gesum, spiculum. Charta ann. 1312: *Guillelmus de Stapo bajulus civitatis Albix... cum multitudine hominum armatorum, equitum et peditum, portantium arma discoperta, videlicet lanceas et balistas, cadrellos, scuta, Gasarnias*. Infra: *Cum armis discopertis, videlicet lanceis, ballistis, cadrellis, scutis, Gasarniis, etc.* Vide *Gazarnia*.

\* **GASCARIA**, Ager proscissus, necdum satus. Gloss. Lat. Gall.: *Novale, Gaschiere*. Tabularium Eccles. Ambian.: *Unusquisque equus, qui laborat in terra ejusdem villari, id est, in Gascariis, et in Martio*. [Idem Tabular.: *Corveam etiam debent episcopo carruce tam Veteris villæ quam Novæ tribus diebus in Gascariis, exceptis carrucis prædictorum hospitum*.] Charta Philippi Episc. Bellovac. ann. 1193. in Tabulario Frigidii Montis pag. 218: *Si autem ipse Odo aliquo alio modo poterit interim terram illam redimere, licebit ei, ita tamen, ut eam redimat, salvis cattallis Ecclesiæ, id est blado vel Gascaria*. Willelmus Guairt in S. Ludovico:

Maint en gist mort par les Gaschieres.

[Descriptio bonorum Domini de Eska ex Archivio de S. Audomari: *Eam (terram) debeant... Ghaskerer, binner et sermer, id est, arare, aratrare et serere*.]

\* **GASCHA**, Charta ann. 1322. apud V. Cl. Dionysium Salvaingum Boissium lib. de Usu feudor. cap. 32: *Eundem Gulielmum Regis, ejus hæredes et successores, et bona manumisit, francum hominem, liberum, quitum, et immunem ab onere tollæ, talliæ, manuperæ, carucatæ, complaintæ specialis vel generalis, Gaschæ, clausuræ castri, banni minuti, taschiæ, vinteni, etc.* Ubi forte *gascha* est agri proscissio, quam nostri *Gaschere* dicunt, ita ut servi glebæ hisce oneribus agrum proscindendi obnoxii fuerint.

† **GASCHERIA**, ut *Gascaria*. Tabularium S. Cornelli Compend.: *In Gascheriis similiter debent corveiam, et debent habere panem et vinum*. [\*\* Libert. Donnimed. ann. 1246. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 693. art. 41: *Quilibet juratus qui carrucam habet, debet tres corveas per annum; scilicet ad avenas, unam; ad Gascherias, secundam*. Vide supra *Gacherare*.]

\* **GASCONIENSES**, Vascones, *Gascons*. Scacar. S. Mich. ann. 1277. ex Cod. reg. 4653. A: *De Gasconiensibus, qui dicebant se esse in saisina transeundi vina, quæ in ipsorum propriis vineis creverant, absque modulatione, etc.* Equi Vascones olim in pretio, ut discimus ex Poem. Alex. Ms. part. 1:

Son escu est à or à un vermeil lion,  
Et son cheval ferrant, qui vaut tous les Gascon.

Chron. Ms. Bertr. Guesclini:

Moitié furent à pié, et li autre ont Gascon.

Infra:

Qui devant sa bataille venoit sur un Gascon.

† **GASENDIUS**, ut mox *Gasindus*, apud Mabillonium tom. 2. Annal. Benedict. pag. 155.

† **GASIDIUM**. Vide *Gasindium* in *Gasindus*.

\* **GASINDUS**, Qui ex familia alicujus est vel domo, familiaris, famulus honora-

tior: *cujusmodi sunt, qui in Lege Longobard. Principi deservire dicuntur, lib. 1. tit. 9. § 2f. [\*\* Luitpr. 62. (6, 9.)]: De Gasindiis vero nostris volumus, ut quicumque ex minimis occisus fuerit, in tali ordine pro eo, quod nobis deservire videtur; etc.* Papias: *Gasindius, honor sub judice*. Glossæ vett.: *Gasindio Regis, serviente, vel camerario*. Bignonio ex MSS. *Gasindi* dicuntur *Ministres de intus casa*. Spelmannus a Saxonico hinc de famulus, et *Casa Gallico, Casa, domus, etymon accersit*. Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 8. a *Gæstis*, conductitiis militibus, de quibus Polybius lib. 2. vocem confectam putat, atque, etiamnum hodie Wallos Britannicos *Guessin* famulos conductitios appellare, et Germanos omnem familiam, seu omne conductitiorum corpus, *das Gesinde*. Freherus ad Constitut. Adolphi Imp. de Insulis Rheni observat, etiamnum Germanos *Gesinde*, et *Hofgesinde* vocare aulicos, curiales, palatinos: ut *Hausgesinde*, familiam, servitium domesticum. [\*\* Vide Graff. Thesaur. Linguae Franc. tom. 6. col. 233. radice *Sind*, Iter.] Denique Wendelinus ait, Papiæ *Gasindios* dici *coheredes*, a Theutonico *sin*, et *gesind*, congregatio, cœtus, *huysgesind*, congregatio domestica, seu familia. Marculfus lib. 1. Form. 23: *Omnis causæ suæ, (res) suorumque amicorum, aut Gasindorum*. Form. 24: *Cum omnibus rebus vel hominibus, aut Gasindis vel amicis, etc.* Form. 32: *Ut dum prædicti viri illi, vel reliqui pares aut Gasindi, etc.* Denique lib. 2. formulæ 36. titulus sic concipitur: *Si aliquis servo suo Gasindo aliquid concedere voluerit. Et mox: Ego in Dei nomine illo, fidei nostro illi. Pro respectu fidei et servitutis, quam circa nos impendere non desistis, etc.* [Præceptum Childeberti 1. Regis Franc. ann. 536. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 5: *Et ipsum Monasterium una cum omnibus rebus vel hominibus suis, Gasindis, amicis, susceptis, vel qui per ipsum Monasterium sperare videntur, etc.*] Adrianus PP. Ep. ad Carolum M. in Cod. Carolino: *Quatenus pro hoc sæpius ammonuimus per Guntfridum et alios Gasindis vestris epistolas dirigentes, etc. Gasindi suscepti, in Charta Chlodovei 1. Regis, si genuina est, apud Roverium in Reomao pag. 30. Vide novam collectionem Formular. Stephani Baluzii formul. 38.*

\* **GASINDIUM**, Familia, seu potius *Familiaritas*, de qua voce supra. Lex Longob. lib. 1. tit. 18. § 2. [\*\* Rach. 6.] *Violentiam quidem si sustinuerit aliquis a judice suo, aut ab alio homine, et judex neglexerit judicare, aut forsitan attenderit ad Gasindium, aut ad parentes, aut ad amicum suum, etc.* Id est, si illius rationem habuerit, *cujus Gasindus est*. Similia habentur in lib. 2. tit. 52. § 14. [\*\* Pippin. 8.] Eodem lib. tit. 14. § 17. [\*\* Roth. 228.] *Si aliquid in Gasindio [Codex Esten. apud Murator.: Gasidio] Ducis aut privatorum hominum obsequio donum vel munus adquisierit: unde colligitur, Gasindium fuisse proprium Magnatum ac Procerum, ut obsequium, cæterorum. Atque ex his percipitur, quid velit Papias: Gasindius, honor sub judice, i. Comite, *cujus Gasindius erat familiaris vel domesticus*. De *Gasindio Regis*, agitur lib. 2. tit. 52. § 1. [\*\* Rach. 7.] Charta Desiderii et Adelchisi Regum Longobard. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 8: *Occisit inibidem Manipert Gasindum gloriosæ Ansæ excellentissimæ Reginæ, etc.* Apud Marculfum et alios,*

*Gasindi*, amici, fideles, homines dominorum indignantur. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 318. num. 28.]

**GASIONGABER**, interpretatur consilia viri. Papias [ab Hebræo גַּבְרֵי יוֹזֵבֵן, quod idem significat.]

\* **GASPACHOS**, Hispanis, *Gaspacho*, ut ex Sobrino annotant dicti Hagiographi, vocatur Jusculum sive pulmentarium ex oleo, aceto, sale, pane tosto, aliisque rebus confectum. Vita S. Rosæ tom. 5. Aug. pag. 914. col. 1: *Præcipue tamen sextis feriis, velut ex acetosa spongia cum Christo in cruce pransura, ex eodem felle et panis crustula sibi componebat electuarium, mordaci aceto et copiosis lachrymis stillatim superfusus; suo idiomate Gaspachos appellabat hoc genus embammatis, quia frigidum sumebatur.*

† **GASPALÉUM**, f. Purgamentum frumenti post ventilationem. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 12: *Abbas et Monachi tertiam partem decimæ supradictæ ad Presbyterum pertinentem recen-ter deserti (deferri) facient apud Becherel. Vide Guapandum.*

\* **GASPALIUM**, Charta ann. 1221. ex Lib. albo episc. Carnot.: *Da porcis episcopi dicimus, quod semper possunt ire per curiam granchæ, absque dampno Gas-palii et pillonii, quæ sunt majoris. Vide Gasपालium et infra Vaspale.*

† **GASPILIO**, Eadem notione, f. a Gallico *Gaspiller*, Dissipare quod maxime de prodigo dicitur bona sua dilapidante et abliguriente. Diploma Philippi Regis Franc. ann. 1221: *Anselmus de Botter-viller quittat Abbati Floriacensi redemam, spilones, Gaspiiones, terratas, etc. Vide Guaspaleum.*

\* **GASQUERIA**, Terra novalis seu requieta, ut supra *Gascheria*. Charta Joan. episc. Noviom. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 538: *Quarum peciarum una existens ad præsens in Gasque-ria, continet quatuor modiatas. Ghies-quièrre, in Reg. S. Petri Insul. Vide Warectum.*

\* **GASSA**, An pro Italico *Gazza*, Pica? Funus Joan. Galeaz ann. 1402. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 1035: *Alia duo (scuta) cum divisa imperatoris, videlicet uno capitergo cum una Gassa. Vide infra Gaca.*

\* **GASSACHIO**, in Leg. Salica tit. 53. § 2. edit. Eccardi, pro *Gasachio*. Vide in hac voce.

\* **GASSARINA**, Securis, Gall. *Hache*. Lit. remiss. ann. 1336. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 320: *Raymundus de Puthéo... expugnavit hospitium Jordani Pictavini et portas ejusdem clausas cum magnis pigassis et Gassarinis fregit. Vide supra Garrosseria.*

\* **GASTADOMUS**, unica voce, nostris *Gastemaison*, Domus diruta, Gall. *Masure*. Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 198: *Le suppliant par temptation de l'ennemi prist ledit sac et le porta tout seul en une Gastemaison on mesure. Aliæ ann. 1411. in Reg. 165. ch. 403: Icelles bestes furent logiées en une Gastemaison estant en la ville de Caours.*

**GASTALDUS**, CASTALDUS, GASTALDIO, GASTALDIUS, GASTALDEUS. Sic appellabant Longobardi locorum, prædiorum, ac villarum præfectos, rerum dominicarum actores, procuratores, administratores, villicos. Ugutio: *Gastalduus, rector loci*. Petrus Crescentius lib. 1. de Agricult. cap. 7: *Custos, qui vulgo Castaldio nominatur*. Spelmanus a Saxo-nico gast deducit, id est, hospes, et haldian, custodire, quasi *Custos hos-*

*pitum*: vel a *gast*, et *aldius*, i. famulus, quasi hospitum famulus, vel qui hospitum curam gerit, curator hospitii. Amerbachius a German. *Gast*, hospitium, et *Halden*, tenere: [Sed perperam, ut videtur Eccardo in suis notis ad additiones Legis Salicæ pag. 193. Nihil enim, inquit, negotii cum hospitibus habuit Gastaldus. Deinde subjicit: Vera tamen nominis significatio et ratio apud nos restat in verbo *Stellen* et *Gestellen*, pro quo nunc usitatius *Bestellen*, Constituere, præponere. Inde enim veteri more *Gastalter* et Latina terminatione *Gastaldus* est Constitutus, præpositus alicui nemp rei a domino. Hæc ad verbum Vir doctissimus.] Alias originationes suggerit Oct. Ferrarius. [\* Vide Grimm. Gramm. Germ. t. 2. pag. 527. Sed forte composita vox est ex *Chasto*, Arca, granarium, et *Walto*, Regens. Vide eund. Grimm. ibid. pag. 333. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 813. tom. 4. col. 590. Haltaus. Glos-sar. Germ. col. 1067. vocibus *Kastalter* et *Kastvogt*.]

*Gastaldorum* munus et officium varium fuisse et diversum pro temporum et Principum ratione, docent Scriptores. Nam apud Longobardos, qui officio isti nomen indiderunt, *Gastaldi*, primo dicti videntur, qui quasi custodes, actores, sive procuratores prædiis aut villis regis imponebantur, velut œconomi aut villici. Lex Longob. lib. 1. tit. 34. § 1. [\* Luitpr. 59. (6, 6).]: *Si quis Gastaldus aut actor Regis Curtem Regis habens ad gubernandam*. Leo IV. PP. de Cura Pastoralis: *Nullus Presbyter sub potestate Laicorum Minister aut Gastaldio fiat*. Eadem Lex Longob. lib. 2. tit. 17. § 1. [\* Rothar. 373.]: *Si Gastaldus aut quislibet actor Regis, post susceptas et commissas sibi ad gubernandum curtes aut casas Regis, etc.* Et § seq. [\* Lother. 1. 73.]: *Gastaldiis nostris curtes nostras providentibus*. Petrus Crescentius lib. 1. de Agricultura cap. 7: *Poterit commode in isto loco morari custos, qui vulgo Gastaldio nominatur*. Habuere etiam olim Ecclesiæ suos *Gastaldos*, cap. 8. Salvator § 2. causa 1. quæst. 3. qui Scriptoribus, Œconomi, Advocati et Vicedomini passim appellantur. Bre-viloq.: *Gastaldus est major Dominus, qui habet curam exteriorem rerum Episcopi*. [\* Rudolphus comes de Habispurhc et Cataldu (sic) Morbacensis monasterii, in Chart. ann. 1199. apud Hergott. Geneal. Habsb. tom. 2. pag. 205.] Boherius *Castaldos* id muneris egisse vult, quod *Thesaurarii* et *Generales* in Francia.

Sed præsertim ita appellatos constat regionum et urbium Præfectos. Hinc *Gastaldus Tuscanensis*, apud Anastasium in Vitis PP. pag. 76. *Gastaldus Beneventanus*, *Capuanus*, apud Leonem Ostiensem lib. 1. cap. 21. 36. *Castaldius*, seu *Castaldius civitatis*, in Chartis Alemannicis Goldasti, num. 90. [\* Scilicet civitatis *Clusa* hodie *Chiusa*, ad Athesim, in finibus Longobardorum. Chart. ann. 716. apud Brunetti Cod. Dipl. Tusc. tom. 1. pag. 435. in subscript.: *Ego Eldeper in civitate Gastaldus, etc.* scil. *Pistorii*.] [*Gastallus civitatis* in Vita S. Thomæ Abb. Farfensis, sæc. 3. Bened. dict. part. 1. pag. 287. Hæcque notione *Gastaldus* nunc dictus accipiendus est, ubi *Ducibus* et *Comitibus* adjungitur, ut in seqq. Chartis. Epistola Gregorii II. PP. qua commendat S. Bonifacium Mart. in Actis SS. Bened. sæc. 2. pag. 38: *Gregorius Episcopus servus servorum Dei, universis... Coëpiscopis, religiosis*

*Presbyteris, seu Diaconibus, gloriosis Ducibus, magnificis Castaldis, Comitibus etiam, vel cunctis Christianis Deum timentibus*. Aistulfus Rex Longobard. in Diplomate ann. 753. pro S. Anselmo Abb. Nonantul. in Actis SS. Bened. sæc. 4. part. 1. pag. 9: *Nullus Comes, sive Gastaldus, seu quilibet nobilis vel ignobilis cum canibus aut quocumque ingenio vexationes exercere præsumat, etc.* Infra: *Nullus... Episcopus, aut Comes, aut Gastaldus, vel reipublicæ proximior, in quilibet prædicta invasionem facere audeat, etc.* Pag. 10: *Dux, Comes, Gastaldus, vel Actionarius noster, aut quispiam magnus parvusque Gasindius, contra hoc nostrum firmitatis præceptum audeat ire quando-cumque*. Diploma Conradi II. Imper. ann. 1027. apud Illust. Fontaninum in Append. ad Antiquit. Hortæ pag. 388: *Præcipientes ergo jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Episcopus, Comes, Vicecomes, vel aliquis noster Missus discurrens, Sculdassius, Gastaldus, nullaque imperii magna parvaque persona, etc.* Similia prorsus habentur ibid. pag. 393. in Diplomate Henrici III. Imp. Privilegium Benedicti VIII. PP. in Appendice ad Dissert. de Comitatu Comacini pag. 7: *Nulli unquam Pontificum, vel Archiepiscoporum, sive Episcoporum, aut Marchionum vel Ducum, sive Comitum aut Castaldionum, etc.*

Muneri adjugebatur jurisdictio. *Gastaldorum* enim præcipue officium erat, subjectis populis jura reddere judiciis-que præesse: idque patet ex Constitutione Pipini Regis [\* cap. 8.] in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. § 14: *Ut de universalis populo, qui ubicumque justitiam quæsierint, suspiciat tam a Comitibus suis, quam etiam a Gastaldis*. Non tamen absque iuvius sive plurium Jurisperitorum consilio hanc exercebant: unde idem quod *Baillivi* apud nos obliisse officium videntur. Exstant porro non pauca *Gastaldorum* jurisdictionis exempla in Lege Longobardorum.

Eorum tamen jurisdictio in plebem solummodo, et viliora capita porrigebatur, non vero in nobiles, aut vassos dominicos, qui *Ducibus* aut supremis Provinciarum Præfectis subjecti duntaxat erant. Atque inde forte *Gastaldiones*, *Tribunos plebis*, interpretatur Albertinus Mussatus lib. 2. de Gestis Henrici VII. Imp. pag. 9: *Magistratus cum Tribunis plebis, quos Gastaldiones appellant.*

Hunc in locum sic Pignorius apud Murator. tom. 10. col. 351. Apud nos, inquit, remansit hæc appellatio, præfecturam urbanam et rusticam designans: urbana est in collegiis et *fratriis*, quas *Frataleas* appellamus, quarum Præfecti etiam nunc *Guardiani* et *Gastaldi* appellantur; rustica villæ custodum est. Regimina Paduæ apud eundem Murator. tom. 8. col. 385: *Per Potestatem Paduæ cuilibet Castaldioni fratraliæ fuit consignatum vexillum fratraliæ ad eum pertinentis.*

Intererant placitis cum Comitibus et aliis iudicibus. Chronicon Farfensis Monast. cap. 52: *Et iudicatum exinde factum est per jussionem Theodorici Ducis, per manum Degarini Gastaldi et Referendarii. Et mox: Degarus Gastaldus dixit: Ego interfui, et ad partem palatii causa victa est, et ipse iudicatum manibus meis scripsi*. Tabularium Casauriense 1. part. cap. 93. ann. 983: *Notitia iudicati. Residentes nos Ato Comes, una cum Alberto et Rozone iudicibus, una cum Joanne et Sifredo Castaldiis in placito, etc.* Vide Camillum Peregrinum de Du-

catu Beneventano pag. 81. [Quod inferiori etiam aetate usitatum legimus in Correct. statut. Cadubrii cap. 10 : *In Sylva et Pischulo sit et esse debeat, et ibi habitare unus Gastaldio, qui sit civis Cadubrii ; cuius officium duret ad beneplacitum et voluntatem consilii Cadubrii, qui habeat potestatem jus reddendi in civilibus inter homines dictionum locorum.*]

Si bellum esset, subditos in exercitum conducebant : nam et horum quoque munus militare fuisse, docet Lex Longob. lib. 1. tit. 14. § 3. [Roth. 23.] : *Si Gastaldius exercitalem suum contra rationem molestaverit Duax eum solatiet, quousque veritatem suam inveniet. Et Anastasius in Gregorio II. pag. 68. tradens, Longobardos paene trecentos cum eorum Gastaldione interfectos a Neapolitano Duce in Cumani Castris recuperatione. Vide Erchempertum in Hist. Longob. num. 15. et 63.*

*Gastaldorum officium, licet feudi nomine donetur a Feudistis, non erat perpetuum, sed ad tempus, cum in praesens tantum constitueretur Gastaldus, non ut perpetuo munere fungeretur. Itaque Paulus Diaconus lib. 5. Histor. Longob. cap. 11. cum scribit, jussu Grimoaldi Longobardorum Regis in Italia certas possessiones datas Alzeconi Duci Bulgarorum, ita tamen ut non Duax, sed Gastaldus vocaretur ; hoc significat, inquit Cujacius, jure Gastaldiae datas, non perpetuo proprioque feudi jure. [Vide Feud. lib. 1. tit. 2.]*

Habuerunt etiam Avares, seu Hungari, suos Gastaldos, ut auctor est Theophanes pag. 296. qui eos primariis viris accenset : *Ὅτι Χαράνος τῶν Ἀδάρων, καὶ οἱ ἐπέκεινα Πήγες, ἔταρχοι τῆ καὶ Καστάδοι, καὶ οἱ ἐβογδάτοι.* Sed et Angli. Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 773 : *Episcopus, aliique Regis satellites, et Gastaldi Angliam spoliabant.* Et lib. 12. pag. 876 : *Dolentes, quod tanta rabies Gastaldorum super incolas grassaretur.* Denique Franci ipsi, ut ex Charta Herimanni Episcopi colligitur, apud Meurissium pag. 879 : *Idem advocatus per se, seu per civitatis Castaldos provideat, ne quid tempori praenominato detrahatur.* [Charta fundationis Abbatii S. Mariae apud Santonas inter Instrum. tom. 2. novae Gall. Christ. col. 481 : *Ut plane nulla humana potestas Regis, Ducum, Comitum, Vicecomitum, Galstadiorum (Gastaldionum) Scarionum, Archiepiscoporum, Episcoporum, audeat, pertinet aliquid de rebus et facultatibus auferre Monasterio B. Mariae, quod ego Gaufridus Comes et Agnes Comitissa de propriis sumptibus construximus.*] [Neque infrequens haec dignitas apud Bavaros. Vide Grimm. Ant. Jur. Germ. pag. 754.]

*GASTALDATUM, GASTALDATUS, Gastaldi jurisdictionis, territorium complexens plura oppida ac castella Gastaldi imperio subjecta. Capitulare Radelchisi Principis Beneventani ann. 851. cap. 1 : Concedo tibi... pacem de integra parte Principatus Beneventanae Provinciae, quae tibi nominatim venit per singularia integra Gastaldata seu Ministeria, quae hic descripta sint. Cap. 9 : In parte vestra... sint ista Gastaldata et loca integra cum omnibus habitatoribus suis.* Erchempertus cap. 69 : *Quando Atenulfus Gastaldatus regendi jura adeptus est.* [Chron. S. Benedicti apud Pertz. Scriptor. tom. 3. pag. 202 : *Atenulfus ex Capuano Gastaldato jam comes ; ubi pro Gastaldo accepisse Chron. auctor videtur.*] Chronicon Farfensis Monast. ann. 890 : *In Castaldatu Reatino.* [An. 890. apud

Murator. tom. 2. part. 2. col. 410 : *In Castaldatu Adrianensi... in Castaldatu Reatino et in Castaldatu Amiterino.* Ann. 1067. col. 578 : *In Castaldatu Pontano.*]

† *GASTALDIATICUM, Eadem, arbitrator, notione. Charta anni 965. apud Murator. tom. 2. pag. 421 : Ad alia coeret ei de una parte praedicto Episcopo, da alia parte terra quae pertinet de Gastaldiatico, da tertia parte percurrit Gambina, etc.*

*GASTALDICUM, Idem quod Castaldatus. Bulla Benedicti PP. apud Ughellum tom. 1. pag. 138 : Item concedimus vobis... totum Castaldatum Portuensem. Et mox : Vel de jam dicto Castaldico abstulerint, etc. Occurrit ibi non semel.*

*GASTALDATICUM, in Charta Lotharii Imper. in Chronico Farfensi pag. 664. videtur esse tributum, quod Castaldis pensitabatur : Sine omni datico, Castaldatico, escatico, herbatico, etc.*

*GASTALDIANI, Gastaldiatius incolae. Charta Ludovici Imp. ann. 875 : Ipsum castellum, una cum omnibus Gastaldianis ibi commorantibus. Apud Ughellum tom. 8. pag. 64.*

\* *GASTALDIÆ CENSUS, Tributum, quod Gastaldis pensitabatur. Item de et pro censu Gastaldiae, in Charta ann. 1400. inter Statuta Perusiae pag. 23.*

\* *GASTARE, Praedari, exilare, Gall. Piller, alias Gaster. Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 167 : Entrerent par force d'armes en la terre le roy Loys de France, et la commencierent à Gaster. Mandat. Phil. VI. ann. 1337. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 98. col. 2 : Certum mandamentum... de capiendis omnibus Lombardis usurariis et eorum bona, pro eo quia ipsi infringerunt ordinationes regias in casu usurarum, et devorasse et Gastasse communem populum nostri regni. Facere talham vel Gast, est Damnum inferre, in Charta ann. 1291. ex Tabul. archiep. Auxit. Gaster vero rursus nostris alla notione, scilicet pro Dépenser, consommer. Expendere, absumere. Lit. ann. 1355. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 686. art. 8 : En cas que les deniers, qui seront levez de ladite aide, ne pourroient touz estre, ne ne seroient Gastez au besoing dessusdit. Avant que ses garnisons soient Gastées, in Lit. ann. 1387. tom. 4. earumd. Ordinat. pag. 476. Hinc Gastement, pro Expensum, jactura, in Vita J. C. Ms. ubi de Maria unguento perfundente pedes Salvatoris :*

Four gas souffert tel Gastement  
De ce précieux oignement.

Unde *Agaster*, pro Aetatem consumere, consensescere, in Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 4 : *La demoura et Agasta le remanant de sa vie en une dignité que li empereours li ot donnée.* Ubi Eginhard. ad ann. 774. habet : *Ibique in patritiatu ordine atque honore consenuit.* Vide *Vastum* 1.

\* *Gasteboise, vox ad rem monetariam pertinens, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 288 : Comme icellui Gravelle faisoit févir le suppliant d'un martel sur la matere, nommée Gasteboise, il s'aperceut que la monnoye n'estoit pas bonne.*

† *GASTELLARIUS, pro Castellarius, Castellanus. Aimoinus lib. 5. de Gestis Franc. cap. 46 : Tempore Roberti Regis Atho filius cujusdam Castellarii de castro Ramardo militari honore se fecit sublimari, ipse firmavit castrum Cortinaci.*

\* *GASTELLARIUS, Qui gastellos seu placentas facit, nostris Gastellier. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 81. Chartoph.*

reg. ch. 800 : *Jaquetus Taupin de Remis Gastellarius, etc.* Aliæ ann. 1357. in Reg. 89. ch. 388 : *Ex parte Johannis de Meso, Cathalani commorantis, pauperis Gastellarii, expositum fuit quod, etc.* Neque alio sensu intelligendus Aimoinus lib. 5. cap. 46. supra laudatus. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. ch. 195 : *Le suppliant pris des gasteaux d'une Gastelliere qui les vendoit. Gastellerie et Gastelliere, Præstatio, quæ a Gastellariis domino loci pensitatur pro facultate faciendi et vendendi gastellos. Charta admodiat. major. Castel. ad Sequanam ann. 1380. in Reg. 116. ch. 245 : Tout le droit des commendices, talemesleries, Gasteleries, messeries, etc. Terrear. ejusd. loci ex Cod. reg. 9898. 2 : Nulz ne peut faire en la ville de Chastillon gasteaux à vendre, ne vendre iceulz sans licence, c'est assavoir gasteaux sans levain ; et qui le fait, il est amendable de lxx. solz Tournois, et ladite Gastellerie peut bien valoir au seigneur chacun an xx. solz Tournois. Vide Gastellus.*

*GASTELLUS, [Placentæ genus, Gall. Gâteau. Consuetudines MSS. Monasterii Solemniac. : In Cena Domini... ad cenam vero dimidium Gastellum, et duo Gastelli sunt de uno pane parvo, et caritatem de vino. Menoti Sermones Quadrage. fol. 97. v. : Si mater emit parvum Gastellum pro puero, an dabit primo cani ? Non.] Vide Wastellus.*

\* *GASTER, [vel ut quidam legunt Gastrum,] Vas aeneum cum fundo angusto, in Gloss. Arabico-Lat. Dioscoridi γαστρα, Marcel. Empir. cap. 8 : Eamdemque (concham) supra Gastrum lotii virilis ex ea parte, qua melle illita est, superpone ad lotium versus. Gloss. Gr. Lat. ex Reg. Cod. 85 : Ἐγαστρον, genus vasis, capsula. Vide Glossar. med. Græc. in Γαστρα.*

\* *GASTERIARE, Gasterii seu messium et vinearum custodis officio fungi. Libert. villæ Castripont. in Arver. ann. 1318. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 534 : Quos Gasterium et custodem nos ad requestam dictionum consulum recipere debemus, et potestatem eis... concedere officium suum custodiendi et Gasteriandi. Vide Gasterius et mox*

\* *GASTERIUM, Gasterii salarium. Charta Henr. episc. Claromont. ann. 1392. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 169 : Item gasterius pro animalibus dampnum inferentibus, quando ea capiet in dampno, salarium sive Gasterium suum habebit solum. Vide Gasterius.*

*GASTERIUS, Qui vineas et messes servat, Messier, [Gastier, in Consuetud. Arvern. cap. 31. art. 69. et alibi.] Libertates Solemniaci in Arvern. ann. 1372. MS. : Volumus, quod Bajulus non teneatur recipere in Gasterium apud dictam villam, et infra fores parochiæ dictæ villæ, quandocumque Consules dictæ villæ ei præsentaverint, volentes nihilominus, quod dicta Communitas habere Gasterium teneatur, scilicet tempore messium et vindemiarum. Tabular. Brivatense fol. 197 : Gasterii vero seu bannerii in villa et territorio Brivatensi, etc. [Charta Bernardi de Turre ann. 1308. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 783 : Si inveniatur res vel equus, vel asinus in forefacto alterius, postquam gastum præconizatum fuerit, solvet quatuor denarios Gasterio, aries vel ovis unum denarium, hædus vel capra duos denarios. Ibid. pag. 784 : Volumus... quod dicti Consules... possunt eligere unum Gasterium ad custodiendum res eorum, præsentandum nobis, vel Bajulo nostro... S. Amantii, qui jurabit in manu nostra, vel Bajuli*



nostris, bene et fideliter custodire res et bona eorumdem. Et levabit gastum supra dictum, et de parto nihilominus tres denarios.]

**GASTIA.** Constantinus Afric. lib. 5. Pantechn. cap. 32. quod de naturis vestium inscribitur: *Lanea calefaciunt et explicant, et indurant membra. Gastia calefacit et tenerat, frigiditati renum est optima.*

† **GASTINA.** Depopulatio, vastitas, Gall. *Degast*; item Terra inculta, silvestris. Charta Valterii Tiez circa ann. 1190: *Concessi fratribus Ecclesie B. Mariæ Villari Gundonis... usus necessarios Gastinæ omnes, et mel et ceram et pasturam tam nemoris quam planæ terræ.* Charta Bernardi de Turre ann. 1236. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 510: *Item ballivus debet bannisare quæcumque fuerit bannisanda... sicut vindemias et Gastina bladorum et vinearum et aliarum rerum... Item si quis captus in Gastina, vel in banno, vel in aliis jurisdictionibus dominorum fuerit, vel alias condempnatus, pecunia quam exinde Ballivus habebit, etc. Item si quis captus fuerit in Gastina, debet primo satisfacere passo injuriam, et postea solvere pœnam appositam a Ballivo. Item si quis extraneus captus fuerit in Gastina, illa pœna quæ exinde habebitur, soli Domino S. Amantii est distribuenda.* Charta anni 1184. ex Archivo Monialium S. Salvatoris Massil.: *Rex Balduinus Militibus Templi... contulit Gastinas cum omnibus pertinentiis suis, quorum nomina sunt hæc, Bethapet, Mazor, etc.*

\* Non una est hujusce vocis notio in locis quæ hic allegantur; primo enim Agrum pascuum significat; in altero Agrum suis frugibus vestitum; dehinc pro Prædio rustico accipi videtur. Vide supra *Garrigua*. Pro terra inculta et silvestri, vide in *Vastum* 1. *Gastine* vero, pro solitudine et loco deserto, in Serm. 21. ex Cod. MS. S. Vict. Paris: *Si decipite li respondirent et si distrent: Qui porroit saoler ceste gent en ceste Gastine? Quæ verba sunt S. Marci cap. 8. v. 4: Et responderunt ei discipuli sui: Unde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?*

\* **GASTINEDUM.** *Corvatæ* seu operæ species, f. illa, qua subditi silvas et dumeta succidere, et in culturam redigere tenebantur. Charta Phil. Aug. ann. 1187. pro habitantibus villæ de Capella reginæ in pago Wastin. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 475: *Concessit itaque et constituit (genitor noster rex Ludovicus) ut omnes apud Capellam manentes, liberi sint et quieti ab omni consuetudine et Gastinedo, etc.*

† **GASTOLDUS.** Idem quod supra *Gastaldus*. *Gastoldo* Regis ingentia promiserunt dona, in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 336.

† **GASTRIMARGIA.** *Ventris voracitas, vel gulæ concupiscentia.* Papias: a Græco γαστρίμαργια, quod idem est. Occurrit in Anecd. Marten. tom. 3. col. 1667. et tom. 4. col. 1518. 1641. in Anecd. Pezianis tom. 1. part. 1. col. 412. et in Actis SS. Benedict. sæc. 6. part. 1. pag. 152. Vide *Gastrimargia*.

† **GASTRIMARGICUS.** Hæluo, gulosus. *Frugalem non Gastrimargicum*, in Charta anni 990. apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 155.

† **GASTRIMARGUS.** Eadem notione, a Græco γαστρίμαργος.

† **GASTROMAGIA.** pro *Gastrimargia*. Agnellus in Vita S. Reparati apud Murator. tom. 2. pag. 148. col. 2: *Non fuit*

*cupiditate plenus, tumidus, non elatus, non invidus, non Gastronomiæ amator, etc.*

† **GASTRUM.** Genus vasis. Vide *Gaster*.

† **GASTUM.** Vastatio, Gall. *Gast*, *De gast*; item Mulcta pro *Gasto* seu vastatione. Charta Roberti Delphini Comitis Claromontani ann. 1288. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 299: *Item in terris quas habet dictum Monasterium... ponemus nos Abbatissa et Conventus prædicti Gasterium; et Gastum poterimus statuere et levare. Faire ravage et Gast*, in Consuetud. Turon. art. 169. Alii loci sunt in *Gasterius*.

**GASTUM.** ut [*Vastum*, Ager incultus, *Terre en Gast*. Charta anni 1196. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 188: *Super Gasto quod ruperat W. Bernardi*. Infra: *De malo fossato præcipiunt quod esset patium et Gastum, ita quod defensum ibi nullum sit, excepto eo quod ibi ruptum vel excullum est.* Litteræ Caroli Regis Siciliae ann. 1270. ex Archivo ejusdem S. Vict.: *In molendinis, terris cultis et Gastis.* Occurrit alibi non semel, ut et *Gasta* terra.] Vide *Vastum*.

**GASTUS.** veteribus Francis, *Dominus*: ita auguratur Wendelinus, cujus conjecturæ hæc ratio est. Lex Salica in Prologo dicitur condita et dictata a quatuor Legislatores, *Wisogast, Bodogast, Salegast,* et *Windegast*, qui quidem Francorum rectores fuerunt in locis *Bodo-heim, sale-heim, Winde-heim*, a suis, ut apparet, sua singuli nomina sortiti: ut proin *Bodogast* obtinuerit locum *Bodo-heim, Salegast, Sale-heim, Windegast, Winde-heim.* Unde conficitur *Gastum* idem esse, quod dominus et toparcha. Henricus Meibomius in Nodis ad Witikindum, ait *Gast* vocabulum Germanicum, non ut hodie, hospitem, sed quemvis hominem ad omnia promptum et habilem significare: [a qua opinione non multum abest Schilterus, activam significationem tribuens voci *Gast*, qua indicatur curator et custos alicujus rei. Sic *Arbogast* dictus, inquit, quasi hæreditatis curator atque custos. Illi porro quatuor viri Francorum fuerunt quatuor pagorum sive provinciarum earumque mallorum Rectores atque Præsides, *Bodogast, Bodonum, i. e. Batavorum, Salegast, Saliorum Francorum Isalæ accolarum, Widogast, Widonum ad Widrum, et Wisogast, Visonum ad Visurgin.* Huc usque vir doctus, qui etiam consuli potest in Præfat. ad Legem Salicam.] *Camerarius* vero tom. 3. Horarum succisivarum cap. 68. *Gastos*, Germanico nomine a sapientia et scientia rerum, atque ingenii perspicentia dictos existimat. [Sic etiam Borellus in addit. ad *Thesaurum Gallicum*. Aliter omnino Eccardus, qui *Gast* vult esse compositum ex *Gau* vel, *Ga*, Pagus, provincia, et *Ist*, est; ac significare eum qui est ex provincia, sive provincialem aut provincie incolam. Magis arridet Schilteri sententia.] [\*\* Confer Graffii *Thesaur.* Ling. Franc. tom. 4. col. 268.] Vide *Vastus*.

1. **GATA.** [Navis vel Machina.] Vide *Gatus* 1.

2. **GATA.** Placenta, Gall. *Gâteau*. Charta anni 1195. Hist. Harcur. tom. 3. pag. 125: *Ad faciendum Gatas ad mandatum Cenæ.* Vide *Gastellus*.

3. **GATA.** Mensura frumentariæ species apud Anglos. Vide *Mina*.

† **GATGERIA.** Pignus, prædium aut aliud quodvis pignori datum. Charta Delphini Comitis Arvernorum ann. 1196.

apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 261: *Fructus supradictæ Gatgeriæ in sortem non computabimus, sed eos tibi mera libertate donamus.* Dispositio rei familiaris Cluniacensis facta a Petro Abb. Cluniac. apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 452: *Camerario... injunxi, ut trabucos et pedules fratribus provideret de trecentis solidis Gatgeriæ Humberti Ungri, quam nobis, dum Jerusalem tret, pro quatuor milibus solidorum, quos a nobis accepit, in vadimonio dedit. Illam Gatgeriam ego Decano de Lordono concessi tali modo, ut omnes fructus et redditus jam dictæ Gatgeriæ acciperet, et inde præfatos solidos ad ea, quæ supra nominata sunt, Camerario redderet.* Vide *Gagium* et *Gageria* in *Vadium*.

† **GATGIAMENTUM.** Stipendium, Gall. *Gages*. Charta ann. 1308. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 783: *Item servientes bajuli dicti castri vel domini non debent recipere pro Gatgiamento suo nisi tantum duos denarios.* Vide in *Vadium*.

† **GATGIARE EMENDAM.** Idem quod supra *Gagiare Emendam*, *Emendam* seu mulctam solvere, pro mulcta pignus dare. Charta ann. 1308. mox citata ibid. pag. 781: *Item nullus tenetur Gatgiare Emendam, nec pro re confessata vel iudicata per judicem vel per bajulum, nisi adeo esset factum notorium quod nulla posset tergiversatione celari.*

† **GATGIUM.** Pignus. Eadem Charta ibid.: *Item Quilibet potest vendere in dicto castro post octo dies Gatgium sibi impignoratum.* Vide *Vadium*.

† **GATGIUM.** Pœna, mulcta pecuniaria. Consuetudines MSS. Lemovic. fol. 14: *Ipsa die (S. Augustini) Præpositus debet recipere juncum qui debetur ex consuetudine ad parandum chorum et capitulum, et eos qui debent, si non solverint ipsa die, debet compellere ad solvendum sibi Gatgium.* Consuetud. Brageriaci art. 99: *Item si cotarius de dictis fructibus accipiat, sive sint de vineis sive de hortis, sive de die sive de nocte, eo quia tenetur eos custodire, ut supra dictum est, puniatur, et ultra hoc in Gatgio seraginta solidorum versus dictum dominum condemnetur.* Vide in *Vadium*.

† **GATGIURA.** Idem quod *Gatgiera*. Instrum. ann. 1310. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1429: *Terram Gavardani tradidit seu tradi fecit dicto Comiti Fuzi, eo modo quo eam tenebat pro summa pecuniæ predicta, vel parlem ipsus Gatgiuræ seu terræ.*

† **GATJARE.** Pignori capere, Gall. *Saisir.* Vide in *Pignorare*.

**GATHA.** [Præco.] Vide in *Wacta*.

\* **GATHIA.** Vigil, excubitor, speculator. Libert. Figiac. ann. 1318. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 662. art. 11: *Poterunt insuper dici consules (instituere) gardas, Gathias seu scubias pro tubicinando et clamando, tam de die quam de nocte.* Leg. *Gachias.* Vide *Gacha* et supra *Gachare*.

† **GATHINGI.** Vide *Garathingi*.

1. **GATTA.** Felis. Otto Morena in Hist. Rer. Laudensium pag. 23: *Januas suarum domorum claudentes, solis canibus ac Gattis ibi relictis.* Vide *Catta* 2.

2. **GATTA.** Machina bellica, Vinea vel pluteus: de quo plura in *Catus* 2. Chron. Pisanum apud Murator. tom. 6. col. 102: *Compositis autem ab ingeniosis Pisanorum artificibus, manganis, Gattis atque ligneis castellis, urbem fortiter expugnabant, et cum his machinis urbis moenia et mænium turres potentissime rumpebant.* Annal. Genuens. ejusdem



tom. col. 287: *Machinas scilicet et castella et Gattas ordinare præceperunt*. Memorantur iterum hujusmodi *Gattæ* seu machinæ in Continuatione Chronici Andree Danduli apud Murator. tom. 12. col. 401. 448. etc. Vide *Gatus* 1.

\* **GATTUS**, Uncus ferreus trifidus, nostris *Chat*. Hist. Franc. Sfortiæ ad ann. 1447. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 420: *Musculis quibusdam, quos vulgo Gattos appellant, clavos nostrarum navium apprehendissent, evellereque adniterentur, etc.* Vide aliis notionibus in *Gatus* 1. et 2.

1. **GATUS**, **GATTUS**, Navis species. Will. Tyrus lib. 12. cap. 22: *Erant sane in eadem classe quædam naves rostratæ, quas Gatos vocant, galeis majores, habentes singulæ remos centenos, quibus singulis duo erant remiges necessarii*. Quæ sic vertit Hugo Plagon ejus Interpres Gallicus MS.: *Et 28. autres vaisseaux qu'ils appelloient Chaz. Infra: En celle navire, si comme je vous ai dit, avoit nef, que l'on claime Chas, qui ont bec devant ainsi come gales, mais elle sont greigneurs, et chascune a deux gouvernaux et cent naageurs*. Cahz dicitur id navigii genus Alberto Aquisensi lib. 9. cap. 9: *Cum galeis 20. et carinis 13. quas vulgo appellant Cahs, occurrerunt*. [\* Vide Jal. Archæol. Naval. tom. 1. pag. 411.]

**GATTUS**, Monachus Florentin. de Expugn. Accon: *Gattos et arietes fieri jusseret*. Laurentius Veronensis de Bello Balearico:

*Gatti, Dromones, Carabi, celeresque Galeæ, Barcæ, Currabii, Lintres, grandesque Sagittæ, Et plures aliæ variantes nomina naves.*

Andreas Dandulus: *Appositis scalis et Gattis diris, et variis insultibus idem capitaneus impugnare non desinit*. Vide eundem ann. 1148. Rafanus de Caresinis ann. 1379: *Et combustis ejus Gattis, aliisque ædificiis, vigorose fugatur*.

¶ Iis in locis omnibus *Gatti* non sunt Naves, sed interdum Machinæ bellicæ, vineæ scilicet vel plutei, de quibus supra dictum in *Catus* 2. Hac posteriori notione, mea quidem sententia, vocem *Gattus* usurpant Monachus Florentin. Dandulus et Rafanus de Caresinis. Simili modo Annales Mutin. apud Murator. tom. 11. col. 68: *Combusserunt Gattum, qui erat versus Botaciam, et post paucos dies similiter combusserunt alium Gattum cum via cooporta, quæ erat versus Seravalle*. Dominicus de Gravina in Chronico apud eundem Murator. tom. 12. col. 644: *Fecitque fieri Palatinus ibidem multa ingenia lignea, pontes, scalas et Gattos, trabucosque erexit ante mœnia civitatis*. Hist. Cortusiorum eod. tom. col. 887: *Fiunt vineæ sive Gatti, pontes et scalæ, machinæ et alia artificia ad oppugnandum*. Annal. Cæsenates apud eundem Murator. tom. 14. col. 1156: *Ad expugnationem dictæ Rochæ, cum Gattis et castris lignaminum et aliis ædificiis, diebus pluribus laboravit*. Vide *Gatta* 2.

† **GATA**, Eadem notione. Usatici Barcinon. MSS. cap. 88: *Debellare cum ingeniis, quod rustici dicunt Fundibula, et Gosa et Gata*. Vide *Guatea*.

**GATA**, Navis. Chron. Anonymi Baren. ann. 1071: *Et comprehensa est chelandia, in qua erat Gozolino cum auro... et alium Gata Imperatoris demersit in mare*.

**CATTUS**, Anonymus Baren. ann. 1071: *Cattus, qui pergebat Durrachio... perit in pelago*. Albertus Aq. lib. 11. cap. 27: *In galeidis, in biremibus et triremibus, dictis vulgariter Cattis, turritis et*

*bello compositis*. Lib. 12. cap. 17: *Gentiliūm navis, quæ dicitur Cattus, ab eorum manibus defensa et elapsa est*. *Cattus* perperam pro *Cattus* habetur apud Fulcherium Carnotensem lib. 3. cap. 56: *Exceptis his, qui naves interim conservaverunt, quarum 22. triremes, vel Cautos nuncupant*.

**CATTA**, Willelmus Heda ann. 1428: *Immergitur ingens navis in flumine Hema ad impediendum introitus Trajectinorum, quam Cattam nominabant*.

Ab ejusmodi *Gatis*, orta vox apud nostros, *Geate*, seu ut Picardi efferunt, *Gate*, pro vase rotundo largiori ac minus profundo. Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis, ubi de Mandato pauperum: *Et debet Archiepiscopus facere distribui cuilibet Canonico præsentii, et custodi vestiarum unum linieum, Gallice Devantel, unam concham, Gallice Guate, unam ollam terræ, etc.*

2. **GATUS**, **GATTUS**, Felis, catus. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ anno 1247. fol. 34: *Quicumque Gatum furatus fuerit, et dominus Gati eum invenerit cum latrone, etc.* Infra *Murilegus* appellatur. [Libellus de remediis peccatorum ante anno 800. exaratus apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 47: *Qui comedit vel bibit intinctum a familiari bestia, id est, cane vel Gatto, et scit, c. Psalmos cantet*. Breviarium Histor. Pisanæ ad ann. 1174. apud Murator. tom. 6. col. 190: *Et ad tantam penuriam civitatem redegit, ut canes et Gattos et coria animalium mortuorum comederent*. Pro *Mure* sumitur, vel *Mus*, pro *Fele*, in Donatione anni 998. apud eundem Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 353: *Descendit de Mus comestus, id est, Gato manducato, et pervenit, etc.* Vetus Poeta MS. e Bibl. Coislin.:

Une grant Gate demanda,  
Sor une table la denta. ]

Vide *Gatta* 1.

† **GATTUS-MAYMO**, Simiæ species, Ital. *Gatto-Mamnone, Specie di simia che a la coda, Cercopithecus*, Gall. *Guenon*. Computus ann. 1333. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 278: *Item pro emendis duobus papagallis et uno Gatto-Maymone, unc. II. taren. vi. Occurrit aq. Muratorium tom. 15. col. 348.*

† **GAU**, Epoc. *Ensiculus*. Supplem. Antiquarii. Ausonius utitur pro *Gaudio*. [\* Vide Gloss. Græc. Lat.]

† **GAVAGIUM**, ut supra *Cavagium*. Censuum quem homines de corpore seu capite quotannis præstant Domino suo. Charta Regnerii Episc. Bethleemitani ann. 1228: *Hæc est elemosyna, quam Guillelmus Comes Nivern. dedit Ecclesiæ de Bethleem, apud quam corpus ipsius sepultum est; videlicet burgum qui vocatur Pantenorii, qui est juxta aquas Icaunæ juxta Clamiacum cum Gavagio territorii qui vocatur territorium de Cembos, et cum pertinentiis ejusdem Gavagii, et villam sitam sub Cerciaco quæ vocatur Dominus Dei cum Gavagiis et vineis*. Vide *Capitale* 5.

\* **GAVALDATUS**, Servitium militare cum equo, pro *Cavalcatu*. Vide supra in *Caballus*. Libert. bastidæ de Thornaco in Occit. ann. 1307. ex Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 54: *Item expressum exercitum et Gavaldatum, ut in aliis villis nostris illius terræ, retinemus*.

**GAVALUM**, [GAVALLUM, Censuum, idem, qui supra *Gablum*.] Appendix ad Vitam Lietberti Episcopi Cameracensis ex Cod. MS. Alexandri Petavii: *Dedit... cambam unam, et in bolengreia furnum unum, et*

*in foro Gavalum unum*. [Litteræ Philippi Flandrensis Comitis ann. 1189. inter Instr. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 3. et 4: *A majore Ecclesia B. Virginis et aliis conventualibus Ecclesiis, per earum villas in Comitatu Cameracensi recepinimus Gavallum, et tactis Sanctorum pignoriibus publice juravimus, quod in Ecclesiis dictis Deo servientes et res eorum, si deprimerentur injuste, pro nostro posse, contra quoscumque conservaremus; et hoc beneficium non ad alium, quam ad legitimum heredem Flandriæ transferremus... Hæc est autem colligendi Gavalli mensura et ordo. Carruca debet dare dimidium modium frumenti et dimidium avenæ; manu operator qui terram cultivam non habet, debet unum mencaldum frumenti et unum avenæ ad mensuram Cameracensem; Cameracique suum tenentur comportare Gavallum ad locum eis prædictum. Chartular. Aquicinctense fol. 40: *Nobis solvitur dimidius modius frumenti et avenæ de Gavallo*. Pluries occurrit ibid. et alibi.] Vide *Gabulum* in *Gablum*. [\* Vide infra *Gavena*.]*

† **GAVALLUS**, Eadem notione. Litteræ Guidonis Flandriæ Comitis ann. 1257. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1095: *Catellania de Cameraco et Gavallus de Cambresis sunt de pertinentiis Flandriæ*. **GAVANUS**, Tonsilla, glandula, Italis *Gavigne*. Miracula S. Thomæ Aquinat.: *Puella a nativitate gutturosa, quia tres Gavanos habuit*.

\* **GAVARHGIUM**, f. Ager cultus et satus, vel Prædium rusticum. Charta ann. 1297. apud Stephanot. in Antiq. Bened. Lemov. MSS. part. 1. pag. 518: *Guillelmus de Cheyro domicellus confessus fuit se tenere in homagium ligium ab abbatiissa (B. M. de Regula) albergangium suum de Cheyro... et omnia terragia, decimam, arrearagia, census quos habet in parrochia S. Martini de Corvo... et Gavarrhgium suum et vineas suas*. Vide supra *Gasanhagium*.

\* **GAVARIUS**, Nomen fluvii, Gabarus, vulgo le *Gave*. Charta Arn. Raim. vicecom. Avortæ ann. 1234. ex Tabul. Cagnot.: *Dedi decimam piscium nassæ d'Apremont, quæ ad me pertinet, de salmonibus et troitis, qui in Gavario capiuntur*.

**GAVARRETUS**, Officium in Aula Regum Siciliæ sub Normannis Principibus, penes quem non modo Cura et Custodia Palatii sub Castellano incumberebat, sed et illius erat eos, qui per diversos Palatii carceres tenebantur inclusi, frequenter inspicere, eorumque statum militum, asperiusve, prout ei visum erat, commutare, et prout vellet, custodes singulis designare carceribus. Ita Falcanus in Hist. de Sicil. calamitas pag. 659. 670. 695. Simile fuit in Aula CPolitana Magni Papæ officium, ut in Notis ad Cinnamum docuimus. Chronicon Richardi de S. Germano ann. 1232: *Magistri Justitiarum, Bajuli Imperiales, qui Cavarreti vocantur... amoveantur*. Ejusdem nominis habentur Vicecomites in Beneharnis, qui *Vicecomites de Gavaretto* dicuntur, de quibus Marca in Histor. Beneharn. lib. 5. cap. 28.

† **GAVASUS**, pro *Gavisus*, Potitus, in Instrumento anni 1316. apud Rymerum tom. 3. pag. 550.

**GAVATA**, Species vasis. Vide *Gabata*. \* **GAUCHATORIUM**, **GAUCHORIUM**, Molendinum fullonarum, quo panni poliuntur et dealbantur. *Galcheur*, in Charta ann. 1184. ex Chartul. eccl. Vienn. fol. 81. v. col. 2: *Liceat... batenoria et Galcheurs edificare sine dampno*

et detrimento Bernardi de Miribello. *Gauchoir* alibi in Dalphin. *Gau* in Bressia: a verbo *Gauchire*, vulgo *Gaucher*, pro *Fouler*, Pannos densare, desquamare. Pactum ann. 1315. inter Johan. dalph. et Petr. Barral.: *Concedentes... omnibus habitantibus... quod in ripperiis et rip-pagiis fluentibus per villam et vallem de Alavardo possint facere, construere, seu fieri vel construi facere molendinum vel molendina, batorium vel batoria, Gauchatorium vel Gauchatoria... in proprietatibus suis pro libito voluntatis. Charta Henr. Dalph. Met. episc. regent. Dalph. ann. 1322. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 105: Concedentes eidem Soffredo, quod ipse ac hæredes et successores ipsius, soli et in solidum possint molendina, batorioria, Gauchatoria, quæ aqua mediante operantur, in dicto loco et ejus mandamento... construere... Quod dicti Soffredus, hæredes ac successores ipsius... possint compellere omnes habitantes in dicto castro et ejus mandamento molere, bannire (l. baptire), *Gauchire* et trulliare ad molendina, *bauchoria* (l. *Gauchoria*), troillatoria prædicta. *Recogn. feud. ann. 1343: Item unum Gauchorium, unum batoriorium, etc. Charta ann. 1445: Duo molendina una cum domo, batoriorio, Gauchorio, et aliis ædificiis ibidem existentibus, etc.**

\* **GAUCHIRE.** Vide supra in *Gauchatorium*.

† **GAUCHO.** Instrum. anni 1269. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 195: *Item molendina sua, Gauchones, batitoria, prata, et totum territorium de Charuis, et prata de Veneries cum pertinentiis eorundem.* [\* Idem quod *Gauchatorium* supra. Vide in hac voce.]

\* **GAUCHORIUM.** Vide supra in *Gauchatorium*.

\* **GAUDA**, a Gallico *Gaude*, Luteola. Stat. ann. 1317. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 195. v: *Grana insuper, Gauda, gayda, garenica, etc.* Aliud pro pannif. Carcass. renovatum ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121: *Item quod nullus potest... tingere seu tingi facere aliquem pannum brunetæ... nisi cum pestello, rogta sive roia, et Gauda, et cum alumina, sive alum.* Vide infra *Gaudo*.

\* **GAUDATICUM.** Jus possessione acquisitum. Charta super negot. marchar. in regn. Franc. et Aragon. ann. 1406. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 323: *Si pirata... reperiatur cum præda, vel sine præda, in altero ditorum regnorum, quod statim facta notificatione per partem et requisitione, absque alia informatione, nullo suffragante eis Gaudatico, aut fide data, capiat. Vide Gaudentia.*

\* **GAUDENS**, Spontaneus. Charta ann. 1336. inter Probat. domus de Caban. pag. 66: *Geraldus et Petrus Delmonet, qui pro se et suis Gaudentes et scientes recognoverunt se debere annualiter, etc.*

† **GAUDENTER**, Læte, cum gaudio, apud Johann. Sarisber. Epist. 187. et alios inferioris ævi Scriptores non semel.

† **GAUDENTES FRATRES.** Vide *Fratres*.

† **GAUDENTIA**, Possessio, fruitio, usufructus, Gall. *Jouissance*. Litteræ ann. 1438. apud Rymer. tom. 10. pag. 705: *Hucusque dederunt et concesserunt, cum omnibus proficuis, emolumentis et Gaudentiis ejusdem.* Litteræ ann. 1525. apud eumd. tom. 14. pag. 84: *Et de dicti dotalitii, douarii sive donationis propter nuptias possessione et Gaudentia in futurum pacifica.* Chartularium Æduense ex Decreto Curie Paris. ann. 1446: *Ipsi Gaudentiam dictæ temporalitatis dicto*

*actori faciebant.* Ex Regesto Parlamenti ann. 1452. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 456: *Interim autem et donec alias fuerit ordinatum dicta Curia nostra per idem judicium dictarum rerum contentiosarum Gaudentiam absque processu et partium ante dictarum præjudicio... adjudicavit et adjudicat.* Vide Glossarium juris Gall. voce *Gaudence*, et mox *Gaudita*.

† **GAUDEOLUM**, Gemma, monile, aliæ res hujusmodi pretiosas, Gall. *Joyau*. Donatio ann. 1398. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 227: *Unum jocale sive Gaudeolum aureum pretiosum, in quo est clavus parvus seu pars clavi, de quo D. N. J. C. fuit crucifixus.*

† **GAUDERE**, Frui, potiri, Gall. *Jouir*, posseder. Litteræ ann. 1308. apud Rymer. tom. 3. pag. 70: *Mandatum est Vicecomiti Devon. quod Margaretam quæ fuit uxor Edmundi... uti et Gaudere permitat, in terris et tenementis, quæ eadem Margareta tenet in dotem.* Ex regesto Parlamenti ann. 1452: *Et eisdem (bonis) per ultimas annatas et expleta ultima pacifice et quiete usi et Gavisi fuerant.* Occurrit sæpius.

† **GAUDEYES**, [ut mox *Gaudia*.] Vide *Pre-cula*.

† **GAUDIA**, Rosariorum aliorumque hujusmodi piorum Instrumentorum globuli, quos percurrimus recitando *Ave Maria*. Unde et pro ipsa salutatione Angelica eadem vox videtur usurpata. Testament. domini *le Scrop* ann. 1415. apud Rymer. tom. 9. pag. 276: *Item lego avunculo meo unum par de Pater noster de auro cum Gaudiis de curallo... et unum par de Pater noster de curallo cum Gaudiis de ambre.* Synodus Valentin. ann. 1524. tom. 4. Collect. Conc. Hispan. pag. 710: *His accedit quod ad nimiam solitudinem jam redactis Ecclesiis parochialibus, sabbatho advesperascente ad profanas illas laicorum ædes concurrunt; ibique Salve Regina, Gaudia et aliæ prædicationes a cantoribus et citharistis decantantur quasi in sacris ædibus.*

\* **GAUDIA**, Sponsio, fidejussio. Charta apud Ughelli. tom. 1. Ital. sacr. edit. 1717. col. 590: *Ille audiens talem contentionem fecit nobis dare Gaudiam... ut usque in tertium diem haberemus inducias pensandi inter nos, ut si voluissimus proinde pugnari ad spatham, etc.* Vide infra *Gaudialis*.

\* **GAUDIALIS**, [Ad gaudium pertinens. Apud 8. Met. *Gaudiales* instruunt dapes. Adde 2. *ibid.* et 11.]

† **GAUDIARE**, Mulctam solvere, vel pro mulcta pignus dare. Historia MS. S. Cypr. Pictav. pag. 141: *Postea vero Presbyteri cum verecundia Gaudiaverunt, quod injuste rem fecerant, et illorum exitit fidejussor Lauro Abbas.* Vide *Gadiare* in *Vadium*.

† **GAUDIATA**, Codex MS. Abbatie S. Joannis de Vineis, laudatus a Grisiopag. 287: *Hodie Dominus Abbas debet vinum Gaudiatæ Canonici S. Gervasii.* Vox formata a *Gaudium*, idemque sonat quod *Caritas*, extraordinaria scilicet pastio Monachorum, Gallice, *Vin de joyeuseté*.

† **GAUDIBUNDUS**, Lætabundus. Occurrit apud S. Cyprianum Epist. 77. in Actis S. Martinæ Mart. num. 31. apud Julianum Pacensem in Chronico æra 750. etc.

† **GAUDICHETUM**, Armaturæ genus. Testam. Odonis de Rossillone Militis ann. 1298. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1306: *Item, do et lego domino Petro de Monte... unam integram armaturam*

*de armaturis meis, videlicet meum Heaume à vissero, meum bassigneturum, meum porpoinctum de cendallo, meum goobertum, meam gorgretam, meas bucculas, meum Gaudichetum, etc.*

† **GAUDIFICARE**, γαυδοῦσθαι, in Gloss. Græco-Latinis, Lætificare.

\* **GAUDIFICO**, [Idem ac lætifico. Gloss. Philox.]

† **GAUDIFLUUS**, Perfusus gaudio. *Gaudiflua regna, Æterna Sanctorum felicitas*, in Chartulario Landevenecensi fol. 149.

† **1. GAUDIMENTUM**, ut *Gaudentia*, Fruitio, Gall. *Jouissance*. Charta ann. 1138. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 431: *Donamus prædictis fratribus de Ardoretto ad substitutionem videlicet et Gaudimentum eorum qui in Ecclesia prædicta, etc.*

\* **2. GAUDIMENTUM**, Penus, usura. Gall. *Intérest*. Charta ann. 1183. in Chartul. monast. Caun.: *Illos (septingentos solidos) vobis post unum annum ad Martror persolvam. Quod si non fecero, deinde per quemque annum, pro Gaudimentis illorum denariorum, dabo vobis cxx. solidos Melgorenses; et illos dcc. solidos Melgorenses, et prædictos cxx. quos pro Gaudimentis annuatim dare debeo, laudo vobis in illa pignora, quam de me in villa de Bajolis habetis.*

**1. GAUDIMONIUM**, Gaudium, lætitia, Gall. *Rejouissance*: *Gaudina*, Occitanis. Epist. 11. ex Tegernseis: *In omnibus vos prosperari nostri scitote esse Gaudimonia.* Theodericus Mon. de Invent. S. Celsi Episc. Trevir. num. 17: *Immo perfusus Gaudimonia. Vincentius Belvac. lib. 80. Spec. Histor. cap. 71: In luctationibus et in sagittationibus delectantur tanquam in potissimis Gaudimonia et exercitationibus.* Occurrit etiam in Fragm. Petronii, apud Nizonem in Vita S. Basini Arch. Trevir. n. 20. et apud veterem interpretem Prophetiæ Baruch cap. 4. n. 34. ubi Græca γαυρία habent.

† **2. GAUDIMONIUM**, pro *Vadimonium*. Judicium anni 997. pro Abbate, Farfensi apud D. le Blanc in Dissert. Hist. de moneta pag. 90: *Cui et dixit: Hodie non evies de isto placito, nisi legem feceris. Et iterum Abbas: Ego non contradico legem, sed si permiseris Gaudimonium tibi dabo iuxta legem meam, donec vadam ad meum Monasterium, et revertar cum advocato simul et iudicibus.*

† **GAUDINA**, Vide *Gaudus*.

\* **GAUDIOSE**, Hilare, gaudenti animo, Gall. *Joyusement*. Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 380: *Ipsa domicella ansam capiebat eundi supra muros locutura cum dicto Thomelino, et cum eo Gaudiose loquebatur.* Instr. ann. 1452. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 283. col. 1: *Ideo Gaudiose inter sanos proferimus esse permittendam.* Nostri, *Gaudioer*, *Gaudere*. Gesta Briton. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1464:

Dehors les murs de leur cité  
Où il se vont esbañoier  
Aucune fois, et Gaudioier.

† **GAUDIOSUS**, Gaudens, lætus, ex Gallico, *Joyeux*: Occitanis *Gaujous*. *Gaudioso*, apud Jacob. Passavantum Italum pag. 258. Titulus Baldricus lib. 2. Chron. Camer. cap. 5. lib. 3. cap. 37. hinc *Gaudiosus* quidam apud Vopiscum. [Vide *Spicil. Acher.* tom. 6. pag. 116.]

\* *Gaudiosour* vero et *Gaudisseur*, pro Mulierum sectator et corruptor, in Lit. remiss. ann. 1465. ex Reg. 194. ch. 72: *Le suppliant demanda à sa femme quel*

argent elle devoit, en lui disant que s'es-toit pour ses putanniens et Gaudisours. Aliæ ann. 1475. in Reg. 195. ch. 1350 : *Icellui Estienne dist au suppliant : Tu m'as appellé Gaudisseur, etc.*

\* Aliud vero sonat *Gaudir*, nimirum Deflectere, declinare, vulgo *Gauchir*, in Lit. remiss. ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 300 : *Icellui Richart le cuida férir d'estoc, ... mais ledit Bertin se Gaudy et foy au cop. Ex mutatione g in v, Vaudir legitur in aliis Lit. ann. 1478. ex Reg. 206. ch. 146 : Le suppliant d'un espieu qu'il tenoit darda contre ung arbre, et pour ce qu'il ne le ataigny pas, ledit espieu Vaudy ou reqailly contre ledit Petit Jehan et le frappa. Waudiret et Weudir, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1475. in Reg. 195. ch. 1557 : Icellui Alain s'efforça plusieurs fois frapper le suppliant de sa congnee, sans que ledit suppliant le voulsist frapper : mais Waudissoit seulement aux coups dudit Alain, et n'y sceust si bien évader, que ledit Alain ne le frappast. Aliæ ann. 1476. in Reg. 206. ch. 1059 : Le suppliant eust esté ataint d'icelle fleche, se n'eust esté que de grace de Dieu il Veudist au traict. Vide infra in Guillator.*

**GAUDITA**, Ususfructus, Gallis, *Jouis-sance*. Charta Raimundi de Monte Olivo : *Et concedo tibi, ut Gauditas et obventionis habeatis. Gaudence*, in Consuetud. Burdeg. art. 101. *Gausidia*, in Testamento Berengarii Comitis Provinciae ann. 1238. apud Ruffium pag. 109.

\* Charta ann. 1210. ex Tabul. Montismaj. : *Omnes fructus et Gauditas, quos et quas ex præfata villa pertusii... percepistis, etc.* Aliæ ann. 1305. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 270. r. col. 1. *Dictus Johannes percipiet et levabit omnes fructus, proventus et Gauditas ex dicta jurisdictione provenientes. Vide infra Gausida.*

\* **GAUDIVIGENS**, Gaudio gestiens. Vetus inscript. Capuens. in Sorber. ad calcem epist. Graverol. 2. edit. : *EX EPI-CUREIO GAUDIVIGENTE CHORO.*

† **GAUDIUS**, Pignus, vadimonium, Gall. *Gage*. Charta ann. 1163. ex Archivis civitatis Massil. : *Ego R. D. G. sanctissimæ Nativitatis D. N. J. C. quæ est in Bethleem devotus Episcopus, assensu et voluntate totius capituli nostri... recepimus de mutuo Communi Massiliæ 1211. bizantios Saracenallos, de quibus nos mittimus in Gaudium dicto Communi Massiliæ casale nostrum quod vocatur Romandet et domos nostras quæ sunt in Acon. Et si debita non esset soluta tam cito quæ esset requisita dicto communi Massiliæ, debet habere potestatem vendere cui placuerit dictos Gaudios et pagare se.*

\* Charta ann. 1076. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Quendam meum campum in Gaudium misi, tali ratione ut si ipsum in perpetuum venundare non potuissem, inibi darem eis scambium tantundem valentem ad ipsorum voluntatem. Vide supra Gaudia 2.*

\* **GAUDO**, Gallice, *Tincture*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120. Vide supra *Gauda*.

† **GAUDUM**, ut infra *Guaisidium*, Glas-tum, Gall. *Guesde*. [\* Nequaquam ; est enim *Gauda*, luteola. Vide supra in hac voce.] Statutum Comitatus Fuxi ann. 1332. apud D. de Lauriere tom. 2. Ordinat. pag. 90 : *Pannum crudum, grana, Gauda, gayda, garancie tinctæ, etc.*

**GAUDUS**, [Nemus, silva.] Vide *Gual-dus*.

† **GAVEDA**, Scutella lignea, qua remiges utuntur ad cibum, Ital. *Gavetta*.

[\* Quia cavata. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. Reg. 7657 : *Gaveda, Prov. cavata.*] Sententia Senescalli Provinciae ann. 1434. ex Archivo Piscatorum Massil. : *Grassalia lignea et Gavedæ, aut alia quæcumque vascula.*

**GAVELBRED**, Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 25 : *Allocantur per annum pro Gavelbred adheremet 3. sum. dimid. Rursum : In pane ad Gavelbred, et consuetudine arantium et metentium 2. sum.*

**GAVELDUNG**, Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 21 : *Item respondet de consuetudine extrahendi fimum debita per custumarios tenentes 27. virgatas, dimid. et 1. ferling. in Borg de Gote, Middelham, ... in una septima post festum S. Michaelis cum auxilio Molmannorum, quod servitium vocatur Gaveldung.*

† **GAVELERTH**, Vide *Gavel-herthe*.

† **GAVELERTH**, Vide *Gavelkind*.

**GAVELFOTHER**, Vetus Charta Cantuariensis Ecclesie apud eundem Somnerum pag. 25 : *De Gavelnoht vel Gavelfother de Ostreland.*

**GAVELGIDA**, quod *gabulo*, censui, ac pensationi obnoxium est : a Saxon. *gafel*, census, tributum, et *gildan*, solverè, pensitare. Leges Inæ Regis West-Saxon. cap. 6 : *Si autem in Gavelgida, id est, in gablum reddente domo (pugna) fiat, vel in gebures, 30. sol. culpa judicetur. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 155 : Idem Radulphus tenet unam toftam, ... et non dat Gavelgida, etc. Vide Gabulum.*

**GAVEL-HERTE**, Charta Cantuariensis Ecclesie, in Tractatu de *Gavelkind* pag. 17 : *Item respondet de 35. acris de consuetudine arandi Gavel-herthe. Aliæ ibidem : Item sicut ibi 5. juga, quodlibet arabit unam dimidium acram ad semen frumentum, et seminabit, et herciabit, ... et vocatur istud opus Gavelerth. Vide ibi Somnerum.*

**GAVELKIND**, GAVELETUM, est Consuetudo, quæ in Comitatu Kantie in Anglia obtinet, qua hæreditas tenens in antiquum socagium æqualiter inter filios masculos dividitur, et sua hæres annorum 15. potest alienare suam terram. Charta de Prærogativa Regis ann. 17. de Edw. II. cap. 17 : *Et in Kancia in Gavelkind, ibidem omnes hæredes masculi participabunt hereditatem eorum, et similiter femine : sed femine non participabunt cum masculis, etc.* De vocis etymo censet Rastallus vocem conflata ex *Gyve al Kinde*, id est, inter masculos ; nam *Kinde* masculum sonat. *Lambardus Gavelkind dictum vult quasi gif eal c y n, id est, omnibus cognatione proximis datum. Spelmanus denique et Somnerus, quasi debitum vel tributum soboli, pueris, generi : hæc enim c y n, et k y n d significare : illa gafel, seu gafol. Vetus Charta apud Somner. in tractatu de *Galvelkind* pag. 179 : Et prior dicit, quod prædictum manerium non est *Gaulikend*, neque *partibile*. Aliæ ibid. pag. 180 : *Ita quod manerium illud nunquam fuit *Gaulikende*, nec *partitum*. Aliæ ibidem pag. 177 : *Demus Jordano de Serres et hæredibus suis ad Gavelikendam 40. acras de marisco nostro, tenendas de nobis jure hereditario in perpetuum. Adde pag. 184. 185. 194. Hæc hæreditas feudalibus Legibus non regitur, nec confiscationis ex feloniam obnoxia est : domino tamen censum præstat et servitium. Laudimium in venditione aut alienatione non solvitur. Uxor dimidium refert in dotem : sed amittit, si vel ad alias nuptias transierit, vel***

stuprum vidua commiserit. Vide *Glanvillam* lib. 7. cap. 1. *Bractonum* lib. 4. tract. 6. de Act. dot. cap. 15. § 1. lib. 5. tract. 1. cap. 5. § 18. tract. 3. cap. 6. § 1. Statutum de Prærogativa Regis edit. ann. 17. Edw. II. cap. 16. *Littletonum* sect. 210. *Christophorum* de S. Germano de Legibus Angl. cap. 9. 18. *Cambdenum* in *Kantio*, *Rastallum*, *Jacob. Waræum* in *Antiquitatib. Hibern.* cap. 7. et *Somnerum* in eo Tractatu, quem de *Gavelkind* edidit ann. 1660. *Tradere terram in Gavelkende*, apud *Wilh. Thorn.* ann. 1059.

**GAVELETUM** dicitur etiam juris processus huic addictus tenuræ, si quando tenens in *Gavelkind*, redditus et servitia ultra modum subtrahit, quod et Londoniensibus ceditur Statut. ann. 10. Edw. I. de *Gaveleto*. Vetus Charta Cantuariensis Ecclesie apud Somnerum loco citato pag. 31 : *Et postea per quandam consuetudinem, quæ vocatur Gavelete, usitatum in Comitatu isto de terris et tenementis de Gavelkinde, pro redditibus et servitiis, quæ a retro fuerint, de eisdem per plures annos devenerunt eadem terræ in manus cujusdam Abbatis, etc.* Aliæ ibidem : *Item de defectu redditus cujusdam curtillagii jacentis Gavellete quod fuit Alciæ Hammerii per annum in manu domini 4. den. Vide Fletam lib. 2. cap. 55. § 2. et Rastallum verbo *Gavelet*.*

**GAVELLA**, Merges, spicarum manipulus, ex Gallico, *Javelle*, seu *Gavelle*, uti *Picardi* efferunt : *Gabel* et *Gabelo*, Occitanis. Occurrit in *Fleta* lib. 2. cap. 81. § 2.

\* Reg. forestæ de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Et prædictæ avenæ illorum, videlicet qui debent sextarios, debent reddi ad primas Gavellas, quando gentes illius secant communiter. Unde nostris Engeveleir, Spicas in manipulos componere, alligare, Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : Alligare, Engeveleir. Vide infra *Giavella*.*

† **GAVELLI**, Sarmenta, seu fasciculi sarmentorum. Charta ann. 1543 : *Promissit eidem Monasterio (S. Victoris Massil.) dare medietatem vini, quam aliorum fructuum et Gavelorum provenientium in dicta vinea.*

\* Provincialibus *Gaveou*. Stat. Avinion. ann. 1243. cap. 35. ex Cod. reg. 4659 : *Operarius ultra conventionem non audeat accipere ligna, vel vites, vel zocas, vel Gavellos, vel quodcumque aliud. Testam. ann. 1480. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 306. col. 1 : Item legavit eisdem uxori et sorori suis... Gavellos sive sermentes vinearum suarum.*

**GAVELLOND**, Idem quod *Gavelkind*, in Charta apud Somnerum pag. 189 : *Tenentes de Gavellond de octodecim jugis, pro cariagio 36. carectatas feni de prata de Redhamne, etc. Occurrit rursus pag. seq.*

\* **GAVELLUS**, Acervus, ut videtur. Vide supra *Ganda*.

**GAVELMAN**, Tenentes *gabulo* obnoxii. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind*, pag. 33 : *Et de 3. sol. 6. den. de incremento redditus de Simone Theodulfi, de una virgata et dimid. cum uno messuagio in Salwenton, ... traditis eidem Simoni hoc anno in servitium de Gavelman, quantum Gavelman debet de tanto tenemento. Aliæ ibidem : Villani de Terring, qui vocantur Gavelmanni.*

**GAVELMED**, Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* : *Consuetudo falcandi, quæ vocatur Gavelmed. Ibid. : Et pro una septimana dum falcatur stipula, quæ vocatur Gavelmed.*

**GAVELNOHT.** Vide eundem Somnerum pag. 25.

**GAVELOCES,** Spicula, jacula: ex Gall. *Javelos*: nam ibi *ga*, liquidum est, valetque *ja*: *Javelot* vero videtur formatum ex *Jaculum*. Matth. Paris. ann. 1256: *Frisiones igitur... ipsum Willelmum cum jaculis, quæ vulgariter Gaveloces appellant, quorum maxime notitiam habent et usum, Danisque securibus et gesis... hostiliter insequuntur.* Joce. de Brookland pag. 10. apud Spelmannum: *Baculum meum excussi ad modum teli, quod vocatur Gaveloc.*

**GAVEL-RIP,** dicitur consuetudo metendi, in veteri Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind*, pag. 21. Ibidem pag. 19. ex Charta Ecclesiæ Cantuar.: *De Consuetudine metendi 40. acras et dimid. de Gavel-rip in autumno 40. sol. 6. den.*

**GAVELROD.** Vide Burghard.

**GAVEL-SESTER,** [vox Saxonica, Thomæ Blount in Nomolexico, Sextarius vectigalis; cervisia scilicet sextarius manerii vel prædii domino ab usufructuariis cervisiam coquentibus, census vel vectigalis nomine, pendendus.] Vetus Charta apud Somnerum ibid. pag. 24: *De Gavelsester, cujuslibet braciini braciati infra libertatem maneriorum, videlicet unam lagenam et dimidium cerevisie.*

**GAVELTYMBER.** Vetus Charta apud Somnerum ibid. pag. 22: *Et de 200. resters de Gavel-tymber, de redditu, quilibet de longitudine 13. ped. de quibus proveniunt de tenemento de Barewafesyle 100. et de tenemento de Monynden 100. etc.*

**GAVELUM.** Vide in *Gablum*.

**GAVELWERCK.** Vetus Charta apud eundem Somnerum pag. 24: *Arabit unam acram 6. pedes, et metet unam acram, dimid. et 9. pedes, de Gavelwerk.* In aliis dicitur *Werk-gavel*.

**GAVELWOOD.** Vetus Charta apud eundem Somnerum pag. 23: *Et de 18. sol. 3. den. ob. de fine carianidi Gavelwood de consuetudine.*

**GAVENA,** a Flandrico *Gave, Gaven*, i. donum, seu munus, ut annotat Carpenterius in Hist. Camerac. part. 3. cap. 6. qui subdit, exstitisse olim in pago Cameracensi Officiale, *Gavenarium* dictum, qui a Comite Flandriæ institutus, illius nomine jus quoddam annuum muneris gratuiti vice in eo percipiebat, pro advocazione seu protectione Ecclesiarum. Saxonibus, etiam *gafel*, tributum, census, vectigal, sonat. Vide *Gablum*. Charta Conradi Imp. ann. 1146. apud eundem Carpenterium et Miræum in Diplom. Belgic. pag. 123: *Præterea novam illam consuetudinem, quæ vulgo Gavena dicitur, quam solet Comes Flandrensis exigere, etc.* Ubi idem Miræus *gavenam* jus esse ait, accipiendi certas mensuras granorum ex singulis jugeribus terræ. *Feodi nuncupati la Gavena*, in Castellania Duacensi, meminit Charta Joannis Regis Franc. ann. 1353. in Hist. Guinensi pag. 683. et Hist. Monmorenc. pag. 156. 157. 174. 226. 318. 322. Vide *Monstrelletum* 1. vol. cap. 144.

\* *Gavenam* explicat Tussan. *Carette capellanus S. Petri Insul. in Lib. MS. de Reb. memor. sui temporis scripto ann. 1575: Gavena, Droit de certaine quantité de grains, que le gardien lieve sur les charrues et manouvriers de Cambresis: si comme de chacune charrué, deux muids de froment et demi muid d'avoine, et de chacun manouvrier, qui*

*n'a point de terre à labour, un mencault de froment et un mencault d'avoine; le tout mesure de Cambray.* Hinc *Gavenarius* in Charta ann. 1389. et *Gavenier* in alia ann. 1416. dicitur comes Flandriæ, ad quem honorum ecclesiarum Came-racensium tutio et custodia pertinebat, et cui eam ob rem illa pensatio exsolvebatur: *Le duc de Bourgogne conte de Flandre, nostre gardien et Gavenier des églises de Cambray.* Vide *Gavalum*.

\* **GAVERLOTUS,** Spiculum, jaculum, ensis brevior, nostris *Gavelot, Gavelot* et *Javelot*. Stat. senescal. Bellicad. ann. 1320. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 162: *Item quicumque portaverit lanceas, Gaverlotos (male editum Ganerlotos) tela, ballistas, ... et hujusmodi arma mortifera, etc.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 276: *Leguel Couvreur print une fourcheferre, et son filz un demi glaive ou Gavelot.* Aliæ ann. 1455. in Reg. 183. ch. 60: *Icellui Brumin de son Gavelot féry Phelipot en la cuisse, et la perça tout oultre.* Ibid. ch. 82: *Gravelot. Javeline, que l'en appelle ou pais (Flandre) Gault, in aliis Lit. ann. 1460. ex Reg. 189. ch. 462. ubi bis, Gavelot. Denique aliæ ann. 1480. ex Reg. 206. ch. 581: Le suppliant embastonné d'un Javelot (infra Gavelot) et garny d'une escrevisse en sa poitrine par dessoubz sa robe, etc.* Le Roman de Robert le Diable MS.:

Gaverlos et maches li ruent,  
C'est merveilles qu'il ne le tuent.

Le Roman de Cleomades MS.:

Et maint Gavelot pour lancer.

Neque aliud est *Gerbie*, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. ch. 187: *Icellui Cayphas vint contre le suppliant à tout une lance ou Gerbie, et le cuida féry par la poitrine.* Eodem quoque sensu intelligenda, vox *Gouffour*, licet varie scripta, *Gouffurt*, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. ch. 316. Aliæ ann. 1377. in Reg. 111. ch. 281: *Le suppliant esmeu de ce que dist est, de un court glaive, que il tenoit, appellé Gouffour, l'en féry et geta par terre et le navra. Gouffour ou gros baston ferré au bout, in aliis ann. 1384. ex Reg. 126. ch. 87. Aliæ ann. 1395. in Reg. 149. ch. 72: Icellui Perrot mis audevant du cop demi-glaive ou Gouffourt, ... et frappa dudit demi-glaive ou Gouffourt ledit Mace.* Rursum aliæ ann. 1397. in Reg. 152. ch. 184: *Le suppliant print en sa main un baton ferré, appellé Couffourt... ledit suppliant tenoit son dit Gouffront, audevant duquel Gouffront ledit Riviere s'enferra. Gouffourt, in Lit. ann. 1408. ex Reg. 158. ch. 124. Couffort ou javeline, in aliis ann. 1454. ex Reg. 187. ch. 212. Vide *Gaveloces* et infra *Gla-violus*.*

\* **GAVERSTLUN.** Charta Frider. II. imper. ann. 1156. in Chron. Viti Arenpec. apud Pez. tom. 1. Script. rer. Austr. col. 1196: *Et potest in terris suis omnibus tenere Judæos et usurarios publicos, quos vulgo vocant Gaverstlun, sine imperii molestia et offensâ.* *Gawetschin* editum tom. 1. Corp. diplom. jur. Gent. pag. 82. [\*] *Gawertschin*, apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 101. lin. 7.] et *Gewerteschin* apud Miræum. Vide in hac voce.

† **GAVERCERE.** Vide *Gavisci*.

\* **GAUFFRA,** Placentæ genus, Gall. *Gauffre*. Chartul. Floriac. fol. 390: *Item dabit vicecomes duas Gauffras in Carniprivo. Gauffre, pro Gauffrier, Forma, in*

*Inventar. Ms. ann. 1379: Item unum ferum, vocatum Gauffre.*

**GAUFRA,** Gurgis, ex Gall. *Gouffre*, seu potius sinus maris. Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 142: *Satellia, ubi est sinus maris, qui dicitur Gaufra Satellia.* De eodem sinu Willel. Tyrius lib. 16. cap. 26: *Totus ille maris sinus... Attalicus dicitur, qui vulgari appellatione Gulphus Satalia nuncupatur.* Villharduinus num. 167. de Nicomedia: *Et si sist sor un... Goffre de mer. Ubi sinum Astacenum intelligit.* Vide *Gulfus*.

\* **GAUGATUM,** Examen doliorum vinariorum, Gall. *Jaugeage*. *Officium Gaugati*..... castri regii Burdegalensis, in Charta ann. 1356. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 36. r°. Vide in *Galo* et *Gaugetum*.

† **GAUGETTUM,** GAUGETUM, Tributum pro *Gaugia* seu examine dolii vinarii exsolutum, Gall. *Jaugeage*; item mensura, ad quam dolium exigitur. Litteræ anni 1400. apud Rymer. tom. 8. pag. 127: *Illud Gaugettum, quod pro nobis in castro Burdigalia percipitur, videlicet, de et super quolibet dolio vini, custumato infra castrum prædictum, quoddam sterlingum Aquitanie, vel quinque denarios pro valore dicti sterlingi.* Litteræ anni 1417. apud eundem. tom. 9. pag. 431: *Dicta officia Gaugeti, turragii, et portagii... exercere permittatis.* Aliæ litteræ ann. 1420. ejusd. tom. pag. 868: *Item quod de quolibet dolio vini Gaugeato, sicut venditor vini quod de Gaugeato defuerit supplere tenebitur, sic eidem per emptorem de eo quod ultra Gaugettum superfuerit, juxta pretium ad quod dolium vini venditum fuerit, satisfiat.*

\* **GAUGIAGIUM,** Examen doliorum. Arest. ann. 1346. 80. Jan. in vol. 2. arrestor. parlam. Paris.: *Dictum officium Gaugiagii vinorum Silvanectensium, etc.*

† **GAUGIA,** Norma dolii vinarii, Gall. *Jauge*. Sententia arbitralis ann. 1446. ex Tabular. Corbeiensi: *Collegit vel habit in vindemiis anni 1444. per se... septem modia vini ad modum et Gaugiam Suesionensem.* Vide *Gagga*.

**GAUGIATORES.** Horum officiorum erat, signare pannos, panes, dolia, sigillo officii sui, ut est in Itinere Camerarii Scotici cap. 14. *Jaugeurs*, in Consuet. Claramontensi art. 233. Norman. art. 24. et Aurelian. art. 108. Perperam *Gangiatores* habet Skenæus de Verbor. significat. Vide *Gagga*.

\* **GAUJA,** Mensura, ad quam dolia vinaria exiguntur, Gall. *Jauge*. Arest. parlam. Paris. ann. 1322. 22. Jan. in Reg. Olim: *Prædicta viginti dolia fuerunt gaujata... ad Gaujam Burgundie. Vide Gaugia in Gaugettum.*

\* Vox vero Gallica *Gauge* ligonem præterea, vulgo *Beche*, et quantum altum est illius instrumenti ferrum aliquando significat. Posteriori notione legitur in Charta ann. 1364. ex Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 75: *Item les habitans (de Ponpoing) peuvent et porront four une Gauge en parfont en leurs diz marez, pour mareschier et mettre en leurs masures, partout ou il leur plaira.* Prima vero accipi videtur in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. ch. 1: *Icellui prisonnier sousleva le toit de la tour et le soustint et fist soustenir en estat par une Gauge, qu'il mist entre la maçonnerie et le toit.*

**GAVALTO.** Lex Salica tit. 76. § 1. Edit. Heroldi: *Similiter et alii tres testes dicant, quod in 40. noctibus sole ei collocato, et ille nullatenus de antrusione Gavalto estre legibus dixisset.* Id est, ut interpre-

tatur Wendelinus, *nolle antrusionem stare isti iudicio*; sed declinare forum tanquam incompetentis. Ubi *Gavialto*, idem valere vult ac Flandris, *Ghevillich*, unde et ortum putat, i. *volens, lubens, paratus*. Fides sit penes Scriptorem, quem consule, si lubet.

† *Gavialto* *est* idem est quod *Teneri*, obligatum esse vel devinctum, pro quo Germani dicunt *Gehalten seyn*; hincque *Gavialto* corruptum esse evidens est *Eccardo*, qui conjicit *Gahaltan* primitivum scriptum fuisse. *Estre* vero pro *esse* a tertia praesentis *Est* formatum esse optime animadvertit idem *Eccardus*. Illud etiamnum Galli retinemus; *Essere* Itali efferunt, quod jam apud *Plautum* occurrit. Sensus ergo legis est *Antrusionem nullatenus legibus obligatum esse*. Aliter divinat *Schilterus*: quem, si vis, consule.

† *GAVIARE*, Pignerare, pignori dare, Gall. *Engager*, *Hypothequer*. Statuta *Arberti Abbatis Casae Dei* ann. 1272. pro reformatione *Parthenonis S. Andreae de Cumbis*, apud *Stephanotum* tom. 4. *Fragm. Hist.* pag. 460: *Ordinamus quod nec Procuratores, nec Priorissa (valeant) Gaviare aliquid mutuum, quod xx. solidorum summam excedat, aut aliam quamlibet obligationem contrahere aut facere usque ad quinquennium*. Vide *Vadium*.

† *GAVIATOR*, Pignorator, conductor. Dicitur de *Agricola* seu *colono* qui praedium pignori accipit, seu sub annuo censu, in *Charta Libertatum Montis Britonis* ann. 1376. *Hist. Dalph.* tom. 1. pag. 82 et 83: *Item quod quilibet agricola seu Gaviator anno quolibet quitus sit et esse debeat erga Dominum praedictum pro quatuor corvatis boum et personae suae... Item a quolibet alio homine tenente focum, seu a quolibet foco habente animalia equina, asinina, vel alia ad bostium, qui tamen non esset agricola, seu Gaviator, quatuor corvatas de se... Pro quolibet foco agricolae seu Gaviatorum dicti mandamenti, tenente magnum boum, seu aliorum animalium unam heminam frumenti ultra census Domini debitos*.

† *GAVILE*, *Canthus*. *Papias MS.* *Bituric.*: *Cantius, Ferrum circa rotas, vel ligna, vulgo Gavile*.

\* *GAVILIUM*, *Clavus ligneus* aut *ferreus*, Gall. *Cheville*. *Guido de Vigev.* *Ms. de Modo expugn.* T. S. cap. 12: *Et ad hoc ut rotae carri possint in petiis aportari, ponantur Gavilia in axis ab una parte et ab alia, ut possint in una bala colligi; et ad contrarium ponantur duo grossa catenacia, et pro quolibet Gavilio una cavigia ferri*. *Haud scio an idem sit Gaviot*, in *Lit. remiss.* ann. 1378. ex *Reg.* 104. *Chartoph. reg.* ch. 373: *Comme le capitaine de laditte ville de Crespy eust chargié audit exposant le gouvernement d'un canon, et lui (eust) fait commandement que pour ledit canon esprouver, il vuidast un Gaviot, dont il avoit de piece esté chargiez, etc.* Vide supra *Gavile*.

\* *GAVINA*, *Species vestimenti, super humeros habens purpuram*. Ita *Papias*. *Forte ex Slavina*. Vide in hac voce.

† *GAVINAE*, *Tumores similes tonsillis seu glandibus gutturis, Italici Gavine*. *Acta B. Benigni Abb.* tom. 4. *Julii* pag. 344: *Quaedam tota gula plena Gavinis turpiter ad eum perrexit, et confestim liberata recessit*. Vide *Gavo*.

\* *GAVINUM*, *Toga, la veste*. *Glossar. Lat. Ital. Ms.* *Vide Gavina*.

\* *GAVISCI*, *Gloriosi, gaudere, gestire*. *Glossar. Lat. Gr.*: *Gavescite, χαίρετε. Ga-*

*viso, χαίρω, Gaviso*, (ita lego, pro *Galesco*) *χαίρω, γήθωμαι*. [*Gloss. Lat. Gr. MS. Sangerman.*: *Gavescere, χαίρειν*.] *Regula Magistri* cap. 81: *Si quis vero frater in specie sua sibi visus fuerit scemari, vel satis Gavisici, etc.*

\* *GAVISIO*, *Usus, possessio*, Gall. *Jouissance*; a *Gaudere*. *Statuta Massiliensia* in *Annalib. Massiliensibus Guesnail* ann. 1294. n. 9: *Ita quod amplius pro civibus non habeantur neque reputentur, sed indigni sint Gavisione illorum, etc.*

\* *GAVISORIUS*, *Lætus, plenus gaudio*. *Mirac. S. Adal.* tom. 1. *Jan.* pag. 121. col. 1: *Resonat tota ecclesia vocibus Gavisoriis: nemo in ea cessat a laudibus et hymnis*. Vide *Gavidiosus*.

1. *GAVIUS*. *Gloss. Gr. Lat. MS.*: *Οὐξέτης, ἦτοι ὑπερέτης στρατιωτοῦ, Gavius*. *Editum* habet *Gravius*. Hinc forte nostris *Goujats*, *Calones* dicti.

\* 2. *GAVIUS* inter varias supellectiles recensetur in *Stat. Vercel.* lib. 3. pag. 102. r.

† *GAULA*, an pro *Gaido*, *Glastum*, Gall. *Guede*, *Angl. Wood?* *Litteræ* anni 1376. apud *Rymer.* tom. 7. pag. 116: *Concessimus vobis, quod stapula nostra lanarum, coriorum et pellium lanatarum, nec non... casei, butiri, plumæ, Gaulæ, mellis, felpariæ, et cepi, etc.* Similia bis repetuntur *ibid.* pag. 118. Vide *Gaida* 3. et *Guauidium*.

† *GAULIKEND, GAULIKENDE*. Vide *Gavelkind*.

† *GAULINA*, pro *Gallina*. *Charta* anni 1281. e *Chartulario S. Vandregesili* tom. 2. pag. 1505. *Ad festum S. Remigii unam Gaulinam*. Occurrit ejusdem *tom* pag. 1457. *Duo capones et una Gaulina*, in *Tabulario Compendiensi*.

\* *Charta* ann. circ. 1200. in *Reg.* 4. *Armor. gener.* pag. iv: *Et pro una Gaulina, quam idem Rogerius et hæredes sui debent reddere michi et hæredibus meis ad natale Domini. Gueline*, eadem notione, in *Ch.* ann. 1290. ex *Lib. rub. Cam. Comput. Paris.* fol. 56. v. col. 1. et in *alia* ann. 1307. ex *Reg.* 21. *Corb. Gausle* vero, est *Instrumentum*, quo aqua ex puteo hauritur, in *Lit. remiss.* ann. 1451. ex *Reg.* 185. *Chartoph. reg.* ch. 115: *Une Gausle à quoy l'en tiroit l'eau d'un puits*.

1. *GAULUM*, [*Census, tributum*.] Vide *Gablum*.

\* 2. *GAULUM*, *Idem* quod supra *Gavena*. *Bulla Eugenii PP. III.* ann. 1147. ex *Tabul. eccl. Camerac.*: *Novam illam et nocivam consuetudinem, quæ vulgo Gaulum dicitur, quam injusta usurpatione solet comes Flandrensis exigere, etc.* Vide *Gavalum*.

† *GAULUS*, *Merops, avis apibus infensa*, unde et *Apiastra* vocitatur. *Papias*: *Meropes, Genus avium, idem et Gaulti, qui parentes suos recondere, et alere dicuntur, sunt autem virides, et vocantur Apiastræ*.

† *GAUMA*, ἔργα τεκτονική, *Instrumentum fabricæ*. *Supplementum Antiquarii*.  
\* *Adde* ex *Castigat.* in utrumque *Glossar. leg. Gruma*, ἔργα τεκτονική. Vide *Scaliger.* ad *Festum in Groma*.

† *GAUNACA, Gausapa*. *Gloss. Isid.* *Alii scribunt Cannaca* ex *Græco κανώακη*. *Utitur Varro* lib. 4. de *Ling. Lat.* *Teren-tius Scaurus* in *Orthogr.*: *C. cognationem habet cum G. et ideo alii dicunt Gaunacam, alii Caunacam*. Vide *Galnabis*.

\* *GAUNAPE*. Vide *Galnabis*, [*Læna, stragulum*.]

† *GAUNATRICES, Duorum fratrum*

*uxores*. *Gloss. Isid.* *Lege et vide Janitricæ*.

\* *GAUNCARIUS*, *Officii vel artificii nomen*, in *Inscript.* *Don.* pag. 331: *C. PETTIUS CELER GAUNCARIUS*.

\* *GAUNUS, Flavus*, Gall. *Jaune*. *Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil.* fol. 29. v. : *Dux viridæ capæ. Dux capæ Gaunæ. Vide Galnus*.

† *GAVO*, *Struma*, ab *Italico Gavone*, *Species tumoris*. *Acta SS. Junii* tom. 3. pag. 463. de *S. Raynerio*: *Strumam, id est, Gavonem habens in gula, etc.*

\* *GAVOTUS, Montanus*, Gall. *Montagnard*, *Provincialibus et Occit. Gavoue*. *Inquisit.* ann. 1268. ex *schedis Pr. de Mazaugues*: *Interrogatus quorum erant dictæ bestię, dixit quod quorundam Gavotorum, qui morabantur Arelate. Comput.* ann. 1482. *inter Probat.* tom. 4. *Hist. Nem.* pag. 20. col. 1: *Item solverunt octo Gavotis, qui avenam prædictam portarunt a domo consulatus ad domum sive diversorium beati Jacobi, j. sol. iij. den.*

\* *GAURANS, Color equi*. *Bestiar. Ms.* cap. 44: *Qui (equi) frontem albam (habent) calidi (appellantur:) cervinus est, quem Gaurantem dicunt*.

\* *GAUREA*, *Navigii genus, scapha*. Vide *Gaurulus*. *Charta* sub *Phil. I. reg. Franc. ex Chartul. Molism.*: *Simon comes Barrensiis dedit... piscaturam cum Gaurea*. In *alia* *ibid.*: *Dedit... piscaturam et Gauream et omnes consuetudines, quas rustici prædictæ villæ et debebant*. *Aliud* vero est *Gaureal*, *Vinum* nempe *mixtis acinis aliisque modis renovatum, vulgo Rapé*, in *Stat.* ann. 1424. tom. 2. *Hist. Leod.* pag. 456: *Ordinons que nuls vendans vins ne puist faire Gaureal pur remplir ses vins, ne ainsy pour getteir avecques son respleit, de quoy il doit remplir ses vins*.

† *GAURI, GAURINI*. Sic a *Turcis* appellantur *Christiani*, ceterique omnes a superstitione *Muhamedana* alieni, teste *Leunclavio Hist. Musulman.* lib. 1. *Pacificatio* ann. 1604. apud *Ludewig.* tom. 6. pag. 306: *Nec se (Turcas) ad Christianorum postulata, quos contumeliosus nomine Gaurinos appellabant, vel aliquid facere*. De *vocis etymo* consule *Hofmanni Lexicon* ad *V. Gauri*.

\* *GAURIZARE*, ut *Chorizare* 2. *ni fallor*, *Per choros concinere*. *Prosa* de *S. Aredio* circa *fin.* ex *Cod. S. Mart. Lemov.* ann. 600: *Quo jubilando lirica modulamina ovans, Gaurizans cum agmina purpureata, cantitant per pulcherrima pneumata*.

† *GAURULUS, Scafa, canule vel locellum, lembus*, apud *Papiam*, a *Gaulus*, ut *puto*, quod *Festo* est *Genus navigii rotundum*.

\* *GAURUM*, in *chart. Hacon. reg. Norveg.* ann. 1316. apud *Lappenb. Init. Hanseat.* pag. 297. Vide *Garum* 1. et *Glossarium mediæ Græc.* in *Ἰάρος*.

\* *GAUSAPE*, [apud *Papiam, Mappa, quæ in mensis ponitur, vel qua tergitur. Gausapa et Gausapum antiqui dicebant.*] *Ugutio*: *Gausape, mantile, et invenitur pro quodam genere pallii*. *Gloss. Lat. Gr.*: *Gausapa, βαρβαρικὸν πᾶλλιον*. *Gloss. Ælfrici Saxonicon*: *Gausape*: *Beo d r æ g l*, i. *vestis mense*. *Gloss. Lat. Gall. MS.* *Thuanum*: *Gausape, napa*. *Luithprandus* in *Legat.*: *Hac eadem die convivam me sibi esse jussit... quintus decimus ab eo absque Gausape sedi*. *Vox prisca* nota, sed ut plurimum pro *vestis militaris* seu *straguli* specie.

\* *Glossar. vetus* ex *Cod. reg.* 521: *Gausape dicitur mantille, et invenitur pro*



quodam genere pallii. *Gausapa, Gausapia, Gausapum, in eodem sensu.* Hinc, ut nonnullis placet, vox Gallica *Gauppe*, pro Meretrix, scortum, quod hac veste mulieres huius farinae uti solebant. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 88 : *Perrin Chabot dist à icellui Jame : Villain tu as appellé Agnes, qui est icy, Gauppe et as dit villenie d'elle.*

SEDERE AD GAUSAPE alicuius, in Consuetud. MSS. Catalanæ, i. ad mensam. Locum damus in *Soldataria*.

GAUSAPATUS, in Fragmento Petronii : *Solebat sic cœnare, quo modo Rex, apros Gausapatos, opera pictoria, viscosos, pictores.* Id est, mappa circumductus.

GAUSARUS, εὐσπαῖος, Vestimenti genus, in Supplemento Antiquarii. Poll. lib. 3. εὐσπαῖδες sunt Calceamentorum quoddam genus, quo cursores utebantur.

\* Ita in Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr. sed legendum *Gausapus*, ut in Castigat. ad utrumque Glossar. notatur. Vide *Salmas.* ad Tertul. de Pallio pag. 272. *Casaubon.* ad lib. 5. *Strabon.*

\* GAUSCAPPA, Vestis species, Ital. *Guascappa*, eadem quæ *Gausape*. Stat. Ferrar. ann. 1279. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 424 : *De Gauscappis et cappetis cum tribus cusuris, quinque solidos Ferrarienses.* Vide *Guascapus*.

GAUSIDA, GAUSIDIA, Ususfructus, Gallice *Jouissance*, Provincialibus, præsertim Arelatensibus *Gausido*, Reditus, fructuumque perceptio, Gall. *Recolte, moisson.* Transactio ann. 1223. inter Abbatem S. Victoris et Universitatem Massil. ex parvo Chartulario ejusd. S. Vict. fol. 102 : *Concedimus quod dicta Universitas percipiat fructus et Gausidas universas et obventiones.* Charta ann. 1220. ejusdem Chartul. f. 107 : *Fructus et Gausidas inde provenientes, etc. Perceptio Gausidarum, in Charta anni 1223. ex eod. Chartulario. Gassendi Notitia Ecclesiæ Dniensis ex Charta anni 1308 : Confitetur se vendidisse fructus et Gausidas cujusdam prati.* Occurrit in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 18. et alibi. *Gausidia* vero supra in voce *Gaudita*.

\* A verbo *Gaudere*, Frui, uti. Testam. ann. 1480. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 306. col. 1 : *Item legavit eisdem Peyronæ et Egidie, uxori et sorori suis, ususfructus, Gausidas, et emolumenta, etc.* Vide supra *Gaudita*.

GAUSITA, Eadem notione. Charta Archiepisc. Aquisensis ann. 1306. inter Instrum. tom. 1. Galliæ Christ. pag. 72. col. 2 : *Omnes fructus, Gausitas et obventiones, etc.* Ibid. pag. 73. col. 1 : *Ita quod ex dictis fructibus et proventionibus et Gausitis possint facere pro suo libito voluntatis. Tempore trium annorum, trium Gausitarum et trium saizonum, in Charta ann. 1543.*

\* Charta ann. 1254. ex schedis Pr. de *Mozaugues* : *Et si forte contingeret, quod absit, quod guerra esset talis, quod fructus et Gausitæ dictæ ecclesiæ et tenementi ejusdem percipi non valerent, etc.*

\* GAUSTARIUS, Perperam scriptum aut lectum pro *Cantharius* aut *Cantherius*, Gall. *Chantier*, Tigna super quæ dolia collocantur. Libert. Domnimed. ann. 1246. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 691. art. 23 : *Dominus habet vinum ad precium quanti custat burgensii super Gaustarios.* Vide supra *Chanterius*.

\* GAUTA, Mala, maxilla, Ital. *Gota*, nostris, *Joue* ; unde *Jôée* et *Jouée*, Alapa, colaphus. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 94. Chartoph. reg. ch. 35 : *Contens et riote de parler se mut entre eulx, et tant*

que ledit Brisson donna une Joée audit Symonet. Aliæ ann. 1378. in Reg. 114. ch. 93 : *Le suppliant fêri ledit Jehan une Jouée de la paulme seulement.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Gauta, Prov. mala. Gautada, Prov. alapa. Gautaiar, Prov. alapare, alapaisare.* Monum. Irenæens. tom. 6. Jun. pag. 268. col. 1 : *Habuit partem capitis S. Bartholomæi, quæ maxilla seu fauce, vel Gauta vulgariè dicitur.*

\* GAUOCUS, Arca eleemosynaria, vulgo *Gauteau*. Alect. de S. Mart. tom. 5. Jun. pag. 567. col. 2 : *Oblationum vero tanta copia fluxit, ut arca sepulcri Apostolici, quæ vulgo Gauteau appellabatur, præter alias, plena redundaret.*

\* GAUETSCHIN. Vide supra *Gavers-tun*.

GAVOLUM, Census, tributum. Vide *Gablum*.

GAVUS, Levis in verbis, Ugutioni. [Gallice *Gay*, Lætus, hilaris.]

GAUZITA, ut *Gausita*, in Statutis Massiliensibus lib. 2. cap. 1. § 36.

GAYA SCIENTIA, Ars Poëtica, apud la *Failla* in Additionibus ad *Annal. Tolos.* pag. 13. ex Hieronymo Zurita : *Ut vernacula lingua celebres Poëtæ in Hispaniam ex Narbonensis provinciæ scholis traderentur, studia Poëtices, quam Gayam Scientiam vocabant, instituerentur ; etc.*

\* GAYARE, Pignori capere, Gall. *Prendre en Gage, Saisir.* Charta ann. 1403. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Quilibet homo possit et valeat banniare et Gayare pro banno avere quorumcumque exonium grossum vel minutum.* Vide *Vadium*.

\* GAYDA, Limbus, fimbria. Vita S. Nic. Tolent. tom. 3. Sept. pag. 665. col. 1 : *Cum Gaydam unius suæ tunicæ altius vellet consuere, etc.* Vide *Gaydes*.

GAYDES, Limbi, fimbriæ, ex Ital. *Ghode, liste delle camise di donna, o d'altre suoi sottanelli, le quali sono strette di sopra, e larghe a basso, e servono per allargare le fimbrie delle camise, et delle sottane, e guarnacchie.* Otto Morena in Hist. Rem. Laudunensium pag. 29 : *Sed qui tunc vidissent mulieres parvulorum suorum alium in collo, alium in brachiis suis deferentes, aliosque ad Gaydes vestium suarum se tenentes, etc.* [Apud Murator. tom. 6. col. 1001. habetur *Gaidas*.]

\* GAYDUM, f. Species gladii. Vide *Gaudum*.

\* GAYETA, Speculator, excubitor. Litteræ anni 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 415. col. 1 : *Ut autem dicto officio (Castellani) de salario et custodia dicti castri sit opportune provisum, constituimus vobis salarium pro persona vestra viginti quinque solidos grossos, pro duobus clientibus Gayeta et bayeta per annum.* Vide *Gayta*.

\* GAYETUS, Officium militare. Vide *Gaytus*.

\* GAYLATOR, Speculator, excubitor. Libert. bastidæ Vallis-reg. ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 128 : *Consules possint in portulibus aut turribus... gaytam seu Gaylatozem libere ponere.* Vide *Gayta*.

GAYMARIA, Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 603 : *Ita quod nihil ex nunc remanet in manu dicti Prioris in sustentationem sui, et hospitalitatem Prioratus prædicti, et solutionem firmæ suæ, nisi tantum Gaymaria maneris prædicti, cum proficiis prænomminatis, etc.* Sed videtur legendum *Gaymaria*, ex Gall. *Gagnerie*. Vide *Gagnagium*.

\* GAYNA, Involucrum, integumentum, Gall. *Couverture*. Comput. ann. 1412. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 205.

col. 1 : *Solverunt Petro de Lernaco canabasserio... pro suendo Gaynam dicti ve-xilli, etc.*

\* GAYNAGIUM, Prædium rusticum agris colendis, mansionibus aliisque ad culturam necessariis instructum, Gall. *Métairie*. Charta ann. 1258. in Chartul. Buxer. part. 9. ch. 5 : *Guido miles et dominus de Chaudenay recognovit se debere solvere... annis singulis abbati et conventui Buxerie duos sextarios bladi... in Gaynagio suo de Chavannay. Quod Gaynagium movere noscebatur de capite prædictæ dominæ Agnetis.* Vide supra *Gagneria*.

\* GAYNERIUS, Vaginarum opifex, Gall. *Gainier*. Occurrit in Catalogo MS. Sodalium Confraternitatis B. Mariæ Deauratæ Tolosanæ.

\* Cujus ars *Gaynnerie* dicitur, in Stat. ann. 1412. ex Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 6.

\* GAYOLA, Carcer, *Gayole*. Vide *Geola*.

\* GAYRANTIA, in Chartulario B. Mariæ Accincti pag. 54. Idem quod supra *Garandia*, Gallice *Garantie*.

\* GAYSA, Vicia, Gall. *Vesce*. Statuta Arelat. MSS. sub Raimundo Archiep. art. 18 : *Commune accipiat in singulis sestariis annone silignis et ciceris... et Gaysarum.*

\* GAYTA, Speculator, excubitor, custos castri, oppidi, etc. Gall. *Guet, Sentinelle*. Visitatio castrorum Dalphini ann. 1347. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 66. col. 2 : *Item injunxerunt dicto Cellerario quod muetam, quæ est super portale de burgo dicti burgi de Monte faciat præparari, ita quod Gayta possit jacere desuper et quod sit deffensibilis cum expensis Domini.* Et pag. 67. col. 1 : *Item cum in portulibus dicti burgi turris non possit aliqua ad deffensam stare neque Gayta jacere, ordinaverunt, etc.* Infra : *Item petierunt quot Gaytæ vigilant in castro ; dixit quod sex.* Ibid. col. 2 : *Item quod quatuor Gaytas et duas Eschargaytas in dicto burgo constitui faciat, qui noctium temporibus ibidem in dicto burgo Gaytent et etiam eschargaytent.* Hic notandi sunt *Gaytæ* et *Eschargaytæ* ; cum enim periculum erat ab hostibus, *Gaytis* addebantur *Eschargaytæ*, qui munitiones prominentiores custodirent. *Gaytare* et *Eschargaytare* fere munus erat vassallorum ; de quibus sæpe in Chartis libertatum civibus concessarum hæc vel similia leguntur : *Habitatores castri et burgi debent Excubiare et Gaytare*, ut habetur in Franchesis habitatoribus Belli-vicis de Marco ann. 1256. concessis tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 59. col. 1 : *Illi de castro et mandamento debent Gaytare et Eschalgaytare castrum, et illi de burgo burgum, in Inquisition. Morasii Regest. Probus fol. 42. Quibusdam in locis Gaytare debebant incolæ quidam peculiâres, iisque certa merces assignabatur. Inquisitio Morasii jam laudata : *Farijotat et Petrus Dacet, vel uxor ejus Dulcis, debet custodire specialiter januas castri in nocte, vel facere custodiri jacendo hic ad januas, qui habent speciales redditus bladi pro hoc et quasdam res alias similiter.* Iis ex Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 21. depremtis addo quod de *Gayta* S. Boniti legitur in Charta ann. 1278. e Tabulario Casæ Dei, quam refert Stephanotius tom. 5. Fragm. Hist. MSS. Huic *Gaytæ* ibi conceditur Comestio cum habitatoribus prædictorum locorum et convivium nuptiale facientibus et nuptiis re-habentibus, qui *Gayta* nihil aliud petere possit, nisi quod comedat simpliciter sicut unus extraneis (f. ex ceteris) discumben-*



tibus; vel det convivium faciens Gaytæ denarium unum usualis monetæ, si comedere nolit. Vide *Wactæ*. Le Roman de *Pyramus et Tysbé* MS. :

La frete eusse o mes mains faite,  
Que sans veue de uos Gaites, etc.

Infra :

Montent les Gaites sur les murs.

† GAYTARE, Excubare. Passim occurrit.

† GAYTIA, ut *Gayta*. Antiquit. Recognit. Albon. Regest. *Probus* fol. 78: *Gofredus de Montargis est homo ligius Comitibus... et quando Gaytia est in castro debet unam eminam siliginis ad sustentationem ipsius.*

† GAYTUS, Excubiæ, Gall. *le Guet*. Charta Bernardi de Turre ann. 1308. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 788: *Item Consules dicti castri debent mandare Gaytum sive excubias ad custodiendum villam de nocte.* Pro officio militari Saracenis noto sumitur in *Gaytus*.

GAZA, GAZERA, Pica, avis, Italis *Gazza*, et *Gazzera*: occurrit apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 4. et 20.

\* *Gage* Provinciales appellant avem, quam *Geay* dicimus. Vide supra *Gassa* et mox *Gazera* 2.

\* GAZALHANUS, GAZALHIA. Vide supra *Gazalha*.

† GAZALIA. Vide *Gasalia*.

† GAZARA, Saga, venefica, Gall. *Sorciera*, *Devineesse*, ab Hebraico גזר, Scidit; unde גזר, Aruspices, quod scindendo victimas divinerent. Memoriale Potestatum Regiensium ad ann. 1279. apud Murator. tom. 8. col. 1146: *Fratres Prædicatores omnes qui erant in civitate Parmæ, recesserunt et venerunt Regium, quia Parmenses contra eos insurrexerunt occasione cujusdam mulieris, quæ dicebatur quod erat Gazara, et comburi eam fecerunt.*

† GAZARENUS, ex eodem fonte. Papias: *Gazarenus Hebraice, Latine Aruspex dicitur.*

\* GAZARI, GAZERI, Iidem qui *Cathari*, Hæretici Valdensium sectatores. Edict. Otton. IV. imper. ann. 1210. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 89: *Sancimus omnes hæreticos Ferrariæ commorantes, Pathurenos sive Gazaros, vel quocumque alio nomine censeantur, imperiali banno subjacere.* Stat. Riper. cap. 106. fol. 12. v. : *Potestas Riperiæ teneatur et debeat expellere de communitate omnes Gazaros, hæreticos, et Patariños inimicos fidei Christianæ.* Stat. Astæ pag. 2. r. : *Juro ad sancta Dei Evangelia bannire omnes hæreticos, videlicet Gazeros, Waldenses, Pauperes de Lugduno, et alios quoscumque hæreticos.* Vide supra *Gazari*.

\* GAZARIA, Thesaurus, fiscus. Charta ann. 1340. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1386: *Quod si commune Januæ seu officiales robariæ vel Gazariæ haberet seu haberent suspectum vel suspectos aliquem vel aliquos, etc.* Vide *Gazatum*.

† GAZARNIA, ut *Gisarma*, Gesum, spiculum. Statuta Arelat. MSS: *Non deferatur sine licentia Consulm... per Arelatem pergreriam accutam, vel Gazarniam, vel falsonum longum, vel alia arma, nisi cutellum, nisi portaret dacam exeundi civitatem.* Vide *Gisarma*.

† GAZATUM, pro *Gaza*, Thesaurus. Odo de varia fortuna Ernesti Ducis Bavarie apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 340 :

Dumque suam quis lauto satiaret in esu  
Esaurim, vix ulla cibi vestigia pransi  
Ostendit dives plenis opulentia mensis,  
Multaque mirati quæ vix natura creasset  
Consilio simili, non ardentibus auro  
Cor quatunt gemmis, non ad Gazata resolvunt  
Ampla manus, sed divitiis cerealibus intrant  
Usque penus plenas, et vina veterissima cellas  
Gaudentes, etc.

GAZELA, GAZELLA, Equus Saracenicus cursu prævalens. Albertus Aq. lib. 7. cap. 66: *Ipse vero ascendens equum, qui lingua Saracenicæ Gazela appellatur, eo quod cæteris equis sit cursu potentior, etc.* Ordericus Vital. lib. 10. pag. 794. de Balduino Rege Hierosol.: *Inde Rex cum suo commilitone Gazellam suam ascendit, etc.* Supra, *celerem equam fortissimamque* vocat. De hisce equis forte Vegetius lib. 4. Art. veter. cap. 6: *Africa Hispani sanguinis velocissimos præstare consuevit ad usum sellæ.*

1. GAZERA, Idem videtur quod *Gasalia*. Vide in hac voce. Statuta Synodalia Odonis Episc. Parisiensis cap. ult. 30: *Prohibetur districte Sacerdotibus, ne accipiant Gazeras vel admodiationes, nisi de decimis, quoniam esset species negotiationis.*

† 2. GAZERA, Pica. Vide *Gaza*.

\* Hinc forte *Gasillier* et *Gaziller*, pro Colloqui, sermonem conferre, Gall. *S'entretenir, discourir*. Le Roman d'Alexandre Ms. part. 2 :

Si vous vueilliez, biau sire, entre nous conforter,  
Entre ces damoiselles Gasillier et joer.

Poema vetus Ms. :

Or en irons ès chambres moi et vous déporter,  
Avec les damoiselles Gaziller et jouer.

\* GAZERI. Vide supra *Gazari*.

1. GAZETUM, Vinum a *Gaza* Palæstinæ, olim in pretio. Gregorius Tur. de Glor. Conf. cap. 65: *Gazetum sextarii vini præbuit in sacrificium Basilicæ sanctæ. Sed Subdiaconus nequam reservans gulæ Gazetum, acetum... offerebat in calice.* Vinum porro *Gazeticum* commendat Sidon. Carm. 17. ad Ommatium. Corippus lib. 3. vers. 88. Senator lib. 12. Ep. 12. Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini pag. 296. et Isidor. lib. 20. cap. 3.

2. GAZETUM, *Gazarum repositorium*, Jo. de Janua. [*Lieu à garder richesse*, in Gloss. Lat. Gall.]

\* GAZIUM, idem quod *Gagium*, Pignus. Stat. Vallisser. cap. 92. ex Cod. reg. 4619. fol. 124. r. : *Poterat dare sacramentum... si ipsa ligna accepit in Gazio, vel ne.*

\* GAZOPHYLACIUM, a Græco γαζοφυλάκιον, Arca in qua reponebantur eroganda pauperibus, Lucæ cap. 21. v. 1. et alibi.

GAZUM, pro *Gaza*, vel *gazophylacio*, usurpat Commodianus Instruct. 55. et 72.

GAZZATUM, Linum vel sericum subtilissimum, vulgo *Gazze*, forte quod *Gaza* Palæstinæ urbe primitus advectum sit. Concilium Budense ann. 1279. cap. 61: *Statuimus, quod omnes in Monasterio, vel regulari Canonica, indifferenter uno et eodem vestiario induantur: prohibentes expresse, ne quis eorum vestes aliquas alijus coloris, nisi tantummodo albi, vel nigri, seu grisei habere præsumat, in quibus brunetam nigram, Gazzatum, et alium quæcumque pannum notabiliter delicatum interdiximus universis.*

GEASPECIA. Charta Privilegiorum Novi Castri in Anglia renovata ann. 30. Eliz.: *Sturgiones, balenas, cetæ, porpicias, del-*

*phinos, riggos, Geaspecies, etc.* Ubi Spelmanus: *Sic quidam legunt, mihi autem videtur Seaspecies, quasi maris piscis. Valde barbæ, ut etiam porpicias, pro piscibus ad similitudinem porci, Lat. phocænis, Angl. porpaises. At ego malim Geaspecies, ut intelligantur Crassi pisces. Vide Craspicias.*

\* GEBÄ, La valle, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

† GEBARA. Vide *Flosega*.

GEBELLINA PELLIS, [Pellis martis seu mustelæ, Gall. *Marte*.] Vide *Sabelum*.

\* GEBENNA, Onus, ut videtur, Gall. *Charge*. Charta Phil. comit. ann. 1163. in Chartul. 1. Fland. ch. 325. ex Cam. Comput. Insul.: *De Gebenna mellis, quatuor denarios. De Gebenna cinerum, duos denarios. De Gebenna calibis, id est stali, quatuor denarios.*

GEBULSKINI. Lex Bajwar. tit. 3. § 4: *Si in eo venam percusserit, ut sine igne sanguinem stagnare non possit, quod athargrati dicunt: vel in capite testa adparet, quod Gebulskini vocant.* Editio Heroldi cap. 5. § 4. habet *Gebulskim*. Alii Codd. uti monitum a Baluzio, *Gebukin, Gelsbuchini, Sceppolseini*.

GEBURSCIPA, Vicinia Lambardo, seu potius paganorum conventus, *Friborga*: vox Saxonica, a *gebur*, colonus, rusticus, villanus, et *scip*, adjectitia particula apud Saxones, quam posteri mutarunt in *Ship*, Belgæ in *Schap*. Leges Edwardi Confess. cap. 1. de perjuriis § 1: *Vel jusjurandum inveniat, si possit, in quo repetenti satisfiit: si non possit, nominentur ei sex homines de eadem Geburscipa, in qua ille residens est, etc.* Vide *Decuria, Friborga*.

GEBURUS, vox Saxonica in Legib. Inæ Reg. West-Sax. art. 6. apud Brompton. Villanus, paganus, uti supra annotatum.

\* GECEYA, f. *Ambitus*, Gall. *Enceinte*. Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 441: *Usagia et franchisias quascumque nobilibus herbergamentum habentibus in Geceya dictæ forestæ concessi. Nisi forte legendum sit Griaria. Vide infra in Gruarius 2.*

GEDEOLA. Matth. Silvaticus: *Sima, concavitas est hepatis ampleans stomachum; sed ejus gibbus dicitur Gedeola, ut in lib. Urinarum Isaac.*

\* GEHEGETDING, Saxonica vox, cujus sensum docet Statutum ann. 1505. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 342: *Nullus sine licentia suorum hæredum, sine judicio bannito, quod Saxonice dicitur Gehegetding, potest dare proprietatem suam vel suos homines.* [Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 851.]

GEHENNĀ nomen in veteribus non invenitur; sed primum a Salvatore ponitur, Hujus sermonis occasio fuit Idolum Baal. Juxta Hierusalem, parva campi planities irrigua et nemorosa fuisse legitur, et locus in ea Idolo consecratus, qui appellatur *Gehennon*, id est, vallis filiorum *Hennon*. Hoc in loco deserta templi Dei victima hostias immolabant filii Israel, et comminatus est Deus, se locum illum impleturum cadaveribus mortuorum. Futura ergo supplicia, et penæ perpetuæ, quibus peccatores puniendi sunt, hujus loci vocabulo denotantur. Duplicem autem *gehennam* nimirum ignis et sulphuris et frigoris plenissime in Job legimus. Ita Papias ex Isidoro lib. 14. cap. 9. S. Hieronymus de Locis Hebraicis: *Geennon, quod interpretatur Vallis Ennon, et ab hac quidam putant appellatum Gehennam.*

\* Hinc *Gehimer*, pro Tormentis rem ab aliquo quærere, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 98:

*Il fit prendre ledit Audriet et mettre au Chastellet, ... le fit très inhumainement Géhiner deux fois, et tant qu'il en fut et est impotent. Unde fortassis Géhîr, pro Confiteri, Gall. Confesser, avouer, maxime cum quis ad id vi adigitur. Guil. Tyrrii contin. Hist. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 645: Deus homes vindrent contre lui (Hemeri) à cheval por lui occire... Il furent pris et essilliés, ne onques ne vodrent Géhîr qui ce lor voloit faire faire. Le Roman de Garin:*

Je le ferai par la gueule Géhîr.

#### Le Roman du Chevalier au Barizel:

Qui par force me volez faire  
Géhîr chau, dont ge n'ai que faire.

\* Inde etiam Agener, Lædere, offendere. *Crieme de majesté agéné, læsæ majestatis crimen, vulgo Crime de leze-majesté.* Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 8: *Il commanda tantost que il fussent pugni de crieme de conspiration et de magesté Agenée.* Et lib. 3. cap. 25: *Li rois l'encusa (Leudemont) de crieme de conspiration, comme corpable de majesté Agéné.*

† GEHENNALE INCENDIUM, in Anecdoticis Martenianis tom. 1. col. 1739.

GEHENNATIO, Jurisdictio, districtus: vox, ut videtur, sumpta a Germanica *Ghenachte*, vel *Ghe-nechte*, Concilium, placitum. Unde *Ghe-nacht houden*, jus dicere, forum agere, apud Kilianum. Capitularia Gregorii II. PP. pro Bavaris cap. 3: *Ut consideratis locorum spatiis, iuxta Gehennationem cujusque Ducis, Episcopia disponatis et subjacentia singulis sedibus terminetis.* Forte Gubernationem.

† GEHETI, Genus hominum ceteris odiosum. Vide *Cagoti*.

\* GEIBA, Cespes, Gall. Gazon. Charta pro hominibus de Stagello ann. 1331. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 174: *Possent facere alveum seu rechum ad deducendum dictam aquam, resclausam seu resclausas facere, et eam seu eas reficere seu respirare, quocienscumque opus esset, nec non lapides, ramam, clasianteas, glebam et Geibam, et alia necessaria ad dictam resclausam et dictum rechum, in quacumque parte termini castri predicti, recipere.* Ubi *Gleba* a *Geiba* distinguitur, quomodo Gallicæ voces *Motte* et *Gazon*. Unde in *Gelba*, non *Gleba*, sed *Geiba* restituendum videtur.

GEINFABRE, [Signum apponere rei, cujus possessionem quis adit iudicis auctoritate.] Vide *Wifa*.

\* GEISBART, Factionis cujusdam nomen. Vide *Pavonici*.

\* GEISCARTA, GEISTCARTA, Eadem quæ *Charta jectiva*, qua scilicet quis placito excidisse ob defectum edicitur. Vide in *Abjectire*.

GEIST, GIETIVUS, [Qui vadimonium deseruit et defectit.] Vide in *Abjectire*.

† GEISTUM, GEIXTUM. Vide in *Gistum*.

\* GELADA, Prov. Pruna. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* GELASIANUS. [Mimos. *Sidon. carm.* 23. 301. Mimos, schœnobatas, *Gelasianos*.] GELATOR, pro *Zelator*, Italis *Zelatore*, zelo plenus. Andreas Dandulus in *Annal.* ann. 1114. de Alexio Comn. Imper.: *Quia comprobaverat sui Imperii Venetos fuisse intimos Gelatores.*

GELBA, Charta Alberonis Episcopi Leod. apud Chapevillium in *Notis ad Ægidium aureæ vallis Monachum* cap. 40: *Recognovit superdictam traditionem eidem Manasses tertii Dominica Quadragagesimæ, ... Gelbas et ramos de singulis alodiis super altare S. Petri... ponens.*

Videtur legendum *Glebas*. Vide *Waso*. [\* Vide supra *Geiba*.]

GELDONIO, GELDUM, etc. Vide *Gildum*.

\* GELEIA. In lib. nig. 2. S. Vulfr. *Abavil. fol. 21. r.* exstat *Charta* ann. 1162. qua Philippa comitissa *Geleixæ*, filia Simonis comitis Pontivi, ut domina de *Transleto*, confirmat decano et capitulo S. Vulfranni decimam territorii de *Transleto*, quam acquisiverant a Joanne dicto *Testart*. Ubi restituendum *Geleixæ*: nam in *Ch. ann. 1277. ibid. fol. 64. v.* legitur: *Jou Phelippe contesse de Guelre, etc.*

† GELELA, *Coloquintida*. Papias.

† GELFI, GELFINI. Vide *Gibellini*.

† GELGEL, *Relatio*, apud Papiam. Vox, ut puto, ducta ab Hebræo גלגל *Galgai*, quo rem significat volubilem, ut rotam, quæ semper in se refertur sui revolvitur.

\* GELI. Charta Caroli C. ann. 842. in *Instr. tom. 3. Gall. Christ. col. 411: Placuit... fiscum nostrum, qui dicitur Vicus-Lavandriacus, alio autem nomine Pomponnus, cum sancta Maxentia, nauda et Geli, cumque omni exactione, quæ de ponte ipsius loci partibus fisci seu partibus comitatus exiguntur, a jure nostro in domum (leg. dominium) eorum transferendum.* Quæ, quanquam ficta non sit vox *Nauda*, emendanda sic opinor: *cuncta et qualicumque omni exactione, etc.*

† GELIBA, Manipulus, Gall. *Gerbe*. *Instrum. anni 946. tom. 3. Gall. Christ. col. 126: Pro decimis prædialibus de centenario nonnisi tres Gelibas, seu garbas, aut manipulos solvere consueverint. Vide Gelima.*

\* GELICIDARE. Videmox in *Gelicidium*.

GELIDIUM, *Gelu cadens*, Joanni de Janua. *Florentinis, Gelicidio, i. stagion fredde et gelata.* Regula Magistri cap. 59: *Sive in hieme, sive in estate, si gravia Gelicidia camporum, aut ferventes æstus viarum, etc.* Id est, cum tenuis glacies ex leviori imbre concreta campos operit, nostris *Verglas*. Utitur etiam Guillelmus Parisiensis Episcop. lib. de *Rhetorica divina* cap. 50. et alibi.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521: *Gelicidium, Gallice Vereglaz, Inde, Gelicidare, Vereglacier, Gallice.* Aliud ex Cod. 7692: *Gelicidium, Verglas.* Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 58: *En sachant (son coustel) et s'efforçant ainsi, pour ce qu'il avoit lors un petit Verglacie, et que la terre couloit, ledit Guillaume cheu.*

\* GELIGNAGIUM, Præstatio seu census ex gallinis, nostris *Gelines*; unde *Gelinage*, eodem sensu, in *Charta* ann. 1316. ex Reg. 58. Chartoph. reg. ch. 80: *La chastellenie et baronie de Chastiau-Giron, si comme ele s'estant et poursiet, tant en rentes par deniers, fromentages, avenages, Gelinages, etc.* *Libert. Belliv. ann. 1313. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. cap. 162. art. 21: Liberi et immunes ab omnibus tollis, talliis, ... polvoraguis, de somey, de charre, Gelinaguis, etc.* Vide *Gallinagium*.

GELIMA, Manipulus. Jo. de Janua: *Gelima, a genu, et ligo, as, et manu componitur, i. garba, vel coma segetis, quæ cum manu ligatur super genu.* Ebrardus in *Græcismo* cap. 9: *Dicitur Gelima genibus manibusque ligata.* Joannes Hocsemius in *Adolpho a Marca Episcopo Leod.* cap. 11: *Cum pro quibusdam spellæ Gelimis, forestariis suis dari solitis... esset exorta dissensio. Infra: Armigeri petitas solvere Gelimas promiserunt.* Perperam utrobique *gelumis* et *gelumas* editum. Flandri *Gheluye* vocant, quod alii *Glemam*, et *Gelimam*: unde nostri *Glui* et *Gluié* etiamnum vocant frumen-

tarios calamos, paleam, stipulam: præterea fasciculos ex his confectos.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Gelima, Gerbe.* *Mirac. S. Genov. ex Cod. reg. 4182. apud D. Le Beuf tom. 3. Disser. pag. xlii: Si metereint et manipulos in campis extendereint, messis acclivis germinaret, si ligarent in Gelimas, et in horrea ducerent, etc.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 234: *Item quod postmodum dictus præventus hujusmodi litteras... posuit... subitus quasdam Gelimas; et ibi fuerunt repertæ.*

GERIMA, Eadem notione, Gall. *Gereme*. Charta Girardi de *Vallengoiart* in *Tabul. Abbatie S. Victor. Paris. num. 21: Omnes alii proventus predictarum terrarum præfatæ sunt Ecclesie, sicut campipars, et venditiones, investituræ, metationes, revelationes, et dona Gerimarum.* In alia Charta ejusdem *Tabularii, Donum garbarum* appellatur, quod in priori *Donum Gerimarum*.

† GELINA, GLENA, ut *Gelima*. *Transactio anni 1493. ex Archivo S. Justi Lugdun: Debent decimam de decem Gelinis, Glenis seu gerbis unam Gelinam seu gerbam et Glenam.*

\* Charta Barth. Laudun. episc. ann. 1139. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 18: *Statuerunt parochiani utriusque villæ Gelinularium honestum imponere, et in singulis domibus de meliori annonâ laborum suorum ei annuatim Gelinam persolvere.*

\* GELIS, Gelu, Ital. *Gelo*, Gall. *Gelée, glace*. Chron. ex Reg. parlam. apud Labb. tom. 2. Miscel. pag. 702: *Ultima Januarii (ann. 1408.) tanta tempestas viguit inundatione aquarum ex resolutione nivium, glacierum et Gelium, quod pontes Parisius ceciderint.*

† GELLA, Lagenâ, vas vinarium. Chronicon Affligemiense apud Acherium 10. Spicil. pag. 617: *Henricus II. (Abbas) anniversariorum symposia sustulit, et in moderatam eamque quotidianam vini portionem converti voluit... tertiam nempe partem Gellæ per diem constituit.* Vide *Gillo*.

\* Item mensura vinaria, Gall. *Gelle*. *Consuet. Mss. S. Cruc. Burdegal. ante ann. 1305: Pro qualibet missa cujuslibet mortui, quæ dicitur in altari parrochiae, vicarius recipit duos solidos cum dimidio, et pro Gella unum solidum, ... et clericus sacristæ et ceteri, qui sunt præsentis, quilibet pro Gella unum solidum, etc.* Charta ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 61: *Comme les doien et chapitre de l'eglise de Chalon sur la Saone... aient esté en saisine et possession de avoir en la terre d'icelle église, ... prez de nostre dite ville de Chalon, une Gelle ou un vassel à mesurer les vasseaulx, ou les vins que l'en vent à détail en icelle ville, etc.* Hinc *Gellagium*, pro Jure ejusmodi mensuræ. Vide in hac voce.

GELLAGIUM, Idem videtur quod *Jalagium*, de qua voce in *Galo*. Charta de Jure D. Noëriarum apud Chableias in *Tabulario Campaniæ Thuano* fol. 190: *Item Comes habet quatuor servientes in villa, qui non justitiant se nisi per Comittem, et illi non reddunt, nec Gellagium, nec minagium, nec aliam costumam in villa.* Alia S. Bernardi *Abbatis Clarævall.* ann. 1145. in *Tabulario Episcopatus Autissiod.* fol. 1: *Si Episcopus vinum aut annonam comparaverit, nihil Gellagii, vel alterius consuetudinibus ab eo exigetur.* Habetur etiam hæc Charta apud *Sammarth.* in *Episcop. Autissiod.* pag. 274.

**GELLO, GELLUNCULUS, GELLUS.** Vide *Gillo*.

**GELLONIA.** Vide *Gilda*.

**GELMUS.** [Cassis, galeæ conus.] Vide *Helmus*.

\* **GELOSIA.** [Gall. *jalousie, Grillage*: Habebant (duè principisse) coram se *Gelosiam* propter obitum regis Ferdinandi. (Diar. Burchard. éd. Thuasne, II. 163. ann. 1494.) »]

**GELOSITAS**, ex Italico *Gelosia*, vel ex Gallico *Jalousie, Zelotipia*: unde et vocis etymon. Monasticum Anglican. tom. 2. pag. 67: *Concipiens Gelositatem inter uxorem suam et dictum Willielmum, prodiosè ipsum Willielmum fecit suspendi. Philippus Mouskes, de Albigen-sibus*:

Le boin Evesque de Toulouse,  
Qui leur armes sauver Goulous,  
Kacierent il fors de la tierre.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Gylosia, Prov. Zelotipia. Gylos, Prov. Zelotipus*.

\* **GELSIMINUS FLOS**, Italis, *Gelsomino*, nostris, *Jasmin*. Mirac. S. Gandolph. tom. 5. Sept. pag. 710. col. 2: *Dum mane sequentis diei vas illud requireret, totum fere reperit floribus Gelsiminis quasi undique cooperitum*.

† **GELTA**, Mensura vinaria, eadem, ut videtur, quæ infra *Gillo*. Marten. in Glossario ad calcem tom. 5. Anecd.: *Vinea nostræ... de quibus debebat domus duas Geltas vini omni die distribuendas.* [Leg. *Gella*. Vide supra in hac voce.]

\* **GELTINA piscium est, quando pisces coquuntur in aceto, et postea congelatur acetum cum quo coquuntur: et eodem modo fit cum carnibus.** Matth. Silvatic. [\* Gall. *Gelatine*.]

**GELUNA, Manipulus.** Vide *Gelima*.

\* **GELUNARIUM**, Frumenti ex *gelunis* seu manipulis excussi acervus: unde dubitari licet an legendum sit *Gelima*, pro *Geluna*, uti monet Cangius in hac voce: utrumque enim in usu fortean fuit. Vita S. Whalt. tom. 1. Aug. pag. 262. col. 1: *Perrexit dein abbas, comitante cellerario, ad grangiam de Heldun; et ingressus horreum, baculum quem manu gestabat, Gelunario infixit, etc.*

\* **GELUS**, pro *Gelu*. Apud Pertz. Script. tom. 1. pag. 10. in Annal. S. Amandi ad ann. 764. *Gelus pessimus, ubi Annal. Laubac. Zelum magnum*.

† **GEMA**. Charta Agnetis Comitissæ ann. 1050. de consuetudinibus villæ S. Johannis Angeriac. inter Instrum. tom. 2. Gall. Christ. col. 468: *Ut de redditibus Ecclesiæ concederent nobis pro ipsa procuratione minagium, fornagium, præposituram, credentiam quindecim dierum... peagium quoque de sale et Gema, si causa vendendi transferatur, aliter autem nec peti debet, nec dari*.

\* Pix, Gall. *Poix* vel *Goudron*, alias *Geme*; unde *Gemer*, Pice illinere. Expensæ pro munit. cujusdam castelli ann. 1391: *Item pour xij. livres de Geme et de rousine, et vij. livres de suif pour Gemer la liaeson desdiz engins*. Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 26: *Icelle Dominique avoit fait prendre trois quarterons de poix noire, aliter nommée au pays (Languedoc) Geme ou pegue, etc. Jame, in aliis ann. 1447. ex Reg. 179. ch. 61: Poix rafine, que aucuns nomment Jame, Goutron quoque nostris, eadem notione; unde Goutrenner effinxerunt. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 189. ch. 196: Icelle Cardine demoura avecques son frere oudit pressouer pour lui aidier à Goutren-*

*ner et empiger la meth d'icellui pressouer... Pour ce que ses mains estoient souillée dudit Goutron, etc.* Ubi proprie *Axungia*, vulgo *Vieux-ving*, significatur.

**GEMATA**, Confectiones liquidæ, quas mulieres faciunt ad liniendum faciem. Matth. Silvatic.

\* **GEMATICUM**, Perperam, ut opinor, pro *Gainaticum*, Prædium rusticum, ut supra *Gaynagium*. Charta Joan. Aquilej. patriar. ann. 1015. inter Monum. ejusd. eccl. cap. 53. col. 494: *Cum eorum (hominum) massariciis, vineis, ... herbatiscis atque pabulicis, necnon Gematicis, sive eorum amesser*.

† **GEMBA**, Crus, Gall. *Jambe*, apud Stephanof. in Fragm. Hist. MSS. Aurelian. pag. 328. Vide *Gamba*.

\* **GEMEBUNDUS**. [Gemens. *Hier. Epist. 18, Ad Eustoch. Vulneraberis, nudaberis Gemebunda narrabis.* (L. Quicherat.)]

† 1. **GEMELLA**, Vasis genus, idem forte quod Ovidio *Camella*, vel quod in Ordine Rom. *Gemellio*, de quo infra. Agnellus in Vita S. Martini Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 182. col. 1: *Talis fuit in suo corpore, ut dixi, vastus, ut prædictos cc. aureos, quos ego ei in Gemella porrexi, in sola conclusit læva.* Vide *Gamelum*.

\* 2. **GEMELLA**, *La amaritudine*. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Gementia*.

**GEMELLÆ**, Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 15:

... . Atque Gemellis  
Codex aurato conceptus grammate scriptus.

Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis ann. 1295: *Amictus de lato aurifrigio, cum nigris Gemellis strictis.* Inventar. Capellæ Regalis Westmonast.: *Item una paxis de eburneo Gemellato, cujus cooperitorium frangitur.* [\* Forte diminut. a *Gemma*, lapis pretiosus.]

**GEMELLARIS**, Gemellus, geminus, δίδυμος. Itinerarium Hierosolymitanum et Burdegalense: *Interius vero civitatis sunt piscine Gemellares quinque porticus habentes, etc.*

**GEMELLARIUM**, apud S. Augustinum in PS. 80. Vasis genus, quod, ut quidam volunt, geminam mensuram contineret. Neque aliud est.

**GEMELLIO**, in Ordine Romano: *Aquammanus, patenam quotidianam, callicem, scyphos, et pugillares, et alios aureos, et Gemelliones argenteos, cum colatorio aureo et argenteo, etc.* Vide *Gemellarium*.

**GEMMILIONES** dixit Anastasius Bibl. in Gregorio IV. pag. 166: *Fecit amas argenteas 6. quæ præcedunt per omnes stationes, pens. lib. 13. scyphos duos pens. singuli lib. 10. Gemmiliones 8. pens. singuli lib. 2.*

† **GEMELLIPERA**, Quæ geminos parit, Johanni de Janua. *Qui enfente jumaux, c'est qui a deux enfans d'une ventrée*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

† **GEMENTIA**, Gemitus, Gall. *Gemissement. Gementia spiritus ac cordis anxietas... non permittunt, etc.* apud Rymer. tom. 2. pag. 1075.

1. **GEMINA**, Portio cibaria monastica duplicata: *Double pitance*. Adhalarud lib. 2. Statutor. Corbeiensis Monasterii cap. 3: *Cellarius junior omnibus fratribus Geminam suam sub æquali mensura anteponat.*

† 2. **GEMINA**, *Peristromata*, in Glossis Isidori.

† **GEMINA ÆTAS**, f. 60. anni. Ætas enim pro 30. annis apud Horatium Epod. 16. ut explicant Lambinus et

Torrentius: quos consule. Flettwoodus in Sylloge antiq. Inscript. edit. 1691. part. 2. pag. 449:

Et Gemina vitam felix Ætate peregit.

**GEMINARIUM**, *Lavacrum*, in Gloss. Isid. Vide an balneum δίδυμον intelligat. [Etiam, quia duo lavacra seu balnea publice jungebantur, inquit Grævius, virorum unum, aliud mulierum. Varro lib. 8. de Lat. Lingua: *Item contra primum balneum novum et Græcum introit in Urbem, publice ibi concedit, ubi bina essent conjuncta ædificia lavandi causa, unum ubi viri, alterum ubi mulieres lavabantur.*]

† **GEMINATIO PUNCTI**, Iteratio cantus seu verbi, Musicis familiaris suetud. ornandi gratia. Antiquæ Conectatio-Fontanell.: *Ea quæ cantando delectationem conferunt, amputentur, ut est fractio et inundatio vocis et Geminatio Puncti.* Vide *Punctatim Canere*, in *Punctum*.

\* **GEMINATISSIME**, Dupliciter. Mirac. B. Raym. Lulli tom. 5. Jun. pag. 690. col. 1: *Sciens et attendens, ut a majoribus acceptum est, antiquissima traditione, tam verbo quam scripturis fide dignis, Geminatissime confirmata, etc.*

\* **GEMINI**, Tertium Zodiaci signum. Testam. Renati reg. ann. 1474: *Item ledit seigneur veut et ordonne que chacun an toujours soient dites et célébrées deux messes solennelles à note audit autel, ... et les vigiles solennelles des trépasses, le jour devant Gemini à vespres.* Id est, vicesima dies Maii: nam sequenti sol *Geminus* intrat.

\* **GEMINUM, Dent. Versus**:

Forte mecum vinum numquam fregit Geminum.

Ita Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide mox *Geminus*.

† **GEMINITAS**, Geminatio. Magister Giraudus in Vita S. Johannis Episc. Valentin. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1702: *Sicque sancta illa anima corpore soluta est... ut de stolæ Gemitate jam certi fierent præsentem, quam in corpore et anima daturus est et justus Juxta Dominus Jesus, cui est honor et gloria per infinita sæcula sæculorum.*

\* **GEMINITUDO**. [Pacuv. apud Non. 2. 366. Habeo ego istam qui distingui inter vos, *Geminitudinem, h. e.* discrimen inter *Geminus*.]

\* **GEMINUS, Lo dent maxillare.** Glossar. Lat. Ital. Ms.

\* **GEMIPUNCTUS**, Geminum punctum, apud Italos olim qua ratione in usu fuerit, docet Libellus de ratione punctandi ex Diplom. Mabill. laudatus in novo Tract. diplom. tom. 3. pag. 473: *Sunt etiam præterea punctus qui describitur per duos punctos planos, quo solemus uti in epigrammatis et titulis epistolarum loco propriorum nominum, vel brevitate gratia, vel in nominis quod ignoramus supplementum... Sunt autem horum punctorum formæ tales... Gemipunctus... semi-punctus.*

† **GEMITIOSUS**, ut *Gemtuosus*, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1672.

**GEMITUOSUS**, Gemitum ciens, tristis, in Chr. Abb. S. Trudonis lib. 3. semel atque iterum pag. 377. 379.

**GEMMA**. Vita S. Joannis Abb. Reomaens. lib. 1. cap. 3. apud Bollandum, apud Roverium vero cap. 10: *Conspicit per visum stare Joannem... Gemmam Eucharistix dextra ferentem, id est, particulam. Vide Margarita.*

† **GEMMADES**, *Mulieres lucæ dominicæ, lingua Gallica.* Gloss. Isid. Hæc corrup-

tissima sic emendat Grævius: *Gymnades, Mulieres Lacedæmonia, lingua Græca. Γυμνάς* Helene dicitur Luciano. De exercitiis puellarum Laconicarum videndus Plutarchus in Lycurgo, Cragius, et Meursius qui de Republica Lacedæmoniorum scripsere.

\* Hinc *Gemme*, pro Puellæ educatrix, in Vita J. C. Ms :

Joseph garde, vit une femme,  
Une pucele et une Gemme.

† **GEMMARE**, *Resplendere, ou aourner de pierres pretieuses*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Joan. de Janua: *Gemmatius, Gemmis abundans*. Sed hac voce usi sunt Ovidius Pliniusque. Aliis *Gemmare* est Gemmas in vitibus et arboribus emitere.

† **GEMMARIA**, Palma agrestis. Acta S. Calogeri, tom. 3. Junii pag. 589: *Qui olim Mons Gemmariarum, quæ palmæ sunt agrestes, dicebatur*.

**GEMMARIUM**. Gloss. Gr. Lat.: *Τρίλιον, κόσμος γυναικός, Trifilium Gemmariarum*. Lego *Gemmarum*, ut præfert Cod. MS. Galli dicerent, *un Collier de trois rangs de perles*. Ita *monolinum*, pro una linea gemmarum, dixit Capitolinus.

† **GEMMARIUS**, Gemmarum mercator, artifex, Gall. *Lapidaire, Joüalier*. Occurrit Exod. 28. 11. et in Jacobi de Voragine Chronico Januensi apud Murator. tom. 9. col. 32. *Ars Gemmaria*, Exod. 39. 6. *Opus Gemmarium*, ibid. v. 29.

† **GEMATIM** DISSERERE, Quasi gemmis sermonem ornare et distinguere, in Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 346.

**GEMMILIO**. Vide *Gemellio*.

\* **GEMOSUS**, *Pieno de pianto*. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Gemituosus*.

**GEMOTUM**, Conventus publicus, concio, concilium, conciliabulum, Comitia, mallum, forum: vox Saxonica, gemote, et motte simpliciter, (ge enim particula est verbi et verbalibus sæpe addita) a gemettan, convenire; quippe provinciarum, urbium et villarum incolæ tenebantur interesse mallis istis et placitis publicis; iisque in eundo et redeundo securitatem omnimodam sanciant Leges Canuti cap. 107. et Edwardi Confessor. cap. 35: *Omnis homo pacem habeat eundo ad Gemotum, vel rediens de Gemoto, nisi fur probatus fuerit. Gemotorum autem seu motorum variæ sunt species, quas in verbis sequentibus videre est, Burgimotus, Folcmotus, Hundredgemotus, Halimotus, Sciregemotus, Witenagemotus*.

**GEMUND**. Jura Advocatiæ Ecclesiæ Bambergensis in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 50: *Si homo Episcopi Collegam suum occiderit, reddet hominem longum ad mensuram 7. Gemund, secundum judicium Collegarum ejusdem conditionis*. [\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 2. col. 815. voce *Munt*, Palma, cubitus.]

\* **GEN**, **GENEN** vel **GHION**, Celtica lingua, Littus, arena, si fides D. Le Beuf tom. 2. Comment. pag. 230. apud Bullet. in Comment. ad linguam Celtic. Monticulum, collem significat: ut ut est, nostris, *Gen* vel *Genne* vocatur Scopus uvarum, racemorum, vulgo *Marc*, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 146. Chartoph. reg. 361: *Icelle Ysabeau venant d'un pressouer, et estant chargée d'une hote plaine de Gen ou marc*, etc. Aliæ ann. 1384. in Reg. 125. ch. 211: *Depuis en rapportant le marc ou Genne de leur-ditte vendenge, etc.*

\* **GENA**, Facies, vultus. Epitaph. In-

ger. in eccl. Ham. quam construxit et et dotavit ann. 1100:

Hic flos militiæ, Paridis Gena, sensus Ulissis,  
Eneæ pietas, Hectoris ira jacet.

† **GENÆCIUM**. Vide *Gynæceum*.

**GENALIS** PORCUS. Vide *Maialis*.

\* **GENEALIS**, Natalis; *Geneale solum, Pays natal*, in Chron. Blanc-ford. pag. 86: *Vix tres complevit annos, ad Geneale solum, et ad curiam Romanam pro exequendis regni, ut credebatur, negociis transfretavit*.

**GENEALOGIA**, Gens, genus, familia. Vita S. Boniti Episc. Claromont. cap. 4: *Virum industrium, atque excellentissimum, Genealogiæque nobilis apice clarum*. Testamentum Fulradi Abb. S. Dionysii: *Pro anima mea, et genitore meo Riculfo, et genetrice mea Ermen-garde, et pro germano meo Gausberto, . . . et pro Genealogia mea, etc.* Harmerus de Miracul. S. Maurilli Episc. Andeg. MS.: *Ornata filiorum Genealogia, sobolun-que propagine*. Adrianus PP. in Epist. ad Carolum M. tom. 3. Hist. Franc. pag. 786: *Et pro nobilissimis atque excellentissimis natis, necnon et pro omni Christo dilecta Genealogia vestra, etc.* Charta Edwini Regis Angl. tom. 2. Monast. pag. 841: *Ego Edwinius præpotens Angli-gene Genealogiæ sceptro fretus*. Utuntur passim, Diurnus Roman. cap. 7. tit. 9. Capitul. 3. ann. 811. cap. 9. Hincmarus Opusc. 14. n. 18. Specul. Saxon. lib. 1. art. 19. Wichbild Magdeburg. art. 4. Liber Donationum Ecclesiæ Salisburgensis cap. 5. Itinerar. S. Willibaldi in præfat. Appendix Patriciacensis ad lib. 5. de Miraculis S. Benedicti n. 3. vetus Scheda apud Ughellum tom. 2. pag. 247. vetus Epitaph. apud Camillum Peregrinum lib. 1. Hist. Longob. pag. 245. Notitia 6. ad Capitula Caroli Cal. Cosmas Pragensis part. 2. Chron. Aulæ regiæ cap. 1. Hermann. Stangefol. in Annalibus Westphalic. lib. 2. pag. 185. etc.

*Componere secundum Genealogiam suam*, in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 9. tit. 2. cap. 4. § 2. tit. 7. cap. 14. § 2. tit. 14. cap. 8. § 1. est componere juxta genus suum, ita ut si injuriam passus liber et ingenuus fuerit, compositio sit liberi et ingenui; si servus, servi. Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 184. [\* 336.]: *Si quis ministros Ecclesiæ . . . injuriaverit, aut percusserit, vel plagaverit, componat hoc tripliciter, sicut solent componere parentes ejus . . . Reliquorum autem Clericorum injuria componatur sicut parentum eorum. Monachorum quoque, qui secundum regulam in Monasterio vivunt, injuria dupliciter componatur, secundum Genealogiam suam, etc.* Ubi sicut parentes, et secundum Genealogiam suam, idem sonant.

**GENEALOGIA**, Familia. Lex Alaman. tit. 84: *Si quæ contentio orta fuerit inter duas Genealogias de termino terræ, etc.*

**GENEALOGIA**, Proprietas, bona avita. Charta Caroli Calvi apud Joan. a Bosco in Vienna pag. 55: *Nos votum Deo fecisse, ut si Davidicam diutius optatum misericordiam fecisset, . . . donaremus prædicto Sancto de Genealogiis regalibus apud Arelatam civitatem nobilem, de quibus Metropolitano Viennensi cum subjectis sibi Deo famulantibus Clericis, haberet stipendia vitæ in servitio Ecclesiarum Dei usu cotidiano, etc.* Infra: *Alo-dium de nostris Genealogiis propriis . . . cum villis et Ecclesiis, subjectis . . . teneat et possideat, etc.* [Præceptum Bosonis Regis Burgundiæ pro Episcopo Mauriensi ann. 887. apud Marten. tom. 1.

Ampliss. Collect. col. 221: *Donamus eidem sancto Domini Baptistæ refugium de nostris propriis Genealogiis, castrum scilicet in ejusdem territorio S. Johannis positum, etc.*]

† **GENEARCHIA**, *Princeps vel caput totius generis*, Joanni de Janua, a Græco γενάρχης. *Primas ou chef de generation ou de lignage*, in Glossis Sangerman. Latino-Gall.

**GENEATH**, vox Saxonica: Villanus, colonus, inquilinus. Leges Inæ cap. 19: *Regis Geneath, id est, colonus, fiscalinus, etc.* Cap. 21: *Si tuus Geneath, id est, colonus vel villanus furatus fuerit, etc.* Ubi perperam utrobique *Geneat* editum apud Bromptonum, observat Somnerus.

**GENEATICUS**, pro *Genethliacus*, occurrit apud Rodericum Toletan. in Hist. Arab. cap. 1. 2. et alibi semel.

\* **GENECERIUM**, Scrinium, arcula, theca, nostris *Genecier*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1852. ex Cod. reg. 4120. *Genecierium, Escrignet*. Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 370: *Le suppliant tira un petit coustel ou guanivet qu'il avoit dedans son Genecier*.

**GENECIUM**, **GENECIARIUS**. Vide *Gynæceum*.

**GENECTUM**. Charta Joannis Archiep. Cantuar. apud Willelm. Thorn. pag. 2112: *Percipiant decimas agnorum, lanæ, . . . lini canapi, Genecti, cirporum, piscationum, pasturæ, etc.* Ubi Somnerus, *genistam* seu spartum intelligi putat.

\* **GENELLA**, nostris alias *Genelle*, Prunus silvestris, ut opinor, vulgo *Prunelle*. Lit. remiss. ann. 1882. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 236: *Un buisson d'espines chargé d'un fruit appelé Genelles, dont aucunes gens nourrissent leur pour-caule*.

**GENENPIROS**, Papiæ in MS. Cod. *Lingua Gothorum Antichristus vocatur, quod interpretatur Dissipator gentium, et seductor*. Abest vox hæc ab Editione Veneta, quæ *Gotorum* habet, ubi MS. *Cotorum*. [\* In cod. reg. 7609. ut ex Remigio: **GENEPIKOC**, *Lingua Gothorum, etc.* Gensericus. Conf. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 266. radice *Gats*.]

1. **GENER**, Agnatus, affinis; maxime sororis maritus, *Baufre*. Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 41. de Henrico Leone Duce Saxonæ: *Profectusque est ad Generum suum Regem Angliæ cum uxore et liberis*. Adde lib. 3. cap. 2. Charta Gerhardi Archiepisc. Bremensis ann. 1238: *Decimas . . . quas dominus Gener noster Adolphus Comes Holsatiæ de manu nostra tenuit*. Sic passim, Witkindus pag. 4. 6. 27. 29. 41. 1. Edit. Ditmarus pag. 20. 46. 76. Gaufridus Malaterra lib. 2. cap. 23. etc. Sed et e veteribus Probus in Pausania, et Justinus lib. 18. uti observatum a Jacobo Cujacio lib. 6. Observ. cap. 17. Petro Fabro lib. 3. Semestr. cap. 13. et Bongarsio: præterea Victor in Epitome, qui Antoninum Pium ab Adriano in filium adoptatum, *cujus Gener fuerat*, scribit: neque enim Adriano filia fuit, quam in uxorem duxerit. Ita etiam γαμβρός; apud Græcos Script. in Testamento Gregorii Nazianzeni, apud Theophanem pag. 98. 137. et alios. Hinc ἐγγαμβρία, affinitas JC. Græcis, et ἐγγαμβρεῖν, Matth. 22.

2. **GENER**, **INITIUM**. *Gener, Initium foris*. Glossæ Antiq.

† **GENERA**, Proles, genus. Formulæ exorcismorum apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 663: *Ad revocandum examen*

apum dispersum. Te adjuro ut non te altum levare, nec longe volare, sed quam plus cito potest ad arborem venire. Ibi te allocas cum omni tua Genera vel cum socia tua.

\* *Gendre*, pro *Genre*, in Pœnit. Adami Ms. cap. 21: *Et se par eave Dieu juge nostre Gendre, etc.*

**GENERALE**, ubi communia dantur conditionibus personarum, in Glossis antiq. MSS. Apud Monachos vero quid sit docet Udalicus lib. 2. Consuetud. Cluniac. cap. 35: *Generale appellamus, quod singulis in singulis datur scutellis, Pitancia, quod in una scutella duobus: verbi gratia, aliquando pro pitancia unum crudi casei frustum, vel quatuor ova: pro Generali ova quinque, et caseus nunquam nisi coctus. Sed si quid est Generale, a novissimo incipit administrari, et ad hoc scilla sicut ad olera pulsatur. Pitancia vero a Priore, et de hac hebdomadarii coquinæ nihil omnino se ex debito intromittunt, sed Cellerarius, quibus ad hoc innuerit, cum his eam administrant; quidquid est Generale, hoc apportant, et caseus nisi pisces sint, quos Cellerarius ipse singulis eis suggerentibus apponit: si est alius Generalis, adhuc unus eorum scillam sonat, scutellas colligit eas solas, in quibus fabæ oleaque sunt administrata, etc.* Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 48: *Omne Generale a novissimo incipit administrari, sicut olera: pietentia vero, a primo. Liber Usuum Cisterciensis Ordinis cap. 84: De melle autem nunquam et nusquam fiat Generale. Matth. Paris. ann. 1251: Promisit enim Conventui inter alia, quod Generale suum et pitancias, quas primus omnium ad Cameras suas atraxerat, omnino remitteret, etc. Cotidianum fratrum Generale, in Chartis Sugerii Abbatis S. Dionysii apud Doubletum pag. 861. et 871. Tabular. Celsiniacense: Ita duntaxat ut Cellerarius Celsiniacensis eam (appendariam) semper ad Generalia fratrum faciendâ habeat. Testamentum ejusdem Sugerii: Frater etiam Cellarius Generale suum more solito proponat. Charta ann. 1301. Abbatis et Conventus S. Maglorii Parisiens. in Tabulario ejusdem Monasterii fol. 115: Latori præsentium donavimus et donamus panem, potum, cibum, victum et vestitum, tanquam quidam percipit, et percipere consuevit, ... et eidem ex gratia concedentes, quod dictus burgensis præbendam seu Generale integrum singulis diebus percipiat, tanquam Monachus præfate Ecclesiæ, et comedere valeat in refectorio, etc. [Necrologium MS. B. Mariæ de Argentolio fol. 27: Pro procuratore sua habebit tres panes albos, duas justas vini, cenam, potagium et Generale, quale Conventus habebit, et etiam pitanciam, si pitancia fuerit in Conventu. Occurrit passim apud Guidonem in Disciplina Farfensi, in Statutis Gerardi Abb. S. Theodorici ann. 1233. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 974. in Chartul. B. M. de Argentolio fol. 57. in Charta ann. 1306. S. Crucis de Talmundo, etc.]*

**GENERALE PISCIMUM**, etc. apud eundem Udalicum lib. 3. cap. 3. 8. 12. 18. 24. 32. in vet. Consuetud. Floriacensis Cœnobii apud Joan. a Bosco pag. 392. 402. 405. in Hist. S. Mariæ Suession. pag. 465. in Chron. Trudonensi lib. 12. pag. 499. etc. cum scilicet in singulis scutellis piscis singulis Monachis apponitur. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 16: *Stabilivit et jussit, ut molina, quæ in stagno Tolon construxit, vel construxerit, Pisces ex stagno in Generali fratrum deveniant.*

**GENERALEM REFECTIONEM**, quæ omnibus Monachis ex cibo aliquo præbetur, dixit Charta Caroli C. apud Doubletum in Hist. Sandionys. pag. 806: *Præterea ut omni mense ex jam dicta villa fratres Generalem de omni re Refectionem habeant, decernimus atque sancimus, ita tamen ut hæc refectio non diebus festis, neque loco aliarum refectioium, quas fratres ex aliis rebus habere debent, tribuantur. In his ergo Generalibus Refectionibus generalis pro nobis fiat commemoratio, neque hæc generalis oratio specialem præpediat supplicationem, quæ pro nobis fieri debetur ex aliis rebus a nobis collatis, etc.*

\* *Général* et *Générez* Gallice dictum. Charta ann. 1263. ex Chartul. 21. Corb. fol. 77. vº: *Pour une provende monial, c'est assavoir deux pains de convent et demy sestier de vin chaque jour, de tel vin que ly convent boit, et deux sestiers de poiz l'an, et un denier le jour pour leur Général.* Alia ann. 1361. ex Chartul. S. Magl. Paris.: *Tenetur (præpositus) administrare ad horas consuetas Generalia, Gallice le Générez.*

1. **GENERALES**, Præfecti regionum. Scribit Constantinus Porphyrogenitus lib. 1. de Thematibus cap. 1. Provincias Orientis ab Imperatoribus subactis, eas eis ἐπαρχίας divisas, καὶ ἡγεμονίας, καὶ Δουκάτα, καὶ τοὺς καλουμένους Κομιστάρχους, τοῦτέστι βουλευτάς. Ἦσαν δὲ καὶ τινες αὐτῶν Πρίγκιπες, ὡς ἐν τοῖς τῶν ἁγίων μαρτυρίοις διαγράφεται, ἀλλὰ μὴν καὶ γηονάρχοι. Ubi quidam σκρινάρχοι restitunt. Sed scriuarii nusquam Provinciarum Præfecti fuere: malim igitur legendum γηοναρχίαι, *Generales*, quomodo exercituum Præfectos ac Duces *Generaux* appellamus, tametsi vox hæc pro Præfecto Provinciæ nescio an reperitur.

\* *Domini Generales* appellantur in Chron. Pet. Azar. ad ann. 1332. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 323.

2. **GENERALES**, Præfecti ærario, Gall. *Generaux des Finances*. Statuta Sacræ Capellæ Paris. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 159: *Item, si negotiis Ecclesiæ in deliberatione, scriptura erga Regem, Cameram computorum, Parliamentum, Theaurum, Generales... legitime fuerit occupatus, bene merito fuerit excusandus.*

3. **GENERALES**, Omnes. Liturgia MS. Fontanell. *Oratio sive collecta*, Fidelium Deus omnium conditor, etc. *pro Generalibus.*

4. **GENERALITAS**, Universitas, Communitas. Charta Roberti Regis Franc. ann. 1019. tom. 4. Gall. Christ. inter Instrum. col. 228: *Cum Ecclesia suprascripta Baugiacæ villæ, quam a S. Lupo datam et ab aliis abstractam de Fratrum Generalitate... habeant, teneant.* Vita S. Gregorii Papæ tom. 2. Martii pag. 134: *At ubi decretum Generalitatis evadere nequivit.* Epist. Horsmidæ Papæ ad Episcop. Hispaniæ tom. 2. Collect. Conc. Hispan. pag. 252: *Documenta quæque de Ecclesiæ scriiniis assumptas ad Concilium vestrum pro Generalitatis instructione direximus, ut ex illis plenius quæ sunt acta discentes, ab omni vos errantium communione separatis.* Instrum. publicum ex Archivis B. M. de Bono-nuntio Rotomag.: *Ita tamen quod Generalitas specialitati non deroget nec e contra.* Anastasius in Vita Sergii PP.: *Egressus vero idem beatissimus Pontifex foris basilicam domini Theodori Papæ apertis januis in sedem quæ vulgo appellatur sub Apostolis, Generalitatem militiæ et populi qui pro eo occurrebant*

*honorifice suscepit.* Occurrit apud Martinum Capellam et Symmachum.

\* *En générale*, pro *En général*, in universum, generatim, in Charta ann. 1270. ex Tabul. S. Mich. in Eremito.

† **GENERAMEN**, Generatio. Strabo Gallus in Rosa:

Flos tibi sceptrigero venit Generamine Jesse.

\* *Engendreur* et *Engierure*, eodem sensu, nostris a verbo *Engener*, *Engenerare*. Bestiar. Ms.:

Quant li oisiaus gueurist arriere  
S'engendreur eu la poudriere.

Vita J. C. Ms.:

Cele fu femme Zebédée,  
Cele fist boine porteur,  
Femme ne fist tel Engierure.

Ibidem:

Et hom brehains ne doit entrer  
O chiaus qui pueent Engener.

1. **GENERATIO**, Gradus cognationis et affinitatis, intra quem matrimonia contrahi vetant Canones, et agnatio computatur. Cognati generis matrimonium, (verbis utor Sirmondi) et divinæ Leges coercuerunt, et humanæ, tum civiles, tum canonicæ. Ac sacris quidem literis apud Hebræos de paucis, iisque proximis cautum fuit: nec longius fere processit interdictum, quam ne fratris sororibus filia copularetur: quod terrenis legibus in Republica Romana obtinuisse innuit Gregorius M. lib. 12. Ep. 31. ad Augustinum, firmatque lex 23. et 24. D. Cond. instit. (28, 7.) lex. penult. de Ritu nupt. (23, 2.) lex. 19. C. de Nupt. (5, 4.) Imperatores Christiani etiam consobrinæ jungi veterunt, ut Theodosius, tantum, ut ait Sext. Victor, pudori tribuens, ut consobrinarum nuptias veterit tanquam sororum. Quare sine Principis venia ducere non licebat, quod declarat Cassiodori formula, qua consobrina legitima fiat uxor, lib. 7. Ep. 46. Atque divinæ istæ et Imperatoris leges diu satis obtinuerunt, quod colligere licet ex Synodo Agathensi can. 61. Epaunensis can. 30. Aurelianensi III. can. 10. Turon. II. can. 21. et ex Ennodio lib. 5. Epist. 34. Vide Cujacium lib. 8. Observat. cap. 28. lib. 16. cap. 37.

Primus autem Gregorius M. videtur induxisse, ut cognationis gradus, intra quem matrimonia veterantur, ad septimum produceretur, lib. 12. Epist. 32. ad Felicem: *Progeniem, inquit, suam unumquemque de his, qui fideliter edocti, et jam firma radice plantati stant inconculsi, usque ad septimum observare decernimus Generationem, et quamdiu se cognoscunt affinitate propinquos, ad hujus copulæ non accedere societatem.* Quibus consona deinceps decrevere Gregorius III. PP. Epist. ad Bonifac. Mogunt. Zacharias PP. in Epist. ad Pipinum, Nicolaus PP. in Ep. Capitularia Caroli M. lib. 6. cap. 80. Hincmarus Opusc. 55. Concilium Wormaciense sub Adriano PP. cap. 32. Concilium Duziacense II. ann. 874. in synodica Epistola, Romanum ann. 8063. cap. 9. Londoniense ann. 1102. cap. 14. Londoniense ann. 1125. cap. 16. etc.

Cognationis vero gradus, non a fratribus et sororibus, ut quidam volebant, sed ab eorum filiis numerari debere, sanxere Concilium Saalgunstadiense, cap. 11. et Alexander II. PP. apud Ivo-nem part. 9. cap. 6. et 33. q. 5. c. 2.

Verum an septimum cognationis gradus ad matrimoniorum interdicta lo-



cum ubique et semper habuerit, dubium facit, quod Concilium Wormaciense sub Adriano PP. can. 32. in copulatione fidelium Generationis numerum non definit; sed id statuit, ut nulli Christianorum liceat de propria consanguinitate uxorem accipere, usque dum Generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria tenetur. Mox cap. 78. ad quartam generationem ejusmodi interdictum reducere videtur, hisce verbis: *In quarta Generatione nullus amplius conjugio copuletur.* Quæ habentur etiam in Concilio Moguntino I. ann. 847. cap. 30. Capitulare Compendiense ann. 757. cap. 1: *Si in quarta progenie reperti fuerint conjuncti, non separamus; in tertia vero si reperti fuerint, separentur, etc.* [Eadem habet Regino lib. 2. cap. 212.]

Apud Wisigothos intra sextum gradum interdictæ erant nuptiæ, lib. 3. tit. 5. § 1. ut et apud Græcos, ex Georgio Pachymere lib. 6. Hist. cap. 6. lib. 9. cap. 4.

Sed tandem hunc Canonum rigorem temperavit Innocentius III. PP. in Concilio Lateranensi ann. 1215. cap. 50. in quo prohibitionem copulæ conjugalis intra quartum consanguinitatis et affinitatis gradum cohibuit. Vide Rabanum in Ep. ad Humbertum Episcopum tom. 6. pag. 165.

Raro autem in ejusmodi cognationibus Dispensationem, uti vocant, indulsisse summos Pontifices, argumento est, quod de Philippo Pulcro Rege Franciæ narrat hisce verbis Joannes Hocsemius in Joanne Guidonis Episcopo Leodiensi cap. 14: *Nec sine mysterio est, quod Rex Philippus istam Johannem hæredem Regni Navarræ dispensative duxit uxorem, quia antea in tali gradu consanguinitatis, (et tamen non attingebant sibi ad invicem in tertio) non fuerat dispensatum cum Regibus Franciæ, de quo tempore memoria haberetur, nec tunc tanta necessitas videbatur, ut dispensari debuisset: quam dispensationem Honorius PP. IV. difficulter concessit, et nihil boni ex illa provenire prædixit: quod impleri videtur, quia nullus hæres in regno ex isto conjugio existit, qui ad posteros filios masculos perduxerit, quoniam ipsi tres filii eorum, scilicet Ludovicus, Philippus et Carolus, sibi successive per obitum succedentes, quamvis quilibet eorum masculum genuerit, tempore tamen mortis suæ nullum masculum, sed tantum filias reliquerunt, sicut præsentia tempora oculis manifestant.* Dispensationum ejusmodi exempla longe antea produnt Scriptores, Otto de S. Blasio cap. 51. et alii. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 1. pag. 454. tom. 3. pag. 301. 343. 1157. 1185.

GENERATIO. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 51. § 4: *Si quis in quatuor suis Generationibus, [in Germ. von sinen vier anen.] hoc est, ex duobus aviis, et duabus aviis, ac patre et matre, indiffamati juris est, illum in jure suo nemo infamare potest, si non solus ei personaliter prius derogavit.* Adde § 5. et art. 1. § 19. Hinc forte ortum habuit nobilitas, quæ quatuor generationibus nobilibus fulcitur et probatur, quam Noblesse de nom et d'armes appellat nostri, de qua copiose egimus ad Joinvillam Dissert. 10. [\* Libert. Clarim. ann. 1248. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 601. art. 19: *Omnes autem hereditates eorum, hæredibus suis propinquitibus remanebunt usque ad quartam Generationem.*]

GENERATIO, Temporis Generatio, pro

sæculo, apud Liberatum Diaconum cap. 3.

\* 2. GENERATIO, apud Cistercienses, pro Familia vulgo Filiation. Stat. ejusd. ord. incerti anni cap. 9. ex Cod. Hardenh.: *Item cum propter guerrarum disturbia et malitiam temporis complures abbates ordinis nostri ad solvendum cotas contributionum sibi impositas sint plurimum impotentes, domino Cistercii et quatuor primis, cuiuslibet in Generatione sua, committit capitulum generale, ut inspectis necessitatibus singulorum, etc.*

\* 3. GENERATIO, Genus, species, Gall. Sorte, espece. Barel. serm. in festo S. Th. Cantuar.: *Quatuor sunt Generationes personarum, quæ gaudent in hoc mundo. Primi sunt mansueti, ... secundi adulatores, tertii fatui, quarti gabadei.*

† GENERATORIUM, Facultas generandi. S. Ambrosius lib. de Noe et Arca: *Non est dubium, quin rationale animæ nostræ in quinque sensus dividatur, et vocem, et Generatorium.*

\* GENERATORIUS, [Ad generationem, vel ad generatorem pertinens. Tertull. advers. Valentin. 27. Generatorio more.]

† GENERBODUM. Vide Gernobada, in Grani.

† GENEROSA MULIER, Famula honorator, Gall. Femme de chambre. Testam. Radulfi de Newil Comitiss Westmerland. ann. 1440. apud Madox Formul. Anglic. pag. 433: *Item do et lego cuiuslibet mulierum Generosarum cum uxore mea ad tunc existentium x. marcas; et cuiuslibet mulierum Generosarum alterius status in nutritorio infantium meorum ad tunc existentium xl. s.*

GENEROSITAS, Idem quod infra Genu, Genuculum, Familia, genus. Synodus Romana II. sub Silvestro cap. 4: *Constituit hunc ordinem, ut si quis de Clero... transiret ex hoc mundo, si neminem de sua Generositate haberet consortem, quicquid paupertas ejus haberet, conferret Ecclesiæ.* Occurrit præterea cap. 11. in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 4. [\* Roth. 75.] in Legibus Henrici I. Reg. Ang. cap. 88. etc.

\* GENEROSUS, Urbanus, officiosus. Expedi. liter. secur. concessarum a rege et ducibus Bitur. et Burg. ann. 1391. inter schedas Mabill. vol. 9. fol. 97. rº: *Post plures reverentiales salutationes et verba Generosa inter eos proloquuta et habita, etc.*

GENESIS, Genitura, fatum. Glossæ antiquæ MSS. i. Genesis, decretum, Genes, fatum, decretum, vel generatio. Genitura, Spartiano in Vero, Severo, et Geta, cujus, inquit, plerique Afrorum peritissimi fuere. Horoscopus. Commodianus Instr. 16: *Et dicitis fata Genesis adscribere vobis.* S. Audenus in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 15: *Nullus sibi proponat fatum, vel fortunam, aut Genesim, quod vulgo Nascencia dicitur, etc.* Ordericus Vitalis lib. 2: *Neque Deus, neque cultus, neque providentia in mundo, sed fortuitus casus et Genesis agunt omnia.* Infra: *An esset aliquid in nobis, quod nec Genesis, sed Dei judicium gereret.* Vide Fragmentum Petronii pag. 17. Joan. Chrysost. Serm. 5. περί εὐαγγελίου, et Isidorum Pelusiotam lib. 3. Epist. 191.

\* GENESPOTA, La predicatione. Glossar. Lat. Ital. Ms.

\* GENESTEIUM, Ager genistis consitus, vel etiam arbor ipsa, nostris Genêt, alias Genestays, Genestre et Genieste. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 231. rº: *Viginti septem (acræ) et dimidia bosct in sico Genesteio, quæ debent remanere in boscagio sine tertio et dan-*

gerio. Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 382: *Ilz trouverent près d'un champ plain de Genestays; ... se mist encoras en plus fort Genestays.* Aliæ ann. 1410. in Reg. 165. ch. 72: *Jehan des Roches dist qu'il vouloit aler cueillir des balais, ou Genestres, en un boys.* Phil. Mouskes:

De fécières et de Genieste  
Fist une loge, etc.

† GENESTERIUM, Locus genistis obsitus, in Chartulario Gemeticensi cap. 408.

\* GENETA, Viverræ seu icteridis species, Hispan. Gineta. Gall. Genette, alias Geneste. Comput. Ms. ann. 1244: *Pro capa dominæ comitissæ de escallata violeia fouranda et orla de Geneta, w. lib. Stat. monast. Beccens. ex Bibl. S. Germ. Prat.: Non habeant (monachi) coopertoria varia, grisa, aut de cirogrillis, aut Genetis, aut aliis pelilibus præciosis, etc.* Pedag. Paris. ex Lib. 2. stat. artif. Paris. in Cam. Comput. fol. 22. rº: *Peauze de fayrne, peault de chat sauvaige, ... peault de Genestes, etc.*

† GENETALIACUM, Nativitas, Johan. de Janua: *Nativités;* in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. pro γενεθλιακόν, Ad natalem diem pertinens.

† GENETALIACUS, Eidem de Janua: *Genetalicus,* in Gloss. Sangerman. Lat. Gall. pro Genethiacus, quo Gellius utitur pro eo, qui conatur prædicere quo quis fato natus sit.

† GENETEARIUS, GENETEUM. Vide Gynæceum.

\* GENETERIA, Lanceæ seu jaculi species, Hispan. Gineta, nostris Genetaire. Monstræ Mss. factæ apud Chassagnat ann. 1511: *Franciscus Charbonerii dixerit unam Geneteriam; injunctum est quod habeat unum bragamundum infra quindecim dies.* Ibidem: *Unam Gemitesiam;* sed minus bene. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1033: *Le suppliant tout en riant print une lance Genetaire ou javeline qu'il trouva en son chemin. Lance genetaire, in Lit. ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 86. Aliæ ann. 1480. in Reg. 206. ch. 141: *Une javeline ou une Genetaire, autrement appellée javeline d'Espagne. Janetaire, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1477. ex Reg. 206. ch. 1159: *Le suppliant, ensemble Jehan Barriere son cousin, prindrent chacun une arbaleste garnie, et avec ce ledit Barriere cousin une Janetaire.* Quod ejusmodi lancea potissimum uterentur Hispanici equites levis armaturæ, sic appellata, ab Hispanico Ginete, Dexter equitator: unde nostris Genetaires, Equites levis armaturæ, Cavalerie légère. Guill. de Villanova in Hist. Belli Ital. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1533: *Lequel roy (Ferrant) estoit bien accompagné tant d'hommes d'armes, que de gens de pié, et d'un grant nombre de Genetaires, que le roy d'Espagne lui avoit envoyé.* Vide mox Genetten et infra Ginetheria.**

\* GENETTEN, Equus Hispaniensis, nostris etiam Genêt. Hist. desponsat. Frid. III. imper. et Eleonoræ Lusit. ann. 1451. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 618: *Habebant equos velocissimos et saltantes ut capræ hinnulorum, nomine Genetten. Et sunt in magno pretio.*

\* GENEVRUS, Juniperus, Gall. Genevrier. Charta ann. 1351. in Reg. 81. ch. 47: *Possint habitatores prædicti de juniperis seu Genevris, quantumcumque voluerint, scindere.*

† GENGIBLÆ, Οὔλα δόδωνται, Gingivæ.



Supplem. Antiquarii. [\* Ita et Gloss. Lat. Gr.] Vide *Gingula*.

\* **GENHARE**, vel **GERHARE**, Consilium dare, aliquid suadere, Gall. *Conseiller*. Charta ann. 1331. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1002 : *Præmissa idem Helyas Grequandi fecerat, vel alius seu alii ejus nomine, ipso Helya procurante, Genhanti (sic) seu fieri faciente*. Alia decani eccl. Ischigiac. ann. 1310. in Reg. 49. ch. 3 : *Helias de Sancto Desiderio dudum maligno motus spiritu, malitiose et proditorie tractavit et Gerhavit mortem seu interfectionem prædecessoris nostri murtro interfecti*.

\* **GENIALIS**, *Lectum, quod nuptiarum die sternitur, vel ingeniosus*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide *Geniatius*.

\* **GENIALITAS**, [Festivitas, jucunditas. *Amman*. 30. 1. sub fin. Genialitas mensæ.]

**GENIATUS**, *Gratus, delectabilis*, Joanni de Janua. Gloss. Lat. Gr. : *Genialis, ἐπισημος, γαμήλιος*. Gloss. Isid. : *Geniatius, Genialis, Gratus*. Senator. lib. 6. Ep. 3 : *Officium plane Geniatium, efficax, instructum, etc.* Eod. lib. Ep. 6 : *Officium vero ejus tanta Genii prærogativa decoratur, ut militiæ perfunctus muneribus, ornetur nomine Principatus*. Epist. 12 : *Magnum quidem multis, et inter vices videtur esse Geniatium publicæ utilitati probis actionibus occupari*. Ep. 20 : *Vultus quin etiam regnantium Geniata obsequii pompa præmittit*. Ex his forte restituenda hæc vox apud Capitolinum in Verò : *Fuit decorus corpore, vultu Geniatus*. Editi *gemmatius* præferunt. Vide *Salmasium*.

**DEGENIATUS**, contraria notione. Idem Senator lib. 12. Ep. 11 : *Si... dispunctis nationibus non... destinaveris quantitatem, Degeniatus in provincia velociter reddes, quæ te male distulisse cognoscis*.

**GENICIUM**, **GENICIARIA**, etc. Vide *Gynæceum*.

† **GENICLINARE**, Genibus inclinatis adrepere. *Miracula B. Simonis de Lipnica*, tom. 4. Julii pag. 541 : *A crata chori... usque ad sepulcrum... humillima Geniclinavit*. Vide *Geniculare*, et *Genulare*.

† 1. **GENICULA**, *Juvenca, junix*, Gall. *Genisse*. Codex Irminonis Abb. Sangerman. fol. 93. v. [\* Br. 17. sect. 49.] : *Solvunt ad tertium annum ad hostem Geniculas VIII... multones XIII*.

† 2. **GENICULA**, *Vestis, ut puto, brevior, ad genua tantum pertingens*. [\* Vel potius, Calceamenti genus, idem quod infra *Genualia*.] *Cilicium S. Germani et Genicula ejus*, apud Mabill. sæc. 3. Benedict. part. 1. pag. 102.

† **GENICULARE**, *Adorare*, in Gloss. Sangerman. Glossæ Cyrilli : Γενυπετώ, *Geniculo, Geniculator, genua advolvo*. Occurrit in Actis SS. Bened. sæc. 3. part. 2. pag. 53. sæc. 4. part. 1. pag. 718. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 169. et alibi. *Plinio Geniculare dicitur seges cum pervenit ad articulum et genicula accipit*. Vide *Geniculum* 1.

† **GENICULARIS**, *Pertinens ad genu, et hic Genicularis quædam herba quæ ob expellendam vim scorpionum sternitur*. Jo. de Janua. *Une herbe qui vaut contre escorpions*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

\* **GENICULARIUS**, *Ad genam seu faciem pertinens*. *Mirac. S. Walburg*. tom. 3. Febr. pag. 532. col. 2 : ubi de puella cæca : *Subito patescens Geniculariis thecis, visus rediit ad pupillas, easdem prolixo jam tempore viduas*. Vide supra *Genâ*.

1. **GENICULUM**, Idem quod *Genesis*. Or-

dericus Vital. lib. 9. pag. 738 : *Colligebat etiam multa de constellationibus mulier sortilega, et Geniculorum multarumque disciplinarum conscia*. Vide *Genâ* et *Geniculum*.

\* 2. **GENICULUM**, in Leg. Salica tit. 47. § 3. edit. Eccardi, pro *Geniculum*. Vide in hac voce num. 2.

\* 3. **GENICULUM**, *Vita S. Aichardi* tom. 5. Sept. pag. 86. col. 2 : *Erat itaque infans decennalis, quando resedit in scolari, primo Geniculo*. Id est, ut notant docti Editores, in primis scholarum rudimentis.

† **GENICUS**, γενικός, *Generalis*, in Supplemento Antiquarii.

† **GENIMEN**, apud veterem Bibliorum Interpretem, Job. cap. 31. v. 12. Proverb. cap. 8. v. 19. et alibi non semel. Papias : *Genimina, germina*. Glossæ antiquæ : *Genimen, Generatio*. *Henricus Rosla* in *Herlingsberga* :

Hæc meminsens, parcas stirpi, Genimenque quod illo Stipite descendit, calcari non patiaris.

**GENIOLUS**, *Qui habet ingenium*. Papias, et Glossæ Antiquæ MSS.

† **GENIOSUS**, *Plenus genio, scilicet Genio deo, vel genio, id est, ingenio*, Joanni de Janua : *Engigneur, soubitz*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

† **GENIPERETA**, *Locus, ut arbitrator, juniperis obsitus*, Gall. *Genevier*. *Chartularium Matisconense* fol. 100 : *Terminat a medio die ab ipso Aldoni et Genipereta increpita*.

**GENISCUS**, *Genius*. S. Eligius Episc. Noviom. apud S. Audoenum in ejus Vita lib. 2. cap. 15. dum *paganius*, seu *pagano-*rum superstitiones recenset : *Nullus nomina dæmonum, aut Neptunum, aut Orcum, aut Dianam, aut Minervam, aut Geniscum, aut cæteras hujusmodi ineptias credere, aut invocare præsumat*.

\* *Homel. ex Cod. reg. 5600. fol. 101 : Sunt aliqui rustici homines, qui credunt aliquas mulieres, quod vulgum dicitur strias esse debeant, et ad infantes vel pecora nocere possint, vel dusiolus vel aquatiuus, vel Geniscus esse debeat*.

**GENISIDIUM**, *Generatio*, Papias, et in Glossis Antiq. MSS. ex Gr. forte γενεσιδιον ἢ γέννησις.

**GENISTÆ**, *Hæretici Judæorum dicti, quia de genere Abrahæ se esse gloriantur*. Papias.

\* **GENITALIA**, *Unde vir generat, aut mulier creat, parit, vel loca verecundiora*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Unde *Genitilles*, et *Genetaires*, Testiculi, scrotum. Lit. remiss. ann. 1333. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 152 : *Certaine maladie de rouverte, que ledit Coleçon avoit lonc temps avant la dite bateure en ses Genitilles*. *Bestiar. MS.* ubi de Castore :

Se fait on de ses Genetaires Mechines à plusieurs affaires.

† **GENITARE**, Γέννηναι, *Gignere*, in Supplemento Antiquarii.

\* Ita et in Gloss. Lat. Gr. Vide supra *Generamen*.

\* **GENITESIA**, *Vide Geneteria*.

\* **GENITIA**, *Juvenca*, Gall. *Genisse*. Charta Odon. archiep. Rotomag. ann. 1255. ex Cod. reg. 1245. fol. 167. r. : *Item duæ vacce, duæ Genitiæ, et unus bouvelus... Item tres Genitiæ*. Vide *Genicula* 1.

**GENITALII**, *nempe dies, τὰ γένεσται*, *Dies, quo quis in lucem editus est*. *Capitolinus* in *Pertinace* : *Circenses, et Imperii natalis additi, qui a Severo postea sublati sunt, et Genitalii, qui manent*. Hinc

**GENICIALES FEMINE**, *Quæ hominum*

*genituras* inquirunt, incantatrices, sortilegæ, veneficæ : *Guenoches Bituricensibus, ut auctor est Pithæus*. *Hincmarus de Divortio Lotharii* : *Quidam autem a lamiiis, sive Genicialibus feminis debilitati, quos per exorcismos et antidota Catholica restituit sanitati*. Vide *Genesis*, et *Gynæceum*. [\* Confer *Grimmii Mythol. German.* pag. 594.]

\* *Unde nostris Geneschier et Genicier*. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 163 : *Le suppliant dist à icelle Aalips : Ne vous conseillez pas à un Geneschier*. Alia ann. 1455. in Reg. 191. ch. 188 : *Icelle femme avoit en renom d'estre sorciere et Geneschiere*. Hinc emendandæ Lit. ejusd. ann. in Reg. 187. ch. 109. ubi legitur : *Sorciere et Gueschiere*. *Tirez vous arriere vieille Geneschiere*, in aliis Lit. ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 36. Denique alia ann. 1464. in Reg. 199. ch. 474 : *George Vernoy fut accusé de crime de heresie et de faire mourir et languir par sort et art magiques plusieurs gens et bestail... Le suppliant dist qu'il estoit vray qu'il l'avoit appellé Genicier*. Vide in *Genitalii*.

**GENITIARLÆ**. Vide *Gynæceum*.

† **GENITIUM**, *Dominium hæreditario jure possessum*. Charta Eberhardi Comititis pro dotatione Monasterii Morbac. apud Ecardum de Origin. familiæ Habsburgo-Austriacæ col. 115 : *De mancipio nostro scopulicolas, quas in Genitio nostro habuimus*. Vide *Genealogia*, *Proprietas*.

† **GENITOR**, *Proavus*, Gall. *Bisayeul*. Sic Philippus cognomento *Longus* S. Ludovicum proavum suum *Genitorem* vocat apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 676.

\* *Geniteur*, proprio sensu, pro *Patre*, in Testam. ann. 1137. apud Menag. in *Hist. Sabol.* pag. 159.

\* **GENITURA**, *Ortus, origo*, Gall. *Naissance*. Lit. legitim. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 414 : *Quia decus virtutis Genituræ maculam abstergit in filiis, etc.*

† 1. **GENIUM** *est vigor, potentia, opinio, honor, vel ordinatio*, in *Auctario Janssonii* ad *Glossarium Isid. Joh. de Janua* : *Genium, honor privatus ; Genius, honor publicus ; Papias vero dicit : Genium, honor aut dignitas, vigor, ordinatio : Genialis, gratus, propinquus et affinis*.

\* 2. **GENIUM**, *Charta Phil. Pulc.* ann. 1298. inter *Probat.* tom. 4. *Hist. Occit.* col. 111 : *Singulas personas Tolosæ et Albiensis senescalliarum, in quibus aliquod jus habemus... ratione vel occasione servitutis, adscriptitiatius, vel Genii, seu libertinitatis*. Vocem ab editore fictam emenda ex Reg. ejusd. Phil. in *Chartoph.* reg. ch. 18. ubi legitur : *vel quasi*. Vide *Casalagium in Casalaticum*.

\* 3. **GENIUM**, *ut Ingenium* 4. *Ratio*. *Chart. Longob.* ann. 716. apud *Brunett.* in *Cod. Dipl.* pag. 454 : *Donatum vel quoquo genio alienatum aut traditum*.

**GENIUS**, *Angelus*. *Hermas* in *Pastore* lib. 2. cap. 6 : *Duo sunt Genii cum homine, unus æquitatis, et unus iniquitatis, æquitatis Genius tener est, lenis et verecundus, mansuetus et quietus. Cum ergo in cor tuum ascenderit, continuo loquitur tecum de justitia, de pudicitia, de castitate, etc.* Ex *Herma S. Antiochus* *Homil.* 61 : Δύο γάρ εἰσιν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἷς τῆς δικαιοσύνης, εἷς τῆς πονηρίας, etc.

† **GENIZARUS**, *Pedes Turcicus*, Gall. *Janissaire*. Occurrit in *Sententia Sigismund. Regis Poloniæ* ann. 1616. apud

Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 132. Vide *Jantizarus*.

† **GENIZEUM**. Vide *Gynæceum*.

**GENNALE**, i. roseum, vel de germine. Ita Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosoph.

\* **GENNATUS**, Panni species. Inventar. 1497. tom. 2. Hist. Monast. Cassin. pag. 599. col. 1 : *Item planeta alia cremosina, cum tunicellis de Gennato, . . . pluviale de Gennato rubeo.*

\* **GENO**, [idem quod gigno, genero. Varr. apud Priscian. 10. p. 898. Putsch. Hæc loca aliquid *Genunt*. Id. 1. R. R. 40. Semen, quod est principium *Genendi*, et 2. *ibid.* 6. Similes parentum *Genuntur*. Id. apud Gell. 3. 16. Si mihi filius unus pluresve in decem mensibus *Genuntur*. Lucret. 3. 799.]

**GENOBARDUM**. Vide *Grani*.

\* **GENOBODUM**, *Barbe*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521. pro *Genorbadum*. Vide hanc vocem in *Grani*.

\* **GENOCCLALES**, Genum armatura, Gall. *Genoullieres*. Testam. ann. 1349. apud Cl. V. Garamp. in Ind. ad Hist. B. Chiaræ pag. 511. col. 1 : *Gurgeriam, barbutam, Genoccales et quantos, quæ arma nunc habet, etc.* Vide infra *Genualia*.

\* **GENOSUS**, *Habens grossas genas*, in eod. Glossar. 521.

1. **GENS**, Gentiles, Pagani. Hinc Patrum libri scripti *adversus Gentes*. Concilium Carthagin. III. can. 12 : *Gentibus, vel hæreticis, aut schismaticis matrimonio non jungantur*. Concilium Laodicenum cap. 39 : *Ὅτι δεῖ τοῖς ἕθεσι συνορθῆσαι, καὶ κοινωσθῆναι τῆ ἑθελῆτι αὐτῶν*. Passim apud veteres Scriptores Christianos. Vide *Gentiles* 2.

† 2. **GENS**, Militum copia, exercitus, Gall. *Gens de guerre*. Barthius in Glossario ex Histor. Palæst. lib. 4. cap. 3 : *Invenerunt quoddam castrum, cui nomen Encorogorge, quod erat vacuum gente*. *Ibid.* : *Tandem invenit eos occidentes Gentem suam*. Et cap. 4 : *Rogertus Comes reversus in Siciliam dolebat et mærebat Gentem suam amittere*. *Ibid.* cap. 13 : *In Saracenorum terram nemo intrare audebat, nisi cum magna Gente*. Denique cap. 20 : *Rex Damasci eo venit cum maxima Gente*. Occurrit eadem notione in Brevario Hist. Pisane ad ann. 1175. apud Murator. tom. 6. col. 191. et apud Rymerym non semel.

† **GENS ARMIGERA**, in Tractatu confederationis anni 1314. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 150. col. 1.

† **GENTES ARMORUM**, in Miraculis S. Ludovici Arelat. Archiep. apud Stephanotium tom. 10. Fragm. MSS. pag. 310. et in Litteris ann. 1358. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 241. *Gentes Armorum, Britones et pillardi*, in Charta depositionis testium ann. 1395. ex Archivio B. M. de Bono Nuncio Rotomag.

† **GENTES IN ARMIS**, supra in voce *Borratura*, *Vadium*.

† 3. **GENS**, Servi, vassalli, subditi, unde Gallice dicitur *les Gens d'un tel*. Excommunicatio lata a Simone Tornac. Episc. ann. 1130 : *In hac nequidem excommunicatione omnes illos conclusit, qui Gentes S. Mariæ extra propriam legem ponentes, injuste rapiunt, etc.* *Gentes Regis*, Agentes, procuratores, in Litteris ann. 1324. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 251. *Gens du Roi*, in Parliamentis dicuntur Procurator et Advocati Generales, ut Procurator et Advocatus Regis in curiis inferioribus. *Gentes Sacristæ*, i. e. Famuli Sacristæ servientes, in vet. Ceremoniali MS. B. Mariæ Deauratæ.

\* 4. **GENS**, Domini feudalis justitiarum. Charta ann. 1266. in Chartul. Cluniac. ch. 326 : *Mutilandus vel damnatus ad mortem per mandatum prioris de Marci-gniaco, debet reddi domino Sinemuri vel ejus mandato, pro sententia, a Gente dicti prioris prolata, executioni tantum mandanda*. Vide in *Gens* 3.

\* 5. **GENS**, Homines. S. Bern. serm. 4. in Quadrage. edit. Mabil. pag. 821 : *Volo eos orare tanquam Gentem, quæ peccatum fecerit. Cum Gent hi aient fait péchiet*, in Gallico. Vide *Gentes*.

† 1. **GENTA**, γαλῆρος, *Gener*, Gall. *Gen-dre*, in Supplemento Antiquarii.

† 2. **GENTA**, Anser agrestis, in Miraculis S. Genulphi tom. 2. Januarii pag. 106. et sæc. 4. Benedict. part. 2. pag. 236. pro quo superius legitur *Ganta*. Vide *Gantæ* 2.

**GENTARE**, **GENTACULUM**. Will. Brito in Vocabul. : *Jantaculum in mane, quod simplices dicunt Gentari, pro Jantari*. Thwroc. in Salomone cap. 50 : *Priusquam Rex et Dux cum exercitu suo de Gentaculis capita levassent*. Vide *Jantaculum*.

† **GENTES**, Homines, hominum multitudo. Litteræ anni 1413. apud Rymerym tom. 6. pag. ult. : *Dum tamen peregrini illi de amicitia nostra et Gentes laicæ existant*. Vetus Ceremoniale MS. B. Mariæ Deauratæ : *Elevat Sacerdos Hostiam et Calicem in quantum potest bene et desenter totum insimul pro monstrando Gentibus*, id est, Populo astanti. *Ibidem* : *Cantantes predictum Planctum* (B. Virginis, *Stabat Mater*) *non possint videri a Gentibus, nec ipsi videant Gentes, ut securius possint cantare sine timore, quia forte videndo Gentes turbarentur*. *Gentes in hoc se cognoscentes et expertæ*, in Arresto Parliamenti Paris. ann. 1372. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 71. col. 2. Vide *Gens*.

† **GENTES COMPOTORUM**, Magistri ceterique Judices regalium rationum. Litteræ Johannis Regis Franc. ann. 1352. apud Acherium tom. 10. Spicil. pag. 220 : *Mandantes dilectis et fidelibus Gentibus Compotorum nostrorum, Theaurariisque nostris Parisius, et omnibus Receptoribus et Justitiariis regni nostri præsentibus et futuris, etc.*

**GENTIA**. Capitulare de Villis cap. 31 : *Ut hoc, quod ad paraverendarios vel Gentes dare debent, simili modo unoquoque anno separare faciant*. [\*] Pertzius habet *Gentias*, i. e. *Gynæcea*.]

\* **Canthus**, ut videtur ; nostris etiam *Gente*, pro *Jante*. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 281 : *Jehan Honoré faiseur de Gentes, etc.*

\* **GENTILE FEODUM**, Quod ab ingenuis tantum possideri potest. Hinc sine commate legendum, *Oblias, feoda gentilia ac redditus*, in Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 312. art. 7. Vide supra in *Feudum*.

† **GENTILHOMO**. Vide *Gentilis* 1.

1. **GENTILES** vocabant Romani, quos ipsi etiam interdum Barbaros, qui Romanis militabant, eorum fœderati, vel qui in leges Romanas ultro, vel deditione transibant. Ita *Gentiles* intelliguntur in Cod. Theod. tit. de Nuptiis *Gentilium*, et alibi, apud Ammianum, Ausonium, et in Notitia Imperii, ubi *Schola Gentilium, Schola Gentilium seniorum*, qui sub dispositione Magistri Officiorum militabant, de quibus idem Ammian. lib. 15. 16. 20. 25. et Synaxaria 7. Octob. in SS. Sergio et Baccho.

2. **GENTILES**, Ugutio : *Gentiles proprie, qui non circumciduntur, nec bapti-*

*santur, ut pagani, unde et Gentiles dicuntur, quia tales existunt, quales sunt gentili. Sed Christiani non ita sunt ut fuerint gentili, quia sunt baptizati ; similiter Judæi mutantur, quia circumciduntur*. Adde Isid. lib. 8. cap. 10. S. Augustin. in Psal. 28 : *Gentilis ille est, qui in Christum non credit*. Idem de Opere Monach. cap. 11 : *Quis utique non nisi Gentiles, quos Paganos dicimus, vult intelligi*. Lex 46. Cod. Th. de Hæreticis (16, 5.) : *Gentiles, quos vulgo Paganos appellant*. Lex 21. eodem Cod. de Pagan. (16, 10) : *Qui profano pagani ritus errore seu crimine polluentur, hoc est, Gentiles, etc.* Adde leg. 43. et 63. eod. tit. Commodianus Instr. 26 :

Gens et ego fui, perversa mente moratus,  
Et vitam istius sæcli veram esse putabam.

**GENTILITAS**, Paganismus. Sulpitius Severus lib. 1. Hist. : *Ex quibus plerique divinas ceremonias receperunt, reliquis in errore Gentilitatis perseverantibus*.

† 3. **GENTILES**, *Terræ indigenæ, incolæ antiqui*, apud Barthium in Glossario ex Guiberti Hist. Palæst.

\* **GENTILIA**, Nobilitas, nobilium mos, Gall. *Noblesse*, alias *Gentilce* et *Gentilise*. Charta ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 77 : *Qui Humbaudus juramento præstito de veritate dicenda, dixit quod in prædictis stiticiis, seu joustes, joustaverat cum dicto Guillelmo legitime, amicaliter et fideliter, et exercendo Gentiliam et armigeriam, et jus suum servando*. Alia ann. 1317. in Reg. 61. ch. 155 : *Et si ha promiss (Renars de Choseul chevalier sires de Bourbone) en Gentilce, comme leaux chevaliers, que jamais encontre les choses dessusdites ne venra*. Lit. Joan. ducis Brit. ann. 1317. in Reg. 69. ch. 263 : *Que Raymon Gilbert et Alan son frere pussent user et exploier en tous cas, comme gentils hommes et nobles personnes, et joir de tous privilèges de Gentilise, tant en Bretagne, que en tous autres lieux*. *Gentillesse*, Nobilium appellatio, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 279 : *Icellui Gidouin s'en commença à fourir parmi les jardins, et à crier, Gentillesse, je suis mort*.

1. **GENTILIS**, Nobilis, ingenuus. *Gentiles* Q. Mutius definiunt ingenuos ab ingenuis oriundos, quorum majorum nemo servitutum serviit. Radulfus de Diceto in Imag. Hist. : *Christiani, qui a nobis detenti sunt, sunt Gentiles et nobiles viri*. Le Roman de Rou MS. :

Moult fu beaus, moult fu Gens,  
Gentis homs ressembla.

Alibi :

Elle fu de Chartres Comtesse  
Espousée au Comte Estevenon,  
Gentilhomme, noble Baron.

Philippus *Mouskes* MS. in Philippo Aug. :

Et maint franc bacelet illuec,  
Feist eevalier avec son fil,  
Qui furent franc ome et Gentil.

Galterus Metensis in Mappamundi MS. cap. 14 :

Gentil et vilain, tout y portent,  
Mult se puet bien plaindre du mains,  
Qui chi est Rois, et là vilains.

Le Reclus de Moliens in suo *Miserere* MS. :

Par le pere sont serf ti fil,  
Qui or fussent franc et Gentil.

**GENTILHOME**, **GENTILFAME**, in Statutis S. Ludovici lib. 1. cap. 70. 71. *Gentichom de lingsage*, apud Petrum de Fontaines in Consilio cap. 3. § 5. *Gentilhomines*, apud Gobelium lib. 8. Com-

ment. Pii II. PP. : *Nunquam Gentilhomines aut claves urbis obtinebunt, aut magistratum, quem populi Capitaneatum appellamus. Mansos nobles vulgairement dits Heritages Gentiox*, in Consuet. Aquensi tit. 2. art. 1.

† GENTILIS DOMINA, Nobilis matrona, in Regiminibus Paduæ ann. 1325. apud Murator. tom. 8. col. 466.

† GENTILIS ET SERVLIS TERRA, in Charta ann. 1245. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britann. pag. 394.

† 2. GENTILIS, Formosus, elegans, urbanus, Gall. *Gentil*. Occurrit in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 832.

\* Ut nobilem decet. Hinc Froissart. vol. 1. cap. 17. ubi de Eduardo III. rege Angl. : *Le gentil d'Angleterre pour mieux festoier ces seigneurs et toute leur compaignie tint une grande court le jour de la Trinite*.

\* 3. GENTILIS, Qui ex eadem gente est. S. Athan. seu alius quivis laudatus tom. 6. Sept. Act. SS. pag. 601. col. 2 : *Secundum nomine, Gentilem quidem hæretici, sed non ejusdem fidei, calcitrando virum occiderunt*.

GENTILES, et GENTILES PEREGRINI, Falconum species, nostris *Gentils*. Describuntur a Friderico II. lib. 2. de Arte venandi cap. 24. 27. et a Jac. Aug. Thuano lib. 1. de Re accipitr. pag. 18. cui, ut et Alberto M. lib. 23. de Animalibus cap. 17. *Nobiles dicitur*.

† GENTILITAS, Paganismus. Vide *Gentiles* 2.

† GENTILITER, Gentilium more seu Paganorum, in Barthii Glossario ex Baldrici Hist. Palest.

1. GENU, Generatio, ex Gr. γένος, Gradus generationis. Concilium Vermeriense ann. 752. can. 1 : *In tertio Genu conjuncti separantur*. Capitulare Haytonis Episcop. Basil. cap. 21 : *Ut nullus sibi accipiat (uxorem) usque in quinto Genu. Mox : Et non separat in quarto Genu, sed in pœnitentia cunctis diebus conjunctionis suæ perseverent*. Willelmus Malmesb. lib. 1. Hist. Angl. cap. 4 : *Successit Ethelbaldo Offa quinto Genu. Eod. cap. : Kenulphum quinto Genu nepotem*. Cap. 5 : *Apud Orientales Anglos Rex fuit Reddwaldus a Wodeno, ut scribunt, decimum Genu nactus*. Vide Leges Henrici I. cap. 76. Et infra in *Geniculum* 2. [\* Confer Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 468.]

\* 2. GENU, Cubitus, Vitruvii geniculus, Gall. *Coude*. Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 428 : *Et de dicta paxeria tenendo quoddam vallum conerotorium, quod tendit recte usque ad quoddam Genu carrieriæ orbæ, et de dicto Genu dictæ carrieriæ, etc.*

† GENUA, Vestis genus, quæ ad genua descendebat. [\* Vel idem quod *Genicula* 2. Vide *Genualia*.] Bonifacius Mogunt. Ep. 74 : *Caligas, et peripsemata, orarium, et coculam, et Genuam brevem nostro more consulam*.

GENUALE, Γονατῆδεςμος, in Gloss. Lat. Gr. *Jarretiere*, [Periscelis, vinculum tibialium.]

\* GENUALIA, Armorum genus, quo genua defenduntur, calcamenti species. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Genualia, Gallice Genouillier. Genouillieres*, in alio ex Cod. 7679.

\* GENUARIUM, Modus agri, a forma, ut videtur, sic dictus. Vide supra *Genu* 2. Memoratur ex Charta ann. 1037. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 1033.

† GENUARIUS, γονυπετής, Qui genua

flectit, in Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerman.

GENUBIUS, Papiæ, *Intimus, interior, domesticus, naturalis*. [Legendum *Genubius* pro *Genubius*. Gellius lib. 9. cap. 9 : *Quod Homericæ quidem Ἀγῶς gaudium gaudeat Genubium et Intimum, atque in ipso penetrati cordis et animæ vigens : ad quæ Glossatores allussisse manifestum est.*]

† GENUCA, ad Juvenca, Gall. *Genisse* ? Testamentum Hengeromi de *Budlecs* apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 424 : *Baldwino filio Personæ v. s. de denariis, quos Petrus le Wager debet eidem Hengeromo. Item filia Madoci de Witespon unam Genucam*.

† GENUCLARE, γονατίζειν, a *Genua* flectere ; in Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerman. Vide *Geniculationes* in *Geniculum* 1.

\* *Jenoiller*, in Poem. Alex. MS. part. 1 : *Li chevaux se Jenoille qui fu de cox chargié*.

Vide supra *Aggeniculare*.

1. GENUCULUM et GENICULUM, diminutivum a *Genu*, unde nostrum *Genouil*. Gl. Lat. Gr. : *Genucula, γόνατα. Indumenta super Genucula elevare*, in Lege Bajwar. tit. 7. cap. 4. Lex Frision. tit. 22. § 60 : *Si tibia subtilis Genuculo media incisa fuerit, etc.* Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 37 : *Percussus in Geniculo claudicabat*. Rodolphus Tortarius Floriacensis lib. 4. de Miracul. S. Benedicti :

*Credulus his dictis sese trahit ille Genuculi.*

*De Geniculis adorare, orare, γονυπετεύειν*. Tertullianus lib. de Corona militis : *Die Dominica nefas ducimus de Geniculis orare, eademque immunitate a die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus*. Utitur et S. Hieronymus adversus Luciferianos cap. 4. Le Roman de *Garin* MS :

*A Genollons s'est devant les Seins mis.*

Hinc

GENICULATIONES, apud eundem Tertullianum ad Scapulam : γονυκλισία, in Nomocanone edito a Joan. Bapt. Coterlerio can. 36. 39. 290. *Geniculare*, *Genua* inclinare, flectere. Glossæ antiquæ : *Geniculare, adorare. Geniculat, Genibus flexis adorat*. Ita etiam Papias. Glossæ aliæ MSS. : *Geniculo, genua flecto*. S. Augustinus : *Qualis est magnitudinis supernæ gloria, ad cujus panos Angeli excubant, Reges trepidant, vel tripudiant, sidera obsecundant, et sectatores sapientiæ Geniculant*. Gloss. Lat. Gr. : *Geniculat, γονατίζειν. Genouiller*, Littletoni sect. 85. *Geniculare*, apud Lamprid. in Heliogabalo et Vitruv. lib. 9. cap. 6. In Calendario Maronitarum apud Allatium in Symmictis pag. 301. observat Gabriel Sionita. *Genuum positionem* appellari pœnitentiæ causa, ducentas, trecentas, ac plures factas genuflexiones publicas : ita ut flexis genibus, et exosculati terram, illico resurgant. Vide *Metanæa, Venia, Genuflexum*.

GENICULARITER, Genibus flexis, apud Stephanum Tornacensem Epist. 231.

2. GENUCULUM, et GENICULUM, Idem quod *Genu* 1. Gradus generationis. Lex Salica tit. 46. § 10 : *Usque ad sextum Geniculum*. Lex Rip. tit. 56. § 3 : *Usque quintum Geniculum*. Vetus Charta exarata Conrado imperante, apud Ughellum in Taurinensib. Episcopis : *Et sic fiat quousque nobis propinquius usque quinto apparuerint Geniculo*. Lex Longob. lib. 2. tit. 14. § 1. [\* Roth. 153.] : *Omnis parentela usque in septimum Geniculum numeretur*. Ubi vetus Inter-

pres : *Geniculum ponitur hic pro generatione : et duæ generatæ personæ faciunt generationem, sive Geniculum, verbo Francorum, qui hoc modo dicunt : Mun cusin de ter Genuclu*. Occurrit præterea in Legibus Canuti cap. 7. et Henrici I. cap. 70. apud Bonifacium Moguntinum Ep. 1. ad Zachariam PP. cap. 5. Burcharium lib. 7. cap. 9. in Concilio Ænhamensi ann. 1109. cap. 8. in Charta Conradi Imp. apud Augustinum de la Chieza in Hist. Pedemont. cap. 20. in lib. 1. Feudor. tit. 1. § 4. etc. Ita *Genouil* eadem notione usurpavit vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 27. ubi de Paragiis : *Les puisnés seront tenus à fere feallie à leurs ainznés, ou à leur successours, quant le lignage sera alé et descendu siques au sisime Genouil*. Ibidem : *Et si de non savoir que le lignage s'estent diques au noviesime Genouil ou degré*.

GENICULUM, pro quovis gradu, in Vita S. Aicadri Abbatis Gemeticensis cap. 2 : *Erat itaque infans decennalis, quando reselit in scholari primo Geniculo, i. in primis Scholarum rudimentis*.

3. GENUCULUM, Alia notione usurpat Anastasius in Stephano IV. PP. pag. 92 : *Cum Longobardis Romanam urbem ingressi sunt, et per muros civitatis cum flammula ascendebant, metuentes populum Romanum, et nequaquam de Geniculo ipsi Longobardi ausi sunt descendere*. Idem in Hadriano pag. 112 : *Ex qua (forma) diversæ molæ in Geniculo machinabantur (al. macinabant) aqua ex eadem forma, etc.* Mox : *Verum etiam et intus civitatem, id est, in Geniculo, ubi molæ machinabantur, sicut antiquitus, abundanter decurrere fecit*.

† GENUFLECTILE, Pluteus ad orationem, Gall. *Prie-Dieu*. Appendix ad Vitam B. Augustini Novelli, tom. 4. Maii pag. 622 : *Et ante versus altare... est proportionatum Genuflectile longitudinis arenati prædicti*.

GENUFLEXORIUM, Pulvinus, super quo genu flectitur. [\* Idem quod *Genuflectile*, pluteus ad orationem.] Ceremonialis Episcopor. lib. 1. cap. 2 : *Genuflectet iterum super pulvino ibidem parato in Genuflexorio, et orabit*. Cap. 12 : *Præparandum est faldistorium seu Genuflexorium ad genuflectendum ante altare... panno viridi... coopertum*.

GENUFLEXIO, Genuflexio. Vita S. Aicadri Gemetic. cap. 27 : *Semperque quocumque finis Paalmi venerat, Genuflexum faciens, etc.* Synodus Compendiensis : *Diebus Dominicis et aliis præcipuis festivitibus, sive inter Pascha et Pentecosten genuum flexio nequaquam debet fieri*. Pœnitentiale Andegav. apud Morinum : *Item pro uno mense, quem in pane et aqua pœnitere debet, Psalmos 1200. genuflectendo, vel sine Genuflexo* 1670. Γονυκλισία in Vita S. Nili Junioris pag. 28 : *Τὸ ψαλτήριον σιγῶν, καὶ ποτῶν γονυκλισίας χιλίας*. Pag. 32 : *Τὸ λείπον δὲ ἅπαν εἰς πλήρωσιν τοῦ ψαλτηρίου, καὶ πεντακιστῶν γονυκλισίων μέτρον, τῶν τε μεσονυκτικῶν καὶ ὀρθρινῶν ἀνηλίσκετο ἡμῶν*. Vide Concil. Neocæsar. cap. 5. [\* Plura in Glossar. med. Græcit. col. 253. sqq. et Append. col. 50.]

† GENUFRAGIUM, Instrumentum ad frangenda genua. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 30. de S. Cyrico : *Fac capitifragium et uncinos ad oculos evellendos, et forfices dentium, et Genufragium*.

† GENUINO, Jure natalium. Vita sancti Willelmi Gellon. tom. 6. Maii pag. 810 : *Et quoniam nobilibus natalibus ortus, nobiliorem se fieri Christi amplectendo pauperiem studuit ; et summum quem*

*Genuino perceperat, pro Christo abjecit honorem.*

1. **GENUINUM**, Nativitas. Natale Genuinum, in lib. 3. Sacrament. Eccles. Roman. cap. 53. ut distinguatur a Natali dignitatis initæ. Martyrol. Rhabani: V. KL. Febr. Romæ S. Agnetis Virginis Genuinum, hoc est, de Nativitate. Genuinus natalis dies, in leg. 11. et 17. Cod. Th. de Proximis, Comitib. etc. (6, 26.) quo quis in lucem editus est. Ita etiam usurpat Silvius in Laterculo apud Bollandum. Vide Dissertationem nostram de Nummis Imper. Byzant.

† 2. **GENUINUM**, Quod generat. Otto Frising. Episc. lib. 1. de rebus gestis Friderici I. Imp. cap. 5. apud Murator. tom. 5. col. 642: *Quicquid est, Genuinum est, aut nativum, sicut aulem Genuinum non potest esse non simplex, et, ut ita dixerim, non singulare, non solitarium; ita nativum non potest esse non compositum, non conforme, non concretum. Primo ergo videamus quid Genuinum, quid nativum appelletur, ut ex hinc horum sensus verborum facilius appareat. Genuinum dicitur tanquam generans, et non genitum, id est, carens generatione. Nativum velut natum aut genitum descendens a Genuino, unde Plato: Est igitur, ut mihi videtur, in primis dividendum, quid sit quod semper est, carens generatione; quid item quod gignitur, nec est semper.*

3. **GENUINUM**. Sextus Platonius lib. 1. de Medicina Animal. cap. 1. n. 14: *Patellam cervinam, hoc est, Genuinum, si tecum habeas, non surgunt inguina, etc.* Cap. 5. n. 22: *Genuinum capræ si stercore commisceas, etc.* Ubi Humelbergius per *Genuinum*, testiculos, aut naturam, aut tale quid intelligi putat: observatque a Celso lib. 8. cap. 1. *patellam* appellari commissuram femorum osse parvo, molli et cartilaginosa tectam. Vide *Patella*.

**GENUISCISSIO**. Vide *Expediatio*.

1. **GENUITAS**, Genus, natales. Monachus Elnonensis in Vita S. Eusebiæ Virg.: *Quantum ad Genuitatem, nobilissimæ conditionis.*

† 2. **GENUITAS**, pro *Ingenuitas*. Leges Caroli M. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 102: *De manniere vero nisi de Genuitate aut de hereditate non sit opus observare, et ceteris vero causis per distractionem Comitum ad mallum veniant, et juste examinentur ad justitiam faciendam.* Codex Estens. habet: *De manniere vero nisi de ingenuitate, etc.* [\* Carol. M. 77. e Capitul. Mabill. 1. cap. 13. et 3. cap. 6. ubique *Ingenuitate*.]

**GENULLUM**, Idem quod *Geniculum*. 2. Filii, posteritas, hæredes, etc. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ 1247. f. 8: *In introitu iudicii debet dare secundum Forum illi, qui possidet hæreditatem illam, bonam et sufficientem fidantiam de redra per se, et per suum Genullum, talem, qualem iudicat Forum. Quod si illo iudicio fuerit victus ille petit, ipse aut aliquis de suo Genullo nunquam petat, nec moveat causam in hæreditate, quam petit, etc.* Fol. 15: *Ille qui petit, debet dare sufficientem fidantiam per se, et per suum Genullum.*

\* 1. **GENUS**, Exemplar ad quod pondera et mensuræ exiguntur, unde alia quasi generantur, Gall. *Etalon*. Libert. Montisoliv. ann. 1312. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 500. art. 4: *Quod consules possint et debeant tenere in domo communi Genera pensorum seu mensuratum, etc.*

† 2. **GENUS**, Gener, Gall. *Gendre*. Reg.

feud. Aquit. sign. JJ. rub. in Cam. Comput. Paris. fol. 23. vº: *Rex mandabat exercitum Aldeberto vel suo generi; idem Aldebertus vel suum Genus mandabat uni de Clayrac vel de Podio acuto, quod iret secum, quia rex mandaverat sibi exercitum.*

**GENZIVA**, Gingiva, ex Gallico *Gencive*. Warnerius MS. in Caprum Scottum Poetam:

Stercore Genzivas atque habeas humidus.

Infra:

Gengivas perdas frustra terendo tuas.

\* **GEODUS**, vel *GYODUS*, *Alexandro Humor est terreus*. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **GEOGRAPHARE**, *Describe terre*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

**GEOLA**, GAOLA, Carcer, nostris *Geole*, vel *Gayole*, qua voce *Caveam*, qua includuntur aves, etiam Picardi nostri nuncupant. Sed et *Geola* ex *Caveola* formatum supra indicavimus in *Cavea*. [Præceptum Caroli Pulcri Franc. Regis ann. 1322: *Per Nos etiam ordinatum fuerit, ut scripture, sigilla, scribanie, stilli, memorialia processuum, Geole... et alia ejusdem... ad firmam et cum inchariamento tradenda exponantur et vendenda*. Occurrit rursum infra.]

GAOLA, Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 242: *Justitarius Regis per breve Regis deliberavit Gaolam Ramesiæ... de multis latronibus, etc.* Occurrit apud Will. Thorn pag. 2022. Bractonum, in Fleta, et apud JC. Anglos passim. Le Roman de Rou MS.:

Fu trouvé mort en la Gaole  
Grimont, si en fut grant parole.

GAYOLA, apud eundem Thorn pag. 1945. *Gayole*, in Charta Gallica ibid. pag. 2205. *Gayole d'un molin à vent*, in Consuet. Atebatensi art. 145. Charta Philippi Ebroicensis ann. 1320. pro Incolis Mellenti in Tabulario Prioratus S. Nicasi fol. 72: *Les habitans de la ville de Meulent et de Muriaux ne seront pas tenus à gaitier la ville, mais s'ils veulent ils la gaiteront: et si n'est pas nostre entente, que ils gaitent, ne soient tenus gaitier nos prisonniers estans en nostre Geole de Meulent ou des Muriaux, etc.* Avis cantans in *Gayola*, in Franc. Osensis ann. 1247. f. 96.

GAOLA DELIBERANDA, Practicis Anglis dicitur, cum iudex in carcerem publicum pergebat, ibique incarcerationum causas discutebat, et a carcere liberabat. Vide Brittonum pag. 2. 18. 44. 72.

GEOLAGIUM, Carcerarium, seu, quod Commentariensi vel *Geolario* præstatur ab incarcerationis pro victu et potu. In Edicto Ludovici Hutini 1. April. anno 1315. pro Occitanis incolis, cavetur, ne quis innocens probatus, in carceribus, sub prætextu *Geolagii* seu *carcerarii* detineatur. Occurrit etiam in Concilio Bituricensi ann. 1336. cap. 12. Vide *Carcerarium*.

GEOLARIUS, Custos *geolæ*, seu carceris, nostris *Geolier*. Charta Decani Austriod. ann. 1280: *Solvere tenebuntur Geolario nostro, sive custodi carceris, 100. sol. etc. qui etiam Geolarius habebit 4. denarios a quolibet, qui ibi incarcerationem, qui incarcerationis custodiet nomine nostro, et periculo suo.* [Rursum occurrit in Edicto Caroli Pulcri Franc. Regis ann. 1325.] Jacobus Gothofr. ad Cod. Theod. perperam quasi *Janicularium* dictum putat.

\* Cum *viario* apud Silvanectum con-

funditur, ex Charta Ludov. X. ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 118: *Nuper defuncto viario seu Geolario geolæ Silvianectensis, qui jure hæreditario viariam seu geolam loci ejusdem tenebat, officium viariæ seu geolæ hujusmodi cuidam alii concessimus*. Vide in *Geola*.

GAJULARIUS, Eadem notione, in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 86.

\* **GEOLERUS**, Eadem notione. Lit. ann. 1316. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 344. art. 3: *Dicti iudex et bajulus deputabunt communiter notarios, servientes, Geoleros, et alios officiales et ministros regimini prædicto necessarios*. Vide infra *Gerlerius*.

\* **GEOLARIA**, Jus, quod ex *geola* seu ab incarcerationis domino feudi pensabatur, nostris *Geollage*. Charta ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 551: *Bassam jurisdictionem loci Agrifolii... dominus noster rex tenebat et possidebat, cum... emolumentis, devertis, notaria, sergenteria, incantatura, Geolaria, mesaguaria, et omnibus aliis juribus*. Alia ann. 1516. in Chartul. Latiniac. fol. 244. rº: *Le Geollage dudit Lagny, qui vault par an dix livres Tournois*. Vide *Geolagium* in *Geola*.

† **GEOMANTIA**, γεωμαντεία, Divinatio e terra, Isidoro lib. 8. cap. 9. Vide *Geomantia*.

† **GEOMANTICUS**, Qui divinat e terra, in Chronicon Richardi de S. Germano apud Murator. tom. 7. col. 1023: *In his enim nobiscum concordēs sunt omnes Astrologi et Geomantici, etc.*

† **GEOMETRICALE** Opus, Geometricum, ad geometriam pertinens, apud Lambertum Ardensem tom. 8. Reliq. MSS. Ludewig. pag. 599.

† **GEOMETRICARE**, Mensurare, ibidem.

† **GEON**. Chronicon Fontanell. apud Acherium tom. 3. pag. 191. cap. 6: *Ab austro item maximus fluviorum Geon, qui et Sequana, commercis navium gloriosus, abundantia piscium præstantissimus, distans ab eodem Cenobio passus octingentos*. Sic rursum appellatur Sequana ibid. pag. 190. per allusionem, ut puto, ad fluvium *Gehon*, de quo Gen. 2. 13.

\* **GEORGERIA**, pro *Georgia*, Armatura qua guttur tegitur. Vide in hac voce. Libert. Brianç. ann. 1343. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 727. art. 12: *Et omnes de dicto numero cum propuncis, Georgeriis, bacinetis alberjonatis, etc.*

**GEORGIANI**, Christiani populi, Persis, Medis, et Assyriis contermini, sic nuncupati, quod S. *Georgium*, quem in præliis suis contra gentem incredulam advocatum habent, et patronum, et tanquam signiferum, cum summa reverentia colunt et adorant, et præ aliis sanctis specialiter honorant. Ita Jacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 79. ubi plura de Georgianis. Adde Leunclavium in Pandecte Turcico n. 3.

\* **GEORSE**. Libert. S. Marcell. ann. 1343. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 381. art. 12: *Qui Georse degeraverit requisitus super aliquo veritatem confiteri, vel aliter, arbitrio iudicis relinquatur*. Hic cæcutire me fateor; an pro iudicio, vel coram iudice? [\* Forte vero se.]

\* **GEPTUS**, ÇETUS, ab Ital. *Geto*, Laqueus, quo pedes accipitrum illigantur. Gall. *Jei*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 157: *Quicumque cepit avem habentem Geptos (Çetos 50, 67), vel sonaglos, teneatur illam portare vel portare facere apud massarium comunis bon.* [FR.]

**GEQUARIA**, Κοιλίματα ὀρνίθου, in Glossar. Gr. Lat. forte *Zizeria*.

1. **GERA**, pro *Hiera*, ἱερά, dicta quasi

divina, confectio medicinalis est. Papias. Vide *Girapigra*.

\* Vita S. Joan. Laudun. episc. tom. 3. Sept. pag. 163. col. 2: *Sic quod nequivit pigra, perfecit Gera*. Adagium est, Inquiunt docti Editores, quo auctor videtur dicere voluisse: Quod non potuit amara medicina seu increpatio, effecit suavis, sancta scilicet humilitas.

\* 2. **GERA**, *La zanza*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Culex, Gall. *Cousin*.

† **GERACIS**, a Græco ἰεράτ, Accipiter. Agnellus in Vita S. Theodori Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 150. col. 2: *Iste in sua sede, ut lupus in grege, leo inter quadrupedia, Geracis inter volatilia, porcella in maturis fructibus*.

**GERADA**. Speculum Saxonicon lib. 3. art. 15: *Qui expeditorias res, hoc est, arma bellica, postulet, agnatus ex parte gladii esse debet, ad utensilia vero seu Geradam, cognatus, i. ex parte fusi seu mulieris duntaxat admittitur*. Quod vero hic *Gerada* appellatur, Wichbild Magdeburgense art. 23. 26. 57. 58. *Paraphernæ* nomine donat, atque, eo vocabulo intelligi omnes vestes muliebres, incisos panos, et tela itidem cæsa ad usum mulieris, et ea, quæ pro ornatu deferre solent mulieres, etc. Vox orta ex German, *Ghereed*, apparatus. Exstat porro tractatus Andree Goldberst de successione Geradae Saxonice Edit. Jenæ 1607. Vide præterea Joan. Stiernhookm lib. 2. de Jure Sueonum vetusto pag. 199. [\*\* Eichhorn. Instit. Jur. priv. Germ. § 336. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 566. Haltaus. Glossar. Germ. voce *Gerade*, col. 660.]

\* **GERADICÆ RES**, idem quod *Gerada*, Omnis generis utensilia usui ornatuque muliebri inservientia, sic appellari solent in jure Saxonico. Vide Acta Lisp. ann. 1718. pag. 95. *Geræthe*, utensile, suppellex. apud Eccard. in notis ad Leg. Ripuar. tit. 64.

\* **GERALODIUM**. [Unguentum sacrum, electuarium reddens vocem deperditam per caducum morbum amissam ad restorandam vocem, etc. DIF.]

\* **GERAMEN**. Paltr. Chron. Austr. ad ann. 1390. apud Pez. tom. 1. Script. rer. Austr. col. 728: *Fuit in Austria unum Geramen, hoc est, consilium secretum, ita quod convocaverunt nobiles et villanos superiores ad unum locum, etc.*

\* **GERANIUM**, *Grus*, machina, Græcis recentioribus γεράνιον. Chron. Noves. ad ann. 1369. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 588: *Eodem tempore primum Gerania vel tympana in usum apud Rhenum veniebant, quando vina vel alia ad clerum necessaria ex navibus in littus extrahebant, mercedem poscebant. Jus Geranii, apud J. H. Born de Jure stipulæ tom. 6. Bibl. Germ. pag. 176.*

† **GERANNOSUS**, *Sacerdotalis morbus, is et Comitialis dicitur*. Papias. In MS. Bituric. *Geranosos*. Gr. ἰερά νόσος, Sacer morbus.

† **GERANOPEPAN**. Vide *Pipizo*.

† **GERAPICRA**, **GERAPLIEGA**. Vide *Girapigra*.

**GERARCHA**, pro *Ierarcha*, apud Petrum Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 125. Habetur etiam apud Joan. de Janua. Ita Itali *Gerarca*, et *Gerarchia* efferunt. Glossæ MSS.: *Gerarchia, Sacerdotii principatus*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Gerarcha, saint prince. Gerarchia, seignorie de saint prince. Gerarchia, pro Hierarchia, in Lit. procurat. abb. et convent. B. M. de Castriciis dioc. Catal. ann. 1311. Italis, Gerarca et Gerarchia, iisdem notionibus. Gieraucie, pro*

*Hierarchie*, Theologis, Angelorum chori seu ordines, in Chron. Bert. Guescl. MS.:

De par mol leur direz, et de ce vous deprie, Que du pouvoir de Dieu et de sainte Marie, De saintes et de saints qui sont en tronisie, D'Angles, d'Archangles et de la Gieraucie, etc.

† **GERAVERA**. Vide *Flosega*.

1. **GERBA**, [f. pro *Herba*, Locus herbosus.] Charta anni 1041. apud Aug. de la Chieza in Histor. Eccl. Pedem. cap. 19: *Cum silvis, montibus, collibus et vallibus, Gerbis, aquis, molendinis, lacubus, paludibus, etc.* Alla Conradi Imper. apud eundem pag. 224: *Et vineas cum areis suis, terris arabilibus, pratis, Gerbis, silvis*. Alia anni 1029. apud eundem pag. 241: *Sicut continentur in sediminibus, locis, vineas cum areis suis, terris arabilibus, capellis, pratis, Gerbis, pascuis, silvis, etc.* Charta ann. 1042. apud Guichenonem in Bibl. Sebus. Cent. 1. cap. 84: *Mensura terræ hujusmodi est, tam de vineis, et terris arabilibus et pratis quingenta et 21. jugera suis locis disposita; de Gerbis et silvis sexcenta jugera*. Pactum inter Thomam Comitum Sabaudia et Abbatem Pinarolens. ann. 1246: *Terræ, prata, nemora, Gerbi, etc.* Adde tom. 3. Ughelli pag. 415. et Franciscum Mariam in Mathildi Comitissa lib. 3. pag. 157.

† 2. **GERBA**, Spicarum manipulus, Gallice *Gerbe*. Occurrit passim. Hinc *Gerbagium, Gerbaria, etc.* Vide *Garba*.

\* **GERBA LIBERTATIS**, Quæ in signum concessæ libertatis domino a manumissis præstatur. Charta capit. Aurel. pro manumis. hom. Stamp. ann. 1224. ex Cod. reg. 8542. 6. [\*\* Ordinat. reg. Franc. tom. 11. pag. 322.] *Unam gerbam habeamus a nobis numerandam et eligendam, et per cultorem agri ad nostram grangiam deportandam, quæ appellabitur Gerba Libertatis*.

\* **GERBAGUM**, pro *Gerbagium*, Præstatio gerbarum in pecuniâ conversa. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 186. vº: *Item l. gallinæ et pro Gerbago, xxv. sol.* Vide in *Garba*.

**GERBARIA**, **GERBERIA**, Vide *Garba*.

\* 1. **GERBERIA**, Eodem intellectu. Locus est in *Garba*. Nostris *Gerberie*. Charta Odon. ducis Burg. ann. 1325. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 43: *Item la Gerberie, c'est assavoir de chascun feu deux gerbes; et se il a une beste à charrie, il en doit trois; et se il a trois beufs, il doit trois gerbes; se il en a six, il en doit six.*

\* 2. **GERBERIA**, Congeries et acervus gerbarum. Stat. Perus. pag. 51: *Si quis ignem imposuerit malitiose in tecto, vel feno, vel in giavellis, vel in Gerberis, solvat pro banno libras decem*. Vide mox

\* **GERBERIUS**, Pari significatu, nostris *Gerber*. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 462: *Cum de quadam Raymundus Albesii in quodam campo quædam animalia lanosa custodiret, Bernardus et Deodatus Martini venerunt ad ipsum, juxta quendam Gerberium frumentum... sedentem*. Alæ ann. 1460. in Reg. 190. ch. 172: *Guischart Traffoy... s'en ala en ung champ... où estoient quatre Gerbers, ... esquelz il mist le feu*. Vide supra *Gerberius*.

† **GERBIDA TERRA**, f. pro *Herbida*, id est, Terra ubi herba vel gramen solum crescit. Charta commutationis ann. 965. apud Murator. tom. 2. pag. 421: *Tradidit dominus Luitprandus Episcopus et dem Pauloni negotiatori in commutationis causa, id est, petia una de Terra Gerbida: quæ posteriora verba rursum*

repetuntur inferius, nullo adjecto, unde vera notio certo possit erui. Vide *Gerba* 1. *Herbida*.

\* **Ager pascuus**. Charta ann. 1033. apud eumd. Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 16: *Ubi vitis estant seu pratis atque terris arabilis, Gerbidis et buscaleis, seu silvis cum areis illorum*. Vide mox

\* **GERBINA TERRA**, Eadem notione, in Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 173. ex Cod. reg. 4624: *Omnes... habentes possessiones seu terras baschinas et Gerbinas, tam in montibus quam in planicie, etc.* Vide infra *Gerbum*.

\* **GERBORA**, idem quod *Gerba*, Rei cujusvis manipulus, fasciculus. Stat. Montis-reg. pag. 312: *Item pro quolibet centenario Gerborum scaciorum, solvat duos denarios*.

\* **GERBUM**, *Ager graminosus et pascuus*. Stat. Taur. ann. 1360. cap. 119. ex Cod. reg. 4622. A: *Item quod homines Taurini et districtus possint sine aliqua pœna pascuare cum eorum animalibus in paschis et Gerbis illorum de Drosico*. Ibid. cap. 199: *Illi qui dicta Gerba vel pascua tenuerint, teneantur dare communi pro singulis et singulis jugeribus Gerborum et pascuorum denarios duodecim*. Vide supra *Gerbina terra*.

† **GERCIS**, *Agna, ut mox Gergia et Germgia*. Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 45: *Instauramentum hujus villæ est VIII. boves... septem viginti oves matres adprecias IV. den. et LX. et XII. inter Gerces et hogastres*. Vide *Jercia*.

**GERDIUS**, *Textor*. Hesych.: Γέρδιος, ὑράντης. Gloss. Lat. Græc.: *Textor, γέρδιος*. Glossæ Gr. Lat.: Γέρδια, *Textrix, Γέρδιος, ὑράντης, Textor*. Glossæ aliæ, cap. de Navigatione: *Textrinum, γερδίοποιον*. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2032: Γέρδιος, ὁ ὑράντης, καὶ παρ' ἡμῶν ἡ γερδία. Eadem habet Suida. Infra: Γέρδια, ὑράντρια, ἀπὸ ἐπὶ τῆς γῆς ἔδους, ὅ ἐστι καθέξουσαι. Rursum ex Psello, ὁ γέρδιος, ὁ ὑράντης. Jul. Firmicus lib. 8. Matth. cap. 25: *Textores faciet, Gerdiosque, sed quorum animi insanix valetudine qualitantur*. Vide Gloss. Meursii, et mediæ Græc. col. 245. voce Γέρδιος.

† **GEREFA**, Anglo-Saxonibus, Vicecomes. Ita Hickesius Dissert. Epist. pag. 4. Sed in Legibus Edwardi Confess. cap. 35. ut et ipsius ætate, per hanc vocem, designabatur quicumque fungebatur officio alicujus præfecturæ, sicut, inquit, modo vocantur *Greve, qui super alios præfecturas habent*.

\* **GEREN**. Gloss. Cesar. Heisterbac. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 671. col. 1: *Solvit... perlicas, virgas, cc. Geren vel kembeln, quibus venna paratur*. Vide infra *Gerten*.

\* **GEREOTINUS**. [Nugatorius. DIF.]

† **GERFALCHUS**, **GERFAUDUS**, *Æsalonis* seu accipitris species major, Gallis *Gerfaut*. Instrum. anni 1318. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 177. col. 1: *Item Galio falconerio suo Gerfaudus detur, et viginti quinque libræ. Gerfalehus legitur apud Spelman. in v. Acceptor. Vide Gyrofalcones*.

**GERGENNA**, *Vasis species*, apud Adamnanum in Vita S. Columbæ, [vel potius, ut exponunt Bollandistæ tom. 2. SS. Junii pag. 217. Ferrum aut lignum teres, quo per duas ansas transmissio operculum firmatur ne excidat: *In dorso portans vasculum novo plenum lacte... quod illico valde concussum est, Gergen-naque operculi per sua bina foramina retrusa longius projecta est; operculum terra tenuis cecidit, lac ex majore mensura*



in solum defusum est. Glossæ Saxon. MSS. apud Somnerum: Sticca, *Gergenna*.

† **GERGIA**, ut infra *Germgia*. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 128. v. col. 1. [\*\* Br. 25. sect. 3.]: *Pro hoc accipiunt ad tertium annum Gergia, et de curte dominica trahit fumum.*

\* **GERGOMETUM**, Vappa, vinum deterioris conditionis, f. pro *Gergomerum*. Acta B. Jac. Mevanat. tom. 4. Aug. pag. 729. col. 2: *Ordinaverat ut de quadam vegete, quæ sola vinum bonum continebat, aliis Gergometum (distribuens), nulli daret... Cum beatus vir ab ea vinum pro edificatoribus ecclesiæ postulasset, illaque diceret, quod totum Gergometum erat, una vegete excepta, etc.*

† **GERGONIUS**, Agillimus, Papias: *Gergos, Agilis; Gergonius, Agillimus, Græce. Legendum Gorgonius a Græco γοργός.*

\* **GERHARE**. Vide supra *Genhare*.

† **GERIA**. Vide *Geronticon* et *Placitum* lin. *Est etiam placitum exactio, etc.*

\* **Gery**, Arboris nomen apud Normanos. Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 364: *Un arbre, appellé ou pays (Normandie) Gery.*

† **GERICONTINUM**, *Murum, mundi ambitum*, apud Papiam. Gloss. MSS. Sangerman.: *Gericontinus, Murus, mundi ambitus.*

**GERIMA**. [Manipulus.] Vide *Gelima*.

\* **GERITTE**. Gloss. Cæsar. Heisterbac. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthaim* pag. 670. col. 2: *A primis ecclesiæ nostræ fundatoribus, id est, Pippino et Karolo Magno ejus filio, possessiones nostræ ecclesiæ ac bona ab omnibus potestatibus secularibus sunt exempta: quæ potestates vulgariter appellantur pelline,.... Geritte. Forte jus utensilia et suppellectilem exigendi. Vide supra *Geradicæ res.**

\* **GERLA**, *Lagena, vas vinarium*: item, *Corbis species, Ital. Gerla, ea notione. Testam. Poncii de Pracommit. ann. 1402. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xxj. : Idem do et lego... tinam meam et Gerlam meam et omnia vasa vinaria mea. Charta ann. 1404. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 180. col. 2: Debeat levare et exigi pro quilibet saumata Gerlarum dumtaxat unus denarius. Vide supra *Gella* et infra *Gerula* 2.*

† **GERLANDA**, ut *Garlanda*, Gall. *Guirlande*. Constitutiones Frederici Regis Siciliæ cap. 95: *Item uxores tantum Militum possint portare Gerlandam imperlatam et cum gemmis et auro, sicut voluerint, non tamen ultra mensuram digitorum duorum per latitudinem, et quod in Gerlandis ipsis non sint aliquæ mergulæ sub pena unc. 12.*

\* **GERLENDIA**, *Coronula, sertum, ornamentum muliebri, idem quod supra Gallanda. Stat. Baln. MSS. ann. 1344: Item quod nulla mulier vana sit ausa portare aliquam Gerlendiam, neque velum in capite, etc. Vide Gerlanda.*

\* **GERLERIUS**, perperam pro *Geolarius*, vel *Geulerius*, *Custos geolæ seu carceris. Pariag. inter reg. et episc. Mimat. ann. 1306. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 157. col. 1: Illi vero baillivus et iudex eligent subvicarios, Gerlerios, servientes, et alios officiales seu ministros ad excutionem communis jurisdictionis, quos noverint opportunos. Vide supra *Geolarius* et infra *Geulerius*.*

\* **GERLONUS**, *Corbis species, Italis Gerla. Comput. ann. 1405. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 182. col. 2: Pro uno Gerlono cum corda pro reclusa, ij. solidos, viij. denarios. Vide supra *Gerla*.*

\*\* **GERMANI**, *Arimanni. Vide Savin.*

Histor. Jur. Rom. tom. 1. § 56. infra *Herimanni*.

† **GERMANICA FRACTURA**, *Scripturæ genus. Vide Scriptura.*

**GERMANITAS**, *Titulus honorarius in Epistolis Episcoporum invicem sibi scribentium, apud S. August. Epist. 19. 97. 106. Vide Fraternalitas. [\*\* Inde Germanitas episcoporum pro Cœtu episcoporum in Annal. Hildesh. apud Pertz. Script. tom. 3. pag. 100: Generali ibidem sinodo præsedit, in qua Germanitas episcoporum priora decreta redintegravit.]*

**GERMANITAS**, *Societas, communio honorum, qualis est inter germanos vel fratres. Observantia Regni Aragon. lib. 5. tit. de jure dotium, § 19: Propter Germanitatem factam inter virum et uxorem, superstes non amittit viduitatem, nisi expresse renuntiet eidem. Lib. 9. tit. Declarationes Monetaticæ § 3: Si duo faciunt de bonis quæ habent, vel in posterum habebunt, instrumentum Germanitatis, si solvet unum Morabetinum, dicimus, quod ex quo semel fratres bona dividerint, licet postmodum inter se fecerint communionem bonorum, et societatem, tenetur quilibet unum Morabetinum solvere.*

\*\* **GERMANITER**. *Rhythmi de S. Otmaro apud Pertz. Script. tom. 2. pag. 55: Cespite junguntur, Germaniter inde coluntur.*

Ubi glossa: *quasi duo germani.*

**GERMANITUS**, ἀδελφότης, in Gloss. Græc. Lat. [Alicui amicus esse Germanitus, apud Nonium num. 381. Germanitus suscipi, apud Mabil. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 189.]

† **GERMGIA**. *Agna, ovis quæ nondum parit, Picardis, Germe. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 3: Habet in Gaugiaco mansos ingenuiles XII. qui solvunt... multones c. ad tertium annum Germgias LXXXVIII. ad quartum annum porcos de denariis quatuor LXXXVIII. Fol. 24. v. : Sunt in Vedrarias... qui solvunt ad tertium annum multones CLVIII. ad tertium annum Germgias LXXVIII. Fol. 73: Solvit... propter herbatium Germgia 1. Et fol. 86. v. : Germgia 1. cum agno. Vide *Gercis*, [\*\* *Gergia, Jermgia*, et *Indic. Polypt. Guerdard* est *Ovis quæ semel tantum peperit. Brev. 16. sect. 22. pag. 182: Ad tertium annum Germgia 1. cum agno.*]*

† **GERMIA**, *Eadem notione. Idem Codex fol. 22. v. : Winegarius... solvit ad hostem multonem 1. ad tertium annum in herbat. dimidium Germiam. Ibid. fol. 20: Propter herbatium Germia 1.*

\* **Redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : Et s'il n'i avoit castre, le Germe antenoise; et s'il n'i avoit Germe, le brebis.**

\* **GERMINABILIS**. [Qui *Germinare* potest. *Istid. Or. 11. 2.*]

\* **GERMOTA**, f. *Manipulus, fascis, vel mensuræ species. Arest. ann. 1364. 15. Jun. in vol. 5. arestor. parlam. Paris. : Plena mina avenæ ad mensuram avenæ de Asyaco, cum ducentis et quinquaginta Germotis vessæ. Vide supra *Gelima*.*

**GERMUNDUS**, *Navis species, Germe, nautis. Gaufredus Malaterra lib. 2. cap. 8: Nostri denique tantummodo Germundos et Galeas, Sicilienses vero catts, et golafros, et dromundos, sed et diversæ fabricæ naves habebant. Σέρμουνας, naves sic dictas memorat Anna Com. in Alexiade pag. 91. Sed an eadem cum Germundis, non ausim definire. Vide Itinerarium Vincentii le Blanc ult. Edit. Paris. part. 2. pag. 117. Rabanus Maurus in Poemate ad Gerhoum alludens ad ejus nomen, videtur vocem *Gerhoh*, sa-*

*gittam priscis Teutonibus dictam, indicare, qua etiam, nostris, navis genus appellatum constat, uti in voce *Sagitta* docemus.*

**GERNARIA**, apud Petrum de Crescentiis lib. 9. cap. 66: *Et eorum firmus stercorandis agris et arboribus vineis, et imbuendis Gernariis, et quibusdam vasibus et canistris. Ubi vetus Gallicus Interpres: Et estouper Greniers et autres plusieurs vaisseaux. Unde videtur legisse *Gernariis*.*

\* **Vocem non intellexit vetus Gallicus Petri de Crescentiis Interpres, ut opinor; Gernaria enim vel potius Gerlaria, vasis genus videtur, quod Jarre et Giarre appellamus. Vide supra *Gerla*.**

† 1. **GERNARIUM**, ut infra *Granarium*, Gall. *Grenier*. Charta Thomæ Adam in Chartulario S. Fromondi: *Tenemur reddere annuatim... Priori et Conventui S. Fromondi XIV. boissel. frumenti ad magnam mensuram Gernarii sui.*

\* 2. **GERNARIUM**, *Ossuarium, locus ubi ossa mortuorum reponuntur, Germ. Gernerhus, Gall. Charnier. Charta ann. 1290. ex Lib. sal. eccl. S. Thom. Argentor. fol. 41: Et ossa in Gernario positurum, etc.*

† **GERNATUS**, *Hians. Processus de Vita S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 569: Et adveniente circa mediam noctem, idem testis evigilans vidit in camera, per ostium apertum et Gernatum, tantum lumen et claritatem, quod visum fuit ei, quod incenderetur tota domus.*

**GERNOBADA**, **GERNOBADATUS**. Vide *Grani*.

\* **GERNOBITA**. [Imberbis non habens barbam. *DIEF.*]

\* **GERNUS**, *Gener, ni fallor, Gall. Gendre. Charta ann. 1148. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 427: Ipsæ vineæ sunt in pago, qui vocitatur de Medina, quas plantavit ad medias Zalema et suus Gernus Mafomar Dantudo. [\*\* Hisp. Yerno.]*

\* **GERO**, *Zanzatore. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide supra *Gera* 2.*

**GEROCOMIUM**, ex Græco γηροκομειον, *Locus ubi aluntur senes, in Vita S. Euphrosynæ Virg. n. 8. in Vitis Patrum. Glossæ MSS.: Gerotomium, vel Gerocomium, domus, in qua pauperes, ac propter senectutem infirmi homines curantur. Anastasius in Gregorio II. P. P.: Hic Gerocomium, [MS. apud Murator. Grocomium] quod post absidam S. Dei Genitricis ad Præsepe situm est, Monasterium instituit, etc.*

**GERONTOCOMIUM**, γερωντοκομειον, *Locus venerabilis, in quo pauperes et propter senectutem solam infirmi homines curantur, [lib. 2. Capitul. cap. 29. et] apud Julianum Antecess. Constit. 7. Ex eo hausit, quæ in hac voce habet Papias, [et Joan. de Janua, qui habet *Gerontecomium*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Gerontocomum, Hospital pour vieilles gens.*] Gregorius M. lib. 12. Epist. 16: *Cognovimus lectos vel lectisteria in Gerontocomio, quod a quondam illic Isauro constructum est, deesse. Atque sic accipienda vox *Jerocomium*, in Vita S. Euphrosynæ cap. 7. in Vitis Patrum, ubi perperam Rosweidus existimavit locum esse, ubi curabantur, qui ἱερά νόσων laborabant. *Diversorium senum* in Monasteriis agnoscit Petrus Diac. lib. de Miracul. S. Benedicti Casini patricis num. 29. Discrimen vero inter γηροκομειον, et γηροτρομειον, ponunt Grammatici, quod istud ampla, hoc minor ædes sit, in qua aluntur senes. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062: Γηροκομειον, μέγα, γηροτρομειον,**

μικρόν. Sed videtur legendum γηροτρο-  
φετον. Hesychius: Γηροκόμος, γηροτρόφος.  
De Gerontocomiis, et Gerotrophis Con-  
stantinopolitanis agimus in nostra CP.  
Christiana.

† GEROFALCO, Æsalon, Gall. *Gerfaut*,  
apud Rymerum tom. 2. pag. 1075. Vide  
*Gyrofalcones*.

GEROFANTES, pro ἱεροφάντης. Vide in  
*Chaldaei*.

GEROFUTILIS. Gloss. Gr. Lat. ἄχρησι-  
μος, *Inutilis, incommodus, Gerofutilis*.  
Editum habet tantum *futilis*; sed legen-  
dum, *Gerro, futilis*.

GEROLDINGA, Mali seu pomi species,  
in Capitulari de Villis cap. 70. [\*] *Poma*  
*Geroldinga* in Ecbas. vers. 1026.]

† GEROLUS, pro *Gerulus*, Qui gerit,  
apud Mabillonium Liturg. Gallic. pag.  
316.

GERONTES, ex Gr. γέρων, Senex. [Jo.  
de Janua: *Geron, Sacrum vel sanctum*;  
unde hic *Geron, tis, et hæc Gerunta, tæ,*  
*Senex vel Sacerdos: unde Geronteus et*  
*Geronticus, Semis vel sacerdotalis*. Per-  
peram confundit ἱερόν, Sacrum, unde  
ἱερέυς, Sacerdos, et γέρων, Senex. Irrepsit  
eadem confusio in Glossas Lat. Gall.  
Sangerman.] *Domnizo lib. 1. de Vita*  
*Mathild. cap. 2. de Presbytero:*

. . . Forsan trahet hinc nos Domne Geronta.

Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 9. de  
Monachis:

Ter centum memini ter senos atque Gerontas.

Vide *Abbas, Senior Monasterii*.

† GERONOPEPAN. Vide *Pipizo*.

† GERONTECOMIUM. Vide in *Geroco-*  
*mium*.

\* GERONTEUS. [Senilis. DIEF.]

GERONTICON, Liber, continens vitas  
Patrum, seu *Seniorum*, de quo ita Joanes  
Antiochenus, editus a Cotelario Regio  
Linguae Græcæ Professore, cap. 5:  
Ἡ πρῶτως ἐν Αἰγύπτῳ συντεθεῖσα μεγίστη  
βιβλος τῶν ἁγίων γερόντων τῆς Σκήτης,  
Θεοδώρος, καὶ Λιβῆς τὰς ἱερὰς πολιτείας, καὶ  
ἀποφθέγματα τούτων κατὰ στοιχείων ἐμπε-  
ρεύουσα. Hujus porro libri Latine editi a  
Rosweido, Græcum exemplar nactus  
idem vir doctissimus publicavit in tomo  
primo Monumentorum Ecclesiæ Græcæ,  
quem præterea consule in notis pag.  
795. [\*] Vide Glossar. med. Græcit. col.  
247. in hac voce.] Charta Sisnandi Epis-  
copi Iriensis æræ 952. apud Anton. *de*  
*Yepez tom. 4. Chronici Ord. S. Bene-*  
*dicti: Libros, unum Ordinarium, et unum*  
*Sacerdotalem, et unum Geronticum, ter-*  
*tium cum officio Passionis et Missæ ipsius*  
*Martyris, etc.* Charta Ordonii Regis  
Navarræ æræ 960. apud eundem tom.  
3: *Teatum Evangeliorum, Librum Regu-*  
*larum, Gera et officium Synonymarum,*  
*Epistolarum, et alium laterculum*. Ubi  
puto legendum *Geronticum*. Alia Sis-  
nandi Episcopi Iriensis seu Compostel-  
lani æræ 952. apud eundem tom. 4:  
*Libros ordinum Sacerdotalium, primo*  
*Jeroncion (melius Joronicon) 1. tertium*  
*cum suo officio*. Alia Rudesindi Episcopi  
Dumiensis æræ 980. tom. 4: *Bibliotheca,*  
*Moralium, Dialogorum, Pastoralis, Eze-*  
*chielem, Ethimologiarum, Sententiarum,*  
*Epistolarum, 2. ingeriarum, 3. geriaz,*  
*[Ingeriarum, geriaz, tom. 3. Concil. Hisp.*  
*pag. 181.] Historia Ecclesiastica, Epta-*  
*maron, Geronticon, Expositio Trinitatis,*  
*et Colationum*.

GERONTOMIUM. Vide *Gerocomium*.

† GEROTUSUS, Senex, a Græco γέρων.  
*Geronta nutrix*, in Actis SS. Junii tom.  
2. pag. 302. de B. Bardone.

\* GEROPAPA, *Digno sacerdote*, in Glos-  
sar. Lat. Ital. MS. Vide *Geroprepes*.

GEROPREPES, ex Græco ἱεροπρεπής,  
Sacer, divinus. Miracula S. Remacii  
cap. 6: *Retulit se vidisse quamdam Gero-*  
*prepem, vultum angelicum ac fulgidam*  
*speciem gerentem*. Lucianus Presb. de  
Inventione corporis S. Stephani: *Vidi*  
*virum senem, longum, Jeruprepem, hoc*  
*est, dignum Sacerdotem, canum, barbam*  
*prolixam habentem*. [*Hieroprepes*, apud  
Mabillonium in Onomastico part. 2. sæc.  
3. Benedict.]

† GERPIRE, Vide *Guerpire*.

\* 1. GERRA, pro *Guerra*, Bellum pub-  
licum vel privatum. Charta ann. 1186.  
apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. col. 44:  
*Tibi concedimus ut omnia feoda, quæ a*  
*manu tua tenebat, tibi judicialiter abdi-*  
*cata, in potestatem tuam libere recolligas,*  
*et partem ex eis strennuis et fidelibus*  
*viris, qui Gebennensem ecclesiam debeant*  
*et possint defendere, et absque omni dis-*  
*simulatione prædico hosti nostro Gerra*  
*facere, etc.*

\* 2. GERRA, Errabunda, vagans. Co-  
mmed. sine nomine act. 2. sc. 5. ex Cod.  
reg. 8163: *Exuriant (ancillæ) farsitæ,*  
*stent Gerræ, agant inertes*.

\* 3. GERRA, Clathrus. Glossar. Provinc.  
Lat. ex Cod. reg. 7657: *Gerræ, circa al-*  
*taria ferreæ, Prov. Cleda*.

† GERRE, Crates vimineæ, Athenienses  
cum Syracusas obsiderent, et crebro Ger-  
ras poscerent, irridentes Siculi Gerras  
clamitabant, unde factum est, ut *Gerræ*  
pro nugis et contemptu dicantur. Ita Fest-  
us, a γέρρον, Scutum Persicum e vimine  
contextum. Vide Martinium et Carolum  
de Aquino in Lexicis suis.

GERRIA. Vide *Jarria*.

† GERRIRE, Gestire, Luxuriari. Gloss.  
Lat. Gr. Sangerman. MSS.: *Gerrio, Ges-*  
*tio, στερννῖν*.

\* GERRO. [Nugator apud Fest. *Ter.*  
*Hecyr. 5. 4. 10. Gerro, iners, fraus,*  
*heluo.*]

\* GERRULI, Piscis genus. Tract. de  
Pisc. cap. 68. ex Cod. reg. 6898. C.:  
*Smaris, quem Plinius et Martialis ger-*  
*rem appellant, Venetiis hodie giroli et*  
*Gerruli, in Gallia nostra et Hispania*  
*picarel vocatur, ob id quod salitus et fumo*  
*siccatus linguam pungit quadam acri-*  
*monta*.

GERSA, GERSARE. Joannes de Garlan-  
dia in Synonymis Chymicis: *Gersa, id*  
*est, cerusa*. Joan. de Janua: *Gersa, bla-*  
*tea, unde Gerso, as, Ingerso, as, infuscare*  
*faciem, vel aliud, Gersa*. Catholicum Ar-  
moricum: *Babouineff au visage. Gallice,*  
*Conchier le visage. Lat. Gersare, inger-*  
*sare*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.:  
*Gersa, la boe ou fange des souliés; Ger-*  
*sare, Torcher le visage. Alibi: Ingersare,*  
*Emboer, souiller.] Nostri Gerse, verm-*  
*iculum vocant, qui vestes ac libros rodit.*  
*Teredinem Latini. Vide Garsa*.

GERSA, Equorum morbus. Jordanus  
Rufus Calaber MS. de Medicaminibus  
equorum lib. 1. cap. ult.: *Gersa est quæ-*  
*dam mollis inflatio ad magnitudinem ovi,*  
*aut amplius, quæ tam interiori, quam*  
*exteriori parte nascitur in garetis*.

\* GERSINNA, perperam pro *Gersuma*  
bis legitur tom. 11. Gall. Christ. inter  
Instr. col. 335. Locum vide in voce *Ger-*  
*suma*.

GERSUMA, GERSOMA, et Saxonico gær-  
suma, Sumptus, expensæ, præmium,  
compensatio, opes, thesaurus: hæc enim  
omnia id vocabuli sonat. Sed apud Fo-  
renses Anglicos ut plurimum usurpa-  
tum legimus pro *fine*, seu pecunia, data  
in pactionem, et rei emptæ vel conductæ

compensationem. Unde in venditionum  
formulis, et locationum chartis, hæc  
aut similia verba pro more inserta:  
*Pro tot solidis, vel tot libris, in Gersu-*  
*ma solutis vel traditis*. Vetus Charta  
apud Somnerum in Tract. de Gavelkind  
pag. 177: *Et pro hac concessione dedit*  
*nobis marcam Jordanus 100. sol. ster-*  
*ling. de Gersume*. Charta Foundationis  
Abbat. S. Stephani de Fonteneto in  
Normannia, in Regesto 106. Tabular.  
Reg. Ch. 370: *Liberas et quietas ab om-*  
*nibus servitiis et consuetudinibus atque*  
*Gersumis, et aliis querelis, etc.* Monasti-  
cum Angl. tom. 2. pag. 920: *Pro hac*  
*autem emptione dedi prædicto Radulpho*  
*unam marcã argenti in Gersum, et*  
*singulis ejus fratribus 12. den. Ubi legem-*  
*dum Gersumam. Idem Monasticum tom.*  
*3. pag. 126: Pro hac autem donatione . . .*  
*dedit mihi dictus Dominus Gilbertus Ci-*  
*cestrensis Episcopus 113. lib. 6. sol. 8. den.*  
*præ manibus in Gersumam. Adde pag.*  
*226. Vitæ Abbatum S. Albani pag. 28:*  
*Datis ab ipsa eidem Abbati . . . tribus*  
*marcis auri in Gersoma.* [Occurrit iterum  
apud Kennetium Antiquit. Ambrosden.  
pag. 125. 178. 194. 225. 325. et *Madox* For-  
mul. Anglic. pag. 182.]

GERSUMA præterea pro delicti com-  
pensatione interdum capitur. Rastallus  
in verbo *Childwit*: *Gersumam capere de*  
*nativa vestra impregnata sine licentia*  
*vestra, quod dicitur Childwit*. Interdum  
pro quavis exactione. Idem Monasticum  
Anglicanum tom. 2. pag. 973: *Absque*  
*retinentia cujuslibet consuetudinis sive*  
*servitii, seu alicujus Gersumæ, aut sæcu-*  
*laris exactionis*.

\* GERTEN, Germ. Virga, pertica. Gloss.  
Cæsar. Heisterbac. tom. 1. Hist. Trevir.  
Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 669. col. 1:  
*Curia de Densbure et Hermansbanide*  
*adducent palos, id est quod vulgari-*  
*ter dictum stehohen, et perticas Gerten,*  
*etc.*

1. GERULA, Gestatorium instrumen-  
tum, quod ad dorsum gestatur, nos  
vulgo *Hottes* dicimus. In Chronico Win-  
desemensi lib. 2. cap. 31: *Trahas atque*  
*Gerulas et similia fabricando*. Lib. 2.  
cap. 46: *Arenam et lapides ad structu-*  
*ram in Gerula comportando*. [Hofmanno  
*Gerula*, Vas vini est aut cujuslibet hu-  
moris capax, unde, inquit, *Gerlas* hodie  
Burgundi vocant vasa ampla lactis aut  
aquæ gerula ex ligno facta. Isid.: *Uri*  
*agrestes boves sunt in Germania, habentes*  
*cornua in tantum protensa, ut regis*  
*mensis insigni capacitate ex iis Gerulæ*  
*fiant.*] Alias *Gerula* dicitur nutrix. Joan.  
de Janua. [Hanc a nutrice distinguit  
Hieronimus Epist. ad Lætã: *Nutrix*  
*ipsa non sit temulenta, non lasciva, non*  
*garrula, habeat modestam Gerulam, nu-*  
*tricum gravem.*]

\* 2. GERULA, Vas vinarium definitæ  
capacitatis atque adeo mensuræ spe-  
cies. Stat. crimin. Ripen. cap. 216. fol.  
29. rº: *Teneantur et debeant justare et*  
*bullare . . . unam mensuram de quolibet*  
*genere mensurarum, . . . unam quartam*  
*a vino et mediam quartam, sive unam*  
*Gerulam, in qua sit media Gerula*. Vide  
Zerla.

\* GERULANUS, Gerulus, Gall. *Porte-*  
*faix. Corpus Gerulanorum*, apud Gudium  
ex vet. Inscript. xxxij. 6. Vide indices  
pag. xxv.

\* GERULASISTA. [Gall. Sommier.  
DIEF.]

\* GERULIFIGULUS. [Vox ficta a *Plauto*  
*Bacch. 3. 1. 14. Affines tuos tua infamia*  
*fecisti Gerulifigulos flagitii, h. e. docen-*  
*tes, et patrantes flagitia.*]

**GERULPHUS**, Λυγάνθρωπος, Gall. *Lougarou*. Gervasius Tilleberiensis in Otis Imperial. part. 1: *Vidimus enim frequenter in Anglia per lunationes homines in lupos mutari, quod hominum genus Gerulphos Galli nominant. Angli vero Werevulf dicunt. Were enim Anglice virum sonat, vulf, lupum. Sic Lougarou, dicitur quasi Loup-warou, lupus homo.* [\*<sup>2</sup> Vide Grimmii Mythol. Germ. pag. 621.]

\* **GERURIA**. [Senectus. DIEF.]

† **GESA**, GESARA, GESATÆ. Vide *Gessum*.

† **GESIDIUM**, Isatis, glastum, Gall. *Guesde*. Polyptychus Fiscamn. ann. 1235: *In duabus Ecclesiis de valle Rodolii percipit Abbas Fiscanensis annuatim in tribus festis annualibus medietatem panum et oblationum in denariis, et quatuor partes decimarum bladorum, et Presbyteri quintam, et similiter de Gesidiis. Vide Guaisdium.*

† **GESI**. Fortes viri. Vide *Gessum*.

† 1. **GESINA**, Puerperium, Gallis alias *Gesine*, ab antiquo verbo *Gesir*, Jacere. Tabular. S. Sergii Andegav.: *Et promissit ut faceret concedere uxori suæ, cum a sua Gesina leuaret. Inventar. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419: Calix qui est de capella Gesinæ nostræ Dominæ. Ibidem: Pro imaginibus Dei et B. Virg. Matris suæ Mariæ à le Gesine.*

\* Quo etiam nomine appellabatur convivium, quod in sua purificatione puerpera exhibebat. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 359: *L'exposant ou dire que icelle femme avoit esté à une Gesine, autrement nommée au pays (Coutance) cufferre. Ab antiquo verbo Gesir, Jacere; quo etiam ad significandum puerperium et sepultum utebantur. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 105: Nul ne pooit entrer ens (mon pavillon) que il ne me veist Gesir en mon lit. Libert. villæ de Tannay ann. 1352. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 60. art. 9: Se aucune femme bourgoise... travaille ou Gist d'enfant, etc. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. ch. 372: En laquelle ville (de Taruel) ladite Marion avoit Jeu d'enfant... pour raison de sa Gesine, etc. Laquelle femme à Geu de enfant souvent, in aliis ann. 1390. ex Reg. 138. ch. 204. Testam. Helvid. uxoris Joan. dom. de Insula ann. 1274. ex Tabul. Vallis N. D.: Je vel Gesir ou Val Nostre Dame. Bestiar. MS.:*

Car nus n'a terme de sa fin:  
Teus est mort, puis Gawi matin,  
Que on pooit trouver ersoir  
Plain de santé et de pooir.

Vide infra *Gisare* et *Jacere* 4.

\* 2. **GESINA**, Cessatio, Gall. *Chomage*. Redit. Ebroicæ in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 106. r. col. 2: *Gesina molendinorum per cretinam aquæ eventiens, debet restaurari illi, qui tenet molendina. Vide infra Gesina.*

† **GESMA**, pro *Gesina*. [\* Uti etiam legitur in Cod. MS. earumd. Leg. Norman.] Leges Norman. cap. 37. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 242: *Concesse sunt autem dilaciones, que manifeste necessitatis excusationem preterdunt, ut viduitates, exercitus, Gesme et hujusmodi. Ibid. cap. 43: Puerperii autem infirmitas, quæ Gesma vocatur, terminationem querelarum prorogat ac proterdit.*

\* **GESSA**, Gallice, *Jussarme*, et dicitur a gerens, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120. Vide *Gessum*.

\* **GESIA**, a Gallico *Gesse*, Cicercula,

leguminis species. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 118. v: *Dedit... de feodo præpositali... panicios, et Gessias, et vestias, etc. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 163: Le suppliant trouva en une piece de terre... qui avoit esté semée de Gesses, les chievres et herbiz de Bernard Garnier.*

\* **GESSIDO**, Hostis, inimicus. Grad. Albiense XI. sæc. in festo Paschæ ex schedis D. Le Beuf: *Christus Patri obedit usque ad mortem, et antiquum triumphavit Gessidonem.*

† **GESSARA**. Vide *Gessum*.

† **GESSEL**. Vide *Gisil*.

† **GESSIÆ**, Divitiæ, in Glossis Isid. In Excerptis additur *Gazæ*: pro quo mendose scriptum putant *Gessieæ*.

1. **GESSUM**, **GÆSUM**, Gallis veteribus *Hasta*. Gloss. Isidori: *Gessum, hasta, vel jaculum, ῥολίς.* [apud Grævium, *Gesum, asta, etc.*] Servius: *Pilum proprie est hasta Romana, ut Gessa Gallorum, Sarissæ Macedonum. S. Augustinus Locut. de Josue lib. 6: Septuaginta Interpretes, qui posuerunt Geson, (Josue 8. 18.) mirror, si et in Græca lingua hastam vel lanceam Gallicanam intelligi voluerunt, ea quippe dicuntur Gesa.* [Papias: *Gesa, gladius; Gessaris, lanceis.* Gloss. Sangerman. MS: *Gesara, lancea.*] Suidæ γαῖσα et γαισός, est εἶδος δόρατος. Alibi γέσον, ἔπλον ἢ κόντον μακρόθεν κεντοῦν Interpretatur. Hesychio, γαισός, est ἐμβόλιον ὀλοσιδηρον, *Jaculum totum ex ferro.* Pollux lib. 7: Δορυξους, δόρυ ὀλοσιδηρον, καλεῖται δὲ γαισός, καὶ ἐστὶ λιβυκόν. Ita apud Pausaniam in Atticis legendum monent viri docti, γαισός ὀλοσιδηρον δόρυ. Ubi perperam γαίος. Moschopolus: Γαισός, τὸ κοντάριον. Porro bina gesa in manibus gestasse Gallos, scribunt Nonius, Virgilius, Ovidius, Claudianus. Will. Brito lib. 5. Philipp.:

Clavam cum jaculo, venabula, Gesa, bipennem.

Matth. Paris ann. 1256: *Cum jaculis... Danisque securibus et Gesis... hostiliter insequuntur.* Vide *Gisarma*. Gessi jaculum missile etiamnum a Vasconibus vocari, auctor est Oyenartus in Notitia Vascon. pag. 42. in Consuetud. Britan. art. 712: *Goutiere ou Gesse pour porter les eaux communes.*

**GALLIGESUS**, *Vir fortis. Gesa hasta Gallorum lingua.* Ita Glossæ MSS.

† **GESATÆ**, Mercenarii milites; *Gesi Fortes viri*, apud Sussanæum in Vocabulario.

\* 2. **GESSUM**, **GISSUM**. [Gypsum: « In laborandis parvis capellis ecclesie S. Marci cum Gisso. (Edif. publ. 1467-71. f. 43. arch. Vatic.) » — « Occasione manufacture 22. nicularum de Gesso per eum in capellis ecclesie S. Marci facturum. (Edif. public. 1467-71. f. 54. arch. Vatic.) »]

1. **GESTA**, Acta publica, in quæ referebantur donationes, aut quævis instrumenta. Gloss. Lat. Gr.: *Gesta, πεπραγμένα, χειροθέντα, ὑπομνήματα.* Vigilius Tapsensis lib. 1. Contra Arium cap. 5: *Venerandi Principis sacra, quæ lecta est, Gestis indatur.* Papianus lib. Resp. tit. 24: *Gesta autem secundum locorum consuetudinem fieri placuit: nec interest, apud quem Defensorem fuerint celebrata, etc. Occurrit non semel in Cod. Theod. et Justin. [\*<sup>2</sup> Vide Savin. Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. cap. 2. § 27. sqq.]*

**GESTA MUNICIPALIA**. S. Augustin. Epist. 228: *Legem... qua concessum est eis, qui præcipiuntur ab aliqua Potestate judicis exhiberi, ut ad Gesta Municipalia*

*perducantur, atque illic interrogentur.* Adde Epist. seq. Vetus Charta apud Doubletum pag. 738: *Presentem vero donationem nequaquam a curialium vilitate Gestis Municipalibus alligare curavimus.* Adde Gregor. M. lib. 2. Epist. 9. lib. 7. Ind. 1. Epist. 6. Ind. 2. Epist. 72. 86. lib. 10. Epist. 12. lib. 12. Epist. 10. Vide *Allegare*.

**GESTA EPISCOPALIA**, quæ ab Episcopis conficiuntur, apud S. August. Epist. 90.

**GESTA ECCLESIASTICA**, quæ in Ecclesia fiunt, apud eumdem S. August. Epist. 75. 106. 110. lib. 2. Retract. cap. 8. Vide *Gestus* 2.

**GESTA PROCONSULARIA**, apud eumd. S. Augustin. Epist. 172. 255. lib. 1. contra Parmen. cap. 11. lib. 3. contra Petilian. cap. 16. quæ *Proconsularia Archiva* dicuntur eidem, lib. 3. contra Crescon. cap. 62.

**GESTA JUDICUM**, apud eumdem S. August. lib. contra Parmen. cap. 12.

**GESTA PRÆFECTORIA**, apud eumd. S. August. Collat. 3. cap. 4.

2. **GESTA**, æ, Historia de rebus gestis. Versus Vitæ Caroli M. ab Eginhardo editæ subjecti, interdum præpositi, in Cod. Moissiacensi et Cæsareo:

Hanc prudens Gestam noris tu scribere, Lector,  
Eiuhardum Magi magnificum Caroli.

Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. PP. pag. 237: *Sermonum librum unum, Gestarum librum unum, Evangeliorum librum unum, etc. Infra: Historiarum librum unum.* Paulo supra: *Prophetarum librum 1. Gestarum rerum libros duos.* Vide formulam 12. ex Baluzianis, et Capitul. Caroli C. tit. 51. initio, et ibid. ejusdem Baluzii Notas pag. 1285.

† **GESTA**, æ, Charta donationis. Privilegium Wifredi Comitiss Barcinon. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 165: *Hæc est Gesta, sive Charta, quæ fieri jussit Wifredus Comes de Alaudes S. Mariæ Monasterii Rivipullensis ad diem consecrationis S. Mariæ Ibid. pag. 166: Fastila Presbyter qui hanc Gestam vel donationem scripsit.*

\* Charta Sancii comit. pro fundat. S. Severi in Vascon. *Ipsi vero sapientes inquirebant si sanctus Severus Gestam vel passionem haberet scriptam. Inventum est a legentibus, quatenus qualiter a francigenis hominibus fuerat destructum.*

3. **GESTA**, **GESTUM**, Flos, seu purgamentum recentis cerevisiæ, quo pistorum panes leviores reddunt, Anglis *Gest*, Theutonicis *Ghest* et *Ghist*, est fax. Matth. Paris ann. 1202: *Ita quod pistorum poterunt sic vendere, et in quolibet quarterio lucrari 3. denarios, exceptis brennio et 2. panibus ad furnarium, et in sale obolum, et in Gesta obolum, et in candela quadrantem, etc. Fleta lib. 2. cap. 10: Pistor lucrari poterit in quolibet quarterio frumenti... unum obolum pro sale emendo, et unum obolum pro Gesto vel levano.* Nos etiam *Levan* appellamus.

† 4. **GESTA**, pro *Gistum*, ut puto. Charta Libertatum Bellmontis ex MS. Coislin. *Absolventes... ab omni tallia, mortallia, angaria, perangaria, Gesta, etc. Vide Gistum.*

\* 5. **GESTA**, Instrumentum juridicum, in quo testimonia de gestis alicujus continentur. [\*<sup>2</sup> Vide *Gesta* 1.] Consuet. Neapolit. MSS.: *Salvo tamen, quod licet volenti se opponere contra id quod in ipso instrumento, quod dicitur Gesta, continetur, quod potest dicere contra personas et dicta testium, quorum dictis et*

*testificatum dictum instrumentum, quod dicitur Gesta, confectum est.*

\* **GESTA**, *Una arma*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide supra *Gessa*.

† **GESTABILIS**, Qui facile geri seu portari potest. *Gestabile celum*, apud Cassiodorum lib. 1. Epist. 45. hoc est, parva machina celum representans, Gall. *Globe celeste*.

**GESTAMEN**, Σηπτρον, in Gl. Lat. Gr. Sceptrum.

\* **GESTAMEN CUNALE**, **GESTATORIUM CUNARUM**, Cuna, incunabula, Gall. *Berceau*. Vita Ludov. Pii, cap. 4. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 89 : *Ludovicus ejus filius, cunarium adhuc utens Gestatorio... Qui usque Aurelianam civitatem cunali est vectus Gestamine*. Ubi *Gesta* ejusd. Gall. ibid. pag. 129 : *L'enfant fist porter ensi comme en berceuel*. Vide *Gestatorium*.

**GESTANTES**, Patrini, qui baptizandos infantes brachiis *gestant*, et Sacerdoti baptizatum offerunt. S. Augustinus lib. 4. contra Julianum *Recole, quemadmodum in Ecclesia Christi baptismatis mysteria celebrentur, et invenies quod abrenunciant et parvuli per ora Gestantium, sicut per ora Gestantium, credunt*. Idem Epist. 23 : *Offeruntur quippe parvuli ad percipiendam spiritalem gratiam non tam ab eis, quorum Gestantur manibus, quam ab universa societate Sanctorum atque fidelium*. Adde Epist. 105. et Ep. 107. cap. 8. Rabanus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 26 : *Parvulorum qui per aetatem adhuc abrenuntiare diabolo, nec credere in Deum possunt, per corda et ora Gestantium salus adimpletur*. Vide *Tenere*.

† **GESTARE**, Continere, Gall. *Contenir*, *Porter* ; ut cum de scripto dicimus : *Cet écrit porte, etc.* S. Eulogius de Concilio Cordub. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 149 : *Non tamen inculpabile illud fuisse putamus simulationis consultum, quod aliud Gestans et aliud sonans, quasi a discursu martyriali plebem compescere videbatur*.

† **GESTARE CANTICUM**, Canticum componere, offerre, vel canere. Nicetius Episc. de Psalmodya bono tom. 8. Spicil. Acher. pag. 7 : *Si autem queramus, quis omnium primus hoc genus invenierit, non invenimus alium nisi Moysen, qui Canticum Deo insigne Gestavit, quando percussa Aegypto decem plagis et Pharaone demerso, etc.*

**GESTARI**, Lectica, vel equo vehi. Vetus Interpres Moschionis : ὄχημα, *Gestatio*, Διακινήσις, *Gestari*. Gloss. Lat. Gr. : *Gestatur, γυμνάσεται. Gestor, γυμνάστης. Gesto, γυμνάσεται. Gestatio, γυμνασία*. Alexander Iatrosophista lib. 1. Passio-num : *Palæstra exercere feci et Gestari, et maxime ante... cibum : Gestari autem non solum pedibus, sed et cum caballo*. Cælius Aurelianus lib. 2. Chron. cap. 14 : *Quo fiet ut priusquam cibum sumpserint egrotantes, Gestatione sunt movendi, secunda etiam deambulatione*. Passim ibi, et apud cæteros Medicos. Vide *Mercurialem* lib. 3. Artis gymnast. cap. 10. 11.

**GESTARIUM**, pro *Gestatorium*. Albertus Aquensis lib. 10. cap. 5 : *Milites Hungaris corpus extinctum Gestario impositum, in civitate Nazareth... attulerunt*. [Vita S. Bernardi inter ejus Opera tom. 2. col. 1219. Edit. 1690 : *Itaque Gestario inter duos equos composito, in eo collocatur*. Vet. membrana apud Ludewig. tom. 8. pag. 223 : *Cum nec equo nec curru propter morbum vehementiorem vehi posset, a viris in Gestario ad hoc ipsum composito portabatur*.]

\* **GESTARIUS**, Cibus, quia ferculo *gestatur*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Gestarius, mengier*. Vide *Gestorium* 1.

† **GESTATIO**, γυμνασία, i. *Exercitatio*, in Glossis Lat. Græc. MSS. Sangerman. Vox antiquis haud ignota tum ad vocationem, exercitationis et valetudinis ergo, designandam, tum ad significandum locum ipsum ubi hujuscemodi gestationes celebrabantur. Vide Fabri *Thesaurum* et supra *Gestari*.

**GESTATORIUM**, Lectica. Joan. de Janua : *Gestatorium, illud in quo aliquid portatur, ut feretrum*. Papias et Gloss. Lat. MS. Reg. : *Gestatorium, Ferculum, vel Feretrum*. Julius Africanus lib. 6. Hist. Apostol. : *Quicumque alicujus rei cupit esse possessor, non magnopere Gestatorium, sed ipsum, quod gestatur, spectat*. [Utitur Suetonius in Claudio cap. 17 : *Solitus etiam in Gestatorio ludere*.]

Sed sæpe pro *feretro*, in quo Sanctorum jacent reliquiae, usurpant Scriptores. Liber Miraculor. S. Adelardi Abb. Corbeiensis cap. 3 : *Comes ad feretrum Sancti accessit, et sumpto manibus Gestatorio... in Ecclesiam tulit*. Aigradus Monachus in Vita S. Ansberti Archiepisc. Rotomagensis n. 43 : *Cum... tetigisset pallium, quo tegebatur Gestatorium, etc.* Adde Baldricum Dolens. in Hist. de Capite S. Valentini n. 6. Theodoricum in Hist. Translat. S. Celsi Episc. Trevir. n. 20. Vitam S. Altmanni Episc. Pataviensis pag. 64. Ermanricum in Vita S. Soli cap. 7. etc.

\* *Gestatorium, civiere, hoste*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† **GESTICULARIUS**, Gesticulator, qui gestibus mentem exponit. Ammian. Marcell. lib. 24. cap. 16 : *Mutum puerum oblatum sibi suscepit Gesticularium, multa, quæ callebat, nutibus venustissimis explicantem. Gesticularia, Gesticulans et saltatrix, apud Gellium lib. 1. cap. 5.*

**GESTICULATIO**, Habitus Corporis. Alexander III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranense III. part. 6. cap. 6 : *Manifestum est, eum puberem esse, qui de Gesticulatione sui corporis talis est, ut jam procreare possit, licet ad metas legibus diffinitas non pervenerit*.

\* **GESTIO**, Superbia. Monach. Sangall. de Gest. Caroli M. lib. 1. cap. 22 : *Tunc ille inani Gesticione perflatus, dixit coram omnibus, etc.*

**GESTIUM**. Vide *Gistum*.

† **GESTIUNCULA**, *Minuta res*, in Glossis Isid. A *Gestione*, inquit Grævius, est *Gestiuncula*, ὑποκοριστικόν. Cicero lib. 1. de Invent. : *Negotiis autem quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in negotii Gesticione considerantur*.

† **GESTOR**, γυμναστής, i. *Præfectus pueris docendis*. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS. An ex hoc loco Plinii non satis intellecto : *Delphinus Gestor collisorque puerorum ?* Vide *Gestari*.

† **GESTOR NEGOTIORUM**, idem qui *Agens*, Gall. *Agent*, *Procureur*, apud *Madox Formul. Anglic.* pag. 351. in Charta anni 1342. apud Ludewig. tom. 5. pag. 469. Instrum. concordiae ann. 1387. ex Chartular. Eduensi, Charta ann. 1482. ex Archivo B. Mariæ de Bono-Nuncio Rotomag. Vide *Agentes*. Apud Plautum, *Gestores linguæ*, Delatores, accusatores.

**GESTORIUM**, *Ferculum*, Ugutioni et Jo. de Janua ; *Mets de viande*, in Gloss. Lat. Gall.

**GESTORIUM**, alia notione usurpat

Hieronymus Monachus Camaldul. in Vita S. Romualdi n. 81. [\* *Nempe pro Lectulus, Gall. Grabat*. Vide *Grabatum*.] : *Cum jam senex fuit, Gestorium debilitato corpori substravit, et capiti modicam paleam clementer indulsit*.

\* **GESTRE**, Ligni species, f. Ebenus. Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1335. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item una crux de ligno, dicto Gestre, munita de argento deaurato cum Crucifixo de ebore*.

† **GESTUM**. Vide *Gistum*.

\* **GESTURA**, Agendi ratio. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 31. pag. 73 : *Regnorum Angliæ et Franciæ nobilitates, modos et Gesturas, quorum fama laudabilis digno laudis præconio, multorum assertionem fideli, suis auribus frequencius insonabat, cognoscere et videre desiderat* (Sigismundus).

† 1. **GESTUS**, Habitus, vestitus forma. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LV. : *Attendendum fore judicamus, quod in omnibus Gestis nostris, sicut regale fastigium non modicum exposit, honeste et temperate nos habeamus*.

\* 2. **GESTUS MONACHALES**, Archivium seu Regestum monasterii. Charta ann. 2. Pipini reg. ex Cod. reg. 9612. T. : *Ad hoc mihi inserendum complacuit voluntas ut cessio ista Gestibus monachalibus obligetur, et sic obtineat firmitatem, quasi gestis fuisset obligata*. Vide *Gesta* 1.

\* **GESUM**, Lanceæ seu spiculi species. Proces. Egid. de Rays ann. 1440. fol. 180. v. ex Bibl. reg. : *Vidit Egidium reum tenentem in manu sua unum Gesum, vulgariter dictum Jusarme*. Infra : *Jesum*. Vide *Gessum* et *Gisarma*.

1. **GETA**, [pro *Conjecta*, Collecta, contributio.] Vide *Conjectare*.

† 2. **GETA**, *Gotthus*. Gloss. Isid. *Geti, Gotthi*, ibidem, infra. Papias : *Geta vel Getes, i. Gotthus*. Vide Acta SS. Februarii tom. 2. pag. 611. et Sheringamium in Originibus Britannicis, ubi multis probat Gothos olim *Getas* dictos fuisse.

† **GETABA**, Chartularium S. Stephani de Vallibus cap. 1 : *Datum die Jovis post Getabas, sexto \* Sevini anno Domini MCLXIV. Forte legendum post Octabas sancti Sevini*. Vide *Octava*.

**GETAGEGA**.. T. *Gotthice loquitur*, in Glossis antiquis MSS. [Emendatius in Glossis Isid. : *Getage, garrit, Gotthice loquitur*. Papias : *Geta garrit, Gotthice loquitur*. Post Grævium lubens scribe-rem *Getice, garrit*, pro *Getage garrit* : quod posterius tamen ferri potest, quasi ductum a *Geta* pro *Gotthus*.]

**GETIA**, *Maleficiorum doctrina*. Glossæ antiq. Forte pro γοητεία, [vel forte a Geta mago celeberrimo, quem diu in Ægypto commoratum fuisse narrat Strabo lib. 7. Papias editus et MS. habet : *Getias, maleficiorum doctrina, Gheticus, Thracus*. Vide *Gitta*.]

\* **GETTA**, Domuncula vel taberna porrecta vel projecta. Charta ann. 1382. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1572 : *Possit in dictis logiis et Gettis ludere, vel tenere ludum*.

† **GETTUS**, Laqueus accipitris. Vide *Jactus* 2.

\* **GETURA**, *La nutrice, e imperatrice*. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Gerula*.

† **GETUS**, Idem, ut coniecto, quod supra *Calcum*, i. e. *Calcio frumenti dum mensuratur* ; dicitur autem *Getus* seu *Jactus*, quia mensura quasi jactus, seu agitur vel percutitur ad calcandum in ea frumentum. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 96 : *Anno Domini MCLXVIII... Odo Alamanni et Ugo de Granguis dederunt*

*Juveneto de Hospitali Clerico, sub annuo censu unius secatarii frumenti censualis... quamdam vineam... quod frumentum est solvendum ad mensuram legalem sine Getis. Item... dictus D. Odo... dedit... sub annuo censu unius hemine frumenti solvendi ad mensuram legalem de Vivo sine Getis, scilicet sicut solvendum est aliud frumentum superius nominatum ad mensuram legalem sine Getis. Vide Jactus 3.*

\* **GEVELINA**, Hastæ seu spiculi species, nostris etiam *Geveline*, pro *Javeline*. Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 126 : *Petrus de Fabro præmunitus una Gevelina... cum cuspidate illius Gevelinæ supplicentem in collo percussit. Espiotz, lances-gayes, Gevelines, etc. in aliis ejusd. an. ibid. ch. 140. Comput. ann. 1504. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 80. col. 1 : Plures alios excessus in prædictis cum ensibus, spatibus evaginatis, Gevelinis, et aliis arnesibus commiserant. Vide Javelina.*

\* **GEULERIUS**, pro *Geolarius*, Custos *geolæ* seu carceris. Charta ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 55 : *Dictus notarius fecit dictum Remondum... poni in dictis carceribus, et cum clavibus ditorum carcerum recessit, quia noluit confidere Geulerio per ejus militiam. Vide supra Geolarius.*

† **GEUMANTIA**, Ars e terra vaticinandi, a Græco γῆ, Terra, et πᾶρτια, Vaticinatio. Rolandinus Patavinus lib. 10. de factis in Marchia Tarvisina cap. 11 : *Et unus per puncta quædam unius artis, quam dicunt nescio quam Geumantiam, dicere videbatur, quod Padua non poterat hiis temporibus capi. Idem lib. 12. cap. 2 : Nam Mercurius Deus sapientiæ ponitur et septima domus, sive in astrologis seu in Geumanticis, (Geumanticis) semper adversantibus assignatur. Vide Geomantia.*

**GEUSIÆ**, Genæ, unde Galli, *Jouës*, Picardi *Jeuës*. Marcellus Empir. cap. 12. pag. 93 : *Atque ita affectæ maxillæ ad sedandum dolorem dentium, et gingivarum, et Geusiarum adhibentur.*

\* **GEUSII**, Gall. *Les Gueus*, Flandris nuncupati Calvinistæ vel Lutherani xvj. sæculo ; qua etiam appellatione donati primi ex Hollandia, qui pro tuenda libertate societatem inierunt. Vide Stradam. Corn. *Van Gestel* tom. 1. Hist. Mechlin. pag. 240. ubi de prior. Vallis B. M. : *Quam (clausuram) huc usque inviolabiliter omnino, oppido a Geusis possessio, servaverunt, ac sedem suam nunquam deseruerunt, quamvis monasterium etiam a Geusis militibus fuerit inhabitatum. Adde H. Lanquet in Epist. ad Synd. passim. Vide Gueusii.*

† **GEWERE**, Species monetæ apud Belgas. Charta anni 1294. apud Miræum tom. 2. pag. 879 : *Sub annuo censu... denariorum Flandrensium monetæ quæ dicitur Gewere, etc.*

**GEWERTESCHIN**. Charta Friderici I. pro erectione Ducatus Austriæ ann. 1156. apud Miræum lib. 2. Donat. Belg. cap. 52 : *Et potest in terris suis omnibus tenere Judæos et usurarios publicos, quos vulgus vocat Gewerteschin, sine Imperii molestia et offensa. [\* Vide supra Gaversstun.]*

**GEWINEDA**, in Legibus Ethelredi Regis cap. 1. [\*\* Concil. Wanet.] apud Brompton. : *Et pax, quam Aldermannus vel Præpositus Regis in quinque burgorum Gewineda dabit, emendetur 12. libris. Ubi somnerus rescribit Gethincha : vox Anglo-Saxon. ex ḡinc, causa ; ge autem præpositio est. Itaque ḡ in c ḡ a idem valet ac mallus, placitum.*

**GEUWITNESSA**, in Legibus Ethelredi Regis cap. 3. apud Bromptonum, vox Saxonica testimonium significans.

† **GEXTUM**, Jus hospitii. Vide *Gistum*.

\* **GHEN**. Vide supra *Gen*.

\* **GHERRA**. Locus virgultis obsitus, terra inculta. Stat. Placent. lib. 4. fol. 44. vº : *Quolibet anno per totum mensem Martii teneantur omnes habentes facere in Gherris Trebiæ ipsas Gheras et busconos existentes prope stratas, quibus itur ad castrum S. Joannis. Vide Jarrria.*

\* **GHERSA**. Vide *Gersuma*.

**GHESGOT**. Charta Ludovici Imper. pro Trajectensi Ecclesia, apud Wilhelmum Hedam pag. 228. 1. Edit. : *Ut nec bannum, aut fradum, aut conjectum, quod ab ipsis Verschat vocatur, contingere aut exacitare præsumeret. In Charta Zuenteboldi Regis pag. 244. ubi eadem verba recitantur. Ghescot, in alia vero Henrici Imp. pag. 258. Ghescat, in Charta denique Ottonis, Ghescot. Ubi Buchelius annotat in MS. ad marginem scribi *Veerschat*. Sed legendum procul dubio *Gheschot*, contributio, ex *Ghe*, præpositiva verbalibus adjici solita, et *Schot*, quod idem valet. Vide *Scot*.*

† **GHIARIA**, Italis *Ghiara*, *Glairea*, locus arenosus, Gall. *Gravier*. Chron. Estense ann. 1302. apud Murator. tom. 15. col. 348 : *Die VIII. Martii combustus fuit Punzilupus, qui prius vocabatur S. Armannus, in Ghiaria Padæ Ferraria de nocte per Inquisitionem FF. Prædicatorum.*

† **GHAZERINO**. Species vestis militaris. Vide *Jazeran*.

\* **GHIBELLINI**, **GHIBILLINI**. Vide *Gibelini*.

\* **GHIGETUM**, **GIGHETUS**, Repagulum, agger quo aqua continentur ne in agros excurrat. Stat. Montis-reg. pag. 247 : *Item statutum est quod aliqua persona non audeat vel præsumat frangere seu frangi facere aliquid Ghigetum seu begetum in toto vel in parte. Ibidem : Quod quilibet teneatur defendere juxta possessionem suam repagulum et aqueirolios seu Gighetos, ita quod dicta aqua non vadat seu discurrat in possessionem suam.*

\* **GHILDA**, Societas, collegium, Fland. *Gild*, nostris alias *Gheude*. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1211 : *Omnes qui Ghildam habent et ad illam pertinent, et infra angulum villæ suæ manent, liberos omnes facio. Lit. ann. 1355. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 509. art. 1 : Et ne puet nuls ne nulle faire boulengherie, s'il n'est en le Gheude ; et ne puet nuls entrer en le Gheude pour faire le mestier, s'il n'a esté varlez, etc. Vide in *Gildum*.*

**GHILDHALLA**, **GHILLEOLA**. Vide *Gildum*.

\* **GHILTALDA**, Locus, in quo exponuntur merces nundinarie, vulgo *Halla*. Charta Rob. comit. Attrebat. ann. 1248. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 90 : *Concedimus tales immunitates et libertates in nova Ghistalla, ... quales habere soletis in veteri Ghitalda, et volumus quod in nova Ghitalda, etc. Ghitalda, ex ead. Ch. in Reg. 96. ch. 97. editum tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 256. Vide in *Gildum*.*

\* **GHION**. Vide supra *Gen*.

† **GHIRLANDA**, vox Italica, Corona, sertum, Gall. *Guirlande*. Chronic. Parmense ad ann. 1303. apud Murator. tom. 9. col. 847 : *Domini de S. Vitale, et Domini de la Porta, et alii omnes tam baniti quam confinati de dicta parte Episcopi, cum Ghirlandis in capitibus redierunt Parmam sani et salvi, et absque aliquo rumore. Acta S. Francisæ Rom. tom. 2. Martii pag. 112\* : Et hæc corona erat*

*candidissima et ornata fulgentibus et albissimis rosis, cujus Ghirlanda inferior denotabat firmissimam virginis fidem. Vide Garlanda.*

\* **GHIRO**. Vide *Giro*. [Fr.]

\* **GHISELE**, vox Belgica, Suspectus, a Fland. *Gissen*, suspicari ; unde et pro Obses, fidejussor, vulgo *Otage*, quod de aliquo crimine suspectus et insimulatus fidejussorem exhibere teneretur. Lit. ann. 1410. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 586 : *Que pour cas civilz l'en ne pourra doresnavant en nostredicte chastellenie prendre à hostage, nommé Ghisele, fors seulement les deuxz principaux ou les complices... Et se le cas estoit tel... que avec les principaux ou les complices, leurs parens et amis feussent mis en ostage ou Ghisel-stip. Leg. Ghisel-scip. Charta ann. 1339. in Chartul. 2. Fland. ch. 526. ex Cam. Comput. Insul. : *Jou Riguevars li Rende vallez à M. le comte de Flandre, de Nevers et de Rethest, commissaires de ses Ghisels, etc. Vide Ghisiles.**

\* **GHISTALLA**, **GHITALDA**. Vide supra *Ghitalda*.

† **GIALLUS**, Flavus, Teutonice *Gheel*, Gall. *Jaune*. Acta SS. Maili tom. 6. pag. 175. de S. Jacobo Philippo : *In quo copino super dicto corpore, super uno velamine albo tanquam viride, ego vidi multas violas coloris Gialli virides, quæ ab omnibus tunc præsentibus judicabantur esse de recenti ablatæ ab ejus planta. Viola vulgares luteæ non sunt, sed purpureæ. Hic intelligo violas serotinas seu flores Jovis, Gallis *Pensées*, inter quas exstant luteæ.*

\* **Academ. Crusc.** : *Giallo*, luteus, croceus, flavus, color simile a quello del sole, e d'eloro.

**GIALNISCO**, Generosus, Neapolitanus equus, Sambuco in Gloss. ad Leges Hungaricas, un *Genest de Naples, d'Espagne*.

† **GIARA**, Ital. vasis species. Epistola Bajuli Regis Majoric. ad Massilienses ann. 1327. ex Archivo S. Victoris : *Fecit caricari LXII. Giaras alquitrani et tria pondera de mostayla et duas sarrias de orchica, etc.*

† **GIARDINARIUS**, Hortulanus. Vide *Gardinum*.

\* **GIAVARINA**, Telum missile, jaculum, Ital. *Giavelotto*. Stat. datiar. Ripet. cap. 12. fol. 5. rº : *De quolibet centenario hastarum a Giavarina, pro introitu soldii duo. Vide supra Gevelina.*

\* **GIAVELLA**, *Merges*, spicarium manipulus, Gall. *Javelle*. Stat. Perus. pag. 51 : *Si quis ignem imposuerit malitiose in tecto, vel feno, vel in Giavellis, vel in gerberiis, solvat pro banno libras decem. Vide supra Gavella.*

\* **GIAVELOTUS**, Ital. *Giavelotto*, Telum missile, jaculum, Gall. *Javelot*. Stat. Vercel. lib. 4. pag. 71. vº : *Item quod nullus major decem annis trahat per civitatem... Giavelotum vel pennam archatam. Vide supra Gavelotus.*

\* 1. **GIBA**, Capsa, arca, theca Reliquiarum, arcuata, sic dicta. Charta ann. 1348. ex Tabul. Floriac. : *Nonnullas alias reliquias sive sanctuaria de quadam capsâ sive Giba antiqua et lignea in aliam capsam novam argenteam et superauratam translatavimus.*

\* 2. **GIBA**, Onus, fascis statutus quantitatis, nostris *Balot*, alias *Gibe* ; si arderent Græcæ originationes, vocem deducendam proponerem a Gr. γίβω, sacculus, quod merces sacco involvi solent. Arest. parlam. Paris. ann. 1301. in Reg. Olim fol. 52. vº : *De qualibet chargia seu Giba, pro numero trossellorum, dicti pedagiarii compellebant ad*



*solvendum... tres solidos.* Pedag. Peron. ann. 1295. in Chartul. 21. Corb. fol. 339 : *Item le charrette qui maine sayes d'Angleterre, ly trousseaulx doit iij. s. vj. d. ob. et s'il y a plus de xx. pieces de saye, c'est Gibe, et doit xlvij. sols.* Infra fol. 341. v° : *S'il y a xx. draps ou plus en le platte, c'est Gibe; et doit le Gibe xlvij. sols Paris.* Consuet. Aurel. apud Thaumass. ad calcem Assis. Hierosol. pag. 471 : *La Gibe de draps chargez à Orliens, doit iij. sols au roy.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 83 : *Pierre de Poitiers lieur de Gibes et de fardeaux, pour homme, etc.* Reg. feud. comitat. Clarim. ex Cam. Comput. Paris. fol. 16. r° : *Chascun marchand menant draps par ledit travers à char ou à charrete, soit en Gibe ou en fardiaux, etc.*

\* Aliud vero *Gibe* et *Gibbe* sonat, Instrumentum scilicet ferreum ad usum rusticorum; unde et pro Baculo ferro ad defensionem munito non semel occurrit. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 243 : *Lors icellui Pauquaut tira un ferrement qu'il avoit, nommé Gibe, et en frappa ledit Bernart sur les espauls.* Aliæ ann. 1451. in Reg. 185. ch. 111 : *Une Gibe ou baston ferré. Ung baston ferré en façon de sarpe, nommé Gibe ou pays de Périgort, dont on coupe les malles herbes des champs, in aliis ann. 1457. ex Reg. 187. ch. 164. Aliæ ann. 466. in Reg. 200. ch. 174 : Une Gibe faite en la façon d'une gisarme. Gibbe, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1473. ex Reg. 195. ch. 1000 : Guillaume Versasvauk tenant ung volant, que l'en appelle Gibe. Neque aliud est *Gibault*, in aliis Lit. ann. 1477. ex Reg. 206. ch. 1159 : *Ung Gibault emmanché d'un grant manche de bois.* A forma *Gibbosa* seu recurva repetenda haud dubie vocis origo.*

\* *GIBACARIA*, *GIBACERIA*, *Marsupium*, *bursa*, nostris *Gibeciere*, *Gibacier*, *Gibecier*, et *Gibessier*. Lit. offic. Senon. ann. 1336. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 23 : *Item quatuor Gibacaria de velueto; operata et ornata de brodura, quatuor Gibaceria, Gallice de tartaire, operata et ornata de brodura.* Comput. Steph. de Font. argent. reg. ann. 1350 : *Pour six Gibecieres broudées et estoffées à boutons de perles, données aux chevaliers, qui servent laditte dame à sondit sacre, xij. l. pour la piece.* Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. ch. 238 : *Jehan Bourrebas avoit à sa seinture un petit Gibacier, duquel ledit Richier couppa les pendans, ... et avoit au dit Gibacier huit solz Parisiens ou environ.* Aliæ ann. 1457. in Reg. 187. ch. 274 : *Le suppliant... print ung Gibecier de cuir, ouquel avoit une cedula, etc.* *Icellui Genoilhac ouvrit son Gibessier et mist sur la table aucune quantité de monnoye, in aliis ann. 1476. ex Reg. 195. ch. 1605. Vide infra Gibessarius.*

† *GIBASSERIUS*, *Marsupium*, Gall. *Gibeciere*, a Græco *χίββα*, ut quidam volunt, *Pera*, *sacculus*, *bursa* apud *Hesygium*, vel *χίββα*, quod idem est apud alios; vel tandem, ut vult *Menagius*, a *Gibiciaria*, a *Gibbus* derivata. *Capitulum* Gen. MS. S. Victoris Massil. ann. 1506 : *Nec portet... Gibasseries aut bursas apparentes supra vestem.*

† *GIBBA*, *Gibbus*, *tuber*, *tumor*. *Galfridus Monachus* in *Vita S. Godrici*, tom. 5. SS. Maii pag. 84 : *Gibbam in capite reperiens stupebat.*

\* *GIBBATUS*, *Gibbosus*, apud *Glabr. Rodulph.* tom. 10. *Collect. Histor. Franc.* pag. 55.

\* *GIBBETUM*, [*Patibulum*.] Vide *Gibetum*.

*GIBBOROSUS*, pro *Gibberosus*, quæ vox postrema habetur in leg. 3. D. de *Ædilit. Edict.* (21, 1.) et apud *Firmicum* lib. 8. *Math. Glossæ antiquæ MSS. Gibbi, Gipporosi.* Leg. *Gibborosi.* Gloss. Saxon. *Ælfrici: Gibborosus, vel strumosus, Hoferedede, i. gibbosus, a Gibbus et Gibber, tumor.* Unde versus :

In dorso Gibbus, in pectore Gibber habetur.

\* *Mirac. S. Jac. major.* tom. 6. Jul. pag. 63. col. 2 : *Quædam mulier... suum filium contractum et Gibborosum, ita quod caput fere genibus inhærebat, secum assumpsit, etc. Verumtamen in dorso adhuc appareret signaculum gibbi illius.*

\* *GIBBOSITAS*, *Gibbi deformitas, tumor.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Bossueté, Gibbositas.*

† *GIBBITIT*, *Cogat*, in Glossis MSS. ad calcem *Collectionis Canonum*, e *Bibl. D. Chauvelin Custodis Sigillorum Regiorum.* [\* Vide Graff. *Thesaur. Ling. Franc.* tom. 3. col. 65.]

\* *GIBELINI*, et *GUELFÆ*, *Factiones binæ*, quarum dissidiis diu *Germania* atque *Italia* conflagnarunt : prior a *Sueviæ*, altera a *Welpis Bajoriæ* in *Alemania* *Ducibus* nomina mutuatæ. Nam cum *Conradus Imp. de Weibelingen* cognominatus in *Chronico Laurisshamensi* pag. 78. *Imperii diadema adeptus* ann. 1139. *Welphonem VI. Henrici II. Junioris Baviariæ Ducis fratrem*, eodem *Ducatu*, quem in *Leopoldum Austriæ Ducem* transtulerat, privasset : *Welfo*, *Rogeri Siciliæ Regis armis adjutus*, in *Conradum bellum movit* : quod etsi non semel pactis identidem intervenientibus sedatum, dissidiorum semina diu inter utramque familiam fovit, quæ *Italiam* potissimum diu afflixere, ubi *Gibellinarum* et *Guelfarum* factionum nomina sæpe audita, dum summi Pontifices *Guelfham*, alii contrariam amplectuntur, ac urbes singulæ alterutri sese addicunt. A *Conrado* igitur de *Wibelingen*, *Gibellingi*, ac deinde *Gibellini* : a *Welfone* vero, familia *Baviariæ* *Principe*, *Guelfi* appellati sunt. *Otto Frisingensis* lib. 2. de *Gestis Frider. cap. 2 : Dux in Romano orbe apud Gallias Germaniæ fines famosæ familiæ hactenus fuere. Una Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Altdorffo : altera Imperatores, altera magnos Duces producere solita. Istæ ut inter viros magnos, gloriæque avidos assolet fieri, frequenter sese invicem æmulantes, reipublicæ quietem multoties perturbarant, etc.* *Albertinus Mussatus* in *Ludovico Bavaro* pag. 5 : *In duas partes secta Christianitas erat nostra, et paucos invenisse contingens fuerit per hanc præcipue nostram Italiam, quos una ex duabus optio non inquinaverit, aut illa, quam aiunt, Gibolenga, vel Gelfa. Hæc enim a tempore Friderici II. vocabula duo inseparabilia germina, seu potius pestifera schismata pullularunt, atque invaluerunt, quæ semper tenuere Italiam inquietam.* [*Chronicon Parmense* ad ann. 1307. apud *Murator.* tom. 9. col. 860 : *Quidam vero de Guidonis et quidam de Boschettis et de Rangonibus, cum certis suis sequacibus, dicentes se esse partem Guelfæ, seu Ecclesiæ, sive Aygonorum antiquitus dictæ et vocatæ, spondam fecerunt contra illos qui dicebantur ab antiquo partis de Grisulphis, seu Imperii, sive Gibellini, etc.*] *Procul* a vero absumt, qui secus scripsere de harum factionum nomine et origine, ut *Bartholus* in tract. de *Gelfis et Gibellini*, *Ricordanus Malaspinus* cap. 104. *Joan. Villaneus* lib. 5. cap. 38. et *Morigia de Reli-*

gionib. pag. 209. Sed de iis copiose egere *Felix Osius* ad *Hist. Mussati* pag. 140. et seqq. *Hieronimus dalla Corte* lib. 5. *Hist. Veronensis*, et alii passim.

\* De iis consulendus imprimis *Muratorius* part. 1. cap. 31. *Antiq. Estens.* et in *Dissert.* 51. tom. 4. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 604. *Charta Phil. VI.* ann. 1339. in *Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 72 : Charle Grimaulz chevalier, capitaine de nostre armée Guelphe, que nous avons eu derrenierement en la mer.* *Alia ejusd. reg. eod. ann. ibid. ch. 73 : Gyton Doire (Doria) capitaine de nostre armée Guibeline, que nous avons eu derrenierement en la mer, etc.* Ex quibus colligitur *Philippum regem* utriusque parti eodem anno fuisse.

\* *GIBOLENGI*, *Idem qui Gibellini*, *Albertino Mussato* lib. 5. de *Gest. Henrici VII.* rub. 1. et alibi.

\* *GIBELLITINAS*, *Gibellinorum factio.* *Anonymus* de *Rebus gestis Friderici II.* *Imp.* ann. 1258 : *In Tuscia pars Gibellinorum, et civitas Senarum præcipue, quæ Gibellinitatis senescens in fide, tunc temporis semper erga Imperatorem... devota manebat.* Occurrit rursus pag. 865.

\* *GIBELLINÆ PELLE*, [*Pelles martium seu mustelarum, Gall. Martes Zebellines.*] Vide in *Sabelum*.

† *GIBERIA*, pro *Gibeceria*, *Marsupium*, Gall. *Gibeciere*. *Statuta Cisterc.* ann. 1456. apud *Marten.* tom. 4. *Anecd. col. 1621 : Abbatibus et personis regularibus Ordinis universi præcipitur, ne a cetero bireta seu birros rubeos, vel ad minimam rubedinem tendentes gestare præsumant, nec etiam Giberias seu capsellas.* Vide *Gibassarius*.

\* *GIBESSERIUS*, ut supra *Gibacaria*. *Comput.* ann. 1402. inter *Probat.* tom. 3. *Hist. Nem.* pag. 170. col. 1 : *Pro quadam zona et uno Gibesserio, iij. solid. Turon.* Vide *Gibassarius*.

\* *GIBETUM*, ex Gall. *Gibet*, *Furca patibularis : Gubeto, Danti* in *Inf. cant.* 13. *Will. Britto* lib. 5. *Philippid :*

Vultibus erectis sursum tollente Gibeto  
Digna Jovi fuerit oblatio, jure levati  
A tellure procul, etc.

*Matth. Paris* ann. 1239 : *Ignominiose super machinam illam penalem, quæ Gibet appellatur, suspensio traditur.* Idem ann. 1242 : *Et inde usque ad illam penalem machinam, quæ vulgariter Gibetus dicitur, distractus, etc.* Et ann. 1247 : *Horribile patibulum, quod vulgus Gibetum appellat.* *Chron. Flandriæ* cap. 86 : *Et le fait le Roy Philippe decoler à Paris sur un eschafaut, et fait le corps pendre au Gibet de Monfaucou.* Vide *Meursium* in *Ὁβερτιώ*. *Alia notione vocem Gibet usurpat Vaces* a *Roman de Rou* MS. :

Endementiers que cil versa,  
La lance chai et froissa,  
Et il a le Gibet saissi,  
Qui a son destre bras pendi.

[*Vetus Poeta MS. e Bibl. Coislin. :*

Qui en son lit s'ala bouter,  
Pour le moine desbarater,  
En sa main porta un Gibet,  
Qu'il ot emprunté d'un valet.

Et infra :

Prene le volt, mais cil li done  
Tel cop du Gibet, qu'il l'estone.]

\* *Gallicam vocem Gibet*, altera notione *Cangio ignota*, explicat *Glossar. Lat. Gall.* ann. 1348. ex *Cod. reg.* 4120 : *Fundibula, sunt quædam parvæ machinæ cum funda in baculo dependente, Gallice Gibet.*

Sed et ab alterutra forte orta vox *Re-*

*giber*, seu *Regimber*, pro recalcitrare, quia qui ad patibulum excutiuntur, illud pedibus propellant. Le Roman de *Garin MS.* :

En un estable on mené le destrier,  
Fronche et henist, et Regibe des piez.

\* A motu fundibuli, nuncupati *Gibet*, orta fortassis vox *Giber*, pro Membra jactare, vel collectari. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 246: *Iceului Gieffroy et icelle Gervaisote s'entreprendrent à jouer et Giber ensemble l'un à l'autre publiquement devant les deussadz, et le cuida ladite femme en eulz jouant abatre à terre.* Aliæ ann. 1382. in Reg. 121. ch. 96: *Prindrent ledit Girart a Giber par maniere d'esbatement par les piez et par les mains... Un jeune valeton... en leur compagnie Giboit, etc.*

Unde *Regiber*, pro *Regimber*, recalcitrare. \* Eiusdem originis videtur vox *Dégibier*, pro Agitare se festive, oblectare se, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 196: *Comme à un certain jour ledit Alain feust venu esbatre et Dégibier en la ville de Therouenne, etc.*

† *GIBICERE*, Aucupari, Gallis olim *Gibecer*, a voce *Gibier*, Præda venatica: quod ultimum derivant a *Cibarium*. Constitutiones Cluniac. MSS. ex Archivio S. Mariæ Deauratæ ann. 1801: *Præcipimus districtius et districte, quod nullus Abbas nullusque Prior aut Monachus ancipitres, (accipitres) falcones aut alias aves ad Gibicendum habeat aut teneat, nec canes ad venandum, his dumtaxat exceptis, qui in aliquibus suis locis usum et usagium habeant venandi: quo casu canes eis permittimus ad venandum.* Ex his palam est Gibicere de aucupio proprie, non de qualibet indiscriminata venatione esse intelligendum. Sic Poeta vetus apud Borellum :

Tant que un seul Chevalier vit,  
Qui Gibeoit d'un espervier,  
El pré devant le Chevalier.

Vide *Gibostare*.

\* Nostris *Gibéer*, *Gibeier*, et *Giboyer*. Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 346: *Et quant li enfés fu venuz de Gibeier et de jouer, etc.* Ubi Willel. Gemetic. lib. 4. cap. 3. ibid. pag. 263. habet: *Puerum ab aucupio regredientem, etc.* Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 921: *Le suppliant s'en ala tout Gibéant jusques à Nogion. Paulo ante: Estant aux champs en gibier.* Aliæ ann. 1474. ibid. ch. 1219: *Jehan Dujardin... ayant ung autour et plusieurs levriers, ... ala vers les parties de Villiers pour Giboyer. Aler en giber vel gibier, eodem significato.* Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. ch. 479: *Si avint que environ le dernier jour d'Aoust, ledit Jehannin du Caable... fust alé en Giber, comme gentils hommes ont acoustumé.* Aliæ ann. 1390. in Reg. 140. ch. 27: *Martin le Cordien escuier alant en Gibier, un espervier en son poing, etc.* *Aller au Gibier avec ses chiens et oyseaulx,* in aliis ann. 1474. ex Reg. 195. ch. 1520. Vitæ Patrum Mss. :

Un jour d'Aoust après mangier  
Alerent tout trois en Gibier.

\* *GIBIETTUM*, Tempus aucupandi. Charta Phil. Pulc. ann. 1293. ex Chartoph. reg. Attrebat. : *Volentes et concedentes, ut idem comes aut hæres suus prædictus ipsum spreverium, ... quem præeligere seu choisir maluerit in secutiva vel comitiva nostra, dum tamen præsens fuit in eadem, durante Gibietto, sin-*

*gulis annis semel solum sine difficultate quacumque possit capere et habere.*

\* *GIBILINA*, Hastæ seu spiculi species, idem quod supra *Gevelina*. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 19: *In dicto conflictu et rixa unus castranus seu capotus dicti de Fontarhalac volens interficere nobilem Johannem spurium de Andonis cum quadam Gibilina.*

*GIBOLENGI*. Vide *Gibellini*.

† *GIBOSTARE*, ut *Gibicere*, Gall. *Giboyer*. Statuta Johannis Abb. Cluniac. : *Nullus de Ordine nostro accipitres et falcones ad Gibostandum habeat.* De feris prædantibus verbum *Giboyer* jocose dixit *La Fontaine* in *Fabulis* :

Le Roy des animaux se mit un jour en tête  
De Giboyer, etc.

\* *GIBUS*, γίβος, σποδίαος. Gloss. Lat. Gr. Vulc. emendat: *Gilvus, γίβος, σποδίαος.*

† *GIDOMALA*. Papias MS. : *Canamale, id est, Gidomala.* Vide *Canamellæ*.

\* *GIEMENSIS MONETA*. Vide in *Moneta Baronum*.

† *GIETIVUS*, Qui vadimonium deseruit. Notitia Judicati ann. 870. apud Perardum in Burgundicis pag. 149: *Mallatus fuit ipse Hildebertus, et Sacramentum arramivit, unde Gietivos remansit.* Vide *Abjectire*.

\* *GIETUS*, idem quod *Gistum*, Jus divertendi ad domum vassalli, atque illius hospitio utendi. Charta ann. 1254. in Chartul. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 229. v. : *Symon de Brione miles... vendidit Guidoni episcopo Lingonensi et successoribus suis Gietum suum, quem habebat apud Gevolias annualim ad septem equos, duos homines pedites et duos canes.*

\* *GIETZ*. Charta Joan. Dalph. Vien. ann. 1816. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 84: *Sicut protenditur via publica a dicto trucheto versus fontem Geneveysii... usque ad Gietz de la cunna (sic) et a dicto Gietz de la cuma usque ad summitatem rupis.* An Prominentia, vel idem quod infra *Jactus* ? *Giez* vero, Limen sonat, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 381: *A l'aide d'un levrier ou baston, le suppliant osta le Giez ou pierre de dessous l'uis.*

\* *GIEVERINA*, Hastæ seu jaculi species. Decret. Placent. ad calcem Stat. fol. 108. r. : *Primo pro una lancea, sive Gieverina, seu lanzono lib. l.* Idem forte est *Girvie*, in Lit. remiss. ann. 1442. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 182: *Le suppliant demanda quelz harnois ilz portoient, auquel icellui Albert respondi que deux espées, deux Girvies et deux bouchiers.* Vide supra *Gaverlotus* et *Gevelina*.

\* *GIEZIA*, Crimen *Giezi*. Petrus Cantor lib. 1. Summæ Ms. cap. 103: *Simoniam prævenit contractum aut sequitur. Illa dat causam contractui, et specialiter appellatur simonia: hæc autem nittitur vitare contractum initum, et specialiter dicitur Giezia.* Vide mox *Giezota*.

† *GIEZITA*, Qui ut alter *Giezi* munera accipit, apud S. Bernardum lib. 4. de Consid. cap. 6. n. 22.

\* *GIEZOTA*, *Giezi* discipulus et imitator. Fr. Benzo episc. Albens. Comment. de Reb. Henr. IV. imper. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. Mss. pag. 284: *Neque enim Giezotæ illi statuum constatiem aliter voluissent erigere, ni prius conducerentur infinita summa pecuniæ.* Vide *Giezita*.

*GIFFARDUS*, Herodius, falconis spe-

cies, in Libro incerti Auctoris de *Natura rerum*.

\* Nescio unde *Giffarde*, pro Ancilla coquinaria, ut videtur, in *Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1* :

N'i a torke-pot, ne Giffarde,  
Tant ait desous poure fardel,  
N'ait cuevrechiés, manche ou hardel.

† *GIFFARE*, Titulum seu signum apponere. Leges Ludovici Imp. cap. 84. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 133. col. 2: *Nam si iterum contemtiores existant, et per publicam auctoritatem domus vel casæ eorum Giffentur, id est, signo quodam sequestri apprehendantur a Curia sive Fisco. V. Wifa.*

1. *GIGA*. Rigordus pag. 13: *Trahentes equi Gigas passim per campos, tam homines quam equi totius exercitus, conculeaverunt messes.* Sed ibi procul dubio legendum *bigas*.

2. *GIGA*, Italis, *Gigue* et *Gige* nostris, est instrumentum musicum. [22] Reinard. Vulpes lib. 3. vers. 615 :

Scansillis exiles his crispat tertia phthongos,  
Ut vox alta tubæ, summaque chorda Gige.]

Guiotus Pruviniensis in sua *Biblia MS.* :

Cil Prince nous ont fait la gigue,  
En harpe, en viole, et en Gigue.

Le Lusidaire *MS.* :

En estrumens oir sonner  
Paalteres, harpes, et vieles,  
Giges, et chifonies beles.

[La Bataille des sept Arts *MS.* :

Madame musique as clochetes,  
Et li clerc plain de chançonetes  
Portoient Giges et vieles,  
Salterions et Fleuteles.]

V. Menag. et Ferrar. in Orig. Gall. et Italic.

\* Unde *Gigueour*, qui *giga* canit. Le Roman de *Cleomades Ms.* :

Et des flautours de Behaigne  
Et des Gigeours d'Alemaigne.

\* 3. *GIGA*, Gall. *Guiche* vel *Guige*, Cotgravo et Borello, Ansa, ea scilicet scuti pars, qua suspendebatur, Italis *Guiggia*. Le Roman de *Floire Ms.* :

Et l'en li aporte un escu,....  
La Guiche fu d'un paille frois  
Bien taillé d'or Sarrazzinois.

Infra :

Li cox est aval descendu,  
Coupe la Guiche de l'escu.

Le Roman d'*Alexandre Ms. part. 1* :

Si fiert Emenidus sus la targe florie  
Que desous la boucle li a fraucé et percié,  
La Guige en est routé et l'enarme saillie.

Le Roman de *Garin* :

Escu ot d'or à un lioncel bis,  
Parmi la Guige à son col le pandi.

Vide infra *Inarmare*.

† *GIGANS*, pro *Gigas*, Gall. *Geant*, apud Mabillonium pag. 456. Liturg. Gallic.

\* *Jaiant*, in Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 148.

† *GIGATOR*, f. *Ædituus*, Gall. *Gagier*, vel *Domesticus gagio* seu mercede conductus. Chartam anni 1184. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 181. subscribitur inter alios plures, *Nantelmus Claviger, Chabertus Clericus, Petrus de Maluneris, Arnulphus scriptor Episcopi et Gigator qui hanc Cartam scripsit.*

\* *GIGHETUS*. Vide supra *Ghigetum*.  
\* *GIGILLA*, *GIGILLUM*, ut *Girgillus*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1848. ex Cod.

reg. 4120 : *Gigilla, Gallice Gerouwaide, (altera manu Escourseuse) et dicitur a Giro, quia vadit in girum, dum filium ex ea evoluitur.* Aliud ann. 1352. ex eod. Cod. *Gigillum, Gerouwaide.* An inde vox Gallica *Gien*, quæ de eo quod obliquum est, dici videtur, in vet. poemate Gall. ann. 1376 :

Quant on veut fouir une vigne,  
On ne va mie tout à ligne  
Il faut fouir de Gien en Gien.

**GIGLIATI**, Nummi, ut quidam volunt, argentei, in quibus liliium, quod insigne est Gallorum, insculptum erat. Itali enim liliium *Giglium* appellant, quorum sex *Florenum Rhodi* constituebant. Nonnulli tamen eum nummum a Fratre Roberto de Juli Magistro (Ordinis Hierosol.) appellacionem sumpsisse arbitrantur, quod ab eo institutum putent, ut singuli *Gigliati* singulis fratribus secunda Quinquagesimæ feria distribuantur, quod quidem minime constat. Ita Statuta Ordinis S. Joannis Hierosol. tit. 19. de Verbor. signif. § 31. Ex quibus patet, *Gigliatos* in insula Rhodo etiam fuisse cognitos. Vide tit. 3. § 14. Borghinus in Dissertatione de Moneta Florentina existimat, nescio an vere, *Gigliatos*, appellatos nummos Regum Neapolitanorum ex gente Francica, quod in iis effictum esset scutum liliatum. Certe Caroli I. Regis Siciliæ aureum vidimus in Gazophylacio Regio, in cuius antica sedet Rex ipse dextra sceptrum liliatum, sinistra globum crucigerum tenens, cum hac inscriptione : CAROLUS DEI GRATIA SIGILLÆ REX. In postica scutum liliatum cum *Labello* effigitur, cum inscriptione : DUCATUS APULIÆ PRINCIPATUS CAPUÆ. Hunc descripsit Antonius Rufus in Comitib. Provinciae. Constat etiam in posteriorum ex eadem gente Regum monetis expressa fuisse horum liliata insignia, quæ ab eodem Rufo exhibentur. Neque, opinor, alii sunt

**GILLATI**, de quibus Charta ann. 1138. Dominorum Canneli in Provincia : *Capiat monetam per Curiam regiam stabilitam, videlicet monetam albam pro denariis 15. et nigram pro denar. 2. et ob. et Gillat. argenti pro denariis 22. et Turon. argenti Regis Francie pro solidis 2.* Et Charta pro matrimonio Ferrandi Majoricani cum Isabella filia Guillelmi Principis Achaïæ, scripta Messanæ ann. 1313. tom. 8. Spicilegii pag. 274 : *Et tradere ex causa dotis prædictæ Parparos 40. millium, computato Parparo pro Gillatis quatuor.* Alia Petri d'Acigne Militis Dom. Mayranicarum Senescalli Provinciae ann. 1405 : *Ducatorum 20. millia ad rationem Carlenorum, seu Gillatorum decem pro quolibet ducato.* Unde patet, *Gillatos* appellatos Caroli Regis Siciliæ aureos nummos. Vide *Tarenus*. Nec scio, an eadem sit moneta cum *Gillatis*, quæ *Guillot* dicitur in Regesto Parlamenti Paris. 12. Julii ann. 1378 : *Après que le Duc d'Anjou, et les nobles bourgeois et habitans du Maine ont baillé par declaration les cas particuliers, les Evesque du Mans, Doyen et Chapitre illec et autres dirent, que la plupart des dimes appartient aux nobles du pays, et non aux gens d'Eglise. Dirent... que les Curés et gens d'Eglise n'ont aucunes dimes, au moins peu, comme dit est; et sont les gens du pays de petite devotion, et vont à l'offrande très envis une fois ou deux l'an, et quant ils y vont, n'offrent-il qu'un Guillot, dont les six ne valent qu'un tournois, et ont exhibé à la Cour la*

*monnoie que les gens du pays offrent.* Sed hæc moneta longe minoris videtur fuisse pretii.

† **GILIATI**, Eadem notione. Supplicatio ann. 1328. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Quidam exiitit condemnatus Giliatorum argenti sexaginta pro uncia computatis.*

\* **GIGNA**, *Lo exercitio de gignasio.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Gignasia* 1.

\* **GIGNACIUM**, *Generalis locus exercitiorum.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide *Gignasia* 1.

**GIGNADIUS**, Joann. Sarisberiensis lib. 1. Policrat. cap. 8 : *Hinc mimi, salii, vel saliares, balatrones, et Emiliani, gladiatores, palestritæ, Gignadii, præstigiatores, etc.* Idem lib. 3. Metalogici cap. 10 : *Ad occultationem vero propositi, imo ut uterque Gignadorum voti compos facilius sit, idiotismus et orthonoismus, perutilis est.* [\* f. Qui hominum *gignentias* inquirat, incantator, sortilegus, idem qui supra *Genicialis*. Vide in hac voce.] [\* Gignadii sunt qui se in gymnasium exercent, unde in Metalogico metaphorice ita Disputantes dicuntur. Vide *Gignasia* 1.]

1. **GIGNARUS**, *id est, delirus.* Ita Gloss. Arabico-Lat. ubi *Ignarus* reputant.

**GIGNASIA**, **GIGNASIUM**, pro *Gymnasia*, et *Gymnasium*. Ugitio : *A gignos, hæc gignia, i. exercitium, quod fiebat in Gignasio et hæc Gignasia... Locus studii Gignasium, et quandoque ipsum studium. Gignasiarches, Gignosista, i. doctor. Similia habet Willelmus Brito in Vocabul. MS. Gregorius PP. apud Matth. Paris anno 1289. de Friderico II. : Gignasia animas avertentia construit. Joan. Brompton. : In cujus pectore, ut quidam aiunt, omnium liberalium artium erat Gignasium. Alibi : Ad Gignasium Lanfrancum cum magna sociorum et equorum pompa pervenerat. Ubi Gignasium idem valet ac Monasterium. Vide *Gymnasium*. Occurrit præterea in Chron. Windesem. lib. 2. cap. 41. 54.*

**GINGNASIUM**, Knyghton : *Et ibi habuerunt Gignasium malignorum dogmatum et opinionum.* Infra : *Ac si essent de uno Gignasio educati.*

\* 2. **GIGNASIA**, *La taverna, e bagno.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **GIGNENTIA**, Generatio. Epistola Thegani Antistitis circa ann. 830. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 84 : *De divina natura ac de essentia, de æterna Gignentia Dei Patris, de æterna nativitate Filii Dei, de æterna processione Spiritus Sancti, etc.* Vide *Nascentia*.

\* **GIGNIA**, *Gingiva, pro Gingia;* quæ voce eodem sensu utuntur Itali. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Gignia, Gencive.* Vide infra *Gingnia* et alia notione in *Gignasia* 1.

\* **GIGNUS**, *Nudo*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

\* **GIGOTTUS**, Monetæ Cameracensis minutissimæ species. Reg. actor. capitul. eccl. Camerac. sign. R. ad 22. Maii ann. 1499 : *Dictus magister monetæ... raportum fecerat sive compotum de grossis quos cugerat; sed non de florenis duplicibus, simplicibus, stuferis, nec non Gigottis.*

**GILBOGUS**, quid sit, docent Statuta Synodalia Episcopi Sodorensis in insula Manniæ ann. 1229 : *Et si pauper fuerit, et nullum mortuarium persolverit, accipiantur vestes sicuti sunt, et quintus qui-que denarius ex liberis et de Gilbogus in*

*bonis possessio ad mortuarii valorem se extendentibus mortuarium Ecclesiæ persolvatur.* Mox : *Et si quærat quid sit Gilbogus, dicendum est, quod Gilbogus est quis, si unius tantum noctis ætatis extiterit, et ad habendum bona ordinatus, aut in bonis possessus existat, si, ut dicitur est, obierit, Ecclesia tunc suum debitu oblinebit.*

† **GILBOSUS**, pro *Gibbosus*, habetur in Capitulis General. MSS. S. Victoris Massil. : *Surdus, monoculus, deformis, aliter Gilbosus, etc.* [\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Gilbosus, Bochu.*]

\* **GILBUS**, pro *Gilvus*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613 : *Gilbus, color in equo mellinus.* Vide supra *Gibus*.

† **GILDA**, **GILDARE**, etc. Vide mox in *Gildum*.

**GILDUM**, **GELDUM**, ex Saxonico *gild*, Solutio, præstatio, vectigal, tributum. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 649. num. 3. pag. 601. 611. et Graff. Theaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 191.] Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 2 : *Terras quietas ab omni Gildo et ab omni opere. Gilde* cap. 81. Charta Edredi Regis apud Ingulfum : *Et volo, quod dicti Monachi sint quieti et soluti ab omni scotto, Geldo, auxiliis Vicecomitum, hidagio, etc.* Habetur eadem fere formula non semel in Chartis Anglicis in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 52. 211. 379. tom. 2. pag. 161. 162. 163. [Formul. Anglic. *Madox* pag. 38.] Sed et obtinuit æ vox hac notione in Francia nostra. Bulla Urbani III. PP. ann. 1186. pro Eccl. Barbellensi in Tabular. ejusd. Abbatie : *Prohibemus, ne quisquam hominum, vos aut Monasterium vestrum murdris, assisis, placitis, querelis, scutagiis, Geldis, passagiis, paagiis... audeat infestare.* [\* Singulis annis censum solvat, id est servi unius Geldum, in chart. ann. 849. ap. Neugart. Cod. Dipl. Alem. tom. 1. pag. 267. Vide *Gilstrio*, et *Haltaus*. Glossar. Germar. voce *Gilt*, sqq. col. 722.]

**GELDUM** etiam sæpe sumitur pro multa judiciaria, compensatione delicti, et pretio rei. Capitulare 3. ann. 813. cap. 23 : *Quicquid involavit, novem Geldos componere faciat.* Cap. 25 : *Quicquid in Amore in alterum furatum habent, in duos Geldos componere faciat.* Atque inde *Wergeldum*, dicitur quasi valor seu pretium viri : *Orfgild*, pecoris pretium : *Angild*, simplex rei valor : *Thwiggild*, duplex : *Triggild*, triplex : *Octogild*, octuplex : *Noviggild*, novemplex. Sunt et voces aliæ complures, quibus in fine additur vox *Geldum*, quæ species quasdam pensitationum designat : verbi gratia *Danegeldum*, *Vodegeldum*, *Senegeldum*, *Hornegeldum*, *Sotgeldum*, *Penigeldum*, et aliæ id genus, de quibus sigillatim suis locis agimus.

**GELDUM REGIS**, Tributum vectigal, quod Regi exsolvitur : vel, ut censet Spelmanus, tributum, quod *Danegeldum* vocabant, de quo supra. Liber Rames. sect. 293 : *Gelda autem Regis communia, quæ per omnem Comitatum currunt, solus Ebronius, etc.* Monast. Angl. tom. 1. pag. 378 : *Excepto Geldo Regis, libera et quieti condonavit. Gelda ad coronam Regis pertinentia*, tom. 2. pag. 383. De Geldis regiis, intelligendus Liber Domesdei : *In burgo de Warvic habet Rex in dominio suo 113. domus, et Barones Regis habent 112. de quibus omnibus Rex habet Geldum suum.* Henricus Huntingdonensis pag. 378. et Matth. Paris pag. 37. de Rege Guillieli. Rufo : *Vicinos werra, suos exercitiibus frequentissimis et Geldis continuis vexabat.* Idem pag. 380 :

Hoc anno pro necessitate Regis Geldis creberrimis et exactionibus variis Ecclesia compressa est. Adde Monastic. Anglic. tom. 2. pag. 118. [\*\* Annal Waverl. ann. 1088 : Prohibuit omnes injustos Geldos.]

GELDARE, ex Saxonice. gildan, Solvere, præstare, tribere, vel geldum exsolvere. Domesdei in Hantoniensi pago : Hugo de Port tenet Cerdefort, et Willielmus de eo. Duo liberi homines in alodium tenuerunt pro 2. maneriis de Rege Edwardo. Tunc et modo Geldabat pro 5. hidis. Infra : Tunc et modo Geldabat pro 2. virgatis et dimidio. Passim. Vide tom. 3. Monastici Anglici ex eodem Domesdei pag. 181. et seqq.

GILDARE, in Legib. Adelstani Regis § 5 : Et si furetur postmodum, vera sua Gildet eum, vel reddat similiter incarcerationum, i. solvat pro eo veram, seu forisfactum emendet. [Madox pag. 73. Formul. Angl. : Willielmus vero juravit Monachis, quod eis fidelis esset, et quod pro dimidia hida ulterius Gildaret, cujus hildum antea injuste retinuerat.]

GELDABILES TERRÆ, Geldo obnoxia, seu geldi pensationi, tom. 2. Monast. Anglic. pag. 809. Geldabiles ad Wapentachium, semel ac iterum, id est, quæ geldum exsolvere tenentur, quo tempore tenetur Wapentachium. Ita passim in Domesdei, et alibi in eodem Monastico tom. 3. pag. 154. 181. etc.

GILDA, Fraternitas, sodalium, contubernium, curia, collegium, et Saxonice. gild, vel Gildum, solutio, præstatio, quod qui ejusmodi sodalitia et confraternitates ineunt, pecuniam ad communes usus conferant et exsolvant. Capitula Carlomanni Regis tit. 2. cap. 14 : Volumus, ut Presbyteri et ministri Comitibus villanis præcipiant, ne collectam faciant, quam vulgo Geldam vocant, contra illos, qui aliquid rapuerint. Epistola Trajectensis Ecclesie, edita a Tengnagelio, de Tanchelino seductore quodam : Fraternitatem quamdam, quam Gilda vulgo appellant, instituerat, in qua 12. viros in figura 12. Apostolorum, et unam tantum feminam in figura B. Mariæ constituit. Sanctus Anselmus lib. 2. Epist. 7 : De Domino Henrico, qui Camerarius fuit, audio, quia in multis inordinate se agit, et maxime in bibendo : ita ut in Gildis cum ebriosis bibat, et cum eis inebrietur. Infra : Ex Dei et Sanctorum ejus, et nostra auctoritate prohibeo, ne postquam hanc nostram prohibitionem cognoverit, amplius in Gilda aut in conventu eorum, qui ad inebriandum solum conveniunt, bibere audeat. Charta Guillelmi Comitis Flandriæ ann. 1127. pro Confirmatione Consuetudinis villæ S. Audomari : Omnes, qui Gildam illorum habent et ad illam pertinent, et infra cingulum villæ suæ marent, liberos omnes a theloneo facio, etc. Infra : Et quidquid in eo habere debeo, ad restaurationem damnorum, et Gildæ suæ sustentamentum constituo. Communia vel Gilda, in Regiam Majestatem lib. 2. cap. 12. § 17. Gilda mercatorum, in Tabulario Fiscanensi f. 15. Gilda mercatoria, in Statutis Willelmi Regis Scot. cap. 35. et in Legib. Burgorum Scotior. cap. 99. Gildæ generales, particulares, etc. passim in Statut. Gildæ Scoticæ. Charta Henrici I. Regis Angliæ, in Regesto Normannico sign. P. in Camera Comput. Paris. : Sciatis, nos concessisse Willielmo Canuto et Osberto filio Huardi, et sociis Cordewanariis et Corvesariis Rotomagi, ut habeant Gildam suam ita bene et honorifice et plenarie de ministerio suo, sicut eam, habuerunt, etc.

Vide Monast. Angl. tom. 1. pag. 277. tom. 2. pag. 81. et quæ de hac voce commentatur Willielmus Dugdalis in Antiquit. Warvic. pag. 119. 122. sed et vocem Gelde hac fere notione usurpat Vacces en son Roman de Rou MS. :

Ses barons apela, les fist tous arester, Detriés nos voi ne sai queles gens haster, Ne sai se par bataille nos veulent destorber, Nostre Gelde et nous homes faites avant aier, Et la proite cachier, et les somiers mener.

Alibi :

Chevaliers et horjois, et archiers, et Geldon.

\* Nostris Gilde. Lit. Guid. comit. Fland. ann. 1232. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 260. art. 1 : Touz tel qui ont leur Gilde et à ycelle appartiennent, etc. Vide supra Ghilda.

GILDIA, Idem quod Gilda. Tabularium S. Albini Andeg. : Si duxerit Dominus Monsterolii (vadens ad exercitum) secum milites suos et Gildia, homines Monachorum custodiant castrum.

GILDALES, Societates. Synodus Wigorniensis ann. 1240. cap. 38. de Clericis : Ne intersint ludis inhonestis, nec sustineant ludos fieri de Rege et Regina, nec arietes levare, nec palæstras publicas fieri, nec Gildales inhonestas, et præcipue mercatorum peregrinorum, quas omnino fieri prohibemus.

GILDAGIUM. Charta Alfonsi Comitis Pictav. anno 1209 : Super saisina vel possessione albergamenti, quod vulgariter nuncupatur Capella Bertrandi, et pariter super saisina Gildagii de Pertigniac, etc.

GULDA, ex Theutonico Gulde, quod idem sonat ac Gilda. Statuta Communie Mechliniensis MSS. : Nulla confraternitas, neque Gulda, neque aliquid singulare signum de ipsis, nisi sola communitalis confraternitas in Machlinia esse poterit, vel debet.

† GYLDA, Eodem intellectu. Consulibus, opidanis, burgensibus, universitati et Gyldis opidi nostri Wytstock. Sic in Schedis lego : sed unde excerptum sit, non memini.

GULDAGIUM, pro Gildagium, tom. 2. Monast. Angl. pag. 233.

GELDONIA, GILDONIA. Eadem notione. Papias : Geldonia, adunatio. Capitulare ann. 779. cap. 16. [\*\* Gellonia in Capit. ann. 789. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 15.] Capit. lib. 5. cap. 200. et Addit. 4. cap. 134. De Sacramentis pro Gildonia invicem conjurantibus, ut nemo facere præsumat. [\*\* Pertz. Ghildonia.] Paulo aliter Lex Longob. lib. 1. tit. 17. § 7. [\*\* Carol. M. 13.] : De sacramentis per Gildoniam ad invicem conjurandis, etc. Hincmarus Rem. in Capitulis ad Presbyteros parochiæ suæ cap. 16 : De collectis, quas Geldonias, vel Confratrias vulgo vocant, etc.

† GUILDONIA, Eadem significatione, apud Muratorum tom. 1. part. 2. pag. 95.

GILDSKYRA, Sodalitium. Concilium Londoniense cap. 12. post Concilium Grateleanum ann. 928 : Et diximus etiam omnibus illis, qui in nostram Gildscyram vadium dederunt, si contingat eum mori, omnis congildo det unum panem, et companionagium pro anima ejus, etc.

GONGILDONES, Contubernales, contribules, ejusdem gildæ socii, in loco laudato ex Concilio Londoniensi. Leges Inæ Regis cap. 23 : Si quis alienigena vel ignotus sine via vadat in nemus, ut nec ore clamet, nec cornu sonet, pro fure sit occisus : et solvatur ipsius occisi Congildonibus vel Domino suo. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 75 : Si tunc cognationem maternam habeat, reddat ipsam tertiam

partem vere, tertiam Congildones, pro tertia fugiat. Occurrit ibi semel ac iterum, eademque habentur in Legibus Aluredi cap. 34. Ubi etiam

GILDONES, pro Congildones, qui Confratres gildæ dicuntur in Curia 4. Burgor. Scotior. cap. 1. § 5. et in Statutis Gildæ Scoticæ : Fratres Gildæ, ibid. et in Itinerario Camerarii Scotici cap. 21. § 4. Guldebroyder, Theutonibus. Hermannus de Lerbeke in Chron. Comit. Schawenburg. pag. 42 : Decem magistros Gildonum seu unionum patibulis suspendebant. Utitur antea semel ac iterum. [V. Fratres de Gilda.]

CONGILDA, Eadem notione. Leges conviviæ Erici Rigstadiensis : Quod si quis Congilda ad confratrem suum lædendum in donum conviviæ securum aut gladium, sive aliquod telum portaverit, etc. Occurrit ibidem pluries.

† GILDECANT ad Gildam regendam meminere Wenceslaus et Joanna Duces Brabantie ann. 1373. in Privilegiis Lovaniensium, apud Miræum, tom. 2. pag. 1025. ubi multa de Gildis earumque Decanis et Fratribus, ut et pag. 1027. 1250. etc.

GHILDHALLA, GUIHALA, GUILHAULA, Locus, in quo exponuntur merces nundinarie, vulgo Halla. Vox composita, ex ghilde, collegium, fraternitas, societas, et hall, domus, quasi domus confraternitatum. Vetus Gloss. Saxon. : Frithgildum, Ildhall. : legendum Gild hall. Charta Theodorici Comitis Flandr. in Hist. Guinensi pag. 202. 203 : Terram, in qua Ghildhalla cum scopis et appenditiis suis tam ligneis quam lapideis apud S. Audomarum in foro sita est... Et ad omnem mercaturam tam in appendiciis, quam in Ghildhalla exercendam tradidi. In alia ann. 1151. scribitur Ghildsalla. Scribit Spelmannus Londini etiamnum Gildhallam Teutonicorum appellari Hanseaticarum urbium mercatoribus addictam ædem. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Eccl. Angl. tom. 3. pag. 484. 485. et Gloss. Watsii in Hustingus.

GUILHAULA. Tabul. Fiscanense ann. 1260. fol. 51 : Et quod bolengarii, qui sunt homines mei, nullam aliam quantiam habent in Guilhalla, vel in mercato de Argentis.

GUIHALA, Eadem notione. Charta Willelmi Comit. Pontivi ann. 1210. in Bibl. Sebus. Cent. 1. cap. 6 : Contuli in perpetuum in elemosynam Canonicis S. Mauricii de Chablais 13. libras Paris. ad Guihalam meam in Abbatis villa, quisquis eam tenuerit, annuatim recipiendos in nudinis Treocarum, etc.

† GUIHALDA. Personaliter compareant in Guihalda civitatis, apud Rymerum tom. 11. pag. 529. semel et iterum.

GHILLEOLA. Lambertus Ardensis pag. 115 : Dum in Ardea forum causarum, et mercatorum Ghilleolam nuper edificasset, et plumbeo tabellatu contextisset, etc. Ubi forte legendum Ghildhalam.

\* GILERUS GALLINARUM, τὸ ἄρον τῶν ὀρνιθῶν. Gloss. Lat. Gr. Leg. ex Salmas. Gigerus, ἄρον, in Castigat. ad utrumque Glossar.

† GILIO, Germanus, Mabill. tom. 3. Annal. Bened. pag. 600. ex Instrum. ann. 969 : Teuzo et Baldo atque Azo Gilonones fratres, filii quondam Bruti bonæ memoriæ Silvestro bonæ memoriæ Presbytero et Monacho, atque coangelico Abbati de venerabili monasterio S. Cosmæ et et Damiani, quod nuncupatur Mica aurea, donant Ecclesiam Dei Genitricis Mariæ, etc. Vide Glinglio in Gurgio.

† GILIUM, Lilium, Ital. Giglio. Chroni-

con Estense apud Murator. tom. 15. col. 349 : *Omnes palafreni coperti scarlato, et per totum arma Giliorum auri et aquilaram albarum argenti.*

\* **GILLA**, a Gallico *Gille*, Fraus, mendacium, illusio; unde pro Ludus aleatorius vel mimicus. *Lusores alearum et Gillarum*, apud Menot. in Serm. Quadrag. fol. 191. v. Vide infra *Guillator*.

**GILLATI**, **GILIATI**. Vide *Gigliati*.

\* **GILLEAGIUM**, in Charta Alfonsi comitis. Pictav. ann. 1269. ex Reg. 11. Chartoph. reg. fol. 22. v. pro quo *Gildagium* legit Cangius in v. *Gildum*. Sed leg. *Jalleagium*, ut habet alia Charta in Reg. laudato fol. 2. v. Vide infra *Jalagium*.

**GILLO**, **GELO**, **GELLUS**, **GUILLO**, **Lagena**, vas vinarium. Papias : *Gelonis, Baucalis, vas*. Hinc emendandum Glossarium Græc. Lat. : *Ποδόκοιλον, Aquale, Gello*. Perperam enim editum *Aqualegelle*. Codex MS. S. Germani Paris. ibi præfert *Aquale, Gella*.

**GILLO**. Eadem notione. Epigrammata vetera Pitheæana lib. 4. pag. 159 :

Gilo vomit gelidum vastis singultibus amnem,  
Vis aliena cui frigoris addit opem.  
Nam tepidum lacteum curavit claudere testas,  
Ut mensa indigenis unda nivecat aquis.

**GILLO**, *Vas fictile*, in Glossar. Cambrenensi MS. Gloss. vetus : *Gillo, βαυκάλιον*. Gloss. Ælfrici : *Gille, wægel*. Uguiti : *Gillo, et Gello, dicitur rusticus, inepetus : aliter, Baucalis, vel Bacalanus*. Aristophani ἐν ἐπιγῆν, et ejus Scholiastæ, pag. 660. γύλιον dicitur ἀλγειον στρατιωτικόν, εἰς δὲ τὰς τροφὰς ἀγονταί οἱ στρατιῶται. Hebræis גִּלְלוּ *Gulla*, est vas rotundum instar phialæ aut crateris, unde *Gallonem* deducit Guichartus. Cassianus lib. 4. Instit. cap. 16 : *Si quis Gillonem fictilem, quem Baucalem nuncupant, casu aliquo fregerit.*

**GELLO**. Ruffinus lib. 8. de Vitis Patrum cap. 14 : *Gello cum aqua, quem ad potum sibi præparaverat, etc.* Infra,

**GELLUNCULUS**, Eadem notione.

**GELLUS**. Glossæ MSS. ad disticha Magistri Cornuti : *Batus, ti, Gellus, bichoze vel vases, vel livres.*

**GUILLO**, apud Paulum Diaconum. Emeritensem lib. de Vita et miraculis Patrum Emeritensium, in S. Renovato : *Surripiens vascula vinaria, quæ mutato nomine Guillones, aut Flascones appellant. Vide Gillonartus.*

De vocis γύλλω apud Græcos recentioris notione, erudite ac copiose suo more J. Bapt. Cotelierus tom. 1. Monumentor. Ecclesiæ Græc. pag. 744. egit.

† **GILLOMICHAEL**, id est. *Puer Michaelis*, in Translatione S. Cuthberti cap. 22. in Actis SS. Benedict. sæc. 4. part. 2. pag. 291.

**GILLONARIUS**, Officium palatinum apud Wisigothos, idem videtur qui apud nos *Buticularius*. Vide *Gillo*. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 4. § 4 : *Ut non immerito palatinis officiis liberaliter honorentur, id est, Stabulariorum, Gillonariorum, Argentariorum, Coquorum quoque præpositi.* Neque hoc loco P. Pantini conjecturam probo, qui *Gillonarios* puerorum fuisse præfectos contendit, quod ut ait, apud Wisigothos *gielen* sit lascivire, quod proprium est ejus ætatis : unde *Giel*, lascivus.

\* **GILSTRIO**, Tributarius, qui *gildum* solvit, Goth. *gilstr*; vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 259. Chart. ann. 856. apud Neugart. in Cod. Diplom. Alem. tom. 1. pag. 294 : *Recepta a nobis... tertiam partem unius curtis, quam a quibusdam Gilstrionibus nostris, Gunduino*

*scilicet et Liudone emerat. Neugarto Gilstriones idem videntur ac Gillonarii.*

**GILTWHITE**, vox Saxonica, *Emenda pro transgressione*, Bromptono : ex vite, mulcta, et gilt, reatus, peccatum. Vide *Gyltwite*.

**GIMARESTA**, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

† **GIMBOSUS**, pro *Gibbosus*, tom. 2. SS. Junii pag. 380.

† **GIMBUS**, pro *Gibbus*, in Onomastico ad calcem tom. 3. SS. Junii.

† **GIMECTA**, pro *Guvetta*. Vide in *Guvus*.

**GIMEL**. Smaragdus in Grammatica MS. El. ut *Mel, Fel, Gimel* : ubi Glossa superlinearis, i. plenitudo.

† **GIMETTA**, pro *Guvetta*. Vide in *Guvus*.

**GIMNAREMUS**, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4. ubi vetus interpres Gallicus legit *Guvaresco*.

† **GIMNASIUM**. Vide *Gymnasium*.

† **GIMNOLOGIZARE**. Vide *Gymnologizare*.

**GIMUS**, pro *Guvus*; vide in hac voce.

**GINA**. Vide *Guna*.

\* **GINATIUM**, pro *Gymnasium*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Ginatium, Estude vel luite*. Vide supra *Gignatium*.

† **GINDON**, Species panni. Charta ann. 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Unam casulam de purpura, floratam de Gindone rubeo*. Sed puto legendum *Sindone et folratam*. Vide *Sindon*.

† **GINECIARIUM**, **GINETIUM**. Vide *Gynæceum*.

† **GINESTUS**, pro *Genista*, Gallice *Genest*. *Ginesta cum fulgeria*, apud Baluz. Hist. Tutel. col. 436.

\* **GINETA**, *Genista*, facultas scindendi genistas, vel iis utendi. Reg. de Feud. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 176 : *Galterus de Fadeenvilla tenet feudum Auberti Ranel; . . . unde debet unum mensum de custodia et quinque solidos Ginetae*. Vide supra *Genesteium*.

\* **GINETHERIA**, Lanceæ seu jaculi species, nostris *Genetaire*. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 195 : *Accepit Ginetheriam alterius fratrum prædictorum, et ipsam trahendo dirupit et abstraxit eandem a corrigia sua*. Vide supra *Genetaria*.

\* **GINGIBER**, Zinziberis, Gall. *Gingembre*. Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem pag. 84. col. 2 : *Item pro quadam libra Gingiberis pulcherimi, . . . vj. sol. vj. den.* Stat. Genuæ lib. 4. cap. 12. pag. 80 r° : *Dum tamen pecuniam inventam in dictis bonis implicare non possint, nisi in mercibus infrascriptis, auro, argento, seta, pipere, Gingibere, etc. Gingembre de Mesche*, in Chartul. Corb. sign. Ezechiel ad ann. 1422. fol. 180. r°. *Gingembrat*, in Stat. ann. 1312. tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 513. art. 10. Vide *Gingibretum*.

† **GINGIBRETUM**, Gallis *Gingembre*, Zingiberri, in præcepto Philippi Pulchri Franc. Reg. ann. 1304. Vide *Gingimber*.

**GINGILIPHUS**. Fragmentum Petronii : *Cæteri convivæ circa labrum manibus nexis currebant, et Gingilipho ingenti clamore exsonabant* [Legendum *Gingilismo* a γίγγλισμός, quod Hesychio est, Titillatio manuum risum ingentem et clamorem acutum excutiens.]

† **GINGIMER**, ut *Gingibretum*, tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 305. et in Præcepto Philippi Pulchri Franc. Regis ann. 1304.

† **GINGINA**, Johanni de Janua et Glos-

satori Lat. Gall. Sangerm. pro *Gingiva*, ut habet Celsus, Gallice *Genfive*.

\* **GINGIPEDIUM**, Sic vocatur scorbutus a Reimero Snoyo, quod tenet gengivas et pedes. Hæc post D. Falconnet.

\* **GINGIVI**, **GINGIVI-CINOGLOSIUM**, A *Gingiva*, in qua dentes collocati, quemadmodum inclusa in molaribus pars molendini, de qua hic agitur. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Storiobella, Gallice Chevilles; et sunt quidam nodi incloti rotæ; qui movent fustum molendini aut dentes auxiliares, (i. maxillares) qui alio modo dicuntur Gingivincinoglosium, Gallice Escosteres. Molares dicuntur magni lapides rotundi; et nodus est, quod est æquivoce ad magnos lapides et ad dentes maxillares, qui alio nomine dicuntur Gingivi.*

**GINGIVUS**, Constantinus African. lib. de Gradibus, de Pipere : *Cujus fructus sunt sicut siliqua faseoli, et dicuntur Piper longum, cujus concavitas parvis granis sicut milium impletur; quæ cum tempus maturandi fecerint, fiunt in eis quasi Gingivi pleni seminibus, quæ dicuntur Piper.*

**GINGLA**, Περὶ τῆς, in Glossis Græco-Latinis.

**GINGNASIUM**. Vide *Gignasium*.

\* **GINGNIA**, *Genchive*, Gallice, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521. Vide supra *Gignia*.

† **GINGRIBA**, εἶδος φωνῆς σάλπιγγος, Species sonitus tubæ, in Glossis Lat. Græc. MSS. Sangerm. Legendum *Gingrinæ*. Festus : *Gingrire, Anserum vocis proprium est, unde genus quoddam tibiurum exiguarum Gingrinæ. Hæc fiebant ex arundine quadam Siciliensi et breviores licet, subtilioribus tamen modis insonabant, ut habetur apud Solinum capite 5. de Sicilia.*

† **GINGRITUS**, Clangor anserum, apud Arnob. lib. 6. Vide *Gingriba*.

† **GINGRUM**, Eadem notione. Glossar. Lat. Græc. Sangerm. MSS. : *Gingrum, φωνὴ γηνός.* [\* Vide in *Gingriba*.]

† **GINGULA**, οὐλα τῶν δόδοντων, *Gingivæ*. Supplem. Antiquarii. Vide *Gingibivæ*. [\* In Gloss. Lat. Gr. *Gingulæ*, singulare non habet.]

† **GINIA**. Vide *Guva*.

\* **GINIBRERA**, Locus juniperis consitus, Ital. *Ginepraio*. Reg. recognit. feudal. ann. circ. 1460 : *In territorio de alpbibus, loco dicto in plano, versus la Gibrera*. Vide supra *Genevurus*.

† **GINICIUM**. Vide *Gynæceum*.

† **GINOCHIUM**, Geniculum, Gallice *Genou*, Ital. *Ginocchio*. Miracula B. Henrici Baucenensis, tom. 3. Junii pag. 376 : *Joannes . . . guttosus in Ginochiis et in anchis, etc.*

\* Hinc forte *Guignoche*, baculum recurvum vocabant nostri, cujus forma sic describitur in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 97 : *Ung baston de houx fourché et reployé par le bout, vulgaument appellé Guignoche, que le suppliant avoit fait pour soy esbatre à getter des pierres ou motes de terre au loing.*

\* **GINOFLATA**, Flos caryophyllæus, Gall. *Giroflée*. Proces. crimin. ann. 1488. ex Tabul. D. Venciæ : *Item invenerunt multos lapides in fenestra, ubi sunt Ginoflatæ.*

**GINOVAGIUM**. Vide *Guionagium* post *Guida*.

† **GINPLA**, Peplum, Gall. *Guimp*. Computus anni 1202. apud D. Brussel ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. cci : *Pro XII. Gimplis ad opus dominarum, etc. LXIII. sol.* [\* Vide *Guimpa*.]



\* **GIO**, Italis, Vox incitantis equum. Dialog. creatur. dialog. 100 : *Et cum sic gloriaretur et cogitaret cum quanta gloria duceretur ad illum virum super equum, dicendo : Gio, Gio ; cepit pede percudere terram, quasi pungeret equum calcari-bus, etc.*

† 1. **GIOIA**, Ital. Gaudium, Gallice *Joie*, in Actis S. Franciscæ Rom. tom. 2. SS. Martii pag. 133 \*

\* 2. **GIOIA**, Gemma, lapis pretiosus, vox Italica, nostris *Joyau*. Stat. ord. S. Joan. Hieros. ann. 1584. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1838 : *Ut libentius et alacrius fratres nostri in armis se exercent, precipimus quod duæ Gioiæ, sive bravia, singulis duobus mensibus apponantur ; hoc est uno mense, una pro ludo balistarum ; altero mense, altera pro ludo scloporum.*

\* **GIORNEA** [Italis, *Giornea*, *Manteau militaire* : « Tubicines XII. domicelli armati suis *Giorneis*. (Diar. Burch. II. 336. ann. 1497.) »]

† **GIORSUM**. Vide *Gorsum*.

\* **GIOSTRA**, Monomachia ludicra : vox Italica, nostris *Jouste* : *ἰσομαχία*, Nicephoro Gregoræ lib. 10. et Cantacuzeno. Historia Cortusiorum lib. 5. cap. 7 : *Fuerunt etiam hastiludia, Giostre, torne-ria, et omnia solatia cogitata. Utitur rursum lib. 10. cap. 9.* [Chronicon Danduli apud Murator. tom. 12. col. 516 : *Certamina equestris, quæ Giostras appellant, sunt celebrata.*] Vide Dissertat. 6. ad Joinvillam et Salmasium ad Hist. Aug.

\* **GIOSTRARE**, vox Italica, Hastis concertare, decurrere, Gall. *Jouter*. Annal. Mediol. ad ann. 1358. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 729 : *Tunc in Mediolano fuit Giostatrum et bagordatum, et factæ fuerunt magnæ lætitiæ.* Chron. Bergom. ad ann. 1395. apud eumd. ibid. col. 890 : *Multas alias festiuitates fecerunt in Giostro et tripudiando.* Vide *Giostra*.

\* **GIOTA** BLADI, idem atque *Mensuraticum*, quod pro mensura frumenti a domino fori exigitur ; sic dictum, quia mensura quasi *jacitur* seu agitur ad calcandum in ea frumentum. Vide *Getus*. Lit. ann. 1275. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 61. art. 7 : *Quod consuetudines et usagia, quæ dicta Maria (vicecomit. Lemov.) et vir suus ejus nomine, habent in castro seu villa prædictis et pertinentiis, in pedagis, ledis ac usagiis, leda panis et salis, . . . . . Giota bladi, etc.*

\* **GIOVA**, Supplicii genus in blasphemis, f. quo lingua ex ore protrahitur in contumeliam et irrisionem continebatur. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 42. ex Cod. reg. 4620 : *Ordinamus quod si quis de cætero Deum et B. V. M. blasphemaverit, vel maledixerit, seu turpiter de ipsis locutus fuerit, puniatur pœna decem librarum parvorum : et nihilominus lingua ejus ponatur in Giova, et sic per unam diem stet super berlinam.*

\* **GIOVATICUM**, Commodum, fructus, emolumentum, Ital. *Giovatico*, utilis, fructuosus. Charta Valt. Brennæ comit. ann. 1143. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 149 : *Dono concessit . . . decimam redituum suorum de Brenna castello, videlicet Giovatici sui et venditionis fori ac minagii.* Vide supra *Gausita*.

\* **GIPO**, *Porpoent*, Gallice et Britannice, in Catholico Armorico. Expressit nostrum *Jupon*. [Proclamatio Consilii Massil. MS. 13. circiter sæculi inter Schedas D. le Fournier : *Nullus homo cujuscumque conditionis existat in civitate Massi-*

*liæ de cetero portare audeat supertunicale, tunicam, cotardiam, jaquetum, Giponem ; quando desuper portabitur, vestis illa superior sit et esse debeat longitudinis usque genu, nisi sit marinarius navigando, cursor, leno vel latro, aut alius brevis conditionis, quæ vestis superior sit in rotunditate sex palmorum ad minus. Deinde prohibetur, ne Magistri Giponum, aliive sartores aliter vestes concinent, quam hic statuitur. Quod si quis contraierit rogabitur Episcopus, ut excommunicatio coerceat delinquentem. Ea tum erat Massiliensium sollicitudo, ne quid parum decens esset ac modestum in vestibus. De eadem re audiendi Patres Concilii Aptensis ann. 1365. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 334. *Item (inquunt) cum nostri domicelli seu scutiferi, qui ex nobis aliqui tenent in numero excessivo ultra quem eis esset expediens, calamistrati incedent ut feminæ, et cum vestibus seu diploidibus, hoc est, Gippontis tam brevibus, ut femoralia et signa posteriora eis appareant . . . duximus auctoritate præsentis Concilii providendum, ut nostrum quilibet vestes suis domicellis seu scutiferis, quos tenebit, fieri faciat longitudinis competentis sic quæ saltem subtus genu quatuor digitos protendantur, quarum manicæ nodum attingant brachii, etc.* Plura etiam statuunt Cistercienses de Gippionibus Monachor. apud eundem Martenium laudati tom. col. 1577. 1580. 1585. et 1590. Solis nunc mulieribus apud Gallos nota est vox *Jupon*, qua crocotulam intelligunt seu tuniculam interiorem. Vide *Jupa*.]*

\* **GIPONUS**, idem quod *Gipo*, vestis superior, eadem quæ *Disployis*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus duas disploydes sive Giponos circi nigri, vocati valos.* Vide infra *Gippo*.

† **GIPPOSSUS**. Vide *Gibborosus*.

† **GIPPALICANA**, Scriptura genus. Vide *Scriptura*.

† **GIPPEGIUS**, pro *Gypsarius*, Gallice *Plâtrier*, in Charta Massil. ann. 1432.

\* Occurrit in Instr. ann. 1366. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 300. col. 1. et in Comput. ann. 1489. ibid. tom. 4. pag. 49. col. 2. Vide mox *Gippum*.

\* 1. **GIPPO**, ut supra *Gipo*, in Inventar. Ms. ann. 1379 : *Item unus Gippo de cirico rubeo.* Hinc *Gipponnier*, ejusmodi vestium sartor. Stat. ann. 1399. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 385 : *Cousturiers, pourpointiers ou Gipponniers de la ville et fourbours de Troyes, etc.*

\* 2. **GIPPO**, *Çuppo*, *Zubo*. Vide *Zubo*. [Fr.]

† **GIPPONUS**, ut supra *Gipo*, Gall. *Jupon*. Habetur apud Rymerum tom. 7. pag. 356.

\* **GIPPUM**, pro *Gypsum*, Gall. *Platre*. Inquisit. super destruct. batisdæ Sabran. ann. 1363. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 81. vº : *Item domus dirrupta suplus et supra solum de Gippo, etc.* Vide supra *Gipperius*.

† **GIPPUS**, pro *Gibbus*. Althelmus de Laude virginum cap. 27 :

*Idcirco gelida constrictum morte camelum  
Perdebat Gippum, quod vascula ferre pepercit.*

† 2. **GIPPUS**, Papias MS. Bituric. : *Cleptes, Fur, Græce, vel Gippus, a clependo.*

\* **GIPSARIUS**, *Gipsum*, pro *Gypsarius* et *Gypsum*, in Stat. Avenion. lib. 1. pag. 13. 50. 101. et 129. et alibi passim.

\* **GIPSUM**, *Lo zesso*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **GIPSUM**. Vide *Gypsa*.

† **GIRACULUM**, est illud, cum quo pueri

ludunt, quod in summitate canne vel baculi volvitur, et contra ventum cum impetu defertur. Joan. de Janua ; [Moulinet que les enfans mettent au bout d'un baton pour tourner contre le vent, in Glossis Lat. Sangerman.]

\* **GIRAFÆ**, Nabis species, Camelopardalis. Ital. *Giraffa*, nostris *Giraffe*. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 16 : *Girafa equis fugam facit, et contra eos irruit timentes ; nec equi vadunt obviam Girafæ : sed illius fugam accipiunt.*

† **GIRAPIGRA**, *GERAPIGRA*. Will. Britto lib. 12. Philippidos pag. 256 :

*Respectus splendor tui succumbet, et ipsa  
De te composito mordax Girapira libello,  
Horum si similem mereatur habere poetam.*

Hic se cæcutire fatetur Gaspar Barthius, mendumque subesse suspicatur. Sed quid sibi velit hæc vox indicat Joannes de Janua : *Gera pigra, Gera componitur cum pigra, quod est Medicina : et dicitur hæc Gerapigra, vel Gerapitagra, quasi sacra vel sancta pigra, propter ejus utilitatem ; est enim optima medicina ;* [Une maniere de bonne medecine, ut habetur in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] Est igitur *Gerapigra*, quod Græcis *ἰερά πικρά* dicitur, medicina, quæ ex aloë paratur, quæ etiam et *πικρά* simpliciter tempore Galeni appellata est, ut pluribus scribunt Gorræus in Definitionibus medicis, et Gabriel Humelbergius in Præfat. ad Anton. Musam. Hispani *Gerapitega* dicunt. S. Hieronymus Ep. 151 : *Vidi ego nauseam et capitis vertiginem antidoto, quæ appellatur πικρά, sæpe sanari, etc.*

† **GIRARE**, Funda lapidem mittere *gyrando*. [\* Nequaquam ; ibi enim Ambire, circumdare sonat.] Chronicon Siciliae inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 8 : *Sarraceni dederunt eisdem fratribus tantum spacium loci de terra et solo . . . quantum Giravit corrigia una facta de uno corio bovis.* Infra col. 39. accipitur pro Circumire. Glossar. Lat. Gall. Sangerman. : *Girare, Tourner, Girer.* Vide *Gyrare*.

\* Apud Gualter. Hemingford. de Gest. Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1297. pag. 127 : *Nunc ergo tradantur michi quingenti equestres et modica pars peditum, Girabimusque hostes a tergo et debellabimus eos ; idem est quod Galli dicimus, Tourner les ennemis.* [\* Vide Liudrand. Antapod. lib. 2. cap. 45.]

† **GIRATA**, Bulla Honorii III. PP. in Bullario Casinensi tom. 1. pag. 32 : *Sanctam Mariam in Casis, cum Girata, id est, piscaria in Fucino.*

† **GIRCA**, Testamentum Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. in Hist. Pinnatensi lib. 2. cap. 38 : *Et vassos de auro et de argento, et de Girca et cristallo, et macano, et meos vestitos, etc.* Ubi Martinezius in versione : *Vasos de oro, y de plata, de alabastro, de cristal, y de macano.* Est ergo *Girca* Martinezio *Alabastrum*.

† **GIRDELLA**, Cingulus, zona, ex Saxo-nico *girdl*, et Anglico *Girdle*. Leges Burgorum Scotticorum, cap. 125. § 1 : *Hæres habebit ad domum suam ista utensilia, . . . patellam, cratem ferream, Girdellam, mortarium, etc.* At quid zona commune habet cum instrumentis culinariis ? Vide igitur, an legendum sit *girgillum*, id est, rotam hauritoriam, uti vocem interpretantur Isidorus lib. 1. cap. 15. et veteres Glossæ. Nihil tamen temere definio.

\* **GIRELLA**, Piscis genus. Vide supra *Donzella*.

† **GIRENSIS**, Auctor, qui cavet de evictione, Gallis *Garant*. Chartarium Eccle-

sia Auxitanæ cap. 157: *Sed erit bonus Girens et defensor dicti doni in omnibus ... ut possit ab Ecclesia Auxitana pacifice possideri.* Vide *Garens*.

† **GIRESTUS**; f. Pyrgus, fritillus, sic dictus, quod in eo tesserae gyrentur antequam jaciuntur. Statuta S. Jacobi Hospitalis ann. 1388. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 339: *Inhibemus etiam ne aliquis de dicto loco ad taxales seu Girestum ludat.*

† **GIRFALCO**, GIRFALCUS. Vide *Gyrofalcones*.

† **GIRGATHUM**, *Lectus, in quo amentes et spiritibus vexati immundis vinciti detinentur*, in Amalthea. Vide *Gyrgatus*.

**GIRGILLUS**, *Rota*, in Gloss. Arabico-Lat. [Joan. de Janua: *Gyrgillus a Girus (Gyrus) Instrumentum femineum quod alio nomine dicitur Volutorium; quia vertendo in girum inde devolvuntur ... Item, Girgillus est lignum mobile ex quo funis in puteum cum situla dimittitur ad hauriendam aquam; et dicitur Girgillus, quia in girum vertatur.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm: *Girgillus, Desvoideur à file, il veut dire aussi une polie, en quoy tourne la corde à puiser yaue.*] Vide *Girdella* [et *Gevolutorium*.]

\* Glossar. Lat. Ital. Ms: *Girgilius, lo gomisello de filo.* Vide supra *Gigilla*.

\* **GIRLANDA**, Coronula, sertum, Ital. *Ghirlanda*. Annal. Mediol. ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 807: *Capelletus unus sive Girlanda una lapidum et perlarum cum sapphiris vj.* Vide supra *Gerlanda*.

\* 1. **GIRO**. Vide infra *Gyro* 2.

\* 2. **GIRO**, Pars vestis, Gall. *Giron*. V. *Gyro*.

\* 3. **GIRO**, **GHIRO**, **GUIRO**, Cingulum, Ital. *Cintura*, Gall. *Ceinture*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. I. pag. 295: *Famosum autem latronem dicimus quem de fama probari poterit latronem esse hoc modo, quod fur vel latro sit furandus de die vel de nocte, vel quod sit trunchator bursarum, vel dispropator Gironum (Ghironum '52; — Guironum '53). — Huic notioni firmamentum adjungit hic locus Edicti sumptuarii ann. 1300, quod extat in tabulario nostro crimin. : *Item quod aliqua domina, vel mulier non debeat habere nec portare gonnellam vel garnazonem vel guarnaccam, que habeat plus tribus chironibus ex parte posteriori et uno ex parte anteriori, scilicet a summo usque ad deorsum, nisi solum a collarina usque ad Ghironem, sive corrigiam.* Vide Toselli, Mss. P. II. fasc. 7. pag. 342. [Fr.]*

† **GIROFALCO**, GIROFALCUS. Vide *Gyrofalcones*.

\* **GIROLLI**. Vide supra *Gerruli*.

\* **GIROVAGI**. Vide infra *Gyrovagi*.

† **GIROUDONUS**, Minister in palatio Dalphini. Ordinatio anni 1336. pro Hospitio tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 310. col. 1: *Item unus solliardus coquinae pedes, unus valletus panateriae: unus in botellaria, quorum alter sit Giroudonus, et custodiat cupam nostram. Vereor tamen ne sit nomen proprium: id suadet Computus anni 1337. ibid. pag. 331. col. 2: *Item, de charnagio habito per eum in baylivia sua, pro dicta cavagata assignavit Giroudono Bregnino de Gratianop.* CC. mutones, LX. animalia bovina et VI. bacones, pro quorum animalium et baconum delatorum in Burgundia solvit dicto Giroudono xx. s. gross.*

† **GIRPISCERE**, Rei alicujus possessionem dimittere. Charta anni 1235. ex parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 135: *Dicimus quod W. de Turris de-*

*sistat et Girpiscat domino Abbati et Priori de Gigors dictum cavallaticum, etc.* Vide *Guerpire*.

† **GIRSITH**, [Testis, obses.] Vide *Gisiles*.

† **GIRUM**. Vide *Gurum*.

\* **GISARE**, a veteri Gallico *Gésir*, Jacerere. Charta ann. 1315. ex Cod. reg. 4184. fol. 30. vº: *In bona possessione, usagio et saisina capiendi, levandi . . . boscum siccum stando vel Gisando, etc.* V. supra *Gesina* 1.

**GISARMA**, Gesum, spiculum. Joan. de Janua: *Gesa, a gero, is, genus armorum, quod Gallice dicitur Gisarma.* Gloss. Lat. Gall.: *Gesa, Jusarme, Maniere de glaive.* Fleta lib. I. cap. 24. § 12: *Et qui minus habuerit quam 40. solidat. redditus, tunc ad falces, Gisarmas, cultellos, et alia arma minuta sunt jurati.* Eadem habentur in Additament. ad Matth. Paris pag. 149. ut et in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 23. § 4. ubi vox restituenda *Gysarm*, pro *Gysarum*: *Et qui minus habet quam 40. solidos habebat Gysarm, quod dicitur Handace, i. Anglis, anceps securis. Quæ quidem Spelmani conjecturam firmant, qui putat Gisarmam fuisse securis speciem. [Guisarma, nec alia genera armorum necessaria ad tuitionem corporis . . . pro ullo debito pignorentur, in Consuetud. Brageriaci art. 28.] Le Roman de Rou MS:*

Et vous avez Lances agues,  
Et Gulsarmes bien esmolues.

Idem:

Hasches et Gisarmes tenoient.

Balduinus de Condato MS:

A cops de dards et de Guisarmes.

Bellomanerius MS. cap. 58: *Portans armes, ne sajettes, ne armes, ne espées, ne Guisarmes, ne autres armes defendues.* Guillelmus Guiart:

Plomonnées fermement tenues,  
Fauchons, Juisarmes esmolues.

Idem ann. 1214:

Les reçoivent aus fers de lances,  
Aux hasches, aux espées nues,  
Et aux Juisarmes esmolues.

Vetus Poëta MS. de Alberico Burgundo:

Sire, dit-il, por peu vos voil proier,  
C'une Jusarme me faites sans targier.

Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris:

Lances, bastons, espées, et Guisarmes,  
Harnois complez pour bien mil hommes d'armes.

Charta Vetus ex Camera Computor. Paris: *Il lui semble que ceulz, qui porteroient voulges, les devoient avoir moienement longs, et qu'ils eussent un peu de ventre, et aussi qu'ils fussent tranchans, et bon estoc, et que lesdits Guisarmiers aient salades à visieres, gantelets, et grans dagues sans espées. Occurrit præterea non semel apud Froissart. Monstrellet. Berrium, Auth. de Obsid. Aurelian. etc. Idem quod Bisarme videtur in Consuet. S. Severi tit. 18. art. 5. ubi restituendum forte *Gisarme*. Vide Skennæum de Verbor. significat. in *Gysarum*.*

\* *Gisarme, gesa*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Juserme*, in Lit. remiss. ann. 1426. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 590: *Ung baston à une grande alumelle, appellé Juserme.* Alia ann. 1460. in Reg. 192. ch. 65: *Icellui Vincent dist que s'il trouvoit le suppliant à son avantage, qu'il lui creveroit et poucheroit les deux yeux; ... et commença à porter aucunefoiz une Zirarme.* Infra: *Girarme*. Vita J. C. Ms.:

Il ne venoient pas sans armes,  
Haches portioient et Ghisarmes.

\* Hinc stimulus, quo boves instigantur, quia spiculi species est, *Gise* appellatur, in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 121. ch. 93: *Il lui gestast l'aquillon, appellé la Gise, à quoy il poignoit et cassaot lesdir beufs.*

**GISCELLUS**, **GISTELLUS**, **VISCELLUS**. Charta Conradi Imper. ann. 1209. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 143: *Cum salinis et sartaginibus, aquis aquarumque decursionibus, piscationibus, stationibus, id est, Giscellis piscium, quos Husones dicimus, etc.* Alia Henrici Imp. ann. 1039. pag. 147: *Stationibus, id est, Viscell. piscium, quos Husones dicimus.* In alia ann. 1057. pag. 151. habetur *Gistell*. [\* *Gistellis* etiam in chart. ann. 1029. in Histor. Frising. tom. 1. pag. 223.]

\* Idem videtur quod nostris *Guidel*, Locus scilicet in fluvio coarctatus piscium capiendorum gratia, Gall. *Gord*. Charta ann. 1383. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 62: *Comme nostre amé et féal Bernart de Themericoart escuier, capitaine de nostre ville, chastel et chastellerie de Creig, eust n'aguerres adviseé et ymaginé un Guidel ou gort à prendre poisson estre fait en la riviere d'Oise. Un essuy à Guideaus pour la pescherie sur l'Arche, in Charta ann. 1332. ex Reg. 66. ch. 1102. Nisi hic idem sit quod infra *Guada* et *Guadellum*.*

† **GISSEL**, Testis. Vide *Gisiles* et *Gaid*.

\* **GISELON**, *Lo ferro, o asta de sagitta*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

**GISIA**. Charta Friderici II. Imp. ann. 1210. pro Ecclesia Panormitana apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 143: *Concedimus omnes Judæos, civitatis nostræ Panormitanæ, ... ut de cætero homines vestri sint, et ... Ecclesiæ subditi in omnibus existentes de Gisia et omni servitio et jure et aliis rationibus eorum vobis et Ecclesiæ respondeant.* Alia anni 1211. ibid. pag. 144. de iisdem Judæis: *Homines sint Ecclesiæ, et vobis in omnibus redditibus et tributis Gisiæ, vini, macelli, et aliis servitiis respondeant.*

**GISILES**, Testes, sive obsides in munimentum alicujus pacti, aut traditionis. Papias Edit. Venetæ: *Gisid testes*. [Alter Papias: *Gisild, i. e. Testes*.] MS. Navarræ Collegii Parisiensis, *Gisith*, infra, *Gisith*. Ex Germanico *Ghisel*, obses, [*Gisel*, apud Schilterum.] Boërius, *Gisiles, testes*. [\* Vide Graff. The-saur. Ling. Franc. tom. 4. col. 267.] Lex Longob. lib. 2. tit. 15. § 1. [\* Roth. 172.]: *Si quis res suas alii thingare voluerit, non absconse, sed ante liberos homines ipsum garathina faciat, quatenus qui thingat, et qui Gisiles fuerint, liberi sint, ut nulla in posterum oriatur contentio.* Ubi Editio Heroldi tit. 62. § 1. et alibi, habet, *qui Gisil fuerint*. Adde lib. 2. tit. 34. § 1. [\* Rothar. 225.] Chronicon S. Sophiæ Benevent. pag. 637. et Wendelinum in Gloss. vocum Atuaticar. Verbo *Salici*. [Vide *Gaid*.]

† **GISMA**, *Angulus*, in Glossis Isid. Papiæ et Constantiensis. In Excerptis additur *Græce*. Grævius emendat: *Gonia, Angulus, Græce Lovia*.

\* **GISMANUS**. Vide supra *Dienismanus*.

† **GISSIUM**, *Labium, terminus, finitio*. Papias: *Gissus, Diffinitio*. *Gissus, Labium vel terminus*. Probabiliter conjicit Grævius legendum *Gilos* pro *Chilos*, *Labium* χείλος. Quia vero et littora maris, inquit, et annium dicuntur χείλη, inde

quia extremi sunt continentes termini, *ἕταρος* notatur esse terminum.

**GISSUM**, pro *Gyppum*. [Ital. *Gesso*, Hispan. *Yesso*.] Charta Alfonsi I. Regis æræ 1157. pro Cæsaraugustanis, apud Mich. del Molino in Repertorio Foror. Aragon. pag. 265. col. 4: *Et absolvo vobis illas petras, et illo Gisso, quod prendatis et faciatis, ubi melius poteritis.*

† **GISSUS**. Vide *Gissium*.

† **GISTA**, Jus hospitii. [\* Pactum inter reg. et abbat. S. Tiber. ann. 1273. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 338: *Super annua alberga seu Gista, quam vicecomes Biterrensis quolibet anno, semel cum pala, et semel cum herba in dicto habere monasterio dicebatur, etc.*] Vide in *Gistum*.

**GISTA AQUÆ**, *Jest*, vel *Gest d'eau*. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 60: *Et sedem molendini... ad faciendum molendinum, et vivarium, cum Gista aquæ, et tofto subtus, et uno curtillagio.*

† **GISTELLUS**. Vide *Giscellus*.

\* **GISTIUM**, Eadem notione. Charta ann. 1190. ex Tabul. Nivern.: *Publice professi sunt (Will. comes Nivern. et filius ejus) se nullum penitus Gistium vel erberjagium in locis S. Cyrici habuisse.* Alia ann. 1203. in Chartul. Campan. fol. 301. v. col. 1: *Comes Theobaldus et hæredes sui habent et habebunt in perpetuum Gistium suum in burco S. Memmii.* Vide *Gistum*.

**GISTUM**, Hospitium susceptio, Gall. *Giste*: Jus, quod dominis feudalibus competebat in vassallorum suorum prædiis, qui statis ac conductis vicibus eos domibus suis hospitio et conviviis excipere tenebantur. Quod quidem jus *Mansionaticum*, sub prima et secunda Regum nostrorum stirpe, sub tertia vero *Gistum*, *procuratio*, *Cænaticum*, *Comestio*, *Pastus*, *Prandium*, dictum suis locis observamus. Charta Philippi Augusti ann. 1184. pro Abbate S. Petri Catalaun.: *Exactionem neque hospitalitatem, quæ vulgo Geiste appellatur, in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 187: [Si idem Hugo habuerit guerram et acceperit Geiste in Andelou, in Charta ann. 1193. ex Archivo Monasterii S. Urbani.] Alia Hugonis Ducis Burgund. anno 1235. in Probat. Hist. Burg. pag. 73: Neque in procurationibus, quæ Gallice Giste nominantur, tenentur me in aliquo procurare.* Charta Ludovici VII. ann. 1158. in Tabul. S. Dionysii: *Hospitium et procurationem per duas vices, quæ consuetudo vulgariter Gista vocatur.* Hist. Episcoporum et Comitum Engolismensium cap. 35. extremo: *Et cum nec aliquem Capellanum nec Gistis, nec quæstis, nec hospitiiis vexasset, etc.* *Procuratio aut Gistum*, in Charta Jo. Comit. Matiscon. ann. 1237. apud Guichenonem in Biblioth. Sebusiana pag. 102. Nangius in S. Ludovico pag. 363: *Gista sive procurationes.* Adde Galliam Christianam in Archiepisc. Turon. pag. 775. Doubletum pag. 909. Statutum Philippi Pulcri pro reformat. regni art. 36. etc. Vide *Procuratio*.

**GISTUM CANUM ET VENATORUM**, in Charta ann. 1232. apud Perardum in Burgund. pag. 424. Vide *Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 98.* [Hoc jure, ut nobis assertum est, etiamnum potitur Princeps de Croy in monasterio Lesclensi in Hannonia, ubi certum dierum numerum cum toto suo venatico comitatu, si lubet, hospitatur. Vide *Bren*.]

**GESTUM**, pro *Gistum*, in Chartis aliquot Burgundicis apud Roverium in Reomao pag. 216. 221. 228.

† **GISTUS**, Eadem notione. Charta Willermi Archiep. Rem. e Tabulario S. Medardi Sussion. ann. 1190: *Item Gistios habebit Advocatus de Donchery in eadem terra... et de omnibus Gistiis adversus Comitum Registetensem, etc.*

**GESTUM**, in Charta ann. 1218. apud Perardum in Burg. pag. 321. [et in Præscepto Caroli V. Franc. Regis ann. 1368. e Chartulario Eduensi.]

† **GEIXTUM**, in Charta Hugonis Militis ann. 1227. ex Archivo Monast. S. Urbani.

**GEXTUM**, in Chartis ann. 1209. et 1235. apud eundem Perardum pag. 309. 438.

**GISTA**. Charta Philippi Reg. Franc. ann. 1293. in Hist. MS. Remensi Joan. Rogerii: *Significaverunt nobis cives bannerum civitatis Remensis, quod propter obscuritatem levandi Gistas coronamentorum Regum Francie, damna et gravamina passi sunt in immensum, etc.* Porro ut de *Gisto* aliquid observemus, ad hoc inductum videtur, ut dominus per terras vassallorum iter faciens, in publica diversoria divertere non cogeretur, quod indecorum arbitrabantur. Unde eo tantum casu obtinebat, si dominus domum in illo loco non haberet, ut est in Historia Monasterii S. Nicolai Andegav. pag. 92. Sed ne ejusmodi dominorum exceptionibus, seu, ut vocabantur, *procuracionibus*, nimium fatigaretur vassalli, eorum in anno numerus, ut plurimum, infeudationum legibus definitus erat, quod passim adstruunt veteres Chartæ, [æque in primis quas sæculis XII. et XIII. actas reperimus, eo scilicet tempore quo feudorum usus maxime invaluit.] Regestum 31. S. Ludovici in Archivo Regio: *Petrus Archiep. Turon. et Capitulum recognoverunt assensu communi se Archiepiscopum et successores suos Archiepiscopos Turon. Regi Francie et ejus successoribus debere procuracionem unam seu Gistum in vita cujuslibet Archiepiscopi Turon. semel. Idemque Rex ad petitionem dicti Petri sibi et successoribus concessit, quod dicta procuratio sive Gistum 100. libras Paris. non excederet. Sane nuper Dom. Rex Ludovicus apud Turones constitutus, Dominica scilicet intrante Passionis Domini, debitam sibi ab eodem Regi Arch. procuracionem sumpsit. Actum an. 1255.* Interdum famulorum comitatum, et obsequium, cum quo dominus in domum vassalli divertere posset, definitum legimus, ut apud Hæmærum in Augusta Viromand. pag. 166. 236. 249. Exsta Charta in Tabular. S. Germani Paris. quæ restringit procuracionem Archiepiscopi Senonensis ad 40. equituras ad plus, et 44. homines, etc. Interdum denique *procuracionum* expensæ ipsæ definitæ, quæ postmodum in nudam præstationem abiere, quod perinde docent veteres Tabulæ.

Quinetiam Ecclesiæ ipsæ ab istis procuracionibus non erant immunes. Quippe cum Principes aut magnates Monasteria exstruebant, ab iis ea fere semper conditione dotabantur, ut statis in anno vicibus in iisdem hospitari, et convivio gratis excipi iis liceret. Quod jus potissimum Regibus ipsis, non in Monasteriis dumtaxat, sed et in Ecclesiis Cathedralibus, quarum prædia et *dotæ Regalia* dicuntur, competiisse legimus: adeo ut in earum collatione id privilegii sibi reservasse videantur. Certe testatur Monachus S. Galli lib. 1. cap. 15. 16. 17. Carolum M. in itinere non semel in Episcoporum domos divertisse, et ab iis convivio exceptum. Cujus quidem juris studiosi adeo fuere, ut etsi expeditionem et exercitum, pie-

tatis gratia, Episcopis indulsisse legantur, raro tamen *Gistum* aut *procuracionem* dimiserint, quod in Historia nostra Comitum Ambianensium pluribus observamus. [\*\* Pag. 397. edit. ann. 1840.]

Legimus tamen in 81. Regesto S. Ludovici, ex Tabulario Regio, Matthæum Episcopum Carnotensem cum eodem Rege composuisse super *gistis* et *procuracionibus*, quas apud Carnotum et Fresneium villam Episcopi petebat, et pro quitatione ejusmodi *gistorum* eidem concessisse 500. lib. Turon. annui reditus in perpetuum, M. Aug. ann. 1259. præterea R. Belvacensem Episcopum cum eodem Rege composuisse ita, quod pro *gistis* et *procuracionibus*, quæ ei a Belvacensi debebantur Episcopo, quoties apud Belvacum ipsum ire contingebat, 100. lib. Paris. singulis annis in Ascensione Dom. Parisiis sibi persolveret, quatenus esset, ann. 1248.

Ad hoc porro in Ecclesiis et Monasteriis id juris sibi reservabant Principes, ut ubi *regiæ* ac *publicæ* deessent *villæ*, (de quibus suo loco) in quas diverterent, in ipsarum Ecclesiarum domos, ex ipso *regaliorum* jure secederent.

Quinetiam nuntius ac missis Regis idem juris erat, adeo ut in Episcoporum palatia diverterent. Hinc Fridericus I. Imp. apud Radevicum lib. 4. cap. 34: *Nuntios nostros non esse recipiendos in palatiis Episcoporum asserit* (summus Pontifex.) *Concedo, si forte Episcoporum aliquis habet in proprio solo, et non in nostro palatium. Si autem in nostro solo et alodio sunt palatia Episcoporum, cum profecto omne quod edificatur, solo cedit, nostra sunt et palatia. Injuria ergo esset, si quis nuntios nostros a Regis palatiis prohiberet.*

Id porro juris procuracionis in Ecclesiis omnino regum censitum est: quod præ cæteris docet Arestum ann. 1275. in Regesto Parlamenti signato *Olim*, fol. 29. Nam cum Regina Franciæ negaret, Regem filium suum in villis dotalliti sui jus *gisti* habere, pronunciatum fuit, quod *idem Rex capere potuit Gistum suum, cum ipsum jus in ipsam non possit cadere, sed solummodo in Regem, nec in aliquo propter hoc jus deperit Reginæ.*

\* Intenti fuere viri ecclesiastici ad ejusmodi onus evitandum: ita ut honore regem excipiendi privatos se mauerint, quam ut hujus juris privilegio ad eorum domos vel prædia ipsum divertisse existimari posset. Quamobrem, si id casu evenisset, non ex jure, sed excipientium beneficio et spontanea voluntate se hospitatum literis declarare, aut expensis satisfacere rex cogebatur: tanta erat regum in ecclesiis reverentia. Singulare hac de re factum, cujus testem oculatum se proficitur, narrat Stephanus Paris. in Comment. ad Regul. S. Bened. cap. 35. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 700. col. 2: *Vidi etiam quod volens* (Ludovicus VII.) *quadam die venire Parisius, detentus est in via. Recepti se propter noctis instantiam, quæ eum prævenerat, in quadam villa canonicorum Parisiensium: locus ille Christolium vocabatur; ibi jacuit, ibi ab hominibus loci data fuit sibi expensa. Summo mane nuntiatum fuit canonicis; contristati sunt valde, dixerunt ad invicem: Destructa est ecclesia; fracta sunt privilegia; aut rex iste expensas restituat, aut cesset universa ad nos respiciens ecclesia Parisiensis. Venit rex eadem die Parisius; sic de consuetudine, qualecumque esset tempus, semper habebat, ad majorem ecclesiam; foris stetit*

ut alter concivis, quia clausam contra se invenit januam ecclesie; admiratus est, cepit quaerere quid esset in causa, et si forte, quia emendare vellet, aliquis offendisset ecclesiam. Responsum est ei tandem: vere Rex, tu es ille homo, qui contra hujus sanctae ecclesiae sacramenta consuetudinem et libertatem apud Christolum sero, non de tuo, sed de hominum hujus ecclesiae marsupio praesumpsisti caenare; igitur cessat haec ecclesia, igitur haec ipsa tibi clausa est janua, et prius omnes canonici exeunt de vestra potentia, quam sustineant suis temporibus libertatem ecclesiae deperire; et ob hoc, si necesse est, parati sunt, antequam consentiant, omnia sustinere tormenta. Expavit ille rex christianissimus ad haec verba, suspiravit, ingenuit, lacrymatus est pro nimia tristitia, cepit se excusare fortiter: Non feci hoc, inquit, studioso, nos iter meum impediunt, non potui sero Parisius, ut proposueram, pervenire, me non cogente, terra illa in expensis me honoravit, pro certo non contraxi; poenitet me illorum hominum servitia gratuita, quia conversa sunt mihi ad verecundiam, suscepisse. Veniat episcopus Theobaldus, veniat et Clemens decanus, veniant omnes canonici, veniat et ipse canonicus ejusdem villae praepositus, si culpabilis sum, satisfacere volo; si inculpabilis, eorum volo stare consilio. Rex ille quasi agnus mansuetissimus ante januas ecclesiae clausas in oratione remansit. Nuntius ad episcopum, audita regis praesentia, currit; gravisus est episcopus, gravisi sunt canonici, aperitur janua, intrat rex ecclesiam cum maxima pietate, orat ut consuaverat humiliter et devote; dat ipsum episcopum fideiorem canonicis pro satisfactione; episcopus vero duo sua candelabra donat eis argentea, donec rex quidquid ibi expendit deberet restituere. Haec graviora sunt, quam ut unico testi fidem adhibeamus; sed et nihil aliud fortassis indicant praeter concessam a Ludovico VII. ann. 1157. exemptionem ab oneribus gisti quibusdam hujus ecclesiae villis, rogatu Theobaldi episcopi et cleri Parisiensis. Vide Gall. Christ. tom. 7. col. 66.

\* Verum ejusmodi hospitio et conviviis excipiendi oneribus obnoxia erant villarum communia, quae interdum in summam aliquam pecuniariam convertebantur. Charta Eudon. ducis Burg. ann. 1215. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 390: Pour un Giste de dix livres et six setiers d'avoine, à moy ou à mon commandement chascun an à payer.

Gistum porro et procuratio erat trium dierum fere semper. Tabular. S. Martini Turon. de Rege, ut Abbate ejusdem Eccl.: A primo die pascit eum Thesaurarius, secundo Decanus, et hoc in Claustro B. Martini, et suis domibus, tertio die pascit eum Archiepiscopus. Si ultra vult demorari, de suo vivat. [Vide D. Brussel Tract. de Usu feudorum tom. 1. cap. 38. pag. 536. et seqq.]

Prostat in veteri Regesto et in Rotulo pergamin. Camerae Computor. Parisiens. Ecclesiarum ac locorum aliorum Catalogus, in quibus Reges nostri Gista capere consueverant, quem hoc loco describere, haud inutile fortean fuerit. [\* Addenda aut emendanda suppediat nonnulla Reg. sign. Pater Camer. Comput. Paris fol. 162. v°.]

GISTA REGIS, in al. MS.: Gista, quae Domino Regi debentur. Archiep. Remens. unum. S. Remigius Remens. 1. S. Petrus, [\* add. d'Availles.] S. Theodor. et S. Basolus 1. (al. S. Baalus.)

In Laudunesio. Corbiniacum et Corona

IV

1. (al. Cirona.) [\* leg. Creona.] Cerniacum 1. Valliacum 1. (al. Wailliacum.) [\* leg. Valliacum.] Brueria 1. Episc. Catalaun. 1. Burgenses ibi 1. (al. Burg. Catalaun.) S. Mamius Catalaun. 1. [\* omititur S. Mam. Cat.] S. Medardus Suess. 1. S. Maria ibi 1. S. Maria de monte super Branam 1. Viacus super Assonam 1. (al. Vy.) Berreus in Sylvanect. 1. (al. Berron.) Rexonum super Aconam 1. (al. Resson.) [MS. Sangerm. Ressonium.] Villare S. Pauli 1. Fresneium 1. (al. Frannetum.) Castineium Belvac. 1. (al. Casteneium.) S. Justus in Belvac. in villa 1. Brajella 1. (al. Braele.) Episcop. Atrebat. 1. S. Richarius in Pontivo et villa 1. S. Petrus de Corbia 1. de 100. lib. Par. [de 100. lib. Par. omittit Sangerman. codex.] Episc. Belvac. 1. de centum lib. Paris. sicut continetur in Charta super hoc, cuius transcriptum habetur. Thoirac. 1. (al. Thoiriacum.) Rodolium 1. Espona 1. Andrisiacus 1. Anthoniacus 1. Villa nova S. Georgii 1. [MS. Sangerman. addit, Hesmant juxta Monstrolium 1.] Leriicum super Ligerim 1. Trabl. in Paris. 1. Trapæ 1. Sompchamp 1. [\* leg. Souchamp.]

Apud Turon. Decan. S. Martini ibi 1. Thesaurar. ibi 1. S. Maximinus 1. S. Benedictus 1. Ferreria 1. Liencur. juxta Clarum montem 1. [\* leg. Liencourt juxta Chaumont.] Abbas S. Benedicti apud Euram villam 1. Abbas Ferrar. 1. Abbas Majoris Monast. Tur. 60. libr. levandas quolibet anno si Rex visitaverit Ecclesiam, alias non. Archiep. Turon. 1. de 100. lib. ad vitam Archiepiscopi, et non plus per totam ejus vitam.

In terra S. Aniani, Tilleium 1. Ruenium et Santiliacum 1. [\* leg. Ruenium et Sauciliacum.]

In terra S. Crucis. Boevilla S. Petri 1. Germani villa [MS. Sangerm. Ginenminvilla] et Abonnavilla 1. Colummavilla 1. apud Rethom. 1. [Sangerm. Betony.] apud Blandi 1. apud S. Dorbinum 1. Rouvreyum in Belsia, [\* leg. In terra S. Crucis. Apud Borvillam S. Petri 1. Germanivilla et Abbonvilla 1. Colummenivilla 1. apud Betoni 1. apud Blandi 1. apud Sodobrim 1. Bouteyem in Bessia,] quae villa S. Dionysii est, 1. Samesy, quae est villa S. Columbæ 1. apud Vitriacum in terra S. Launemari 1. Apud Blesis 1. [\* leg. apud Chablis.] Apud Mesiacum 1. Abbas Fossatens. 1. Episc. Meldensis 1. de quo solvit per Comptum Ballivæ Paris. ad Omnes SS. 1269. 107. lib. 2. sol. 1. den. Episc. Autissiod. si Gistem exiret de manu Regis, 1. Episcop. Suession. si Petrefons exiret de manu Regis, et Episcopus non esset in fide ejus de illa, 1. Episcop. Nivern. 1. Monachi S. Portiani 1. de 60. lib. Par. Villa Clarimontis in Alvernia 1. [Sangerm. addit: Podium B. Mariae in Alvernia 1.] Episc. de Podio 1. Capitulum 1. Burgenses 1. Bridanum super villam 1. Ycoire super villam 1. S. Porcianus super Monach. et villam, 1. Credona versus Remis 1. Episc. Morinensis 1.

#### Gista Campaniae.

Prius in Balliv. Trecensi, Meld. et Pruvin.

In Praeposit. Trec. S. Sepulchrum 1. Juvernani 1. Monsterolium villa 1. Voonum 1. Hanison 1. Monstier la cele 1. ut dicitur S. Pere le Vif de Sens, 1. Monstier au dessous de S. Sauveur en Poiseaux 1. Monstier aramé 1.

In Praep. S. Florentii, S. German. Auchiss. [melius, uti Sangerm. codex, Autissiodorensis] 1. Chablis 1.

In praepos. de Colommiers, l'Abbaye de

Relbez 1. l'Abbaye de Jeurre. [Addit Sangerm. 1. de 100. lib.]

In Praepos. de Bray, Dame Marie sur les hommes S. Martin de Tours 3. ans en 3 ans, 1.

In Praep. de Loy, [Sangerm. Joy pro Loy.] Rosay en toute la vie du Seigneur de Champagne 1. tantummodo.

In Ball. Vitriaci, prius in Praep. Castellion. Ventelay 1. vel 8. libr. Con.... [Sangerm. Domery,] 1. vel 20. lib. Marueil 1. vel 10. lib. Crugus [Sangerm. Grugny,] 1. [Sangerman. vel 15. lib.] La Chapelle Avullay 1. Soilly 1.

In Praep. Castri Tyerris, Ciergi 1. vel 10. lib. Cierges 1. Coinssi 1. S. Maart. de Soissons 1. Chesy 1. Orbois 1.

In Praep. d'Espernay, S. Mainge de Chaalons 1.

In Praep. de S. Menehot, Belleval en Dinelet 1. Suype 1.

In Ball. Sezannæ, Gaye 1. Semoigne 1. Herbice 1. Troan 1. Villers 40. s. toutefois que le Seig. de Champagne descent en la ville, et prent au Monstier eau benoiste.

In Ball. Calvimontis, primo in Praepos. de la Ferté, Gronay 1. vel 10. libr. Guffin 1. [Sangerm. Guffin,] vel 100. libr. Silve en Rouvre 1. vel 30. sol.

In Praepos. de Montesclaire, le Val de Roignon 1.

In praepositura de Vaissy, Monstier en Der 1.

In praepos. de Ronsnay, Sainte Marguerie unum.

Il est à sçavoir, qu'en toutes les Abbayes blanches de l'Ordre de Cisteaux le Seigneur de Champagne a acoutumé de venir une fois l'an, quant il leur plaist, aus cousts de l'Abbaye; mais cils de l'Ordre dient qui ne sont mie tenus à le recevoir [Sangerman. à leurs constanges] fors de grace. Item il est assavoit que aucuns autres menus gistes y a qui sont acensés, dont il ne convient mie faire mention.

#### Ex eodem Regesto.

Gista, quae dominus Rex cepit an. Dom. 1223.

Dominica ante festum B. Petri ad Vincula apud Belvacum, Gistum 136. libr.

Die Lunæ post apud S. Justum in Belvacino, Gistum 100. libr.

Die Jovis post apud S. Medardum Suession 124. lib.

Die Veneris post apud Montem nostræ Dominæ, 60. libr.

Vigilia et die Coronamenti, apud Remis, 4000. lib. [Sangerman. MS. Die post coronamentum ad nostram Dominam Suession. Gistum 120. lib.]

Die Martis ante SS. Simonem et Judam apud S. Benedictum super Ligerim Gistum 120. lib.

Die S. Catharinæ in domo Episcopi Atrebat. Gistum 189. libr.

Die Veneris post festum B. Nicolai apud S. Richerium, Gistum 200. libr.

Dominica post apud Corbeiam, Gistum 100. lib. etc. Et sic usque ad an. 1269. Hujus porro Gistorum Catalogi mentio est in Charta Lud. ann. 1259. qua Ecclesiam S. Dionysii ab gisto immunem statuit, hac formula: Ipsam Ecclesiam quittamus in perpetuum de Gisto praedicto, et de registro nostro in quo continebatur Gistum, ipsum abradi fecimus. Vide notas nostras ad Joinvillam pag. 101. 102. De jure vero gisti consule praeterea Chopinum lib. 3. de Doman. tit. 20. art. 13.

GITA, Idem quod Assisa, Impositio, vel potius aequa impositiois partitio. Martinus Didacus Daux Justitia Aragon. in Observantiis Regni Aragon. lib.

6. tit. de Munerib. : *In aliis vero tam vicinalibus, quam aliis, non tenentur cum eis contribuere, debent tamen vocari terras tenentes in compartimentis, ut mittant unum vel duos homines ad videndum, qualiter ordinatur Gita, vel talia quæ debent fieri pro prædictis.* Hinc nostris et Hispanis *Geton*, calculus.

\* *Geis, Gette, Gepte et Giest* ; unde *Giter et Getter*, impositionem partiri, quod calculis, Gall. *Giet, Gétotier et Gétouoir* nuncupatis, putaretur. Libert. villæ de *Braoux* ann. 1331. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 395. art. 2 : *Nous quittons à tousjours lesdiz habitans de Braoux et leurs hoirs vint solz de Tournois, qu'il nous doivent chascun un pour une redevance que l'en appelle Gette.* Aliæ pro Jonvil. ann. 1354. ibid. pag. 298. art. 25 : *Auront auctorité lidit eschevin de faire traies et Geis et provision sur lesdiz habitans, pour faire clousons et fermetez.* *Jetter*, eodem intellectu, in Libert. de *Bourlemont* ann. 1357. tom. 6. earumd. Ordin. pag. 630. art. 1 : *Jetteront sur eulz lesdiz habitans leurs dictes tailles.* Libert. villæ d' *Aiqueperse* ann. 1374. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 360 : *Item voulons et octroions que lesdiz consoulz et conseillers... puissent et leur soit leu de leur propre auctorité indire et imposer... taille, quests, Gepte, etc.* Aliæ pro villa de *Bure* ann. 1371. tom. 5. Ordin. pag. 475. art. 5 : *Leur part et porcion du Giest et taille, qui leur sera imposé.* Charta ann. 1260. ex Chartul. Campan. fol. 390. col. 1 : *Quant cele taille sera fete, elle sera Gitée, et somme faite pardevant les homes devantdiz.* Lit. ann. 1259. tom. 4. Ordin. pag. 391. art. 5 : *Getter nostre rente de blé... A ceulz qui Giteroient le blé, etc.* *Tapis pour couvrir comptoirs, Giez, chandeliers*, in Charta ann. 1323. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 169. r. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 158. ch. 416 : *Le suppliant bailla audit Pierre certaine quantité de Getouoirs, pour mettre ou il avoit prins ledit argent.* Aliæ ann. 1407. in Reg. 161. ch. 285 : *Deux petits Gétotiers à compter et sommer, etc.* *Uns Géz d'argent à oiseaux, qui bien pouvoient valoir environ xvj. deniers*, in aliis Lit. ann. 1376. ex Reg. 109. ch. 367. Vide infra *Jactus* 8.

\* *GITAGIUM*, Exactio, impositio quævis, idem quod *Gita*. Conc. Narbon. ann. 1227. ex Cod. reg. 1618 : *De novis pedagiiis et Gitagiis statuit concilium, ut per ecclesiasticum judicem, si necesse fuerit, prohibeantur omnino.* *Gittaige*, eadem acceptione, in Chartul. Corb. sign. *Cæsar* fol. 88. r. : *Congie de mettre ses chevaulx paistre ès grant bot : on doit deux poules et le Gittaige.*

\* *GITARE*, Expellere, Provinc. *Gittar*, Gall. *Jetter dehors*. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de *Mazaugues* : *Nec inveniebant aliquos, qui eos voluerent seu Gitarent.* [\* An *Girarent* ?] *Getter canon*, Tormentum bellicum emittere, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 207. *Gétotire* vero, Pala lignea est, in Lit. ann. 1411. ex Reg. 165. ch. 247 : *Une grant paille, appelée Gétotire, qui estoit ferrée.* *Une Gétotire ou pelle de bois*, in aliis ann. 1454. ex Reg. 184. ch. 450.

\* *GITEIA*, Projectura, Gall. *Saillie, avance*. Charta ann. 1243. in Chartul. S. Dion. pag. 206. col. 2 : *Super Giteiam domus Andree charronis, ij. denarii ; ... super Giteiam etiam domus Richardi barbatoris, ij. denarii.*

† *GITERNARIUS*, Qui pulsat instrumentum musicum, quod Angli vocant

*Gittern*. Litteræ anni 1363. apud Rymer. tom. 6. pag. 418. pro *Giternario Reginæ : Rex universis, etc.* Scias quod de gratia nostra speciali concessimus dicto nostro Andree Destrer de Bruges, *Giternario Philippæ Reginæ Angliæ, consortis nostræ, etc.* [\* Vide infra *Guiterna*.]

\* *GITH, Gargerie*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

† *GITTA*. Leges Balduini Flandriæ Comitum ann. 1200. de homicidio, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 768 : *In juramentis illis nullæ occasione ammiscendæ sunt, quæ Gitta dicuntur.* Editor laudatus in Glossario ad calcem tomi 5. conjectat *Gitta* idem esse quod *Getia, Præstigiæ per manuum invocationem, maleficia*. Quid si tantum astutia, dolus, ab Anglico *Wit*, vel Belgico *Gite*, quod interdum id significat ? Vide *Getia*.

\* *GIUDICIUM*, ab Italico *Giudicio*, *Judicium, jus, forum*, in Stat. Placent. lib. 3. fol. 32. v.

\* *GIUGIARIUS*, inter ministros archiepiscopi Mediolanensis recensetur, in Chron. Mediol. ad ann. 1210. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 637. An qui potiones ex zizypho, Ital. *Giuggiola*, parabat ?

† *GIZERIA*, pro *Gigeria*, Gall. *Gesier*. Vide locum in *Saucunculus*.

† 1. *GLABELLA*, Joanni de Janua, *Grana capitis, quia nuda est, sine pilis, a Glaber, Glabellus, Nudus sine pilis*. interstitium est illud sine pilis, quod supercilia supra nasum disterminat. *Martianus Capella* lib. 2. § 182 : *Quarum una deosculata Philologiæ frontem illic, ubi pubem ciliorum discriminat Glabellæ medietas.* Forte melius legeretur *Glabella medietas*. *Apuleius* non semel utitur *Glabellus* adjective.

\* 2. *GLABELLA*, Græc. in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. An a Gr. γράβα, vetula ? Aliud ex Cod. 7692 : *Glabella, Grève.* Et quidem arena glabra est, seu sine herba.

\* *GLABER*, [Calvus. DIF.]

*GLABRIO*. Vetus Charta in Chron. Besuensi pag. 599 : *Omnium novetur industria, quod Aymo, qui erat Glabrio, concesserit, etc.* *Glabriones* Latinis dicuntur, qui corpus pilis nudum habent. Gloss. Lat. Græc. *Glaber*, γλῶδς. Sed hic imberbem et eunuchum vel spadonem intelligi arbitror. *Joan. de Janua : Glabrio, calvus, vel imberbis.* Vide tom. 3. *Histor. Francor.* pag. 638. [\* et Reinard. Vulp. lib. 2. vers. 994.]

† *GLACIA*, Gall. *Glacé*. Glossæ vet. : *Glacies et Glacia*, Κρύσταλλος, πάχνη.

\* *GLACIARE*, Gelascere, Gall. *Se glacer*. Chron. Andr. presbyt. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 47 : *Fuit gelu gravissimum, ... et vinum intra vascula Glaciavit.*

\* *GLACIECULA*, dimin. a *Glacies, Glas*, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. 7657.

† *GLADIALITER*. Vita B. Coletæ tom. 1. Martii pag. 561 : *Pluries in manibus et pedibus de latere sibi videbatur clavis et lancea se fore Gladialiter perforatam, id est, tanquam gladio.*

† *GLADIARE*, Gladio cedere. Vita S. Angeli Carmelitæ tom. 2. Maii pag. 830 : *Martyrium sustinuit, et amore justitiæ et Jesu Christi Gladiatus fuit.* [\* Benedicti Chronicon cap. 34. ap. Pertz. vol. Scriptor. 3. pag. 717 : *Qui mox Albericus apprehensus super et scriptis episcopis, et alii ceteris gladiatores, alii berberati, alii Gladiati, alii in carcerem retrusi.* Vide Virgil. Grammat. pag. 80.]

† *GLADIARIUS*, Qui facit gladios. Gloss. Græc. Lat. ξφοποδς, *Gladiatorius*.

† 1. *GLADIATOR*, Homicida, latro. *Gasparis Barthii Glossarium ex Baldrici Hist. Palest.*

\* 2. *GLADIATOR*, Dignitas et officium in curia ducis Bohemiæ, Qui gladium ducis portat. *Chartam Henrici et episcopi Bohemiæ ann. 1195. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 45. subscrit inter alios Macerat Gladiator ducis Bohemiæ.* Vide *Gladifer*.

† *GLADIATORIUM*, μονομαχία, Singulare certamen. Gloss. Lat. Gr. MS. Sangerm. *Livio Gladiatorium est præmium vincens gladiatoris.*

† *GLADIATURA*, Congressus gladiatorum, ludicræ equestres pugnæ. *Lambertus Ardens. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 397 : Cum ergo ventum est ad locum Gladiaturæ vel tornamenti, justo Dei judicio actum est ; ut in primo belli concursu accepto in umbilico vulnerare Comes de vita periclitaretur.* Haud absimili notione *Tacitus* dixit : *E servis Gladiaturæ destinati.* Et *Sidonius* in Paneg. Anthemii :

Ad Gladiaturam tu, Spartace vincete, parasti.

† *GLADIFER* *GRACOVIENTIS*. Vita B. Kingæ auctore *Joanne Longini Canonico Cracoviensi* tom. 5. Julii pag. 744 : *Erat pro ea tempestate Giccolaus Seraphin... Gladifer Cracoviensis... genere nobilis.* Ubi *Sollerius* adnotat : *Gladifer Cracoviensis, dignitas atque officium aulicum erat, Principi, quoties intra tractum illum in publicum cum pompa procederet, gladium præferre ; idemque est de aliis per idem regnum Gladiferis ; quamquam nunc (ita de suo tempore scribit *Cromerus* lib. de Republica et Magistratibus Polonorum) solum nomen nudumque honorem retinent.*

† *GLADIOLI*, a figura vocantur vel *Sepiz*, vel viliores pisciculi. *Sussannæus* in Vocabulario.

*GLADIOLUM*, vel *GLADIOLUS*, Carex, vel Carectum, [Gall. *Glaïeul*,] Anglis *Sedge*, in Capitulari de Villis cap. 70. *Matth. Paris* ann. 1256 : *Mariscus profert Gladiolum, cespites, et alia ignis pabula.* [Miracula S. Bernardi Episc. Vien. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 589 : *Herbæ, vulgo dictæ Gladioles, flores unus adolescens capsæ memorati Pontificis latibundus imposuit.* Le Roman d' *Athis* MS. :

Parmi la sale empiementé  
De lis, de Glaiare enjonchée,  
De roses fresches et nouvelles.

*Plinius* utitur voce *Gladiolus* hac notatione] Vide *Ruellium* lib. 3. de Stirpib. cap. 87.

† *GLADIOSUS*, ξφοδς, *Ensifer, sicarius*, apud *Janum* in Supplemento Antiquarii.

1. *GLADIUS*, pro sexu virili, ut *Fusus*, pro muliebri. *Schedæ* MSS. : *Colus est instrumentum filandi, et appellatur a rusticis Gladius mulieris.* *Speculum Saxonicum* lib. 1. art. 45. § 1 : *Et in progeniæ æqualis et proxiorum agnatus ex parte Gladii tutor ejus erit.* Lib. 3. art. 15. § 3 : *Qui expeditorias res, hoc est, arma bellica, postulet, agnatus ex parte Gladii esse debet : ad utensilia vero seu geradam, cognatus, id est, ex parte fusi seu mulieris duntaxat admittitur.* Vide *Fusus*.

2. *GLADIUS*, Jus gladii, merum imperium. Charta *Roberti Ducis Normanniæ, filii Richardi*, in Regesto Norman. sign. P. in Camera Comput. Parisiens. : *Hæbens tantum in donis et liberationibus guardi et panagii, quantum unus ex magistris reguarteribus et panagatoribus meis per totam Normanniam et bustorum*



meorum ad justitiam Gladii mei pertinentium. Antiquæ Schedæ apud Camdenum in Britannia: *Comitatus Flint pertinet ad Gladium Cestriæ*. Charta Henrici VI. Regis Angl. apud Seldenum de Titulis honorat. pag. 640: *Curiam suam liberam de omnibus placitis et querelis in Curia Comitatus motis, exceptis placitis ad Gladium ejus pertinentibus*. In veteri Charta Hugo de Abrincis dicitur Comitatum Cestrensem possedisse adeo liberum ad Gladium, sicut ipse Rex totam tenebat Angliam. Inde fortean Comites in Anglia cum inaugurabantur, accingebantur Gladio, veluti jurisdictionis suæ symbolo. Matth. Paris ann. 1188. de Hugoni du Puiset Dunelmensi Episc. Northumbrensi Comite creato: *Qui a Rege Gladio Comitatus accinctus, nomen sibi Comitatus usurpavit: quo Gladio accincto, Rex cum cachinno astantibus dicit: Juvenem feci Comitem de Episcopo veterano*. Matthæus Westmonaster. ann. 1227: *Quo etiam anno Nonis Februar. Hubertus, Angliæ Justitiarius, Gladio accinctus est a Rege Comitatus Cantia. Rogerus Hoveden. pag. 739: Eodem die Coronationis Rex accinctus Willelmum Marescallum Gladio Comitatus de Strigul, et Gaufridum filium Petri, Gladio Comitatus de Essex; qui licet antea vocati essent Comites, et administrationem suorum Comitatum habuissent, tamen non erant accincti Gladio Comitatus: et ipsi illa die servierunt ad mensam Regis accincti Gladiis*. Capitulinus in Gordiano: *Filiusque Legatus Patris, Gladii potestate succinctus est*. Lampridius in Alexandro Severo: *Honores juris Gladii nunquam vendi passus est, dicens: Necessè est, ut qui emit, vendat*. Statius lib. 5. Silv. 2:

Felix qui magno jam nunc sub Præside juras,  
Cuique sacer primum tradit Germanicus Ensem.

Adde Firmicum lib. 5. Matth. cap. 5. S. Augustin. Epist. 61. præter JC. Vide *Placitum Spathæ*. \* Hinc

\* **GLADIUS SANGUINOLENTUS**, in Charta Frider. II. imper. ann. 1214. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1651: *Nos attendentes fidem et devotionem et obsequia multa, quæ Aquilejensis ecclesie, et specialiter princeps noster Wolcherus ejusdem ecclesie patriarcha nobis et imperio laudabiliter exhibuit, ducatum et comitatum Forojulii, cum omnibus ad ducatum et comitatum pertinentibus, placitis, collectis, fodro, sanguinolento Gladio... confirmamus*. Vide *Sanguis*.

\* **GLADIUS SPIRITUALIS**, Jurisdictio ecclesiastica. Reg. actor. capit. eccl. Lugdun. In Cam. Comput. Paris. ad ann. 1397. fol. 23. v. : *Constituerunt iudices Gladii spiritualis et claustrum Lugdunensis dominos Guillelmum de Cheneluc custodem et Guillelmum de Thureio canonicos*.

GLADII DEDITIO, seu positio. Libellus de fundatione Monasterii Bigaugiensis pag. 256: *Consulerunt illi, ut religionis habitum susciperet: qui promptus obediens, in præsentia eorum Deditioe Gladii, tam militaria omnia, quam sæcularia abdicavit*. Vide *Cæsarium Heisterb. lib. 1. cap. 37*.

3. **GLADIUS**, Mors. Isidorus Pacensis Episcopus æra 749: *A Toletis fugam arripientem Gladio patibuli jugulat, etc.*

\* 4. **GLADIUS**, Lamina gladii vel cultelli, Gall. *Lame*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 298: *Prohibitum extiterat ne quis portare præsumeret... armaturas aliquas vel cultellum,*

*cujus alumella sive Gladius esset longior uno pede.*

\* **GLADIUS CATHALANATICUS**, vulgo *Epée de Catalogne*, olim in pretio. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 99: *Causa suæ defensionis evaginavit Gladium suum Cathalanaticum. Espée à hault taillier, Major gladius, vulgo Espadon*, in Testam. Th. de Faily ann. 1473. ex Bibl. reg. *Espée batue*, cuius usus est in pugnis ludicris. Aliæ Lit. ann. 1382. in Reg. 123. ch. 117: *En eulx esbatant lesdiz Lucas et Brulé sachierent deux espées batues qu'il avoient, dont l'en jouoit au boucher*. Vide supra *Ensis*. Ecclesiæ ingrediens gladium deponerent. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 401: *Après ce que le suppliant ot mis son cheval en l'estable chiez le secretain dudit lieu, il vint à ycelle église, et laissa son espée en garde à un homme, nommé Bertaut, à l'entrée de ladite église.*

\* Gladium per mucronem tenere, signum erat deditiois in arbitratum victoris, ut colligitur ex Poem. Alex. Ms. part. 2.

Doze furent par conte, chascun au poin tenoit  
S'espée par la pointe, que bien senefloit  
Misericorde ou mort, ou il s'umeliot.

\* 5. **GLADIUS CERESUS**, Candelæ cereæ majoris species. Calendar. eccl. Camerac. Ms. fol. 22. r. ubi de Benedictione cereorum in die Purificat. : *Debent esse paratæ candelæ super gradus presbyterii, cum Gladiis cereis pro paribus*.

† **GLAEPTA**, Lampridius in Severo: *Sed summa illa oblectatio fuit, ut... aut perdicere inter se pugnarent, aut Glaeptæ parvulæ sursum et deorsum volitarent*. Ita præferre Codd. MSS. monet Casaubonus, ubi editi habent *aves parvulæ*.

† **GLEVIA**, βάλος *Gleba*, in Supplemento Antiquarii. Infra legitur *Glaveo* in voce *Glebo*.

**GLAGA**, Fleta lib. 2. cap. 79. § 2: *Præsepia ac sua ovilia bonis Glagis calide furatis, palisque grossis parari faciat atque muniri*. [Idem puto quod *Glaia*, Crates, tabula, viminibus aut virgulis contexta, Gall. *Glaye*. Vide *Gleia*.]

† **GLAIOLIA**, Gall. *Glaiol*, Gladiolus, seu Carectum, locus gladioli obsitus. Chartular. S. Vandregesili tom. 1. pag. 781: *Pro quadam pechia terræ... sitæ apud Glaiolias, juxta terram Nicolat, etc.*

\* **GLAIUS**, Vide mox in *Glaivus*.

\* **GLAIVUS**, a Gallico *Glaive*, Gladius, lancea, hasta, quo Eques lancea armatus perinde significatur. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 104: *Ipse exponens de quodam Glaivo, quem tunc secum portabat, se defendit, de quo Glaivo ad evitandum periculum mortis, eundem Dominicum taliter percussit uno ictu, quod inde dictus Dominicus diem suum clausit extremum*. Charta ann. 1358. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 245: *Concedimus quod eligatur per communitates ejujuslibet senescallæ unus probus vir, qui recipiat vadia quatuor Glaiavorum, pro sui tamen persona vadia duorum Glaiavorum, quos Glaiivos habeat tenere de facto*. Et col. 246: *Item volumus et concedimus quod numerus dictorum mille Glaiavorum et pedatum, sit et serviat de facto*. Instr. ann. 1358. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 208. col. 1: *Communitates linguæ Occitanæ mille Glaios et mille servientes obtulerunt domino comiti Pictaviensi*. Lit. Caroli V. ann. 1369. in vol. 6. arestor. parlam. Paris. : *Pluseurs gens d'armes, jusqu'à parente Glaives ou environ, es-*

*toient venus devers les parties de Lorraine, etc.* Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. ch. 190: *Girot Varendin... trouvast plusieurs gens d'armes, jusques au nombre de douze Glaives ou environ, qui se disoient estre ordonnez et appareilliez pour aler à S. Sauveur le vicomte, pour grever et dommager nos ennemis*. Consule *Cangium* in not. ad Joinvil. pag. 61. Vide infra in *Glavea*.

**GLAMA**, in Gloss. Græc. Lat. edito et MS. Αἴμα, i. Lippitudo. [\* Adde ex Cod. reg. in Castigat. *Sordes oculi, lippus*.]

**GLANA**, Pugillus spicarum, aliorum, etc. Gall. *glaner*, spicas legere in agro. Tabul. Maurigniense ch. 68. ann. 1256: *Et sex Glanas, sive glebas aliorum, tres de grossioribus, et 3. de minoribus*. Occurrit ibi pluries.

\* Alias etiam *Glaine*. Lit. remiss. ann. 1427. in Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 126: *Ainsi que le suppliant batoit un pou de Glaines ou gerbes de blé, etc. Hinc Avoir glane, Jus spicas colligendi habere, in Charta locumten. ball. Gisort. ann. 1316. ex Reg. 56. ch. 468: Disoient aucuns d'iceux que il y avoient Glane en Aoust en leur enfance. At vero Avoir quelqu'un en sa glanne, est alieum sibi devinctum tenere*. Guillel. Guiart. ad ann. 1267. ubi de Henr. de Cosances, Joan. de Cleri et Guillel. l'Estendart:

Ces trois ont Lombars en leur Glanne,  
Prouveclaus et cens de Touscanne.

Vide infra *Glena*.

† **GLANCELLA**, Libellus de remediis peccatorum apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 22: *Pœnitentia bibentis quod intinærat Glancella (id est ancilla in utero habens filium) vel cohabitationis (f. cohabitantis) cum ea, XL. (dies) in pane et aqua*. Vide *Glandella*.

\* **GLANDA**, Glandium pastio, Gall. *Glandée*. Charta Theob. comit. Campan. ann. 1225. in Reg. 131. Chartoph. reg. ch. 121: *In pasturagio et ad Glandam habebunt usuarium suum homines de Lantage*. Vide in *Glandis* 2.

\* **GLANDACIUM**, Præstatio pro facultate porcos *glande* pascendi in silvis. Cens. eccl. Rom. Mss.: *Glandacium solvunt in festo S. Martini*. Vide *Glandaticum* in *Glandis* 2.

**GLANDARA**, Aviculæ species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. de Agricult. cap. 4. 20.

\* **GLANDARETUM**, Locus *glandibus* abundans, in iisd. Cens.: *Fundum Rapacesarium cum silvis, Glandaretis et terris sacionalibus, situm in via Aurelia*.

† **GLANDARIUM**, **GLANDARIA**, etc. Vide *Glandis* 2.

† **GLANDELLA**, Idem quod *Glancella*. Libellus de remediis peccatorum inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 27: *Pœnitentia bardicationis Glandellæ post obitum laici vel laicæ L. dies in pane et aqua. Si post Glandellam morientem in partu vel cohabitatore, vel cohabitricem fidem habentem XL. dies in pane et aqua*.

\* **GLANDEMIA**, Eodem intellectu atque supra *Glanda*. Charta ann. 1507. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 222: *Propria sylva ... cum Glandemia et cæsura private pro suo jure pro se uteretur et fruetur*.

† 1. **GLANDIS**, Pars superior valli in munitionibus urbium. Sugerius in Vita Ludovici cognomento Grossi Regis Fr. apud Duchesnum tom. 4. Hist. Franc. pag. 291: *Castrum munitissimum vallo, arte et rigido superius Glандe, inferius torrentis profunditate pene inexpugnabili,*

aggreditur. Ibid. pag. 292. dicitur de turri lignea, qua castrum illud oppugnabatur: *Hærebat machinæ eminenti pons ligneus, qui se excelsum porrigens, cum paulisper dimitteretur super Glandem, facilem descendentes pararet ingressum.* Et pag. 301: *Qui enim milites velocissimis equis castrum defensionem circuibant, manualiter Glandi innitentes, inopinatè dum supervenirent, cædebant, detruncabant, et ab alto fossati imò graviter deiciebant.*

2. **GLANDIS**, Gallis, *Glandée*. Chrodegangus Metensis in Regula Canonicor. cap. 8: *Et si contingerit, quod illo anno Glandis vel fagina non sit, etc.* Vide Leges Wisigoth. lib. 8. tit. 5. *Glandis nomine*, inquit Bracton. lib. 4. tr. 1. cap. 38. § 13. *continentur glans castanea, fagina, ficus, et nucus, et alia quæque, quæ edi vel pasci possunt præter herbam.* Vide leg. 1. D. de Gland. leg. (43, 28.) et leg. Qui venenum, de Verb. signif. (lib. 50. tit. 16. fr. 236. § 1.)

**GLANDARIÆ**, JUGLANDARIÆ, in veteri Charta apud Ughell. tom. 9. pag. 904.

**GLANDATICUM**, Quod pensatur pro facultate porcos immittendi in silvam, et *glande pascendi*. Charta Caroli M. in Actis Episcoporum Cenoman. pag. 266: *De piscationibus et pastionaticis, id est, Glandaticis, etc.* Chronicon Farfensis Monasterii pag. 657: *Sine datico, herbatico, scatico, [apud Murator. escatico,] vel Glandatico.* Chartæ Alamannicæ Goldasti Ch. 90: *Quod vidissent Monachos S. Galli ibidem residere, et Glandaticum tollere.* Vide Vitam Aldrici Episcopi Cenom. pag. 31. [Vitam S. Joachimi Abb. tom. 7. Maii pag. 127. Chartam anni 1138. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 107.] et Italiam sacram tom. 1. pag. 117. 298.

[**GLANDAGIUM**. Transactio Honorati de Castellano Domini de Masalguis cum incolis ejusd. loci ann. 1490. ex Archivio Præsidis de Mazaugues: *Pascua sive pastorgia ac Glandagia et relargueria quæcumque... vendantur.*] *Glandage*, in Consuet. Britannicæ art. 255. S. Severi tit. 3. art. 19. Solensi tit. 13. art. 1. *Glandée*, in Andegav. art. 497. etc.

**GLANDATORIUM**, Eadem notione, apud Mabilonium tom. 3. Annal. Benedict. pag. 590. n. 19.

**GLANDATIO**, Βαλανίσις, Glandium collectio, apud Martinium in Lexico.

**GLANDEIARE**, Porcos in silvis glande pascere. Vide locum in *Esplencha*.

**GLANDO**, *dimis*, Glans. Ditmarus lib. 1. pag. 8: *Triticum et avena, et Glandine refertur.* [Vett. Glossæ: *Glandine*, βαλανίσις. *Cibus aspera Glando*, apud Avienum in Descript. orbis v. 285. Rursus utitur v. 1283.]

\* **GLANDIUM**, Pari notione. Chartul. S. Sulpit. fol. 83. vº: *Ego in Dei nomine, Erchenbaudus princeps inclitus, tactus divina inspiratione, dono et dono S. Leopardino et monachis ibidem Deo servientibus ad suum locum construendum omnes boscos meos, ubicumque visus sum habere, et ad omne bastimentum, et a porcis eorum pascua et Glandia.*

\* **GLANNUS**, pro *Glavius*, ni fallor, Spiculum. Comput. ann. 1383. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 54. col. 1: *Pro uno arresto posito in hasta Glanni pennonis, vj. patacos.* Vide infra *Glave*.

\* **GLANS**, Glandula, tumor. Mirac. S. Niceræ tom. 4. Sept. pag. 8. col. 1: *Qui bonus medicus, cum non modica vehementia ferrum impulit in Glandem, volendo de loco evellere.* Vide mox *Glantia*.

\* **GLANTIA**, idem quod *Glans*, Fragma.

hist. ad ann. 1348. in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 43. col. 2: *Pesilentia, de qua loquimur, in triplici forma visa est, videlicet in Glantia, carbunculo et sputo sanguinis. De carbunculo et Glantia quamplures evaserunt, de sputo sanguinis nullus.*

\* **GLANTUS**, *Albus, Blanc*, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. Reg. 7657. f. *Glaucus*.

† **GLARA**, pro *Glarea*, Arena, sabuleum, Gall. *Greve, Gravier*. Utitur Parisius de Cereta in Chronico Veron. ad ann. 1233. apud Murator. tom. 8. col. 627. Rursus occurrit tom. 15. col. 82. Vide *Greva*.

\* **GLAREOTA**, quid sit, explicat Anonymus Leob. ad ann. 1336. apud Pez. tom. 1. Script. Rer. Austr. col. 945: *Quem (comitem) dux Otto sibi in familiaritatem militaris contubernii combinavit, galæque suæ decus, quod pinnam, sive zime-ran, vel Glareotam dicunt, in bellis, tornetis et hastiludiis utendum contradidit, coronam scilicet aureæ resplendentis galæ circumductam.*

\* **GLARETUM**, *Glarea*, Gall. *Gravier*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 150. ex Cod. reg. 4624: *Nulla persona capiat... in aliquo alieno Glareto... aliqua ligna, vel lignamina ibi arrestata, vel ducta ex impetu vel inundatione... Duræ vel Me-heciæ.*

\* **GLAREUS**, Argillosus. Stat. Placent. lib. 5. fol. 60. vº: *Quæ testa est terra Glarea vel gerbida, quæ non consuevit laborari.*

\* **GLARIA**, perperam pro *Gruaria*, notat Cangius in v. *Gruarium*, apud Doubletum pag. 889. ita tamen legitur in Chartul. S. Dion. ex Bibl. reg. pag. 159. col. 1.

† **GLARIS**, μυρολόγος, Qui narrat fabulas, in Gloss. MSS. Sangerman. et in Supplemento Antiquarii.

\* **GLASIACUS**, Certa pulsandi campanas ratio. Stat. Mss. eccl. Tull. ann. 1497. fol. 5. rº: *In dictis autem solemnitatibus pulsatur cum Glasiaco et trisello per majores campanas.* Vide mox

\* **GLASIUS**, Eodem significatu. Charta Phil. Pulc. ann. 1287. inter Consuet. Genovef. MSS. fol. 9. rº: *Item (jus) habendi duodecim denarios Paris. nomine emendæ ab illis qui operantur Sabbato post Glasium Vesperarum.* Vide *Glassus*.

**GLASSANUS**, Truttæ species, apud Hibernos. Vide Giraldum in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 7.

† **GLASSUS**, GLASUS, Pulsatio omnium Campanarum, Gall. *Glas* vel *Glais*. Rituale Suessionense apud Marten. de antiqua Ecclesiæ Disciplina pag. 390: *Debent omnia signa Ecclesiæ pulsari, et tandiu quod omnis consecratio sæpediti chrismatis compleatur. Post Glassum autem istum nemo præsumat in tota civitate signum aliquod pulsare.* Consuetud. Sangerman. ad calcem Histor. ejusdem Monasterii pag. CXXXVII: *Tunc juniores Monachi pulsabant le Glais in parva turre.* Ibid. pag. CXLIII: *Debent primo pulsari omnes grossæ campanæ in magna turri; secundo dux, tertio omnes in pulsatione quæ vocatur li Glais.* Item pag. CLXIV: *Dupliciter motiones pulsabuntur in magna turri cum Glaso.* Vide *Glassicum*.

**GLASTUM**, Gallis herbæ genus, quo Britannii tingendis corporibus usi, ut auctor est Cæsar lib. 5. de Bello Gall. et Plinius, lib. 20. cap. 27. lib. 22. cap. 1. *Guesdum*, vel *Pastellum* nostri appellant: cujus inficiendis lanis maximus

usus. Vide Petr. Victorium lib. 19. Var. lect. cap. 3.

† 1. **GLASUS**, Pulsatio campanarum. Vide *Glassus*.

† 2. **GLASUS**, *Butyrum Glasum*, in Instrumento anni 1219. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 234. Creditur esse nomen loci. Aremoricis *Glas* est *Glaucus*, lividus.

† **GLATIA**, Planities, Gall. *Glacis, Esplanade*. Instrum. ann. 1270. apud Mesterium Hist. Lugdun. pag. 14: *Item fecerunt Glatiam subter turretam, quæ est in ripa Rhodani et fossata fecerunt ibidem.*

\* Nostris *Glichy*, Solarium, vulgo *Plat-teforme*. Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1585: *Et si failloit abatre une engine ou ung arc boulant, qui estoit appoincté contre ledit clochier... à l'égal du Glichy; ... en une noe dessus ledit Glichy.*

\* **GLATILARE**, GLATIRE, Vox canum, nostris *Glatur*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Glatilare, Glatur, crier comme chiens, Glatire, catulorum*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. 7657. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 87: *Icellui Guillaume environ heure de minuit oit ses chiens abbaier et Glatur à sa bergerie.* Occurrit etiam in Chron. S. Dion. ubi et *Glatissement*, tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 275. et 276. Guill. Guiart. ad ann. 1249:

Sarrazins comme chiens Glatissent.

Hinc *Glas* et *Glav*, nostris, Clamor inconditus aut præ immoderata lætitia, aut ex furore. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. ch. 75: *Icellui Souleville et Perrote alerent en ladite ville de Beu, ou ilz menerent grant Glav, disnerent et burent et demourerent jusques près de la nuit.* Le Roman d'Athis MS.:

Et dist: Les dez leur changeray,  
Ja n'en auront joie ne Glav.

Vita J. C. MS.:

Anchois s'escrient à un Glas,  
Que rendus leur soit Barrabas.

† **GLAVA**, ut mox *Glavea*, in Litteris ann. 1356. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 102.

† **GLAVANEUS**, *Glaucus*, ut reor. Agnellus in Vita S. Mariniani Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 129. col. 1. Marini-anus... *Glavaneus fulgebat oculo et in omnibus valde decorus, etc.*

\* **GLAVARINA**, Telum missile, jaculum. Stat. castr. Redaldi lib. 2. pag. 39. vº: *Declaramus quod arma vetita sint infra-scripta, videlicet lancea, spata, ... Glavarina, etc.* Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 806: *Et pedibus stando rectus projiciebat unam Glavarinam a dicta porticu usque in curiam domus anguli plateæ.* Vide supra *Gieve-rina*.

\* **GLAUCICOMANS**, [Glaucum comam habens. *Juven. 3. 623. Matth. c. 21. Ordini-bus lucent quæ Glaucicomantis oli-væ.*]

\* **GLAUCITARE**, Vox catulorum, in Carm. de Philom. ad calcem Cod. reg. 6816. Vide supra *Glatilare*.

† **GLAUCITAS**, Gr. γλαύκωμα, *Glaucoma*, Plinio, Vitium oculi, quo crystallinus humor in glauceum transmutatur. Occurrit in Miraculis B. Simonis de Lipnica, tom. 4. Julii pag. 566.

† **GLAUCOMEN**, Eadem notione, in Translatione S. Sebastiani tom. 2. Januarii pag. 293.

**GLAUCUMESUS**, pro *Glauco*. Vita S. Maioli Abbat. in Prologo lib. 2:

Lux hæc nostra salus, redemptione  
Lumen Glaucumæ agens in umbras, etc.

\* **GLAUCUS**, Piscis genus, de quo ita Tract. de Pisc. cap. 29. ex Cod. reg. 6838. C. : *Latinis, servatio Græco nomine, Glaucus dicitur; a nostris derbio, a Romanis lechia, a Provincialibus biche et cabrollo et danio, ab Illyricis polanda. Dicitur a colore Glaucus. Et cap. 30 : Secunda Glauci est species, quam Provinciales liche, Romani piscatores stellam, nostri palamide vel vadigo appellant.*

**GLAVEA**, Gervasius Dorobernensis anno 1144 : *Quod eum vidisset quispiam de Castello, et adversarium agnovisset, telo gracili, quod Ganea dicitur, cum jam cominus positum petiit, quo testam capitis ipsius male nudati perforavit. Ubi Guilelmus Neubrig. Hovedenus, et Matth. Westmonast. sagittam habent. Sed legend. Glavea, qua voce expressit nostrum Glaive, seu Angl. a Glaiwe, spiculum, framea, vel lancea. Chron. Flandr. cap. 41 : Et puis le ferirent de Glaives parmi le corps. Et cap. 111 : Il y en avoit grand plante de mal armés, qui ne pouvoient souffrir les coups de Glaives ne de dagues. Adde cap. 46. 113. Froissart. 1. vol. cap. 49 : L'Allemand Escudier l'atteignit tellement de son Glaive roide et fort, qu'onques ne brisa. [Killianus : Glaiwe, Hasta, lancea, Gallis gladius dicitur.] Cambrobrittannus Glaiw, est falx, Anglis Glavee. Vide Gloss. ab Villeharduinum, verbo Glaiwe, et Notas ad Joinvillam [Adde Schilterum voce Glef.]*

\* Lancea, hasta, ut supra Glavius, nostris etiam Glave. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 117 : *Invadendo in eos cum Glaveis seu lanceis, ensibus et gladiis evaginatis, etc. Aliæ ann. 1386. in Reg. 130. ch. 57 : Quandam lanceam sive Glavi, quam dicitur famulus secum portabat, eidem violenter abstulit. Unum Glave de decem palmis, in Comput. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 181. col. 1. Charta ann. 1319. in Reg. 59. ch. 82 : Item trois paires de wans de mouston et une Glave sans fer. Lit. remiss. ann. 1445. in Reg. 176. ch. 443 : Robin Duhamel, qui tenoit en sa main une longue Glave bien de xij. à xiiij. piez de long, etc. Ung baston, nommé Glave, in aliis Lit. ann. 1461. ex Reg. 189. ch. 513.*

\* **GLAVIA**, Eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 284 : *Cum eorum ensibus, bocleris et Glaviis accesserunt.*

\* **GLAVIUM**, **GLAVIUS**, Eodem sensu. Inventar. MS. ann. 1379 : *Item duo Glavia ferrata. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 7 : In itinere publico obviaverunt dicto Richardo armato uno magno cutello et una lancea seu Glavio, etc. Hinc*

\* **GLAVIUS**, nostris Glave, Eques glavio seu lancea armatus. Epist. scripta vicario et consil. Massil. : *Remansit archipresbiter ultra Durentiam, cum ducentis Glaviis vel circa. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 269 : Liebaut sire de Beffromont devant Paris nous servi à vint et cinq Glaves à ses propres fraiz et despens, et y despendi bien mil florins et plus, sans aucune restitution avoir; et avec ce fu en la bataille devant Troies à trente Glaves, et là se combati contre les Anglois. Vide supra Glavius.*

\* **GLAVIOLUS**, **GLAVIOTUS**, nostris Glavelot et Glaviot, diminut. a Glavius, Lancea, hasta. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Glaviet, Prov. Glaviolus. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 342 : Quadam lancea seu*

*Glaviolo eam (mulierem) invasit, et in capite ac in diversis aliis sui corporis partibus percussit. Charta ann. 1390. in Reg. 141. ch. 33 : Quod idem dominus vicecomes nobilem Bernardum de Sancta Genia... cum quodam Glavio atrociter vulneraverat, et cum cauda dicti Glavii tres costas sui lateris fregerat... Cum quodam Glavioto tam de plato quam de burs, cum cauda pluribus et diversis ictibus atrociter... percusserat. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 112. ch. 370 : *icellus Picart prist en sa main une fourcheffere, et son fils un demi glaive ou Glavelot. Ita etiam leg. pro Glamelot, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. ch. 408. Aliæ ann. 1403. in Reg. 157. ch. 333 : L'un desdis jeunes gens... déguisé tenant, comme un messager, un Glaviot en sa main, bouta icellui Glaviot une fois seulement ou visaige de Raoullet Estrillart ou dessus de l'oeil, en telle maniere que trois jours après ou environ il termina sa vie par mort. Vide supra Gaverlotus.**

\* **GLAVIS**, quid sit explicant Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 663. col. 1 : *Quilibet mansus tenetur Prumiam adducere Glaven, id est, lignarium sive acervum lignorum. Ubi Editor addit, id est quod Germani vocant Clafter, item Lachter. Alio sensu Glaves, id est, Clayes, et tunc forte dicendum potius Glawas, ibidem pag. 699. col. 1 : Glaves tres : circa dominicam curtem alias tres, circa broil quinque perticas habentes longitudine.*

\* **GLAVIUM**, **GLAVIUS**. Vide supra in Glavea.

1. **GLEBA**, Fundus, prædium, in lege 72. Cod. Th. de Decurion. (12, 1.) *Servi Glebæ, Prædio adscripti. Vide Servus Glebæ.*

**GLEBA**, **Gleba Senatoria**, **Glebalis functio**, **pensio**, **præstatio**, etc. Certum vectigal, quod pro possessionibus, ac postmodum in modum oblationis, Imperatori a Senatoribus pensitabatur, de quo J.C. et copiose præ ceteris Juretus ad Symmach. lib. 4. Epist. 62. et Jacobus Gotofredus ad tit. de Senator. et de Glebali Collat. Huc forte spectant verba Hesychii, γλέβα, ἀξίωμα, συγκλήτου. Vide Follis.

**GLEBA**, Cowello et Praticis, peculiari significatione sumitur pro terris illis; quæ pertinent ad beneficium ecclesiasticum et Parochiale; vel quæ Ecclesiis datæ sunt in dotem, ut habet Lindwood, et ex eo Cowellus. Fleta lib. 3. cap. 2. § 18 : *Gleba proprie est solum datum, cui advocatia Ecclesiæ est annexa. Atque ita sumitur vox Gallica Glebe, in Consuetudine Normannica art. 142. 157. ut apud Anglos Glebe, et Glibeland. Ingulfus : In primis totam insulam Croilandiam pro Gleba Ecclesiæ et pro situ separali ejusdem Monasterii... dono. Charta Simonis Archiepiscopi Cantuariensis : Item habebit vicarius duas acras terræ arabilis de dote sibi de Gleba ipsius Ecclesiæ juxta ipsam Ecclesiam jacentes.*

† **GLEBALES TERRÆ**, Eadem notione, apud Rymer. tom. 14. pag. 746. col. 2. **GLEBATICA**, et **transmissibilis servitus**, in Testamento Perpetui Turonensis Episcopi. Vide **Servus Glebæ**.

2. **GLEBA**, pro pugillo vel fasce spicarum aliorum, etc. Vide in Glana.

3. **GLEBA**, Corpus, cadaver. Gregorius Turon. de Vitis PP. cap. 7 : *Ad virtutiferam sancti Glebam, nemine retinente, perveniunt. Goscelinus in Vita S. Werburgæ virg. n. 17 : Placuit Regi... quatenus sacrosancta ipsius Gleba de tumulo elevaretur. Nicolaus Rievallensis :*

Semper hic et eris, non hospes, at incola, cujus Nos panes est dulcedo recens, sacra Gleba, sepulcri Gratia, defuncti cineres veneramur abunde.

[Charta anni 847. inter Instrum. Hist. Meld. pag. 5 : *Sanctissima corporis illius (Potentiani) Gleba, hac interveniente causa, per divinam est honorabiliter translata clementiam.] Occurrit passim.*

\* 4. **GLEBA**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Gleusa, Prov. Gleba, gliotiola.*

† **GLEBALIS**. Vide **Gleba** 1.

† **GLEBARE**. Chartul. Latiniac : *Sciendum est iterum quod Radulphus aut alius pro eo quociens in eis molendinis diem integrum operatus fuerit, excepto cum Glebaverit, hoc est glebas imposuerit, etc. Suspicio Glebas hic esse argillam subactam, Gall. Courroi, qua utuntur ad aquam continendam, ne effluat.*

**GLEBARIÆ**, **Turbæ**, seu carbones ex glebis. Charta ann. 1198. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 920 : *In silvis, campis... viis, semitis, moris, Glebariis, lapidibus, metallis, avibus, etc. Vide Turba, Niger cespes.*

\* **GLEBARIII**, **Servi glebæ** seu prædio adscripti. Vide in **Colonus**. Varroni autem **Glebarii** dicuntur boves valentes ad proscindendas glebas.

† **GLEBATICUS**. Vide **Gleba** 1.

**GLEBO**, **Arator rusticus**, in Gloss. MS. Reg. Cod. 1013. Isidori, et Papæ. Gloss. Lat. Gr. : *Glaevo, βάλος. Ubi gleva, vel glava, restituunt viri docti. Candidus Monachus in Vita Eigelis Abbatis Fuldensis in Præfat :*

Quapropter rogat hic quoque Glebo, Promptosque et residues quosque legentes Formicæ ut tenuem farris acervum Hujus non temere dente peroso Multum dilacerent, etc.

\* **GLEBOCEDOS**. Pactum inter dominos de Lisignaco et de Pedenacio ann. 1391. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 180 : *Suscitata materia conquerendi, ex verbis venitur ad verbera, et ex verberibus veniunt Glebocedos (sic) ut puta lites, controversiæ. Ubi de limitibus prædiorum sermo est.*

**GLEBULENTUS**, pro **Glebosus**, apud Apuleium de Deo Socratis : *Terra Glebulenta.*

\* **GLECOMA**. [*Glecoma hederacea.*] Ap. Dief. sub **ACERA** : *oseille.*

**GLEGELLATUS**. Visitatio Thesaurariæ ædis S. Pauli Londoniensis ann. 1295 : *Item calix argenteus deauratus intus et exterius, cum pede Glegellato, etc. Forte legendum Nigellato. Vide in hac voce.*

**GLEIFATUS**, Monetæ aureæ species. Diploma MS. Friderici III. Regis Sicil. ann. 1305. pro mercatoribus Majoricis : *Solvat... Gleifatium unum auri valentem Tarenos auri 8. ponderis generalis. Nesicio an Scyphatum legendum sit. Vide in hac voce.*

**GLEINATOR**, Spicarum legulus, ex Gall. *Glanneur*. Charta Libertatum oppidi Jasseronis ann. 1283. apud Guichenonum in Hist. Bressensi : *Si quis Gleynatores vel resinatores vulneraverit, etc. Vide Gelina.*

**GLEISAGE**. Charta ann. 1188. pactum continens inter Bernardum Archiep. Narbonensem et Gaucerandum de Capestang pro Ecclesia Castellii ejusdem loci, in Tabulario Ecclesiæ Narbon : *Dicebatque Gaucerandus, quod Ecclesia memorata jure feudi, quod ab Archiepiscopo Narbonensi tenere debebat, ad se, suosque pertinebat, sicut ad aliquam laicalem personam aliqua Ecclesia dignoscitur pertinere, et Consuetudine Narbonensis patriæ, in qua jus obtinet, quod*

*Gleisage ab hominibus vocatur. Itaque, sicut ipse dicebat, avia sua Guilielma et parentes sui in manu sua tenuerunt præfatam Ecclesiam, etc.*

† **GLENA**, Gall. *Glane*, Fasciculus spicarum derelictarum. Exstat inter Anecd. Marten. tom. 2. col. 461. Epistola Clementis IV. PP. qua prohibetur, *Ne de Glenis pauperum Clerici decimas exigant*. Vide *Glana* et *Gelima*.

† **GLENNA ALLIORUM**, Fascis alliorum, in Codice MS. reddituum Episcopatus Altissiod.

\* Hinc *Faire ses glennes*, Spicas colligere, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 156: *Icelle Mabile avoit emblé et fait ses Glennes en temps d'Acoust, etc. Glenon et Glennon*, pro Cujusvis rei fasciculo. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 160. ch. 413: *En hayne de ce que les jumens en poulain avoient mené deux Glenons de ses pois, etc. Deux Glennons de charnier*, in allis Lit. ann. 1410. ex Reg. 164. ch. 240. Pedagog. prior. S. Gondulfi in dioc. Bitur. ann. 1314: *Des aus lo Gleno, ob. Le glenon*, in altero ejusd. prior. ann. 1375. Vide supra *Glana*.

\* **GLENNAGIUM**, Ager cultus et satus, ut opinor. Charta ann. 1404. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 232. r. : *Item Glennagium contiguum prato dictorum les Villedous*. Vide mox

\* **GLENUM**, Frumentum. Charta Guid. comit. Nivern. ann. 1173. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. cod. 133: *Concessi in elemosynam monialibus de Crisenone unum bichetum Gleni in molendinis suis de Autissiodoro*.

**GLEPAS**, Dissensiones, in Gloss. Regio MS. Cod. 1197. forte legendum, *Glebas, possessiones*. Vide *Gleba* 1.

† **GLERA**, An *Glara*, Glarea, arena, sabuletum, Gall. *Greve*. Chronicon Mo doet. apud Murator. tom. 12. col. 1115: *Elegit... quinque millia equitum, ut irent obviam Philippo, qui iusta civitatem Vercellarum in Glera Sargii se posuerunt*. Vereor ne sit pro *Gleva*: quod vide.

**GLESCERE**, Glebescere. S. Althelmus de Laude Virgin. pag. 806:

Ut fuerent imbres ubertim ex aethere furvo,  
Glesceret et rursus fecundo germine tellus.

\* **GLESTIATICUM**, Beneficium, quod ad ecclesiam pertinet. Charta ann. 1093. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 333: *Donamus atque reddimus Domino Deo et Beatæ Mariæ et monasterio Soriciniensi... omnem illam integritatem decimarum, quæ vocatur Glestiasticum ecclesiæ S. Saturnini de Drulia*. Vide in *Gleba* 1. et mox *Gleya*.

**GLESSUM**, GLESUM, veteribus Gallis *Succinum*. Tacitus de Morib. German: *Succinum, quod ipsi Glesum vocant inter vada atque in ipso litore legunt*. Plinius lib. 37. cap. 3. de Succino: *Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, et a Germanis appellari Glessum itaque et a nostris unam insularum ob id Glessariam appellatam*. Quo loco censent quidam, glessum nihil aliud esse, quam quod Anglo Saxonis glæs, Galli, Germani, et Angli *Glasse* vocant, hoc est, vitrum: neque enim succinum, quod sit succus arboris, uti vult Plinius, appellatum, sed a voce Hebraica, quæ seu δαλβεν seu vitreum, vel καθάρων et διαφανές sonat. Vide præter Fullerum, Joan. Ruellium lib. 1. de Natura stirp. cap. 39. Cluverium lib. 3. Germ. antiq. cap. 44. Kilianum verbo *Gleyepot*, [et Schilterum in *Glas*.]

**GLETLUS**. Smaragdus in Grammatica MS: *Altare, mare, astile, mantile*. Ubi Glossa interlinearis, i. *Gletlus*. Vox Francica vetus.

† **GLEVA**. Charta ann. 1007. Marcæ Hispan. col. 964: *Et de meridie adicimus et terminum in ipsa Gleva, et vadit per ipsam serram quæ vadit per Bacieros*. An *Gleba*, Fundus, prædium, vel *Greva*, Gall. *Greve*? Vide *Glera*.

† **GLEVARIA**, f. Idem quod *Graveria*, vel *Greva*, Locus glareosus, Gall. *Gravier, Greve*; vel f. Agger, moles aquis continendis, voce detorta a *Gleba*, eo quo in *Glebare* dictum est, intellectu accipienda, scilicet pro Argilla subacta, ex qua hujusmodi moles conficiuntur. Charta ann. 977. Marcæ Hisp. col. 913: *Molendinos vel molinarios cum caput aquis, cum suis diversis et resclosis et Glevariis, et exciis et regressiis eorum*. Alia ann. 1027. ibid. col. 1042: *Molendinarius cum caput aquis et Glevariis, ductus et reductus aquarum, etc.* Vide *Gravero*.

\* **GLEVUS**, *La tondeza delli liquoris*. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **GLEYA**, Prov. *Ecclesia, ipsa propria convocatio fidelium, sacellum, basilica*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide supra *Glestasticum* et infra *Gliserius*.

† **GLEYNATOR**. Vide *Gleinator*.

**GLEZINUS**. Vide *Glizzum*.

\* **GLIBA**, *La sculputura*, in eodem Glossar. Lat. Ital.

**GLIBATIS**, *Ignis*. Papias.

\* **GLIGOSA**, GLIRIZA, *La recoicia*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

† **GLIGUS**. Vide *Glissus*.

† **GLIDIUM**, γλιδῖος, *Rigidum*, in Supplemento Antiquarii et in aliis Glossis, ubi Vulcanius annotat: *Quod aliter Glandum in suilla*. Martinius emendat *Gelidium*.

† **GLIDSUM**. Vide *Glizzum*.

\*\* **GLIFIA**, Abstrusus sermo, apud Virgil. Grammat. pag. 43. *Glif*, ibid. pag. 101.

† **GLIMA**, pso *Gleba*, mendose, ut coniecto, Corpus, cadaver. Permutatio ann. 926. apud Marten. tom. 1. col. 281: *De hereditate S. Maximini Trevericæ urbis Episcopi, cujus Glima oratorium S. Johannis in sinistro latere prædictæ urbis fulgentibus decorat miraculis*. Ecclesia S. Maximini primarium patronum agnoscit S. Joannem Evangelistam.

† **GLIMERE**, Addere. Supplementum Antiquarii: *Glimerit, προσθησεν, Addit*. [\* Ex Castigat. utrumque Glossar. leg. *Glomerat, προσθησεν*.]

† **GLINGLIO**. Vide *Gurgo* et *Gilio*.

† **GLIO**, *Mollities*, apud Papiam.

† **GLIPHATICUS**, quasi *Glizzaticus*, ut videtur, a *Glizzum*. Linteum majoris pretii; nisi forte *Gliphaticus*, scriptum sit pro *Griphaticus*, aulæque altaris dicta fuerint *Griphatica*, quod *Griphi* in eis acu picti cernerentur. Guidonis Disciplina Farfensis cap. 17: *Custos Ecclesiam adornet, presbyterium atque chorum; altaria sericis Gliphaticis*.

† **GLIRIUS**, Somnolentus. *Glirium, Torpentem, stupidum*, in Gl. Isid. a *Glire*, qui inter mures habetur maxime somnolentus. Italis alias *Glirio* idem erat quod Stultitia, stupiditas, et etiam Stultus, stupidus, ineptus.

† **GLIS**, GLITIS, *Humus tenax*, in Glossis Isid. f. a Græco γλία, Gluten, γλισχος, Lentus, viscosus, tenax, glutinosus. Gallis, *Terre Glaise*, Argilla. Papias: *Glis, Glissis, Incrementum*. *Glis, glitis, Carduus*. *Glis, glitis, Terra tenax*. *Glis, Glitis, Herba*: quæ omnia Johan. de

Janua deducit a *Glisco*, Cresco; tum addit:

*Glis, Animal*, *Glis, Terra tenax*; *Glis, Lapa vocatur*. *Ris primum*; *Glitis tenet altera*; *tertia Glissis*. *Ris, Animal*; *Tis, Terra tenax*; *Sis, Lapa vocatur*.

Demum adjicit: *Glis, glidis, Muffa panis vel vini*; id est, Mucor: qua notione vocem *Glis, glidis* Livius usurpavit.

\* **GLISCA**, *La mensa*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Glissera*.

† **GLISCERE**, est *Cupere vel desiderare, resplendere, crescere, ardescere, pinguescere, tumescere, superbire vel indignari*, apud Johann. de Janua, qui verbum illud derivat a γλιστός, Dulcis: *Quæ enim dulcia sunt*, inquit, *desiderare solemus*. Papias: *Gliscit, Crescit, ardescit, augmentatur, desiderat*. Nonius: *Gliscit est Congelascit, et colligitur, vel crescit, vel ignescit*. Vide locos ab eo laudatos, et si vacat, Lexicon Martini. Id unum observabo veteres nusquam usos fuisse verbo *Gliscere* pro *Desiderare*; recentiores vero frequenter. In Hymno Martyrum canimus:

Gliscens fert animus promere cantibus  
Victorum genus optimum.

Sic in Statutis Canonorum Regul. art. 64. apud Duellium lib. 1. Miscell. pag. 98:

Sed non plus teneat quam scit sibi quisque necesse  
Utque Deo placeat, Gliscat sibi multa deesse.

Vide Rymerum tom. 8. pag. 297. col. 1. etc.

\* Charta Radulfi reg. ann. 982. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 68: *Qui pro amore omnipotentis Domini sanctam Dei ecclesiam construere et reedificare Gliscit, etc. Goulouser*, eodem sensu, Poetis nostratibus. Phil. Mouskes in Phil. Aug.:

Le boin evesque de Tolouse,  
Qui leurs armes sauver Goulouse,  
Kacierent il fors de la terre.

Guill. Guiart. pag. 25:

Richart qui guerrier Goulouse,  
Assaut le conte de Thoulouse.

Froissart. in Poemat. MSS.:

Tres que n'avoie que douze ans,  
Estoile forment Goulousans  
De veoir danses et carolles.

\* **GLISCIERIUM**, *Amie*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. a Terentio desumptum, ubi nomen est proprium.

**GLISCHROMARGA**, [Species terræ candidæ, Gall. *Marne*.] Vide *Mergæ*.

**GLISCYWA**. Leges Adelstani Regis cap. 12: *Et diximus etiam omnibus hominibus illis, qui in nostram Glisciwam vadum dedit, si contingat eum mori, omnis congildo det unum panem et companagium pro anima ejus, etc.* Ubi Spelmanus tom. 1. Concil. Angl. pag. 407. restituit *Gildscyram*: Somnerus vero *Gildscypam*, ex textu Saxonico, quod habet gegyldscypum, id est, tribulum collegium.

**GLISDUM**. Vide *Glizzum*.

**GLISERIA**. Charta Will. Com. Pembrochii in Monast. Angl. tom. 1. pag. 721. 722: *Cum omnibus libertatibus et pertinentiis in domibus, virgultis, boscis, plantis, pascuis, pratis, pastuvis, vivariis, piscariis, Gliseriis, aquis, wreccis, etc.* Occurrit ibi rursum, et pag. 733: *In bosco et plano, in sabulis et Gliseriis, cum omni warech, quod in terram illorum venerit*. [Litteræ M. Natalis Canonici Paris. ann. 1250. e Tabulario S. Clodoaldi:

*Quorum quidem duodecim arpentorum duo sita sunt, ut dicitur, ad Albam spinam... et unum arpentum iuxta magnam Gliseriam; hoc est, si bene coniecto, locum ubi magna erat copia argillæ, quam Gallice dicimus Terre Glaise. V. Glis.]*

\* **GLAREA**, arena, ripa, nostris *Glisse*, Bestiar. MS. ubi de Struthio-camelo :

En la saison qu'ele pont,  
Ens ou sablon ses oes repond....  
Et Diex qui tout le monde fist,  
Li aide par icel devisee,  
Que ou sablon et en la Glisse, etc.

\* **EGLISSER** vero, pro Aquam *gliseria* dilutam spargere, aut etiam nude pro Inspargere, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1048 : *Le suppliant print de l'eau de icelle foulerie et en Eglisea ung pou icellui Colinet.* Vide supra *Glaretum*.

\* **GLISEGIUS**, Aedituus, Ecclesiæ procurator, Gall. *Marguillier*, alias *Gliseur*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1500 : *Item pro uno missali empto a Gliseriis parochiæ hujus ecclesiæ, 100. sol.* Lit. remiss. ann. 1449. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 276 : *Laurens le Wauquier Gliseur, autrement dit marglier de l'église du lieu de Templeuve.* Aliæ ann. 1474. in Reg. 195. ch. 1208 : *Jehan Caillet comme Gliseur ou marglier de l'église et paroisse de Rongy en nostre baillage de Tournes. Vide supra Gleya.*

**GLISIS**, Silvester Giralduus in Hibern. Expugn. lib. 1. cap. 21 : *Hasculphus a marina Glist, per quam ad naves transfugerat, retractus, etc.*

**GLISSERA**, Mensa, a *Glisco*. Ugutio.

† **GLISSIS**, Species aleæ non ita pridem apud nostrates in usu, Gall. *Glic*. Menoti Serm. Quadragesim. fol. 189 : *Si videretis fratrem nostri Ordinis solum in taberna ludentem taxillis, chartis, Glissi et fluxui.* Idem fol. 204 : *Qui ludit ad ludum chartarum, du Glic, du flux, de la triomphe.* Villonius apud Borellum in Thesaurio :

Gaigne au bariance, ou Glic, aux quilles.

Coquilartus apud eundem :

Vient jouer aux sons des cimbales,  
Au Glic, on à la condannade.

Liber de la diablerie ibidem :

Ils ne hobent de leurs maisons,  
La jouent en toutes saisons ;  
Aux quilles, au franc de quarré,  
Au trinc, au plus près du coustau,  
Au dez, au Glic, aux belles dames.

\* Nostris *Glic* et *Glicq*. Lit. remiss. ann. 1471. in Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 166 : *Lesquelz jouoient en eulx esbant au jeu des cartes au Glicq.* Vide Rabelais. tom. 1. pag. 139. et Mercur. Franc. mens. Jun. ann. 1738. tom. 1. pag. 1045.

† **GLISUM**. Vide *Glizzum*.

\* **GLITEUS**, *De creda*, in Glossar. Lat. Ital. MS. f. *Gliteus*, cretaceus.

† **GLITOSUS**, Jo. de Janua, *Argillosus, Argilleus*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. Vide *Glis*.

† **GLIX**, ἰκτιόριος, in Supplemento Antiquarii et in Glossis MSS. Sangerman. Legendum ἰκτιόριος, quæ species est plantæ, quam Plinius vocat *Equisetum*.

**GLIZZUM**, **GLIZUM**, **GLISDUM**. Linteum, seu tela majoris pretii, sic forte appellata, quod niteret ac pelluceret, a Germanico *Gleyesen*, et *Gleissen*, niteret, pellucere. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 291.] Lupus Abbas Ferrar. Epist. 68 : *Et todidem linteæ, quæ Germanice Glizza vocantur, dirigatis.*

**GLIZUM**, Eadem notione. Historia de Fratrib. conscriptis tom. 2. Alaman. Goldasti : *Quibusdam autem (Monachis) palliola viridia cum camisilibus, seu Glizis donavit.*

\*\* **GLIZZA**. Statut. Monast. Andlav. sec. XI. in Alsat. Dipl. tom. 1. pag. 181 : *Glizza duæ, camisilia duo, stola una, etc.* **GLISUM**. Charta Eccardi Comitis Augustodun. ex Tabulario Persiensi, apud Perardum : *Ampullam cum patena argentea, uno fanono viridi, cum brusdo uno de Gliso, cum sirico amistrare.*

**GLEZINUS**, **GLIZINUS**. *Camisia Glezina*, apud Monachum Sangall. lib. 1. cap. 36. Sic enim præfert Editio Pitheæana, non *clicina*, uti Duchesniana. Vide in *Camisia*. Historia de Fratrib. conscriptis : *Mensasque omnes operimentis mandavit Glizinis vestiri.*

**GLISDUM**. Polyptychus S. Remigii Remensis : *Habens velamina altaris 2. pallium 1. corporales de Glisda 2. capsam argenteam 1.*

\* Nostris *Glacøn*, eodem sensu, ut videtur. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 192 : *Une piece à lasures, une autre piece sans lasures, nommée Glacøn, une piece de pans, etc.* *Glacøn* vero, Vestis militaris species, apud Math. de Couciaco in Carol. VII. pag. 586 : *Lesdites communes, qu'on appelle Suisses, estoient assez communement habillez de jaques, de pans, de haubregerie, de Glacøns et de chapeaux de fer, à la façon d'Allemagne.*

\* **GLOA**, Ligni seu arboris stipes, trabs, nostris alias *Gloe*. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 221 : *Dum ex solio seu logia grossa ligna per dictam fenestram in curia projiceret, accidit quod una Gloa, seu alia petia hujusmodi lignorum super caput Johannis... cecidit.* Aliæ ann. 1376. in Reg. 110. ch. 188 : *Le suppliant... donna d'une Gloe ou buche sur la teste, dont il chei estourdi à genoulz.* Item pour le cent de Gloe, *ij. den.* in Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 249. v. Itæ etiam leg. pro *Gloc*, in Lit. ann. 1315. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 600.

1. **GLOBA**, *Junctura*, Papiæ.

\* 2. **GLOBA**, Summa. In una *globo*, Summatim, vulgo dicimus, *En bloc*. Reg. feud. Aquit. ann. 1273. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 42. r. : *Quando dominus tenet curiam in loco vocato la Tasta enbanida, debet facere domino in una Globa tredecim denarios.* Hinc

\* **GLOBAGE**, In unum colligere. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Globat, acerbatur vel colligit.* Pro Pila ludere alicubi legi : at ubi, jam non memini.

† **GLOBATA** ROTALIS, Scripturæ genus. Vide *Scriptura*.

† **GLOBELLUM**, a *globo*, *Instrumentum*, Papiæ.

\* **GLOBISARE**, Globis ludere. Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. pag. 37 : *Filius nondum emancipatus... si Globisando, vel tesserisando, aut quemlibet alium ludum damnosum ludendo, aut alia exercendo, aliquid perdidit, etc.*

\* **GLOBORARE**, Corroborare, Gall. *Fortifier*. Charta ann. 1432. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 708 : *Affectans... mutuum affinitatem ac amicitiam firmo cingulo Globorare et auvere, etc.*

**GLOBOSITAS**, Ἐπιχώμα. *Globositas terræ*, apud Macrobius lib. 1. cap. 15. [*Globositas, Montositas*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS.]

**GLOBUS IMPERIALIS**. Vide *Palla* 1.

† **GLOCCA**, Campana, Gall. *Cloche*. Signum Ecclesiæ quod vulgo appellari solet

*Glocca*, apud Othlonum in Vita S. Bonifacii Ep. 1. 2. cap. 24. Vide *Cloca* 2.

\* **GLOCTOLARE**, Ciconiæ clamor, in Carm. de Philom. ad calcem Cod. reg. 6816 :

Gloctolat immenso marenque ciconia rostro.

Vide *Glotorare*.

† **GLODITATUS**, ἡδύς. Gloss. Sangerm. Suavis. [\* ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Glodidatus*. Vide Festum.]

† **GLODIUS**, f. *Gladiolus*, carex, Gallice *Glayeul*. Consuetud. Lemovic. art. 77 : *Non debet cooperiri domus aliqua de Glodis sive palea.* Vide *Glosses*.

**GLODUS**, Clavus, Gallis *Cloud*. Telo-neum S. Audomari in Tabular. S. Bertini : *Duo scof ferri 1. obol. Glodi ferri centum 4. den.* [\* Vide supra *Clodus*.]

\* **GLOERIIUS**, Qui arborem in *gloas* seu stipides findit. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Omnes illi qui reddunt pro consuetudine forestæ avenas, et garbas, et ova, et tortellos, et gallinas, possunt et debent capere sine emenda semper consuetudinem forestarii in Brotonna, videlicet emundam de super suam rotam, et residuum Gloerii, et lignifabri, etc.* Vide supra *Gloa*.

**GLOGGA**, ut *Glocca*. Vide *Cloca* 2.

† **GLOMA**, ἰαπίς, Acus, in Glossis Sangerman. MSS.

† **GLOMERA**. Vide *Glomex*.

**GLOMERARI** **GLOMERELLI**, in Statutis Academiæ Cantabrigiensi tertio hinc sæculo editis asseruntur fuisse quasi Commissarii, dati ad lites inter scholares et ministros suos audiendas. Hæc Spelmanus.

† **GLOMERE**. Papias : *Glomit, Exoritur.*

**GLOMERUM**, *Pallium pastorale*. Ugutio.

**GLOMEX**, Plinio *Glomera*, aut *Glomus*. Gl. Lat. Gr. : *Glomera* et *Glomus*, ἀβίς, Wolphardus Presbyter in Vita S. Walburgis lib. 1. n. 19 : *Cum duabus vicibus ex Glomice, sive trama, quam manu tenebat, in tela fila transponeret.*

**GLOMO**, Instrumentum rotundum, quod retinetur in ore, ut teneatur os apertum. Matth. Silvatic.

\* **GLOMOS**, *Linsel. Glomissellus, petit linsel*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

**GLORA**, Terra, in Amalthea ex Glossis.

1. **GLORIA**, Pompa, apparatus. Anastasius Bibl. in S. Joanne PP. pag. 35 : *Veteres Græcorum hoc testificabantur, dicentes a tempore Constantini Augusti... usque ad Justinii Augusti tempora non meruisse partes Græciarum B. Petri Apostoli vicarium suscepisse cum Gloria.* Vetus Chronicon Francicum, editum a Petro Lambecio lib. 2. Comment. de Bibliotheca Cæsarea pag. 373 : *Celebrantque Pascha Domini cum magna Gloria.* Anselmus Havelbergensis Episc. lib. 3. Dialog. cap. 12 : *Agapitus Papa natione Romanus veniens CPolim ad Justinianum Augustum, cum Gloria susceptus est.*

2. **GLORIA**, Titulus honorarius, concessus Regibus et Magnatibus. Anastas. Bibl. in Martino PP. pag. 50. de Exarcho : *Oportet Gloriam tuam, ut sicut nobis suggestit Paulus Patriarcha hujus a Deo conservandæ urbis, peragere.* Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman. : *Unde tibi, gloriosissime Domne Chlotarie, bona retribuamus : attamen de id, quod Gloria vestra nobis contulit, etc.* Epistola Ladradi Archiep. Lugd. ad Carolum Imp. : *Ecce adsunt in conspectu Gloriæ vestræ, etc.* Ad Gregorium M. lib. 1. Epist. 23. 47. lib. 10. Ep. 7. Avitum Ep. 1. 69. 70. aliam Epistolam ejusdem Aviti,



editam a Steph. Baluzio post Agobard. Epist. Vigilii Arelat. apud Baron. ann. 588. n. 27. Epist. Judæorum ad Recesvindum Regem in Lege Wisigoth. lib. 12. tit. 2. § 14. Gesta Dagoberti cap. 36. Historiam Wambæ Regis pag. 833. Epistolam ex Franciscis tom. 1. Hist. Franc. 19. Epist. Nicolai I. PP. 8. 27. 30. 31. Joannis VIII. PP. 2. etc. Hinc

GLORIOSI dicti præcipui Magistratus. Idem Anastasius in Joanne PP. pag. 50: *Quomodo nobis suggestit Platon Gloriosus Patricius, et Eupraxius Gloriosus.* Adde Gregor. M. lib. 7. Epist. 11. 22. 30. 32. 70. lib. 8. Epist. 8. lib. 9. Epist. 35. 36. Reges interdum ita compellatos multis probat Bivarius in Commentat. ad Pseudo-Maximum pag. 65. et seqq. qui ejusmodi titulum affectasse Wisigothorum Reges observat. [\*] Vide Glossar. med. Græcit. voce Μεγαλοπρεπέστατος, col. 895.] Le Roman de Blanchandin MS. ubi de Regis filio:

Darres le fils Alimodes  
Garde la tor et le pales,  
Moult ot li Glos riche mesniée,  
Fait avoir une chevalchiée.]

† 3. GLORIA, Hymnus Gloria in excelsis. Statuta Ecclesiæ Aquensis ann. 1875. MSS: *Statuerunt quod licet perdant tales distributiones, quas lucrati fuissent, si ante gloriam vel Epistolam cantatam in choro venissent, nihilominus in choro intrare valeant, sed distributiones non lucentur.*

4. GLORIA PATRI, *Glorificatio Trinitatis*, Versiculus, qui Psalmos claudit, Cassiano l. 2. de Cœnob. Instit. cap. 8. δοξολογία Græcis. Gregor. Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 33: *Postquam dicta Gloria Trinitati. Joannes Abrincensis Episc. de Offic. Eccles.: In his tribus horis bis tres Psalmos cum trina Glorificatione sanctæ Trinitatis canimus. Alibi: Quod vero in primo nocturno in Dominicis diebus 12. Psalmos cum trina Glorificatione sanctæ Trinitatis canimus, et quatuor una Glorificatione et una Antiphona copulamus, etc.* Scribit auctor Chronici Reichersperg. ann. 868. Damasus PP. constituisse, *ut in fine cujuscumque Psalmi Gloria Patri cantaretur: quem morem sua invaluisse ætate refert idem Cassianus loco citato, et si secus uteretur Orientalis Ecclesia, ubi cum silentio omnium, finito Psalmo, oratio succedebat.* Sed longe ante Damasum Hymnum istum glorificationis, immo ab ipsis Apostolorum temporibus obtinuisse, pluribus contendunt Baronius ann. 325. Durandus de Ritibus Eccles. lib. 3. cap. 15. et alii. [Consule Constantium tom. 1. Ep. Rom. Pontif. col. 612.] Vide Concil. Vasion. I. sub Julio cap. 3. Vasense II. cap. 5. Narbon. I. cap. 2. Toletan. IV. cap. 13. Vigiliam PP. Ep. 2. Walafridum Strabon. lib. de Rebus Eccles. cap. 25. Bernonem Augiens. cap. 2. Micrologum cap. 31. Durandum lib. 5. Ration. cap. 2. num. 17. et seqq. [\*] Glossar. med. Græcit. voce Δοξολογία col. 824.]

GLORIA, nuda vel Gloria Psalmi. Tres Psalmos dicere sub una Gloria, in Regula S. Benedicti cap. 17. 8. Gloria primi Psalmi, cap. 43. Psalmos definire cum Gloria, vel cum una Gloria complere, in Regula Magistri cap. 33. Gloria Invitatorii, Gloria primi Psalmi, in Charta ann. 1304. apud Ughellum tom. 7. pag. 398. Ad gloriam Psalmi inclinare, apud Hubertum de Miraculis lib. 1. cap. 11. et in Statutis Ord. de Sempringham pag. 741. Occurrere ad primum Gloria, in eisdem Statutis pag. 764. 726. Adde Johan-

nem Episc. Abrincensem de Eccl. Offic. pag. 8.

† 5. GLORIA. Sic vocatur una, octava scilicet, e novem partibus hostiæ divisæ in Missa Muz-arabica: *Et sumit illam particulam, Gloriam, et omnes reliquas per ordinem, et sumit calicem dicendo, etc.*

\* 6. GLORIA, Specimen, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Perperam pro Glossa. Vide in hac voce secunda notione.

GLORIABILIS, Καυχματίας, in Gloss. Græc. Lat. Superbus. Glossæ aliæ MSS. *Gloriatio, καύχημα.*

\* GLORIANTISSIMUS, Titulus honorarius, concessus archiepiscopo. Charta ann. 855. in Chartul. eccl. Vienn. fol. 40. v. col. 2: *Domino honorantissimo et Gloriantissimo patri Agelmario archiepiscopo, etc.* Vide Gloria 2.

† GLORIARE, pro Gloriar. Supplem. Antiquarii: *l'Gloriat, αἶψα, Gloriatur.*

† GLORIARI. Fulcinius de Gestis Abbat. Lobienensis tom. 6. Spicil. Acheriani pag. 588: *Unum hoc ultimum et omnibus prædicatum, pluribusque sui comperto notissimum dicemus: quod videlicet nullus qui Ecclesiæ illi unquam intulit damnum, Gloriatum sit in annum: et si forte pro quolibet, ut assolet, injuste illato damno Monachi ex majori Monasterio, quod quidem inferius est, montem S. Ursuari scandunt reclamaturi, creditur, nec vana spes est, nunquam inultum iri. Ubi Gloriar. idem est ac eo, quod quis intulit, damno minime frui, nec ob id inultum manere.*

GLORIATIO CRUCIS. Vide Crux.

GLORIETA, Ædificiolum altius, nostris *Gloriette*. Statuta Mediolanensis 2. part. cap. 348: *Si quis de cætero construere vel construi facere voluerit aliquam baltrescham, ponticallum, vel Glorietam, in ejus domo, super muro proprio, vel communi, per quam immediate prospici possit in domum vicini, hoc ei liceat, etc.* [Computus ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 274: *Pro tabulis necessariis in Glorietta domini. Le Roman de Partonopeus MS.:*

Une moult bien peinte Chambrete,  
Urake nome Glorieto.]

\* 1. GLORIFICARE, Collaudare, Gall. *Rendre gloire*. Epist. Nicolai I. PP. ad Carolum C. ann. 863. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 393: *Quapropter ejus (Dei) misericordiam Glorificamus, etc.*

\* 2. GLORIFICARE, Celebrare, illustrare, Gall. *Rendre célèbre*. Chron. Herman. ad ann. 288. tom. 6. ejusd. Collect. pag. 226: *Reliquæ S. Marcellini Aquigrani allatæ, plurimis Glorificantur miraculis.*

GLORIFICATIO TRINITATIS. V. Gloria 4. \* GLORIFICUS. [Gloria plenus. Imp. Justin. Coa. 2. 8. 6. Relicta observatione *Glorificæ* tuæ sedis.]

† GLORIOLARI, Gloriola et vanitate affici. Gozechini Epistola apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 366: *Ergo arguis in me levitatem vanitatis animi qui velut hac illac fluitans vacare desideret et Gloriar. pro eo quod Leogium nostrum tantopere laudaverim.*

\* GLORIOSE, Honorifice, Gall. *Honorablement*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 509: *Cum dictus exponens die festi Assumptionis B. Mariæ Virginis... aliquos ex amicis suis in domo sua, ob dicti festi reverentiam, invitasset, et eisdem de bonis et epulis suis dare Glorioso et lætifice proposuisset, etc.*

† GLORIOSI. Vide in Gloria 2.

GLORIOSITER, Glorioso. Occurrit apud Eulogium Cordubensem.

† GLOS, ris, pro Gloria. Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 63:

Pignere Sanctorum, multa quoque Glore venustus.

[\*\* Virgil. Grammat. pag. 123: *Gloria a Glorificatione. Apud philosophos Glores dicuntur.*]

\* Ita et nostris Glore, pro Gloire, ut non semel legitur in Poem. Rob. Diaboli Ms.:

A tant a enquis de son iestre,  
Que che ne puet carneus home iestre.  
De Glore vient, en Glore vait,  
Et de Glore viennent si fait.

\* 2. GLOS, ἀνδρὸς ἀδελφῆ. Reg. Levis, *Glos, ἀδελφῆ γαρμτῆ, ὁς Πλαύτος.* Cujac. Ita in Castigat. ad utrumque Glossar. Aliud Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Glos, soror viri.* Vide Analecta Mabill. edit. in fol. pag. 326. [\*] et Forcellin. in hac voce. Pro uxore fratris occurrit in chart. ann. 1300. apud Guden. in Cod. Diplom. tom. 2. pag. 298.]

\* 3. GLOS, *Lo legno putrido.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide supra Gloa.

† GLOSSA, pro Glossa, Interpretatio, Gallice *Glose*, in Regesto Parlamenti ann. 1408. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 597. [\*] Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 3. cap. 24. § 207. not. e.] Vide Glossa 2.

\* [Legitur in thesauro ecclesiæ Claramontensis. (Mus. arch. dep. an. 980, p. 42: « Breve de libros sanctæ Mariæ... Glosarium 1. »)]

† GLOSSARE, pro Glossare, ut infra. Appellatio universitatis Paris. a Benedicto XIII. PP. dicto, apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 148: *Fuitque dictum per nonnullos suorum quod Glosari debebat illud juramentum.*

\* Interpretari. Stat. castri Redaldi lib. 1. pag. 8. rº: *Quod statutum præcisum sit, et non possit Glosari et interpretari, nisi ut in litera jacet.*

\* GLOSATIO, Vide mox Glossatio. [Fr.]

† GLOSATURA, ut Glossa, Interpretatio. Vita Anastasii PP. IV. apud Murator. tom. 3. pag. 440. col. 1: *Hic etiam Glosaturam super Psalterium et Epistolas Pauli ab Anselmo per Glosulas interlineantes marginalesque distinctam, post a Gliberto continuative productam latius apertiusque explicavit.* Similia sunt in Chronico Trivetti apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 417.

† GLOSSOCHOMUM, Feretrum, locus, Græc. γλωσσόχομον. Agnellus in Vita S. Joannis Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 189. col. 2: *Alii salicum vimine intexebant crates, alii tondebant salicum ramos, qui operiebant Glossochomum: ubi jacebat corpus defuncti.*

[\*] Vel Sepulcrum. Minus bene *Glossochonium*, tom. 7. Jul. pag. 183. col. 2.]

1. GLOSSA, Lingua, idioma ex Gr. γλῶσσα. Fridegodus in Vita S. Wilfridi:

... Nota peregrina: cui famina Glosse.

2. GLOSSA, Imago, exemplum rei. Vide Gloa. Alanus pag. 419:

Nostrum statum pingit rosa,  
Nostris status decens Glosa,  
Nostræ vitæ lectio.

\* GLOSSA VOCABULI, Vocis etymon. Mirac. S. Helenæ tom. 3. Aug. pag. 616. col. 1: *Præsigio namque muneris celestis eum intra Glosiam sui vocabuli statuum permansurumque prævidentes; Altumvillare vocitarunt.*

\* GLOSSA, Petra, lapis similis linguæ humanæ. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

\* GLOSSALE super tres libros Salomonis et lamentationes Jeremiæ. Ita ins-

cribitur. Codex membraneus in Bibl. Heilsbr. pag. 12.

**GLOSSARE**, Denudare, aperire, ut glossa vim verbi detegit. Idem Alanus l. 3. extremo Anticlaud. :

Hac igitur veste virgo nitet, immo virago  
Glossat in hac mentem, virgæ dans otia, fabrum  
Induit, etc.

Idem de Planctu naturæ :

Nec se justitiæ luce colorat,  
Nam sese vitium Glossat aperte,  
Fit fraus ipsa sui lingua furoris.

**GLOSSARIUM**, Papiæ, dictum quod omnium fere partium glossas contineat. Vide Præfationem nostram.

\* **GLOSSATIO**, Idem ac *Glossa*, Interpretatio, Italis *Chiosa*, *glosa* et *glossa*, Gall. *Glose*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 326 : *Statuimus et ordinamus quod nulla absolutio, dispensatio, interpretatio, Glosatio (reglosatio '50, '52), reformatio statutorum... fiat super aliquo statuto preciso, etc.* [F.R.]

† **GLOSSATOR**, Glossarum scriptor, interpres, Gall. *Glossateur*. Passim occurrit apud recentiores.

† **GLOSSATUS LIBER**, Glossis elucidatus, in Gestis Abbatum Lobensium apud Acher tom. 6. Spicil. pag. 634. et alibi non semel.

† **GLOSSELLA**, Parva Glossa, annotatiuncula, in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 802.

**GLOSSES**, Gerardus Presbyter in Vita S. Udalrici Augustani cap. 19: *Ecclesiam autem S. Afræ, quæ a paganis fuerat cremata, adhuc reedificata non erat, sed tugurium Glossibus tectum altaria ab imbribus et intemperiebus defendebat. Incertum, an culmos vel scandulas intelligat.* [Vide *Gladius*.]

† **GLOSSOGRAPHUS**, ut *Glossator*, passim.

† **GLOSSULA**, λέξίς, Dictio, in Supplemento Antiquarii. Vide *Glosatura*.

\* **GLOTONUS**, Scurra, mimus, ganeo, homo libidinosus; quo sensu *Glotonin* et *Glout* nostri dixerunt: unde *Gloutrenie*, pro Libido. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Glota, Prov. leccatrix, lena, parasita. Glotoniar. Prov. scurrari. Stat. Vercel. lib. 3. pag. 84. rº: Neque scienter hospitentur Glotonos, avertatores, basclaceros, meretrices, galiatores vel bannitos. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 459: *Icellui Robert, qui estoit peussant homme de corps, mauvais Glout et de mauvaise renommée, etc.* Aliæ ann. 1400. in Reg. 155. ch. 389: *Icelle femme par sa mauvaistié Glotonine, commist et perpétra adultere, et se abandonna à un sien voisin. Le Roman de Cléomades Ms. :**

Ne d'orguel, ne de Gloutrenie;  
Chil sont capiel de déablie.

Unde *Malegloute*, de muliere immunda et inhonesta, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 128. ch. 173: *Lors Maroie dist à laditte femme, va-t-an Malegloute, je ne veil à ton point de tencion. Hinc Gloute parole, pro verbum injuriosum, convicium, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 105. ch. 3: *Icellui Regnault dist au suppliant tant d'autres Gloutes paroles, que tous ceulz qui estoient présens en estoient esbaiz. Haud scio an a veteri Gallico Glete, Sordes, spurcicia, corruptio. Bestiar. Ms. :**

Le carongne que la mer gete,  
Homme, beste, ou poisson, ou Glete.

Le Despirement du Corps Ms. :

Vius es, et ors à mourir as,  
Si deviens Glete et pourreture.

IV

Inde fortassis, *Glous* pro vulgari *Egout*, Cloaca, per quam purgamenta effluunt, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 283: *Icellui Robert disoit audit Gille qu'il lui avoit occupé et occupoit Glous et parois à lui appartenans, estans en laditte ville de Saint Pol, de mortier ou ordure, que ledit Gille devoit mener ou faire mener aux champs. Vide infra Gallicum Glassouer in Goterius.*

\* Sed et *Glout*, pro *Helluo*, vorax, vulgo *Glouton*, occurrit in eodem Bestiar. Ms.:

Si Glout de boire et de mangier.

Unde *Gloutement*, pro *Gloutonnement*, Voraciter, avide, in Hist. Caroli VI. pag. 177: *Et quant il mangeoit, c'estoit bien Gloutement et louvissement. Godon, eadem acceptione, Cotgravo; quæ vox occurrit apud Anonym. in Carolo VII. pag. 512. Aliis, idem est quod Homo divitiis rebusque omnibus abundans. Ejusdem originis est vox *Seglout*, Frustum, quod uno haustu deglutitur, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 2. :*

En mer chai et mort l'englout,  
Tout autresi com un Seglout.

Vide *Gluto*.

**GLOTORARE**, Κλάγγειν, Clangere, voce ciconiæ. Auctor Poemat. de Philomela :

Glotorat icimmo de turre ciconia rostro.

Plinius dicit ciconias inter se commurmurare, Solinus vero, fere linguas non habere, verum sonum, quo crepitant, oris potius, quam vocis esse. [\* Vide supra *Glotolare*.]

† **GLOVIDENUS**, Vide *Gluvidenus*.

\* **GLUDERE**, [Concutere, detrahere extorticare. DIER.]

\* **GLUEN**, GLUIUS, a Gallico *Glui*, Palea, calamus, vulgo *Chaume*, Charta ann. 1322. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 34. col. 1: *Item percipit in dicto loco dominus Calvissionis pro annuo censu, dum petit, a quolibet habente animal deferens bastum, duas sarcinatas de Gluen. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1370: *Item datum pro Gluis, gluyos (sic) et Gluyotage, vj. lib. x. sol. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 323: *Un fesseau de chaume, autrement appellé Glui. Reg. Corb. 13. sign. Habacuc ad ann. 1510: *Les Gluyos pour faire les festus à leyer lesdites vingnes. Sed et Gluy dixerunt, pro Spicarium seculari manipulo et fasciculo herbarum. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 128. ch. 132: *Un Gluy de feves, où il avoit environ un boisseau de feves. Aliæ ann. 1405. in Reg. 160. ch. 150: *Le suppliant print furtivement aux champs neuf Gluys ou jarbes de seigle. Charta ann. 1476. in Chartul. Latinac. fol. 246: *Trois bons Gluys de jonchée vert, chacun Gluy la charge d'ung homme. Gluyon, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1457. ex Reg. 189. ch. 192: *Jehanin Boistel porta aux champs ung Gluyon de feurre, pour d'icellui lyer le blé que ses gens soyoient. Hinc Gluier et Gluyeter, Calamum colligere vel in fascem colligare. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. ch. 27: *Pierre Hermart ayant envoyé Jehan Hermart son filz et Gillon sa fille Gluier du gluy aux champs, etc. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1369: *Item cuidam mulieri pour Gluyeter estrain pro duabus dietis, iij. sol.**********

\* **GLUNNIRE**, in Sermon. Hildeberti Cenom. pag. 638. pro *Grunnire*. Vide in hac voce.

† **GLUERE**, GLUVERE, pro *Glubere*, Corticem detrahere. Papias in MS. Bitu-

ric. : *Gluerè, Cutem detrahère, excoriare. Gluier, Excoriat.*

**GLUFIA**, Gall. *Glufie*, Species ferri fusi, in Usaticis Vicecomitatus Aquarum Rotomagi MSS.

† **GLURA**, Simia. *Clura*, vel *Glura*, Simia, in Glossis MSS. Sangerm. Apud Papiam MS. habetur : *Clura vel Glurum, Simia. Vide Clura.*

**GLUTEN**, *Fel taurinum*, Joanni de Galandia in Synonymis Chymicis. [Rochole Baillif in Dictionario Spagyrico, *Gluten album, vel Synonia, est pars corporis nobilissima, subtilis, pura, alba, perspicua, sal dulce, et humor naturalis, et est locus tartari et podagræ.*]

† **GLUTINATORIUM**, *Glutinum*. Gloss. Græc. Lat. : Κολλητήριον, *Glutinatorium*. \* **GLUTINUM FAMILIARITATIS**, Necessitudo, qua quis cum altero conjunctus est. Vita S. Abbon. Floriac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 340: *Charitativo laudabilis in Domino familiaritatis Glutino ei in omni sua conjunctus vita.*

\* **GLUTINUS**, Coagulatus. Vita S. Guthl. tom. 2. Apr. pag. 49. col. 2: *Illa ergo partem Glutinam salis, a S. Guthlaco ante consecratam arripiens, etc.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Gluyer, conjoindre, Glutinare.*

\* **GLÛTIRE**, Espouissier, sive uxorare. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

**GLUTIS**, *Terra tenax*, in Glossis MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. *Gluten*. [Vide *Glis* et *Glutum*.]

1. **GLUTO**, GLÛTTO, λαίμαργος, in Gloss. Gr. Lat. Papias: *Ambro, devorator, profusus, luxuriosus, Glutto, consumptor patrimonii. Idem, Elluo, prodigus, Gluto, ambro, etc.* Gl. Lat. MS. Reg. : *Lurconem, Devoratozem, vel Gluttonem. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 4: *Divites, Gluttones. Et infra: *Neronem dicit Gluttonem. S. Ambrosius: *Sic amat diabolus filios suos ut perdat, sicut amat Gluto porcellum ut comedat. Acta S. Sebastiani cap. 3. de Vita præsentè: *Ipsa dat edacitatem Glutonibus, ipsa ebrietatem ingerit temulentis. S. Eligius Homil. 14: *Qui erat commessor, id est, Glutto, aut ebriosus, fit parvus et sobrius. Ditmarus lib. 4: *Glutto et simulator. Math. Paris. ann. 1105: *Et quos desides vocat, et Gluttones conculcare desiderat. [Rathierus Veron. in Serm. 1. de Quadrag. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 284: *At contra Gluttonum ista solet esse defensio, licet non per omnia falsa: *Melius est, aiunt, abstinere a vitibus, quam a cibis. Sed quomodo abstinet a vitibus qui gulæ deservit? [Adde Regul. Magistri cap. 1. 16. 69. V. *Glotonus. Le Roman de Gaydon MS. :***********

Va Glous, dit Nain, Dex te doit encombrer.

\* 2. **GLUTO**, ut **GLOTONUS**, a veteri Gallico *Glout*, Ganeo. Stat. Secus. ann. 1197. inter Mon. Hist. Patr. Taur. tom. I. Legum Munic. col. 6: *De Glutonibus et meretricibus.* [F.R.]

\* **GLUTORIUM**, *Le lieu où l'en glue*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide supra *Gluen* et *Glutinus*.

† **GLUTUUS**, pro *Glutius*, quod legitur apud Persium, Guttur. Vox ficta ex imitatione soni, quem edit liquor means per angustum tramitem. Gloss. Isid. : *singultum, Qui loquitur per Glutuos.*

† **GLUTUM**, GLUTIS, κολλά, *Gluten*, in Supplemento Antiquarii. Vide *Glutis*.

\* **GLUTUS**, [Unitus, bene subactus, coherens, instar eorum, quæ glutino conjuncta sunt. Cato R. R. 45. Locus bipalio subactus, beneque *Glutus* siet. Eadem verba habet *Plin. 17. 18. 29. Pro*

*Glutus*, quod et *Gluttus* scribunt, dicitur etiam *Glitus*, seu *Glittus*. Hinc *Festus*: *Glitis*, subactis, lāvibus, teneris.]

† **GLUVERE**. Vide *Glivere*.

† **GLUIDENUS**, *GLOUIDENUS*. Ennodius lib. 5. Epist. 4: *Accipe ergo risum motura poemata, et Gluidenum tuum se solum agnovisse contentus a publico rigore me subtraha*. Idem in Præfat. carminis ad Faustum: *Ad camœnalem tamen ignominiam, quibus nunquam Gluidenus deest, versus adjeci*. Notio vocis perspicua; pro imperito enim usurpatur, sed origo incerta. [\* Forte leg. *Gnovidenus*, ab Italico *Gnocco*, Insulsus, imperitus.]

† **GNABAT**, *Natus, generatus, filius, creatus, vel enicatus, lingua Gallica*. Gloss. Isid. In *Glossis* MSS. ut jam dictum est in *Creare* 1. pro *Gnabat* habetur *Gnatus*. Hanc genuinam esse lectionem probabilissimum est. Forte tamen possent alia ratione corrigi *Glossæ* Isidorianæ, legendo scilicet *Gnab* vel *Gnaba* pro *Gnabat*; *Gnab* enim apud veteres Gallos significasse videtur filium puerum seu famulum, ut hodiernum *Knab* vel *Knabe* apud Germanos. Vide *Grævium* et *Martinium*.

\* **GNAFFUS**, *GNAFUS*, Ludi taxillorum species. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. I. pag. 302: *Statuimus... quod nullus in civitate seu burgis vel comitatu debeat ludere ad aliquem ludum taxillorum, seu bescaçarie, seu murbiolæ, ad açardum, seu Gnaffum (Gnafum '59, '60), seu ad raquetum, etc.* [FR.]

† **GNANUS**, pro *Nanus*, *Pygmæus*, in *Archireno* lib. 2. cap. 12. [\* Vide supra *Cobali*.]

† **GNARAT**, in *Supplemento Antiquarii*, vel *Gnarrat*, ut est apud *Martinium*, *δυνασταί, Narrat*. Hinc *Martinius* *Narrare* deducit a *Gnarus*, quasi *Narrare* sit *Gnarus* facere.

† **GNARIFICATIONES**, *Sermones*, *Papiae*.

† **GNARITUR**, *γνωρίζεται, Cognoscitur*, in *Supplemento Antiquarii*. Vide *Gnoritur*.

\* **GNARUM**. Inventar. ann. 1389. apud *Murator*. tom. 16. Script. Ital. col. 809: *Tabolerium unum laboratum ad Gnara et de jaspide cum scacchis et merellis*.

† **GNARURAT**, *γνωρίζεται*. *Gnarus* seu notum facit, in *Glossis* Lat. Gr. *Sangerman*. MSS. et in *Supplemento Antiquarii*.

† **GNARURIS**, *Gnarus*, notus. Gloss. Lat. Gr. *Sangerman*. MSS.: *Gnaruris, γνωρίζω*. *Ausonius*: *Non cultor instans, non arator Gnaruris*.

† **GNATARE**, *τεκνοποιῆσαι*. *Gnatos* seu filios procreare, in vet. *Glossis*; *Supplementum* autem *Antiquarii* præfert: *Gnatate, παιδοποιῆσαι, Liberis operam dare*.

† **GNATICA**. *Guillel. Armoricus* de *Gestis Philippii* Aug. pag. 82: *Sed inclusi parum curabant hujusmodi jactus lapidum et sagittarum..... tuto latentes in cryptis et Gnatidis*.

† **GNATICIDIUM**, *τεκνοκτονία*, in *Gloss. Gr. Lat. Codex MS. S. Germani Paris*. habet *Gnatium*. [Genuinum est *Gnaticidium*, *Gnatorum* seu liberorum cædes, *paricidium*.]

† **GNATONICUS VIR**, ut *Gnatho*, *Parasitus*, vel *Vir impurus* et *nihili*. *Henricus Huntindonensis* apud *Acherium* tom. 8. Spicil. pag. 191: *In Sicestria vero sedit Radulfus: in cujus loco sedit Pelochion vir Gnatonicus, et ob hoc depositus*. *Johan*. de *Monsteriolo* apud *Marten*. tom. 2. *Ampliss. Collect.* col. 1451: *Quibus ipse Gnatonicus blandiri conten-*

*debat. Gnatonico ritu cantare, i. e. more Gnatonum eid. Johanni* *ibid.* col. 1402.

† **GNATVS**. Vide *Creare* et *Gnabat*.

† **GNAVARE**, pro *Navare*, *Operam dare*. Gloss. Isid. *Gnavat, Fortiter exequitur*. \* **GNEPHOSUS**, et **CNEPHOSUS**. Vide *max*.

† **GNETONSUS**, *ἀνατολός, ανατολός*, in *Glossis Sangerman*. MSS. *Lege Gnephosus*. *Festus*: *Gnephosum, Obscurum; videlicet ex Græco, quod est ἀνατολός*.

\* Vide *H. Stephanum* in *Præfat.* ad *Thes. Ling. Gr.* pag. 14. ut et *Scaliger*. ad *Festum* in hac voce.

\* **GNITUS**, et *Gnicus* [a *genibus* *prisci* dixerunt. *Fest.*]

\* **GNOBILIS**, [Idem quod *nobilis*, apud veteres. *Festus*: *Nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per G litte-ram. Accius ibidem. Ego me Argos referam: nam hic sum Gnobilis. Liv. Andron. ibid. Ornamento incedunt Gnobili.*]

† **GNOMOLOGIA**, *γνωμολογία*, *Sententiarum prolocutio*. Legitur apud *Rochum Pirrum* pag. 261. *Siciliæ sacræ*.

† **GNORITUR**, *Cognitum sive compertum est*, apud *Papiam*. Vide *Gnaritur*.

\* **GNOSCO**, [Nosco, cognosco: *Cæcil. apud Diomed.* l. p. 378.]

† **GNOSOCOMIUM**, pro *Nosocomium*. *Glossæ* MSS.: *Gnosocomium, domus infirmorum. Gnosos, infirmilas*.

† **GNOSTICI**, *Hæretici*, quorum hæresis a *Nicolao Antiocheno* fluxit, ut auctor est *Philastrius*.

† **GNOSTICUS**, *Doctus, peritus*, a *Græco γνωστικός*. *Charta Eadgari Regis Britan.* apud *Madox* *Form. Anglic.* pag. 174: *Cuidam ministro mihi oppido fideli, qui ab hujusce patriæ Gnosticis nobili Mangoda appellatur onomate..... largitus sum, etc.*

† **GNOT**, f. vox abbreviata pro *Gnovit*, *Novit*. *Gl. Lat. Græc. Sangerman. MSS.*: *Gnot, οἶδεν, ἐπιγνώσκει*: quod posterius verbum omittitur in *Supplemento Antiquarii*.

† **GNOTUS**, *διὰ γνώσεως, γνωστός, Cognitio*. *Supplem. Antiquarii. Festus* habet: *Gnotu, Cognitu*.

\* **GNOZ**. *Vim vocis explicat Charta Rudol. I. imperat. ann. 1274. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. Mss. pag. 154: Ecclesia S. Martini in Pfullingen quosdam habet homines censuales, tam in eadem villa, quam alibi residentes, qui nobis et imperio ratione advocatiæ seu domini sunt subjecti, qui vulgariter Gnoz appellantur, quorum bona immobilia, quæ pro (f. per) se possident, non consueverunt hactenus, ut dicitur, aliis quam prædictis hominibus, qui Gnoz appellantur, dari, vendi vel aliter alienari, nisi per alia bona immobilia æquivalencia, vel meliora dictis hominibus restaurentur.* [\* Vide *Haltaus. Glossar. German. voce Genosen*, col. 659.]

† **GOA**, *GRIOA, GROA*, *Mensura 3. palmorum. Informationes Civitatis Massil. de passagio transmarino in MS. Sangerman. Primo ad navem habentem quindecim palmos in sentena expedit habere arborem de Pora longitudinis XLV. Griaorum et grossitudinis, seu rotunditatis novem palmorum et medii: et est ad sciendum quod quælibet Groa continet tres palmos. Item ipsa eadem navis habebit aliam arborem in medio habentem in longitudine XLIII. Goas. Quæ postrema vox Goa passim ibidem occurrit; semel autem tantum Gria et Groa, eadem notione.*

\* *Contract. navium Massil. in Reg. Cam. Comput. ex Bibl. reg. sign. 8406. fol. 201. vº: Et habebit (navis) a xxxviij.*

*Gois usque ad xxxviij. Goas de roda in roda.*

† **GOBEL**, *Calix, poculum, culullus*: *Gall. Gobelet. Necrologium Parthenonis S. Petri de Casis: 29. Sept. ob D. Ysabel de la Tour, quæ dedit unum calicem et unum Gobel. Efformatur ex Cupa, Cuspella, Gall. Coupe.*

† **GOBELETTUS**, *GOBELETUS*, *Eadem notione*, in *Inventario anni 1347. tom. 2. Hist. Dalphin.* pag. 555. et 556. *Gobeletus*, in *Testamento ann. 1373. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern.* pag. 138. in *Actis SS. Julii tom. 1. pag. 608. in Testamento anni 1304. inter Instrum. Hist. Meld. pag. 215. etc.*

† **GOBELINUS**, *Dæmon, qui vulgo Favonus, nostris Gobelin, Dæmon folastre. Vide Folletus, in Follis, Stultus. Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 556: Dæmon enim, quem de Dianæ fano expulsi, adhuc in eadem urbe degit, et in variis frequenter formis apparens, neminem ledit. Hunc vulgus Gobelinum appellat, et per merita S. Taurini ab humana læsione coercitum usque hodie affirmat. De ejusmodi dæmonibus sic Cassianus Collat. 7. cap. 32: Nonnullos eorum (immundos spiritus) quos etiam Favos vulgus appellat, ita seductores et joculariores esse manifestum est, ut certa quæque loca seu vias jugiter obsidentes, nequaquam tormentis eorum, quos prætereuntes potuerint decipere, delectentur, sed de risu tantummodo et illusionem contenti, fatigare eos potius student quam nocere, etc.* Vide *Covalus* et *Cobali*.

\* *A veteri Gallico Gobe, Lætus, hilaris, officiosus. Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1:*

*Riches hom ies de grant avoie,  
Se dois estre coiales et Gobes.*

*Guiartus ad ann. 1298:*

*Menés vers Bergues liés et Gobes,  
Si chargés d'armes et de robes, etc.*

*Hinc Goban, Lætitia, hilaritas, in vet. Poem. apud Thaumasser. inter notas ad Assis. Hieros. pag. 251:*

*Dans son Goban mie n'est close  
La spurienne emphitéose.*

*Eo etiam spectat vox Gallica Gogue, qua Delectatio, facetiæ, jocus significatur. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 92. Charthoph. reg. ch. 80: Iceulli Guillaume lui dist par Gogues: Belle suer, vous ne sèriez pas digne de tenir terre, se lezdiç pijons cuisiez en l'eau. Guill. Guiartus:*

*N'ot gieu, ne ris, feste, ne Gogue.*

† **GOBELLETUS**, ut *Gobeletus*, *Gall. Gobelet, Poculum, calix*, in *Computo Johannis Humberti sub Guigone Dalphino ann. 1328.*

† **GOBELLUS**, *Eadem notione. Vide Picherium in Bicarium.*

\* **GOBELLUS**, *Cyathus, Gall. Verre, gobelet. Stat. eccl. Castr. ann. 1358. ex Cod. reg. 1592. A fol. 76. rº: Item duos pitaphos terreos et quatuor Gobellos vitreos. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 246. col. 2: Item solvi pro... tribus duodenis Gobellorum perditorum sive fractorum, etc.*

† **GOBIA**, *Pagus, regio, ex Germ. Gow, quod idem sonat, ut ex aliquot Chartis docet Goldastus ad cap. 1. Ekeardi. Hinc vox eadem Gow addita passim apud Germanos locorum designationibus, quod pluribus probat Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 13.*

† **GOBINETUS**, pro *Gobelletus*. *Hist. Monasterii S. Laurentii Leodiensis apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 1129:*

*Inventa fuit summa mille griffonum, et scyphi argentei 24. cum sex Gobinetis deauratis, duodecim cochlearia argentea, etc.*

\* **GObIUS**, Vinitoria falcula, Gall. *Serpette*. Joan. Germ. episc. Cabilon. in Vita Phil. III. ducis Burg. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. Mss. pag. 35: *Etiā non occurrerat qui vinetis incolendis inisteret, Gobio putaret, contonderet fossorio, etc.*

\* **GObOLETUS**, Calix, poculum, Gall. *Goblet*. Annal. Estens. ad ann. 1397. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 939: *Cujus pretium habuit dominus Albertus miles, unum videlicet aureum Goboletum*. Vide *Gobelletus*.

\* **GObONATUS**, Monasticum Anglic. tom. 3. part. 2. pag. 83: *Una parura pro tualitiis altaris Gobonatis de armis et lozingis, ... duæ paruræ pro albis de una secta, Gobonatis de armis et lozingis bluetis, de perlis in auro*.

\* Gallice, ut videtur, *Relevé en bosse*, abb. Italice *Gobbo*, Gibbus.

\* **GOCKEN**, Navis oneraria, apud Venetos. Hist. desponsat. Frider. III. imper. et Eleonoræ Lusit. ann. 1451. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 614: *In portu maris erat navis magna disposita, nomine carraca: sed in Venetiis nominatur proprie Gocken*.

† **GOD**, Saxon. Bonus. *Godā puella*. Bona puella, in Vita S. Eadgithæ. Virg. sæc. 5. Benedict. pag. 638. Vide *Clack*.

\* Anglis *God*, Deus: unde *Goderode*, Deus omnipotens, in *Poemate du Rou*:

Alierot est en Angloiz,  
Qui sainte Croix est en Francoiz,  
Et Goderode est autrement,  
Comme en Francoiz Dex tout puissant.

† **GODA**, an idem quod *Godia*, Usura, Gall. *Usage, Jouissance?* Chartularium S. Vincentii Cenoman. : *Hæc sunt caritates articoparum, quæ redduntur in Natale Domini, etc. cum pane et vino, Episcopo III<sup>o</sup>. Cantori I... Hamelino de Marce II. propter Godam*. Alias *Gode* Gallis erat ovis vetula; sed nihil ad hunc locum.

\* **GODALA**, Teutonibus, Species cerevisiæ. *Gondale* et *cervoise* in Privilegio Johannis I. Regis Franc. ann. 1354. pro Viromanduis.] Vide *Celia*.

\* Germ. *Goed ael*, Gall. *Bonne biere*, alias *Goudale*; unde *Goudalier*, qui cerevisiam coquit, vulgo *Brasseur*. Charta ann. 1317. in Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 58. r<sup>o</sup>: *Johanni de Totencuria concessit foragium cervesiæ sive Godalæ, quod in villa de Bellaqueru qualibet die percipere consuevit*. Permut. inter reg. et episc. Tornac. ann. 1320. in Reg. 60. ch. 91:

*Item foragia Godalarum seu cervesiarum, quæ dictus episcopus habebat in villa Tornacensi, una cum omni jure ad ipsum episcopum, ratione dictarum Godalarum, spectant. Godalia, in Charta ann. 1243. ex Tabul. eccl. Camerac. Charta ann. 1285. in Chartul. 1. Fland. ch. 372. ex Cam. Comput. Insul.: De la Goudale doit li Cambiers et li Goudaliers dou muy, quatre solz. Cervoise ou Goudalle, in Ch. ann. 1448. ex Chartul. 23. Corb. Vide infra *Gondala*. Hinc*

\* **GODALARIUS**, in Charta ann. 1240. ex Chartul. A. eccl. Camerac. ch. 19: *Cum quilibet cambarius et Goudalarius Cameracensis tenetur capitulo Cameracensi reddere de primo brassino, tam cervesiæ quam Goudaliæ duos denarios Cameracenses;... de unanimi consensu partium, capituli, cambariorum, Goudaliorum... ita est ordinatum, quod de quolibet brassino Goudaliæ et cervesiæ, quocumque modo nominetur, etc.*

\* **GODALARIUS**, in Charta ann. 1240. ex Chartul. A. eccl. Camerac. ch. 19: *Cum quilibet cambarius et Goudalarius Cameracensis tenetur capitulo Cameracensi reddere de primo brassino, tam cervesiæ quam Goudaliæ duos denarios Cameracenses;... de unanimi consensu partium, capituli, cambariorum, Goudaliorum... ita est ordinatum, quod de quolibet brassino Goudaliæ et cervesiæ, quocumque modo nominetur, etc.*

\* **GODANDARDUS**, **GODENDARDUM**, Hasta brevior Flandrensibus familiaris, Gall. *Demi-pique, longue javeline*, alias *Godandart, Godendart et Goudendart*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 417: *De quodam Godandardo, quem a casu in dicta taberna invenit, dictum Girardum percussit*. Aliæ ann. 1369. in Reg. 101. ch. 127: *Guigo veniebat ab alia parte deferens in manibus suis quoddam Goudendardum et unum ensem*. Aliæ ann. 1357. in Reg. 89. ch. 116: *Quendam baculum ferratum, Godendart Gallice nuncupatum, quem deferebat, subleavavit, etc.* Aliæ ann. 1376. in Reg. 109. ch. 219: *En soy défendant féry ledit Cannaux d'un Godandart ou pique de Flandres un cop seulement, dont mort s'ensuy*. Denique aliæ ann. 1417. in Reg. 169. ch. 499: *Un baston, que l'en appelle Goudendart, qui est à la façon d'une pique de Flandres, combien que le fer est un pou plus longuet*. Hinc emendandæ Literæ ann. 1347. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 169. art. 7. ubi editum *Godaudac*, pro *Godandar*. Vide *Godendac*.

\* **GODARDUS**, **GODENDUS**, ut supra *Godandardus*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 258: *De quodam Godardo nisis fuit percutere dictum Petrum*. Aliæ ann. 1363. in Reg. 94. ch. 4: *Quendam Godardum retro se invenit, et se defendendo et vim vi repellendo, præfatum le Campenois ad ictum de eodem Godardo in capite percussit, non de cuspide. Godendis et balistis, ac aliis diversis armorum generibus prohibitis armatus, in aliis Lit. ann. 1353. ex Reg. 82. ch. 14.*

\* **GODEBERTUS**, [GODEBERTUS, Militaribus vestis species. Testamentum Odonis de Rossillione Militis ann. 1298. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1306: *Item, do et lego domino Petro de Monte Ancelini... unam integram armaturam de armaturis mets, videlicet meum heaume a vissero, meum bassinetum, meum porpointum de cendallo, meum Godbertum, meum gorgretam, etc.* Extractum computi anni 1336. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 326: *Item, duos Godebertos de mayllia valoris vi. s. gross.] Computum Stephani de la Fontaine, Argentarii Regii ann. 1351: *Pour une fourrure de dos de lievres de Norvoie (Norvege) à fourrer un Godebert d Maistre Jean le fol.**

\* **Consuet.** Paris. ex Reg. sign. *Noster Cam. Comput. fol. 36. r<sup>o</sup>: Item Godebers de Lorrillac, obole la piece*. Neque aliud forte est *Goceon* in Instr. ann. 1309. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1222: *Goceons souffesans de mailles de haubert*.

\* **GODENDAC**, Armorum species, quam Flandrensibus familiarem fuisse innuit Guil. Guiart. sub ann. 1298:

A grans bastons pesans ferrez  
A un long fer agu devant,  
Vont ceux de France recevant.  
Tiex baston qu'il portent en guerre,  
Ont nom Godendac en la terre.  
Godendac, c'est, bon jour, à dire,  
Qui en François le veut descrire.  
Cil baston sont long et traitis,  
Pour ferir à deux mains faitie,  
Et quant l'en en faut au descendre,  
Se cil qui fier, y veut entendre,  
Et il en sache bien ouvrir,  
Tanlost peut son cop recouvrer,  
Et ferir sans s'aller moquant  
Du bout devant en estoquant  
Son ennemi parmi le ventre:  
Et li fers est agus qui entre  
Legierement de plaine assiete  
Par tous les liens où l'en en giete,  
S'armeures ne le detiennent.  
Cil qui les grans Godendas tiennent

Qui l'ont à deus pains empoignez,  
Sont un poi des frans esloignez,  
De bien ferir ne sont point laschez.

Alibi:

Car les lances d'eus esloignies  
Les Godendaz et les coignes  
Mettent à mors és herberjages,  
Chevalliers, escuiers et pages.

Et ann. 1032:

Godendaz que l'an repaumoie  
Ferrez et fais à grant estuide.

Vide Joannem Villanum lib. 8. cap. 55. [\* et supra *Godandardus*.]

\* **GODENUS**. Vide supra *Godardus*.  
\* **GODENGHEUCEN**. Arestum 20. Aug. ann. 1411: *Quinetiam ante dictas compositionem et accordum, certis mediis et causis ab antiquo jus habebant, in possessione et saisina exstabant dictæ villæ Tenremondix burgenses, esto quod fuissent vel essent servi, seu servilis conditionis, extranei, advoli, esclavi, aut alterius cuscungue servitutis macula respersti, a certa servitute seu redhibitionia in patria Flandriæ vulgariter dicta Godenghenucen, et etiam præstationis seu solutionis principalis catelli seu mobilis in eorum morte, ubicumque in territorio Tenremondix decederent, liberi, quieti, et immunes erant, et semper fuerant, etc.* Vide *Kilianum* in *Ghe-nachte*.

\* **GODETUS**, *Scyphi species*, nostris *Godet*, in Statutis Ord. Cartusienis ann. 1368. 2. part. cap. 1. § 8.

\* **GODGILDUM**, in Præfatione Legum Aluredi, dicitur, quod Diis offertur, ut *Deofugyld*, quod diabolo. Vide *Gildum*.

\* **GODIA**, Usus fructus, Italis *Goduta*, nostris *Jouissance*, in Charta ann. 1398. in Hist. Sabaud. pag. 112. apud Guichenonum. [Vide *Gaudita*.]

\* Bona quævis quibus aliquis *gudet*, fruitur, agrorum fructus. Stat. Montis-reg. pag. 28: *Qui syndicus teneatur vinculo juramenti salvare jura communis et recipere et exigere redditus, Godias et proventus communis civilatis, etc.* Vide mox *Godimentum* et *Godire*.

\* **GOLDIA**, Eadem notione. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 42. ex Cod. reg. 4624: *Campari... stare debeant in finibus... ad custodiendum ipsas messes, et ipsa blada, et frezagia, et alios fructus, et alias recolectas, et Goldias ipsorum hominum Avilianæ*.

\* **GODIMENTUM**, **GOLDIMENTUM**, Pari intellectu. Charta Caroli IV. imper. ann. 1355. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1352: *Concedimus jus imponendi collectas et exactiones quascumque, ac omnia jura et Godimenta quæcumque nobis et ipsi Romano imperio competentes et competentia*. Stat. Astæ collat. 12. cap. 8. pag. 39. v<sup>o</sup>: *Juro capere omnia Godimenta omnium bannitorum Ast. qui fodrum non solverint, et ea communi tenebo pro eorum fodro*. Stat. Verceil. lib. 2. pag. 36. r<sup>o</sup>: *Ita tamen quod fructus et Godimenta non computentur in sortem ipsi creditori*. Nostri *Goyvre*, eadem acceptione, dixerunt; a verbo *Goyr*, frui, vulgo *Jour*. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 11: *Le suppliant et Pierre Lymosin eurent ensemble certain débat à cause du Goyvre de certain pré;... ouquel pré estant en Goyvre icellui suppliant, ung jour trouva les beufs dudit Pierre Lymosin*. Charta ann. 1407. in Chartul. 23. Corb.: *En la forme et maniere que je en ay Goy et Gos de présent, etc.* Vide mox

\* **GODIRE**, **GOLDIRE**, Uti, frui, Italis *Godere*, nostris *Jour*. Pactum inter reg.

Rob. comit. Prov. et Phil. de Sabaud. ann. 1325. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Item quod omnes homines de terra regia et fideles regii, possint et debeant Godire omnes terras, possessiones et bona, quas et quæ habent et hactenus habere consueverunt in terris, quas ipse dominus Philippus tenet ad præsens; et versa vice homines dom. Philippi prædicti et terrarum ipsius, possint et debeant Godire, ut supra, de hiis quæ habent et habere consueverunt in terris domini regis et quas nunc tenet... Et idem intelligatur de rebus et Godiis honorum et rerum forensitorum, etc.* Stat. Taurini ann. 1360. cap. 199. ex Cod. reg. 4622. A: *Illi qui dicta gerba vel pascua tenuerint et Godierint a dicto tempore citra, teneantur dare communi pro singulis et singulis iugeribus gerborum et pascuorum denarios xij. pro fructibus et Godiis, quos et quas inde perceperint.* Stat. Vercel. lib. 2. pag. 35. rº: *Ita quod si aliquid inde Goldierit, cedat eidem acquisitori in lucrum, nec in sortem computetur.* Vide supra *Godia*.

† **GOETUS** vel *Lymata*, *Sordes*, in Vocabulario Sussannæ, pro Græco γοιτος, quod Hesychnus exponit, ῥύπος, πᾶθος.

† **GOFETUS**, ut infra *Gumphus*, Gall. *Gond*, *Cardo*. Chartularium Turenæ ann. 1394. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 188: *Quod dictus Johannes furatus fuerat vectes, sive verroilhs, padenas et Gofetos.*

\* **GOFFO**, *Cardo*, Gall. *Gond*. *Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435: Pro faciendis et ponendis in dicto molendino.... unum Goffonem, etc.* Vide *Gofetus*.

\* **GOFFREDUS**, Nomen proprium, et quidem usitatissimum, nostris *Geoffroy*, injuriæ tamen loco habitum, detorta, ut verisimile est, vocis origine, nempe a *Frigidus*; unde *Geiffroy*, quasi *J'ai froid*, pronuntiabant. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 132: *Laquelle femme appelloit icellui son mary sanglant coupault et se venoit de l'avoire acouppauid... En l'appellant Geiffroy par maniere de moquerie, combien qu'il eust nom Jehan.*

\* **GOFUM**, vel *GUFUM*, pro *Spisso* et soloci filo contexto. Voss. de Vil. serm. lib. 2. cap. 8. pag. 218. Unde *Goffe*, nobis, et *Goffo*, Italis. Vide *Salmas.* in Hist. Aug. pag. 390. et 391. Hæc ex animadv. D. *Falconet*.

\* **GOGNA**, vox Italica, Numella versatilis, Gall. *Pilori*. Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 3. ex Cod. reg. 4621. fol. 14. rº: *Et si condempnationes de eis factas non solverint intra decem dies, a die dictæ condempnationis, possint poni in Gogna cum manibus ligatis, in (et) stare debeant palam, ut ab omnibus videri possint ad minus una die.*

**GOGOLACIA**, Species retis, qua capiuntur pisces, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 37.

**GOGRARHOPHE**. Alexander III. PP. in Epist. 52. ad Coloniensem Archiep.: *Necnon etiam Comitata in Westphalia, quæ vulgariter Gograrhophe dicuntur, et alodia, etc.* Ex *Gograff*, de qua voce mox.

**GOGRAVIUS**, Germanis, vel *Gograff*, Comes, qui sine causæ cognitione iudicat, vel potius, *Gograven*, vel *Gauwgraffen*, Præses aut Comes pagi: *Gau* namque, vel *Gow*, apud Theotiscos sumitur pro pago, seu territorio satis amplo. Charta Ottonis III. Imp. apud Maximilianum Henricum in Apolog. pag. 4: *Nec non etiam Comitata in Westphalia,*

*quæ vulgariter Gograchophe dicuntur.* Speculum Saxon. lib. 1. art. 2. § 6: *Pagani proprium non habentes, suorum Gogravium iudicium expectent.* Art. 55. *Gogravus* ab incolis trium villarum seu prædiorum eligi dicitur: ad tempus, art. 58. cuius iudicatio cessat, cum adest Comes, d. art. 58. § 2. quandoque ad hanc dignitatem infeudatur, art. 58. § 1. art. 71. ubi tunc *Gogravus natus* dicitur. Adde lib. 2. art. 13. § 1. l. 3. art. 64. § 14. Horum *Gographiorum*, inquit *Gryphander de Weichbildis Saxonice* cap. 62. quidam *Freigravios* se appellarunt.

\* **GOHARDICUS**, f. pro *Goliardicus*, Histrionalis. Vide *Gohardus* 1. Constit. Carmel. Mss. part. 3. rubr. 7: *Ludos etiam alearum et alios indacentes et inhonestos, atque ludos Gohardicos, larvaticos, hystronicos; atque etiam incantaticos penitus inhihemus.*

† 1. **GOIA**, Falcis species, Gall. *Serpe*, alias *Goie*. Epistola Guidonis de Dampetra ad Philippum Aug. ann. 1213. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1114: *Noverit Serenitas vestra, quod Gualerannus de Corbelles et Robertus tradiderunt mihi de munitione de Tornoilles... IV. sextaria salis, et XII. bacones, et III. tarantos, et unam Goiam, et VI. pis. et unum mortarium de cupro et VI. martellos, etc.* Vide *Guoya*.

\* Alias *Goe*, *Goy* et *Goye*. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 254: *ICellui Jehannot fêrit icellui Botin d'un ferrement, appellé Goy.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 311: *Pierre Lubiron, qui avoit une serpe ou Goye en sa main, etc. Jehannot Fareg qui tenoit un Goiz en sa main, in aliis ann. 1410. ex Reg. 164. ch. 232. Aliæ ann. 1409. in Reg. 163. ch. 309: ICellui Gilet demanda un Goe, appellé serpe à boscheron. Ung Goe ou serpe que le suppliant tenoit en sa main dequoy il tailloit les vignes, in aliis ann. 1470. ex Reg. 196. ch. 10. Denique aliæ ann. 1456. in Reg. 139. ch. 120: *Le suppliant fêri ung coup d'un Goy, autrement appellé vougesse, dequoy l'en arrache les buissons, de la louppe, qui est devers le dos d'icellui Goy, sur le front dudit Jehan.* Ex mutatione vero *g* in *v*, *Voy*, pro *Goy*, dixerunt. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 400: *ICellui Ravenel qui toujours avoit son Voy en sa main, etc. Ung Goil à tailler bois, in Lit. ann. 1460. ex Reg. 190. ch. 185.**

\* Hinc *Goymerz* dicti videntur homines, qui operas cum *Goia* debent. Charta ann. 1319. in Reg. 59. ch. 88: *De xj. libris et xv. solidis Turon. annui census, quem Petrus de Dyciaco miles habet et percipit super homines, qui vocantur les Goymerz et les bandons.* Neque aliam ob causam *Goys* appellati quidam Seditiosi illius temporis, quod ejusmodi scilicet instrumento armati incederent. Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. ch. 202: *Les supplians estans en la ville de Dousy virent passer deux hommes, que l'en disoit estre à aucuns, nommez les Goys, et ennemis de nous.* Infra: *Gouays*. Vide *Sauval*. in Antiq. Paris. tom. 2. lib. 5. et infra *Goyardus*.

\* Hinc diminutivum *Gouet*, quo Instrumentum ad secundum et incidendum, varii generis pro diversis locis, significatur. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. ch. 217: *ICellui Jehan... a roingné de toutes icelles tasses de chascune un pou d'argent à un hostil, appellé Gouet.* Aliæ ann. 1405. in Reg. 160. ch. 149: *ICellui Perrot prist un Gouet, qui estoit à sa courroye, etc. Gouyer, eodem sensu,*

in Lit. remiss. ann. 1444. ex Reg. 176. ch. 323: *ICellui Mathe print ung Gouyer, et en frappa ledit Pissoul deux cops sur la teste.* Unde etiam *Gouge*, *Armorum* genus. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 137. ch. 8: *Ung baston de guerre, que on nomme Gougé. Ung grant baston ferré, nommé Gougé, in aliis ann. 1452. ex Reg. 134. ch. 242. Alibi Vouge, ex mutatione *g* in *v*. Vide *Vanga* et *Vougetus*.*

\* 2. **GOIA**, Pagus, regio, ex Germ. *Gow*, quod idem sonat. Vita B. Hildeg. tom. 3. Apr. pag. 801. col. 2: *Spiritualia et secularia in Gois Hylergowe, Angusowe, Segowe, Risgowe et aliis, dedit monasterio Campidonensi.* Vide *Goica*.

**GOILART**. Monetæ Patriaricensis species. Tabularium Abbat. Deip. Santon: *Willelmus Comes, filius Guidonis Comititis, fecit fundere monetam suam, quæ dicebatur de Goilart, Ricardo cognomento de Santonis.* Vide *Giigliati* et *Goliardus* 2.

\* **GOJO**, a Gall. *Goujon*, Clavicula ferrea vel lignea. Charta Erardi dom. de Chascenai ann. 1208. in Chartul. Arremar. ch. 9: *Quod si forte dicti homines fagum vel jarronem succiderint talis grossitudinis ut tarabrurum, quod vulgo dicitur loceret, de quo factores rotarum perforant rotas suas ad inserendum Gogones. Gogion, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 152: *Duquel coffre le suppliant osta les Gogions ou crampons, à quoy le couvercle dudit coffre ou escritin fermoit par derriere. Gougion, unde Desgougonner, in aliis ann. 1419. ex Reg. 171. ch. 136. et Desgougener, Desgougonner, Ejusmodi claviculas tollere. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. ch. 563: *Et avec ce à un jour, dont il n'est recors, Desgougena une huche.* Aliæ ann. 1447. in Reg. 176. ch. 552: *Le suppliant entra dedans l'ostel, et lui entré Desgougonna une arche.***

† **GOIPHUM**, an flum? Hist. pacificationis Rudolphi II. Imper. cum Imperatore Turcarum anno 1604. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 311: *Janizarii præterea et hoc elogii bellici merentur, sua sclopeta, bombardas cum funiculis albo Goipho contactis fumantibusque una manu quasi ad repellendum instructi asserabant, altera saltem in-composito gestu orbes apprehendebant.* [\* Vide supra *Gofum*.]

† **GOLABUS**, **GOLABRUS**, **GOLABIUS**, Species navigii minoris. Caffarus lib. 1. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 254: *Januenses cum magno exercitu ad portum Pisarum tenderunt cum galeis LXXX. cum gattis XXXV. cum Golabis XXVIII. et cum navibus magnis IV. portantibus machinas ac omnia instrumenta, quæ ad bella sunt necessaria. Et col. 261: *Consules miserunt galeas XXII. et Golabros VI. cum multis machinis lignaminis, etc.* Alter codex habet *Golabios*. Vide mox *Golafrus*. [\* Ghorâb Arabes galeas dicunt. Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 1. pag. 467. et tom. 2. pag. 240.]*

**GOLAFRUS**, Navis species, apud Gaudfredum Malaterram lib. 2. cap. 8. [Vide *Golabus*.]

**GOLDA**. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 610: *Concessionem etiam, quam idem Thomas fecit... de terris suis et terris tenentium suorum, tam liberorum, quam nativorum a Goldis mundandis per se et suos secundum consuetudinem in locis de Alferton et Norton usitatum, Anglis a Gold, est fodina metallica.* Vide *Gordus*.

\* **GOLDIA**, **GOLDIMENTUM**, **GOLDIRE**. Vide in *Godia*, *Godimentum* et *Godire*.



† **GOLENA**, Parvus lacus, ab Aremorico *Len*, Lacus, atque particula diminutive *Go*. *Agua Golena*, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 278.

\* Aliud vero sonat *Golenée* inter Reddit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Si prent on dou mui de bleit mesurer quatre Golenées, teles que li mesureres les pora prendre*. Ubi agitur de præstatione pro mensura, quæ a mensuratore percipitur, eadem quæ infra *Jaloigneus* et *Jalotus* ex mutatione *G* in *J* appellatur. Cæterum parva mensura est, ut colligitur ex Recognit. Ms. 24. feud. Camerac. : *Le septieme fiefvé est l'ung des fourriers avec ung autre, et eux deux ensembles doivent delivrer l'avoine aux chaux, et par ce moien sur chascune prouende doivent avoir une Golenée d'avoine*.

**GOLERIUM**, *Gula*, seu *collum vestis*, in Concil. Saltzburg. ann. 1420. cap. 6. [Le Roman de la guerre de Troye MS :

Lermes li moillent li menton,  
Et les Gollées dou pillçon...  
Cil cheit mort Golle baë.]

\* **GOLFA**. f. Gurges. Acta Mss. notar. Senens. ad ann. 1283 : *Confiteor conduzisse a vobis... unum molendinum cum domo, positum in flumine de Bocone... cum duabus Golfis*. Vide *Gordus*.

† **GOLFFUS**, **GOLFUS**, Sinus Gall. *Golfe*, Ital. *Golfo*, a Græco κόλπος. Per sinum quendam, sive, ut aiunt, *Golfum*, id est, per spaciosam et latam maris viam, apud Bern. de Breydenbach Itin. Hierosol. pag. 28. *Golfum* habet pag. 36. Vide *Gulfus*.

1. **GOLIA**. Glossar. Longobard. S. Germani Paris. : *Testudo, quam vulgo Guoliam vocant*. *Testudo, quam vulgo Golia dicunt*. Vide *Golola*.

\* 2. **GOLIA**, ut *Goliardia*. *Histrionia*, in Conc. Senon. ann. 923. laudato in voce *Goliardus*.

\* **GOLIARDENSIS**, idem qui *Goliardus*. Math. Paris in Henr. III. ad ann. 1239 : *Illi quos solemus Goliardenses appellare, etc.* Vide mox in *Goliardia*.

† **GOLIARDIA**, *Histrionia*, professio *Goliardi*, seu *histrionis*. Statuta Synodalia Eccl. Cadure. etc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 729 : *Item (Clerici) si in Goliardia vel histrionatu per annum fuerint vel breviori tempore : et ter moniti non desistunt... omni privilegio clericali sunt exclusi*. Vide *Ribaldi*.

1. **GOLIARDUS**. Breviloq. : *Goliardi, bufones, jocolatores iidem sunt*. Gloss. Lat. Gall. : *Estor, ris, Gouliart*. [Statuta Eccl. Cadure. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 727 : *Item precipimus quod Clerici non sint jocolatores, Goliardi, seu bufones, declarantes, quod si per annum illam artem diffamatoriam exercuerint, omni privilegio ecclesiastico sunt nudati, et etiam temporaliter graviori, si moniti non destiterint*. Concil. Trevir. ann. 1227. apud eumd. Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 117 : *Sacerdotes non permittant trutannos, et alios vagos scholares, aut Goliardos cantare versus super Sanctus, Agnus Dei, in Missis vel in divinis Officiis, quia ex hoc Sacerdos in Canone quamplurimum impeditur, et scandalizantur homines audientes*.] Conc. Turon. seu Castelli Guntheri, 1231. cap. 21 : *Statuimus, quod Clerici ribaldi, maxime qui Goliardi nuncupantur, per Episcopos et alios Ecclesie Prælatos præcipiantur tonderi, vel radi, ita quod non remaneant in eis tonsura Clericalis*. Cap. 1. de Vita et Honest. Cleric. in Sexto : *Clerici, qui Clericalis ordinis dignitati*

*non modicum detrahentes, se jocolatores, seu Goliardos faciunt aut bufones, si per annum artem illam exercuerint*. Concil. Saltzburgense ann. 1310. cap. 3. *iisdem verbis, præterquam quod habet Galiardi*. Concil. Colonense ann. 1300. cap. 12 : *Sacerdotes non permittant quæstionarios Goliardos, vel quoscunque ignotos intra parochiam suam in Ecclesia, vel in via... prædicare, vel ostium deferre indulgentias pro quæstu faciendo*. Eadem habent Statuta Synodalia Joannis Episcopi Leodiensis cap. de *Quæstuariis*. Concil. Senonense ann. 923. sub Gualtero Archiep. cap. 13 : *Statuimus, quod Clerici ribaldi, maxime vero qui dicuntur de familia Goliæ, per Episcopos... tonderi precipiantur*. Matth. Paris. ann. 1229 : *Quidam famuli, vel mancipia, vel illi, quos solemus Goliardenses appellare, versus ridiculos componebant, etc.* Charta ann. 1380. in voce *Ribaldus* : *Se gerens pro Ribaldo, et se dicens de ordine, seu de statu Goliardorum seu buffonum, etc.* Christina Pisana au *Tresor de la Cité des Dames*, 3. part. cap. 9 : *Mais tenir la manière que aucuns Gouliardes et mauvaises font, est chemin damnable*. Hinc Itali *Gagliardo*, nostri, *Gaillard*, hauserunt indubie, quicquid dicat Julius Scalliger contra Cardan. exercit. 325. qui a Gallico audacia deducit ; aut Vossius, qui a Gallico ardore, vel alii a *validus, validior*. Willelmus Armoricus in Philippo Aug. ann. 1201 : *Totamque munitionem illam vocavit Gaillardum, quod sonat in Gallico Petulantiam*. Sic porro quidam dictos putant, a quodam scurra, de quo Silvester Giraldus in Speculo Ecclesie lib. 4. cap. 16 : *Parasitus quidam Goliæ nomine, nostris diebus gulositate pariter et dicitate famosissimus, qui Guliæ melius, quia gula et crapula per omnia deditus, dici potuit*. *Litteratus famen affatum, sed nec bene morigeratus, nec disciplinam informatum, in Papam et curiam Romanam carmina famosa pluries et plurima, tam metrica quam rhythmica, non minus impudenter quam imprudenter evomuit*. Vide Seldenum ad Fletam pag. 524. [\*\* Thom. Wright in Prolegom. Poem. Walteri Mapes pag. 9. sqq. et Haltaus. Glossarium German. col. 1704.]

\* Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 176 : *Anthonius de Sagiaco se gerens pro ribaldo, et se dicens de ordine seu statu Goliardorum seu buffonum, et ad causam hujusmodi super qualibet muliere uxorata adulterante sibi competere et posse exigere quinque solidos, et pro eisdem dictam talem mulierem de suo tripede pignorare, de talique et alio vili questu, quem sub umbra ribaldie, Goliardie seu buffonie hujusmodi a simplicibus mulieribus, licet prohibis... procurabat sibi dari, vivebat*. Cum autem hujusce artis sit proprium alios fallere et decipere, hinc nostris *Goliardie*, et Poetis Provincialibus *Gualiamment*, pro *Fallaacia*, *fraus* ; unde *Galiadour*, *iisdem Deceptor*, *fallax*, ex Diction. Ms. Joan. Nostrad. ex museo Pr. de Mazaugues. Alan. Chartier in Poem. inscripto : *La belle dame sans mercy, inter illius Opera pag. 521.*

Faulx amoureux au temps qui court  
Servent tous de Goliardie.

\* Guill. *Figuere* circa initium 13. sæc. in Cantil. adversus Roman. :

Roma, verament  
Say yeu hen sens doh-  
tansa,  
Qu'ab Gualiamment

Rome, vraiment  
Je scais bien, sans aucun  
doute,  
Qu'avec tromperie

De falsa predicansa  
Lieuers à turment  
Lou bernage de Frans,  
Luenc de Paradis,  
E'l bon roy Loys.

De fausse doctrine,  
Vous livrés à tourment  
Le sang royal de France  
Loing de Paradis  
Le bon roi Louis.

Guill. de Turre Petrregor. in Cantil. :

Perqu'yeu ab cor Galia-  
dour.

Pourquoy moi avec un cœur  
trompeur.

Idem in alia :

Se gardan et an paor

Les dames se gardent et ont  
peur

Dels lairos et des trichors,  
An des fals Galliadors  
Las donnas.

Des iraitres et des tricheurs,  
Aussi bien que des faux  
trompeurs.

\* Hinc *Goulardise*, *Scurrilis dicacitas*, *cavillatio*, vulgo *Plaisanterie*, *raillerie*. Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 176. ch. 502 : *Jacolin Pouletz le print à moquer et dire plusieurs Goulardises*. Vide infra *Gorgia* 2.

\* **GOLIARDIZARE**, Agere *goliardorum* seu *helluonum* more, illos imitari. Instruct. visitat. ordin. Cluniac. ann. 1494. in Lib. nig. prior. S. Petri Abbavil. fol. 530. r. : *Armariola habentes et archas, in quibus, quod eis superest (de cibis) recondunt ; et propterea se ingurgitant et inebriant et Goliardizant, etc.* Et videmus *Goliardus*, Gall. *Gouliart*, pro *Helluo*, *gula* et *vino deditus*. Stat. S. Flori Mss. ubi de Interrogandis confitentibus fol. 15. v. : *Circa gulam quærat, ... numquid Goliardus fuisti ?* Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 437 : *Firent mettre ledit Folleteste hors dudit hostel par leurs varlez, comme Gouliart et yvroin qu'il estoit*. *Gouliardois* vero, pro *Histrion*, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 2 :

Pour ce c'aucun sermoneur,  
Gouliardois et jongleur, etc.

\* Unde *Gouliardeusement*, ut ejusmodi farinæ homines decet, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 144. ch. 35 : *Icellui Jamet appella l'oste coupeureau, ... en nommant tout oultre Gouliardeusement*. Vide *Goliardus* 1.

2. **GOLIARDUS**, *Monetæ species*. In Tabulario Monasterii de *Chantoin* in Arvernensis, fit mentio agri, qui debebat quotannis *censum quinque Goliardorum*. [In Forensi provincia *Moneta Gaillarde* alias dicta valebat quinque denarios, uti nos monuit Cl. D. *Aubret* ; dubium non est quin eadem sit cum *Goliardo* : sed non fuit semper idem valor *monetæ ejusdem nominis in omnibus provinciis*.] Vide *Gouliart*.

\* **GOLINUS**, [Color equi inter rufum et album. DIEF.]

\* **GOLIRDA**, *Pane triangulato*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

\* **GOLLIA**, *Canalis, aquæ decursus*, locus cavus per quem aquæ decurrunt, Ital. *Gota*, nostris *Golot*. Charta ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 151 : *Accensat et abbergat et in emphiteosim perpetuum tradit, cedit et concedit insulam supradictam, cum dicta mollia seu decursu vel Golla... cum suis juribus, etc.* Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. ch. 481 : *Comme aucuns d'eulx eussent entrepris d'aller chassier aus connins, en certains travers ou Goloz de là environ hors garenne... allerent tendre leurs filez es Goloz, appelez de Vaul Romain*.

**GOLOLA**. Glossæ Arabico-Lat. : *Testudo, animal quod testam gerit, i. Golola*. Infra : *Golora, Testudo*. Vide *Golia*.

\* **GOLOTA**, *Famulus, domesticus*. Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. pag. 36 : *Si famulus alicujus, dictus Golota, aut alias obloniek, vicino domini*

sui, aut alieni alii damnum intulerit, aut injuriatus fuit, dominus ipsius pro ipso satisfacere teneatur.

**GOLTA**, Genæ, apud Auctorem Mamotrecti in Isaiam cap. 50. et alibi.

\* **GOMARUS**, *Piscis*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. omittitur vox Gallica; an pro *Homarus*, *Astacus*, Gall. *Homard*? Vide supra *Gambarus*.

\* **GOMBATA**, *Fascis cannabis*. Stat. Montis-reg. pag. 272: *Item statutum est quod omnes illi, qui habent batenderios, capiant de quolibet malleo, de quo erit una Gombata canabi, solidos duos, et non plus. Gomitolo, Acad. Crusc. Gloomus. Vide Gomeria.*

† **GOMBARIA**, *Navis species*. Andreas Dandulus in Chronico ann. 992: *Naves, quas Veneti Gombarias nominant, contra Narentanos Sclavos misit. Vide Cumba, Cymba.*

† **GOMBATA LEX**, apud Sirmondum in Gloss. ad calcem Supplementi Concil. Gallic. Eadem est quæ *Gundeboda*, de qua in voce *Gundebodæ*. [† Nostris Scriptoribus, *Loy Gombette*.]

\* **GOMBETUS**, ab Italico, ut videtur, *Gomito*, *Angulus*. Chron. Bergomo. ad ann. 1402. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 904: *Antonius de Lisignano vicarius fecit coriare Montem de S. Gallo, pro eo quod fuit accusatus per Morellum... quod ipse cucurrit post ipsum cum uno cultro, dicendo quod volebat eum interficere in Gombeto*.

\* **GOMELLI**, Hæretici inter Valdensium sectatores recensiti, in Constit. Freder. contra hæret. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 19. r.

† **GOMERIA**, *Sarcina lanæ*. Laurentius in Amalthea ex Bulgengero.

† **GOMERATICUM**, *Tributum pro sarcinis lanarum*, ibidem.

**GOMOR**. Vetus Agrimensor tit. *De mensuris liquid. Modia 5. medimnum faciunt. Tres medimni Gomor complent. Duo Gomor chorom reddunt. Duo chori, chulleum, quæ sunt modia 60. Palladius de Architectura: Modia quindecim Gomor reddunt, Gomor duo, chorom faciunt. Occurrit non semel Exodi cap. 16. ubi decima pars Ephraim dicitur.*

**GOMPUS**. Vide *Gumphus*.

**GONCIS**, Hispan. *Gonce* et *Gosne*, *Ferrea compago, clathrus ferreus*. Inquisit. ann. 1210. inter Probat. tom. 1. Hist. Ném. pag. 50. col. 1: *Quæsiuit quoque ipse Poncius ab ipso P. de Luco et Rosagno, per quem locum civitatis melius intrarent clientes, sive per portale de Camino, sive per Gonces iuxta stare R. Leonis? Per quem locum caucius eos inducere possemus, sive per portale de Camino, sive per Gonces.*

\* **GONDALA**, ut supra *Godala*. Charta Ludov. Bavari imper. pro Camerac. apud Oesefium tom. 1. Script. rer. Boic. pag. 759. col. 2: *Indulgemus ut ipsi per se vel ministratores suos impositam, quæ assista apud eos vocatur, in civitate sua videlicet de loco vini unum denarium et de loco Gondalæ vel cervisiæ quartam partem denarii... recipere libere valeant.*

† **GONDELARIUS**, Rector *gondolæ*, Ital. *Gondoliere*, Gall. *Gondolier*. Charta Consulium Avenionis ann. 1195. apud Fan-tonum tom. 2. Hist. ejusdem urbis pag. 88: *Concessimus ut de singulis equitionibus duos denarios, de asino unum denarium, de singulis peditibus singulos obulos, de singulis ovidibus singulos posegias, de singulis porcis singulos obulos, et de omnibus pariter Gondelariis.*

**GONDOLA**, *Navigioli seu scaphulæ species, qua æstuaria Veneta pertran-*

seuntur. Gullelmus Apuliensis lib. 4. de Gestis Norman. de Venetis:

Non ignara quidem belli navalis et audax  
Gens erat hæc: illam populosa Venetia misit,  
Imperii præce, dives opum, divesque virorum,  
Qua sinus Adriacis interitus ultimus undis  
Subjacet Arcturo. Sunt hujus mœnia gentis  
Circumsepta mari, nec ab ædibus alter ad ædes  
Alterius transire potest, nisi lintre vehatur.

*Regaliæ Gallinarum, vini et Gondolarum* apud Andream Dandulum in Chr. MS. ann. 1205. Recte quidem, ni fallor, Brodæus ad lib. 1. Antholog. et Meursius in Glossar. Græc. Barb. Venetos vocem hanc a Græcis nuperis accepisse docuere, quibus *κουντελάς* idem quod *βάραξ*, sonat, ut ex Harmenopulo, lib. 2. tit. 11. § 9. colligitur: *Καὶ τὴν ἐν τῷ πλοῖω ἀκρόην, ἤρουν τὴν κοινῶς λεγομένην βάρικαν καὶ κουντελάδα*. Quæ quidem scaphula non ita appellata, quod *contis* regatur, et ex iis navibus sit, quæ non *antenna*, sed *contis* reguntur, ut est apud sanctum Hieronymum in Vita S. Hilariionis, uti volunt Cobarruvius et Octavianus Ferrarius: nam Cymbæ Venetæ remis aguntur; sed quod *κοντός* Græcis nuperis *brevis*, sit, *ἔλας* vero navis: ita *Gondola* est *brevis navicula*. Venetus *remax*, apud Sidonium lib. 1. Epist. 4. non tamen *Gondolarius*. [† Vide Glossar. med. Græcit. voce *Κουντελάς*, col. 738. et *Κονδόστολας* Append. col. 108.]

\* Mirac. Urbani V. PP. Mss.: *Et cum esset in quadam navicula sive Gondola ipsius barquæ, etc.*

\* 1. **GONELA**, Pensionis species, quod in *gonellis*, vel ad *gonelas* habendas fieret, sic dicta Bulla Pauli III. PP. pro secular. S. Egidii ann. 1538: *Alii officiarum prædicti certas pensiones, Gonelas nuncupatas... persolvere tenentur.*

\* 2. **GONELA**, *GONELLA*, *Cyclas, tunica, palla, Ital. Gonnella*, nostris, *Gonelle*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Gonella, Prov. tunica, tunicella*. Stat. pro comitat. Venais. ann. 1443. cap. 79. ex Cod. reg. 4660. A: *Omnia supradicta et singula serventur, etiam in mulieribus bonis cedentibus, hoc salvo quod mulieres non teneantur Gonelam expoliare, sed usque ad Gonelam cetera vestimenta, et velum et bendam, cum bonis cederent, dimittere tenentur*. Matth. de Afflictis JC. Neapolit. in Decis. 315: *Maritus mittit uxori suæ, quando est in domo patris vel fratris, Gonellas de serico*. Stat. Ferrar. ann. 1279. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 424: *De Gonellis dominarum frevatis, cum gironibus et crespis et butonis, octo solidos Ferrarienses... Et in Gonella de Mantura fodrata de pellibus, etc.* Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 390: *Ainsi comme icelle femme senti ledit Jehan, elle se esveilla et se leva toute esmeue et efrayée, prist sa Gonelle ou cotelle pour soy cuider vestir*. Vide *Gonna* 1.

† **GONELLA**, *GONELLUM*. Vide in *Gonna* 1.

\* **GONELLUS**. Ut *Gonela* 2. Testam. ann. 1469. ex Tabul. Flamar.: *Vestes nuptiales, videlicet unam raupam nuptialem panni de fauchans, et unum Gonellum panni de paumela de Maseriis*. Stat. Placent. lib. 1. fol. 11. r.: *Teneantur... induere omnes tubatores Placentiæ, videlicet unum Gonellum, etc.* Vide in *Gonna* 1.

† **GONFALONERIUS**, *GONFANO*, etc. Vide in *Guntfano*.

\* **GONFANERIA**. Vide infra *Guntfano*.

\* **GONFANO**. [GUNTANO: « *Gonfano-*

nes XVII. (Thes. Eccl. Car. an. 980. mus. arch. dep. p. 41. »)]

\* **GONGALA**. An ab Italico *Gongola* vel *Concola*, *Concha*? Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 203. ex Cod. reg. 4624: *Nemini liceat ludere... ad Gongalas infra burgos Avillianæ.*

† **GONGRUS**, pro *Congrus*, *Piscis genus*, Gallice *Congre*. Odo de varia Fortuna Ernesti Ducis Bavarie, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 356:

Hæu! quid sæva fames cogis? quam non habet artem  
Pauperias? piscari abeunt, sublitico prehensis  
Quot sibi sufficiunt Congris, etc.

\* **GONICA PRÆDIA**, id est, *Propria, paterna*, apud Chopin. de Leg. Andlum part. 1. pag. 628. col. 2.

\* **GONICULARES**, *Armatura, qua genæ teguntur*. Munit. castrorum dom. reg. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 98. v. col. 1: *Quædam lorica integra et Goniculares ferreæ. Vide supra Genualia.*

† **GONJO**, idem quod supra *Gambesio*, *Centio, centunculus*. Locos vide in *Perpunctum*.

\* Charta ann. 1312. ex Bibl. reg.: *Cum armis discopertis, videlicet lanceis, capellinis ferreis, Conjonibus, etc.* Lit. remiss. ann. 1349. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 45: *Aycardus de Miromonte cum hominibus armatis diversorum armorum generibus, ut pote platinis, Conjonibus, spaleris, clipeis, etc.*

1. **GONNA**, *GONNELLA*. Vide *Gonna* 1.

\* 2. **GONNA**. *Machina bellica, semmissilis species*, Angl. *Gunne*. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 256: *Tunc rex... se accinxit ad persequendum Northumbrie comitem et dominum Bardulf, habens secum omne præparamentum belli, machinas, petraras, balistas et Gonnas, quarum una tam capax fuit, ut nullus murus perferret ictus ejus*. Vide *Gonna* 2.

\* 1. **GONNUS**, ut supra *Gonjo*, ex Charta ann. 1312. ibid. laudata: *Gullelmus de Stappo bajulus civitatis Albiæ, cum multitudine hominum armatorum, equitum et peditum, portantium armis discoperta, videlicet lanceas, balistas, cædrellos, scuta, gasarnias, Gonnos et pennis mora hostili.*

2. **GONNUS**, a Gallico *Gond*, *Cardo*. Comput. ann. 1450. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil.: *Item dicto Petro, pro una Gonno ad ostium aulæ grangiæ appositio, etc.*

**GONONUS**, [Manipulus.] Vide *Gonna* 1.

† **GONUM**. Vide *Gonna* 1.

† **GOPILLATOR**, *Venator vulpium*, ab antiquo Gallico *Goupil*, *Vulpes*. *Goupil* est *molt artillos*, apud Borellum ex Auctore libri *du Bestiaire*. Computus anni 1202. apud D. Brussel ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. CLXII: *Eustachius falconarius et Gaufridus de S. Johanne usque ad Octav. S. Dionysii XXXI. l. et XII. s. et dim. Gopillator de suo tertio XXIX. l. XI. d. minus. Luparius... c. et III. s. et III. d. Balduinus et Willelmus venator... X. l. III. s. Vide Gupularius.*

\* *Gouppilleur* et *Guoppilleur* nostris. Charta Phil. VI. ann. 1333. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 215: *Pour consideration des services que Robin Trouart nostre Gouppilleur nous a fait ouït offices, etc. Le Gouppilleur viij. den. par jour, inter Vadia official. reg. ex Reg. sign. Noster Cam. Comput. Paris. fol. 413. v. Ubi Codex reg. sign. 8406. fol. 297. r. habet, Gouppiller. Vide *Vulpecula*.*

† 1. **GORA**, *Advena, Sussannæo*.

\* 2. **GORA**, vox Italica, *Canalis, aquæ*

pluvialis ductus. Charta ann. 1097. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. part. 3. pag. 1081 : *Alio capo decurrit ei Gora cum homni aqueducto, sicut curri aquam de molino, etc.* Alia ann. 1216. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 263 : *Concedimus... facultatem... construendi ac ponendi steccatas, Gorus, etc.* Ubi idem videtur quod *Gordus*. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 185. ex Cod. reg. 4621 : *Quicumque conduceret vel conduci faceret per aliquam Goram, foveam sive canale... aquam... fluminis Bisontii, etc.* Vide infra *Gorga* 1.

\* **GORAB**, *Arabice, Corvus*. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **GORCET**. Charta ann. 1124. ex Tabul. S. Eparchii : *Dono Deo et S. Eparcho apud Marciacum in loco, quem vulgo appellant Gorcet, totum illum Gorcet, et quidquid ibi habeo.*

**GORDANA**. Tabularium S. Genovefæ Paris. ann. 1187 : *Quantum area molendini ipsorum cum utensilibus suis, scilicet Gordana et instrumento piscatorio, quod dicitur Penchum, extenditur.*

\* Instrumentum piscandi videtur, nostris *Gourdainne*. Charta ann. 1323. in Chartul. S. Maglor. ch. 181 : *Icellui moulin ou arche estoit... en tel point et estat, que il n'i avoit demouré que les palées, lesqueles ledit Estienne... en avoit portées ou fait porter avecques la Gourdainne.* Alia ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item nous défendons les Gourdainnes en la guise de bois, l'en les levera en estel, toutesfois que l'en voudra, pour les nestoier.* Parisius nomen est cuiusdam carceris, ex Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 116. ch. 205 : *Icellui sergent fist mettre en prison en la Gourdainne ledit Neveu chandelier à Paris.*

\* **GORDETA**. Vide supra *Gardeta*.

**GORDUS**, Gorges, locus in fluvio coarctatus piscium capiendorum gratia : *Gors, Gort, et Guort*, dictus passim in Domesdei : *De 3. Gorz, mille anquilles.* Charta Ludovici VI. Regis Fr. ann. 1111. in Hist. Priorat. S. Martini de Campis pag. 24. 27 : *Gordum etiam piscium apud Pissiacum in Sequana... dederunt.* [Eadem habet Charta Ludovici VII. ann. 1137. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 54.] Charta Ricardi II. Ducis Normannie in Histor. Monast. S. Audoeni Rotomag. pag. 405 : *Admimus et Gordum in fluvio Sequanæ emptum ab ipsis Monachis.* Alia Hugonis de Feritate, ibid. pag. 460 : *Ad hæc Ecclesiam de Belsas, et 30. agros, et Gordos de Poses, et piscatorum I. Alia Roberti Ducis Normannie, Ricardi II. filii : Dedi quoque piscariam, quod vulgo Gordum dicitur, apud Ostesum villam.* Alia Gaufridi Episc. Meldensis ann. 1211. in Tabulario Campaniæ : *Propter damnum, quod inde patitur Monachi in molendino de Noilli, et in molendino de Stagno, et in levatis de tribus Gordis avulsis per Comitissam, etc.* Aresta Omn. SS. ann. 1264. 1. Regesti Parlam. fol. 37 : *Dicit se habere usagium in foresta Bardi ad claudendum Gordum suum, situm in Secana de palo et virga.* Minus Pastorale Eccl. Paris. ann. 1233 : *Medietatem cuiusdam Gordi, qui dicitur Chatel, quam habebat in Secanam apud Andriaciacum, etc.* [Rursus occurrit apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 223.] In Statuto Caroli VI. ann. 1415. art. 1. vetantur fieri in Sequana, *vennes, Gords, pieux, moulins, pescheries, etc.* [Charta vernacula S. Nicasii de Melento : *Item apparatus audit Prieurè un*

*Gord, autrement dit Ramée, qui est une pescherie dans la riviere entre les deux isles de S. Nigaise.] Neque aliud sonat Regort, quam Gorges, in veteri Poemate de Garin MS. :*

Gironville est fermée en un Regort  
Sur une roche del tans ancianor.

Infra :

Gironville est en un Regort de mer,  
Sor une roche de viel antiquité.

Vide *Gurges* [et *Gorgus* 2.]

\* Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 90. v° : *Littera acquisitionis du Gord seu piscariæ et pertinentiarum, sitæ inter Bry et Nogentum, vocatæ le Gord Saint Antoine, ab abbate S. Mauri. De anno 1378. Le Roman de la Rose Ms. :*

Li autre passent si avant,  
Qu'il se vont en plain Gort lavant.

Vide *Vieria* 2.

† **GOREO**. Vide *Gorgo*.

\* **GORETUS**, **GORRETUS**. Ager viminibus consitus, quod *goris* seu canaliculis irrigari soleat, sic dictus. Stat. Astæ collat. 7. cap. 2. pag. 23 : *Jurare debeat quod non faciet damnum in Goretu alijus.* Ibid. collat. 13. cap. 19. pag. 41. r° : *Quod si aliquis incidit vel asportaverit boschum aut Gorretum, etc.* Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 144. ex Cod. reg. 4622. A : *Qui incidit vel messuerit fascem alienam Gorreti vel venghi, etc.* Vide infra *Gorra* 2.

**GORFFWYLLANC**, Stultitia exponitur in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 23. Boxhornio in Lexico Cambrico, *Gorffwyll*, est rabies, insania.

\* 1. **GORGA**, ut supra *Gora*, Canalis, per quem aquæ effluunt, gorges, Ital. *Gorga*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Corredor, Prov. Lacunar, ubi fit cursus, vel Gorga.* Rursum : *Gorga, Prov. castula canalis, fluvarium, imbricium.* Formulæ Mss. ex eod. Cod. fol. 41. r° : *De quo quidem oyde, tam de cota ipsius quam de Gorga, per quam dicta aqua erat transire solita, etc.* *Gorge*, eadem acceptione, ut videtur, in Charta ann. 1449. ex Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 72 : *Pour maintenir en estat lesdites salines, cabanes, mortelayras, divers pons et plusieurs Gorges nécessaires à la façon du sel, etc.* Vide *Gurga*.

\* 2. **GORGA**, Ager vepribus et dumetis obsitus, dumus densus, nostris alias *Gource*. Charta ann. 1197. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Dedit ad acapitum quamdam Gorgam sive terram abosquitam, sitam in territorio de alpius... Quoddam affare terrarum Gorgarum et vallorum incultorum et abosquitorum.* Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 107 : *Iceulz de Vergiralles poulscerent le suppliant à force de bastons dedens une Gource ou fort buisson, etc.* Massiliensibus *Gorgue*, dicitur de agris inter rupes positus, non multum dissimili notione. Nostris vero *Gorge*, fauces, angustie vocantur. Vide infra *Gorgia* 3.

\* **GORGALÉ**, **GORGIALE**, Armatura, qua guttur, Gall. *Gorge*, tegitur. Charta ann. 1335. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 1. v° : *Armaturas etiam in dictis galeis infrascriptas habebunt, scilicet in qualibet ipsarum... curacias cxxx. Gorgalia cxxx.* etc. Alia ann. 1324. Reg. Rob. comit. Provinc. : *Certæ quantitatis coriarium, Gorgialium, cervellarum, etc. Gorgialium et cervellarum ccl.* Armet de Gorgent dicitur, in Ordin. milit. Ms. Caroli ducis Burg. ann. 1473. *Gorgerrete* et *Gorgiere*, eodem sensu, non semel oc-

currit. Stat. ann. 1351. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 69. art. 8 : *Armée de plates, de crevelliere (l. cervelliere) de Gorgerette, etc.* Pedag. Peron. ex Chartul. 21. Corb. fol. 341. v°. *La Gorgerette doit un denier.* Guill. Guiart. ad ann. 1285 :

Hyaumes fondent, targes deffacent,  
Mailles chieent de Gorgeretes,  
Tabours tentissent et trompetes.

Ad ann. 1297 :

Hyaumes mis, Gorgieres laciés.

Rursum ad ann. 1304 :

Bacinez fondent, boucliers failient,  
Haubers et Gorgieres desmaillent.

*Gorgery*, eadem notione, in Poem. du Chevalier *Délibéré* Ms. :

Je te donne pour ton prouffit  
Ce Gorgery fait de tele guysee  
Qu'il est meslé de barbe grise.

\* Sed et *Gorgiere*, pro colli ornamento, inter mundum muliebrem recensetur, in Comput. Steph. de Font. argent. reg. ann. 1352 : *Cowrechefs, Gorgieres et autres atours pour le chief de madite dame.* Ibidem : *Gorgieres de Behaigne pour l'atour de ladite dame.* *Gourgerit*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1465. ex Reg. 202. Chartoph. reg. ch. 31 : *Le suppliant frappa sa femme ung grant cop de cousteau ou col en descendant jusques au Gourgerit.* Nisi sinus pars superior hic significetur. Vide *Gorgeria*. [\*] et Glossar. med. Græc. voce Γοργήριον, col. 262.]

\* **GORGAS**, **GORGATA**, Gorges, Ital. *Gorgo*. Pariag. inter reg. et abbat. Gemondi ann. 1322. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 53 : *Item retinuerunt dicti abbas et scindicus sibi et dicto monasterio molendina, cum paxeris... et piscariis seu piscibus in quantum in Gorgati ipsorum molendinarum tenent.* Charta ann. 1337. in Reg. 68. ch. 48 : *Molendina et molendinaria, sive sint de vento, vel in aqua seu aquis, in Gorgatis vel aliter.*

† **GORGERIA**. Armatura qua guttur tegitur, Gal. *Gorgerin*, paucis *Gorgiere*. Garnisiones castrî Carcasson. ann. 1294 : *Gorgerie ferri de Lombardia.* Inquisitio anni 1323. Histor. Dalphin. tom. 1. pag. 41. col. 2 : *Item, quod idem Castellanus præcepit... quod haberent centum Gorgeries misit quæsitum.* Extractum computi ann. 1336. ejusdem Histor. tom. 2. pag. 326. col. 2 : *Item, dispioides de fustonyo pro XII. s. gr. Item duodecim Gorgeria de mayllia VII. s. gross.* Vide *Gorgretæ*.

1. **GORGIA**, Rumen, ingluvies, de ave, ex Gallico *Gorge*, apud *Fridericum II.* lib. 1. de Venat. cap. 40 : *Habet supra furculam pectoris quoddam amplum ad modum sacci, quod Gorgia dicitur : primo recipit cibum et potum ab ore in eam transmissum, in ea enim cibus et potus calescit, et præparatur, priusquam veniat ad stomachum, etc.* Adde cap. 23. lib. 2. cap. 9. 19. etc. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital.

\* Unde *Gorga*, Hispanis, Avium pabulum, et nostris *Gorger*, Aves pascere. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 322 : *Le suppliant dist qu'il alloit Gorger son outour, le quel incontinent ala Gorger sondit outour ; et ce fait se partit de son logis tenant sondit outour sur son poing.* Hinc nostris *Gorgeour*, *Helluo*, vorax, vulgo *Goinffre*, *goulu*. Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 140. ch. 136 : *Vous n'en pavez maiz entre vous de Quillebuf se vous estes gros et gras, car vous estes grans Gorgeours.*

*Gormander*, Immoderate vesci, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 65: *Le jour devant que icellui prestre trespassast, il avoit beu et Gormandé par tout le jour.*

\* 2. **GORGIA**, a Gallico *Gorge*, Fauces, guttur. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 159: *Dictus Robertus irruens in ipsum Johannem, et per Gorgiam accipiens, ipsiusque capucium dilacerans, etc. Gorgier vero et Gorgoier, nostris interdum est Iridere, illudere, Gall. Railler, se mocquer, insulte.* Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. ch. 106. bis: *Te faut il ainsi Gorgoier; par le sanc Dieu je te batray et te monterray comment tu Gorgoieras contre les hommes de cest pais.* Aliæ ann. 1473. in Reg. 195. ch. 997: *J'ay grant despit qu'ilz nous viennent ainsi despiter et Gorgier.* Unde *Gorgieur*, Irrisor, jactator, Gall. *Railler, fanfaron*, in aliis Lit. ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 197: *Se tu eusses eu à faire ce que nous y eusses à faire, tu ne t'en eusses sceu déliurer; car tu n'es que un Gorgieur et un venteur, soit à jouer à la paulme, ou en autres choses.* Inde etiam *Gorgias* dicitur de eo, qui ridiculo ornato instructus est. Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. ch. 906: *Une jeune fille de xv. à xvi. ans ou environ, laquelle estoit bien Gorgiase et habillée fort frisquement, ... et en maniere mérétricale.* Id est, discooperto et patente sinu. Chron. Caroli VIII. Pet. Desrey ad ann. 1516. fol. 124. r. ad calcem Monstrel.: *Ils estoient fort Gorgias d'accoustremens faits à plaisir et force plusmars.* Ejusdem originis est *Gorriau*, Collare, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 141. ch. 214: *L'exposant print en l'estable deux jumens et un petit poulain avec deux coliers ou Gorriau à traire tous garniz.*

\* 3. **GORGIA**, Fauces, angustiae, Gall. *Gorge*. Recognit. feudal. Ms. ann. 1343: *Item unum gauchorium, unum batistorium, ... cum suis domibus, ... et pertinentiis universis, sitis infra Gorgiam Alavardi juxta aquam de Breyda.* Vide supra *Gorga* 2.

\* **GORGIALE**. Vide supra *Gorgale*.

\* **GORGIATA**, *Gorgiæ* seu colli percussio, colaphus, Gall. *Coup de poing, gourmade*, alias *Gorgiere*, Ital. *Gotata*. Charta ann. 1390. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 33: *Quod ipse dominus vicecomes, sine causa, nobilem Migonem... una magna Gorgiata percusserat.* Lit. remiss. ann. 1418. in Reg. 167. ch. 175: *Idem exponens unam magnam Gorgiatam eidem de Serinis dedit; quo facto incontinenti uterque eorumdem evaginavit gladium suum, etc.* Aliæ ann. 1401. in Reg. 156. ch. 445: *Le suppliant dist audit Guillaume qu'il se traist en arriere, ou il lui donroit une Gorgiere; ... le quel tira un poignant ou daque, et d'ycellui féry ledit Guillaume un cop en la poitrine.* Eo spectat vox *Gourder*, qua fauces alicujus invadere, constringere significatur. Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 189. ch. 41: *Icellui Quenivet print le suppliant à la gorge et lui dist qu'il l'estrangleroit; et quand ledit suppliant vit que ledit Quenivet le Gourdoit et constraignoit ainsi, etc.* Vide infra *Gottata*.

\* **GORGIIUM**, Mensuræ agrariæ species. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 216. r.: *Jardinum continens unam acram et unam virgatam et unum Gorgium,*

† **GORGO**, ἀναμφίβλος, Certe, in Supplemento Antiquarii. Alibi habetur *Goreo*; Festus: *Corgo apud antiquos pro*

*adverbio, quod est Profecto ponebatur.* Vide *Gorgus* 1.

† **GORGONASSA**, Locus in portu Massil. f. sic dictus ab Ital. *Gorgo*, Gurges, et *Nassa*, *Nassa*. Statuta Massil. lib. 4. cap. 6: *Idem dicimus observandum de navibus et de lignis quæ onerare voluerint in portu Massiliæ, vel extra buccam portus usque ad Gorgonassam, de blado vel de sale, etc.* Infra: *Si vero in bucca portus Massiliæ, scilicet a torreta usque ad punctam Gorgonassæ, aliquid ejiceretur de saorra, vel rumentis, seu lapidibus, compellatur dominus navis, vel ligni dare.... pro pena... centum sol. reg.*

† **GORGRETA**, Idem quod *Gorgeria*. Locum vide in *Godebertus*. [\* Leg. procul dubio *Gorgereta*. Vide supra *Gorgale*.]

† **GORGUÆ**, Colliquiæ, Gall. *Goutieres*. Statuta Massil. pag. 131: *Statuimus, ... tres magistros lapidis bonos et legales, quorum arbitrio terminentur et sopiantur questiones omnes... quæ oriuntur de andronis Massiliæ et aigueris et de Gorguis.*

† 1. **GORGUS**, ἀναμφίβλος, *Indubius*, in Supplemento Antiquarii. Vide *Gorgo*.

† 2. **GORGUS**, Idem quod *Gordus*. Hist. Beccensis MS. pag. 171. ex Archivo ejus Monasterii: *Duo molendina, quatuor Gorgos, unam domum, etc.*

\* Non semel occurrit in Chartis Henr. abb. S. Dion. ann. 1211. et 1213. et Chartul. Campan. fol. 237. v. col. 1. et 2.

\* **GORJA**, Canalis, per quem aquæ effluunt, Ital. *Gora*. Form. Mss. Senens. ex Cod. reg. 4726. fol. 3. r.: *Quod ædificium et molendinum, ... cum fretis steccariis, Gorgis, torcitoriis et aqueductibus pertinentibus, etc.* Vide supra *Gorga* 1.

\* **GORJONUS**, perperam pro *Gonjonus*, Cento, centunculus, idem quod *Gambeso*. Stat. senescal. Bellicad. ann. 1320. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 162: *Item quicumque portaverit arma deffensiva, ut pote haubbergerium, sive Gorjonum, gorgieriam, etc.* Vide supra *Gonjo*.

**GORMARINGA**, Mali seu pomi species, in Capitulari de Villis cap. 70.

**GORNITHINGS WERC**, Andreas Suenonis lib. 9. Legum Scaniæ cap. 9: *Et est casus, in quo specialitatis interfectionis, quæ Gornithings Werc in patria lingua nominatur, puta quando sic lancea, vel quovis alio instrumento nocendi, ad minus dimidium marcam valens animal perforatur, ut horrenda per vulnus viscera emanare cernantur, etc.* [\* Vide Rosenving. Hist. Jur. Dan. § 64. not. B.]

† **GORNUS**, *GORNATUS*, sive *GURNADUS*, Piscis marinus albus minimusque, medii digiti longitudinem non excedens: una cum capite ac spinis manditur. Medic. Salern. pag. 180:

Lucius, et perca, et saxatilis, albica, tenca, Gornus, plagitia, et cum carpa, galbio, truta.

Vide ibidem pag. 183.

\* Nostris *Journal*, in oceano nostro haud infrequens. Comput. pitent. S. Germ. Prat. ann. 1374: *Item le Mardi ensuivant pour la pitence du convent d'alouses salées, et deux Journalx et un mulet pour mons. l'abbé, lx. solz. La charretée de Gournaux doit six Gournaux de coutume, in Stat. ann. 1320. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 582.*

† **GORPIRE**, pro *Guerpire*, Rei alicujus possessionem dimittere. Chartularium Ecclesiæ Auxitanæ cap. 85: *Compaius de Idraco, et Bernardus frater ejus et Sanca mater illorum firmaverunt et Gorpiverunt bailiam et begariam domumque confraternariam quæ injuste et tortuose*

*querebant Deo et B. Mariæ et omnibus Clericis et Canonici ejus.*

† 1. **GORRA**, Pilei genus quo caput et humeri teguntur apud Hispanos. Concilium Mexican. ann. 1585: *Galerum acuminatum seu id genus pilei, quod Hispani Montera aut Gorra appellant, aut sericum pileum ne deferant* (Clerici.)

\* 2. **GORRA**, *GORRASSUS*, Viminis species, Ital. *Gorra*. Vide supra *Goretus*. Stat. Montis-reg. pag. 236: *Ordinatum est quod banna damnorum ruvorum, vernarum, collarum, salicum, Gorrarum et Gorrassorum, non portantium fructus comestibiles, et similium arborum, non possint excedere valorem dictarum rerum.* Vide infra *Gurra*.

\* **GORRETUS**. Vide supra *Goretus*.

**GORRIDA**, *Terribilia et metuenda*, Pa-piæ. Forte *Horrida*.

\* **GORRINARE**, Decipere, surripere; unde *Gorrinus*, Subductor, raptor fraudulentus, Gall. *Escroc*: Hispanis *Gorron* est Mulierosus homo, et *Gorriona*, Scortum; a quo haud inepte deduci potest vox *Gorrinare*. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 99: *Notebat quod dictus Petrus filius suus luderet cum vispilionibus Gorrinis; et illico dictus Paulus dementitus fuit dictum Bartholomeum dicens, quod ipse non erat vispilio Gorrinus, nec consueverat aliquem Gorrinare sive decipere.* Hinc *Gorlé*, ut videtur pro *Fin*, rusé, Callidus, astutus, tom. 2. Fabul. pag. 225:

Une Gorlée pautonière;  
La garce ot à non Galestrot,  
Moult sot de fart et de tripot.

\* At vero *Gorin*, *Gorreau* et *Gorron*, Porcellus nostris dicitur. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 1056. ch. 38: *Il souvint à laditte femme d'un petit Gorreau qu'ilz nourrissoient.* Aliæ ann. 1418. in Reg. 170. ch. 112: *Deux jeunes cochons ou Gorrons, etc.* En l'ostel Jehan Rousseau avoient esté trouvez sept Gorins ou cochons de lait, in aliis ann. 1451. ex Reg. 181. ch. 67. Haud scio an idem *Guagoin*, in charta ann. 1301. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 140. v. col. 1: *Porcaingz et Guagoinz à Bourneuf, cent solz. Item le quint pain des fours, quatre livres.*

**GORRIONES**, Cum errore sonantes, in Glossis isid. Emendat *Pricæus*, cum horrore. [Grævius putat *Isidorum* scripsisse: *Gorgones*, Cum terrore spectantes. Notæ sunt de tribus *Gorgonibus* *Poëtarum* fabulæ.]

**GORS**. Vide *Gordus* et *Gurges*.

**GORSUM**, Danis, Summa est super constitutum mulctam erogata, vel doni nomine, ut habet Saxo Grammaticus lib. 10. vel in augmentum dedecoris, ut loquitur Sueno in *Legibus* Castrensib. cap. 11. *Leges Cimbricæ* lib. 2. cap. 26: *Si Clerici et mulieres sunt propinquoires hæredes interfecti, tunc recipiunt unum saal pro hæreditate, id est, Gorsum.* Et lib. 3. cap. 21: *Si quis pro homicidio justam firmaverit emendam, sine Gorsum, tunc solvet 18. marcas denariorum. Sed illud quod vocatur Gorsum, tantum erit, quantum fuerit prædictum, quando emenda fuit firmata: nam quilibet tantum offert in Gorsum, quantum timet in causa.* [\* Vide Rosenving. Histor. Jur. Dan. § 69. not. C. et supra *Gersuma*.]

\* **GORTIUM**, *GORTUM*, Gurges, locus in fluvio coarctatus piscium capiendorum gratia, Gall. *Gort*. Reg. Phil. Aug. de feud. Norman. ex Cod. reg. 4658. A. fol. 158: *Petrus de Longa tenet sua ortia in aqua, et prata sua, tenentia pratis*

regis; unde debet xv. dies de custodia ad eustum domini regis. Charta ann. 1378. in Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 90: *An-cellus de Villaribus miles viginti quatuor libras... habet et tenet, et specialiter super acquitum seu traversum ripariæ apud Domos,.... et supra ripariam, una cum Gorto situato apud Montehanam in riparia Secanæ: quod quidem Gortum et ripariam Egidius de Poissiaco miles dicto Ancello tradidit.*

\* 1. **GORTUS**, Eodem intellectu. Arest. parlam. ann. 1473. in Lib. pitent. S. Germ. Prat. fol. 215. rº: *Actor ad causam cujusdam gurgitis seu Gortum antiqui, vulgariter le Gort Jaillart vocati, supra ripariam Secanæ inter villagia d'Auteuil et d'Icy, situati, in possessione et saisina, quod dicti defensores, sed nec alius, novum gurgitem seu Gortum... facere aut construere... minime poterant.* Vide **Gordus**.

\* 2. **GORTUS**, Canalis, per quem aquæ decurrunt. Charta ann. 1301. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 122. vº. col. 1: *Concessimus dicto Gaufrido tertiam partem totius Gorti aquæ fontis nostri, quem emittit in domo nostra de Cachant.* V. **Gorja**.

\* **GORVARANIUS**, **GORVARANUM**. Conc. Mexic. ann. 1585. lib. 3. tit. 4. cap. 3. apud Labb.: *Vestimento subserico, aut opere Gorvaranio ne utantur: præbendati tamen aut licentiati in theologia... togas subserici tafetano opere aut Gorvarani intertexti domi gestare poterunt.* Academ. Hispan. *Gorrones* dicuntur *Bombyces* otiosi; unde fortean *Gorvaranius*, idem quod *Sericus*. [\*] *Iisdem Gorbion, texti serici genus.*

\* **GORUM**, Calefactorii species. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1480: *Item Joh. Siret pro quibusdam Goris æneis ad manus dominorum calefaciendum in hyeme, xx. sol.*

\* **GOSENGULA**, Pisciculi genus. Stat. Placent. lib. 6. fol. 79. vº: *Item pisces minutos, botulos, varonos, Gosengulas, quæ appellantur museti gambarutii, pro qualibet libra, vj. den.* Vide supra **Gornus**.

\* **GOSSARIUS**, Moneta aurea. Lib. cens. eccl. Rom. ann. 1192. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 877: *In Episcopatu Cicensi. Monasterium sanctæ Mariæ Lusnezai, duos Gossarios auri.*

\* **GOSELINA**, Chronicon Bonæ Spei pag. 462: *Cessimus domum et hortum in Enquelines sub censu IX. lib. VI. den. ac similiter Georgio Desperies Gosselinam Marchensem supra memoratam pro XII. lib. annuatim solvendis.*

\* **GOSSETUS**, Cardo, Gall. *Gond*. Instrum. ann. 1270. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 13: *Parietes cum Gossetis ferreis, quibus applicabatur porta.* Paulo post: *Remanserunt lapides habentes Gossetos ferreos ad applicandum ostium.* Et infra: *Gossetos ferreos ad recipiendum ostium.* [\*] *Leg. Goffetus.* Vide **Gofetus** et supra **Goffo**.

\* **GOSSILIA**, Tunica ex crassiore materia. Chronicon Windesem. lib. 2. cap. 50: *Prior voluit, ut Fratres in labore Gossilia deferrent.* An *Gossipia*?

\* **GOSSONARIUM**, f. *Gossypium*, Gall. *Coton*. Testamentum Theobaldi de Marliaco ann. 1287: *Unum coopertorium fouratum de Gossionario.*

\* **GOSSUM**, Petrus de Crescentiis lib. 9. cap. 73. de morbo ovium: *Nascitur eis Gossium sub gula ex fluxu humorum a capite descendentium, etc.* Ubi Gallicus Interpres vetus videtur legisse *bossum*,

Gall. *Bosse*. Italis *Gozzo* est guttur. [Hinc in *Miraculis B. Simonis*, tom. 2. SS. Aprilis pag. 826: *Ipsa habebat Gossium et Gutturum grossum et inflatum fortissime.*]

\* Quod Gallicus Interpres Petri de Crescentiis *Gossium* reddiderit per Gallicum *Bosse*, male efficitur ipsum legisse *Bossium*: nam nostris *Bosse*, alias idem quod *Tumor*. Vide *Bossa*.

\* **GOSSUS**, Canis species, Occit. *Goussas*, Gall. *Chien mâtin*, Academ. Hispan. *Gozque*, Canis gothicus. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 94. Chartoph. reg. ch. 38: *Mortuus est ille canis mastinus olens dom. de Trembleyo; si illa canis mastina uxor sua et Gossus suus, de quo ipsa est prægnans, essent in tali statu, etc.*

\* **GOSTARIUM**, Species vehiculi. Cantatorium MS. Abbatiae S. Huberti fol. 6. vº: *Guillelmus a dæmone arreptus est et Virinam in Gostario relatus miserabiliter expiravit.*

\* **Goheriaus**, Plaustrii genus, vulgo *Tomberaeu*, in Ordinat. Ms. pro duello in Camerac.: *Et quant li bataille est faite, li prouvois doit avoir appareilliet et pourveu, au coust monsieur, keval, Goheriaus et trais souffisamment pour celui faire traïner, ki vaincus est.* Verum hic legendum opinor *Gestorium*. Vide **Gestatorium** et supra **Gestorium**.

\* **GOTA**, Canalis, ex German. *Gote*, canalis, tubus: Gallis *Goutiere*. Charta Rogeri D. de Basinghem ann. 1220. in Tabulario S. Bertini: *Præsenti charta confirmans, ut Gotam suam vel canale per totam terram meam libere habeat, per quam aqua de prato S. Bertini per terram meam... deducatur.* Vide **Gutta** 1. et **Gut-tara** in **Gutturium**.

\* Charta ann. 1360. ex Tabul. Massil.: *Item unum picherium argenti deauratum cum quinque Goutis.* *Goute* vero pro *Goutiere*, *Stillicidium* vel *emissarium*, in Charta ann. 1328. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 243: *Item son serjant doit et peut mettre les Goutes de Tornus, ainsi comme un des serjants au chamberier.* Vide infra **Gouteria**.

\* **GOTASSA**, **GOTASSIS**, **Arthritis**, Ital. *Gotta*, Gall. *Goute*. Mirac. Mss. Urbani PP. V. ann. 1372: *Passus fuerat dolorem gravem de Gotassa in genu tibiae suæ dextræ per septem annos, quod non poterat ambulare.* Ibidem: *Stetit impotens per sex menses vel circa de Gotassi in persona sua.* Vide **Gutta** 3.

\* **GOTERIU**, Rivulus, canalis. Charta ann. 1470. ex Tabul. Flamar.: *Confrontato ab una parte cum quadam careria publica, et ab alia parte cum quadam Goterio.* Cum *rluo* sive *Goterio*, in Testam. ann. 1469. ex eod. Tabul. Nostri *Glassouer* et *Glichouere*, eodem sensu et pro aquali emissario, usurparunt. Charta Galt. d'Estrommel ann. 1308. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 309: *Il puissent.... faire Glichoueres (infra Clichouere) une ou plusieurs, se il leur plaît, pour essayaver par un fossé où l'yaue s'en va derriere ledit torgoir. Esvyer ou Glassouers, in Chartul. Latiniac. fol. 194. vº. Glassoir, in Lit. ann. 1404. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 56. Vide **Guttarium**.*

\* **GOTEYRIA**, *Stillicidium*, Hispan. *Gotera*, Gall. *Goutiere*. Consuet. Mss. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305: *Sacrista habet tenere ecclesiam bene cooperatam et reparatam de tegulis, lateribus, Goteyriis et cementis.* Vide **Guttera** in **Guttarium**.

\* **GOTHA**, Eodem significatu. Charta ann. 1244. ex Chartul. 2. Fland. in Cam.

Comput. Insul. fol. 42. rº: *Dicta ecclesia ponere potest stillicidium sive Gotham ubi voluerit in tenemento suo,.... et si aliquid esset emendandum de dicto stillicidio sive Gotha, etc.*

\* **GOTHACENSES**, **GOTHENSES** **DENARRIT**, Hujus moneta, a Gotha urbe sic appellata, cujus typus, duæ coronæ sibi invicem oppositæ cum epigraphæ *Gotor*. prima mentio occurrit in Charta ann. 1335. Consule Dissert. Christ. Schlegel. pag. 34. 52. 53. 55. 61. 62. et 109. de Numm. ant. Goth. etc. Francof. ann. 1717.

\* **GOTHONUS**. [Gall. *Coton*, apud Cypriotas: « De venditionibus bladorum, *Gothonorum* aut vinorum suorum. » (Venise, Archiv. génér. Senato. Misti, XLVII, f. 65, an. 1406.)]

\* **GOTTI**, Occitani, quorum regio *Gothia* appellata propter Gothos, qui eam invaserant. Mirac. S. Jacobi major. tom. 6. Jul. pag. 58. col. 2: *Inter Gotos in provincia Montis Pessulanti, etc.* Eodem nomine designatos opinor Normannos, qui Galliam deprædati sunt, in Charta ann. 1521. ex Chartul. Latiniac. fol. 257. vº: *Les terres et seigneuries de Ducy, d'On-gnes et Drozelles sont et appartiennent à ladite église (de Lagny) dès cinq ou six cens ans, et dont eulx et leurs prédécesseurs ont joy et possessé souz le titre de deffunct de bonne mémoire Ymbert conte de Brye et Champagne, qui les a donné à ladite église et abbaye de Lagny, pour l'augmentation et restauration d'icelle, qui auroit esté auparavant destruite par les Gotz et Wandres.* Vide **Guti**.

\* **GOTINA**, Rivulus. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 318: *Confrontantur cum Gotina, quæ incipit difluere a dicto bosco usque ad boscum Bosilh. Pluries ibi. Hinc emendanda eadem Charta in Reg. 61. ch. 428. ubi non semel legitur *Grotina*. Vide supra **Goterius**.*

\* **GOTTA**, Canalis, rivus. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1188. in Suppl. ad Miræum pag. 61. col. 2: *Si in Septemp-trionali parte Hem alteram sliusam consideratione utilitatis construi contingerit, in solido ac tuto ponetur loco, et eam cum Goutis suis, lege superioris, fratrum cura tueri tenebitur.* Vide infra **Gutta** 1.

\* **GOTTATA**, Alapa, colaphus, Ital. *Gottata*. Jura curiæ ducum Tusciæ ann. 1196. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 92: *Item de Gottata, quinque solidos curiæ. Item si quis insultaret contra alium, etc.* Vide supra **Gauta** et **Gorgiata**.

\* **GOTTEFFLUS**, Vasculum unde liquor guttatim defluit, a *Gutta* et *Fluere* sic appellatum. Charta anni 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 363: *Unam navem magnam pro mensa domini Dalphinæ de vitro... quinque duodenas de Gottefflos, sex magnas botas vitri ad portandum vinum, etc.*

\* **GOUCHETUM**, f. pro *Gauchetum*, *Molendinum fullonarium*, quo panni poliuntur et dealbantur. Vide supra **Gauchatorium**. Charta ann. 1352. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 424: *Item hæredes Andreæ Chaucelli pro bastitorum et Gauchetorum de Ornone, duodecim Gallinas.*

\* **GOUDALARIUS**, **GOUDALIA**. Vide supra in **Godala**.

\* **GOUDENDARDUM**. Vide supra **Godandardus**.

\* **GOUDING**, Placitum, assisa, conventus, ubi lites dijudicantur, a Fland. *Geding*, Causa, lis. [\*] *Gouw*, Regio, pagus et *Ding*, placitum. Vide **Gogravius**.]



Charta Phil. comit. Fland. pro libert. franci et castellan. Brug. ex Cam. Comput. Insul.: *In anno erit semel unum Gouding.... De Gouding. Statutum est Sabbato post Epiphaniam præcones convenire ad virscarum, et ibi edictum accipere, die Dominica in ecclesia denuntiare et placitum proxima feria secunda esse; durabit autem placitum per totam hebdomadam.... Et ita in ecclesiis suis denuntiantur Gouding prædictio tempore. Est autem Gouding sic statutum, primo die et ultimo, hoc est feria secunda et Sabbato, placitabunt comes et homines ecclesie, interim homines terræ.*

† **GOUEMON.** Vide **Goumon.**  
† **GOUGULATOR,** Præstigiator, in *Cauculatores.*

† **GOULETUS,** Litteræ anni 1332. ex Chartulario S. Martini Pontisar.: *Tria quarteria de grous ad quarreriam.... quinque quarteria ad Gouletum.... tria quarteria de groa. Nostris Goulet vel Goulot dicitur os, guttur lagenæ, per quod liquor effluit: an inde sic dici potuit locus peculiaris apud Pontisaram?*

\* Nomen loci a rivulo, nostris *Goulet*, qui ibi decurrebat, sic dicti. *Le ruisseau ou Goulet*, in Lit. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 311. art. 1. Vide *Gula.*

† **GOUMON,** Alga, fucus e mari ejectus, Armoricis nostris *Goumon*, Normannis *Varech.* Acta SS. Maii tom. 4. pag. 568. et 569. ubi de S. Ivone: *Recollegissent insimul globum herbæ marinæ vocatæ Goumon.* Alibi scribitur *Goumon.*

† **GOUSSA,** Siliqua, Gall. *Gousse, Cosse.* Eadem Acta ibid. pag. 555: *Videatis utrum fabæ, quæ ibi sunt, sint bonæ ad comendandum... Goussas earum ad decoquendum.... apportetis.*

\* **GOUTERIA,** a Gallico *Gouttiere*, Stillicidium, alias *Gouterel.* Charta ann. 1233. in Chartul. Barbell. pag. 518: *Et quando necessitas exiget Gouteriam supra dictum murum sitam reparari, etc.* Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 51: *Comme icellui Robin se feust alouez.... à oster certains tuilleaux et vielz Goutereaux de bois, qui estoient sur les voulttes d'icelle église, et ainsi que ledit exposant eust prins un vielz Gouterel de bois, qui contenoit une toise ou environ.* Vide *Gutteria* 1.

\* Aliud vero est *Goutiere*, Supellectilis nempe seu ornatus lectualis pars, in Comput. Rob. de Seris ann. 1332. ex Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 10. rº: *Pour la chambre de madame.... pour la coupeinte icº. iiijº. vij. bestes et icº. et lv. papeillons. Item pour les Goutieres lxxviij. bestes et iiijº. et v. papeillons. Item pour le cheveier viijº. bestes et vijº. et iiij. papeillons. Item pour le ciel. icº. xxiij. bestes et x. papeillons.*

\* **GOUTTE,** Gutta, lacrymæ, vulgo *Gouttes, larmes.* Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg.: *Item una casula, tunica, et dalmatica de camocas nigro, guttato de Gouttis albis pro officio defunctorum.* Vide infra *Gutta* 6.

\* **GOUVETARIUS,** Qui res alterius procurat. Charta ann. 1415. in Tabul. S. Germ. Prat.: *Recognosco me recepisse et habuisse a reverendo in Christo patre domino abbate monasterii S. Germani de Pratis prope Parisos et a conventu ejusdem monasterii per manus receptorum sive Gouvetarii dicatorum abbatis et conventus summam quatuor librarum et decem solid. Paris.*

**GOWNA.** Vide *Gunna* 1.

\* **GOYARDUS,** nostris *Goyart*, Falcis species, idem quod supra *Goia* 1. Vide in hac voce. Lit. remiss. ann. 1359. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 110: *Asserebat.... finaliter dictum Guichardum de quodam Goyardo percussisse, sic quod dictus Guichardus.... infra paucos dies post miserabiliter expiravit.* Aliæ ann. 1381. in Reg. 119. ch. 142: *Bartholomeus de Varenis... ad domum ipsius exponens accedens, hostium ejusdem fortiter cum uno magno Goyardo ferreo propulsavit.* Monstræ Mss. factæ apud Chassang. ann. 1511: *Guillelmus petit unum Goyardum et unum spardam.* Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. ch. 225: *Lequel Questain prist un grand baston de fer, dit Goyart, etc. Jehan Lancier garni d'un coustel, appellé Goyart, in aliis ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 257. Aliæ ann. 1405. in Reg. 160. ch. 74: Un Goyart que le suppliant avoit accoustumé de porter quant il aloit dehors abatre ou copper les buissons ou hayes. Ung certain baston, appellé Goiart, dont l'en coppe les bois, in aliis ann. 1458. ex Reg. 187. ch. 158. Voyart, mutato g in v, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. ch. 190: *Un baston, appellé au pays (Bourbonnois) Voyart, duquel on a accoustumé de coper des espines.**

† **GOZA.** Vide *Gussa* 1.  
\* **GOZITUA.** Charta Kasimiri ducis Slavor. ann. 1175. in Pomer. diplom. pag. 155: *Homines etiam ipsius ecclesie (Camminensis)... ab omni exactione, in super naraz, osezp, Gozitua, vectione vel per terram vel per aquam... penitus esse volumus absolutos.* Ubi Martin. Rango *angarias et parangarias* seu operas extraordinarias intelligit.

\* **GRAANTAGIUM,** Rerum creditarum pretii petitio et exsolutio. Charta Odon. dom. Montisacuti ann. 1224. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 77: *Si post nobis factam creantiam, quadraginta diebus completis, creditoribus factum non fuerit pagamentum, debent nobis premonstrare, et debemus eis Grantagium suum facere; alioquin non tenentur nobis craantiam facere, nisi facto Graantagio suo. Grantey, eadem acceptione, in Libert. de Auxona ann. 1229. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 395. art. 3: *Tant que cilz qui le vent, en ait son Grantey.* Vide in *Creantare.**

† **GRAANTARE,** Fide et sacramento interpositis promittere, cavere. Pactum ann. 1297. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 807: *Super istas pactiones omnes sæpe nominati domino de Legniaco Graantaverunt, quod tenebunt, etc.* Vide *Creantare.*

\* **GRAANTUM,** Libitum, voluntas. Gall. *Gré.* Charta Guich. de Bellojoco ann. 1192. in Chartul. Cluniac.: *Sub tali conditione sacramento firmavi, ut decem milia in festo S. Martini præsentis anni, et alia decem milia in eadem festivitate sequentis anni, bona fide ad Graantum suum redderem.* Vide supra *Creantatio.*

† **GRABATA,** pro *Grabata.* Vide ibi.  
† **GRABATARII,** Vide *Clinici.*  
† **GRABATI,** Canonici minores Misnæ, de quibus in Actis SS. Junii tom. 3. pag. 154. ubi de S. Bernone: *Interim alius paratur Grabatorum ordo, qui horas suas secundum quod vesperi orsus est, persequitur.*

† **GRABATUM,** Reclinati capitis susceptio, apud Papiam et Johannem de Janua. Notus est Latinis *Grabatus*, ut et Græcis *ῥαβᾶτος*; vel *ῥαβῆῆτος*, pro specie lecti humilioris et portatilis; hinc in Evangelio: *Tolle Grabatum tuum, etc.*

pro quo cum quidam concionator, *Grabatum* minus Latinum opinans, dixisset: *Tolle lectum tuum, etc.* justam Episcopi præsentis incurrit reprehensionem. Armoricis *Grabaz* species est feretri, quod vulgo dicimus *Civière à bras*; Latinis inferioris ævi feretrum, Loculus, Gall. *Cercueil.* Eigel. in Vita S. Sturmii Fuld. n. 14: *S. Episcopi Bonifacii (corpus) in minore quæ ets vicinior erat Ecclesia cum Grabato quo a navi ferebatur, statuerunt; cetera vero Martyrum corpora sepulture tradiderunt.* Jo. de Janua *Grabatum*, penult. correpta, *Gremium* reddit, unde versus:

Pro Gremio Grabatum, pro lecto pono Grabatum.

† 1. **GRABELLA,** Navis genus. Nicolaus Lanckmannus de Valckenstein in Historia desponsationis Frederici III. Imp. et Leonoræ Infantissæ Portugalliæ: *Dominus marchio misit unam Grabellam cum armigeris ad explorandum.* Et infra: *Nostris armigeri et bellatores cum duabus Grabellis invaserunt unam navim.*

\* 2. **GRABELLA,** GRABELLATOR, pro *Gabella* et *Gabellator*, ut videtur, Libellus *gabellarum* seu vectigalium; nisi sit pro *Mensura*, qua præstationes exiguntur. Stat. Avenion. lib. 1. rubr. 21. art. 20. pag. 91: *Item, quod Grabella signetur signo curiæ temporalis, prius per bajulos juratos visitata, alioquin Gabellator puniatur pena decem librarum Turonensium.* Vide in *Gabulum.*

† **GRABIDUS,** GRABIS. Vide *Grandes.*  
† **GRABOTUM,** Leviora grana frumenti cum paleis vanno ejecta. Charta Capituli Athanacensis Lugdun. ann. 1358: *Idem quod Grabotum omnium et singulorum bladorum inter ipsos Curatum et Vestiarium, et eorum successores, prout blada inter eos sunt dividi consueta, videlicet quod de Graboto frumenti et siliginis dictus Vestiarius et sui percipiat et percipere debeat duas partes, et dictus curatus et sui tertiam partem; de aliis vero bladis dictus Curatus medietatem, et Vestiarius Athanacensis Monasterii aliam medietatem.*

\* **GRACCITARE,** Anserum vox. Carm. de Philom. ad calcem Cod. reg. 6816: *Graccitat improbus anser. Gracchiare, Italis, Garrire, crocitare.*

\* **GRACELLUS,** Vasis genus. Charta Alf. comit. Pictav. et Tolos. pro Villafranc. ann. 1256. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 46: *Item de uno onere scutellarum et Gracellorum, unum denarium.* Vide *Grassellus.*

\* **GRACENSIS MONETÆ** meminît Comput. decimæ in Italia collectæ pro subsidio T. S. ann. 1278. ex Cod. reg. 5876. fol. 243. vº.

\* **GRACHIUM,** pro *Garachium*, a Provinciali *Garach*, Ager recens proscissus. Charta ann. 1460. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Versus occasum cum Grachio, quod tenet Petrus, etc.*

\* **GRACIES,** *Li gracie delli homini.* Glosar. Lat. Ital. MS.

\* **GRACILENS,** [Idem quod *Gracilis.* Næv. apud Non. 2. 364.]

**GRACILIS,** Species cornu, aut buccinæ, quæ infata acutum et *gracilem* sonum edit: nam *Vox angusta*, apud Juvenalem Stat. 3. *Gracilis veteri Interpreti dicitur: vel denique quod Grilli voci sonum similem edat.* Vide *Isidorum* lib. 12. cap. 3. *Gauterius Antiochenus: Libetque preonari voci propatula ut universi, audito primo sonitu Gracilis, festinent bellicis indui.* Idem: *Gracilibus, tibiis, tubis clangentibus. Greille* appellant.

nostrates. Glossar. Lat. Gall.: *Lituus, Graile, ô baston à divin.* Le Roman de *Garin* MS.:

Quant virent prés, lor Greilles font sonner.

Idem:

Là oyses Gresles oir et tentir,  
Mainte buisine et cornier et bondir.

Alibi:

Bues s'en ist, fiat les Greilles sonner.

Le Roman de la *Prise de Hierusalem* MS.:

A fait sonner un Graile devant l'uis de son fief.

Le Roman de *Roncevaux* MS.:

Mil Grises sonnent, mult en sont cler li ton.

Le Roman d'*Alexandre* MS.:

Et le Rois comanda quatre Greilles sonner.

\* **GRACILITUDO**, [Idem quod *Gracilitas*. Accius apud Non. 2. 364. *Ista tua Gracilitudo propemodum et luctus facit, ne dubitem.*]

\* **GRACILUM**, [Filius viscatum, *Fil potissè des cordonniers*, ap. DIEF. sub ABITA.]

† **GRACILLA**, ut *Gracula*, Gallice *Geai*. [¶ Vel potius *Cornix, la Corneille noire*, quæ ultra Ligerim *Graule* et Provincia libus *Graile* nuncupatur. Vide *Gracula*.] *Miracula S. Joachimi*, tom. 7. Mail pag. 116: *Gracilla quædam prope ac procaciter vocibus eos infestare non desistebat; sed vir Dei Joachim, humili impatentia, Gracillæ comminans, inquit: Heus tace, tumne tanti es venditura finum? Absiste hinc, et ecce illico ac si intellectum habuisset humanum, etc.*

\* **GRACILLIS**, Crassus, rudis. *Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: Item plus duas mapas magnas Gracillæ seu primas filii lini, longitudinis trium canarum.*

**GRACOMUS**, in Epistola Stephani Tuerbo Regis Bosniæ ann. 1435. Vide *Waddingum* hoc anno num. 2. 3.

\* **GRACIES**, GRATES, Idem ac *Gratices* per synopen. Vide *Gratices*. [Fr.]

**GRACULA**, Avis, quæ Latinis *Graculus*. Vita S. Fructuosi Archiepisc. Bracarensis num. 8: *Nigras parvasque aves, quas usitato nomine vulgus Graculas vocitat, mansuetas in Monasterio habuisse perhibetur.*

† **GRADA**, Agri modus, ut videtur. *Instrum. ann. circiter 1050. ex Archivis S. Victoris Massil.: Heæ terræ sunt ipsius Ecclesiæ, ab oriente incipit ipsa Grada, et sicut stat campus Pontii Gaucelini et ferit in aliam Gradam a meridie sicut pergit revolutio; alia Grada per summam ipsius montis sicut aqua vergit et ferit ad viam de Boxa, a Septentrionali parte consortatur Grada ipsa usque ad ipsam viam de Boxa.*

1. **GRADALE**, GRADUALE, Responsum, vel Responsorium, quia in gradibus canitur. *Versus Gradales, Responsorius Gradalis, etc.* in Ordine Romano, qui cantatur ad gradus. Ugitio: *Gradale, quod gradatim canitur post Responsorium.* Honorius Augustod. lib. 1. cap. 96: *Graduale a gradibus dicitur, quia in gradibus canitur. Hoc etiam Responsum vocatur, quia choro cantante, ab uno versus respondetur.* Amalarius lib. de Ord. Antiphonarii in Prologo: *Notandum est, volumen, quod nos vocamus Antiphonarium, tria habere nomina apud Romanos. Quod dicimus Graduale, illi vocant Cantatorium, qui adhuc juxta morem antiquum apud illos in aliquibus Ecclesiis*

*uno volumine continetur. Sequentem partem dividunt in nominibus. Pars, quæ continet Responsoriam, vocatur Responsoriale. Et pars, quæ continet Antiphonas, vocatur Antiphonarius.* Adde Hugonem a S. Victore in *Speculo Eccl.* cap. 7. lib. 2. de Offic. Eccl. cap. 18. Beletum cap. 38. Durandum lib. 4. cap. 19. Innocentium III. PP. lib. 2. myst. Missæ cap. 31. Jacobum de Vitriaco in *Hist. Occid.* cap. 34. etc. *Lex Aleman. tit. 16. § 2: Si Clericus, qui in gradu in Ecclesia publice lectionem recitat, vel Gradale, etc. Gradalis Karoli Imperatoris, apud Sugerium lib. de Adminstr. sua cap. 20. Capitula Guilleberti Episcopi cap. 9: Ut Dominicas et festivitates præcipuas excolere, per Gradalem suum et nocturnalem canticum non ignoret.*

† **GRADALE OFFICIUM**, opponitur *nocturnali*, unde officium diurnum significare videtur. *Capit. Caroli M. ann. 789. cap. 78: Monachi ut cantum Romanum pleniter et ordinabiliter per nocturnale vel Gradale officium peragant secundum quod beatæ memoriæ genitor noster Pippinus Rex decertavit ut fieret, quando Gallicanum cantum tulit ob unanimatem Apostolicæ Sedis et sanctæ Dei Ecclesiæ pacificam concordiam.*

**GRADUALIA** a S. Cælestino PP. primum instituta tradit Anastasius in ejus Vita, ex Codd. MSS.: *Constituit Graduale post officium ad Missam (al. Missas) cantari.* Chronicon Reicherspergense de eodem Pontifice, ann. 424: *Hic constituit, ut Psalmi Davidis 150. ante sacrificium antiphonatum canerentur, quod ante non fiebat, sed tantum Epistola et Evangelium recitabatur. Ex hoc instituto excerpta de Psalmis a B. Gregorio PP. primo Introitus, Gradualia, Offertoria, Communiones cum modulatione ad Missam in Ecclesia Romana cantari cœperunt.* *Gradualia et Alleluja composuisse S. Ambrosium scribit Honorius Augustod. lib. 1. cap. 88. Nostri Greel dicebant.* Glossar. Lat. Gall. *Gradale, Greel, Livre à chanter la Messe. Perperam Grec pro Greel, editum in Consuetudine Claramontensi art. 249. Catholicon Armoricum, Grazal, G. Greel, ung Livre à chanter, L. Gradale.* Robertus Bourronus in *Hist. Merlini* MS.: *Tu ten iras en ces parties, où les gens sont qui ont che saint Graal, et toujours mais sera ta paine, et tes livres retrais, et volentiers ois de toutes gens. Deux Greaux, inter libros Capellæ Ludovici Hutini, in illius Inventario. Un Messel et un Greel, in Testam. Caroli Comit. Valesii ann. 1320.*

2. **GRADALE**, Gradus, *Degré*. Lambertus Ardensis pag. 161: *Hic Gradalia et indicula de area in aream, de domo in coquinam, et camera in cameram, etc.*

\* 3. **GRADALE**, Catini species, pro *Grasale*. Pedag. Avenion. ann. 1215. ex Cod. reg. 4659: *De centum Gradalibus, unum Gradale.* Vide infra *Gradalus*.

\* **GRADALETUS**, diminut. a *Gradalus*. Vide infra in hac voce.

\* **GRADALICANTUM**, Liber ecclesiasticus, idem quod *Gradale* 1. nostris *Grael*. Vet. Pœnitent. MS. ex Beda in Libel. de Remed. peccat.: *Psalterium, lectionarium, antiphonarium, missalem, baptisterium, martyrologium, Gradalicantium, etc.* Charta dotat. capell. de Blainvilla ann. 1335. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 175: *Je sire de Blainville ay garnies et estoilées lesdites capelles... d'un messel et d'un breviaire pour chascune capelle, et d'un Grael pour les deux capelles.* Vide infra *Graele*.

† **GRADALIS**. Testamentum ann. 1010.

in Appendice Marcæ Hisp. col. 973: *Ad sancta Fide cœnobio Gradales duas de argento, ad sancto Vincentio de Castres anapos duas de argento.* An *Gradales* hic sunt *Gradualia* argento cooperta? Vide *Gradale* 1.

\* Inter vasa mensaria seu utensilia coquina annumeratur in Charta ann. 1263. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 477: *Item unum centenarium de parassidibus, et triginta Gradales.* Unde idem forte est quod mox

\* **GRADALUS**, Vas mensarium, catini species, pro *Grasalus*. Pedag. castri de Les ann. 1263. ex Cod. reg. 4659: *In singulis centenariis Gradalorum, scutellarum et Gradaletorum, quatuor.* Vide *Gratulus* et infra *Grasala*.

† **GRADARE**, Judicare, definire. Tabular. Beriacci: *Rothonensis Abbas et monachi immiserunt nobis monachis Majoris-monasterii calumpniam super cellam nostram de Beriaco. Contigit autem dominum Apostolicum Urbanum in partes nostras Turonicas advenisse; cui rem omnem manifestavimus. Judicatum est autem in præsentia ejus illos contra nos egisse parum juste... Mortuo domino Urbano, in cuius præsentia illa Gradata fuerant, dominus Paschalis qui ei successerat, ipse etiam in partes Turonicas devenit, etc.* Statuta Edwardi I. apud Rymer. tom. 2. pag. 261: *Consules jurabunt Baillivo nostro et populo dictæ villæ, quod ipsi bene et fideliter Gradabunt et gubernabunt nos et populum dictæ villæ.* [\* Leg. suspicior *Gardare*, Tueri, defendere. Vide *Gardiara* in *Gardia* 1.]

\* **GRADARIA**. Chron. Foroliv. apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 894: *Deinde ibērunt versus Pisaurum, et quatuor castra posuerunt ad depredationem seu ad sacco manum, scilicet Gradariam cum aliis tribus, etc.* Nomen fortasse loci.

† **GRADARIUM**, Graduum series, Gall. *Escalier*. Codex MS. de Albignensis e Bibl. D. de Chalvet Senescalli Tolosæ: *Dictus Vital una cum dictis hæreticis intravit cameram dicti infirmi ipso remanente ad pedem Gradarii.* Charta Massil. ann. 1433: *Nos Paulus Massil. Episc... eligimus miserabili corpori nostro sepulturam subius Gradarium, quo ascenditur ad tribunam.* Vide *Bestalinus* et *Gradarius* 2.

† 1. **GRADARIUS**, Equus tolutaris. Gall. *Haquenée*. Mollis gradu et sine succussatura nitens, apud Nonium. Lucilius: *Equus non formosus, Gradarius, optimus vector.* Charta ann. 1406. apud Lobinell. tom. 2. *Hist. Britan. col. 827: Dedit... Episcopo Briocensi suum Gradarium flavum, vulgo sa Hacquenée fauve.* Titulus Nicolaus Specialis apud Murator. tom. 10. col. 979.

\* 2. **GRADARIUS**, Graduum series, Gall. *Escalier*. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 266: *Respiciens dicta mulier quemdam Gradarium domus suæ, ipsum ascendit, et volens evadere furorem dicti Bertrandi a dicto Gradario credens saltare in quoddam viridarium de subius Gradarium existens, etc.* Vide *Gradarium*.

\* **GRADATARIVM**, Eodem intellectu. Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 193. Chartoph. reg. ch. 202: *Ipse Jaquetus supplicans, qui per Gradatarium ipsius domus ascendebat, etc.* Infra: *Gradarium*.

**GRADELLA**, vox Italica, Craticula, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agric. cult. cap. 37. vetus Gallicus Interpres *Greil* vertit. Gloss. S. Benedicti cap. de Ferramentis: *Graticula*.

† **GRADERE**, pro *Gradi*, Ire, vadere.

Camillus Peregrinus apud Murator. tom. 2. pag. 290: *Ad ipsam civitatem pro mercimoniis Graderent. Infra: Capuam Gradierunt.*

\* **GRADERIUS**, Annuus: *Gradus* enim pro anno dictum est. Vide in hac voce num. 2. Testam. Guill. de Omellacio ann. 1156. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 559: *Solvo etiam et quirpisco... omnes secutores Graderios, qui solebant mihi fieri, ne amplius exgantur in terra mea.*

\* **GRADIBILIS**, [Qui ambulare potest. Pacuv. ap. Prisc. p. 677.]

\* **GRADICIA**, **GRADIZIA**, Crates, virgultorum fascis, Ital. *Graticcia*, Gall. *Claye*, fascine. Hist. belli Forojul. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1206: *Gradicis in magna quantitate factis, etc.* Ubi perperam *Gardicis* editum in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 51. col. 2. Stat. Vallis-Ser. cap. 59. ex Cod. reg. 4619. fol. 116. r°: *Conductores ipsorum molendinorum... non possint nec debeant tenere in ipsis molendinis... aliquas Gradizias, (infra Gradicias) assides, pannos, nec aliquas res pro capiendo volaticam nec farinam.* Vide mox *Gradizela*.

† **GRADILIS**, ut *Gradus* 8. Fluminis meatus. *Aquis, aquarum pascuis et piscatoris cum ipsos Gradiles*, in Charta ann. 936. Marcæ Hisp. col. 847.

† **GRADILIS PANIS**. Vide *Gradus* 5.

† **GRADINGUS**, Persona in gradu dignitatis constituta, apud Macros in Hierolico ex Vita S. Fructuosi. Sed legendum *Gardingus*. Vide *Gardingi*.

\* **GRADIPES**, Avis, eadem quæ *Avistarda*. Vide supra in hac voce.

\* **GRADIRE**, Ital. *Gradire*, Gaudere, libenti animo insectari. Chronicon Salernit. cap. 79. apud Pertz. Scriptor. tom. 3. pag. 506: *Ut talia Amalfitanus populus comperit valde gravisus est, atque ut id fieret omnimodo Gradiebat.*

† **GRADIVICOLA**, Gradivi seu Martis cultor, bellator. Silius lib. 4. Belli Punici:

Et Gradivicolam celso de colle Tuderem.

\* **GRADIUM**, Graduum series, Gall. *Dégré*. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 406: *Quæ dictus Cortada percipiens et verens de persona sua, Gradium domus Bertrandi descendens, etc.* Forte pro *Gradarium*. Vide in hac voce. Hinc *Gravir*, pro Ascendere, in Lit. remiss. ann. 1335. ex Reg. 126. ch. 196: *Le mary et sa femme couchoient en un autre lit sur un planchier de boys... Alain Gravi ouudit planchier, etc.*

\* **GRADIZELA**, Clathrus, Gall. *Grille*. Charta ann. 1294. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 107: *Intra chorum vero et altare, debet esse unum portale habens duo parva ostiorum, quorum quædam debent esse integra, alia vero de Gradizela... cum vero colloquium hujusmodi fieri contigerit, sit inter dominas et ostia Gradizelæ intermedium mandile.* Vide supra *Gradicia* et infra *Grata*.

\* **GRADIZIA**. Vide supra *Gradicia*.

\* **GRADOARE**. Testam. Alph. III. reg. ann. 1271. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 56: *Rogo reginam Beatricem uxorem meam... quod ipsa Gradoet de suis filiis, et quod videat de eis placentiam.* An de filiis suis ad libitum disponat? quod innuere videntur verba sequentia. *Grado* Academ. Hispan. in Diction. Libenter, sponte.

\* **GRADUARE**, Ad gradus academicos recipere, promovere. Stat. Universit. Andegav. ann. 1409. tom. 9. Ordinat.

reg. Franc. pag. 499. art. 6: *Quod a quibuscumque Graduandis per me vel alium directe, vel per obliquum nichil recipiam vel habebo... de ipsisque Graduandis approbandis vel reprobandis, fidele pro posse secundumque conscientiam perhibebo testimonium veritati. Vide Graduatio.*

† **GRADUATIO**, Promotio ad gradus academicos. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. lib. 3. cap. 7. ubi damnantur expensæ ad hujusmodi gradus adipiscendos fieri solitæ: *Parisius didici in Theologorum scholis... nullum actum apud Theologos indifferentem esse, sed omnem meritum aut demeritum existere. Vellem libenter scire, sub quo virtutis contineatur genere tantas expensas, de sexaginta marcis vel pluribus, in talibus Graduacionibus facere. Non sugillo Graduaciones hujuscemodi, quas omni veneror honore, præsertim in sacra Scriptura, etc.*

† **GRADUATUS**, Qui gradum adeptus est in Academiis, Gall. *Gradué*. Memorantur *Graduati* in Charta ann. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 409. in Bulla Sixti IV. PP. ann. 1474. apud Miræum tom. 2. pag. 1266. in Vita B. Coletæ tom. 1. Martii pag. 569. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 168. 421. et alibi.

1. **GRADUS**, in Ecclesia, *Ambo, Analogium, Lectrum*. Suggestio Germani et Joannis Episcopi. post Epist. 38: *Hormisdæ PP.: Suscepimus (libellum,) et præsertim omni Clero vel plebe in Gradu a servo vestro Notariæ sanctæ Ecclesiæ Romanæ est relectus. Lex Alemannor. tit. 16. § 2: Clericus qui in Gradu in Ecclesia publice Lectionem recitat, vel Gradale. Recitabantur itaque Lectiones in gradibus. Sed et ex gradibus sermones habebantur ad populum. Sidonius Carm. 16:*

Seu te conspicuis Gradibus venerabilis aræ  
Concionaturum plebs sedula circumssitit.

Monachus Sangallensis lib. 1. cap. 20. de quodam Episcopo: *Et post Evangelii lectionem ascendit ad gradus, quasi ad colloquendum populum. Erant porro Gradus ante altare seu potius ante altaris gradus, unde pars eâ ædis sacræ βήμα Græcis dicta; vel sane quod ad eum lectionis locum per gradus perveniretur, uti de ambone a nobis observatum in Descriptione ædis Sopianæ. Leo Ost. lib. 3. cap. 19: Fecit libellum ad cantandum ante altare, sive in Gradu. Infra: Sed et Gradum nihilominus lignum ejusdem operis extra Chorum ambonis in modum satis pulcrum constituit, in quo videlicet tam Lectiones in nocte quam etiam et Epistolæ et Evangelia ad Missas præcipuarum festivitatum legerentur. Perperam in Edit. Brolii est umbonis in morem. Cæsarius lib. 6. cap. 5: Alleluja festivis diebus, sicut cæteri, ad Gradum ipse cantavit. Lib. 7. cap. 20: Sanctus vero Joannes Evangelista Dalmatica indutus legit Evangelium... quo perlecto, Dominus (JESUS) secundum morem Ordinis nostri (in die Purificat. Deip.) ad Gradum rediit, et ab offerentibus candelas suscepit.*

2. **GRADUS**, pro Annus. Hepidanus in Vita S. Wiboradæ lib. 2. cap. 4: *Soror erat huic B. Martyri nomine Willidrada tricesimum possidens Gradum. Mox: In Gradu sexageno a morte inventa est. Epitaphium Willelmi Nothi Reg. Anglor. apud Ordericum Vitalem lib. 8:*

Per septem Gradibus se solverat atque duobus  
Virginis in gremiis Phoebus, et hic obit.

3. **GRADUS**, pro Generatione. In Lege Bajwar. tit. 14. cap. 9. § 4. dicitur omnis

cognatio et parentela finire in septimo gradu. Vide *Generatio*.

4. **GRADUS** in Ecclesiarum atriis; seu propylæis. Anastasius Bibl. in Symmacho PP. pag. 82. 33: *Gradus vero ante fores Basilicæ B. Petri ampliavit: et alios Gradus construxit sub tigno, dextra lævaque... Item sub Gradibus in atrio alium cantharum foris in vulgo campi posuit... Item et alios Gradus ascendentes ad B. Andream fecit, et cantharum posuit... Item ad Archangelum Michaellem Basilicam ampliavit, et Gradus fecit, et introduxit aquam.*

**GRADUS PRESBYTERII**, seu qui iacent ante cancellos, *Solea* Græcis, ex Italico *Soglia*, ad quos amandari solebant Monachi pro levioribus culpis, ut habent Usus antiqui Ordinis Cisterciensis cap. 75. de Monachis, qui ad opus Dei tardius veniunt: *Veniunt ad Gradum... et tunc petant veniam ante Gradum, aut flexis genibus in terra, etc.* Cap. 76: *Si quis de comedentibus vel de servitoribus offenderit aliquo modo, petat veniam ante Gradum.* Cap. 114: *Ante gradum Presbyterii satisfaciat.* Ita passim hæc formula cap. 81. 88. 89. 94. 102. in Institut. Cisterc. Rainardi Abbatis. cap. 45. 62. etc. legitur.

5. **GRADUS**, in urbibus, in quibus distribuebantur panes plebi, qui inde *Gradiles* dicti, de quibus infra v. *Panis gradilis*. De ejusmodi gradibus pluribus agimus in CPoli Christiana.

\* **JUDICIA AD VEL CIRCA GRADUS**. Vide *Haltaus*. Glossar. German. col. 747. Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 805. et infra *Stapulus*.

6. **GRADUS**, Ordines Ecclesiastici: *Canonici Gradus vel plebes*, in Epist. Bonifacii Mogunt. ad Cuthpertum Archiep. Cantii præfixa Concilio Cloveshoviensi ann. 747. Anastasius in S. Hygino PP.: *Hic Clerum composuit, et distribuit Gradus.* Nicolaus I. PP. Epist. 8. ad Michaellem Imp.: *Hinc etiam confessor Christi Sylvester fecit Gradus in gremio Synodi, ut non Presbyter adversus Episcopum, non Diaconus adversus Presbyterum... det accusationem aliquam.* Hæc verba habentur in Synodo Rom. ann. 324. cap. 3. Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 309. [\*\* 393.] *Clerici cujuslibet Gradus, etc.* Pœnitentiale Theodori Archiep. Cantuariensis cap. 1: *Gradus non debemus facere ante altare, ubi reliquæ Sanctorum venerandæ sunt.* Cap. 2. inscribitur: *De tribus Gradibus Ecclesiæ principalibus.* [Capitula Theodori Cantuar. apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 61: *Nullus per pecuniam obtineat Gradum: sin vero, et ipse, et ordinator ejus omnibus modis a communione projicietur.*] Capitula Walterii Episcopi Aurelian. cap. 20: *Gradus quoque Ecclesiasticos similiter memoriæ commendatos habeant, (Sacerdotes) et unde unicuique Gradui in Veteri Testamento origo fuerit, et quomodo Novum in idipsum concordet, etc.* Et cap. 21: *Ut Presbyteri, (alumnos suos) in quolibet Gradu promovendos in supradictorum tenore sacramentorum et Graduum edoctos exhibeant, quatinus et memoriter ea tenere, et intellectuose scient explanare.*

† 7. **GRADUS**, nude pro xv. psalmis qui *Graduales* vocari solent. S. Wilhelmi Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 29: *Post prædictas tres orationes recitantur quindecim Gradus vel triginta psalmi, si talis est dies, quando non debent ad orationem procumbere. Ad illas eorumdem quindecim Graduum incisiones, hi, qui super sedilia sedent, exerta manu, propter hoc parum, retro versi solent leniter ea erigere.* Schramb. Chron. Mellicense pag.

426 : Quia *Quindecim Gradus sedendo dicuntur, ad Gloria Patri sine resurrectione tamen erit aliquantulum inclinandum.*

8. **GRADUS**, Trajectus maritimus, angustus maris, atque interdum fluminis meatus; [quilibet etiam portus seu locus quo navigium adpelli potest, Occitanis *Grau*. *Gradus* a gradiendo dictus, quia qui de navi ad litus adpalsa exit, continuo terram aqua altiore ingreditur et ascendit tanquam per Gradus. Hinc portus Asiæ minoris Galli vocant, *Echellesdu Levant*, scalæ vel Gradus Orientis.] [\* Vide *Scala* 9.] Passio S. Torpetis MS.: *Præceptum est, ut in Gradu ad mare ibidem decolletur; et venerunt in Gradum Arnensem, exierunt ad ripam fluminis, etc.* Ita porro appellant Ammianus lib. 15. et Itinerarium Hierosol. meatus seu trajectus, per quos Rhodanus in mare volvitur, reliquo fluvii ostio arenis pæne obsito. *Gratus* dicuntur in Itinerario Antonini et Maritimo: indigenis vero *Gras*. *Gradus* etiam appellatur, meatus stagni Magalonensis, ubi naves e mari in stagnum trajiciunt. Versus antiqui in Arnaldum Episcopum Magalon. :

Iste Gradus clausit, quo prædo piraticus hausit.

Et infra :

Navibus introitus per eum Gradus alter apertus.

Arnaldus de Verdala in Hist. Episcop. Magalonensium pag. 796 : *Erat enim ibi portus maris vocatus Portus-Saracenus usque in hodiernum diem, ad quem per Gradum galeæ Saracenorum liberum habebant ingressum.* Et pag. 798 : *Quibus peractis, idem sanctæ memoriæ Arnaldus Episcop. ponens manum ad fortia, Gradum præfatum lapidibus et lignis ante omnia claudere et obstruere festinavit, etc.* Philippus Aug. in Charta ann. 1208. quæ exstat in Regesto Carcassonsensi pag. 50. dat facultatem Episcopo Magalonensi *aperiendi portum, qui dicitur Gradus.* Et infra : *Adhuc etiam concessit eidem Joanni et Magalonensi Ecclesiæ auctoritatem faciendi Gradum.* Alia Philippi Aug. ann. 1208. in 30. Regesto Tabularii Regii Ch. 145 : *Hoc est, in mari piscationes suas, et ubicumque in Melgoriensi Comitatu et Magalonensi Episcopatu portus, qui dicitur Gradus, aperiatur.* Infra : *Adhuc etiam concessit eidem Joanni et Magalonensi Ecclesiæ auctoritatem faciendi Gradum, ubi ei visum fuisset in Episcopatu Magalonensi, salvo eo, quod spectat ad Comitatem de redditibus Gradus, et salvo eo quod spectat ad Ecclesiam Magalon.* [Pactum ann. 1272. inter Jacobum Aragoniæ Regem et Berengarium Magalonæ Episc. : *Item fuit actum quod ubicumque fiat Gradus in Episcopatu Magalonensi, domini Montispessulani et Latarum, habeant et percipiant, et habere et percipere libere valeant, sua etiam auctoritate, id totum quod pro stacha et ratione stachæ percipere consueverunt.* Aliud pactum inter eosdem ann. 1278 : *Mandamus quod si aliquis delinquat vel contrahat in castro de Latis vel alibi in jurisdictione domini Regis, et delinquentes vel contrahentes se fugæ committerent per stagnum et Gradus prædictos, nuncii seu curiales insequentis possint ibi eos capere sua propria auctoritate et retinere.]*

Vide Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 100. 106. 286. 288. [Breviarium Hist. Pisanæ ad ann. 1166. apud Murator. tom. 6. col. 177 : *Ad Gradus quoque Mercurii quinque magnas, quamvis vacuas, naves combusserunt, et unam bene caricatam de Garbo ceperunt.* Oberti Cancellaria

rii Annales Genuens. ad ann. 1164. apud eundem ibid. col. 305 : *Et nostri illuc euntes fecerunt jurare quemdam Provinciam sibi vera dicturum de galeis Pisanorum, qui ait illas in Gradu illo, non esse, neque in flumine. Invenierunt tamen ibi naves Pisanorum, et combusserunt illas igne... Quo facto redierunt ad Gradum Montispessulani, et vento contrario intraverunt Gradum Capræ.]*

Chronicon MS. Consulium Monspelienisium ann. 1262 : *En aqel an fou discord entrel Conte de Proenza et homes de Massalha, et adonc lo Coms lo desbaratet al Gra de Magalona, et après feron plus ambel.* Charta Ludovici Ducis Andegavensis et Turonens. Reg. Franc. fratris, et ejus locum tenentis in tota Lingua Occitana ann. 1372. ex Tabulario Narbonensi : *Per querelam Consulium Narbonæ percipimus, quod licet pluribus aliis mediantibus litteris per nos eisdem Consulibus concessis pro commodo et utilitate totius reipublicæ tam dictæ villæ Narbonæ, quam locorum circumvicinorum, nonnulla impedimenta seu obstacula, quæ in ea circa Gradum, et introitum atque egressum, tam Gradus quam maris, quæ in gula seu exitu fluminis Atacis, et præcipue in loco vocato Lardalho, amoveri eis mandatum exciterit, et pro ipsis amovendis, ut navigia possint inde vehi et navigari, mercesque et aliæ res tam victualium, quam aliæ, etc.* Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. cap. 86. meminit Gradus Cullerensis, *del Grau de Cullera*, in Catalonia: Gradus Seryniacensis, *del rau de Serinya*, cap. 152. Gradus Narbonensis, *del Grau de Narbona*, eod. cap. Petrus IV. Rex Aragon. in Chr. lib. 6. cap. 6. *del Grau de Murvedre, del Grau de Valencia.* Surita in Indice Rer. Aragon. lib. 1. sub ann. 1080. observat, *Pinam Hispaniæ oppidum edificatum ad fluvii Hiberi trajectum, quem Gradum vocant: Pina oppidum situm ad Hiberi trajectum, (Gradum vocant) incursione hostili deflagrat.* Et sub ann. 814. *Gradus videtur appellare fauces Pyrenæi, quas alii Portus.* [Statuta Arelat. MSS. art. 105 : *Piscator qui juxta Gradum moram faciet causa piscandi.* Et art. 185 : *Quicumque saorrim proicerit (projecerit) in Gradibus vel a Gradibus infra vel extra duo miliaria in X. libr. puniatur.* Vide Valesium in Notitia Galliarum pag. 475.] Mitto reliqua, haud ita pridem a me observata ad Alexiadem pag. 313. 314.

9. **GRADUS**, Sententia arbitratorum ann. 1205. in Hist. Monmorenciac. pag. 75 : *Gradus Gurardi usurarii, et occupatio Gradus Domino remanet Montismorenc. extra partem alterius plateæ, in qua domus ejus fuit, etc.* Infra : *Excepto Gradu et platea, quam diximus.* [Dotatio Monasterii S. Mariæ de Ovarra in Ripa-curtia tom. 3. Collect. Conc. Hispan. pag. 125 : *Et sunt ipsos alodes, de ipsum Gradum de Aras usque in ipsum Gradum de S. Christophoro, et de Isavana usque in castro Ripa-Curtiæ.]* [\* Primo saltem loco pro Officina, ut videtur.]

10. **GRADUS**, in quatuor qualitibus secundum Medicos sic explicat Constantinus Africanus lib. de Gradib. : *Antiqui concordati sunt dicentes, unamquamque rem esse calidam aut frigidam, humidam aut siccam. Quorum quidem intentio ad temperamentum humanæ complexionis fuit. Humana enim complexio cæteris animalium complexionibus temperatior est, et mediocritati propinquior, etc.*

\* Adde ex animadversionibus D. Falconet: Passim physicis et medicis, Quantitas, ut ita dicam, qualitatis. Joan.

Haslerus in Logistica medica, hoc est, de morborum et medicamentorum qualitate *Gradus* ratione investigandi, etc. Jac. Alkindus de medicinarum compositarum *Gradibus*, idem de rerum *Gradibus*; Joan. Bapt. Montanus de *Gradibus* et facultatibus medicamentorum; Paracels. de *Gradibus* et composit., etc.

\* 11. **GRADUS**, Ad honores seu aliquod officium ascensus, promotio. Charta Roricon. episc. Laudun. ann. xv. Lothar. reg. ex Chartul. S. Vincent. Laudun. : *Concessimus igitur præfato Reinoni canonico et S. Vincencio supradictam terram, hoc est, dimidiam abbatiam S. Hilarii et ecclesiam ejus cum altari ex integro, salvo ecclesiastico jure, synodorum scilicet et Graduum sacerdotum.*

\* 12. **GRADUS**, Domus contignatio, tabulatum, Gall. *Etage*. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 91 : *Acquisitio duorum cellariorum et unius Gradus supra unam domum, ubi est domus monetæ Parisiensis in vico Theobaldi ad taxillos. De anno 1340.*

\* **GRÆCA SCUTULA**. Testam. Brun. archiep. Colon. ann. circ. 965. in Suppl. ad Miræum pag. 295. col. 1 : *Cuppam auream, sigillum et scutulam Græcam... trado.* Vide *Græciscus* et *Scutula*.

† **GRÆCANICUM**. Vide *Græcum*.

† **GRÆCATIM**, Græcorum more. Tertull. de Pallio cap. 4 : *Græcatim depilari magis, quam amiciri.*

† **GRÆCATIO**. Vide *Græcitas*.

\* **GRÆCIENSIS** apud nonnullos veteres Grammaticos differt a Græco, quod is in Græcia natus, ille vero in ea tantum versetur. Occurrit apud A. Gell. lib. 19. cap. 10. et Apul. lib. 3. et II. Metamorph. pag. 79. et 380. Vide Thes. Fabri v. *Hispaniensis*. Nostris *Grigois*, Lingua Græca. Bestiar. MS. :

Le Bestiaire nos recorde  
D'une beste mauvaïse et orde,  
Qui a à non hyerne en Grigois.  
Ne lo sai nommer en Franchois.

*Gris*, pro *Grec*, in Poem. MS. :

Alixandres li preus chevetaïne des Gris.

**GRÆCINGARIUM**, Merum vel vinum Græcum. Monachus Sangallensis lib. 2. cap. 12 : *Quadam die cum jam lætiores essent, et Græcingario fortiore incaluisissent, etc.* *Græcari*, Horatio, est convivii et comotationibus indulgere. [\* Vide *Græcum*.]

**GRÆCISCUS**, pro *Græcus*, ex Græcia. Opus *Græciscum*. Charta Hispanica æræ 1010. apud Anton. de Yezep in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5 : *Lectos cum suos tapetes, et almocatas de paleo, et de Grentisco, (f. Græcisco) cum suos plumatos paleos et Græciscos, et suas sabanas literatas, et fateles alfaneques, in panos Græciscos, (Græciscos) et 16. ganapes paleas, et 30. panos optimos, et 25. mirlas de mesa, et 150. solidos pro servitio de mesa, etc.* Alia æræ 1111. apud eundem tom. 6 : *Frontale Græzisco, casula Græzisca dua, dalmatica Græzisca una, duos mantos, etc.* Alia æræ 1011. ibid. : *Manto armino, una almucalla Græzisca, etc.* Visitatio Thesaurar. S. Pauli Londin. ann. 1295 : *Calix Græcus sine patena, cum duobus calamis argenteis deauratis, cum imaginibus in circuitu opere fusorio levatis, etc.*

**GRÆCITAS**, Lingua Græca, vox veteribus nota. Adamnanus lib. 2. de Locis SS. cap. 27 : *Hujus orthographia vocabuli in libris Græcicis est inventa.* Glossæ : Ἑλληνισμός, *Græcatio*, Ἑλληνίζω, *Græcisco*.

† **GRÆCIZARE**, Græce loqui, ut puto, potius quam Demisse in aurem, ut inter-

pretatur Mabillonius. Eddius in Vita S. Wilfridi sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 710 : *Tunc inter se Græcizantes, et subridentes nos ac celantes multa, loqui cœperunt.*

**GRÆCOLATIO.** Gloss. Græc. Lat. MS. : *Βαβαρισμός, Græcolatio.* Editum habet Græco-Latino. Idioma scilicet ex Græco et Latino mixtum.

**GRÆCOLONUS,** Græcæ linguæ peritus, interpres linguæ Græcæ. Liuthprandus in Legat. cap. 46 : *Græcolonom meum, id est, Græcæ linguæ Gnarum, non permittebant egredi, etc.* Et mox : *Tantique nummis emebat, quanti Græcolonus obsonium uno.* At unde hæc vox composita ? an Græcolonus pro Græcolatinus, qui Græcam Linguam in Latinam vertit, vel qui Græce et Latine loquitur.

**GRÆCUM,** Vinum, quod etiamnum Græco vocant Itali, et in ea Italiæ parte, quam incolere Græci, nascitur : *Vinum Aminæum,* Virgilio. Senator. lib. 12. Epist. 4 : *Nam licet ingentiosa Græcia multifaria se diligentibus commendet, et vina sua aut odoribus condat, aut marinis permitionibus insaporet, etc.* Ordo Romanus : *Deinde (finita Liturgia Pontificis) descendunt Primates Ecclesiæ ad Accubita invitante Notario Vicedomini, et bibunt ter, de Græco primo, de Pactisi secundo, de Procovia tertio.* Alcuinus Poëm. 220 :

Et Nemias Græco infundat sua pocula Baccho,  
Qui secum tunnam secum portare suescit.

Aliud est vinum *Græcanicum,* seu Asiaticum quod Βῤῥώννῃ dicitur in Gloss. S. Bened. cap. de Potionibus. Pro Pactisi vero forte legendum *Pachysi,* id est, vino spissiori, crassiori, a Gr. πᾶχύς. De Procovia, nihil succurrit. Describam hoc loco vocem mihi haud notam, quæ apud Joannem Abbatem Laudun. occurrit in Speculo Historiali MS. lib. 11. cap. 40 : *En ce meisme an les vins furent si vers et si crus, que ad peine les pooit-on boire sans aucune indignation et furent appelez les Aggreis.* Quæ quidem an huc pertineat, aliis examinandum relinquo.

\* Vocem *Aggreis* ex Speculo Historiali laudatam a vocabulo *Aygreit,* corruptam opinor, quo vinum acerbum, quia confectum ex uvis immaturis, significatur. Vide *Agræta.*

**GRÆCUS,** Christianus, vel Paganus. Græcos ab Ethnicis appellatos Christianos testatur Tertullianus, quod cum Christianam amplecterentur religionem, abjecta toga, pallium, quod erat philosophorum indumentum, supervestiebant. Unde eorum dictionem in Christianum, qui occurrebat, *Impostor et Græcus est,* apud Hieronymum. Epist. 10. ad Furiam, et Epist. 23. ad Marcellam. Contra Christiani Ethnicos Græcos appellabant. Glossæ Græc. Lat. : *Ἕλληγ τὴν θρησκείαν, Paganus.* [\* Alia vide in Glossar. med. Græcit. col. 362.]

† **GRAFARE,** Scribere, pingere, a Græco γράφειν. Statuta Canonice Regularium S. August. art. 49. apud Raim. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 95 :

Nam si prelati fuerint iustique probati,  
Tunc bene servantur, hic quæ norma que Grafantur.

† **GRAFARIUS,** Scriba, Notarius, Gallicis *Greffier,* apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 147.

† **GRAFFARIUS,** Eadem notione, in Litteris ann. 1564. ex Tabulario Massil. et in Concilio Lugdun. ann. 1527. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 398. Vide *Graphia.*

\* **GRAFFERIUS,** Scriba, Gall. *Greffier,*

in Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. Vide in *Grafare* et *Greffarius.*

**GRAFFAGIA,** Matth. Silvatico, *Scriptura.* Infra : *Melangrafcum, Graffagia.*

† **GRAFFIARE, GLAFFIARE,** proprie Scribere, dein Tradere, in possessionem mittere : quia traditiones fieri solent charta scripta. Charta ann. 907. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britann. col. 66 : *Bili Episcopus Veneticæ urbis Mathuedoi Comitem petiit, ut sibi permitteret partem Tremissam quæ vocatur Buiac, quam ipse sibi ad possidendam dederat, S. Salvatore in parochia sempiterna dare. Qui Comes manu propria per maniam suam terram supradictam in manu Caluiant Abbatis voluntarie Graffavit.* Et pag. 67 : *Duo supradicti Episcopus Bili et Mathuedoi Comes dimidium plebis quæ vocatur Guiebri, quod rex Alanus atque Civen nepos ejus S. Mariæ atque Episcopo Bili in monachio sempiterno antea dederat, quomodo dederant Buiac, sic donaverunt in manu Caluiant Abbatis. Testes Bili Episcopus qui dedit. Mathuedoi Comes qui Graffavit. Qui et miserunt Gurgnou Monachum ad Gurmhailon Comitem, qui hanc monarchiam Britannicæ regebat, ut ipse parochiam supradictam Graffaret et manu propria firmaret.* Tabul. Rothomense : *Riwalt Archidiaconus patriæ Weroc volans fieri monachus, dat S. Salvatore Tiebaltnou, etc. quæ monachio sempiterno Graffavit.*

† **GRAFFA,** Uncinus, manus ferrea. Chronicon Parmense ad ann. 1247. apud Murator. tom. 9. col. 773 : *Dominus Imperator quondam uno mane in aurora sabbati furtive venit ad portam de Ulmo et catena projecta cum Graffis ferreis, etc.* Haud ita absimili notione vocem *Agrafe* usurpamus.

† **GRAFFAGIA,** etc. Vide in *Grafare.*

† **GRAFFILIUM,** Uncinus, fibula, Gall. *Agrafe, Crochet.* Constitutiones Friderici Regis Siciliæ cap. 93 : *Item quod nulla domina sive mulier, cuiuscumque conditionis existat, audeat portare in equitura, quam equitaverit, sambucam, in qua sit aurum vel argentum, sive perle, sive folia auri vel argenti seu æris laborati, excepto quod in arzonibus sambucarum ipsarum possit poni aurum circa Graffilia de ære deaurato, etc.*

† **GRAFFIO,** Stylus. Vita S. Medardi tom. 2. Junii pag. 96 : *Nostræ tamen narrationis slectamus Graffionem, et iuxta ingenii possibilitatem successoribus pariter et nunc existentibus descriptione verissima insinuare conemur.* Vide *Graphium.*

† **GRAFFIOLUM,** Vide in *Graphium.*

\* **GRAFFONUS,** a veteri Gallico *Grafon* et *Grefte,* uncus, vulgo *Croc, crochet.* Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435 : *Item pro uno Graffono ferri posito in fine unius arboris dictorum molendinorum, etc.* Lit. remiss. ann. 1452. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 217 : *Ung baston ferré, appelle pique de Flاندres, . . . qui avoit . . . une rouelle de fer ou milieu à sept ou à huit Graffons.* Instr. ann. 1406. ex Bibl. reg. : *Et scet bien que à ce jour et au devant grant piece, l'uis de ladite sainte chapelle estoit mal ordenez de serrures, et pooit on ouvrir l'uis à un Grefte, ou à autre petit ferrement.* *Granue,* eodem sensu, apud Froissart. vol. 1. cap. 191 : *Le captal print (la forteresse de Clermont en Beauvoisis) par eschelles de cordes et de Granues d'archers.* Melius *d'acier* apud Verard. Sed et mendum esse suspicor pro *Graffons.* Vide *Graffa.*

† 1. **GRAFIA,** Comitatus. Vide in *Grafia.*

† 2. **GRAFIA,** Scriptura, a Græco γραφή. Agnellus in Vita S. Victoris Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 103 : *Et inter quinque imagines, suam ibidem cernimus, et subtile figuratos pedes Salvatoris Grafia contexta est purpurata : Victor Episcopus Dei famulus hunc ornatum, etc.* Vide *Graphia.*

† **GRAFIARIUM,** Vide in *Graphium.*

**GRAFIO, GRAFFIO, GRAPHIO, GRAVIO,** Teutonice *Graef,* [Schiltero, *Grave, Grefe, Gerafe, Reve,*] Comes, Præses, Præfectus. Ita passim usurpant hanc vocem Scriptores.

**GRAFIO,** in Lege Salica tit. 34. § 5. tit. 47. § 2. tit. 52. § 2. 3. 4. tit. 55. § 8. tit. 56. § 1. In Lege Ripuar. tit. 51. § 1. tit. 53. 84. 88. Apud S. Audoenum in Vita S. Eligii lib. 2. Garifredus, qui Comes *Vermandensis* dicitur cap. 47. *Graffio* vocatur cap. 52. Gesta Dagoberti Regis cap. 31. et Fredegar. cap. 47 : *Scaram de electis viris fortibus... cum Ducibus et Grafionibus secum habens.* [Preceptum Caroli M. ann. 795. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 13 : *Carolus... omnibus Episcopis, Abbatibus, virisque illustribus, Ducibus, Comitibus, Domesticis, Grafionibus, Vicariis, etc.* Et paulo post : *Et si quis fuerit Comes vel Domesticus, seu Grafio, Vicarius vel Tribunus seu quicumque judiciaria potestate succinctus.* Ubi *Grafionibus* Comites longe præponi videntur. Et quidem *Graffio*, ut observat Pithæus in Glossar. ad Capitulum. idem significare videtur quod Baronis nomen, quo, Lingua Gallorum, servi militum dicebantur, sicut Cornutus sive quis alius notat in illud Persii : *Baro regutatum, etc.*] Judex autem Fiscalis appellatur in Lege Salica tit. 51. inquit Bignonius, ad discrimen Magistratum municipalium : quorum meminit Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 33. Glossæ MSS. : *Graffio, vel causidicus, advocatus.* Adde Vitam S. Genulfi num. 7. Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 3. etc.

**GRAFFIO.** Charta Kenulfi Regis Mercior. tom. 1. Monast. Angl. pag. 100 : *Nec Princeps, nec Graffio hanc lenitatem præfatam mutare audeat.*

**GRAPHIO.** Anastasius in Hadriano PP. pag. 106 : *Abbatē etiam et judicē, Ducēs nempe et Graphionēs, etc.* Infra pag. 108 : *Abbatē, Ducēs etiam et Graphionēs.* Capit. Caroli M. ann. 769. cap. 6 : *Adjuvante Graphione, qui Defensor Ecclesiæ est, etc.*

**GRAVIO.** Charta Chlodovei III. apud Mabillonium tom. 3. SS. Ord. S. Benedicti pag. 617 : *Nec non et inlustribus viris Ragnoaldo, Nordebercto... Gravionebus.* In alia habetur *Grafionibus,* pag. 619. ubi a Comitibus distinguntur, iisque postponuntur. [Charta Theoderici II. Regis Fr. apud Miræum tom. 1. pag. 128 : *Theodericus Rex Francorum vir illuster Graviionibus seu et omnibus agentibus, vel junioribus eorum, etc.*] Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 2. et Concilium Liptinense cap. 5 : *Unusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem gerat, adjuvante Graviione, qui Defensor Ecclesiæ ejus est, ut populus Dei paganism non faciat.* Paulus Warnefridus lib. 5. de Gestib. Langob. cap. 36 : *Cum Comite Bajoariorum, quem Graviionem dicunt.* Leges Henrici I. Regis Anglic. cap. 7 : *Graviionum pravitas.*

**GRAFIA,** Districtus Graffionis, Comitatus. Germ. *Graffschafft.* Greve, in Legibus Edw. Conf. cap. 35. Formulæ veteres



apud Bignonium cap. 7: *Quæ est in pago illo, in Grafia illa, in loco, qui vocatur ille, etc.* Adde cap. 40. [et Notas ejusdem Bignonii ad cap. 7. appendicis Marculfi.] Tabularium Conchensis Abbatie in Ruthenis Ch. 31: *Qui est in pago Ruthenico, in Grafia Cabiniacense, villa, cujus vocabulum est Clauginiaco.* Idem videtur quod *vicaria*.

Lipsius, Wendelinus, Jacobus Eyndius lib. 2. Chr. Zeland. et alii a verbo γράφειν, *Grafiones* dictos volunt: cum enim, inquit Eyndius, Præsides Provinciarum commissas sibi ditiones per jurisperitos Scribas, et per Quæstores, aliosque ex Comitatu regerent, litterarum legendarum et scribendarum, multo magis juris dicundi, in tanta apud eos barbaria, summa ignorantia esset, omnes, qui litteras tractabant in hoc munere, *Graphios* tanquam *Grapharios*, ἀπό τοῦ γράφειν, dixerunt. Chiffletius in Anastasi Childer. cap. 13. a *Graphio*, quo Reges annotabant in ceris, *Graphiones* dictos vult, quod essent *Graphii Regii* custodes: quod quam a vero absit, quivis facile percipiet qui *Graphiones* in Provinciis ac civitatibus, non vero in Palatiis, judicium munus obisse advertet. Christ. Besoldus a Græco γράφειν deducit, ita ut *Graven* dicti sint quasi *Seniores*: qua postrema appellatione denatos constat Optimates, ac Urbium aut Provinciarum Præcipuos. Heigius part. 1. quæst. 2. *Graven* a Belgico *Graben*, i. fossa, dictum putat: quasi limitibus præfecti Comites fuerint. Scribeus in Originibus Celticis. *Grave*, *Graeff*, quasi *Gaer-hæeff*, Celtis esse tributorum exactorem et perceptorem collectarum contendit: quo sensu *Grafio* nonnunquam sumitur. Verbi gratia, apud Sugerium de Administr. cap. 23: *Ab oppressione Exactorum regiorum, quos dicunt Grafiones, multo labore multisque placitis emancipaveram.* Ubi *Grafiones* iidem sunt qui *Gravatores*, et *Gravaringi*, de quibus suo loco. Olivarius, a vernaculo Flandrico *Graven*, quod est scribere, sculperre, cælare, deducit. [Ecardus a *Ragen*, Eminere, in suis Notis ad Catechesin Theoticam, pag. 151. et seqq.] Alii a Saxonico *Grave*, Judex id vocabuli deducendum censent: nam Judices, *Comites* dictos planum est. Quam sententiam firmanter verba ista Legis Edw. Conf. cap. 35: *Greve quoque nomen est potestatis: Latinorum lingua nihil expressius sonat quam præfectura, etc.* Unde Theutonicus Consules suos *Mergreve*, quasi *maiores dominos* vocavere. Quæ vero de vocis *Greve* etymo hic subduntur, sciens prætereo, cum nec mihi, nec aliis arrideant. Denique Lambardus, Rastallus, et Spelmannus, a Saxon. *gerefa*, et per contractionem *grefa*, Comes, Præses, Vicecomes, Tribunus, Publicanus, Extractor, etc. vocis etymon accersunt: *gerefa* vero formatum volunt a *gerefen*, quod est *rapere*, et proprium Extractorum. Atque inde in Lege Salica tit. 33. et Ripuaria tit. 84. hæc verba leguntur: *Si quis Grafionem ad res alienas injuste tollendas invitaverit, etc.* Unde conficit idem Spelmannus, alium fuisse Comitem, alium *Grafionem*, ac Comitem quidem, qui Comitatus præerat: *Grafionem*, Comitibus Vicarium. Sed non advertit, ea tempestate Comites licet officio judicis functos, vectigalia publica exegisse, quod fecere etiam *Ballivi*, qui postmodum Comitibus et *Grafionibus* in Provinciis succedere: unde et *Judices fiscales* dicti *Grafiones* et *Comites*, quod et *Judices* essent et

fiscalium exactores. Constat enim ex omnibus pene Scriptoribus, qui *Grafionum* meminere, id nominis pro Comitibus usurpasse. Neque aliud vox *gerefa* apud Anglo-Saxones significat. Glossar. Ælfrici: *Consul* (i. Comes) *gerefa*. Ita nuda: *at Proconsul*, *Under-gerefa*: *Publicanus*, *vic-gerefa*: *Villicus vel actor*, *tunt-gerefa*, etc.

\* **GRAGNAGE**. Regestum censuum et debitorum Comitatus Bigoræ, ex Camera Comput. Paris. fol. 9: *E sengles concas de pane, e sengles mois de civade Gragnage en Agost. Infra: 18. den. per porc e per molto, 1. moi de mil, e 6. panes Gragnage, etc.*

\* **GRAGNOLA**, vox Italica, Grando, Gall. *Grêle*. Chron. Placent. ad ann. 1352. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 499: *Cecidit magna tempestas Gragnolarum in civitate Placentiæ et confinis cum magno vento; et fuit ipsa tempestas altior uno palmo super terram.*

\* **GRACULA**, Avis species Hispanis ita dicta, forte *graculus*. [\* Hispan. *Graja*. Vide supra *Gracilla*.] Vita S. Fructuosi Episc. cap. 9: *Nigras parvasque aves, quas usitato nomine vulgus (Hispanum) Gragulas vocitat, mansuetas in Monasterio habuisse perhibetur. Vide Gracula.*

\* **GRÆCATUS**. [Mos, consuetudo Græcorum. Tertull. Pall. 4. ad fin. Cum ipsum hoc pallium morosius ordinatum, et crepidæ Græcatum Esculapio adulantur. Alii male leg. crepidæ cretæ Græcatim.]

\* **GRAHANTUM**, Idem quod *Grantum*, Cautio. Venditio ann. 1242. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 184: *Vendidit... pro 1500. lib. Vienn. de quibus dictus Willelmus venditor suum Grahantum habuit in numerata pecunia, prout confessus est coram nobis. Vide Colantore.*

\* **GRAIGUS COLOR**, Cæruleus. Chronicon Constantinense: *Venetiarum Episcopus modicum plenum Graici Coloris, qui Lazarus dicitur, contulit. Ex Græcobarb. γράφειν, forte. Vide Gloss. med. Græcit. in Epōdesoc.*

\* **GRAILHA**. Charta Massil. ann. 1362: *Recognovit se recepisse a Cellerario S. Victoris 400. florenos auri de Grailha. [\* Vide infra Graylum.]*

\* **GRAINGNE**, f. idem quod infra *Gratum* 2. Coccum, *Graine d'écarlate*. Codex MS. reddituum Episcopatus Altisiod.: *Bazenna, sic tela, pelliparia, merces, draperia, Graingne, aluns, cuminum, cuprum operatum debet paagium.*

\* **GRAISSA**, pro **GRASSIA**, a voce Ital. *Grascia*, Adeps, Gall. *Graissee*. Stat. Nicie sæc. XIV. inter Mon. Hist. Patr. Taur. tom. II. col. 205: *Item quod omnes mercatores, seu vendentes carnos, seu carnes salatas, et omnem Graissam, candelas de cevo, pisces salatos, etc.* [Fr.]

\* **GRALA**, Buccinæ species, idem quod *Gracilis*. Vide in hac voce. Charta ann. 1312. ex Bibl. reg.: *Cum Gralis et tuba sive cornu, qua consuetum est congregari consules, etc.*

\* **GRALETUS**, in Dalphinatu, Catinus sine ora. Computa Dalphin. Graisivod. ann. 1334. fol. 46: *Recepta frumenti, leguminum, avenæ, vini, castaneorum, quardarum, piperis, mellis, caseorum, nucleorum et nucium, parabsidum et Graletorum, gallinarum, etc.* Datio in emphiteosim ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 363: *Duodecim duodenas scutellarum de vitro, sex duodenas Graletorum, sex duodenas platellorum, etc.* [\* Vide supra *Gradalus*.]

\* **GRALIUM**. Vide infra *Graylum*.

\* **GRALUS**, Species spectaculi seu ludi

apud Brunsvicensis quolibet septimo anno celebrati. Fuse satis describitur a Telomonio Ornatomontano apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 91.

† 1. **GRAMA**, *Linea*, apud Johannem de Janua. Papias: *Gramma, Græce, qui Latine scripulus retinet 6. tomas. Vide Grammæ.*

\* 2. **GRAMA**, **GRAMMA**, Stuparius maleus, Italis *Gramola*, *maciulla*, Gall. *Broye*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 237: *Statuimus quod nullus homo vel femina aptet linum, vel canapem cum Gramma (Gramma '52, '60, '67) de die vel nocte.... habendo lumen ignis, etc.* [Fr.]

\* **GRAMALLA**, Laïca vestis genus, quo in Hispania Barcinonenses et Castellani utuntur: maxime urbium *Ædiles*. [\* Academ. Hispan. Chlamys, toga, Ital. *Gramaglia*, Pulla vestis, lugubris.]

\* **GRAMARE**. Vide *Garminare*. [Fr.]

† **GRAMASIA**, ut mox *Gramata*, Limbus. Concil. Tarracon. ann. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 613: *Nec in circumferentia manicarum vel Gramasiarum, et aliarum vestium portant (Canonici) circumferentias pellium additarum.* Marten. tom. 4. Anecd. col. 323. legit, *Grammatiarum*.

\* **GRAMATA**, **GRAMICIA**. Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275: *Unum camisium cum Gramatis, et frisitis, unam stolam de catasittulo. Infra: Duos amictus cum Gramatis. Gramitia habet liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ, apud Joannem Rubeum in Vita Bonifacii VIII. PP. pag. 345: *Item unam dalmaticam nobilissimam de opere Cyprensi cum Gramicis ad figuras cum perlis... Item 4. camisas de cortina, cum pectoralibus et Gramicis de opere Cyprensi.* [Salas Malaspinae lib. 4. Rer. Sicul. n. 5. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 294: *Suspensis ad chordas strophæis, flectis, dextrocheriis, periscelibus, arbitris, Grammatis, armillis, frisitis, etc.*] *Γράμια* Græci recentiores dixerunt etiam pro limbo vestis. Vide Glossar. med. Græcit. [\* Vide infra *Gramitia*.]*

\* **GRAMATICUS**, pro *Grammaticus* 1. vel 2. Vide locum in *Filogramus*.

\* **GRAMEGNOSUS**. Vide mox in *Gramigna*.

\* **GRAMEN**, Doctis Hagtiographis, mensuræ species, eadem quæ Frisonibus *Graes* dicitur, complectens virgas geometricas 240. quarum singulæ pedes 14. itidem geometricos continent. Vita S. Hathebr. tom. 7. Jul. pag. 164. col. 2: *Erant ambo pauperes, nec habebant prædia, nisi tantummodo, juxta metam illius terræ, tredecim Gramina.*

\* **GRAMIGNA**, Porrigo, impetigo, lepræ species. Gall. *Gratelle*, ab Italico *Gramigna*, *gramen*, quod instar graminis pululat, sic dicta; unde *Gramignosus*, eo morbo affectus. Stat. Montis-reg. pag. 265: *Si quis macellarius emerit aliquem porcum vel porcã, . . . et inventus vel inventa fuerit habere porrigines seu Gramignas, quod venditor porci seu porcæ non teneatur propter ipsas porrigines seu Gramignas recuperare vel retinere, nec de pretio ipsius diminueret, nisi solidos quinque pro qualibet libra pretii, secundum . . . qualitatem Gramignarum.* Ibid. pag. 266: *Quod aliquis macellarius . . . non audeat . . . vendere seu vendi facere aliquas carnes morbosas seu Gramignosas.* Stat. Placent. lib. 6. fol. 77. v. o: *Carnes mutonis vel ovis. . . Gramignosas et morbosas.* Vide infra *Grignolosus*.

\* **GRAMIGNOSUS** Porcus. Vide *Porcus*. [Fr.]

**GRAMINARI**, *Gramine pasci*, in Gloss. MS. Regio.

† **GRAMIS**, *Pituita oculorum*, apud Papiam, pro *Gramia*, Gall. *Chassie*.

\* **GRAMITA**, Fimbria, himbus. Invent. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unam albam cum Gramitis rubeis laboratis ad aurum . . . Item unam albam cum Gramitis et pectorali de panno tartarico rubeo. Item unam aliam Gramitam cum viij. imaginibus. Item duas Gramitas laboratas super tela linea ad acum. Vide Gramata.*

† **GRAMLUS**, Species obventionis apud Germanos. Litteræ Friderici Ducis Austriæ pro Monasterio S. Floriani ann. 1248. apud Ludewig. tom. 4. pag. 228: *Alias autem quascumque causas pecuniaris sive prædialis, sive in personas, sive in damna, sive bannos, pugnarum expurgationes, quaslibet obventiones, scilicet losunge, ubervanch, Gramlos, nocturnos dolos, haferban, in prædiis suis et personis officialis Ecclesie exequantur, ita ut actor semper forum rei exequatur.*

\* **GRAMMA**, Malleus stuparius. V. *Gramata*. [Fr.]

**GRAMMÆ**, Linæa. Auctor Mamotrecti ad lib. Judith cap. 10: *Discriminavit, id est, capellos divisit, vel Grammam fecit. Ubi Grammam fecit, i. lineam: est enim γραμμῆ Græcis lineæ: nam cum discriminantur capilli, fit in medio lineæ.* [\* Vide *Grani*.] Apuleius de Herbar. virtutib. cap. 106. de Olusatro: *Thyrso molli, cavo atque celso, veluti scripturis notato, quas Græci Grammas vocant.*

Accipitur etiam pro litteris, quas Græci γραμματα dicunt adeo pro ipsa Grammatica. Smaragdus in Grammatica MS:

Possis ut ignotos calles dinoscere Grammæ,  
Quos bene præteriti jam cecinerunt viri.

Infra:

Leniter ut currat tyronis cymba per altum,  
Quæ Grammæ pelagum cepit arare libans.

Vetus Charta in Chronico Besuensi pag. 599: *Limitis vitæ velocitas cogit ut memoranda quæque Grammis cartarum imprimantur, etc. Alia Alberici Comitiss Viromandensis ann. 959. apud Heme-ræum, sic clauditur: Scripsit has cartulæ Grammæ Benedictus, jussus Humfredi Cancellarii. Rab. Maurus Poëm. 8:*

Grammata sola carent fato, mortemque repellunt.

**GRAMMUS**, Eadem notione. Testamentum Haimonis Dom. Burbonensis ann. 9. Ludovici ind. 8: *Sicut per Grammos literarum dedi.*

† **GRAMMARUS** *Cancrum significat*. Sussanæus.

† **GRAMMATA**. Vide *Gramata*.

† **GRAMMATIA**. Vide *Gramasia*.

† **GRAMMATICASTER**, Scriba, Notarius. Robertus Creighton pag. 29. Hist. Conc. Florent: *Illud in decretum obrepsit . . . errore et incuria Grammaticastri, Græc. Γραμματικοῦ.*

† **GRAMMATICELLUS**, Grammaticus parum eruditus. Epistola Gunzonis ad Augienses Fratres ann. 969. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 312: *Hæc strictim commemoravi, non quo artium prima ponerem, sed ut stultitiam indocti monachi reprehenderem, cui cum scientia artium abesset liberalium, maluit fraude Grammaticellus videri, quam scientiam artium saltem extrinsecus adipisci.*

1. **GRAMMATICUS**, Disciplinis liberalioribus instructus, eruditus. Gl. Lat.

MS. Reg. Cod. 1018: *Grammaticus, scholasticus, vel literatus*. Diomedes lib. 2. de Arte Grammat: *Grammaticus, Latine literatus est appellatus*. Leo Ost. lib. 1. cap. 50: *Majo Presbyter atque Grammaticus*. Paulus Warnefrid. de Gestis Longob. lib. 2. cap. 13: *In arte Grammatica sive Rethorica, seu etiam metrica clarissimus extitit*. Lib. 6. cap. 7: *Et tempore floruit in arte Grammatica Felix, . . . quem in tantum rex dilexit, ut ei baculum argento auroque decoratum inter reliqua suæ dignitatis munera condonaret*. Petrus Diacon. in Prefat. ad lib. 4. Chronici Casin: *Ego namque, quem non Grammaticorum scientia ornat, non eloquentiæ gloria, non sapientium peritia*. Huc spectant ista Georgii Acropolitæ cap. 29: *Καὶ ὅν τῆς ἐγκυκλίου ἀπὸ λαγμένος τῆς παιδείσεως, ἢν Γραμματικὴν κατονομάζουσιν οἱ πολλοί*. Alias *Grammaticus est Professor literarum*, ut est in Actis purgationis Cæciliani initio. Vide Glossar. med. Græcit. col. 265.

\* **GRAMMATICÆ**, Latine. Reinard. Vulp. lib. 2. vers. 381:

Sexque colurnorum triseno paria explicat ora,  
Ungarice, Turcæ, Grammaticæque loquens.

2. **GRAMMATICUS**, Notarius, Secretarius. Hier. Blanca in Comment. Rer. Aragon: *Ipsi Notarii ac privilegiorum hujusmodi scriptores, tum Scribæ regii, tum et quandoque Grammatici Regum appellari, Græco nomine retento, consueverunt*. Ita a Græcis Scriptoribus, seu Byzantinis, hanc vocem usurpari monimus in Prefat. ad Cinnamum et in Glossar. med. Græcit. col. 265.

† **GRAMMATISTA**, Qui docetur Grammaticam. Robertus Goulet in Compendio juris Universitatis Paris. fol. 10. vº: *In optimis quibusdam Collegiis hora sexta pro Grammatistis parva lectio fiat, ut aptius congregentur in sacello*. Suetonius de Grammat. Illustr. cap. 4: *Sunt qui Literatum a Literatore distinguant, ut Græci Grammaticum a Grammatista: et illum absolute, hunc mediocriter doctum existiment.*

**GRAMMATOPORA**, Apices, scriptura, diploma. Charta Gerardi Episc. Augustod. in Tabul. ejusdem Ecclesie: *Nos itaque audivimus flagitationem illorum concupiscenti animo, et bono desiderio jussimus et tales Grammatoporas nostræ auctoritatis in membrana adscribi.*

† **GRAMMATUS**, Qui sumit initium legendi, vel qui paginas legere potest. Joan. de Janua.

\* **GRAMMULARE**, **GRAMOLARE**, **GRAMULARE**, Ital. *Gramolare, a Gramola*, instrumentum depicticum, Plinio lib. 19. stuparium malleus, Purgare, mundare, massam depesere, subigere. Charta ann. 1133. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 353: *De lino Gramulato lesineo triginta*. Alia ann. 1174. ibid. *Triginta brancatæ lini Grammulati, etc.* Stat. ann. 1262. inter Stat. Placent. lib. 6. fol. 71. rº: *Manfredus confanonerius potestas Placentiæ volens providere publicæ utilitati, quantitatem pastæ sive massæ Gramolatæ, quæ de uno stario frumenti fieri potest, etc.*

† **GRAMMUS**. Vide *Grammæ*.

**GRAMPHA**. Historia a Cuthais, de Gestis civium Spalatinorum cap. 2: *Et antecedeabant ipsum sui familiares armati cum tabulariis et clypeis depictis cum Grampha, ipsius arma, et ensibus et spathis nudis, etc.* Italis *Granfo*, est cancer marinus.

**GRAMPOIS**. Vide *Graspiscis*.

† 1. **GRANA**, Italis *Bacca* cujusdam

arboris similis hederæ, cujus usus est ad tincturam ejus panni, quem vocant *Scarlatum*. Jacobus Cardinalis de Coronatione Bonifacii VIII. PP. tom. 4. Maii pag. 451:

A Patribus missi, quos uvea Grana cruentat  
Cardinis in signum, etc.

Ibid. pag. 469:

. . . Ardentes habitu, quos uvea tinxit  
Grana rubens, etc.

Memorantur *Granz ad tingendum* in Edicto Philippi Pulcri Franc. Reg. ann. 1304: *Panni Granz*, in Statutis Massil. lib. 1. cap. 36. § 2: *Vestes de Grana*, lib. 5. cap. 12.

\* *Vox Italica*, Coccum rubeum, granum infectorium. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1163. in Chartul. 1. Fland. ch. 325. ex Cam. Comput. Insul.: *De kerka Graine quatuor denarios*. Stat. Montispeessul. ann. 1204: *Nullus extraneus homo pannos laneos in Montepessulano potest tingere in Grana, etc.*

2. **GRANA**. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 453: *Et de 94. selionibus, et 12. buttis terræ, et de Grana unius acræ, etc.* Vide *Grava*.

\* 3. **GRANA**, **GRANATA**, Moneta aurea, Cracoviensis. Inventar. MS. ann. 1366: *Litteræ patentes comitatus Cracovizæ directe dom. Benedicto PP. XII. in quibus consules dictæ civitatis se debere fatentur cameræ Apostolicæ certas Granas sive Granatas auri, et nonnullos eorum cives etiam singulariter alias Granas hic expressatas*. Anno 1336. Vide *Granum* 3.

**GRANAMELLUM**. Vide *Grutum*.

\* **GRANARE**, a Gallico *Grainer*, In granum maturescere. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 4. vº: *Dicti heretici . . . dicebant quod Deus non fecerat carnem humanam, nec faciebat florere nec Granare; ponentes instanciam dicti heretici et dicentes quod si homo poneret granum bladi super lapides, non nasceretur; sed istud venit ex putredine terræ*. Vide supra *Agranare*.

**GRANARIUM**, Locus, seu camera reponeendis granis frumentariis, nostris *Grnier*. Gloss. S. Benedicti: *Granarium, σιτοβολών*. Lambertus Ardensis pag. 160: *Promptuarium sive Granaria cellarii continuans*. Mox: *Prima autem area fuit in superficie terræ, ut erant cellaria et Granaria, cistæ etiam magnæ, dolia, et cupæ*. Vox prisca nota. [Infra sumitur pro *Horreo*, Gall. *Grange*. Vide in *Granea*.]

† **GRANARIUS**, ut *Granatarius* in Monasteriis. Chronicon Mellicense pag. 34f. col. 2: *Granarius . . . cum Cellerario, aut alius frater dispensator, si opus fuerit, et ubi major congregatio, fratribus victualia administret, atque sub sua custodia omnia quæ pro mensis fratrum et coquina videntur necessaria, diligenter conservet, habeatque curam, ut singula in refectorio ordinate disponantur*. Hinc patet non unam in omnibus Monasteriis granarii curam ad *Granatarium* pertinuisse, sed pleraque ab eo fuisse administrata.

\* **GRANAROLUS**, Frumentarius, Aca-dem. Crusc. *Granaiuolo*, tritici propola. Stat. Placent. lib. 6. fol. 68. vº: *Judez victualium teneatur jurari facere multinarios Granarolos, quod postquam molas molendini pichaverint, antequam macinant de alicujus grano, de suo purgabunt et præparabunt bene molas pichatas*. Vide supra *Fariocellus*.

† 1. **GRANATA**, pro *Gavata*, juxta quædam exemplaria legitur apud Anastasium in Vita Honorii PP. ut et in Glossis Isid. Vide *Gabata*.

† 2. **GRANATA**, f. Coccum, Gallis *Ecarlate*. Testamentum Cardinalis de Bononia ann. 1373. apud Baluz tom. 2. Hist. Arvern. pag. 183: *Eidem domino Regi do et lego meliorem mulam, quam habeam, cum pulcra sella de Granata. Instratos ostro alipedes, apud Virgilium. Vide Grana 1.*

\* 3. **GRANATA**, vox Italica, Scopæ. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 15: *Deficientibus saccis et funibus, recurratur ad scopas, et fiant verræ, volgari sermone dicuntur Granatæ, et in eis fingantur (sic) perticæ, et postea accendantur verrulæ, et obcurratur ad rupturam muri contra rumpentes præfatum murum.*

\* 4. **GRANATA**, Moneta aurea. Vide supra *Grana 3.*

**GRANATARIA**, Granarium, vel locus, ubi frumentum venum exponitur. Charta Libertatum Moneti in Biturigib. ann. 1269: *Granatariam ad bladum vendendum, si voluero, potero facere, et de blado, qui vendetur intus, habeo reditum sine injuriam faciendum.*

1. **GRANATARIUS**, Officiarius Monasticum, de quo sic Bernardus Monac. Cluniac. cap. 8. et ex eo Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 18: *Secundus est qui annonam recipit, quem et Granatarium vocamus. Hinc, quando messis est tota collecta, Prior innotescit quanti modii de illa, et de illa Obdientia sunt venturi, et quod semel audit, usque dum sit redditum, in computo suo tenebit. Pistores sunt sub ejus manu, qui cum frumentum acceperint, duas species panis sunt reddaturi, etc.* [Johann. Iperii Chronicon S. Bertini apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 757: *Secundum officium fuit Granatarii omnia Monasterii ædificia sustentare, vestes et salaria servientium Monasterio ac nunciorum, panem, cervisiam, ligna, turbones, minora luminaria per hospitium et cameras, ollas, patellas, pottos, scutellas, ac omnia utensilia providere debebat, et ad hoc deputaverunt ei territorium de Bourbourg, etc.*] Vide Fletam lib. 2. cap. 82. § 1. et cap. 84. [et supra *Granarius.*]

\* Recensetur etiam inter ministros ecclesie Conserannensis in Addit. ad reformat. ejusd. ann. 1472.

\* 2. **GRANATARIUS**, Publicanus, qui præest rei salariæ. Charta Renati reg. Sicil. comit. Provinc. ann. 1476: *Fundamus, dedicamus ac dotamus . . . super gabella salis . . . cum omnibus juribus et pertinentiis, proventibus et emolumentis quibuscumque, quos et quæ nos habere et quomodocumque percipere soliti sumus, per nos aut nostram curiam supradictam, nostrosque thesaurarios, Granatarios et officarios. Adde Concordat. Universit. Andegav. ann. 1553. Vide infra *Granatarium 2.**

\* **GRANATELLA**, Carbunculus, lapillus, Hispan. *Granate*, Gall. *Grenat*. Inventar. Ms. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unam cupam de cristallo cum pede, in quo sunt xij. zaffirelli, et in corpore sunt xij. et xvij. Granatellæ. Vide Granatus.*

\* **GRANATELLUM**. [Gallice *Grenat*. (B. N. MSS. l. 5180, p. 49). s]

1. **GRANATERIA**, Vectigal e granariis collectum. Constit. Siculæ lib. 1. tit. 84: *Demania etiam, et mortitia, excadentias, Granaterias, piscarias, herbas aluminis, et generaliter omnia, quæ per nostram curiam procurantur, etc.*

† 2. **GRANATERIA**, ut *Granataria*, Locus in quo venduntur grana frumentaria, Lugdunensibus *la Grenete*. Codex

censuum Calomontis: *Juxta Granateriam Calomontis.*

**GRANATICUM**, Idem quod *Granateria* 1. S. Gregorius M. lib. 1. Epist. 42: *Volumus, ut securitatis libellos ita de pensionibus facias, quatenus imprimis dicens tantam pensionem unumquemque debere persolvere, inibi abjectis siliquis, oneribus, vel Granaticis. Vide Grangaticum in Græna.*

\* **GRANATINUS**, Pari intellectu, in eodem Invent. : *Item unum urceum de opere Venetico ad filum, . . . cum diversis lapidibus praxininis, zaffinis et Granatinis. Vide infra *Granitelus.**

\* **GRANATORIUM**, Locus seu camera reponendis granis frumentariis, Gall. *Grenier*. Charta ann. 1183. in Chartul. S. Johan. Laudun. ch. 120: *Sub annuo trecensu duorum et dimidii mediocris annonæ modiorum . . . ita quod nos prætaxatum tresensum in Granatorio ejusdem ecclesie acceptum deportari inde facimus. Vide Granarium.*

† **GRANATUS**, Carbunculus, lapis pretiosus rubicundior, Gallice *Grenat*. Epistola Friderici II. Imp. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1172: *Porro smaragdi viriditas fidem, sapphiri serenitas spem, Granati rubicunditas charitatem, topazii claritas operationem significat. Rursum occurrit ibid. apud Mabillonium tom. 3. Analect. pag. 391. in Gestis Gaubredi Episc. Lodun. etc.*

\* **GRANAVIUM**. Diploma Ludov. VI. ann. 1124. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 324: *Omnen quoque decimam vini, et annonæ meæ et avenæ, quæ attinent ad allavium vel Granavium Pistiaci. Ubi leg. prorsus: ad cellarium vel Granarium, ut edidit Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 684. Granarium habet Charta Phil. I. ann. 1072. eadem de re ex Tabul. Colomb.*

\* **GRANCA**, f. pro *Græna*, Locus seu ædes, ubi grana frumentaria reconduuntur, vel idem quod mox *Grancia*. Chartul. Micicæ: *Habitationes rusticanas, id est, Grancas suas, quæ necessariæ erunt, tam ipsis monachis quam rusticis eorum, qui ad hospitandum venerint implexaceis (i. in plexaceis) veteris sive novis, concedo eis.*

\* **GRANCEA**, GRANCETIA, idem quod *Granca*. Charta ann. 1153. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 25: *Duæ garbæ de feodo domini sancti Sidonii et decima molendini et sedes Grancetiz . . . Decima molendini et unus hospes et sedes Grancæ. Vide in Græna.*

\* **GRANCHERARIUS**, Qui præest *granchiæ* seu villæ, aut prædio rustico. Necrol. Ms. eccl. Meld. ad xvj. Mart.: *Johanna de Diogilo dedit sex modios bladi, quos ei debebant Grancherarii de Marcell. Vide Grangarius in Græna.*

\* **GRANCHETA**, Eadem notione atque *Granca*, dimin. a *Granchia*. Charta ann. 1325. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 522: *Item de quadam Grancheta, sita Treccis in vico Corline, etc.*

\* **GRANCIA**, Prædium, villa rustica, Hispan. *Granja*, eadem notione. Charta ann. 1210. apud Ughel. tom. 1. Ital. sacr. col. 554. edit. ann. 1717: *Insuper etiam statuimus, ut nullum liberum hominem in ipso monasterio, vel in Granciis ipsius commorantem invitum adducere, vel molestare, sive injuriam aliquatenus inferre præsumant. Vide in Græna. Hinc*

\* **GRANCIA**, Cella seu obedientia monastica, ab abbata dependens. Charta Alf. reg. Aragon. ann. 1440. ex Tabul. S. Mich. Caiet.: *Abbas et conventus venerabilis monasterii S. Angeli de Palan-*

*zana . . . majestati nostræ reverenter exposuerunt et humiliter supplicarunt, ut cum abbas, monachi et conventus ipsi propter constructionem nuperrime factam de castro nostro Caietæ, quod intra se continet ecclesiam S. Theodori, olim monasterium dicti ordinis, circumquaque reclusam, non possint in eadem ecclesia, quæ est Grancia sive membrum dicti monasterii S. Angeli, divina misteria habiliter et commode celebrare, nec alia quæ cultum divinum et alia pia opera ac temporalia reparamenta conspiciunt facere, . . . dignaremur . . . gratiose concedere, quod loco ecclesie S. Theodori, possint quamdam aliam capellam, sub vocabulo etiam S. Theodori, prope dictum monasterium seu in continentis dicti monasterii S. Angeli construi facere et edificare.*

\* **GRANCRENELLE**, Nomen Gallicum eujusdam antiphonæ in festo nativitatibus B. M. V. Calendar. eccl. Camerac. Ms. fol. 59. vº: *Festum præsentationis B. M. Virginis . . . ad instar nativitatibus et visitationis ejusdem Virginis, demptis antiphona, Gallice le Grancrenelle, etc.*

† **GRANCEA**, GRANCHIA, etc. Vide in *Græna*.

\* **GRANDÆVITAS**, [Ætas provecior. Accius apud Non. 2. 365. Quia nec vos, nec illi impune irriterent meam Grandævitatem. Pacuv. ibid. Ipsa orbitas Grandævitasque Pelei.]

† **GRANDEA**. Acta SS. Junii tom. 1. pag. 105. ubi de S. Symeone recluso: *Excisum est monumentum in saxea Grande testudinis, ab intus delinitum sive obductum cemento subtili. Grandeam interpretantur Editores eruditi supremam domus contabulationem; an recte, judicent alii.*

† **GRANDEDO**, Granditas, Gall. *Grandeur*. Fulgent. de Cont. Virg.: *Timoris projecta Grandeline.*

**GRANDES**, Vibices flagrorum, interdum ipsæ flagellationes, quod cavertim instar grandinum irruunt. Quomodo τὰς τῶν μαρτύρων νικαίτας dixit Anonymus in Martyrio SS. Carpi et Papyli n. 9. Ekeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 10: *Titionem ardentem ab igne dicto citius rapiens, Grandes sine numero infregit. Ibidem: Flagello de pyralli raptio, nisi ei erecto ad icum brachio occurrissent, Grandes incussissent. Rursus: Si imperitorum aliquis claustris illius invasori Grandes infregisset, non ego curassem. Hinc*

**GRANDINARE**, pro flagellare, castigare. Liber, cui titulus *Aurora*:

Carnis luxuriam Grandinat ira Dei.

Gloss. Gr. Lat. γαλαζοκρότη, *Grandino*. [Vinea *Grandinata*, Grandine vastata, in Vita B. Simonis de Lipnica tom. 4. SS. Julii pag. 528.]

**INGRANDINARE**, apud eundem Ekehard. cap. 3: *Totis viribus a dorso Ingrandinat. Prudentius in Martyrio S. Romani:*

Pulsatus ergo Martyr illa Grandine,  
Postquam inter ictus dixit hymnum plumbeos.

Fortunatus lib. 3. de Vita S. Martini:

Martimum flagris et fustibus urget iniquis.

Et mox:

Ipse tamen patiens, jaculorum Grandine pressus.

Ita *grandinare*, et *ingrandinare*, erit instar *grandinis*, flagellorum crebris ictibus cædere. Verum quid hoc ad *grandes*? quæ quidem vox ad illud me revocat, quod apud Vopiscum in Tacito legitur: *Nutritorem timeat, respiciat ad*

*nutricem, magnarum magistratum ictibus terrorique subiaceat.* Ita enim in Palatino Codice legi monet Salmasius, ubi pro *magnarum* in Editiones *manuum* irrepsit. Sane *Magnæ* Vopisci, et *Grandes* Ekehardi eadem sunt. Gloss. Græc. Lat. : Βαρετα, *Grabis Grabida, Grandis*. Βαρε, *Grande, Grave*. Sed de vocum origine ac genuina notione alii forte melius divinabunt. [\* *Granate*, Italis, eadem notione.]

† **GRANDIA**. Gloss. Isid. : *Grandias, Offas carnis.*

\* **GRANDIA**, mendose pro *Grangia*, Prædium rusticum. Instr. ann. 1308. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 33. col. 1 : *Canonicorum Ossiliensium domos et Grandias combusserunt.* Vide infra *Granga*.

\* **GRANDIFICATIO**, Amplificatio, incrementum, finium propagatio, Gall. *Aggrandissement*. Annal. Estens. ad ann. 1404. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 998 : *Suggestens inter cetera quantum erat eidem dominio (Venetorum) habenda suspecta tanta Grandificatio status domini Paduæ, non supportatura vicinos, etc.*

\* **GRANDIFICUS**, [Grandifer. *Ammian.* 18. 6. Grumbates rex, ætate quidem media, rugosisque membris, sed mente quadam *Grandifica*, multisque victoria-rum insignibus nobilis.]

\* **GRANDINARE**, Instar grandinum irruere, Gall. *Tomber comme la grêle*. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 62. pag. 168 : *Saxivoma fulminant, lapides grandinant, etc.* Vide alia notione in *Grandes*.

\* **GRANDIO**, [Grandem facio. *Plaut. Aul.* 1. 1. 10. Testudineum istum tibi ego *Grandibo* gradum, *ti faro ben io avanza* il passo.]

† **GRANDIOLUS**, f. *Glandula*, inquit Cl. Editor. Vita S. Francæ tom. 3. April. pag. 398 : *In gula mea sensi quasi Grandiolum unum decurrere, et ad partem gulæ declinare; atque tam nocte quam mane gargarizans, grossum phlegma rejeci.* Vide *Grandula*.

† **GRANDIRE**, pro *Garandire*, de quo supra, Asserere, præstare, defendere, Gall. *Garantir*. Charta Gaufridi Silvanect. Episc. ann. 1202. e Chartulario Montis Martyrum : *Hanc elemosinam in perpetuum ratam haberent et erga omnes Grandirent.*

† **GRANDISONUS**, Qui clamat voce magna. Chron. S. Trudonis Spicil. Acher. tom. 6. pag. 406 : *Quidam vero ad irruptionem cum clamore se accingerent, unus eorum, cujus sapientiæ et consilio totum inniti videbatur oppidum, vultu flammeo et ore Grandisono prorupit in medium : Eia, inquit, eia viri, etc.*

\* **GRANDITAS**. PRÆTER GRANDITATEM, Præter modum, Gall. *Excessive-ment*, in Præloq. lib. Rath. Veron. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 938. *Granmant*, pro *Long-temps*, diu, in Assis. Hieros. cap. 306.

† 1. **GRANDITUDO**, ut *Granditas*, Jo. de Janua.

\* 2. **GRANDITUDO**, Amplitudo, Gall. *Grandeur*. Charta ann. 1359. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 189 : *Quæ corpora mortuorum proprio cimiterio tunc inhumari non poterant, quia dictum cimiterium minimæ Granditudinis existebat.* *Grandeur* vero, pro *Superbia*, arrogantia, in Lit. remiss. ann. 1387. ex Reg. 122. ch. 151 : *Disant tout haultement et par maniere de Grandeur et de derrision, etc.*

**GRANDITUS**, *Enormis*, Gloss. Arabico-Lat.

**GRANDUALIS**. Monachus Florentinus de Expugnatione Acconis :

Exeunt de mœnibus bis mille pagani,  
Qui nuper intraverant facti oppidani,  
Grandulem tumulum, quem nostri fecerunt,  
Pulsis operariis, statim ascenderunt, etc.

Ubi forte legendum *gradualem*, quod gradus vice fuerit tumulus ad urbis mœnia invadenda.

† **GRANDULA**, pro *Glandula*. Vita B. Francisci Fabriani, tom. 3. April. pag. 986 : *Habebat Grandulas in gula.* Vide *Grandiolus*.

† **GRANDUS**, pro *Grandis*, Magnus. Testamentum Guillelmi de *Chapponney* tom. 2. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 279 : *Dat semel et legat... Sacristæ Insulæ Barbaræ ejus filio carissimum, consideratis Grandis stipendiis per ipsum testatorem factis... unam marcham argenti.*

\* *Grandre* et *Greingneur* nostris, pro Major, notabilior, vulgo *Plus grand*, plus considérable. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 12 : *Le chevalier dit que encore avoit il fait Greingneur folie d'assembler lele desputaison.* Annal. regni ejusd. reg. ibid. pag. 199 : *Le Greingneur des messages, etc.* Charta ann. 1310. ex Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 150 : *Jehanne moindre de vint et un ans et Graindre de quatorze ans.*

**GRANEA**, Locus, seu ædes, ubi grana frumentaria reconduuntur, nostris *Grange*. Polytychus S. Remigii Remensis : *Est ibi domus ipsius Presbyteri, juncta Ecclesiæ, cum Granea.* Lex Aleman. tit. 81. § 2 : *Si enim domum infra curtem incenderit, aut scuriam, aut Graneam, vel cellaria, etc.* [Baluzius habet *Graniam*, Puteanus *Granario*, Editio Basileensis *Graneam* in textu et *Granarium* ad marginem, haud dubie ex alio quopiam codice quam ex eo ex quo textus editus est, inquit Baluzius in Notis.] Occurrit rursus § 5. in Addit. 4. Ludovici Pii § 93. in Charta H. Episcopi Tullensis apud Perardum in *Burgundicis* pag. 175. [in Chartulario Ecclesiæ Amblian. etc.]

† **GRANEA**, Frumentum, ut videtur. Gesta Guidonis Episc. Cenom. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 344 : *Statuentes, ut ipsi singulis annis unam oblitam et decimam vini, sicut unus Canonicus, et mensuram Graneæ, et XX. sol. ex marsupio Episcopi, aut II. modios ex horreis habeant Episcopaliibus.*

**GRANEA**. S. Hieronym. in lib. 1. Paralipom. cap. 23 : *Primitiæ enim spicarum, quando dereferebantur, et grana comedebantur : quod genus cibi vulgo Graneas vocant.*

**GRANICA**, ut *Granea*, Gall. *Grange*. Lex Bajwar. tit. 1. cap. 14. § 5 : *Ad casas dominicas, stabulare, fenile, Granicam, vel tuninum recuperandum, peditura rationabiles accipiant.* Formulæ vett. apud Bignon. form. 13 : *Cellaria, vel camera, et Granica, quicquid in eis habuit repositum, etc.* Polytychus Floriacensis : *Debet unam carradam adducere de feno in Granicam senioris, etc.* Tabularium Ecclesiæ Carnotensis ann. 1206 : *Et quidquid juris habebat in Granica nostra de Chansery, etc.* Mox : *Unde statuimus, ut Canonici nostri in eadem Granica præbendas suas percipientes, etc.* Alia Ludovici Comitis Blesensis ann. 1199. ibid. n. 116 : *Major vero in Granica illa, quotiens opus est, tenetur quærere scopas, et palas, et vannos, et quæ ad mundandas segetes sunt vel erunt necessaria.* [Codex MS. Sminonis Abb. Sangerman. fol. 128. v. col. 1 : *Facit carropera et scutit XII. mod. de annonâ in*

*Granica dominica et ducit eam ad Monasterium.* Occurrit in Polytycho Monasterii Fossat. in parvo Chartulario S. Victoris Massil. et alibi non semel. Hinc, ut puto, emendanda Charta anni 746. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 9. ubi habetur : *Hoc est, cassis, casalis, Gravicis, domibus, ædificiis, etc.* Legendum enim *Granicis*.]

† **GRANICA**, f. *Animalia quævis*, ad *Granicam*, seu prædium rusticum pertinentia. Hugonis Abbat. Farfensis Epistola ann. 1019. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 528 : *De villula et de Ecclesia S. Benedicti, quæ est prope Monasterium Domini salvatoris, et omnia manua- lia ibidem, quæ dicuntur Granica.* Vide *Manualia*.

**GRANGIA**, pro area seu loco, ubi bladium teritur, quomodo *Grange* hodie usurpamus, in Charta Joannæ Comitissæ Flandriæ ann. 1222. apud Ceusium lib. 4. Hist. Tornac. cap. 7.

† **GRANCEA**, Eodem intellectu. Chartular. S. Vandregesili tom. 2. pag. 1814 : *Innocentius Dei gratia Tuscul. Apostolicæ Sedis Legatus, etc. fraudem faciebant; manipulos enim seu garbas, quos in carris ad Granceam adductos non ligatos inveniebant, decimare volebant.* Similiter occurrit in Bullario ejusdem Monasterii fol. 23.

**GRANCHIA**, Eadem notione, apud Rigordum anno 1182. Sugerius de Rebus in administratione sua gestis cap. 2 : *In introitu villæ novam Curiam cum Granchia nova erigi fecimus, ut in ea campipars universalis..... reponeretur.* Adde cap. 21.

**GRANCIA**, in Hist. Morimundensis Cœnobii in agro Mediolanensi lib. 1. pag. 259.

† **GRANGICA**, ut *Grangia*, Horreum. Tabularium Vindocinense Thuani Charta 88 : *Ex quibus scilicet arpennis unus est placitium, in quo domus habetur vest, alter vero est ab exitu, ubi Grangica consistit.*

† **GRANTIÀ**, Eadem notione. Tabularium SS. Trinit. Cadom. fol. 28 : *In Hortre habemus... damnum cum buro, duas Grantias... duas tassos garbarum.* Polytychus Fiscann. ann. 1235 : *Rogerus Ansrei tenet IX. acres terre, et debet facere submonitiones, et namnia capere, et Grantiam reterege et mundare.* Occurrit rursus apud Rymen. tom. 3. pag. 460.

† **GRANCHIA**, ut mox *Grangia*, Prædium. Chronicon Maurigniacense apud Duchesnum tom. 4. Hist. Franc. pag. 371 : *Miles... veniens ad extrema, torcularis cujusdam medietatem et pratium quoddam justa hortum nostrum et terram ante Granichiam de Bellovidere sitam, quæ nobis valde necessaria erant, huic dedit Ecclesiæ. Extractum Regesti magnorum dierum Campaniæ apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 241 : *Dicebant Prior et fratres de Bello-rege ordinis de Valle-Scholarium, quod Lambertus dicitur li Bouchus Miles quondam Camerarius Campaniæ, eisdem Priori et fratribus in fundatione Ecclesiæ suæ dedit et concessit singulis annis duos modios bladi... in quatuor Granchiis, quas habebat in castellania de Barro super Albam, percipientes.* Pluries ibidem occurrunt promiscue *Granchia* et *Grangia* pro Prædio.*

† **GRANCIA**, **GRANGUA**, Eadem notione. Litteræ ann. 1231. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 542 : *Abbatiam Clavallis et Granicam contiguum dictæ Abbatie, Grangiam que dicitur ultra Albam, Grangiam que dicitur Boddahans,*

*Granchiam* quæ dicitur *Cornanum*, *Granchiam* quæ dicitur *Bellinfayum*. Pag. 543: *Tam ad dictam Abbatiam Clarevallis, quam ad dictas Granguas, cellaria, mansiones, etc.*

GRANGIA, Prædium, villa rustica. *Grangia*, ut ait Lindwodus, dicuntur a *granis*, quæ ibi reponuntur et sunt *Grangia* domus seu ædificia, ubi reponuntur *grana*, ut sunt horrea: sed etiam ubi sunt stabula pro equis, bostaria, sive præsepia pro bobus et aliis animalibus, caulæ pro ovis, porcithæca pro porcis, et sic de aliis, quæ pertinent ad œconomiam, ut sunt loca deputata pro serventibus ad agriculturam, et opera rustica. Vide Sanjulianum in Tornutio pag. 519. Innocentius III. lib. 1. Epist. pag. 119: *Licet in eorum privilegiis inhiberetur sit expresse, ne quis Archiepiscopus vel Episcopus, nisi in manifesta necessitate, in eorum Grangis hospitetur.* Vita Caroli Abbatis Villanariensis cap. 3: *Auxit in super Conventum Monachis et Conversis, Grangias ædificiis et terris.* Monachus S. Mariani Autisiod. ann. 1143: *Inter cætera beneficia perplura, quæ contulit, terram Grangia de Bosculo emit eis de proprio, idemque considerans locum nimis arctitudinis esse, non posse ordini suo congruas dilatari vel extrui officinas, etc.* Gregorius IX. in Constitut. pro Benedictinis: *Hæc autem nolimus ad illas Grangias, seu administrationes extendi, quæ curam animarum non habent, etc.* Occurrit passim apud Scriptores, Conradum Uspereg. pag. 324. 325. Ed. 1540. Gervasium Abbatem Præmonstrat. Epist. 33. 35. 43. Lewoldum Northowium in Chron. Marciano ann. 1126. Rainardum Abbatem in Institut. Cisterciens. cap. 5. 8. 66. 70. Joan. Columbium lib. 3. de Episcopis Vivariens. n. 31. apud Mich. Germanum in Hist. S. Mariæ Suesion. pag. 446. in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 1. in libro Usuum Ord. Cisterc. cap. 84. in Hist. Vizeliacensi lib. 3. pag. 530. in Bulla Joannis XXII. PP. apud Wadd. tom. 3. in Reg. n. 96. in Monast. Anglic. tom. 2. pag. 1029. 1040. in Legibus Alfonsinis part. 1. tit. 7. lege 33. [apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 81. 86.] etc. Le Roman du Renard MS.:

En nequedent ont tant erré,  
Qu'il s'avoierent par un plainains,  
De lés une Grange à Noumains.

† GRANGIOLA, Villula, prædiolum rusticum. Epistola Henrici Abb. Clarevalensis apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 581: *Grangiolam illam... modis omnibus destruit; oves et boves omnemque substantiam, quæ in ea est, deprædatur... Magistrum Grangiola Conversum... vapularunt, etc.*

GRANGIARIUS, Qui præest *grangia*, aut villæ, vel prædio rustico, Officium Monasticum. Fleta lib. 2. cap. 82. § 1: *Nec sustineatur, quod Præpositus sit granatarius et Grangiarius simul.* Statuta Ordinis de Sempringham tom. 2. Monast. Angl.: *Grangiarius grangia habeat solatium, si necesse fuerit, qui videlicet provideat domui post eum.* Vide pag. 708. 713. 745. [Charta Adami Episc. Meld. ann. 1289. e Chartul. ejusdem Eccl.: *Major faciet nobis liber Grangiario domus nostræ prædictæ a dictis hospitibus apud Berciacum reddi et solvi pecuniam expensarum.*] Ita usurpant liber Usuum Ordinis Cisterciens. cap. 81. 111. [Joannes XXII. Papa in Bulla pro Abbatia Luicensi inter Instrum. tom. 1. Gall. Christ. pag. 91. col. 1.] et Cæsarius lib. 5. Mirac.

cap. 83. lib. 7. cap. 83. qui interdum et sæpe ejusmodi Monachos, *Grangiarum* magistrus appellat, ut *Custodes Grangeorum*, Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 378. *Fermiers, Grangers, et Metaiers*, iidem sunt in Delphinatus provincia. Vide Expillium Orat. 21. et *Grangerius*, suo loco.

† GRANGEARIUS, Ead. notione. Regestum Probus fol. 34: *Dominus comes habet ad grangiam de Roncivi LX. sextar. terræ, etc. Item sunt ibidem XXXV. falcatiatæ prati, quæ possent valere per annum, si darentur ad censam, VIII. lib.... sed hæc omnia tenet Grangearius Comitit, quare non ponuntur cum alio valore castri.* Nihil necesse est dicam hic non agi de Monacho, ac proinde alios fuisse a Monachis dictos *Grangiaros*: quod jam ante observari potuit ex Charta Adami Episc. Meld.

GRANGATICUM, Hist. Episcoporum Autisiodor. cap. 49. extremo: *Deditque ad victum Canonicorum... similiter et debitum horreorum, id est, Grangaticum, quod ad se pertinebat, illis habere permisit.*

GRANCHIAGIUM, Eadem notione. Tabularium Priorat. Neronis villæ fol. 36: *Quidquid habebat in decima de Fromuvilla, et Granchiagium, et tractum, et cætera omnia, quæ ad decimam pertinebant.* *Grangeage*, apud Expillium Orat. 21. pag. 244. Vide *Grangaticum*.

† GRANGIAGIUM, Eodem significato. Testam. ann. 1292. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 65: *Item Gutgonem Alamandi filium meum mihi hæredem instituo, et jure institutionis sibi relinquo castrum meum de Raterio cum omnibus juribus, pertinentiis, appenditiis et dominicaturis dicti castri, cum omnibus et singulis, quæ habeo et possideo... in omnibus parrochiis de Sievol, etc. salvo Grangiagio de quo superius ordinavi.*

† GRANERIU, Eadem, ut videtur, notione. Testam. Beraldi domini de Rupeforti ann. 1383. apud Baluz. tom. 3. Hist. Arvern. pag. 325: *Quadragesima solidos... ad opus ejusdem Vicariæ assideo et assigno... per heredes meos persolvendos in et super censibus et Granerio castri d'Albughos.* Vide *Granerium* suo loco.

GRANGIARIA, Officium *Grangiarum*, apud Cæsarium lib. 11. Mirac. cap. 2.

† GRANELLA, Bernardus Thesaurar. de acquisitione Terræ S. cap. 118: *Colligitur etiam (in illis hortis) Granelia quædam, ex qua fit vitri species, unde fabricantur lucidissima vasa.* Forte legendum *Gravella*, Italis, Glarea, arena: ex arena vitrum fieri notum est. Vide *Gravella*.

\* GRANELLUM, dimin. a *Granum*. *Acinus ab aceo, Granellum uvæ.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 521. Aliud Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Granhon, Prov. acinus, botrus.*

\* GRANELLUS OLIVARUM, Eadem notione, Ital. *Granello*, in Chron. Bergom. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 876: *Granhos, Prov. naptia olearum est, in jam laudato Glossar. Provinc. Lat.*

† GRANERIA, ut *Granarium*, Gall. *Grénier*, Horreum. Videlicet in *Batifolium*.

† GRANERIU, Eadem notione. Testamentum Olivarii de Pennart Aquensis Archiep. inter Instr. tom. 1. Gall. Christ. pag. 70: *Item sexcentas saumatas annonæ, quas habeo tam in Graneris meis, quam in castris. Camera cum Granerio et deambulatorio et coquina domus domini Raymundi Aymini, apud Fantonum.* Hist. Avenion. pag. 167. Vide alia notione in *Graneæ*.

† GRANESCERE dicuntur segetes cum

*granum* formatur. *Frumentum desiderat nubes et requirit maxime, quando florescit et Granescit*, in Memoriali Potestatum Regiens. ad. ann. 1282. apud Murator. tom. 8. col. 1152.

\* GRANETAGIUM, Præstatio ex *granis* seu bladis quæ venduntur. Sentent. ann. 1396. ex Tahul. Lugdun.: *Dixerunt quod dicti Dom. archiepiscopus et decanus et capitulum ecclesiæ Lugduni habent jus, possessionem et saisinam... percipiendi, tam per se quam eorum gentes et familiares et censerios seu firmarios dicti Granetagi, in et super bladis, quæ venduntur in villa et civitate Lugduni et bladis eisdem, videlicet de qualibet asinata, unam mensuram appellatam coponati bladi... Deliberamus per præsentes supradictis dom. archiepiscopo et decano et capitulo et eorum censeris et firmariis dicti Granetagi ad quos pertinet, decem et octo asinatas bladi saisiti supradicti pro coponis et Granetagio dictarum octies centum asinatarum, ad dictas decem octo asinatas ascendentes.* Vide infra *Grannagium*.

† 1. GRANETARIUS, ut supra *Granatarius*, Qui *granario* præest in Monasteriis. Actum Capitularem anni 1329. ex Archivo B. Mariæ de Charitate, subscribunt cum aliis *Guillelmus Bursarius, Johannes Granetarius, Stephanus Coquinarius, etc.*

\* 2. GRANETARIUS, ut supra *Granatarius* 2. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 191. vº: *Ballium et accensamentum domus regis, sitæ in villa Monsterolii in fulco Yonnæ, dictæ la maison d'Arins, per Granetarium Meldensem pro Rege Jacobo Creau, dicto Pastourel.* De anno 1352. *Grenetier*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 405.

\* GRANGA, a Gallico *Grange*, Prædium rusticum. Charta ann. 1084. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 228: *Dederunt eidem ecclesiæ cœnobii S. Trinitatis in villa quæ appellatur Griencis, campum illum in quo sedent Grangæ eorumdem monachorum.* Vide supra *Grancia*.

† GRANGATICUM, GRANGIA, etc. Vide *Graneæ*.

\* GRANGERIA, Horreum, Gall. *Grange*. Charta ann. 1407. ex Tabul. Flamar.: *Silvæ, stagna, molendina, botiæ, domus, Grangeriæ, etc.* Vide in *Graneæ*.

\* GRANGERIU, Qui præest *grangia* seu prædio rustico, apud monachos, vulgo *Grangier*; cujus officium *Grangerie* dicebatur. Interrogat. Templar. ann. 1310. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 176. col. 2: *Item Drohetus... confessus fuit, requisitus, quod in Francia, in quadam grangia, quæ vocatur Molendines, fuit receptus;... qui dictus frater Johannes (de Cinus) erat Grangerius dicti loci de Molendines.* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 92: *In dicta grangia Grangerium seu custodem ejusdem violenter ceperunt et apprisionaverunt;... dictum Grangerium nequaquam a manibus eum detinentium habere potuerunt, cum unus ipsorum prædomum cum dicto Grangerio suo prisonario ad logiamentum suorum aliorum complicitum prius recurrisset.* Charta admortisat. ann. 1476. in Reg. 204. ch. 24: *L'umble supplication de noz chiers et bien amez les religieux Grangier et couvent de N. D. de Vic de Fezensac... avons recueve, contenant que ja pièce feu Jehan... conte d'Armagnac... donna et laissa à ladite église et Grangerie la somme de 50 escus d'or. Grangier præterea nuncupabatur, Prædii rustici conductor.* Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 223: *Perrinet Ferrant pour homme, Grangier, labou*



reur de terres, qu'il tient à maison d'étranges personnes. Fermiers, mettoiers, Grangiers, in Ch. ann. 1425. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco. Vide *Grangiarium* in *Granea*.

\* **GRANGIAGIUM**, Prædium rusticum, villa, nostris *Grangeage*. Contract. maritim. ann. 1426. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xv: *Quoddam Grangiagium, vocatum Mercurrol, cum proprietatibus dicto Grangiagio pertinentibus*. Comment. Condæana ult. edit. tom. 3. pag. 146: *Le prévost mena ledit Dumesnil et ses gens à un Grangeage assez près dudit lieu, appellé communément la Grange Collart, en la maison d'un nommé Jehan Marisot... Au partir duquel Grangeage, etc.* Vide in *Granea*.

\* **GRANGIUM**, ut *Grangia*, Horreum. Gualt. Hemingford. de Gest. Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1282. pag. 10: *Cum clamor ascenderet etiam ad aures ipsius Leulini, qui ibi prope in Grangio Thaulweyr latitabat, etc.* Certus tesserarum ludus, sub appellatione *Jeu de la granche*, memoratur in Lit. remiss. ann. 1419. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 1: *Le suppliant trouva iceulx compaignons jouans au jeu de la Granche, c'est assavoir à getter trois dez à la plus grant poincture. An pro Jeu de la chance? quod Chancer dicebant. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. ch. 222: Jehanin le Clerc, et Wibelet demanderent aux autres compaignons se ils vouloient Chancer à eulx pour demi lot de vin.*

\* **GRANGIUNCULA**, dimin. a *Grangia*, Cella. Chartul. nig. S. Florent. Salmur. fol. 126: *In eadem vinea est quedam domuncula et Grangiuncula, etc.*

**GRANGALOTA**, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

† **GRANGUA**. Vide *Grancia* in *Granea*.

**GRANI**, Latinis, si Savaronem et Salsasium audimus, dicuntur Capilli sparsi ac discriminati, qui cum sint in fine rotundati, granorum formam efficiunt. Vetus Interpres Historiæ Judith: *Comam discriminavit, id est, Granam fecit.* [Vide *Grammæ*.] Cui conjecturæ favet Commodianus Instr. 60:

Capillos infictis, oculos fuligine relinitis,  
Levatis comulas Granulatim, fronte depicta,  
Malas medicatis quodam superducto rubore, etc.

Isidorus lib. 19. Orig. cap. 23. *Granos* Gothis potissimum adscribit: *Nonnullæ etiam gentes non solum in vestibus, sed et in corpore aliqua sibi propria, quasi insignia, vendicant, ut videmus Cirros Germanorum, Granos et Cinnabar Gothorum*. Concilium Braccarense II. ann. 563. can. 11: *Placuit, ut Lectores in Ecclesia habitu sæculari ornati non psallant, neque Granos gentili more demittant*. Adde Concil. Toletan. IV. can. 41. ubi perperam Garsias Loaysa *Granos* vestis genus esse putavit.

Sed videtur hæc vox non tam capillos discriminatos significasse, quam barbæ eam partem, quæ infra nares est, seu mystacem. Ernulfus Roffensis Episcopus tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 485. ubi quærit, cur sacer calix Laicis propinandus non detur: *Evenit enim, inquit, frequenter, ut barbati et prolucos habentes Granos, dum poculum inter epulas sumunt, prius liquore pilos inficiant, quam ori liquorem infundant*. Ita

GRENONES, usurpant Statuta antiqua Carthusiens. 3. part. cap. 28. § 13. de Conversis: *Barbam non decurient, nec rasoriis Grenones radant*. Adde Statuta ejusdem Ord. ann. 1368. part. 3. cap. 2.

§ 9. [et S. Willelmum lib. 1. Constitut. Hirsau. cap. 8.]

† **GRENONEÆ**. Constitutiones Carthusianæ: *Antiqua consuetudo est, ut toties radantur Conversi et eorum Grenonæ auferantur, sic appellamus barbam superiorem, quoties Monachi raduntur*.

GREUNONES. Regula Templariorum cap. 28. ubi Editio Andreæ Favini habet *Genæ*.

CRINONES, Eadem notione. Papias MS.: *Crinones, quasi Currones dicti, quod discurrant ab utraque parte labii*.

GRANONES. Lex Frisionum tit. 22. § 17: *Si Granonem ictu percussa præciderit, 2. sol. componat*. Ibidem in Addit. tit. 3. § 17: *Si Granones præcisi fuerint, etc.* [Godefridi Viterbiensis Pantheon apud Murator. tom. 7. col. 434:

Dum tenet Othonem, barbam trahit atque Granonem,  
Guttur et ora premens, gravior feritate leone.]

Sic etiam

GREMONS, Poetis nostratibus. Philippus Mouskes MS. de Philippo Augusto Rege Franc.:

Grans et bias fu et drois et lons,  
S'ot un poi rousais ses Grenons.

Le Roman du Renard couronné MS.:

Renars a'affronchie le Grenon,  
Si ne set que il puisse faire.

Alibi, de Fele:

Sont les Grenons viex et chanus,  
Et les dens tranchaans et menus.

Le Roman de Girard de Vienne MS.:

De maualent a frongi le Grenon.

Rursum:

La harbe ot longue et les Grenons melles.

Vetus Poema vernaculum MS. de Inventione S. Crucis:

Cil qui n'avoit ne barbe ne Grenons.

Chron. Bertr. Guesclini MS.:

Et Damp Ferrant de Caestre, qui blanc ot le Grenon.

Jacobus Millet de Destructione Trojæ:

J'ay long Grenon et grant barbe velue.

GUERNON, aliis. *Vacces* MS. in Riccardo I. Duce Normannorum:

Ni est mie Chevalier, encor est valeton,  
N'avoit encor en vis ne barbe ne Guernon.

Infra:

Un des Engleis qui ont veu  
Les Normans tout reis tondu,  
Cuida que tuit prevoures fussent,  
Et que Messes chanter peussent,  
Que tuit erent tonduz ei reis,  
Ne leur estoit Guernon remeis.

Le Roman de Garin:

Là fu Hardre ó le Guernon fleuri.

Idem:

Là veissiez un estor commencier  
Tant cheval traire, et tant Guernon sachier.

Kilianus observat *Granones* barbaræ appellari pilos felis sive eluri supra os inter nasum et supremum labium. Porro a *Gernon* efficta vox

GERNOBADA, vel GENORBADA, Eadem notione. Ugutio: *Genos, Græce dicitur barba, unde Gernerbodum, quod vulgo dicitur Gernonus. Unde versus:*

Marilegus bene seit cujus Genorbada lambit.

[Mihi *Genorbadam*, et *Gernonus* pro *Gernonus*.] Joannes de Janua habet *Genorbardum*. Gloss. Lat. Gall.: *Genorbardum, Grenon, comme barbe de chat ou*

*de chievre*. Silvester Giraldus in Descriptione Cambriæ, cap. 11. de Wallensibus: *Barbam viri præter Gernobada solum radere solent*. Quibus hæc subiungit ex Casare lib. 5. de Bello Gallico: *Gallorum gens omni parte corporis abrasa, præter caput et labrum superius*. Olla Patella:

Fasces, patellæ, postela, Gernobada, suræ.

GERNOBADATUS. Tradit Lambertus Ardensis Eustachium Comitem Bononiæ, et Balduin. Grossum Alosti Toparcham, *Gernobadatos* appellatos, propter barbæ prolixitatem: quam vocem, aux *Guernons*, vertit Duchesnius lib. 3. Hist. Guin. cap. 2. et lib. 4. cap. 4. quod etiam cognomen Ranulfo Cestrensi Comiti Joannes Bromptonus pag. 1013. Willelmo de Percy, qui sub Willelmo Notho floruit, vetus Charta in Monastico Angl. tom. 1. pag. 73. et 74. tribuunt.

Videtur autem vox male compacta ex *Grani* et *barba*, quasi *Grani barbæ*: vel ex *Gena* et *barba*. Nam *Gena*, inquit Will. Brito in Vocab. a *genos dicitur, quod est barba, quod inde incipiat gigni barba*.

\* **GRANIARIUM**. Vide supra in *Granium*.

\* **GRANJATGIUM**, Idem quod supra *Grangiagium*. Necrol. priorat. S. Rob. Cornil. ex Cod. reg. 5247: *Ademarus de Balma legavit nobis xx. solidos, quos facit dominus Willelmus Dengins pro Granjatgio suo*.

**GRÁNICA**. Vide in *Granea*.

† **GRANICARIUS**, Qui præest *granica*, seu prædio rustico, vel f. horreo. Statutum Capituli sancti Martini Turon. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 63: *Anno Domini DCCCXXII. Calendis videlicet Junii hortatu et suasionem atque servitio cujusdam fidelis fratris gregis inclyti Confessoris Christi B. Martini, Adam Sacerdotis et Granicarii, necnon et Pseudoforensis villæ Præpositi, statuerunt, etc.* Exstat apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 290. Epistola Gregorii Papæ directæ Magistro Radulpho *Granicario S. Martini Turonensis*. Vide *Grangiarius* in *Granea*, et *Granatarius* suo loco.

\* **GRANICIA**, GRANITIES, Limes, meta. Charta ann. 1395. tom. 1. Cod. diplomat. Polon. pag. 7. col. 1: *Eatunc quamprimum gentes nostræ limites seu Granities regni sui attigerint, etc.* Infra: *Granicies. Signa granicialia*, in Stat. Sigismundi I. ann. 1523. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 413. Charta ann. 1405. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 125. col. 2: *Et in omnibus ipsorum Granities et limitibus, quæ ab antiquo sunt limitatæ, nihil nobis proprietatis aut domini reservantes, etc.* Vide *Granicies*.

**GRANICIES**. In Wichbild Magdeburgensi, art. 127. est de *limitibus et Graniciebus*. Ubi *granicies* videntur esse lapides ad distinguendos fines positi: qua notione usurpatur hæc vox in Decretis Alberti Regis Hung. ann. 1439: *De metis vero et Graniciebus inter Hungariam et Moraviam, etc.* [Vide *Grenicæ*.]

\* **GRANICULUM**, Horreum, locus ubi grana frumentaria reconduntur. Tabul. Casaur. fol. 53. vº: *Cum casa et curia, et cum Graniculum, vel omnia ad ipsam curtem pertinentia*. Vide *Granea*.

† **GRANITARIUS**, Qui præest *granario*, vel forte *granica*, seu prædio rustico. Continuator Johannis Iperii in Chronico S. Bertini apud Marten. tom. 6. Collect. Ampliss. col. 622: *Alardus Tru-*

bert Abbas 61. hic primo hujus loci fuit Granitarius. Vide Graniticus.

\* **GRANITELLUS**, Carbunculus, lapillus. Inventar. Ms. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unam aliam cupam cum coperculo cum rosis ad esmalla exterius, in quibus sunt Granitelli et perlæ.* Vide supra Granatella.

\* **GRANITIES**. Vide supra in Granicia.

\* **GRANITOR**, Cui granorum seu annonæ cura demandata est, idem qui supra Grangerius. Chron. abbat. Valcell. Mss. : *Nonus decimus abbas fuit dom. Willelmus de Gandavo : ... omnia, quæ rapere potuit a Granitoribus, ortolanis et aliis conversis et monachis, in usus comitissæ Flandriæ... expendit.* Vide Granum 1.

† **GRANITUM**, κοκκωτόν, Grana multa habens, in Supplemento Antiquarii : *Granitum marmor, Quasi granis conspersum, in Onomastico ad calcem tom. 7. SS. Junii.*

**GRANONES**. Vide Grani.

\* **GRANNAGIUM**, Idem quod supra Granetagium. Reg. Phil. Aug. de feud. Norman. ex Cod. reg. 4658. A. fol. 189 : *Dominus Galterus de Marinis tenet... totum Grannagium ejusdem villæ et universos hospites... Theobaldus de Brienton tenet... nemora et Grannagium et molturam hospitum.*

**GRANT**, Dæmonis species. Gervasius Tilleberiensis MS. lib. 3. de Otis Imperialib. cap. 64 : *Est in Anglia quoddam Dæmonum genus, quod suo idiomate Grant nominant, ad instar pulli equini anniculi, tibiis erectum, oculis scintillantibus. Istud Dæmonum genus sæpissime comparet in plateis in ipsius diet fervore, aut circa solis occiduum, et quotiens apparet, futurum in urbe illa, vel vico, portendit incendium, Cum ergo sequente die vel nocte instat periculum, in plateis, discursu facto, canes provocat ad latrandum : et dum fugam simulat, sequentes canes ad insequendum spe vana consequendi invitat : hujusmodi illusio convicaneis de ignis custodia cautelam facit, et sic officiosum dæmonum genus, dum aspicientes terret, suo adventu munire ignorantes solet.*

† **GRANTARE**, Fide aut sacramento promittere, cavere. Chartular. B. M. Accincti : *Remisit etiam IX. denarios censuales et unum eminale avenæ... Grantavitque quod de omnibus his legitimam gayrantiam portabit.* Vide Creantare.

\* Charta ann. 1290. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 60 : *Item nos episcopus supradictus Grantamus, laudamus, committimus et concedimus dicto domino comiti in feudum, dictum vicedompnatum tenendum et regendum tempore vitæ nostræ et dom. comitis supradicti.*

† **GRANTIA**. Vide in Granea.

† **GRANTUM**, Cautio de re aliqua faciendi ; item Voluntas, Gall. Gré, quia qui ultro cavet alicui, fidem ultro præstat. Promissio anni 1278. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 11. col. 2 : *Faciemus vobis Grantum nostrum de dictis mille et quingentis marchis, et tenebimus ostagia apud Lugdunum donec integre de dictis mille quingentis marchis fuerit satisfactum.* Thomas Madox Formul. Anglic. pag. 182 : *Et si non possim warrantizare, dabo ei escambium alibi ad suum Grantum et valitudinem illius terræ.* Rursum occurrit ibi pag. 297. Vide Creantare.

\* **GRANVALLA**, Species cerevisiæ, eadem, ut opinor, quæ alibi Grambille appellatur. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 183 : *In*

*domo Jacobi Fauvelli, ... ubi cervesia, vocata de Granvalla, vendebatur, etc.* Lit. ann. 1391. ex Lib. albo domus publ. Abavil. fol. 100. r. : *Ont droit (le doyen et chapitre de S. Vulfran) de percevoir seur chascun brasseur de servoise, ... pour cascu brassin de servoise ou Grambille, six los.* Vide supra Godala.

1. **GRANUM**, Quævis annona, quo modo Grain nostri usurpant. Will. Neubrigensis lib. 4. cap. 19 : *Cumque urbs abundaret præsidis, Grani plerumque penuria noster exercitus laborabat.* [Chron. Andree Danduli apud Murator. tom. 12. col. 455 : *Galeæ... peroptime armatæ visitandi causa partes nostras Istriæ, eisque Grani et gentium subsidium porrigendi.*] [\* Tradit. Sangallens. ann. 773. apud Neugart. in Cod. Diplom. Alem. num. 54. tom. 1. pag. 53 : *Per singulos annos 2. carradas de Grano bono non scusso, 1. de spelda et alterum de avina.*]

† Peculiariter pro frumento seu tritico usurpant Gregorius Monachus in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 545 : *Ad Grani modium 1. hordei et speltæ modium 1. musti lacunas xx.* Col. 571 : *Grani modium 1. hordei 1. speltæ 1.* Obertus Cancellarius in Annal. Genuens. apud eundem Murator. tom. 6. col. 342 : *Prohibuerunt Granum in nostram urbem adduci... ascendit... mina Grani pretio soldorum decem.*

\* Charta ann. 1209. in Chartul. Cluniac. : *Unum modium bladi, scilicet modium Grani et medium avenæ, ecclesiæ S. Margaritæ singulis annis persolvemus.* Hinc

\* **GRANUM RUSTIGUM** alia inferior annona vocabatur. Charta vetus inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 39. col. 337 : *Dum domina et genitrix nostra advixerit, ipsum frumentum in integrum in ejus pertineat potestate ; Grano vero rustico æqualiter amodo dividant.*

† 2. **GRANUM**, Coccum, Ital. et Hisp. Grana, Angl. Grain. Litteræ anni 1328. apud Rymer. tom. 4. pag. 363 : *Decem et octo denarios de quolibet panno, in quo pars Grani fuerit intermixta. Item, duodecim denarios de quolibet panno sine Grano.* Aliæ anni 1428. apud eundem Rymer. tom. 10. pag. 391 : *Unam peciam de sanguini tinciam in Grano ; id est, Chramesinam, Angl. Dyed in Grain, Gall. Teint en cramoisi.* Vide Grana 1. et Graingne. [\* Conf. Lappen. Init. Hanseat. Probat. pag. 82.]

3. **GRANUM**, vel **GRANUS**, Genus nummi, apud Neapolitanos, sex denarii parvulus constans, apud Gobelinum Personam in Cosmodromio sætate 6. cap. 79. Idem cap. 80 : *Unde per dies aliquot laguncula una, quæ vulgo Barille dicitur, pro Granis quinque venit.* [Constitutiones Caroli II. inter Constitutiones regni Siciliae editas a Sarayna Lugduni ann. 1560. pag. 313 : *Item pro stallagio equi die ac nocte solvatur Granum 1. Pro quolibet lecto integro ... solvatur Granum 1.*]

\* **GRANUM AURI**, vel **Uncia auri**. Constitutiones Siculæ lib. 1. tit. 90. § 1 : *Apparitori autem pro quolibet citatione infra civitatem aut locum faciendâ, Granum auri ab actore præbeat : extra civitatem, aut pro quolibet miliari Granum unum.* Erat autem quotidiana Canonicorum et Clericorum in Ecclesiis deservientium distributio in Granis auri, apud Siculos et Neapolitanos, ut liquet ex Chartis ann. 1292. et 1304. apud Ughellum in Ital. sac. pag. 306. cap. 420. d. 899. a.

† 4. **GRANUM**, vel **GRANUS**, Pondus minimum, Gall. Grain, Scrupuli pars vice-

sima quarta. Extractum Rotuli anni 1289. apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 473 : *Et erat busta bona de pondere et tallia ; sed deficiebant duo Grani cum dimidio.* Vide Granus, alia notione in Grani.

\* Frustum, nostris Grain. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 84 : *Lequel suppliont print deux ou trois Grains d'acier et unt fer à cheval. Le suppliont tira ung Grain cu lappin d'acier qu'il avoit en son saint (sein) lequel il avoit achepté au marché, in aliis ann. 1469. ex Reg. 196. ch. 13.*

\* 5. **GRANUM SCHOLASTICUM**, Doctrina Evangelica. Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 770. col. 1 : *Flagrabat eremita Sebaldus conversationem in populis, ut Granum scholasticum in agro seminaret Dominico.*

\* **GRANUTUS**, Grani distinctus, ornatus. Invent. ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 813 : *Alia busula deaurata cum soaxis Granutis.*

\* **GRAPA**. Frumenti purgamentum, quod remanet in area, frumento ventilato ac purgato. Charta ann. 1209. ex Bibl. reg. col. 17 : *De omni fructu qui inde exierit, de blado, et balatico, et Grapis, et paleu, dabitur nobis et ecclesiæ sancti Pauli medietatem.* Vide Graperium et infra Grapinum.

† **GRAPADA**, Jus in pisces venales, de quo in Regest. Cameræ Comput. Paris. tit. 22. pag. 17.

\* Charta Amalr. vicecom. Narbon. ann. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 22 : *Retinemus . . . extimationem et judicium . . . piscium recentium et salsorum, qui venduntur in civitate et burgo Narbonæ, . . . et Grapadas et leudas dactorum piscium.*

\* **GRAPELUS**, Uncus vel nexus ferreus ; unde Italis Grappere, arripere. Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 838 : *Ego vero qui id, quod evenit, cogitabam, quum accurris, circa xl. cum Grapelis et securibus ac armis suis misi ad montem Thomi.* Vide infra Graphium 3.

\* **GRAPPELLUM** inter utensilia coquinæ annumeratur in Charta ann. 1263. apud eundem tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 476.

† **GRAPERIUM**, Quod remanet in area, frumento ventilato ac purgato, Massiliensibus Grapier. Charta ann. 1266. ex Archivo Ecclesiæ Massil. : *Decimam partem omnium fructuum scilicet bladi et etiam de Graperio.*

† **GRAPETURA**, Collectio uvarum in vineis remanentium post vindemiam, Gallice Grapillage. Charta ann. 1293. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 297 : *Prædictis vero nobilibus et eorum heredibus remanent blaeria, vindemiarum præconizatio, et Grapeturarum emptio in locis prædictis, nec non totum commodum præconizationis, emptiois et blaeriarum præconizationis ; hoc excepto quod si aliquis forefecerit in dicta blaeria vel in dicta emptione Grapeturarum, de quo forefacto deberetur emenda, ipse erit communis.*

\* Racemi, vindemiarum collectio, a veteri Gallico Grapper, quod pro Vindemiare usurparunt nostri. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 256 : *Le suppliant se bouta es vignes pour Grapper, et print une nappe, laquelle il trouva en Grappant.* Aliæ ann. 1447. in Reg. 176. ch. 580 : *Tous les ans icellui Begue Grappoit icelles vignes, et en avoit la despueille.*

\* **GRAPHAGIA**, Scriptura, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion. cap.

46 : *Ut autem facilius invenire possis ad unamquamque causam expedientia adjutoriam, scribam tibi ipsa Graphagia.* Vide *Graphia*.

† **GRAPHANS**, mendose. Vide *Gaphans*.  
**GRAPHIA**. Jo. de Janua: *Graphia, scriptura, γραφή.* In Capitulis Caroli M. Ad. dit. 3. cap. 78. [\*\* 109.] lemma sic concipitur: *De Graphia: prolatore, ut eam affirmet. Mox: Stetitum est, ut scripturam prolator affirmet.* Epitaphium Pacifici Archidiaconi. Veronensis, apud Ughellum tom. 5. pag. 909: *Glosam veteris et novi Testamenti posuit, horologioque carmen speræ sœli optimum, plura alia Graphiæque prudens invenit, etc.* A graphiaseu scriptura, *Grapharii et Graphiaris* appellati postmodum Notarii et Commentarienses, nostris *Greffiers*. [Tractatus ann. 1550. apud Rymer. tom. 15. pag. 281: *Guillelmus Rochetel Dominus de Sassy ejusdem Christianissimi Regis Consiliarius et Status regni a secretis, ut etiam dicti Ordinis S. Michaelis ab actis seu Grapharius.* Acta S. Basilii Episc. Cæsaræensis. tom. 2. Junii pag. 988: *Nobili Christophoro van Volden primo Brugensium Graphario.*]

**GRAPHIARE**, Scribere. Henricus Aquilonipolensis in Adolpheide:

Nota membranis ea clara per se,  
 Clarius virtus tamen hæc profecto,  
 Congraphiata est.

**GRAPHIARIUM**, Γραφιοθήκη, in Gloss. Lat. Græc. MS. sancti Germani Paris. [Vox nota Martiali.] Vide *Graphium*.

\* **GRAPHIDA**, ut *Grapharius*, Scriba, notarius. Cod. Bibl. Ms. apud Mabill. in Mus. Ital. pag. 72:

Inagobertus eram referens et scriba fidelis  
 Graphidas Ausonius æquans, superansve tenore  
 Mentis, ut auricomum decus illi crescat in ævum.

Vide in *Graphare et Graphia*.

\* **GRAPHIO**, Vectigalium exactor; quo sensu hæc vox occurrit apud Suger. de Administr. cap. 23. ut observatum est in voce *Grafio*. Charta Phil. I. ann. 1061. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 283: *Concessimus loco sanctæ Mariæ in sede nostra, Pissiaco scilicet constituto, ea quæ pater meus et antecessores nostri prædicto loco concesserant. . . . In alodo duos habet arpennos, a cunctis Graphionum insidiis absolutos.* Vide *Grafio*.

\* **GRAPHISTA**, ut supra *Graphida*. Bibl. Heilsbr. pag. 45:

Hoc quicumque legit, Graphistæ gratior esto.

*Graphier*, pro *Greffier*, Scriba, tabularius, in Lit. Joan. de Bethunia ann. 1401. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 301: *Maistre Nicole Crante, dit de Baye, protonotaire du roy et Graphier en son parlement, etc.*

1. **GRAPHIUM**, GRAPHIUS, Græcis et Latinis, dicitur stylus ferreus, ab una parte acutus, qua exarabantur in cera literæ, ab altera parte planus, qua inducebatur, quod perperam erat exaratum, et rursus complanabatur. Symposius in ænigmate, cujus lemma *Grafio*:

De summo planus, sed non ego planus in imo.

Papias: *Graphium, scriptorium.* Alibi: *Graphium, γραφειον, stilus vel baculus studentis.* Gloss. Ælfrici: *Graphium, vel scriptorium, græf.* Petrus in Actis S. Artemæ num. 10: *Jussit pueris, qui ejus discipuli fuerant, quod cum gladiis, qui ab officio scribendi Græco eloquio Graphii nuncupantur, illum crudeliter trucidarent.* Concilium apud S. Macram ann. 881. cap. 8: *Ad capitulum lecti sui tabu-*

*las cum Graphio habebat, et quæ... de profectu et utilitate regni meditabatur, adnotabat.* Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo f. 50: *Sicut enim supra scriptum est, ita mihi nominavit... et neque auxi, neque minui, ut credo, unum verbum, quia in tabulis cum Grafio scripsi ante eum præfixum feudum.* *Graphium argenteum*, in Epist. 7. Bonifacii Mogunt. Recensetur porro *Graphium* in supellectili monachica in Regula S. Benedicti, de quo multa congerunt Haeftenus in Disq. Monast. lib. 9. tract. 2. disq. 5. et Chiffletius in Anastasi Child. 13. Poeta Gallicus MS. qui vixit ann. 1376:

Les uns se prennent à écrire,  
 De Greffes en tables de cire,  
 Les autres suivent la coutume,  
 De fourmer lettres à la plume.

\* Nostris *Grefe*. Vitæ SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 29. v. col. 2. ubi de S. Felice: *Les enfans qu'il avoit enseigné, l'ocident à Grefes et à aleignes.*

**GRAFIARIUM**, Γραφιοθήκη, in Gloss. Gr. Lat.

**GRAFFIOLUM**, Surculus, taleola, ramus arboris *Graphioli* alteri insitus, inditus, unde nostri *Grefe* dicunt: Occitani, *Grafjou*. Fortunatus lib. 5. Poem. 14. cujus lemma est: *Ad eundem, pro pomis et Graffiolis.* Mox:

Qui mihi transmisit propria cum prole parentes,  
 Insita cum fructu surcula, poma simul.

† 2. **GRAPHIUM**, Donatio, sic forte dicta quod scripto firmari solet. Acta S. Caretoci tom. 3. Maii pag. 586: *Et postulavit Rex ab illo ut reciperet Carrum in sempterno Graphio, et postea ædificavit Ecclesiam ibi.*

3. **GRAPHIUM**, seu **GRAFIUM**, speciem machinæ bellicæ fuisse, videtur innuere Cherubinus Ghirardaccus lib. 17. Hist. Bononiensis pag. 575.

\* Rem dubitanter a Cangio propositam pluribus firmat argumentis Muratorius tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 483. ubi probat *Graphium* hic, Ital. *Grafio*, ferreum esse instrumentum uncis pluribus constans, cujus erat usus in tuendis mœnibus, dum hostis impetum faceret; quod in Italia præsertim post sæculum decimum factum fuisse ipse auctor est. Vide supra *Grapelus*.

\* **GRAPHUS**, [Stilus. DIF.]

† **GRAPIDES**, Species avis apud Græcos. Vide *Carda* 1.

**GRAPILA**. Vita B. Angelæ de Fulgino cap. 20: *Scio enim, filii mei, quod nobilitas et valor, qui exit de tribulatione, non est nobis cognitus, quia si esset cognitus, esset de ea magna Grapila et rapina, et quilibet raperet ab alio, de quo rapere posset.* Occitani, *Graupinha*, unguibus vellere dicunt, *Graupinhado*, *Esgrati-gneure*. [Gallis *Grappiller* proprie est Uvas sublegere, et metaphoricè Commoda quævis minutiora sumere in rebus alienis.]

\* **GRAPINUM**, Frumenti purgamentum, quod remanet in area, frumento ventilato ac purgato, idem quod supra *Grapa*; quomodo etiam intelligenda vox *Grapi-nus*. Charta ann. 1225. in 1. Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 8. vº: *Dictus Renoldus homo ligius remanebit ecclesiæ et serviens liber; ... habebit Grapinum et blandum qui remanebit in area post pedem, et palea quando mensuratur.* Inquisit. ann. circ. 1270. ibid. fol. 23. rº: *Nec est prætermittendum quod virtute hujus verbi, groini, Grapinum non intelligitur; in quo Grapino dicimus ipsum (præpositum de Vaucellis) nihil percipere debere.*

**GRAPINUS**. Charta ann. 1236. in M. Pastoralis Eccl. Parisiens. lib. 16. Ch. 10: *Præbendarii, qui nunc sunt, receperunt a me foragia absque veciis, et Grapinos, pro 9. singulis annis reddendis, etc.* [Vide *Ventalum*.] [\* Idem quod *Grapinum*.]

\* **GRAPPIUM**, Racemulus, Gall. *Grappillon*. Privileg. curiæ Rem. Mss. fol. 6. vº: *Curia remanet quasi vacua et penitus desolata, nec colligitur ibi nisi Grapium post vindemiam et fragmentum.* Vide *Grappus*.

\* **GRAPPA**, Herba, quæ macerata neitur in usum telarum, ut cannabis. Stat. Casalis sæc. XIV. inter Mon. Hist. Patr. Taur. tom. I. Leg. Munic. col. 1040: *Petias autem telle de canepa seu Grappa teneantur et debeant dicti testores et testrices facere longas brachiis decem et septem ad brachium mediolanense.* [FR.]

\* **GRAPPELLUM**. Vide supra *Grapelus*.  
 1. **GRAPPUS**, Botrus, racemus, Gall. *Grappe*, apud Petrum de Crescentiis lib. 4. cap. 4. extremo. Ital. *Grappo*, est uncinus, Gallice *agraphe*; [unde in Actis S. Francisæ Rom. tom. 2. Martii pag. 169. \* : *Quilibet ex dæmonibus tenebat certa instrumenta ad modum nervorum, qui erant mixti cum Grappis ferreis ignitis, cum quibus ipsam animam percutiebant in illis partibus et locis, in quibus magis se delectabat in choreis.* Et in Actis SS. Maii tom. 1. ubi de S. Juvenale Episcopo. Narniensi: *Cum operculo supposito ex eodem genere lapidis ad sepulchri modum, ferreis Grappis firmato plumboque munito. Duo paria de Grappis*, apud Rymer. tom. 7. pag. 945.]

\* 2. **GRAPPUS**, GRAPUS, ab Ital. *Grappo*, *Grappolo*, Racemus, Gallis *Raisin*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. I. pag. 308: *Et si quis de uvis vinee alterius acceperit sine voluntate domini solvat nomine banni pro quolibet Grappo (Grapo) 53 v. soldos bononinorum et emendet dampnum.* [FR.]

\* **GRAPTI**. Vita S. Theod. imper. tom. 2. Febr. pag. 561. col. 1: *Erat inter convivæ Theophanes, ejusque frater Theodorus, qui a notis faciei impressis, Grapti appellabantur.*

† **GRAPU FORSI**, Langobardis, Violatio sepulchri. Exstat apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 19. Lex Rotharis [\*\* 15.] inscripta de *Grapu Forsi* hisce verbis exarata: *Si quis sepulchrum hominis mortui ruperit, et corpus excoliaverit, aut foris factaverit dcccc. sic culpabilis parentibus defuncti.* Heroldus habet de *Rapoworfin*. [\* A Germ. Graven, fodere, et Lat. *Foris*; id est, Cadaver effodere.]

**GRARIUS**. Vide Ughellum tom. 9. Italiae sacræ pag. 211. b. 213. a.

† 1. **GRAS**, γράσιν, Terra, in Glossis Lat. Græc. MSS. Sangerman.

† 2. **GRAS**, γράσις, *Gratia*, *Grates*. Supplem. Antiq.

\* **GRASALA**, GRASALE, Vasis genus, ex ligno, terra metalloque, non unius notio-nis; occurrit enim pro vase rotundo largiori ac minus profundo, Gall. *Jatte*, et pro lancis seu catini specie ad mensæ usum, nostris *Plat*, alias *Grasal* et *Greil*, idem quod *Gabata*. Libert. villæ de Grana-ta ann. 1291. tom. 4. Ordinatio. reg. Franc. pag. 22. art. 27: *De uno onere scutellarum et Grasalarum, unum denarium Turonensem.* Stat. ann. 1352. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 152. col. 2: *Cum lavabitur tabula pissium, quod in uno Grasali, vel broco, vel alia aysina, recipietur aqua illa. Pro saumata Grasa-lorum, alter denarius,* in Lit. ann. 1404. ibid. tom. 3. pag. 180. col. 2. Index pret.

rer. venal. 15. sæc. ibid. tom. 4. pag. 77. col. 2 : *Item da loco ubi vendent Grassalia, etc.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 237 : *Comme icelle femme eust appareillé un Grasal ou jatte plain de prunes, pour porter à mangier à ung leur porc, et ledit Grasal ou jatte eust mis à son huis, etc.* Aliæ ann. 1395. in Reg. 149. ch. 62 : *Item elle prist un grant Greil, qui est à dire un grant plat tout plain de froment, et l'emporta en sa maison. Assis. Hierosol. cap. 289 : Toutes les escoles et les Greaus, en que il (le seneschal) aura servi le cors dou roy dou premier mês, doivent estre soues. Grezale, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. ch. 162 : *Iceului Salciase estoit alé besoigner de son mestier de charpentier et pour faire Grezale.* Vide *Grassale* et infra *Grazale*.*

\* **GRASALETUS**, Pari intellectu, dimin. a *Grazala*. Charta ann. 1222. ex Tabul. S. Andr. Avenion. : *Item quinquaginta scutellas et viginti quinque Grasaletos censuales annuatim.* Invent. ann. 1294. ex Tabul. Montisol. : *Item xvij. Grasaleti argentei, ... que quidem vasa argentea... fuerunt tradita... servanda ad retrotabulum altaris S. Johannis Baptistæ.* Aliud ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ : *Item duodecim Grasaletos de stagno.* Vide *Grasaletus*.

\* **GRASANEQ**. Charta Anglica ann. 1330. laudata a Spelmanno : *Et debet Grasanec pro porcis suis ad festum S. Martini, videlicet pro quolibet porco ætatis unius anni obolum.*

\* F. Quod pensatur pro facultate immittendi porcos in silvam et eos glande impinguandi, idem quod supra *Glandacium*.

\* **GRASCAF**, Jus comitis. Vide in *Grafo*. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthen* pag. 670. col. 2 : *A primis ecclesiæ nostræ fundatoribus, id est, Pipino et Karolo Magno ejus filio, possessiones nostræ ecclesiæ ac bona ab omnibus potestatibus secularibus sunt exenta : quæ potestates vulgariter appellantur pelline, Grascaf, etc.*

\* **GRASCIA**, vox Italica, Adeps. Gall. *Graisse*. *Modus exigendi gabellam Grasciæ et olei.* Pro oleo, *Grascia, assongia, etc.* in Convent. Saonæ ann. 1526. *Graset ou chandelle*, in Usat. maris tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 787. art. 8. Vide infra *Graysa*.

\* **GRASEWATIO**, Præfectus ultimo supplicio sumendo, exactor supplicii. Chart. Arnold. Abbat. Murbac. ann. 1216. in Alsat. Diplom. num. 404. tom. 1. pag. 331 : *Officiales sunt præpositus, causidicus, cellarius, forestarius, Grasewatio, etc.* Vide *Haltaus*. Glossar. Germ. voce *Grieswart* 3. col. 755.

† **GRAS-HEARTH**, *Grasshurt*, Servitium a tenentibus domino præstitum cum aratro uno die post festum S. Michaelis ; a Saxonicæ cræt, Carruca, et hearth, Cætus : est ergo *Gras-hearth*, quasi cætus carrucarum ; quia post dictum S. Michaelis festum cum suis carrucis tenentes congregabantur. Kennettus Antiquit. Ambrosden. pag. 495. ad ann. 1363 : *Quando autem facient consuetudines sive redditus, venient omnes carucæ infra villam de Pydinton ad arandum terram Domini uno die quem eligere voluerit Ballivus infra quatuor dies proxime post festum S. Michaelis per submotionem Ballivi vel Præpositi : quod vocatur Gras-hearth.* Ibid. pag. 497 : *Præpositus erit quietus ab omni servitio pro labore præter Grasshurt.* Aliud ety-

mon indicat Kennettus, mihi minus probabile.

\* **GRASILIA**, *Grassala*, ut supra *Grassala*, Vas mensarium, lancis species. Charta ann. 1307. in Reg. 38. Chartoph. reg. : *Item de uno onere scutellarum et Grassallarum, etc.* Inventar. Ms. ann. 1379 : *Item duæ Grasilhiæ, videlicet una magna et una parva.* Vide mox *Grassella*.

† **GRASPEIS**, pro *Graspiscis*, vel *Craspiscis*, *Crassus piscis*, *Grapis*, in Charta Gallica ann. 1349. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 496 : *Item, morue, saumons frais et saller, seches de mer, moules, huistres, pourpris et Grapis, payeront 4. den. pour livre.* Charta ann. 1154. tom. 1. Chartularii Gemet. pag. 295 : *Quidquid ex his ad fscum pertinebat cum integritate aquæ ex parte terræ Monachorum, et Graspis, si forte capiatur.*

† **GRASPIS**, Eadem notione. Litteræ anni 1547. apud Rymer. tom. 15. pag. 127 : *Pisces regales, videlicet sturges, balenas, cetæ, et Graspis, et generaliter alios pisces.* Vide *Craspiscis*.

† **GRASSA**, βᾶταρα, βῆρα, *Grassus*, in Supplem. Antiquarii et in Glossis Sangerman.

† **GRASSALE**, Species vasis. Sententia Senescalli Provincie ann. 1434 : *Quilibet piscator faciat banastonium, canastellum, Grassale et corban diversarum fornarum... Quia esset impossibile eos habere et servare certam fornæ et certum peyronum in dictis vasibus, quia corbæ sunt in riparia Januæ, et Grassalia in riparia Rodani, et canastelli aliqui sunt in Massilia, alii extra portantur... Piscatores teneantur solvere regiæ curiæ de qualibet saumatâ denarium unum, sive de quolibet canastello, sive Grassali.*

\* **GRASSALETUS**, ut mox *Grassellus*. Charta Jausserannæ de Medullione ann. 1225. tom. 7. Spicileg. : *Dono prædictæ Ecclesiæ (S. Andræ Avenionensi) 20. scutellas, et 25. Grassaletos censuales annuatim.* [\* Vide supra *Grasaletus*.]

† **GRASSALHA**. Vide *Grassellus*.

\* **GRASSAMEN**, Idem quod *Grassitudo*, πᾶχος, in Gloss. Græc. Lat. Victorinus contra Manichæos : *Et cassum nunc usque jugi inedia inimicæ, ut ais, carnis membra tenuasti, censens animæ officere meritis ac naturæ pasti corporis succos ac pinguedinis distentæ Grassamina, atque ipsorum abdominum mole prægravari, si post hunc jejuniorum laborem ad Creatorem tuum... revertaris.*

† **GRASSARE**, Torquere. Vita S. Guthlaci : *Cum Egga ab immundi spiritus violentia miserabiliter Grassaretur.* Vide alia notione in *Grassus* 1.

\* **GRASSEDU**, *Crassitudo*. Utitur Eulogius Cordub.

\* **GRASSELLA**, Eadem notione atque *Grasilha*. Libert. Mirabel. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 564 : *Pro pondere scutellarum et Grassellarum, duos denarios.*

\* **GRASELLUS**, Vasculi seu Mensuræ frumentariæ species. Libertates MSS. Salvæ terræ in Ruthenis ann. 1284 : *De onere scutellarum et Grassellorum unum denarium.* In Privilegiis Novæ Bastidæ ann. 1298. habetur *Grassallarum*, in Regesto Philippi Pulcri Regis Franciæ ex Tabul. Regio. Alia ann. 1356. apud Gariellum in Episc. Magalonensib. pag. 389 : *De lignis, mappis, mensis, vitris, paropsidibus, Grazaletis, amphoris, ollis, et aliis utensilibus, etc.* [Vide *Grassale*, et *Grassaletus*.] [\* Eodem significatu ac *Grassella*. Vide supra *Grassala*.]

† **GRASSIA**, Annona quævis, Ital. *Gras-*

*cia*, passim in Chronico Domini de Gravina tom. 12. Muratorii col. 704. etc.

\* *Magistri passuum et Grassiæ*, in Constit. Mss. Caroli reg. Sicil.

\* **GRASSICIA**, dicitur de mari turgido et tumente, sævitia maris, nostris *Gros tems*. Tabul. Massil. : *De die in diem differtur viagium quod opus habetis, assumentes excusationem a Grassicia maris, cum et motum est et ætatem lunæ.* Forte pro *Grossicia*.

\* **GRASSIUS**, Ostium fluminis, trajetus. Acta Steph. de Filger. episc. Redon. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 672 : *Et cum veteri Martigneto, sicut aqua illud præterlabitur usque ad Grassium Ingueti, etc.* Vide *Grassus* 2.

\* **GRASSPERCIUS**, Piscis marini species, nostris *Graspois*, *Crassus piscis*. Scacar. Paschæ ann. 1217. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 19. v. col. 1 : *Judicatum est quod abbas S. Stephani de Cadomo habeat saisinam de Graspercio, qui captus fuit apud Cabore.* Leg. f. *Graspisce*. Vide *Graspis*.

1. **GRASSUS**, Pinguis, *Gras*. Gloss. Græc. Lat. MS. S. Germani Paris. : *Πάχυντα, Grassa*. Edit. πᾶχυντα. Πάχος, *Grassitudo*. Πάχυντος, *Grassivus*. Edit. *Grassibus*. Πάχυντος, *Grassoso*. Edit. *Grasso*. Πάχυντος, *Bassus, grossus, crassus*. Athelmus de Laude virgin. cap. 21 :

Nam fontis laticem oleo pinguescere fecit.  
Et liquida Grassis mutavit flumina guttis.

[Gloss. Isidor. : *Grassus, Setosus, pilosus*. Aliæ Lat. Græc. : *Grassum, λιπαρόν*. Joan. Longinus in Actis S. Stanislai Episc. n. 59 : *In gazophilacium Domini alius Grassos saccos et conferta marsuptia fundentibus, duo minuta, etc.*]

† 2. **GRASSUS**, Ostium Rhodani, trajetus, per quos in mare volvitur, vulgo *Le Gras*. Regestum Guill. Ferandi Notarii Massil. : *Cum dominus Amiratus decessisset hodie Grassi Arelatis vocatæ Passoni.* Vide *Gradius* 8.

\* 3. **GRASSUS**, *Grassorum ludus* prohibetur in Stat. Vercel. lib. 4. pag. 84. r. Vide infra *Gratiæ Longobardorum*. *Gras serment*, pro Graviore juramento, in Lit. remiss. ann. 1401. ex Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 447 : *Iceului Henriet jura Gras et détestables sermens qu'il ne bueroit point.*

† **GRATA**, Vox Italica, Crates, Gall. *Claye* ; item Clathrus, Gallice *Grille*. Annal. Genuens. ad ann. 1243. apud Murator. tom. 6. col. 494 : *Paratis Gratis et aliis nullis ædificiis ad prælium, etc.* Rolandinus Patav. lib. 8. de Factis in Marchia Tarvisina cap. 9. apud eumd. Murator. tom. 8. col. 291 : *Ponderata sunt plaustra armis, victualibus, Gratis (Cod. Estens. Cratibus) et aliis paramentis ad pugnam.* Sebast. Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 341. \* : *Ut autem pervenit ad Gratas, fremens blasphemat.* Acta SS. Junii tom. 1. pag. 367. de B. Andrea Hispellate : *Operitur capsula lapidea ab extra in columnis rotundis, et extra eam adest Grata ferrea.*

\* Alias *Grail* et *Greil*. Charta ann. 1350. ex Chartul. 23. Corb. : *Mestre esdiis fossez et asseoir Grails de fer, lesquels Grails soient en telle maniere mis et assis, ... que aucuns poissons ne peussent monter ne avater.* Lit. remiss. ann. 1421. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 480 : *Quant ce vint à passer le Greil du quichet d'icelle ville, par la grant multitude de gens qui se hastoient rapasser ledit Greil, etc.* Greillon, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1355. ex Reg. 84. ch. 588 : *Quod ipse exponens Greillon ferreum stanni sive vivarii ...*

*furtive habuerat.* Hinc *Grateine*, quod clathris claudatur, appellatur muscipula; quod et etymon magis arripit quam illud ex Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. in Cod. Reg. 4120: *Muscipula, Gallice Grateine, et componitur de mus et capio.* Vide supra *Gradizela*.

\* **GRATATER**, Libenter, grato animo. Charta ann. 1163. ex Tabul. S. Germ. Prat.: *At idem reverendissimus papa Alexander precibus nostris Gratanter annuens, etc.* Tabul. S. Vict. Massil.: *Propter servitium quod ego illi in sua vita mortuoque Gratanter ac devoto exhibui.* Vide infra *Gratifice*. [et] et *Haltaus.* Glossar. German. voce *Dankneime* col. 217.]

1. **GRATARE**, *Scabere*, Joanni de Janua, nostris, *Grater*. Glossæ MSS. Reg. ex Cod. 85: *Éto, Pollio, Frico, Grato.* De vocis etymo, vide *Vossium*, *Ferrarium*, et *Menagium*.

† 2. **GRATARE**, Promittere, stipulari, gratum habere. Charta anni 1252. ex Archivo S. Gildasii de Nemore: *Quia illud dictis Abbati et Conventui Gratavi et in verbo veritatis concessi.* Vide *Creantare*.

Charta ann. 1426. ex Bibl. reg.: *Præmissa omnia et singula immobilia tenere et fideliter adimplere promiserunt et Grataverunt.* Vide infra *Gratificare* 2.

\* **GRATARI**, Eodem sensu, nostris, *Gréer*. Charta Joan. de Harecuria ann. 1269. ex Bibl. reg. col. 19: *Ego in bono proposito et sano concessi et Gratus sum et condonavi præceptorum et fratrum militum Templi ad S. Stephanum in Campania morantibus unum festarium mestillii.* Charta ann. 1323. ex Tabul. S. Mart. Pontisar. fol. 37. vº: *Toutes les choses dessus dites il Crérent, roerent, ratifierent et accorderent.* Alia ann. 1340. ex Chartul. 23. Corb: *Ad ce se sont Grée et accordé.* *Loons, Gréons, approuvons*, in Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 550.

\* **GRATAROLA**, Vectigalis species. Stat. Vallis-Ser. cap. 17. ex Cod. reg. 4619. fol. 110. vº: *Qualibet persona... teneatur solvere datum Gratarolæ... de qualibet bestia viva, quam vendet, donabit, vel emet.*

\* **GRATERIA**, An idem quod *Regrataria*, interpolatio, mangonium, seu emolumentum quod inde percipiebatur? Charta ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 327: *Obligans eo casu pro se et suis successoribus et hypothecans specialiter Grateriam Lugduni et emolumentum ejusdem.* Sed leg. forte *Graveria*. Vide infra in hac voce secunda notione.

\* **GRATES**, Crates, Ital. *Grata*, Gall. *Claye*. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 57: *Super dictas scalas ponantur Grates, vulgari sermone dicuntur Grati, super quas transeunt pedites.* Vide *Gratitia*.

\* **GRATEX**, a voce Italica *Grate*, *Graticcio*, Crates, instrumentum ex viminibus, aliave materia contextum, ad varios usus. Gallis, *Claié*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 236: *Nec possit aliqua via ipsius trivii artari Graticibus (Graticibus 50, 59), vel storiis, vel vincis et vincigliis.* [FR.]

1. **GRATIA**, Eucharistia. Optatus lib. 5: *Veniunt gentes ad Gratiam; exhibet ille, qui invitare dignatus est, ministerium exercet turba famulorum, i. Sacerdotum aut Clericorum.* Ita χράτι; non semel apud *Cyrillum*, et alios.

**GRATIA**, Baptismus, in l. 1. Cod. Theod. Ne sanctum baptismum iter. (16.6.) *Divinam Gratiam implorare, i. baptismum*, apud S. *Cyprian.* lib. 3. Epist. 17.

*Gratiam Dei consequi*, Baptizari, in Chronico *Reichersperg.* ann. 870. Προσέβ-  
χουσα τῆ χάριτι, apud *Cyrillum* lib. 4. *Mystag.* Elogium S. *Pantaleonis*:

Τάχιστα δὸς μοι τὴν παλιγγενεσίαν,  
τὴν ψυχολαμπὴ τῆς καθάρσεως χάριτι.

**GRATIAE**. Statuta Ordinis de *Sempringham: Sanctimoniales Laicæ in stallis suis stent ad Missas, et ad Gratias tantum*, i. dum dicuntur preces pro agendis Deo gratiis. *Matth.* Paris ann. 1256: *Completa qualibet hora canonica in Choro, et post Gratias prandii, etc.* S. *Chrysostom.* homil. 2. de Anna: Τράπεζα ἀπὸ εὐχῆς ἀρχομένη, καὶ εἰς εὐχὴν καταλήγουσα.

**GRATIA S. PAULI**, aut S. **APOLLONIAE**. Statuta *Mediolan.* 2. part. cap. 433: *Aventores corrigiolæ pulverettæ, nec dantes Gratiam, nec S. Pauli, nec S. Apolloniae, nec prædicantes breviter pro febribus, etc.* Species sortilegii.

† **GRATIA APOSTOLICÆ SEDIS** Episcopos se esse, quandam primum dixerint Episcopi, dictum est in *Dei Gratia*.

† **GRATIAE GENERALES**, Annus jubilæus, quo indulgentiæ plenariæ fidelibus omnibus conceduntur sub conditionibus expressis in Bullis summi Pontificis. Instrum. ann. 1371. apud *Lobinellum* tom. 2. Hist. Britan. col. 550: *Dum esset iste testis cum D. Ducissa tempore Gratiarum Generalium fel. record. Innoc. PP. VI. iuit Avinionem ad dictas Gratias cum licentia D. Ducissæ.*

† **GRATIAE**, Privilegia, immunitates. Litteræ ann. 1399. apud *Ludewig.* tom. 5. Reliq. MSS. pag. 562: *Nos Nicolaus Dei Gratia Oppaviæ Dux ad universos volumus pervenire, quod nos contenti stare volentes nostris terminis, libertatibus et Gratiis datis et impensis nobis a domino Joanne Bohemiæ Rege, etc. Pro præmissis libertatibus, Gratiis, etc.* in Charta ann. 1409. ex *Schedis D. de Mazaugues*.

† **DE GRATIA**, Sponte, libere, benevole. Statuta *Humberti Bellijoci* tom. 9. Spicil. Acher. pag. 183: *Burgenses Bellevillæ non tenentur ire in chavaugia nisi de Gratia.* Vide *Gratiare*.

\* 2. **GRATIA**, Dignitas imperatoria. Versus apud D. *Bouquet* tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 310:

Una valde tibi gradui superaddita summo  
Gratia scripta manet, meritis lucrata regentum.

\* **GRATIA**, Titulus honorarius, apud *Matth.* de Couciaco in *Carol.* VII. pag. 55: *En cet an dessusdit 1445. le damoiseau Eurard de la Marche... envoya lettre de deffy au duc de Bourgogne, de laquelle et du contenu d'icelle la teneur s'ensuit: Très haut, très puissant et très redouté seigneur, monseigneur le duc de Bourgogne, comme je Eurard de la Marche ay escrit pardevers vostre Grace, pour que icelle vostre Grace, etc.*

\* 3. **GRATIA**, Fama, nomen, Gall. *Renommée*. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 209: *Jehan Fenin, qui estoit homes rietoux et felons et melleys, ayant mauvaise Grace en ladite ville et en touz les lieux ou cogneuz estoit.* Alia ann. 1380. in Reg. 118. ch. 10: *Estienne Fusset... poure varlet, brigueux, belliqueux et noiseux, et personne de petite Grace et renommée, etc.*

\* **GRATIAE LOMBARDORUM**, Tesserarum ludus. Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 346: *Icellu Gerardin dist par esbatement, il nous fault*

*faire les Graces des Lombars; lesquelles Graces il entendoit jouer aux dez.* *Gryache* vero est hujusce ludi species, in aliis Lit. ann. 1458. ex Reg. 188. ch. 44: *Le suppliant dist qu'il ne joueroit plus à la raffle; mais qui voudroit jouer à la Gryache.* Vide supra *Grassus* 3.

† **GRATIALIS**, Gratosus, in *Miraculis S. Servatii* Episc. tom. 3. Maili pag. 224. et in *Carminibus Sarnovii* apud *Ludewig.* tom. 8. pag. 321.

1. **GRATIARE**, Gratiās agere, in *Legibus Adelstani* Regis Angl. apud *Bromptonum* pag. 851. 854. [*Gratiari ab aliquo, Gratiarum actiones ab eo recipere*, apud *Haymonem* Episc. in *Explic. Epistolarum ad Romanos* cap. 4. Le *Doctrinal MS.* :

Moult doit Diex Gracier  
Qui par son cuer s'avance.]

Vide *Regratiare*.

\* *Rendre Grez*, eodem sensu, in *Poem. de Bello Trojano* Ms:

Tos furent lié de sa venue;  
Grez et merciz lui ont rendue.

**GRATIARE**. In *Legibus Rotharis* Regis Longob. tit. 89. [§ 223.] *est de ancilla matrimonio Gratiata*: ea nempe, quam Dominus de *Grata* in uxorem accepit. Habetur ea *Lex*. l. 2. tit. 1. § 8. *Alanus* de *Insulis* in *Plancito* naturæ: *Alteri quoque lateri blandienti la sciens gemmarum benigna oculis Gratiabatur serenitas.*

\* 2. **GRATIARE**, Ex gratia concedere, liberare, immunem facere. Charta ann. 1201. inter Instr. tom. 12. Gall. *Christ.* col. 347: *Ego vero Guillelmus episcopus (Nivern.) ecclesiam illam ab omni exactione quæstorum et procuratorum et visitationis archidiaconi Gratiavimus.* Vide infra *Gratifice*.

\* **GRATIATIZARE**. Charta Joan. ducis Brit. ann. 1276. ex Bibl. reg: *Quos (re-ditus) nobis remittit contra episcopum Corisopitensem defendere, Gratiatizare ac tueri.* Sed leg. *Garantizare*. Vide in *Garantire*.

† **GRATICULA**, pro *Graticula*. Gloss. Lat. Gr. *Sangerman.* MSS: *Graticula, ἔσχηρα.* Vide *Gradella*.

\* Ital. *Graticola*, nostris, *Greil*. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 181: *Unum tripodem ferri, unam Graticulam... abstulit.* Alia ann. 1375. in Reg. 108. ch. 95: *Je vuel marier ma fille, me rendras tu un Greil et un trepié qu'il me fault pour son mariage.*

† **GRATIFER**, pro *Garcifer*. *Famulus*, Gall. *Garçon, Valet*. Contractus inter *Ludovic. IX.* et *Venetos* de trajiciendo Regis exercitu in *Terram S.* ann. 1268. Cod. jur. Gent. part. 1. pag. 25. § 6: *Super eo quod D. Rex vult scire quantum constabit locus cujuslibet Militis cum duobus servientibus, uno equo et uno Gratifero pro equo et aqua.* [Non semel præterea occurrit tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1963.] Vide *Garcio*.

\* **GRATIFICARE**, Gratificari, favere, Gall. *Favoriser*. Stat. Universit. *Andegav.* ann. 1409. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 499. art. 5: *Tunc rectore priore vocato, pro qua parte voluerit, Gratificare tenebitur.* Ibid. pag. 500. art. 12: *Quod si pares fuerint in vocibus, tunc locus erit Gratificationi, ac poterit rector Gratificari in hac causa.*

† 1. **GRATIFICARE**, Declarare se aliquid gratum habere. Instrum. ann. 1335. apud *Ludewig.* tom. 5. pag. 602: *Promittentes sub fidei præstito juramento, quod sæpe fatus dominus Rex Poloniæ præmissa*



omnia et singula, hinc intra festum B. Galli proximum, ratificabit, Gratificabit, ac suis potentibus approbabit litteris. Vulg. Interpres Ephes. 1. 6: *In laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua Gratificavit nos in dilecto filio suo*; id est, Gratos nos fecit. Statuta Canonorum Regul. apud Duellium tom. 1. Miscell. pag. 91: *Ni sit in officio vel Gressu Gratificato, id est, ut ibidem habet Glossa, indulto per licentiam.*

\* 2. **GRATIFICARE**, Idem quod supra *Gratare* 2. De re aliqua cum aliquo pacisci, componere, Gall. *Convenir à l'amiable*; vel *Facere* quod alteri gratum est. Vide infra *Gratum*. Libert. civit. Vien. ann. 1361. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 432. art. 31: *Si duellum firmatum fuerit et iuratum in manibus dominorum, et altera pars postmodum pœnitere voluerit, solvat dominis decem libras, vel alias Gratificet cum eis, et emendam faciat alteri non pœnitenti.* Gracior vero, Aliquid ex gratia alicui concedere, vulgo *Faire grace*, in Lit. Phil. VI. ann. 1386. in vol. 9. arestor. parlam. Paris: *Avons Gracié et remis des maintenant pour lors laditte amande, etc.*

\* 3. **GRATIFICARE**, Gratum esse, placere. Carmin. Hibern. Exsul. ad Carol. M. apud Maium Classic. Auctor. tom. 5. pag. 411:

Laudibus eximilis celebrantur sæcula prisca,  
Omneque præteritum Gratificare solet.

**GRATIFICARI**, *Largiri, impartiri*. Papias.

\* **GRATIFICATIO**, Gratosus assensus. Lit. ann. 1454. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 175: *De eorum expressa voluntate, Gratificatione et consensu, etc.*

\* **GRATIFICE**, Grato animo. Charta Ric. abb. ann. 1019. in Chartul. S. Vitoni Virdun. ex Cod. reg. 5435: *Cujus petitio cum a nobis Gratifice suscepta fuisset, etc.* Epist. H. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 53. col. 1: *Nuntium vestrum, vestræque pietatis litteras Gratifice suscepi.* Vide supra *Gratanter*.

\* **GRATIFICUS**. [Qui gratificatur. *Isid.* 10. *Orig. litt.* G. *Gratificus* ab eo, quod gratis faciat bonum. *Paulin. Petroc.* 2. *de Vit. S. Mart.* 716. *Gratifico* concors cum pectore vultus. *Oplatian. Porphyr. Paneg. ad Constantin.* Aug. 1. 6. *Gratifici* domini visibus apta sacris.]

† **GRATILLA**, Genus libi, forte a *Gratum* sic dicti. *Arnob.* 1. 7. *adv. Gentes*: *Quid fritilla, quid frumen, quid asfrica, quid Gratilla, catumeum, conspolum, cubula?*

† **GRATILLUS**, Ital. *Gratillo*, Gall. *Ralingue*, Funiculus limbo veli assutus. Informationes civitatis Massiliæ de passagio transmarino ex MS. Sangerman: *Item debet habere ipsa navis duas puegas et VI. Gratillos et sarciam subtilem pro faciendis cordiceis VI. quintals.*

**GRATIO**, *Crudelitatis voluptas*, Papiæ. Codex MS. habet *Crudelitas*.

† **GRATIONARIUM**, in Ecclesia S. Stephani Vienn. Presbyteri, iidem, ut videtur, qui in parochiis dicuntur *Habituant*. Statuta ejusd. Ecclesiæ apud Raim. Duellium lib. 2. Miscell. pag. 86: *Hanc observantiam penitus reprobamus mandantes Præposito... ut ab hujusmodi in antea desistat, et ultra ordinarios confessores, videlicet Octonarios, Vicarios et Grationarios, in principio Quadragesimæ confessores, viros doctos et probatos... assumat.*

\* **GRATIOSE**, Munifice. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 227. vº: *Alia Carta*

*Philippi regis per quam Gratiöse concedit archiepiscopo et capitulo... ecclesiæ Lugdunensis, quod, etc.*

† 1. **GRATIOSITAS**, Gratus animus. Diploma Bolkonis Ducis Silesiæ ann. 1294. apud Ludewig. tom. 6. pag. 376: *Tanta siquidem nostra Gratiösitate ac mentis liberalitate, etc.*

† 2. **GRATIOSITAS**, Amabilitas, comitas. Vita B. Coletæ num. 8: *Placuit ille conferre Gratiösitatem complacibilem et gratissimam diligibilitatem.*

† **GRATIOSITAS** NOVITATIS, apud Tertullianum contra Marcionem lib. 1. cap. 9. Idem quod Plinio *Gratia Novitatis*, Gallis la *Grace de la nouveauté*.

\* **GRATIOSUS**, ita κατ' ἐξοχῆν appellatur Episcopus in Prol. Wurmser. capit. S. Th. Argent. Vide supra in *Gratia* 2.

\* **GRATIROLA**, inter arma prohibita recensetur, in Stat. Vallis-Ser. rub. 44. ex Cod. reg. 4619. fol. 88. rº.

† 1. **GRATIS**, Libenter, ex animo. Charta Petri Regis Aragoniæ ann. 1205. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 226: *De hoc facio junctis manibus hominum, et per hæc sacrosancta quatuor Evangelia corporaliter tacta vobis Gratis juro.* Rursum occurrit in Litteris ann. 1357. tom. 3. Ordin. Reg. pag. 204.

\* 2. **GRATIS**, De industria, consulto, Gall. *Exprès*. Gualter. Hemingford. de Gest. Eduardi I. reg. Angl. pag. 20: *Cum essent in descensu Themisiz juxta mare, Gratis anchoravit eam (navem) magister navis in mediis fluctibus.*

† **GRATISCUS**. Vide *Græciscus*.

† **GRATITARE** dicuntur anseres a sono, quem edunt, Italis *Gracidare*. Auctor Philomelæ:

Hinc Gratitæ improbus anser.

[\* Vide supra *Graccitare*.]

\* **GRATTIA**, Crates, Ital. *Graticcio*, Gall. *Clayte*. Stat. civil. Cumanæ nova cap. 8. ex Cod. reg. 4622. fol. 132. vº: *Si aliquis massarius de cetero derelinquerit aliquod massarium, non possit nec debeat exportare de ipso... nec Gratos, nec Grattias, nec assides, etc.* Vide supra *Grates*.

\* **GRATITIUS**, Eadem notione. Stat. Placent. lib. 4. fol. 46. vº: *Ad dictam clausuram fendam de muro, vel Gratitio pastonato, vel pariete, etc.*

\* **GRATITUDINALITER**, Grati animi sensu, Gall. *par Gratitude*. Charta ann. 1386. tom. 1. Hist. Cassin. monast. pag. 85. col. 2: *Ad illius (Salvatoris) gloriam, reverentiam atque laudem liberales extendere Gratiudinaliter manus suas (debet).*

† **GRATIVA**, pro *Gratia*. Sermo de corylo S. Gratiani Mart. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 694. col. 2: *Pro Grativa igitur nostri Gratiani, summi judicis ira placabitur, si nos suæ festivitati viderit intentos, et debita devote reddentes obsequia.*

† **GRATSA**, Piscis genus, in Rumpieri Hist. Formbac. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 433.

\* **GRATTAROLA** inter utensilia coquinæ annumeratur, in Charta ann. 1263. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 476.

\* **GRATTERARE**, Arietum vox, in Carm. de Philomela ad calcem Cod. reg. 6816:

Gratterat hinc aries, et pia balat ovis.

† 1. **GRATUITAS**, pro *Gratia*, Beneficium. *Dona et Gratuitates*, in Litteris ann. 1508. apud Rymer. tom. 13. pag. 180: *Retribuet Serenitati vestræ in soli-*

*dum Gratuitates vestras, in aliis Litteris ann. 1498. apud Ludewig. tom. 6. pag. 119.*

\* *Donum*, nostris *Gratuité*, eodem sensu. Comput. ann. 1495. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 62. col. 2: *Quod si facerent aliquam Gratuitatem; pro qua Gratuitate solverunt, etc.* Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 118: *Lesquelz compaignons atant se départirent sans boire, ne recevoir aucun don ou Gratuité.* At vero *Gratuit*, idem quod ad mentem spectans. in Libro Ms. cui titulus, *La Pénitence d'Adam* cap. 1: *Et ainsy fut l'homme Adam formé à l'ymage de Dieu, quant à nature; et à sa similitude, quant aux choses Gratuites et espirituels, sachans bien et mal.*

† 2. **GRATUITAS**, Titulus honorarius, quo Casianus Valenensis Episcopus compellat Collegas suos in Antiqua Collect. Canonum Pœnit. apud Acher. tom. 11. Spicil. pag. 198: *Statuat Gratuitas vestra, etc.*

\* **GRATUITE**, Comiter, urbane, Gall. *Poliment*. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 20: *Johannes de Proalto potantes Gratuité salutavit.*

**GRATUITER**, pro *Gratuito* utitur Osbernus in Vita S. Elphegi Archiepisc. Cantuar. num. 19.

† **GRATULA**, Crates, craticula, septimentum. Vita B. Henrici Baucen.: *Gratulam de lignamine super ipsam foveam deponi mandaverunt.*

\* **GRATULARI**, Frui, uti, gaudere. Vita B. Gobert. tom. 4. Aug. pag. 893. col. 2: *Adeo quod ipsa (ducissa) precibus pii Goberti mollita dictum abbatem Gemblacensem et conventum suo jure pateretur Gratulari.* [\* Hibern. Exsul. Carm. ad Carol. M. apud Majum Classic. Auctor. tom. 5. pag. 406:

Conditor orbis

Nostris assiduis Gratulatur cantibus æquis.]

† **GRATULATIVE**, Gratulanter, gratanter, in Homil. Leandri Episc. tom. 2. Conc. Hisp. pag. 351.

† **GRATULOSUS**, Gratulabundus, qui gratulatur. Greg. Monachus in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. col. 629: *Erat denique (Oddo Abb.) astutus et cautus in agendis negotiis... cum sociis compatiens, habilis, affectuosus, hilaris, Gratulosus, verax.*

**GRATUM**, GRATUS, [Cautio de re quadam faciendâ. Edictum S. Ludovici Regis Fr. ann. 1235: *Postquam Dominus per annum terram tenuerit, recipiet homagium ab herede, tali modo quod heres de pretiis vivariorum, garennarum, nemorum, et valore dotium, et servitiorum, debet Domino prius facere Gratum suum, vel competentem securitatem ei dare, quam infra 80. dies facere debebit.* Charta Communie Rotomag. aqud de Lauriere tom. 1. Ordin. pag. 309: *Et si (debitor) inventus fuerit in civitate Rothomag. vel Castro Fales. antequam Gratum suum fecerit, tamdiu tenebitur in carcere Communie, donec redimatur de centum solidis... tum jurabit se non reversurum in dictam civitatem, vel dictum Castellum, donec fecerit Gratum Majoris et creditorum.] Vide *Creantare*.*

\* Vel potius, Voluntas, placitum, Ital. *Grato*, Gall. *Gré*: unde *Gratum* facere est *Debitum* solvere, satisfacere officio, vel id quod alicui gratum est, exsequi, nostris *Faire gré*. Charta Phil. Aug. ann. 1207. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 113. vº. col. 1: *Nos dedimus in alio loco prædicto Balduino eccambium illius terræ ad Gratum suum.* Lit.

ann. 1355. tom. 5. Ordinatio. reg. Franc. pag. 511. art. 15: *Et ne puet nuls varis crier vastiauz ne escavdis parmi le ville, s'il n'a fait Gré au majeur de chuinc sols. Pacifier et faire Gré à partie, in aliis ann. 1370. ibid. pag. 378. art. 26. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 248: *Icellui Guillaume compta et fist Gré à l'oste de l'escot de lui et de ses compaignons. Hinc nostris Estre engrant, pro Aliquid gratum habere, ex animo agere. Lit. ann. 1380. tom. 6. Ordinatio. pag. 486: *Afin que un chascun soit plus Engrant en son endroit de obeïr à noz diz criz. Mirac. Mss. B. M. V. lib. 2:***

Soions engrés, soions Engrant  
De lui servir et jour et nuit.

Le Despirement du corps Ms.:

Cors convoiteus mout es Engrans  
De manoirs faire haus et grons  
A la caroine hebergier.

Chron. Ms. Bertr. Guescl.:

Guillaume de Lannoy y estoit moult Engrans.

\* **GRATURARE**, Conterendo permiscere, Ital. *Grattugiare*, Gall. *Broyer*. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 244. col. 1: *Item pro ovis et caseo ad Graturandum ad opus dictorum lanonum, solvi quatuor grossos.*

1. **GRATUS**, [Trajectus, etc.] Vide *Gradus* 8.

\* 2. **GRATUS**, Crates. Vide supra *Grates*. Hinc

\* 3. **GRATUS**, Decipulae seu caveae species ad capiendas aves, Ital. *Graticcia*. Stat. crimin. Cuman. cap. 142. ex Cod. reg. 4622. fol. 94. r: *Non sit aliqua persona, que audeat vel presumat de cetero capere pipiones seu columbos ad retia duarum alarum, sive alia retia, laqueos, Gratos, balistos, etc.* Vide supra *Grata*.

\* 4. **GRATUS**, Tomentum, lanæ deterioris species, nostris *Gratuise* et *Gratuse*. Stat. pro pannif. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121: *Item quod nullus parator... possit... texere seu immiscere pessols sive borrethos, nec borram sive Gratus quoquomodo. Lit. pro pannif. Trec. ann. 1377. in Reg. 111. ch. 112: *Pour ca que plusieurs drappiers... de Troyes font draps à listere de Gratuise, de seurtonture d'aignellins et autres mauvaises matieres, etc.* Perperam editum *Gratuse* tom. 6. Ordinatio. reg. Franc. pag. 283. art. 5. Stat. pro pannif. Abbavil. ex Lib. rub. fol. magn. ejusd. civit. art. 3: *Que nuls ne puist drapper de Gratuse, etc.* Alia pro tibialium sarcinat. Ebroic. ann. 1421. in Reg. 173. ch. 113: *Item que les jurez puissent arrester tous les draps... ou l'en trouvera barres, ou bridures, ou Gratuses. Gratusseurs, bourres, ne autres laines ou choses defendues, in aliis ann. 1403. tom. 9. earumd. Ordinatio. pag. 171. art. 9.**

\* **GRATUSA**, **GRATUSIA**, Radula, Gall. *Rape*, Ital. *Grattugia*, Provinc. et Occit. *Gratuse* vel *Gratúe*. Invent. Ms. ann. 1320: *Item una Gratusia ferrea.*

**GRAVA**, Lucus, arboretum, fructetum, arbustum, nemus, ex Anglico a Grove, [Saxon. Græf.] Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 113: *Dedit Ecclesie S. Petri duos breces in feodo suo... cum Grava, et pratellis eidem terræ adjacentibus. Pag. 117: *Terram suam... cum Gravis, pascuis, pratis, etc.* Tom. 2. pag. 226: *Præterea dedi eis unam Gravam, quæ dicitur Birkcombe, et licentiam circumclaudendi.* [Diploma Willelmi Ducis Aquitanie ann. 1027. inter Instrum. tom. 2. Gall. Christ.*

col. 268: *Cum decimis et aquis dulcis, et terris de mare Saliasa usque ad mare de Gironde et de Ubre de Syort usque ad Grava, cum marisco et cum montaneis, cum pineta, cum piscatione, etc.* Thomas Madox Formul. Anglic. pag. 47: *Gravam quæ vocatur Bradele cum bruneria adjacente. Occurrit iterum ibid. pag. 260. apud Kennetum in Glossario ad calcem Antiq. Ambrosden. et in Chartulario SS. Trinitat. Cadom. fol. 43. v.] Chartas rursum alias suggerit Spelmannus. Vide *Grana* 2. Aliud sonat *Grave*, in Consuetudine Meledun. art. 4. Est etiam *Grave*, Germanis, fossa. Hesychius: Γράβα, σκαπov, βόθρον.*

† **GRAVABILIS**, Gravans. Cæl. Aurel. 1. 4. cap. 3.: *Vomitus Gravabilis capiti est.* Idem lib. 3. Acut. cap. 17: *Cibi Gravabiles. Occurrit rursum lib. 1. cap. 15. et supra in voce Carnatio.*

\* **GRAVAIRO**, Arena, sabulum, Gall. *Gravier*, alias *Gravage*. Charta ann. circ. 1175. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 99. col. 2: *Quidquid in molendinis, et in resclausa, et in ipso fonte, et in Gravairone Guillermi Augerii, et in aliis Gravaironibus, et in olivaris, et intra quæ sunt super Gravaironem Guillermi Farragossæ. Alia ann. 1875. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 548: *Comme feust venuz et arrivez à verecq en la parroisse de Morsalmes ou Gravage... deux tonneaulx de vin, etc.* Vide *Gravero*.*

**GRAVAMEN**, Damnum, vel injuria: Gall. *Grief*. Matth. Westmonaster. ann. 1246: *Ostendit et manifeste articulos super Gravaminibus et oppressionibus Ecclesie et regni, etc.* Occurrit passim. [Notione nonnihil diversa Cassiod. 1. 9. Ep. 2: *Si visceribus sanis Gravamen nullius sentias lesionis, id est molestiam.*]

† **GRAVAMENTUM**, Onus, molestia. Gloss. Lat. Græc.: *Gravamentum, Βάρον.* **GRAVANETUM**, Vetus Charta apud Perardum in Chartis Burgundicis pag. 89: *Scilicet porcellos, vitulos, edos, lanam, legumen, milium, panetum, unigranum, Gravanetum, et plastrum juxta Ecclesiam S. Martini vestitum et non vestitum, in parte Aquilonis situm, etc.* [² Leg. suspicor *Gravanetum*; atque adeo idem fortassis esse quod supra *Granetatum* et *Grannaquium*. Vide ibi.]

\* **GRAVANTIA**, Damnum, injuria, detrimentum, a vet. Gallico, *Grévançe*, Ital. *Gravezza*. Charta Joan. comit. Burg. ann. 1289. ex Bibl. reg.: *Omnem Gravantiam, quod pro defectu garantie eidem fratribus eventret, singuli eorum tenentur ex integro restaurare. Engriégement, eodem sensu, in Consuet. vet. Aurel. ann. 1137. ad calcem Assis. Hierosol. pag. 464: *Nous (Loys) à nos borjois d'Orliens por l'Engriégement de la cité oster, yceltes costumes... leur donames, Hinc Greveusement, cum damno et injuria, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 36: *Lequel exposant par emprisonnement de lui et de ses enfans ont esté Greveusement delenus, etc.* Vide *Gravamen*.**

† **GRAVARA**, Vita S. Franci Erem. tom. 2. Junii pag. 555: *Miræ quantitatis massa nivium, quæ Gravarav vulgariter dicitur, de montis illius delapsa cacumine.*

† 1. **GRAVARE**, Honorare. Vide *Gravitas*.

† 2. **GRAVARE**, Accentu gravi pronuntiare, in Epistola Hildemari Monachi de recta legendi ratione, apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 743.

3. **GRAVARE**, Sculpere, ex Græc. γράφειν, vel ex Germ. *Graven*, *Fodere*, Gall. *Graver*. Vita S. Seniorinæ Virg.: *Sanc-*

*tam virginam in sublimiorem loculum elevavit, hoc illi Gravans in marmore Epitaphium, etc.*

\* 4. **GRAVARE**, Consentire, stipulari, gratum habere; unde leg. videtur *Grattare*. Vide supra in hac voce num. 3. Scacar. Paschæ apud Fales. ann. 1207. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 16. r. col. 1: *Judicatum est quod recordatio assisie curret super quod monachi S. Audoeni dicebant, quod Robertus Baivel Gravaverat in assisia Fallesie, quod perderet querelam suam, si carta similis cartæ, quam monachi habent, posset inveniri sigillata in sigillo fratris sui.* Vide supra *Gratificare* 2.

\* 5. **GRAVARE**, *Graveira* seu glareæ inducere, vel Onerare, Gall. *Charger*. Charta Will. episc. Autiss. ann. 1176. ex Tabul. S. Marian.: *Item prædicti milites concesserunt canonicis quatenus de terra sua, quoties necesse esset, exclusam suam Gravarent.*

\* 6. **GRAVARE**, Concipere; dicitur de piscibus quando copulant, vulgo *Frayer*. Pactum ann. 1303. ex Tabul. D. Venciæ: *Possint piscare... tempore Quadragesimali cum filatis et aliis ingeniis quibuscumque, entremaillo duntaxat excepto; et ne turtures sive truchas destrui et dissipari valeant, tempore quo Gravant, etc.*

**GRAVARIA**, Notitia seu Charta Roberti Ducis Normann. ann. 1088. in Tabulario Fiscan. f. 14: *Has autem terras reddo et concedo quietas de Gravaría, et ab laicali consuetudine. Charta Henrici II. Regis pro Monasterio beatæ Mariæ de Bernaio in Normann. in 106. Regesto Tabularii Regii Ch. 84: *Et cum omnibus illis dignitatibus et libertatibus, et quietantiis de Gravaría, et palacitio (sic) et aliis rebus, etc.* Charta Will. Nothl. Comit. Norm. tom. 2. Monast. Angl. pag. 960: *Ego Willelmus Normannorum Comes concedo eam (Ecclesiam) liberam ab omnibus consuetudinibus Gravariorum et bernagiorum. Ubi perperam, ni fallor, editum Granariorum. Le Roman de Rou MS.:**

Plait de forest, plait de monnoies,  
Plait de porprise, plait de voies,  
Plait de gainz, plait de Graveries,  
Plait de mellees, et plait d'ayes, etc.

Vide mox *Gravaringus*.

\* Vectigal, tributum, quævis exactio. Vide infra *Gravaria* 2. Charta Will. Nothi comit. Norman. ann. 1042. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 96: *Ego Willermus comes concedo eam (terram) deinceps liberam ab omnibus Gravaris, bernagiis, et omnibus consuetudinibus meis.*

\* **GRAVARINA**, Armorum genus, quo quis alterum *gravare*, unde nomen, potest; nisi sit pro *Giavarina*. Vide supra in hac voce. Stat. crimin. Cumanæ cap. 138. ex Cod. reg. 4622. v: *Genera armorum prohibita... lancea, Gravarina, etc.* Vide infra *Gravata*.

**GRAVARINGUS**, **GRAVATOR**. Ordericus Vitalis lib. 15. pag. 876: *Eodem tempore Amalricus Ebroicensis Comes animi nimiam amaritudinem gerebat, quod Prepositos atque Gravaringos in terra sua nimium furere videbat. Insolitas enim exactiones imponebant, ac pro libitu suo judicia perveriebant. Vox videtur conflata ex Graf, Comes, judex, et Waring, miles. Ita Gravaringus erit Præfectus ac magister militum in urbe quavis. Waringis enim milites vocant Angli, vocabulo, ut videtur, ducto a Werra, bellum, (nostris dicuntur *Hommes de guerre*;) vel potius ministri fuerunt, seu *Milites* Comitum, qui eorum jussa exequabantur, aut denique *exactores* et publicani,*

quomodo *Graffiones* dicuntur a Sugerio de Administratione sua cap. 23. et *Gravatores*, in libro *Miraculorum S. Vulfranni* Episc. n. 23 : *Quidam homo S. Vulfranni misericordiam expetiit, qui in quosdam ministros incurrit, quos vulgus Gravatores appellat: hi autem equum, cui ille insidebat, eo dejecto rapuerunt... Illi vero petitionem ejus contemnentes, dixerunt, se domini sui servitium implere velle, et sic ei, si tamen eos sequeretur, reddere. Vide Grafo. Vacces au Roman de Rou MS. :*

Venir a fet de cest pais,  
Tous ses privés et ses Baillis,  
Ses Graveurs, et ses Viscontes, etc.

[\*\* Vide *Gravaria*.]

† **GRAVARIVM**, *Glarea*, locus glareosus, Gall. *Gravier*. Charta ann. 1192. in *Consuetud. MSS. Tolos. e Bibl. D. Abbatis de Crozat fol. 29. vº*: *Item judicaverunt quod omnes rippæ et Gravaria, quæ sunt a ponte usque ad punctam.... sunt publica causa introeundi et exeundi. Ibidem: Ipsum pratum et Gravaria erant publica. Vide Graveria. [\*\* Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 80: Item vendo... quamdam locatam meam... sitam in Gravario Atacis. Vide infra Graverium 2.]*

† **GRAVASCCELLUS**, *Aliquantum gravis*, Johanni de Janua : *Peu grief*, in *Glossis Lat. Gall. Sangerm.*

\* **GRAVASIVM**, ut *Gravarium*, *Glarea*, arena. Charta ann. 1259. in parvo Reg. S. Germ. Prat. : *Concesserunt... quamdam archam sicut (i. sitam) in aqua Sequanæ Parisius a parte parvi pontis in Gravasio, prope muros domus regis Franciæ, ticello ipsius Gravasii contiguum, pro molendino... ponendo.*

† **GRAVATA**, pro *Gabata*, apud Murator. tom. 3. pag. 159. col. 1. Vide *Gabata*.

**GRAVATÆ MULIERES**, *Gravidæ*, quæ uterum gestant, *κωκοροβόλαι*, in can. 6. Concilii Neocæsariensis. Capitula ad Legem Alamannor. Edit. Baluzianæ cap. 20 : *Si qua Mulier Gravata fuerit, et per factum alterius infans mortuus natus fuerit, etc. Concil. Eliberitanum apud Burchard. lib. 19. cap. 155. et Ivon. pag. 15. cap. 163. et Capitula Theodori cap. 32 : In tribus quadragesimis anni... conjuges continere se debent, nec illis diebus copulari, quamdiu Gravata fuerit uxor, id est, a quo die filius in utero motum fecerit, usque ad partum, etc.*

\* *Nostris alias Grosse et Grosseur, pro Grosse, Graviditas. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 107: Comme Ysabel fille du feu Gerart eust esté engroissé sanz mariage; laquelle Grosseur pour doute de son père et de sa mère... elle eust cèle, etc. Aliæ ann. 1447. in Reg. 178. ch. 257 : Icelle femme tant qu'elle peut cèla saditte Grosse, etc.*

**GRAVATIO**, [Injusta postulatio.] Vide *Gravare*.

**GRAVATORES**, in *Glossis antiquis MSS. Ad aquas cruribus conligatis ambulantes. Vide alia notione in Gravarivus.*

† **GRAVATORIA**, f. *Iniqua manus injectio in rem alienam*, Gall. *Saisie injuste*. Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 40 : *Inde Robert de Gent aufert ei terram de Don Maisnil... et Radulfus de Cortlandum ponit terram Abbatissæ in Gravatoria, et vult ibi eam tenere. Vide Gravare. Erit forte qui suspicetur Gravatoriam idem esse quod Gravariam vel Graveriam, Glarea, Gall. *Gravier*, adeo ut Radulfus terram Abbatissæ propriam converterit in locum publicum et glareosum.*

\* **GRAVATUM**, *Morbis gravis; nisi sit pro Grabatum, lectus. Test. ann. 1517. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 5: Nobilis Francisca de Anbert, domina dicti loci de Melhano, existens in Gravato ac infirmitate corporali detenta, etc. Griété, pro Morbi gravitas, imminens periculum, in Lit. remiss. ann. 1372. ex Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 94 : Quant il aperceurent la Griété de sa maladie, etc. Proviarum difficultate, legitur in Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 145 : Li cheval pour la Griété de la voie, etc. Vide infra *Ingravanter*.*

**GRAVATUM** Opus, Sculptura, ex Gall. *Gravé, Graveure*. Occurrit non semel in *Monastico Angl. tom. 3. pag. 310. 311. etc. quasi graphio exaratum.*

† 1. **GRAVATUS**, *Auctus damno, læsus iniquo judicio. A Nationis sententia licet Gravato ad ipsam Artium Facultatem appellare, apud Robertum Goulet in Compendio Jurium Universitatis Paris. f. 6.*

\* 2. **GRAVATUS**, *Aliquo morbo affectus. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 84. ex Cod. reg. 4659 : Statuimus quod tauri, et arietes, et porci Gravati vendantur in transverso Corvulinorum.*

\* **GRAVAYRIUM**, ut supra *Gravaria*, in Charta ibid. laudata : *Ego Willermus Normannorum comes concedo eam (terram) liberam ab omnibus consuetudinibus Gravayriorum et bernagiorum. Granayriorum perperam editum tom. 2. Monast. Angl. pag. 960. monet Cangius in v. Gravaria.*

\* **GRAVEA**, *Idem quod Grava, Lucus, arborum. Tabul. eccl. Ambian. : Pro ampliatione Gravæ remissus est census Epiphaniæ. Vide infra Graviium.*

† **GRAVE**, *Querela, querimonia, Gallice Grief : vox practica. Chron. Trivetti apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 579 : Hugo de Burgo Comes Cantiae, quibusdam Gravisibus contra eum propositis, carceri mancipatur.*

† 1. **GRAVEDO**, *Afflictio*, in *Glossario Barthii ex Baldrici Hist. Palæst.*

\* *Hinc Griément et Griété, pro Animi affectu, quo quis gravatur. Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 420 : Et plus li sembloit... que toute la Griété que il avoit el chief et el cuer de la tristece que il avoit devant, s'en fu alée desdiz membres. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 267 : Cellui Jehan après le dit fait, en son Griément dudit péchié voulant de ce faire satisfaction, etc. Unde Grein dicitur qui ejusmodi affectum patitur in Poem. *Garini* :*

Auberi l'ot, si fu Greins et marris,

Rursum ibid. :

Greins et dolant en sont et esbahi.

\* 2. **GRAVEDO**, *Vectigal, tributum, exactio quævis. Libert. Angere-reg. ann. 1119. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 445 : Neque ab eis præpositi vel majores nostri lulliatas, quæstus vel aliquam hujusmodi Gravedinem exigent. Vide infra Graveria 2.*

\* 3. **GRAVEDO**, *Damnum, injuria. Charta ann. 1231. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Boninc. pag. 152 : Remittentes omnem injuriam et Gravedinem seu damnum ipsis... De omnibus de quibus Gravedinem vel injuriam, seu damnum substinuerant ab eisdem Griesté, eodem significatu, in Lit. ann. 1374. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 79 : Pour relever les supplians de molestacions, Griestez et oppressions, etc. Vide supra *Gravantia*.*

† **GRAVEIRA**, *Glarea, locus glareosus,*

ut mox *Gravella*. *Litteræ Armandi Vicecomitis de Podemniaco pro S. Andeolo, inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 229 : Ego Stephanus Inscindens-ferum dono... medietatem cujusdam prati ad Dagodenas, quod dicitur Graveira. Dono etiam altam parvam Graveiram ad Fondredas, ubi si posse Clericis fuerit, molendinum faciant. Vide Graveria.*

\* **GRAVELA**, *GRAVELLA*, *Calculus*, Gall. *Gravelle*. *Annal. Victor. MS. ad ann. 1378 : Non minus afflictus est (Gregorius PP. XI.) in persona, quam Gravela adeo gravavit, quod dies suos in magna parte minoravit. Mirac. Urbani PP. V. MSS : Patiebatur dolores circa lumbos, ut dolores parturientis, de illa infirmitate, quæ dicitur Gravela. Gravelæ vero, pro Arena, in Gestis Caroli C. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 127 : Il habundoient de toutes parz, austi come la Gravelæ de la mer. Occurrit præterea in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 307. et 398.*

† **GRAVELLA**, *Glarea, arena*, Gall. *Gravier*. *Edictum Philippi VI. Franc. Regis ann. 1329 : Quod ipsi (venditores salis) cum sale non ponent, vel miscebul, ponti vel misceri facient pulverem, sabulum vel Gravelam. Le Roman d'Athis MS. :*

Athis et tous ses compagnons  
Furent issus tous és sablons ;  
En la Gravelle furent tuit  
Plourant de joie et de deud.

**GRAVELLA VINORUM**, [f. *Vappa, vinum vapidium*, Gall. *Vin poussé*.] Vide *Vimpum*.

**GRAVELLATUS**. *Historia Episcoporum Autissiodor. cap. 25 : Dedit et alium missorium similiter anacutum Gravelatum pensantem lib. etc. Ubi forte legendum Granellatum, granis distinctum. Nisi Gravelatus idem sit quod Gravatus, sculptus.*

\* **GRAVENA**, *Prov. Glarea, lapilli parvi fluminis. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide supra Gravaio.*

1. **GRAVERIA**, *Arena, sabulum*, nostris *Gravier*. *Testamentum Guill. D. Montispessulani ann. 1146 : Scilicet pannos in flumine ablui, et siccari in ripis et Graveriis. [Compositio anni 1208. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 232 : Concedimus etiam, quod præfati Clerici (Anicienses) possint acquirere rustica prædia, villas, agros, prata, vineas et Graverias, in quibus censum habeamus.] Vide Grava, Gravararia, Gravarivum et Gravia 2.*

\* 2. **GRAVERIA**, *Vectigal, tributum, exactio quævis. Reg. feud. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 115 : Habeiam et Brehal tenet (Fulco Paganel) de domino rege, et in illis non recipit rex aliud, nisi Graveriam suam. Reg. Phil. Aug. sign. 34. bis, in Chartoph. reg. fol. 126. vº. col. 1 : In illis (villis) non percipit dominus rex aliquid, præter Graveriam suam. Vide supra Gravararia et Gravedo 2.*

\* **GRAVERINUS**, *Gravis. Hist. transl. corpor. S. Corn. apud Compend. tom. 1. Collect. var. Script. D. Le Beuf pag. 367 : Sed ubi sæpe ignis vorans, exigente populi mole peccaminum, accidere dinoscitur, excidium Graverinum et inextinguibile terrestrium consuescit parere dispendium. Vide infra Graviusus.*

† 1. **GRAVERIVM**, *Onus, sarcina, Gallice Charge, Paquet, Ballot, a Latino Gravis. Statuta Ecclesiæ Cadurc. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 787 : Præcipimus de omnibus Ecclesiis tam prioralibus quam parochialibus arcas et Graveria penitus removeri. Quod si anno elapso amota non fuerint, ea in usu pauperum converti faciemus.*

\* 2. **GRAVERIUM**, Ager glareosus seu arenosus. Charta ann. 1343. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 102: *Cum Geraldus de Castris et Bernardus de Curia habitatores Tholosæ... acquisissent... quandam boariam, cum... quatuor cartonatis Graverii infertilis, etc.* Vide supra *Gravarium*.

\* Aliud vero est *Grevier*. Canalis nempe, per quem aqua decurrit, rivulus, in Charta Gait. d'Estrommel ann. 1308. ex Reg. 72. ch. 309: *Je disoie que... oudit vivier devoit avoir Grevier d'eaue... Disoie encores que lidiz religieus (du mont S. Martin) me grevoient en ce qu'ils avoient tourné par un certain cours les yaues tourbles, hors de leurdit vivier de Makincourt, et ainssy... jou n'avoie mie mon Grevier d'yaue oudit vivier.* Alia ann. 1340. ex Chartul. 23. Corb.: *Et aussi consentiront lesdits habitans... que lesdits religieus puissent faire Grevier d'yaue, depuis l'aiguet mouvant jusques au ventaille et poichel, qui est devant la maison Liedet.*

† **GRAVERO**, f. Idem quod *Graveria*. *Quidquid in molendinis et in resclausa et in fonte et in Graverone, etc.* in veteri Traditione apud Stephanotium tom. 10. Fragm. MSS. pag. 261. Vide *Glevaria*. [† Vide supra *Gravairo*.]

\* **GRAVETA**, Armorum species, major *Gravarina*. Vide supra in hac voce. Stat. crimin. Cumanæ cap. 138. ex Cod. reg. 4622. fol. 92. vº: *Genera armorum prohibita... lancea, gravarina, pertixana, Graveta vulgariter nuncupata, minus lancea, et plus Gravarina.*

1. **GRAVIA**, [Ornatus capillorum antiquis in usu, nostris alias *Greve*.] Statuta pro Canonicis S. Capellæ Paris.: *Non debent nutrire, neque deferre comas,..... nec etiam facere Gravius in frontibus eorum, quia talia non pertinent Ecclesiasticis hominibus.* Vide *Grani*.

\* Capillorum scilicet in fronte divaricatio, nostris *Greve*. Stat. S. Capellæ Bitur. ann. 1407. ex Bibl. reg.: *Item quod comas non nutriant, neque barbas deferant, neque Gravius in frontibus faciant.* Joinvill. in S. Ludov. edit. reg. pag. 23: *Gyeffroy de Rancon... avoit juré sur sains que il ne seroit jamez roingniez en guise de chevalier, més porteroit Greve, aussi comme les femmes fesoient, jusques à tant que il se verroit vengé du conte de la Marche.* Le Roman d'Athis ibid. in Glossar.:

La Greve droite en la cervis.

† 2. **GRAVIA**, Glarea, locus arenosus, Gall. *Gravier*. Charta Philippi Aug. ann. 1211. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1102: *Si vero eo tempore duellum fuerit adjudicatum, in Gravia castris tenebitur. Si judicium aquæ vel ignis portandum fuerit, apud S. Petrum Puellaris portabitur.* Vide *Graveria*.

\* **GRAVIATA**, mendose pro *Grammata*, hoc est, Literæ seu ars legendi, in Dial. super deplor. Gall. Calamit. inter Opera Alani Charter. pag. 549: *Commune æs artificio raptum iri, nova quædam hominum conjuratio est, in quam ante Graviata filios edoceant.* Vide *Grammatus*.

† **GRAVICA**. Vide *Gravica* in *Granea*.  
† **GRAVIDARI**, Gravidam fieri, apud Aulrem Victor. in Epit. in Adriano.

† **GRAVIDO**, ut *Gravamen*. Damnum, onus, Gall. *Grief*. Angl. *Grievance*. Formulæ Anglic. Thomæ Madox pag. 174: *Nunc itaque prædicta terra in potestate illius sit donata, et ab omnium servitiis intus vel foras libera perseverat sine aliquo Gravidine et læsione.* Vide *Gravitas* 3.

\* **GRAVIGLONUS**, Clathrus, Gall. *Bar-*

*reau*. Stat. Montis-reg. pag. 274: *Quilibet habens rotam seu tenens in flumine Elleris, vel aliorum fluminum: teneatur et debeat continue tenere et habere in principio canalii seu trogli unum rastellum, qui rastellus habeat Graviglonos, unum prope alium per unum semisse.* Vide supra *Grata*.

† **GRAVIO**. Vide *Grafio*.

\* **GRAVIOSUS**, Gravis, onerosus. Stat. colleg. Fux. Tolos. ann. 1457. ex Cod. reg. 4223. fol. 210. vº: *Arbitramur nemini collegium intrare volenti fore Graviusum, si quid pro ingressu collegii ad ejusdem collegii utilitatem elargiatur.* Vide infra *Gravosus*.

1. **GRAVITAS**, Honor; *Gravare*, honorare, in Glossis MSS. ad Concil. Sardin. cap. 13.

2. **GRAVITAS**, Titulus honorarius, tributus Duci Daciæ Ripensis, leg. 13. Cod. Th. de Operib. public. (15, 1.) Adde leg. 1. eod. Cod. de Episc. et Cleric. (16, 2.) leg. 18. eod. Cod. de Appellat. (11, 30.)

† 3. **GRAVITAS**, Onus, exactio, Gallice *Charge*, *Exaction*. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 19. col. 2: *Anno Domini DCCCXXII. Cenuolphus Rex Merciorum idem donum confirmavit ab omni sæculari Gravitate liberum et fiscali tributo.* Vide *Gravido*.

\* **GRAVITUDO**, [Idem quod *Gravedo*, morbus capitis. *Vitruv*. 1. 6. Vitia, quæ difficulter curantur, *Gravitus*, arthritis, tussis, pleuritis. Hunc *Vitruvii* locum ita illustrat *Morgagnius* in epist. ad *Polen*. *Exerc. II. Vitruv*. p. 142.]

\* **GRAVIUM**, Arboretum, nemus. Charta Vital. ducis Venet. ann. 1094. tom. 4. Cod. Ital. Diplom. col. 1536: *Usque ad medium Graviium viam a latronibus defendere et securam illam semper reddere debeat.* Vide supra *Gravea*.

\* **GRAVIUS**. Vide *Gavius*.

† **GRAULUS**, κολέβς, *Culeus*, in Supplemento Antiquarii. Martinus censet legendum *Graculus*. Homero κολέβς est Vagina, culeus; Loculus, hydria, Hesychio; Aristoteli vero quædam ævis: sed tum pro κολέβς, scribendum dicunt κολέβς.

\* **GRAVOISIUM**, a Gallico *Gravois*, Ruder. Charta ann. 1299. in Chartul. S. Magl. Paris. ch. 228: *Noverint universi nos tradidisse et concessisse Simoni Pastourelli et Johanni dicto Bonneri moliaris nostra tria quarteria terræ... pro molis trahendis et lapidibus taillendis... Et postea debent replere suis sumptibus et expensis propriis omnes foveas, quas facient, et ubi trahent et infundent, videlicet de primo Gravoisio inde proveniente seu tracto.*

† **GRAVOSUS**, Gravis, in Lege Wisig. lib. 9. tit. 1. § 9.

† **GRAUSIA**, Gravamen, ni fallor. Charta Gualteri Episcopi Lingonensis ex Tabul. Albæripæ: *Dimisit omnes Grausias et quevelas, etc.* Vide *Greugia*.

\* Occurrit præterea in Charta Caroli V. ann. 1367. ex Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 112. Vide supra *Graviosus*.

† **GRAYALE**, Craticula, Gall. *Gril*. Inventar. ann. 1342. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Item unum morterium et unum pestellum; item unum Grayale; item duas corchas, etc.*

\* **GRAYLATOR**, Vigil, excubitor, quia *grala* seu cornu aut buccina sonum edit. Libert. loci de Trya ann. 1325. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 54: *Quod ipsi consules possint... in portaliibus aut turribus villæ prædictæ... gaylam seu Graylatorem libere ponere et tenere.* Vide supra *Grala* et infra *Grelare*.

† **GRAYLUM**, Pondus legitimum monetarum. Charta locat. gabellæ vini Avenion. ann. 1367. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 69. rº: *Girardus de Florentia mercator... obtulit... pro dicta gabella pro uno anno prædicto xxiij. florenorum auri de Gralio (sic) seu pretio xxiij. solidorum pro quolibet. Supervenit... Guillelmus Judicis... dicens se... obtulisse pro dicta gabella pro uno anno prædicto simile pretium xxiij. florenorum auri de Graylo.... Pro pretio et nomine pretii xxiij. florenorum auri de Graylo honorum et justiponderis.* Vide in *Pondus*.

\* **GRAYSA**, Adeps, Gall. *Graisie*, Ital. *Grascia*. Index portorii castris Lancon. ann. 1378: *Item salmata olei et Graysæ, denarios duodecim coronatorum.* Vide supra *Grascia*.

\* **GRAZALA**, ut supra *Crasala*. Libert. loci de Trya ann. 1325. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 54: *De uno onere scutellarum et Grazalarum, unum denarium Turonensem. Plats trancheus et Grazals d'estain, et autres fournitures et utencilles nécessaires pour bien et honestement estre servis dans leurs refectons, in Charta ann. 1543.*

\* **GRAZALETUS**, Eadem notione. Stat. eccl. Castrens. ann. 1358. part. 2. ex Cod. reg. 1592. A. fol. 76. rº: *Item sex scutellas et sex Grazaletos, etc.* Vide supra *Grasaletus* et *Grasellus*.

\* **GRAZILLA**, Craticula, Gall. *Gril*. Invent. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 2: *Duas sartagineas, Grazillam, et capud foci, etc.* Vide infra *Gresilla*.

† **GREAGIUM**, Præstationis species. Professio feudalitatis, seu uti vocant nostri, *Adveu*, quam Regi præstitit Episcopus Ambianensis ann. 1301. in Camera Computor. Parisiensi: *Vechi comment on prent le Greage en le vile d'Amiens. Toutes œuvres de verges faites, si comme vans, corbellons, benetons, kanes, ne doivent riens, etc.* Charta Philippi Comitis Flandriæ pro peagitis ejusdem urbis: *Toutes œuvres faites de vergues, si comme vans, corbeilles, corbeillons, paniers, ne canes, ne doivent nient; mais qui porte hanas à vendre en la cité d'Amiens, il doit 4. den. de Greage, ou 4. hanas en se volenté, et en sen quois en sera, et ensi sera quite l'an. Et s'il porte auges, 4. auges ou 4. den. payera, etc.*

\* Hanc explicat Charta ann. 1469. ex Tabul. 21. Corb. fol. 132. vº: *Ung certain droyt, que on dit Gréage, qui s'estend en la quarte partie des revenues et profits de la coppe des bois. Neque enim hic Gréage, idem est quod Griagium, de quo in *Gruarius* 1. Hinc etiam habes nominis rationem Regesti forestæ de Brotonnia in Biblioth. reg. signat. 4653. quod *Grael* inscribitur; quia nempe in eo recensentur singulorum hominum, ea foresta utentium, præstationes. Cui interpretationi nihil repugnant quæ supra proferuntur; iis quippe significatur præstatio, quæ ex utensilibus ligneis venum expositis percipitur. Vide infra *Greeria*.*

\* **GREALE**, Liber ecclesiasticus, idem quod *Gradale* 1. nostris *Gréal* et *Gréal* dictus. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 141: *Ipsam ecclesiam introitus duos libros, videlicet unum missale et unum Greale... in ea cepit.* Vide supra *Gradalicantum*.

\* **GREANTARE**, Fide aut sacramento promittere, cavere. Charta Rob. de Beljom. ann. 1220. ex Tabul. capit. Carnot.: *Tam ego solus, quam uxor mea et liberi*

mei et fratres mei Greantavimus garan-  
dire. Vide supra *Grantare*. Hinc

\* **GREANTATOR**, Sponsor, fidejussor,  
Gall. *Caution*. Charta ann. 1302. ex Char-  
toph. reg. layet. Pictav.: *Prædictus*  
*Guionetus... fecit se sponsorem, Greanta-*  
*torem ac etiam principalem debitorem, etc.*

† **GREDAIUM**, Scala, graduum series,  
Gallice *Escalier*. Sententia arbitraris  
ann. 1497. inter Dominos et Communi-  
tatem Galliani: *Actum Grassæ in porticu*  
*supra Gredaria ante introitum portæ*  
*ipsius Domini. Vide Gradarium.*

† **GREBINUNDA**, Βαδίζοντες τοῦς ὄρους  
λίθοι, *Limites in Supplemento Antiquarii.*  
[\* Glossar. Lat. Gr.: *Grebinunda*, βαδίζ-  
ουσα. Ubi in Castigat. leg. *Gradibunda.*]  
Vide *Gremini*.

\* **GREENTARE**, Gratum habere, appro-  
bare. Charta ann. 1231: *Et hoc filio nos-*  
*tro Johanni, cum venerit ad ætatem, Gre-*  
*entare faciemus. Vide supra Gratare 2.*

\* **GREERIA**, a Grueria aperte distin-  
guitur, unde idem videtur quod supra  
*Greagium*. Charta Alph. comit. Bonon.  
ann. 1243. inter Probat. tom. 1. Annal.  
Præmonstr. col. 349: *Quitamur etiam*  
*omne jus grueriæ et Greeria, quod habere*  
*possumus in dictis nemoribus.*

† **GREETMANUS**, Præfectus civitatis.  
Litteræ anni 1401. apud Rymer. tom. 8.  
pag. 193: *Prælati, Clerus, Consules, Greet-*  
*mani, Coniudices, totaque Communitas,*  
*etc. Vide Greetmanni.*

† **GREFFARIUS**, GREFFERIUS, GREFE-  
RIUS, Scriba, Gallis *Greffier*. *Grefferius*  
*Criminalis*, in instrumento anni 1378.  
apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1531.  
*Grefferius*, in Charta ann. 1496. apud  
Rymer. tom. 12. pag. 594. et in Statutis  
Monasterii S. Claudii pag. 57. *Greffarius*,  
apud Robertum Goulet in Compendio  
jurium Universitatis Paris. f. 12. *Regis-*  
*tratores seu Greferii Parlamenti*, ann.  
1361. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat.  
Reg. pag. 483. Vide *Grafio*.

† **GREFFARIATUS**, Officium *Greffarii*,  
in Instrum. anni 1496. tom. 12. Rymeri  
pag. 627.

\* *Grefferie*, in Charta ann. 1467. ex  
Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 274: *La*  
*scribanie ou Grefferie de la court du*  
*baillie et consulat de la mer de nostre ville*  
*de Couliere, etc.*

† **GREGARE**, Congregare, adunare,  
conjugere. Gloss. Lat. Græc. Sangerm.  
MSS.: *Gregat*, ἀγελᾶζει, ἀθροίζει. Unio Ec-  
clesiarum mensæ Episcopali a Petro III.  
Episc. apt. ann. 1257. ex Schedis Præsi-  
dis de Mazaugues: *Nituntur digregare....*  
*quæ sancti patres nostri Gregaverunt.*

\* **GREGARIA**, Bercaria, præditi rustici  
species, ubi grex ovium, ut *Vaccaria*,  
ubi vacca, nutriuntur. Chronicon Fon-  
tanellense cap. 16. pag. 245: *De illa*  
*Gregaria pagens. 60.... de prædicta Gre-*  
*garia caseorum pensas 30.*

† **REGARIUS**, Pastor, custos gregis.  
Nicolaus Specialis de Rebus Siculis lib.  
1. cap. 11: *Bubulcos, opiliones, aliosque*  
*Gregarios terror continuus invadebat.*

\* **GREGETUM**, Ornamenti genus ex  
pluribus rebus simul adunatis constans,  
quo sensu *Greges* dicunt Itali, f. Monile,  
Gall. *Collier*. Stat. Vercell. lib. 2. pag.  
27. v.: *Appellatione jocalium intelligatur*  
*garlanda una quæ portatur omni die, et*  
*Gregetum unum quod portatur omni die.*

† **REGIA**, ut *Griechia*, Gravamen, alias  
Gallice *Grièche*. Libellus de remissione  
peccatorum tom. 4. Anecd. Mart. col.  
26: *Theodorus de Gregiis dicit: Si pro*  
*ultione amici occiderit hominem, VII. an-*  
*nis vel X. pœniteat.*

\* **REGIUS**, Ital. *Greggio*, Gall. *Gris*,

*Cinereus*. Stat. Orviet. ann. 1491. apud  
Cl. V. Garamp. in Dissert. 2. ad Hist.  
B. Chiaræ inter not. pag. 148: *Guarnel-*  
*lorum Gregiorum sive alborum, etc. V. in*  
*Griseum.*

\* **GREGULUS**, Grex. Breviloquus in  
Proem. oper. edit. ann. 1482: *Quod tamen*  
*maxime oportunum et necessarium est*  
*curam animarum gerentibus, et qui Gre-*  
*gulum commissum pastu vitæ, id est,*  
*sacra Scriptura, quæ scriptis comprehen-*  
*ditur, pascere debent et exemplis.*

† **GREIL**, Custumarium Priorat. de  
*Lewes*, apud Spelmannum: *Hæc sunt,*  
*quæ Aluredus accepit cum Ecclesia et*  
*terra: 5. boves,.... 6. vaccas,.... 3. equos, 1.*  
*archam, 1. Greil, 1. patellam, et 1. tripa-*  
*rium, et 3. barillos, etc. Ubi Greil est*  
*Graticula, quam Grille dicimus, quæ ibi*  
*reponitur inter instrumenta culinaria.*  
Vide *Gradale, Gracilis*.

\* **GREIX**, Dos a marito profecta, in  
regno Valentie dicitur ex Fontanella de  
Pact. nupt. tom. 2. claus. 7. gl. 1. part.  
1. idem quod *Morganegiba*. Vide in hac  
voce.

\* **GRELARE**, Ad *gralæ* seu cornu aut  
buccina sonum proclamare, bannum  
indicere, a vet. Gallico *Grelloier*, *gralæ*  
sonum edere. Stat. ann. 1352. inter Pro-  
bat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 151. col. 1:  
*Item quod nullus custos seu gradianus*  
*animalium quorumcumque, sit ausus im-*  
*mittere seu inmitti facere aliqua animalia*  
*in alienis vineis, bladis,.... sub pœna banni*  
*insfrascripti;... cum erit bladum grana-*  
*tum, et tempore quo erunt racemi in vi-*  
*neis, vel erunt Grelatæ, pro quolibet mu-*  
*tone vel qualibet ove, sex denarios Turon.*  
*et pro custode decem et octo denarios Tu-*  
*ron.* Guill. Guart. ad ann. 1304:

Qui lors oist lentir buisines,  
Trompes sonner, cors Grelloier.

Vide supra *Grala* et *Graylator*.

\* **GREMIALE**, Pannus sericus, qui Epis-  
copi, sacra facientis, cum sedet, gremio  
aptatur. Octav. Ferrarius: *Grembiale*,  
*et Grembiule*, linteum, sive semicincin-  
tium, a gremio. Ceremonialis Episc.  
lib. 1. cap. 11: *Duo præterea alii, sed in*  
*Missa tantum, adhibentur ministri, quo-*  
*rum unus de Gremiali, alter vero... de*  
*ampullis serviat. Et qui Gremiale minis-*  
*trat, intentus esse debet, ut cum celebraus*  
*Episcopus surgit, antequam mitra ei au-*  
*feratur, ipsum Gremiale per Subdiaco-*  
*num de gremio Episcopi ablatum reve-*  
*renter accipiat, illudque complicatum*  
*ante pectus ambabus manibus teneat, et*  
*cum opus erit, eidem Diacono reponen-*  
*dum in gremio Episcopi sedentis, etc.*

† **GREMIALIS**, Qui sunt de Gremio seu  
sodalitate cujusdam ordinis. *Congrega-*  
*tio ipsa per Gremiales suos debeat delibe-*  
*rasse, etc. in Bullar. Carmel. pag. 388.*

\* **GREMIALES RIVI**. [\* Qui ex eodem  
gremio seu flumine decurrunt.] *Monas-*  
*ticum Anglic. tom. 1. pag. 19: Circiter*  
*30. jugera inter duos Gremiales rivos lu-*  
*minis, quod dicitur Stour.*

\* **GREMINI**. [In Gremio accipere;  
locare. DIEF.]

† **GREMINI**, οἱ διαρίζοντες τοῦς ὄρους λίθοι,  
*Limites*. Supplem. Antiquarii. Gloss.  
Lat. Græc. MSS. habent *Grimini*. [\* Adde  
ex Castigat. in utrumque Glossar. ex  
Sospitro lib. 1. leg. *Grumi*. Salsmasius  
ad Plin. pag. 88. *Grumuli*. Scaliger. ad  
Festum et infra *Greniciæ*.] Vide *Gredi-*  
*nunda*.

† **GREMIUM**, pro *Cremitium*. Gloss.  
Isid. et Papæ: *Gremia*, *Siccamina ligno-*  
*rum*. Janssonius in Auctario: *Sectile*,  
*Gremium*, *arnia*, *pluteum*. Occurrit plu-

ries in sacris Scripturis vox *Gremium*,  
quam S. Hieronymus in caput 10. Osee  
exponit herbas aridas et virgulta sic-  
cata. Colum. lib. 12. cap. 29: *Tenuibus*  
*admodum lignis, quæ Cremitia rustici ap-*  
*pellant.*

2. **GREMIUM BASILICÆ**, Mediam par-  
tem, seu *Navim*, interpretantur quidam,  
atque in iis Josua Arnedius in Lexico  
Antiquitatum Ecclesiasticar. pag. 1088.  
Anastasius in S. Silvestro: *Canthara*  
*cerostrata in Gremio Basilicæ argentea*  
*50. etc. Eadem ferme habet in S. Inno-*  
*centio, et in S. Celestino. Ordericus*  
*Vitalis lib. 5. pag. 589: Hinc a dulci filio*  
*reverenter ad tumulum devecta est, et in*  
*Gremio Ecclesiæ juxta consortium thori*  
*corpus ejus honorifice sepultum est.* [Ma-  
bill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 590.  
ad ann. 967: *Initio ejus anni... Georgius*  
*apostolicæ sedis secundicerius, idem reli-*  
*giosus Abbas prioris Monasterii... quod*  
*dicitur in Sublacu... venit in Gremium*  
*Basilicæ S. Petri... ubi cum domno Jo-*  
*hanne XIII. PP. sanctæ synodo... intere-*  
*rant Ravenas Archiepiscopus, etc. Trans-*  
*latio S. Gorgonii Mart. in Actis SS.*  
*Benedict. sæc. 4. part. 1. pag. 595: Igitur*  
*Domino favente ad Monasterium S.*  
*Martini, quod vocatur Majus, B. Christi*  
*Martyr cum summo honore... deportatus,*  
*atque in medio Ecclesiæ Gremio positus*  
*est.]*

DE GREMIO MITTERE, in Collegiis,  
Monasteriis, et Conventualib. Ecclesiis  
dicitur, cum societatis quispiam, sui  
ipsius et reliquorum nomine delegatur.  
Et differt ab eo quod dicitur, a *latere*  
*legare*, quod hoc unius, illud multitu-  
dinis est locutio: sic in conventione  
quadam inter Simonem Archiep. Can-  
tuar. et Priorem et Capitulum Ecclesiæ  
Cathedralis Norwici ann. 1133. Spelm.

\* 3. **GREMIUM**, Pars vestis, f. Cingu-  
lum, zona. Charta ann. 1391. in Reg.  
148. Chartoph. reg. ch. 59: *Gatgiata*  
*prius per eosdem (consules de S. Paulo*  
*in Occitania) more solito in manibus dicti*  
*domini magistri per traditionem Gremio-*  
*rum vestium suarum, quas indutus secum*  
*afferebant, emenda.*

\* **GRENA**. Vide *Greva*.

† 1. **GRENARIUM**, Species frumenti  
minoris, ut videtur, v. g. secalis, etc.  
[\* Minus bene; de mensura enim sermo  
est, qua frumentum in grenario seu  
horreo regis mensurabatur.] Computum  
ann. 1202. apud D. Brussel de Feudorum  
usu tom. 2. ad calcem pag. clx: *Ad*  
*Liuns VI<sup>c</sup>. mensuras frumenti per ma-*  
*num G. Præpositi, et III<sup>c</sup>. et L. mensuras*  
*Grenarii, quæ valent circa XXI. modios*  
*per manum G. Borg.*

† 2. **GRENARIUM**, Horreum salarium,  
ubi sal venditur, Gall. *Grenier à sel*.  
Codex MS. redditum Episcopatus Au-  
tissiod.: *Omnes saunarii qui vendunt sal*  
*in archis et in Grenariis debent XII. den-*  
*nar. de vinagio, et VI. denar. de pissona-*  
*gio terminis supradictis.*

\* Hæc interpretatio facile emendatur  
ex Ordinat. ann. 1415. in Reg. 170. Char-  
toph. reg. ch. 1: *Item les courretiers de*  
*sel liveront... les Greniers de toile, que*  
*on a accoustumé de mettre soubz les mi-*  
*nos en mesurant... Greniers ou bannes de*  
*toille. Quod enim hic Grenier appella-*  
*tur, velum scilicet seu tela crassior, qua*  
*sal vel aliæ merces tegi solent. Grenar-*  
*ium Latine dicitur in loco citato, ut*  
*cuique patebit. Cæterum Grenier nostri*  
*vocant arcam, in qua grana reponuntur*  
*ab eorum venditoribus.*

\* **GRENATUS**, Carbunculus, lapillus,  
Gall. *Grenat*. Invent. S. Capellæ Paris.



ann. 1376. ex Bibl. reg.: *Deficiunt duae perlae et octo Grenati... Deficiunt... duo saphiri et unus Grenat.* Aliud Gall.: *Y fait deux perles et huit Grenez.* Vide *Granatus*. *Greneté* vero dicitur de vase granis interpuncto, in Invent. MS. jocal. Eduardi I. reg. Angl. ann. 1297: *Item une coupe d'or grenetée... Item une coupe d'or Grenetée dedens.* Vide *Gravelatus*.

† **GRENCIA**, an idem quod *Granchia*, Gallice *Grange*? Vide *Granea*. Computus ann. 1202. apud D. Brussel ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. CLI. col. 2. de *Granchiis* XXVII. s. de *Harduino Garrad*, xxx. l.

† **GRENE-HOGA**, Mons viridis. Vide *Hoga*.

† **GRENERIUM**, ut supra *Granarium*. Horreum ubi grana frumentaria reconduntur. Gall. *Grenier*. Charta ann. 1229. e Chartulario B. Mariae de Nantholio fol. 23. v°: *Dedi... cuidam Presbytero sive Clerico lecturo singulis diebus quoddam psalterium in perpetuum in Ecclesia B. M. de Nantholio, super tumbam patris mei, unum modium bladi ymbernagii ad mensuram de Nantholio percipiendum quolibet anno in meis Greneriis de Nantholio.*

† **GRENERIUS**, Locus seu aedes, ubi grana frumentaria reconduntur, Gall. *Grenier*. Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 223: *Concedimus quod ipse (Simon Martini de Raffalle) quindecim caffiros frumenti ad mensuram Pampilonensem... in et super Grenerium seu Grenerios Navarræ... perpetuo possideat.* Vide *Grenarium*.

\* **GRENGIA**, Eadem notione, Gall. *Grange*. Charta Blanchæ comit. Trec. ann. 1223. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris.: *Hæredes Ysabelæ habebunt... terram apud Chastelbeliat circiter duos arpennos... cum Grengia lignea... Grevasius vero habebit... Grengiam tectam lateribus.* Vide *Granea*.

† **GRENICLÆ**, Termini, metæ, limites. Charta Bolconis Ducis Furstenbergensis ann. 1387. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 41: *Quod ipsa civitas Friburg habere debeat omnia jura civilia plenarie et perfecte usque ad gades et Grenicias villæ Gunzendorff, et usque in medium villæ Polznitz, veluti aliæ civitates, sitæ in nostro Ducatu, habeant, eorum metis, gadibus et Greniciis.* Ibid. pag. 42: *Donamus etiam prefatæ civitati... unum rubum liberum in omnibus metis, gadibus et Greniciis, sicut jacet et jacuit ab antiquo.* Alia Bolconis Ducis Silesiæ pag. 391: *Prout dicta villa in suis metis et Greniciis circumferentialiter est distincta.* Litteræ Ruperti Electoris Palatini ann. 1356. apud eumd. Ludewig. tom. 5. pag. 576: *Cum omnibus et singulis metis, gadibus, juribus, jurisdictionibus, dominiis, utilitatibus et directis Greniciis, circumferentiis et limitibus, etc.* Rursus occurrit pag. 621. Vide *Granicis*. [\*\*] et Haltaus. Glossar. German. col. 752. voce *Græntze*.]

† **GRENIDA**, Horreum, Gall. *Grenier*. Tabular. Ecclesiæ Ambian.: *Quidquid post excussionem manipulorum decimæ remanebit, . . . dividetur.* Majores vero in his quæ ad *Grenidam* veniunt nihil juris habent, excepto quod quando annona mensuratur, si præsentis fuerint ad servitium Ecclesiæ et taulia sua fecerint, ut de somma annonæ rationem possint reddere Officialibus Ecclesiæ, et saccos et vehicula ad deferendam annonam submoverint uterque sex nummos pro sua procuracione habebit. Vide *Granea*.

**GRENONES**, **GRENNIONES**, etc. Vide *Grani*.

† **GRENTISCUS**. Vide *Græciscus*.

† **GREPIA ANCHORÆ**, Annulus quo facile potest apprehendi, a Teutonico *Gripen*, Apprehendere. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 456. ubi de S. Raynerio: *Tunc prædictus Albertus Strambo cum serviciali navis, ascito uno de sociis, ivit ad Grepiam anchoræ . . . ipsi duo tantum ceperunt trahere anchoram per Grepiam.* [\*\*] Vide *Jal. Antiq. Naval.* tom. 2. pag. 66.]

**GREPLA**. Contract. Dator. Bergom. lib. 2. cap. 12: *Salvo, quod quilibet ipsam Greplam portare sine dacio per 2. milliaria, etc.*

\* **GREPPUS**, Ital. *Greppo*, Rupes prærupta, agger, dumetum. Cod. reg. 4189. fol. 19. v°: *Tendit per ipsam stratellam juxta Greppum, sicut tendit super ipsa stratella usque ad capud vallis Cornachie.*

\* **GRESA**, Prov. *Raxina*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Pedag. castri de Les ann. 1263. ex Cod. reg. 4659: *In carga Gresæ nasis xiiij. den. Le cuyrien, le Gressin, les esgruns semblablement xxxiv. liv. x. souz, ij. den.* in Charta Phil. VI. ann. 1343. ex Bibl. reg. Aliud sonat in Charta ann. 1257. ex Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 302: *Tres solidos de solage, vel quartam partem de las Gresas.* Vide infra *Gressius*.

\* **GRESERE**, pro *Creocere*, in Charta Renati reg. ann. 1476: *Et religio floret, devotio Grescit, etc.*

\* **GRESCHIERIA**, Locus, unde *gressii* seu silices eruntur. Charta admort. ann. 1405. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 311: *Septem quarteria plasieræ et Greschieræ, valoris per annum circa triginta quinque solidos Turon.* Vide infra *Gressius*.

\* **GRESECA**, **GREXESCA**, **GRISIESCA**, **GRISISCA**, Ludi taxillorum species. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. I. pag. 302: *Statuimus... quod nullus... debeat ludere ad aliquem ludum taxillorum, seu bescaçarie, seu murbiolæ, ad apardum, seu gnaffum, seu ad requetum, seu ad omnem punctum et voltam, vel ad Gressescam (ad Gressescam '52; — ad Grisiscam '53; — ad Grisescam '59, '60; — ad Gressescam '64, '67), seu ad alium ludum taxillorum, etc.* [FR.]

† **GRESEUS**, Leucophæus, gilvus, cinereus, Gall. *Gris*, Angl. *Gray*. *Gerofalcones Gresiæ*, apud Rymerum tom. 2. pag. 1075. Vide *Griseum*.

† **GRESILHA**, Craticula, Gall. *Gril*. Instrum. anni 1341. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Item unam cassetam de cupro, duas cayssatas in dispensa; item unam Gresilham.* [\*\*] Provinc. *Grasillo*. Vide supra *Grazilla*.]

† **GRESILLON**. Computus ann. 1202. apud D. Brussel ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. CLXVI: *Pro LXVII. Gresillions, LXXVI. s. et III. d. Pro galea paranda, et porta combusta, et palicio et breteschæ, xx. l.* Apud Borellum *Gresillions* sunt manicæ ferreæ, Gall. *Menotes*. Codex MS. memorabilium Paris. ann. 1341: *Henri de Malhetet fut mené par le bourreau, les Gresillions es mains et les fers es piés.* Vide *Grilliones*.

\* **GRESIUM**, Collis, ager editus, *gressiis* seu silicibus abundans, Gall. *Pierreux*. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Et a dicto dente protendebatur et protenditur usque Gresium.* Vide infra *Gressius* et *Gresum*.

\* **GRESPIA**. Chron. Tarvis. ad ann. 1380. apud Murator. tom. 19. Script.

Ital. col. 778: *Eatis omnes per vestra cellaria, nobis prius exhibita phiala una pro singulo ex Grespia comitis; quod est vinum phaleratum, suavissimum, pulchrum et amœnum.* An eo pertinet vox Italica *Greppia*, præsepe? Vide infra *Grupia*.

**GRESSA**, Vernix, sandaros. Matth. Silvaticus.

† **GRESSIBILIS**, Qui graditur, Engelberto de Longævitate ante diluvium cap. 7. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 454.

† **GRESSIBILIS**, Quadrupes, qui graditur. Medicina Salern. pag. 179. edit. 1622: *Avium porro omnium volucrum genus paucissimum præstat alimentum, si ad genus Gressilium conferatur, potissimum si ad suillam, qua, non aliud invenias, quod copiosioris sit nutrimenti.*

† **GRESSIUS**, Silex, Gall. *Grés*, Lapis ad pavimenta. Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Feudor. usu, tom. 2. pag. CXII. col. 2: *Pro Gressiis frangendis III. l. palicio reparando XL. S.*

\* Reg. Phil. Aug. in Chartoph. reg. sign. 34. bis part. 1. fol. 96. r°. col. 2: *Omnes patas tornellarum de Gressiis.* Vide mox *Gresum*.

\* **GRESSONARIA**, pro *Cressonaria*, nostris, *Cressonniere*, Palus, lacus, stagnum. Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 45. v°: *Johannes de sancto Jacobo xiiij. solidos de quodam prato et de Gressonariis suis et de domibus suis subitus Templum.* Vide supra *Cressonaria*.

\* **GRESSUM**, Pellis animalis cujusdam, quod vulgo *Vair* Galli appellant, pro *Griscum* vel *Grisium*. Vide in hac voce. Stat. Universit. Aurel. ann. 1367. ex Cod. reg. 4223. A: *Recepturus insignia doctoratus, suo doctori proprio vel electo insignia conferenti, . . . mittere teneatur . . . unam bonam forraturam de Gressis variis de septemteriis, loco forraturæ mantelli, et aliam forraturam de Gressis variis bonis et honestis pro supertunicali forrando, quamlibet forraturam de Gressis variis de septemteriis.*

† **GRESSUS**, Eadem notione. Charta anni 1237. e Chartulario S. Quintini in Insula pag. 157: *Et illarum aquarum punctum certis fecerunt signis designari, videlicet tribus Gressis fixis in muro lapideo sito super vivarium antedictum et foris apparentibus. . . . quandocumque dictæ aquæ superirint vel superaverint illos Gressus, dicti Abbas et Conventus aquas illas exire permittent et effluere ventaliis elevatis.*

† **GRESSUS GRATIFICATUS**, Facultas exeundi e Monasterio et spatandi. Statuta Canonicoorum Regul. S. Augustini art. 29. apud Raimundum Duellium lib. 1. Miscell. pag. 91:

Clastrum claudatur. Ne frater ab hoc gradatur, Tempore ai certo, certis metis et aperto, Ni sit in officio vel Gressu Gratificato.

\* **GRESTE**. Charta Roger. reg. Sicil. ann. 1133. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 246. col. 2: *Inde vero vadit per Greste sancti Petri.* Pro *Crista*, ut legitur in Ch. Lothar. III. imper. ann. 1137. ibid. pag. 250. col. 1. ubi idem locus describitur: *Pergit per cristam sancti Petri.*

\* **GRESUM**, Collis, ager editus et arenosus, *gressiis* seu silicibus abundans, Gall. *Coteau*. Charta ann. 1222. ex Tabul. S. Andr. Avenion: *Sextam partem tertiæ partis decimæ fructuum de Valterga, qui in Greso, vel in plano Podii alti percipiuntur.* Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Pascebat*

cum avari suo in planes et in Greso. Charta ann. 1358. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 212. col. 2: *Item quod ubi vendentur racemi de Greso, et apparet quod aliquæ vindemiæ de plano ibidem adjungantur, etc.* Vide supra *Grestrum*.

**GRESSUTUS**, Pedester, Papiæ.  
**† GRESUS**, a Gallico *Gris*, Cinereus, leucophæus. *Gresus panis*, Panis ater. Gall. *Pain bis*, in Inquisitione MS. pro canonizatione S. Yvonis. Vide *Griseum*, et *Panis Gresus*.

**GREVA**, Arena, sabulum maris, glareæ; nostris *Greve*. Charta Roberti Comitis Drocensis ann. 1220: *Et sciendum est, quod in omnibus rebus, quæ ducuntur ad Sous-marée per terram, vel per Grevam de Crotoy, versus Pontivum, nihil ibidem habet Dominus S. Walarici.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 625: *Novem acres in Greva maris . . . mensuratas peracta 20. pedum ad salinas faciendas.* Hinc emendanda videtur Charta Balduini Comit. Flandr. ann. 1067. apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 25: *Et quingentas mensuras terræ . . . et salinas in Sintonis, quas Grenas vocant, si redactæ in terram cultibilem ex beneficio maris accreverint, liberas eis cum omnium incremento ei tradidi.* Legendum enim *Grevas*.

Nostris etiam *Greves* dicuntur ocreæ ferreæ. Inventarium Philippi Magni Reg. Franc. ann. 1316: *Item trois paires de Greves d'acier, et 3. paires de poullains.* Guill. *Guiart*. ann. 1301:

Epées, bacines, et hyaumes,  
 Gantelez, targes, lances, Gréves,  
 Ne r'ont là endroit nules tréves.

Chronicon Bertrandi du Guesclin:

De plates et de Greves si fist bien atourner.

Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Regis ann. 1351. cap. *Pour le harnois: Gardebras, avantbras, cuissoz, Grevettes, sollers, et gantelez.*

**† GREVE**. Vide *Gerfa*.  
**GREUGIA**, Gravamen, Gall. *Grief*: in Foris Beneharnensib. *Los Grenges*. Occurrit in Consuetudin. Tolosæ 4. part. tit. de feud. art. 7. 13. Assisæ Hierosol. cap. 27: *Se ce Gregier li deust.* [Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 675: *Sans cheu que jen ne aucun de mes heritiers en puisson de rien Grochier, ne venir encontre, ne de rien clamer.* Ibid. pag. 1228: *Sans cheu que jen ne aucun de mes hers en puisson de rien Groucher; id est, Conqueri, murmurare, Gallis nunc Gronder, murmurere.* Le Roman de la Rose:

Et se gens encontre mol'Grocent,  
 Qui se tormentent et corrocent.

Vide *Greusa*.]

**† GREVIA**, ut *Greva*. Vide locum in *Furnile*.

**† GREUNO**. Vide *Grani*.  
**GREUSA**, ut *Greugia*, [Gravamen, jurgium, controversia vel querela, Gal. *Grief*.] Charta ann. 1327. in Tabular. Episcopat. Ambian. fol. 161: *Nonnullis querelis, controversiis, Greusis, debatis, etc.* Vide *Grausia*.

**† 1. GREUSIA**, ut *Greusa*. Conventio anni 1251. apud Perardum in Burgundicis: *Quod si aliquid causæ, controversiæ, liti vel Greusæ, inter nostras Ecclesiæ . . . emergerit, per duos bonos de conventibus nostris . . . prædictum negotium terminetur.* Chartularium Abbatæ Accincti pag. 13: *Quædam Greusia orta fuit inter D. Acex et Giboynum et fratres*

*ejus; dicebant enim quod non debebant facere Monachi molendinum a loco illo, qui dicitur Molendinum Arme usque Taysona, quia tale erat pactum inter eos et Monachos: de hac autem Greusia coram fidelibus hominibus concordati sunt.*

\* *Creuse*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 393: *Le seigneur de Valorges dist au suppliant qu'il fust le bienvenu, sauf sa Greuse ou plaincte.*

**† 2. GREUSIA**, Alia notione, in eod. Chartulario pag. 16: *Giraudus Miles de Ternay et Hayno frater ejus dederunt Deo et sanctæ Mariæ Accincti dimidias rupturas de Tostet et Greusiam de campo Humberti de Louetenges.* Forte legendum *Gravia* vel *Gruva*.

**† GREVUS**, πικρός, Densus, spissus, in Supplemento Antiquarii. [\* *Greuer*, in Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr. ubi Codex Germ. Greber.]

**GREZISCUS**. Vide *Græciscus*.  
**† GRIAGIUM**. **GRIARIA**. Vide *Gruarius*.  
**† GRIARE**. Vide supra *Baulare*.

\* **GRIATORIA**, Jus, quod quis habet in foresta alterius, idem quod *Griarii*, nostris *Graarie* et *Greuerie*. Charta Guid. Buticul. ann. 1203. ex Chartul. B. M. Silvanect.: *Jus Griatoriæ, quod apud Oriacum habebamus in nemore, tam extirpato quam extirpando, tam exculto quam excolendo, . . . ecclesiæ B. M. Silvanectensi libere relinquimus.* Alia Joan. de Valer. ann. 1260. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. fol. 338. v. col. 2: *Li ai donné la Graarie dou bois, qui siet entor Lovoies.* Denique alia ann. 1286. ex Reg. Chart. comit. Montisfort. et Droc. in ead. Cam. fol. 11: *Les bois desdittes terres de Breine, de Quohan et de Couloings, où il a Greuerie.* Vide in *Gruarius* 1.

**† GRIBA**. Consuetudines MSS. S. Augustini Lemovic.: *Monachi S. Martini debent ire primi, et postea nos, et postea Canonici cum Clericis, et debent portare Gribam cum reliquiis S. Justii in primo capite processionis.* Idem videtur quod *Theca sacrarum Reliquiarum*, Gall. *Chasse*.

**† GRIBELLIO**. Statuta Equitum Theuton. art. 58. apud Duellium lib. 2. Miscell. pag. 58: *Omnes fratres armorum vacantes exercitio attendunt mareschalco, qui dare debet ipsis omnem militiæ apparatus, equos, mulos . . . parvas tentas, quæ vocantur Gribelliones.*

**† GRIDA**, pro *Crida*, Proclamatio per præconem. Chron. Estense apud Murator. tom. 15. col. 377: *Illi de exercitu existentes in burgo ad nihilum attendebant, nisi ad faciendum Gridas fieri et præcepta strictissima, quod omnes dicti exercitus de burgo recederent et redirent ad custodiam campi.*

**† GRIDAGIUM**, Proclamatio præsertim vini venalis, seu tributum ratione hujus proclamationis a domino perceptum. Extenta jurium Comitis Sabaudia ann. 1309. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 86: *Item habet Dom. ibidem bannum vini . . . tabernagium et Gridagium, quæ valent ad firmam per annum, ut nunc quatuor libras.* Vide *Cridagium*.

**GRIDARE**, Clamare, ex Italico, apud Petrum de Crescentiis lib. 4. cap. 17. extr. Vide *Crida*.

\* *Publicare*. Chron. Bergom. ad ann. 1392. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 859: *Gridata fuit pax inter prædictos de Suardis et eorum sequaces ex parte una, et prædictos de Rivola et de Bongis et eorum sequaces ex altera.* Vide *Grida*.

**GRIECHIA**, Gravatio, onus, ex vet.

Gall. *Grieche*. Charta ann. 1269. ex Tabul. Fossatensi fol. 97: *Tria arpenta vel circiter terræ arabilis seu frichiorum . . . onerata in tribus denariis Paris. capitulis census debitis in festo sancti Remigii, et ad Grieschiam tantummodo, ut dicebant, etc.* Infra: *Quod dicta tria arpenta terræ seu frichiorum ad dictum censum et Grieschiam absque alio onere . . . garentizabunt.*

\* **GRIELLARE**, Attenuare, minuere, Gall. *Emincer, rendre menu*, alias *Agrellir, agresler*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Agrellir, aténurir, Griellare*. Stat. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 432: *Item chascun maîtres dudit mestier (de hautbergerie) pour acheter fil . . . et le pourroit faire Agreslier en leurs hostieulx ou ailleurs.*

**GRIETMANNI**, Præfecti civitatum, et *Grietania*, præfectura: voces Frisonibus familiares. In Legibus Opstalbotmics, *Griet-man, Grietenis*. Vide Joann. a Sande in Decisionibus Friscis cap. 1. defin. 1. [Etymon. Frisicum *Griet*, contractum ex *Gericht*, Judicium, et *Man*, Homo.]

**GRIFALCO**. Breviloquus: *Erodus, rapacissima avis, omnium volatilium major, et aquilam vincit. Vulgo Grifalco dicitur, qui aquilam rapit.* Crescentius: *Il Grifalco, e uccello rapace majore chel falcone.* Græcis γριπός est rapax, unde Germani *Grüpen*, nostri *Griper*, pro rapere dicunt. Sic *Grifalco*, est *falco rapax*, dictus quasi *Gripfalco*. Landino, *Girifagno*, dicitur *lo sparviere, ch' è statuto un' anno ne la selva, et ivi s'è mudato.* Dantes in Inf. cant. 22: *Ma l'altro fu ben sparvier Grifagno.* *Grifaus* nostri dicunt, quæ vox apud Butilerium occurrit pag. mihi 242. Vide Oct. Ferrarii Orig. Ital. Infra *Gyrofalco* et *Grifus*.

Hinc Poetis nostratibus vox *Grifaigne* ut virum audacem et vultu minaci significarent. Le Roman de la guerre de Troye MS.:

Phellimenis et sa compagne,  
 Qi mult parert fere et Grifaigne,  
 Vint à Troye pour defendre  
 Que Greis ne la peusse prendre.

Ibidem:

D'Agreste une isle est mer lontaigne  
 Dont la gent sont fiere et Grifaigne.

\* **GRIFFA**. [Unguis: « Scorpio tenens inter Griffas caput semis galleati. (Inv. card. Barbo, ex transcript. Müntz, 1457.) »]

\* **GRIFFARE**, Apprehendere, violenter usurpare. Jura ducum Tusciæ ann. 1196. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 93: *Unde castellanus Radicofani venit tunc in Priceno, et Grifavit omnia bona eorum.* Nostris vero *Griifer* est Unguis discerpere, vulgo *Egratigner*. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 163: *Lequel bailli fu Grifex ou visage, si que sanc en yssi.* Unde compositum *Aggriffer*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 140. ch. 194: *Lequel sergent fu attains dudit huis en la main, où il fu un petit esgratiné ou aggriffé.* Hinc etiam *Agrifineure*, Vellicatio, cutis evulsio, vulgo *Egratignure*. Charta ann. 1246. in Reg. 93. ch. 291: *Cil qui fait sanc . . . dou poing, ou de la paume, ou d'Aggrifineure, il paie vij. solz. au seigneur.*

\* **GRIFFIO**, Monetæ species, eadem quæ *Griffo*. Vide in hac voce. Charta ann. 1462. in Suppl. ad Miræum pag. 621. col. 2: *Pro qua marcha . . . nec non sex Grifionibus conventui dicti monasterii . . . solvi solitis, etc.*

1. **GRIFFO**, Monetæ species 10. florenis

et 10. solidis aestimata. in Magno Recordo Leodiensi pag. 68. 85. [et in Historia Monasterii S. Laurentii ejusdem urbis apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1129. *Gryfo* appellatur in Chronico Bonæ Spei pag. 398.]

\* 2. **GRIFFO**. [Gryps : « Corniola una magna in qua est *Griffo* allatus et serpens erigens se contra eundem *Griffonem*. (Inv. card. Barbo, ex transcript. Müntz, 1457. »)]

**GRIFFONES**, nostris ita Græci Byzantini Imperii olim dicti. Matth. Paris ann. 1190 : *Cepit castellum inter Calabria et Messanam, quod Monasterium Griffonum appellatur, ubi Gryfones insultum facientes in Hugonem Brunum Comitem Marchiæ, a Rege Richardo repulsi sunt*. Rogerus Hovedenus pag. 708 : *Venit ad villam bonam, in qua nobilis Abbatia Griffonum est*. Adde Bromptonum pag. 1189. Castellum de *Mategrifon* in Peloponoso alicubi meminimus in Hist. Gallo-Byzant. constructi a nostris ad *malandos* seu *vexandos* Græcos. *Griffons*, Villharduino n. 95. 128. 204. et in Chronico Flandr. cap. 11. *Philippus Mouskes* :

A tout lor Griffons et lor Turs,  
S'iroient par la mer as murs.

Vide Gloss. ad eundem Villharduinum. \* Bened. abb. Petrobrugo, de Gest. Henr. II. reg. Angl. ad ann. 1190. tom. 2. pag. 621. edit. Hearn. : *Ricardus rex Angliæ firmavit sibi castellum forte in supercilio montis ardui, extra mures civitatis Messanæ, quod Mate-Griffun vocaberunt. Griffones vero, ante adventum regis Angliæ, erant potentiores omnibus, qui erant in terra Siciliæ ; et odio habebant omnes homines ultramontanos ; adeo quod minimo habebant illos interficere*. Et pag. 646. ad ann. 1191 : *Cum autem rex Angliæ et sui armati essent, impetum fecerunt unanimiter in imperatorem (Cyri) et Griffones suos, etc.* Guill. Tyrii contin. Hist. Belli sacr. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 637 : *Il avint que li Griffon s'assemblerent et pristrent conseil d'assaillir et d'occir les Latins, qui estoient avec les Templiers, etc.*

† **GRIFFUS**, Ital. *Griffi*, Nostris *Grifon*, Gryps, Gryphus, Quadrupe alatum, sed fabulosum. *Leones et Griffi, vel aquilæ celeriter convolantes*, in Annal. Januens. Bartholomæi Scribæ lib. 6. ad ann. 1227. De *Gryphis* plura vide apud Schilterum in *Griff*.

\* **GRIFOULUS**, Vasconibus *Grifoul*, Fons saliens, in Hist. Eccl. D. Fleury lib. 97. num. 3.

**GRIFFUS**, [Superbus, cervicosus.] Vide *Gripus*.

\* **GRIGNOLOSUS**, ut mox *Grigulosus*. Vide supra *Gramigna*. Stat. Astæ collat. 7. cap. 50. pag. 23. r. : *Inspero quod ipsi non vendent vel vendi facient carnes Grignolosas in becharia sive in mercato*. Nostris *Grignette*, Panis frustulum, in Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 488 : *A laquelle fille le suppliant avoit accoustumé de donner des Grignettes de pain, quant il tiroit le pain hors du four*. *Gouyaulx* vero appellantur farinæ subactæ frustula, quæ ex mactra raduntur, in aliis Lit. ann. 1483. ex Reg. 209. ch. 294 : *Pour faire du pain de brode, le suppliant a meslé du segle avecques des Gouyaulx du pain blanc, ainsi qu'il est accoustumé de faire en leur mestier de boulengier*.

\* **GRIGULOSUS**, Lepra seu morbo infectus. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 88. ex Cod. reg. 4624 : *Si quis becharius... vendiderit... aliquas carnes porcinas*

*Grigulosas seu mesellas, solvat... solidos decem pro bampno*. Haud scio an huc spectet vox *Grigieur* ex Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1618 : *On scet bien qui tu es, Jehan le Berquier, ung Grigieur ; et je suis receveur de la Heuse*.

\* **GRILEDA**, Circulus, Ital. *Grillanda*. Stat. Saluc. collat. 4. cap. 120 : *Teneantur dicti rivenditores garnire omnes mensuras eorum ferro vel aramo, cum una Grilenda ferri vel arami circumcirca, et cum una barra ferri vel arami per medium*.

\* 1. **GRILLA**, Denticulata cancri forceps, Gall. *Pince*. Dialog. creat. dial. 48 : *Cancer autem videns quod evadere non posset, se convertit et ranam cum Grillis momordit et dilaniavit*. Ludum à la *Grille* memorant Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 387 : *Lesquels compaignons avoient joué ensemble à la Grille*.

2. **GRILLA**, Uvæ species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

† **GRILLARE** dicitur *Gryllus* Auctori Philomenæ.

**GRILLIAN**, Smaragdus in Grammatica MS. : *Promiscui generis sunt hæc glis, grus, lens, mus, etc.* Ubi Glossa interlinearis ad vocem *glis*, habet, i. *Grillian*. Vox vetus Francica.

**GRILLIONES**, Pedicæ, compedes, Hisp. *Grillos*. Martinus Didacus *Daux* Justitia Aragon. lib. 8. Observantiar. Regni Arag. tit. de Contumacia : *Si incartatus captus fuerit, non recipitur juris fidantia ab eo, nec etiam caplevatores ; sed cum catena in collo, vel Grillionibus habet stare juri, etc.*

\* **GRILLONUS**, f. *Clathrus*. Invent. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 1 : *Item inveni duodecim Grillonos et vaccas ferri, et quasdam ferrias*. *Grilete*, Animalis genus, f. rana, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 105 : *Ce poure homme ira après eulx sur la mer, nousant comme les Griletes*.

\* **GRIMAUDUS**, Chartul. eccl. Carnot. ann. circ. 300 : *Debet etiam matricularius... deferre cereum, qui Grimaudus vocatur, quem debet accendere et ponere super candelabrum ferreum inter cordas campanarum, antequam matutinæ incipiantur et etiam ante complectorium*. Liber virid. ejusd. eccl. : *Item doit le doyen à cause du doyen... un cierge, appelé Grimault, qu'il doit bailler et livrer à l'offrande de la Chandeleur, du poids de 16. liv. un quart*.

† **GRIMINI**. Vide *Gremini*.

† **GRIMLICHOR**. Glossar. vet. ad calcem Collectionis Canonum MS. e Bibl. D. Chauvelin : *Sevus, Grimlichor*.

\* **GRIMOLOSUS**, obnoxius morbo, et proprie dicitur de carnibus corruptis. Stat. Casalib. sæc. XIV. inter Mon. Hist. Patr. Taur. tom. 1. Leg. Munic. col. 1018 : *Item statutum est quod aliquis becharius non possit nec debeat vendere seu vendi facere occidere excoiriare appendere vel incidere carnes morbosas, seu de moria, vel Grimolosas, vel marcidas, vel calumpniatas, seu infirmas sub lecto becharie*. (FR.)

† **GRIMPA**. Vide *Guimpa*.

\* **GRINEUM**, *Lo boscho*. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide supra *Gravium*.

**GRINIOSUS**, Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 30. de falconibus nidulariis : *Quando nidassii pascuntur, horripilant pennas, cooperiendo pastum ipsorum, et rostro et pedibus, cum manus custodis eis porrigitur, pastum de-*

*fendunt, qui dicuntur Grinosi, et quanto citius extrahuntur de nidis, tanto plus habent de predictis qualitibus*. Nostris *Grignoner* dicunt circumrodere.

\* **GRINNERES**. Vide supra *Cagualis*.

\* **GRIO**, Idem fortasse quod *Grifalco*. Charta Regin. Pontis et Brager. dom. ann. 1322. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 138 : *Concedimus consulibus... quod in dicta villa Brageriaci sit merqua, cum qua signentur et merquentur tonnelli et pipæ vinorum... Dicta merqua sit ab una parte de armis nostris, videlicet medietas cum uno pede Grionis, et alia medietas cum quadam turri*.

† **GRIOA**, Mensuræ genus. Vide *Goa*.

\* **GRIOTA**, Doctus Hagiographis idem videtur quod *Gruellum*, Polenta, Gall. *Griotte*. Procs. de B. Pet. de Luxemb. tom. 1. Jul. pag. 598. col. 1 : *Emisso voto sensu (mulier impotens) se aliquatiter melioratam ; ita quod manum ad os, licet lente, adducit comedendo Griotam*.

\* **GRIPARIA**. [Navis quedam venetorum.]

**GRIPHUS**, **GRIPPIS**. *Isidorus* lib. 20. Orig. cap. 11 : *Spingate effigies, quos nos Grifhos vocamus*. Helgaldus in Roberto Rege Franc. : *Aliud quoque (phylacterium) jussit parari argento, in quo posuit ovum cujusdam avis, quæ vocatur Grippis*. [Vide *Griffus*.]

\* **GRIPIDUS**, Dimissus, derelictus. Chartul. Celsintan. ch. 279 : *Et filii Petroni filiique Rainaldi habent ipsam apendarium Gripidam et deseparadam*. Ubi et *Gripitia*, eodem sensu, non semel occurrit. Hinc *Grippire*.

† **GRIPIRE**. Vide *Guerpire*.

**GRIPIA**, Genus navis. Bernhardus de Breidenbach in Itiner. T. S. : *Et vidimus fustes et Grippas cum armatis navibus intrare in portum*. [\* Vide mox *Grippus*.]

**GRIPPERIA**, seu Gall. *Gripperie*, Species navis, in Itinerario MS. Guillelmi de Lanoy D. de Villerval.

\* **GRIPIRE**, Dimittere, deserere, pro *Guerpire*. Vide in hac voce. Charta ann. 1162. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 34 : *Idem comes et filius ejus Guillelmus Grippiverunt, et ut firmam et integram pacem de ipsis regaliis ipsi et heredes eorum in perpetuum teneant, sacramento firmaverunt*.

† **GRIPIIS**. Vide *Gripus*.

† **GRIPPONERIUS**, Artifex ; an qui vestes interpolat, Gall. *Frippier* ? Charta ann. 1374. ex Archivis Trevoltii facta dicitur, præsentè *Annequino Lebret* *Gripponerio* civi *Lugdunensi*.

\* F. pro *Gipponerius*, Vestium, quæ *Gippones* appellabantur, sartor, Gall. *Gipponier*. Vide supra *Gippo*.

\* **GRIPPUS**, Idem quod *Grippa*, Celox, Ital. *Grippe*, nostris *Frégate*. Comment. de Bello Ferrar. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 1207 : *Classe unius et viginti trirremium, duarumque biremium ac celocium, quos Grippos appellant (Veneti) circiter seadecim instructa, etc.* Vide alia notione in *Gripus*. [\* Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 132.]

† **GRIPTA**, Locus subterraneus. Vide *Crypta*.

**GRIPIUS**, **GRIPPUS**. Glossæ Isid. : *Gripus, superbus, pilosus*. Ugutio et Joande Janua : *Grypus, superbus, convitiosus ; unde canes parvos et ignobiles Grippos vocamus, quia præ ceteris superbi sunt*. Gloss. Arabico-Lat. : *Grifus, superbus, cervicosus*. In Passione S. Basilei Episcopi Amasæ num. 17.  $\chi\rho\iota\pi\pi\omicron\varsigma$  pro rete usurpatur.

\* Glossar. Lat. Gall. S. Germ. Prat. : *Gripus, orgueilleux, testart, testu*. Aliud

Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Grep*, Prov. *Gripus*. *Gripus*, lo *Grepo*, uno cane, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

\* **GRISANCHIA**, apud Matisconenses *Grisanche*, Lignum, vectis species. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 302 : *L'un desdiz hommes de guerre se parforçoit rompre la porte à tout une grosse piece de boys, appellée Grisanche ; ... et desja à ladite piece de boys avoit soubzlevé ladite porte, etc.*

\* **GRISCIOLUS**. [*Creuset* (?) « Vasorum que dicuntur *Griscoli* ad fundendum metallum pro construendis foraminibus tegularum. (Arch. secret. Vatic. Brevia Sexti IV, 1483, f. 60. »)]

† **GRISELLUS** RONCINUS, Equus gilvus, Gall. *Cheval gris*, in Codicillis anni 1818. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 176. col. 2. et in Chronico Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 665.

† **GRISENGUS**. Vide *Griseum*.

† **GRISENS** GRADARIUS, Equus gilvus, Gall. *Cheval gris*, Lobinell. tom. 2. Hist. Brit. col. 827.

† **GRISENSIS** PANNA, pro *Grisea*. Vide *Panna*.

\* **GRISESCA**, **GRISISCA**. Vide *Gresesca*. [Fr.]

† **GRISSETUS**. Vide *Griseum*.

**GRISEUM**, **GRISUM**, Pellis animalis cujusdam, quod vulgo *Vair* Galli appellant, de quo quædam attigimus in Dissertat. 1. ad Joinvillam, semper in pretio habita. [*Grisia vel varia*, in Privilegio Leduini Abb. S. Vedasti Atrebat. ann. 1086. e. Chartulario ejusdem Monasterii signato V. pag. 243. ubi de variis pellibus censui obnoxiiis. Tabular. Ecclesie Macloviensis : *Statutum fuit 18. Aprilis 1415. ne Capellani audeant deferre almutias de Griso seu vairo.*] Arnoldus Lubecens. lib. 6. cap. 5 : *Nunc non solum scarlatico, vario, Griso, sed etiam purpura et bysso vestiuntur.* S. Bernardus Epist. 2. cap. 11 : *Ut inde compares tibi fræna auræ... varia Griseaque pellicea a collo et manibus ornati purpureo diversificata.* Cæsarius lib. 6. cap. 5 : *Vestimenta ejus erant humillima, non Grisea, non varia, sed ovina. Pelles Griseæ, et varis in Chronico Trudon. lib. 7. pag. 428. Adde Andream Monach. lib. 2. Vitæ S. Ottonis Episcopi Bambergensis cap. 27. Statuta Cluniacensia Petri Venerab. cap. 16. Albertum Aq. lib. 2. cap. 16. lib. 5. cap. 20. Willelm. Neubrig. lib. 3. cap. 23. Ricardum Hagulstad. pag. 328. Gaufrid. de Bello loco cap. 8. Radulf. in Vita S. Ricardi Episcopi Cicestrensis num. 44. [Concilium Terracon. IV. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 323.] etc. Sebastianus Obarruvias : *Grises, son ciertos animalejos, de cuyas pieles se suelen hazer aforros, y dieron les este nombre por la color parda que tienen.**

† **GRISUM**. *Almutiæ de Griso seu de pellibus Grisis*, in Litteris ann. 1371. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 155. Vide *Almutia*.

**GRISEUS** COLOR, qui *Pseudolactinus* Joanni Diacono in Vita Gregorii M. lib. 4. cap. 84. λευκόχαιος, Græcis. Baldricus in Gestis Alberonis Archiepiscopi Trevirensis : *Clericali se toga induit, et populo muliebri caput et vultum involvit, et cappa de panno Griseo se superinduit, etc.* Leges Burgor. Scotticor. cap. 45 : *Et vestitum unius coloris, scilicet Griset, vel albi.* Vita S. Gilberti de Sempringham : *Grisiis, quas dicunt vestibus utens, fucatis fugit pannorum colores. Vestis Grisea, in Chronico Colmariensi ann. 1277. [Grisevestis, apud Ludewig. tom. 6. pag.*

194.] *Grisea tunica*, apud Albertum Argentin. pag. 101. Fridericus II. Imp. de Arte venandi lib. 1. cap. 46. de plumis avium : *Quædam Griseæ seu cinericiæ.* Chronicon Windesem. lib. 2. cap. 6 : *Grisea tunica de quatuor partibus panni consuta.* Thomas a Kempis in Vita Gerardi Magni cap. 11 : *Vestimenta ejus Grisei Coloris.*

**GRISUS** RUSTICANUS. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18 : *Lænea autem dormitorii vel de albo esse debent, vel de Griso Rusticano.* Infra : *Cappæ laicorum fratrum, id est, conversorum, de Griso Rusticano.*

**GRISEI** MONACHI, *Gryfryers*, Anglis. Vide in voce *Monachi*.

**GRISENGUS** PANNUS, *Griseus*, in Legibus Ethelredi Regis cap. 23. et in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 831. Idem qui

**GRISSETUS** dicitur Radulfo de Diceto ann. 978 : *Gaufridus Comes (Andegavensis) indutus tunica illius panni, quem Franci Grisetum vocant, etc.* Infra : *Rez deinceps ut Grisa tunica vocaretur, edicuit.*

† **GRISUS** GIROFALCO, apud Rymermum tom. 2. pag. 1087. Vide *Gryofalcones*.

**GRYSEUS**, in Chronico Mellicensi pag. 360.

**GRISITAS**. Fridericus II. Imper. lib. 2. de Venat. cap. 20 : *Quidam tendunt plus ad Grisitatem.*

De vocis *Griseus* etymo, quædam habent Menagius et Ferrarius.

\* **GRISEUS**, Gall. de Grès. Vide infra *Lapis Griseus*.

\* **GRISILIO**, Manica ferrea, Gall. *Menotte*, alias *Gresillon*. Arest. parlam. Paris. ann. 1378. in Reg. 136. Chartoph. reg. ch. 241 : *Eum (prisonarium) deligaverant, et extra Grisoliones seu manicas ferreas, aliaque vincula posuerant.* Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 13 : *Il meist ledit prisonnier ou cep par les deux piez et es Gresillons par les deux mains.* Chron. Ms. Bertr. Guescl. :

Disoient l'un à l'autre leurs grans necessitez,  
Et comment on les et en prison demenez,  
Et en geaine mis, et les membres tirez,  
Et mis en Gresillons, et les pieds enferrez.

Vide *Gresillon*.

\* **GRISIUM**, Collis, pro *Gresium*. Vide supra in hac voce. Charta ann. 1065. ex Chartul. S. Vict. Massil. fol. 43 : *Donamus illi quemdam locum et terram cultam et incultam, ubi vocant S. Johannis in ipso Griso, totum et integrum.* Alia notione, vide in *Griseum*.

† **GRISOLARIS**. Vox corrupta, ut conjecto, quæ legitur in Præcepto Borelli Comitiss ann. 986. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 339. et seqq. Præceptum istud dicitur *Scriptum hoc mense Aprilis, die VIII. Calendis Maii, luna decima, Concurrente IIII. Epacta VII.* Hæc optime coherent cum anno 986. negotium facessunt proxime sequentia : *A. C. sidus Grisolaris postquam ingressi fuerint XV. et antequam ingrediantur ad caput habeamus ad XLV. Pro A. C. sidus Grisolaris, legerem lubens : Littera C. cycli solaris, quod hæc littera huic anno conveniat.* Cetera, qui potest exponat vel emendet.

\* **GRISOPOLUM**. Vide supra *Crisopolium*.

\* **GRISSELLUS**, pro *Grassellus*, idem quod supra *Grasala*. Vide ibi. Libert. loci Simpodii ann. 1339. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 96. art. 39. *De uno onere scutellarum et Grissellorum, unum Turo-nensem.*

\* **GRISUSUS**, Color equi, Gilvus, Gall.

*Gris*. Lit. remiss. ann. 1359. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 190 : *Duos equos, videlicet unum ruffum-grisum, ... et unum alium Grissum. . . . furtive abduxit dictus Johannes Martelet.* Vide *Grisellus*.

† **GRISULFI**. Vide *Gibellini*.

† **GRISUS**. Vide in *Griseum*.

† **GRITA**, f. pro *Crista*, Mons, collis vel pro *Crypta*, Antrum, spelunca. Privilegium Wifredi Comitiss Barcinon. pro Monasterio Rivi-pullensi, tom. 3. Concil. Hisp. pag. 165. col. 2 : *Ex alio vero latere descendit de terra super corale, et pervenit per ipsa Grita usque in flumine Febreri.* Vide *Critum*.

**GRITBRECH**, Pax Domini Regis fracta, Willelmo Thorn. pag. 2031. et Rastallo ; *fractio pacis*, Brompton, ex Anglico *Grith*, vel Danico *Gritd*, pax, et *Brece*, violatio. Leges Kanuti cap. 32 : *In Danelaga habet Rex fythwitam, i. forisfactum pugnae, et fythwite, i. forisfactum expeditionis, et Gritbrech, i. infractionem pacis.* Adde Leges Henrici I. Regis Anglor. cap. 12. 22. 35. 59. 79. ubi crebro sumitur pro pacis infractore. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 372. tom. 2. pag. 133. Janum Delmerum ad Jus Aulicum Norvegium vetus pag. 506. [et Glossarium apud Waneium de Litter. Septentr. pag. 284. ubi legitur : *Grithriche, id est, Fractio pacis.*]

\* **GRITONATOR** vel **GRITONATUS**, Vocem corruptam esse suspicantur docti Editores. Hispanis *Grito* est Quiritatus, clamor, fremitus : sed nihil ad hujus loci intelligentiam pertinere videntur hæc voces ; unde ab Italico *Gettare*, pro Imponere, fucum facere, quod *hypocritarum* est, accessit atque adeo emendari potest vocabulum *Gritonator* ; nisi pro *Gritonatorum*, legas *Goliardorum*, quod satis aridet. Vita S. Facund. tom. 6. Aug. pag. 474. col. 1 : *Falsos autem prophetas et hypocritas et simulatos Christianos, . . . beatus Facundinus sicut viperas perhorrebat, eorum familiaritates et colloquia fugiens, non permittebat aliquem sectam talium hypocritarum et Gritonatorum, falsorumque spirituum, in sua ecclesia et diocesi intrare et morari.*

\* **GRIXIUM**, Pellis animalis cujusdam, quod vulgo *Vair* Galli appellant, idem quod *Griseum*. Chron. Placent. ad ann. 1185. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 456 : *Habuit ex ea plus quam cl. equos oneratos auro et argento, et samitorum, et palliorum, et Griziorum, et variorum, et aliarum bonarum rerum.* Vide supra *Gressum*.

† 1. **GROA**, Species mensuræ. Vide *Goa*.

† 2. **GROA**, **GROUA**, Idem quod Anglis *Cro* vel *Croa*, Palus, terra paludosa, Gall. *Marais*, *Terre marecageuse*. Litteræ Vicarii Archiepiscopi Rotomag. ann. 1206. in Tabulario Calensi : *Item Ligerus de Vado II. den. de terra sua de Gromont et VII. den. de mäsura sua, et II. den. de sua Groa.* Litteræ Vicarii Pontisaræ ann. 1332. in Chartular. S. Martini Pontisar. : *Tria quarteria de Grouis ad quarrieriam. . . . quinque quarteria ad goulum. . . . tria quarteria de Groa. . . . 40. perticas ad passagium, sex arpenta de Groa.*

\* Vel potius, Locus aut ager sepibus seu virgultis implexis conclusus, nostris *Groe* et *Groye*. Charta ann. 1321. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 156 : *Pour une Groe, de laquelle l'en li souloit rendre dis sept deniers de cen.* Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 195. ch. 1575 : *Le suppliant*

et ung autre en sa compaignie enmenere-  
rent une jeune femme amoureuse en unes  
plesses et Groyes près d'illec, etc. Vide  
infra Groea.

\* Haud scio an inde Grohan in Chron.  
Andegav. edit. ann. 1529. cap. 9. pag.  
15: Et dit on pour verité que Cesar,  
estant au pais d'Anjou, fit édifier et cons-  
truire un château et théâtre pour sa de-  
meure, hors la ville d'Angiers, et près  
l'un des portaux d'icelle, lequel est à pré-  
sent en ruine, et n'y paroît plus que les  
fondemens, et est en langage Angevin  
appellé Grohan.

**GROBA**, Fovea, cloaca, ex Germ.  
Grube. Occurrit apud Henr. Aquilonipol-  
ensem in Lubeca lib. 2. cap. 1. non  
semel.

\* **GROCERUS**, Magnarius, solidæ mercis  
propola, Gall. Marchand Grossier. Litteræ  
ann. 1892. apud Rymer. tom. 7. pag. 727:  
Per Robertum Fitz Robert, Adam Yerdele  
et Johannem Halle, Groceros Londoniæ,  
appreciatas, etc. Aliæ ann. 1471. apud  
eundem Rymer. tom. 11. pag. 680. Jo-  
hannes Harrys civis et Grocerus Londoniæ.  
Occurrit rursus in Formulari Anglic.  
Thomæ Madox pag. 285.

\* Vel qui omne genus specierum ven-  
dit, Gall. Epicier; utrumque enim An-  
glicum Grocer significat.

\* **GROCITER**, Multum, copiose. Charta  
ann. 1322. in Reg. Chartoph. reg. ch.  
126: Emerunt frequenter... mercaday-  
rias, tam de pannis pluribus et diversis,  
quam de hiis quæ spectant ad ministe-  
rium seu artem de ypothecaria... in qui-  
bus omnibus et singulis per Dei gratiam  
bene et Grociter lucrati fuerunt. Phra-  
sis Gallica: Ils ont gagné gros. Vide  
Grocerus.

† **GROCUMIUM**. Vide Gerocmium.

\* **GROCUM**, pro CROCUM, Herba bulbo  
carnoso, multisque fibris crinito, Ital.  
Croco, et Gruogo, Gall. Safran. Stat.  
Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 203:  
Et victualia vero non intelligimus esse  
Grocum (Crocum '60.) piper, çinçaber et  
mel et omnes species. (F.)

\* **GROEA**, Locus in fluvio virgultis im-  
plexis conclusus piscium capiendorum  
gratia. Charta ann. 1144. ex Tabul. S.  
Satyr. [Concedo ecclesiæ sancti Satyri  
quidquid juris in littore Ligeris circa  
Mesvam in piscatoriis, rameis, Groeis  
habeo, uzore mea et filio meo concedenti-  
bus, omni calumpnia extincta. Vide supra  
Groa 2. et mox.]

\* **GROETA**, Eadem notione, in Reg.  
episc. Nivern. ann. 1287: Groetæ et sa-  
genæ ad episcopatum pertinent.

**GROGNIUM** Tabular. Episcopat. Am-  
bian. ann. 1231. fol. 95: De Grogno juxta  
aream Joannis vetulæ, dicimus, quod sa-  
lices, et illud, quod calceatum est, debent  
tollî usque ad altitudinem aquæ. [Forte  
idem est quod mox Gronna.] [\* Idem  
forte quod supra Groea.]

**GROINUM**, [Idem quod infra Gruinum.]  
Charta Raynaldi Episc. Noviom. ann.  
1177. in Tabulario Abbatæ Montis S.  
Marlini, diocesis Cameracensis: Hæc  
autem ad Majoriam pertinere dicebat,  
tractum et custodiam terragii, Groinum,  
rehallonem, garbas deligatas, cyrothecas,  
redemptiones terrarum, furnum et stala-  
gium. Vide Grugnum.

\* Inquisit. ann. circ. 1270. in 1. Lib.  
nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 23. r. : De  
articulo ubi dicit medietatem Groini ad  
se pertinere: dicunt ipsum ad hoc esse  
restituendum, hoc salvo quod garbæ, qua-  
rum vincula rupta sunt, quas dicebat ad  
Gronnum ire debere, si in propriis vinculis  
religari non possent, ad Groinum, ut

petebat, ire non debent. Nec est præter-  
mittendum quod virtute hujus verbi,  
Groini, grapinum non intelligitur. Vide  
infra Gruinum.

\* **GROINIUM**, Eadem acceptione, in  
Charta ann. 1170. ex Chartul. A. eccl.  
Camerac. ch. 88: Et pro Groinio, quod  
suum major esse contendebat, amore pacis  
vj. frumenti raserias ad mensuram Dua-  
censem habebit. Alia ann. 1187. ibid. ch.  
100: In omni Groinio, in hautone, in pro-  
curacionibus, etc.

\* **GROLERIIUS**, Veteramentarius sutor,  
Gall. Savetier, Provinc. et Occit. Grou-  
lier. Stat. sabbat. Carcass. ann. 1402.  
tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 564.  
art. 17: Quod Grolerii dicti burgi non  
sunt ac erunt comprehensi in privilegiis  
hujusmodi, attentio quod ad hoc vocati  
adherere noluerunt cum dictis sabbate-  
riis, ymo totaliter ab eis separatos esse  
voluerunt.

\* **GROLIA**, Putamen, testa, Gall. Coque.  
Stat. Montis-reg. pag. 321: Item pro ses-  
tario castanearum cum Grolia, den. vj.  
Stat. Astæ ubi de Intrat. port.: Aman-  
dolæ cum Grolia solvant pro quolibet  
medio libras viij.

\* Nostris vero Grolée et Grolée, Re-  
fectio quadam appellata. Lit. remiss.  
ann. 1353. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch.  
164: Lesquels furent un soir par nuit en  
une pezière... de laquelle, il voloient ap-  
porter des rains et des coses pour faire  
une Grolée aus champs, où les plusieurs  
d'eulz gardoient bestes en pasture, etc.  
Stat. ann. 1553. inter Probat. Hist. Au-  
tiss. pag. 221. col. 1: Quia consuetum est  
in festis annualibus et solemnibus... mi-  
nistrari refectio, quæ dicitur la Grolée:  
et quia consuetudo hujusmodi fuit per  
nonnullos intermissa, ordinatum quod  
canonicus noviter receptus, qui nondum  
paraverit dictam refectioem panis et  
vini, la Grolée nuncupatam, tenebitur  
providere super ea, et providere dictam  
refectioem, quæ erit panis et vini ad  
minus, et plurimum cibatorum, si vo-  
luerit.

† **GROLLARE**, Movere, Gall. Grouiller.  
Miracula S. Zitiæ tom. 3. April. pag. 522:  
Ipsæ multoties videbat eam Grollantem  
capite, tanquam insanientem.

\* Ital. Crollare, nostris Croler, Croller,  
Crosler et Crouler. Lit. remiss. ann. 1392.  
in Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 220:  
Icelle femme en courant vint hurter audit  
Guillaume, lequel la hurta du bras, sans  
ce que il semblast que li uns feist mal à  
l'autre, ne que l'un ne l'autre en Crolast  
ou cheust. Gesta Ludov. Pii cap. 12. tom.  
6. Collect. Histor. Franc. pag. 144: Nus  
ne fu puis si hardiz qui s'osast Croller  
contre l'emperour. Lit. remiss. ann. 1403.  
in Reg. 158. ch. 230: Icellui Houcy en  
demonstrant qu'il avoit volenté de mal  
faire au suppliant, Crossta la teste. Chron.  
S. Dion. tom. 5. ejusd. Collect. pag.  
223: De tout cel an ne se Croula li rois  
de son roiaume. Le Roman de la Rose  
MS. :

Ainssy comme un ymage mue,  
Qui ne se Crolle, ne ne mue,  
Sans pié, sans mains, sans doi Croller,  
Sans ex mouvoir et sans parler.

Hinc Crolle, Crolleys et Croule, Commo-  
tio, motus, Ital. Crollo. Annal. regni S.  
Ludov. edit. reg. pag. 229: En icel an  
meismes (1255.) el mois de Septembre, fu  
Crolleys de terre en la cité de Roume.  
Chron. S. Dion. tom. 3. jam laudatæ  
Collect. pag. 176: En ce tens fu Crolles  
et esmouvement de terre. Gesta Ludov.  
Pii cap. 15. ibid. tom. 6. pag. 151: Si

granz Croules et si granz movemenz de  
terre, etc.

† **GROMA**, Species mensuræ. Vide  
Gruma 4.

† **GROMARTHIUS**, pro Turmarchus,  
Turmæ præfectus. Vide in Platearius  
post Plateaticum.

**GROMATI**. Epitaphium Romoaldi Prin-  
cipis Beneventani, apud Camillum Pe-  
regrinum:

Gromati pollens, mundana lege togatus,  
Divina instructus, nec mihi ille fuit.

Ubi legendum opinor *Grammatis*, id est,  
litteris. Vide *Gramma*.

† **GROMES**, GROMETTUS, Famulus ab  
Anglico Groom. Testam. Richardi Regis  
Angl. apud Rymer. tom. 8. pag. 77:  
Item, volumus quod omnia indumenta,  
exceptis perlyis et lapidibus pretiosis, re-  
maneant Clericis, valettis et Gromes, qui  
circa nostram personam jugiter laborave-  
runt et laborant. Litteræ ann. 1513.  
apud eundem Rymer. tom. 13. pag.  
352: Dilectus serviens noster Jacobus  
Worsley Gromettus garderobæ nostræ.  
Vide Gromus.

\* Nostris Gromet et Groumet, eodem  
significatu. Lit. remiss. ann. 1392. in  
Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 74: Duquel  
Jaque le Coq l'exposant estoit serviteur et  
Gromet. Aliæ eadem de re ibid. ch. 83:  
Un Groumet, nommé Fagot, qui condui-  
soit iceulx vins, etc. Unde emendanda  
Ordinat. de mercibus Parisios aqua ad-  
ductis ann. 1415. in Reg. 170. ch. 1. ubi  
Gerromez, pro Groumez, legitur: Les  
pontonniers crieront hors et ens, affin  
que les varlez ou Gerromez des marchands,  
se ilz sont hors leurs bateaulx, se re-  
traient en leurs bateaulx. Gromme, parl  
intellectu, in Poem. MS. du Riche et du  
Ladre:

A ceste gent (de guerre) sont compaignon  
Mauvais Grommes, mauvais garçon,  
Des boines gens boivent le vin,  
Que il carient, au quemain.

Hinc diminutivum Grometel, in Lit. re-  
miss. ann. 1398. ex Reg. 153. ch. 298:  
Laquelle chambriere dist au suppliant,  
vous estes en jalousie de vostre femme et  
de Guillaume le foulon... vous n'en devez  
point avoir de doute. Et adonc ledit sup-  
pliant lui respondi, je ne suis tenu de  
m'en doubter néant plus comme du Grom-  
metel... et dist à sa femme: je cuide que  
vous me voulez jouer de jeu que vous me  
jouastes avec le Grometel, et vous ne m'en  
ferez plus.

\* Ex quibus non aliunde accersenda  
videtur origo vocis Gallicæ *Gourmat*,  
qua significatur ille, cui vina prægus-  
tandi atque alterius nomine emendi  
officium commissum est, vulgo *Commis-  
sionaire, facteur*. Lit. remiss. ann. 1403.  
in Reg. 157. ch. 306: Guiot dit Rolot har-  
nicheur et Gourmet de vins demourant à  
Bruieres en Laonnois, etc. Nisi sit pro  
vinorum ductore, Gall. *Voiturier*, ut  
supra *Gromme*. Inde denique *Gourmet*,  
sensu hodierno, peritus scilicet vini  
æstimator. *Grumete* Hispan. Puer nauti-  
cus, Gall. *Mousse*. Nunc vero *Gour-  
mette* appellatum illum, cui a merca-  
tore merces in navi servandæ commit-  
tuntur.

† **GROMNA**, pro Gronna: quod mox  
vide.

**GROMULUS**, Ager, in Glossar. Regio  
MS. Cod. 1197. vox orta, ut videtur, ex  
*Groma*, quæ Agrimensoribus nota, vel  
ex *Grumus*, i. *Clivulus*.

† **GROMUS**, ut supra *Gromes*, Famu-  
lus. Testam. ann. 1440. apud Madox  
Formul. Angl. pag. 433: *Lego... cuilibet*



valecto XL. sol. et cuilibet Gromo XX. sol. et cuilibet pagetto VI. sol. VIII. den.

\* **GRONDA**, vox Italica, Subgrunda, pars prominens tectorum, qua aquæ a muro projiciuntur. Charta ann. 720. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1003: *Constant me Sunduald... vindidisse... medietatem de casa meas infra civitatem, cum Gronda sua livera, tam solamentum, quam ligname sine Grondas, etc.* Vide *Grunda*.

\* **GRONDALIS**, Eadem notione. Charta Landenulfi Langob. princ. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 87. col. 1: *Et licentiam haveret pars ipsius monasterii supra eodem muru facere et ponere canali conjunctæ cum case illæ, quæ ibidem edificare deberet, ubi discurrant aquas de Grondales de case ipse.*

\* **GRONDARIA**, ab Ital. *Grondaia*, Subgrunda, projectura tecti, qua stillicidium a pariete arcetur, Gallis, *Gouttière*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 403: *Quia Grondaria domorum, que sunt in contrata, in qua habitat dominus Jacobinus de allegracore, nimis prope sunt... et ad removendum incendii timorem expediat habere latitudinem, statumimus... quod Grondaria, sive stillicidia ditorum domorum... debeant se retrahere per unum pedem.* (Fr.)

\* **GRONDICIA**, Stillicidium, Ital. *Grondaia*. Cod. reg. sign. 4189. fol. 18. v. : *Habet Romana ecclesia in castro Montiflasconis quamdam domum positam... juxta rem hæredum Martini Ranutii, Grondicia mediante, et juxta viam publicam.*

**GRONNA**, GRUNNA, Colgano et Bolando, est palus, seu locus bituminosus et uliginosus, unde cespes eruitur, qui siccatus foco struendo, non secus ac carbones, adhibetur. Cogitosus de S. Brigida virg. Scotæ, n. 33: *Ut edificarent viam latam et firmam ramis arborum, petris in fundamento positis... in Gronna profunda et pene intransmeabili, et in locis humentibus, etc.* Simeon Dunelmensis, Radulphus de Dicoen ann. 1040. et Rogerus Hovedenus pag. 433: *Ipsius Haroldi corpus effodere, et in Gronnam projicere jussit.* Charta Edgari Regis, tom. 1. Monastici Angl. pag. 243: *Cum... pascuis, silvis, pascuariis, capturis, Gronnis, etc.* Adde aliam Regis Æthelredi pag. 258. et Anonymum de Miraculis S. Bertini cap. 9. [ubi Mabillonius, legit *Gronna* et ex MS. *Gruna*.] et Vitam 2. S. Carthaci Episcopi num. 46.

**GRUNNA**, Vita S. Aidani Episcopi Fernensis n. 10: *Erat autem magna Grunna inter eos et silvan, per cujus circuitum via erat.*

**GRONNIA**, Asserus de Ælfridi rebus gestis pag. 18: *Unum (Monasterium) quod permixta Gronnia paludosissima et intransmeabili, et aquis undique circumcingitur.* Infra, pag. 19. *Gronna scribitur.*

**GRONNOSUS**, Paludosus. Idem Asserus de Ælfridi rebus gestis ann. 878: *Cum quibusdam militibus et vassallis per silvestriam et Gronnosa Summurtunensis pagi loca in magna tribulatione inquietam vitam duxerat. Eadem habentur apud Flor. Wigorn. pag. 590. [pro quo Auctor Vitæ S. Neoti sæc. 4. Benedict. part. 2. pag. 333. habet: *Locum ingressus est, magnis undique circumseptum paludibus.*] A gronnis porro dicta aliquot oppida volunt, Groningam in Frisia; Gronaw in Agro Brunswicensi et Gruningam in Episcop. Halberstadensi.*

\* **Nostris Terre Gronelle**, eodem sensu. Lit. Phil. VI. ann. 1335. in Reg. 69.

Chartoph. reg. ch. 296: *Item en terres Gronelles, larrix en terres gaegnables, etc.* Vita S. Luani tom. 1. Aug. pag. 351. col. 1: *Cum ergo Lugidius a Cronano trans Grunnam exiret ad Doin Dornich, sedit lassus in medio Grunnæ, etc.*

\* [« Pro tringinta planis grossis pro Gronna librariæ, videlicet super cameris. » (Arch. secret. Vatic. Brevia Sixti IV, 1483, f. 60.) — Forsan perversa lectio est et corrigenda in *Gronda, Gouttière*.]

**GRONNIUS**, Asserus de Ælfridi rebus gestis ann. 887: *Velut apis fertilissima, longe lateque Gronniis interrogando discurrens, multimodos divinæ Scripturæ foscutos... congregavit, quos præcordii sui cellulas densatim replevit.* Forte Gronniens, aut Grunniens.

\* **GROP**, Sporta, Gall. *Hotte*, a *Groppa*, clunis; quia super *gropam* defertur. Leudæ min. Carcass. MSS.: *Item de saumata cereriarum,.... j. den. et de quolibet Grop, unum obolum.* Unde etiam *Gropiera, postella*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† **GROPIALS**, Fumis ad retinendam navem, Gall. *Croupière*, vel *Croupias*. Informationes Massil. de passagio transmarino e MS. Sangerni: *Item vult habere ipsa navis Gropials VI. quilibet xxx. passorum.*

\* **GROPSA**, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

**GROPPA**, Clunes, vox Italica, nostris *Groupe*. Auctor Mamotrecti ad cap. 24. Numer.: *Pugio est parvus gladius bisacutus lateri adherens, qui et clunabulum dicitur, quasi ad clunem, id est, ad Gropam religatum.* Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital.

\* Chron. Pet. Azarii apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 391: *Volo quod equum meum in Groppa ascendas.*

\* [« Predictus dux cum larvato in Groppa sue mule consedente. (Diar. Burchard. ed. Thuane, II, 388, an. 1497.) »]

\* **GROPPERA**, [Gall. *Croupière*: « Equum cujus frenum, pectorale et Groppera perlis in copioso numero ornata erant. (Diar. Burchard. ed. Thuasne, II, 161, an. 1494.) »]

**GROPPOLOUS**, Nodosus, vox Italica, *Gropposo*, *Groppoloso*. *Lapis Groppoloso*, in Miraculis B. Simonis Tudertini n. 36. Vide Ferrarium in *Groppa*.

† 1. **GROPPUS**, σκελλός, *Aridus*. Supplem. Antiquarii. [« Leg. *Grappus*, ut in Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr. Vide in hac voce. »]

\* 2. **GROPPUS**, Ital. *Groppa*, Nodus, acervus. Stat. Montis-Reg. pag. 277: *Quilibet textor vel textrix capiat tantum... de Groppis solidos duos.* Vide infra *Gruppus* 1.

\* 1. **GROPUS**, Congeries, massa, Ital. *Groppa* et nostris *Groupe*, eodem sensu. Invent. ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 811: *Bacilia duo argenti deaurata cum rosa relevata, ad animalia et Gropos cum arboribus et pluribus aliis operagiis.*

\* 2. **GROPUS**, Collum, ut videtur, phialæ. Correct. stat. Cadubr. cap. 75: *Nullus hospes sive tabernarius... audeat... in ejus taberna sive hospitio tenere fialas, quæ non sint justæ mensuræ usque ad Gropum.*

† **GROPYS**, Uncinus, a Saxon. *gripan*, Arripere, capere: *In clavis caret. Gropys et aliis ferramentis emptis Oxon.... XII s.* apud Kennetum in Antiquiq. Ambrosden. pag. 573. Ferreus uncinus est, cui annectitur catena ad rotam sufflammandam.

**GROS**, Orbis, circulus. Papias.

**GROSA**, Rasoria, Papiæ. Ita MSS. Codd. At Editio Veneta habet *Rasoria argentarii*.

\* **GROSELERIUS**, a Gallico *Groselier*, Grossularia. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 320: *Idem exponens projecit extra muros... quemdam lapidem,.... ex cujus ictu attinxit quemdam puerum in quodam duno seu Groselerio juxta fossatos absconsum.*

\* **GROSIUS**, *Lo carcasso*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **GROSO**, Rudis, hebes. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 341: *Cui Arnaudo dictus Raymondus repplicavit: Tu mentiris, arlot, Groso, mal nez.* Vide in *Grossus* 1.

1. **GROSSA**, Dragma, Anglis, a *Groate*, nostris un *Gros*. Henricus Knygthon. ann. 1378: *Concessa est Regi una Grossa, quæ continet 4. denarios, de quolibet viro et muliere.* Vox nota.

† 2. **GROSSA**, Luculentior scriptura, Gall. *Grosse*. Epistola Innocentii III. PP. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 414: *Cum autem Notarius... literas notatas secundum arbitrium postulantis et redactas in Grossam literarum in nostra præsentia relegisset.* Vide alia notione in *Grossum* 1.

**GROSSARE**, In mundum redigere, [seu luculentius nitidiusque scribere.] Gall. *Grossoier*. Carmen de Curia Romana [apud Mabillonium tom. 4. Analect. pag. 172: ]

Istorum labor est Chartas Grossare notatas,  
Et Grossas Cameris restituisse suis.

Infra:

Prima dies igitur scribit quodcumque petendum,  
Et tua portabit nota secunda Patri.  
Tertia Grossabit, bullatum quarta videbit, etc.

[Charta S. Illidii Claromont. ann. 1197: *Prædictus titulus Grossatus et sigillatus fuit.* Consuetudo Brageriaci art. 32. et 33: *Solvat quilibet actor... pro Grossando 5. solidos de brassata, si sit in papiro; si vero actor processum suum Grossare voluerit in pergamento... scriptor Curie non Grossabit processum, nisi per partem fuerit requisitus.* Occurrit apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 294. *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 417. tom. 2. pag. 125. Rymer. tom. 8. pag. 368. et alibi passim. Vide *Ingrossare* 1.]

† **GROSSARIUS**, Qui instrumenta publica luculentius describit. Arestum Parlam. Tolos. ann. 1498: *Per me Grossarium infra scriptum signato.*

† **GROSSATOR**, Eadem notione. *Ricardus de Cabanis abbreviator et Grossator domini Papæ*, in Capitulis gener. MSS. S. Victoris Massil.

\* **Grossaire**, eodem sensu, in Lit. Phil. VI. ann. 1336. ex Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 366: *Nostre amé mestre Bernart Bru, Grossaire du saint Pere, pardevers nostre très chier et féal ami le cardinal vischancelier.* Vide in *Grossa* 2.

\* **GROSSATIO**, Actorum luculentior descriptio. Lit. ann. 1407. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 290: *Circa custodiam et Grossationem protocollorum hujusmodi providendo debite et secure, etc.* *Grossier*, pro *Grossoier*, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 12: *Lequel Boileau avoit fait Groussier et escripse une fausse lettre.*

† **GROSSARE**, Solidam seu magnariam mercem emere, Gall. *Acheur en gros*. Litteræ ann. 1419. apud Rymer. tom. 9. pag. 795. *contra abusum in vino Grossando: Maximam partem vendagii istius patriæ pro hoc anno emerent et Grossarent.* Vide alia notione in *Grossa* 2.

† GROSSARIA, Platea *Grossariorum*, ubi habitant magnarii in Charta Massiliensi ann. 1428.

† GROSSARIUS, Magnarius, solidæ mercis propola, Gallice *Marchand Grossier*, apud Menotum Serm. Quadragesim. fol. 120. Vide alia notione in *Glossa* 2.

† GROSSARIUS FABER. Statuta Adalardi Abb. Corbeiensis, tom. 4. Spicil. Acher. pag. 2: *Ad secundam cameram . . . fabri Grossarii sex, aurifices duo, sutores duo, scutarii duo, pergaminarius unus, samiator unus, fusarii tres. Grossarios fabros suspensor esse ferrarios; quod hos non credam in longa, quæ ibi habetur, artificum enumeratione fuisse prætermisios. Vide Fabri Grossarii.*

† GROSSATOR. Vide in *Glossa* 2.

† GROSSELENUS, f. Orbis escarius, Gall. *Assiette*; *Gros* quippe Papiæ est orbis, circulus. Inventarium ann. 1874. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 557: *Item duas alias scutellas argenti signatas in margine inferiori cum signo ad modum Agnus Dei. Item 12. parvos Grosseleos argenti absque signo quocumque.*

† GROSSELLA. Glossæ MSS.: *Calla, Grossella.*

† GROSSESCERE. Vide in *Grossus* 1.

★ GROSSETUM, [Gall. de *Gros* (livre): « Pro libris 4. et uncis 6. cum dimidia argenti de *Grossetis*. (Depositeria, Arch. Vatic. 1428-29. f. 128).»]

★ GROSSICIA, [Italis *Grossezza*: « In medio quorum est baculus cum *Grossicia* in summitate. (Inv. Card. Barbo ex transcript. Müntz. 1457).» Describitur *Phallus*.]

★ GROSSICIES, Crassitudo, Gall. *Grosseur*. Correct. stat. Cadubr. cap. 110: *Pro clausuris ligna non excedant revolutionem et Grossiciem unius pedis. Vide alii notionibus in Grossus* 1.

GROSSILIA. Jus Vicentin. lib. 4: *Coloni tenentur dare fictus de Grossilibus, sive de mazoriminibus, in festo sancti Felicii, etc. Ibidem: Item laboratores non debent colligere seu movere de campis Grossilia, minuta, uvas, etc.* [\* Vide supra *Groseleus*.]

† GROSSITAS, GROSSITIES, etc. Vide *Grossus* 1.

★ GROSSITUDO, [Gall. *Grosseur*: (Sceptum) minoris *Grossitudinis* parvo meo digito. (Diar. Burchard. ed. Thuasne, II, 154. an. 1494).»]

† 1. GROSSUM, *Annuus redditus beneficiorum*, in Amalthea; qui scilicet ratione beneficii annuatim obvenit, præter quotidianas distributiones, quæ iis solum dari solent, qui divinis intersunt officis, Gall. *Le gros d'un benefice*. Occurrit in Charta ann. 1367. apud Miræum tom. 2. pag. 893. in Statutis S. Capellæ Paris. pag. 20. etc. Vide Bleinyanum Instit. pag. 216. et mox *Grossus* 1.

† GROSSA, Eadem notione. Concil. Mexican. ann. 1582: *Itaque dum in quadranti signum hoc R. requiem denotans habuerit (Præbendatus), præbendæ suæ acervo seu Grossa dumtaxat fruatur.*

★ *Gros* idem appellatur Proventus ex vectigalibus publicis, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 321: *L'exposant comme fermier du peage et menus costumes, appellés le Gros, de nostre ville de Lorriz, etc.*

† 2. GROSSUM. *Vendere in Grosso* vel *ad Grossum*, Gall. *Vendre en Gros*, per aversionem, in Charta ann. 1332. apud Rymer. tom. 4. pag. 516. in alia ann. 1383. tom. 7. pag. 378. in Chr. Richardi de S. Germano apud Murator. tom. 7. col. 130. et alibi.

† 3. GROSSUM. Tuber. Miracula B. Gerlandi, tom. 3. Junii pag. 639: *Nata fuit clauda et super ancha Grossum habebat.*

Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 456. col. 2: *Puer quidam... cum infirmaretur eo morbo, qui dicitur Grossum in gutture, etc.*

† 4. GROSSUM CRURIS, Pars illius crassior et corpulentior, vulgo *le Gros de la cuisse*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 637: *Percussit dictum Petrum de quodam cutello, quem habebat, in Grosso cruris.*

† 5. GROSSUM, Latitudo. Charta ann. 1255. ex Cod. reg. 9612. U.: *Duo mille et 500. arpenta nemoris, ... mensurata ad arpenta Trecentia, quæ continent sex perches de Grosso et 30. de longo. Eadem Gallice leguntur in Ch. Margar. reg. Navar. ejusd. ann. ex Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris.: *Deux miles et cinc cent arpans de terre et de bois assiz ès bois de Derf, mesurez à l'arpant de Troies, de six perches de Gros et de xxx. de lonc.**

† Crassitudo. Ruodlieb. fragm. 3. vers. 123:

Inque modum pisæ per cuprea vascula fundo,  
Majorisque nucis ad Grossum fundito vasis.

1. GROSSUS, Crassus, magnus. Glossæ Græc. Lat.: *ἄργυρος, Bassus, Grossus, crassus*. [Hinc Ludovicus VI. Franc. Rex *Grossus* dictus est cum aliquot aliis. Genealogia Regum Franc. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 805: *Ludovicus Grossus genuit Robertum Grossum Comitem Drocarum*. Pag. 807: *Theobaldus Grossus Comes Treccarum, etc.*] [\* Qui et *Magnus* nuncupatur, quia statura proceriori et crassiori, ut in Charta ann. 1140. ex parvo Reg. S. Germ. Prat. fol. 41. r. col. 1: *Regnante rege Ludovico filio regis Ludovici Magni. Eadem habet Charta A. episc. Silvanect. ann. 1162. in Chartul. Vallis B. M. dioc. Paris. Vide Magnus* 1.] Amalarius in Prologo ad lib. de Eccles. Offic.: *Mihi peccatorum Grossu res data est potius ad indagandum quam exponendum*. Adde lib. 2. cap. 16. [*Grossa domus, Gall. Grosse maison, Familia nobilior, Menoto in Serm. Quadrag. fol. 112. v. Grossa decima, in Charta ann. 1103. apud D. Calmet. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 575. Gall. Grosse dime, scil. frumentum, vini aliorumque fructuum præcipuorum; quæ *Grossorum fructuum* dicitur in Tabulario B. Mariæ de Bononuntio Rotomag. *Grossa glacies*, 1. spissa, in Annal. Mutinens. apud Murator. tom. 11. col. 57. *Grossa campana, Gall. Grosse cloche, apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 154. Grossi fructus, pro Grossum* 2. *Annuus beneficii redditus, in Charta ann. 1379. ibid. pag. 191. et in Statutis ann. 1380. ibid. pag. 504. Grossa causa, majoris momenti, in Statutis ann. 1315. apud eumd. Lobinell. tom. 5. pag. 626.] *Grossum lignum, in legibus Aluredi cap. 14. Grossi nervi, ibid. cap. 51. Grossus panis, in Chron. Windesem. lib. 2. cap. 5. 56. Vestes humiles, Grossæ et simplices, apud eumd. cap. 60. Vestem respuit Grossiorem, apud Sulpic. Sever. Dial. 1. 21.] [*Grossa tegmina, in Visione Wetini, sec. 4. Benedict. part. 1. pag. 292. Grossus tumminus, in Constitut. Frederici Regis Sicilia cap. 42.] Adde Gregor. M. Præfat. in Ezechiel. et lib. 25. Moral. cap. 22. Palladium de Architect. ex MS. Domnizonem in Prologo lib. 1. de Vita Mathild. et alios passim. Silva Grossior, in chart. Otton. I. Imper. ann. 937. ap. Erath. Cod. Diplom. Quedlinb. num. 5. *Grossum militare, in chartul. Sarcæpt. num. 40.]*****

† GROSSUS, Rudis, inchoatus. Jo. de Janna: *Grossus, rudis, villanus*. S. Augustinus lib. contra Epist. Manichæi cap. 21: *Si ad ista Grossi etiam et tardi sitis, quæro, etc.*

† Inhabilis, Ital. *Grosso*. Theodor. de Niem de vita Joan. XXIII. tom. 2. Conc. Constant. part. 15. col. 357: *Qui licet esset in se bonus, erat tamen quasi omnino illiteratus, nec non valde Grossus et indispositus ad papatum.*

GROSSUS RUSTICUS. Ita appellatus a nostris, seu *Gallis*, quidam Princeps Saracenus, qui regiones regno Ægypti et tractul Damasceno adjacentes possidebat, dum nostri primam expeditionem sacram susceperet, præ nimia pinguique corpulentia, vilique persona, in qua totus rusticus esse videbatur, ait Albertus Aquensis lib. 7. cap. 11. lib. 10. cap. 5.

GROSSA VERBA, Convivium atrox, vulgo nostris *Grosses paroles*. [*Gros mots*.] Charta Libertatum Novæ Bastidæ in Occitania ann. 1293. in Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1299. n. 16. ex Chartophylacio Regio: *Item si quis alicui verba contumeliosa et Grossa dixerit, etc.*

† GROSSITIES, Spurcities, immunditia. Chron. Trivetti tom. 8. Spicil. Acher. pag. 431: *Manus ejus (Henrici II. Regis Angl.) quadam Grossitie sua hominis incuriam protestantur; earum enim cultum prorsus negligit, nec unquam, nisi aves deferat, uitur chirothecis.*

† GROSSITIES INGENII, Mentis hebetudo, in Vita Vener. Odæ, tom. 2. April. pag. 773. *Grossities intellectus, apud de Breydenbach Itiner. T. S. pag. 163.*

† GROSSUS, Dives, nobilis, potentior, quo sensu *Gros* dicimus. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 344: *Oudinus operarius vinearum dixit quod si minuti volebant ei credere, ipsi facerent bellum contra Grossos, et ipsos occiderent. Unde natum proverbium: Duo Grossi non possunt in uno sacco conversari, inter Acta pontif. Cenoman. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 386.*

† GROSSA JUSTITIA, Major, quæ vulgaritius *Alta* appellatur, Merum imperium, Gall. *Haute justice*. Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5189. fol. 5. v.: *Hugoninus de Accellis... tenet apud Accellos... domum suam et homines suos in justitia Grossa et bassa.*

† GROSSA MATERIA, Stercus humanum. Vide infra in *Materia*.

† GROSSO MODO, Neglectis fori ambagibus, absque arte, simpliciter. Charta ann. 1319. in Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 86. r.: *Deputati procedent summarie et de plano et informabunt se Grosso modo cum gentibus domini regis, etc.* Homag. ann. 1356. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1609: *Michi dedit in mandatis, quod Grosso modo et sine præfatione dicam quæ dicturus sum. Grossement, pro Ample, in Memor. E. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1394. fol. 317. v.: Houppelandes entailées menuement ou Grossement.*

† GROSSUM AVERE, Gall. *Gros détail*, passim occurrit in Chartis diversarum regionum.

† GROSSE, Difficulus. Vita S. Hugonis Abb. Bonavall. tom. 1. April. pag. 48: *Ivit considerare qualiter ille paralyticus se haberet, et vidit eum jam Grosse anhelantem.*

† GROSSUM DIAPENTE, Alta voce et magna aut gravi modulatum. Reinard. Vulp. lib. 4. vers. 675:

Hic Grossum diapente tonat sub voce Sonoches.

GROSSUS, Rudis, inchoatus. Jo. de Janna: *Grossus, rudis, villanus*. S. Augustinus lib. contra Epist. Manichæi cap. 21: *Si ad ista Grossi etiam et tardi sitis, quæro, etc.*

† Inhabilis, Ital. *Grosso*. Theodor. de Niem de vita Joan. XXIII. tom. 2. Conc. Constant. part. 15. col. 357: *Qui licet esset in se bonus, erat tamen quasi omnino illiteratus, nec non valde Grossus et indispositus ad papatum.*

GROSSUS RUSTICUS. Ita appellatus a nostris, seu *Gallis*, quidam Princeps Saracenus, qui regiones regno Ægypti et tractul Damasceno adjacentes possidebat, dum nostri primam expeditionem sacram susceperet, præ nimia pinguique corpulentia, vilique persona, in qua totus rusticus esse videbatur, ait Albertus Aquensis lib. 7. cap. 11. lib. 10. cap. 5.

GROSSA VERBA, Convivium atrox, vulgo nostris *Grosses paroles*. [*Gros mots*.] Charta Libertatum Novæ Bastidæ in Occitania ann. 1293. in Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1299. n. 16. ex Chartophylacio Regio: *Item si quis alicui verba contumeliosa et Grossa dixerit, etc.*

† GROSSITIES, Spurcities, immunditia. Chron. Trivetti tom. 8. Spicil. Acher. pag. 431: *Manus ejus (Henrici II. Regis Angl.) quadam Grossitie sua hominis incuriam protestantur; earum enim cultum prorsus negligit, nec unquam, nisi aves deferat, uitur chirothecis.*

† GROSSITIES INGENII, Mentis hebetudo, in Vita Vener. Odæ, tom. 2. April. pag. 773. *Grossities intellectus, apud de Breydenbach Itiner. T. S. pag. 163.*

† **GROSSITAS**, Asperitas. Vita B. Notkeri Balbuli, tom. I. April. pag. 582: *Quia bibuli gutturis Grossitas dum inflexionibus et reperussionibus et diaphoniarum diphthongis mitem nititur edere cantilenam, etc.*

**GROSSITUDO**, [Crassitudo, amplitudo, Gallice *Grosseur*. *Grossitudo pugni*, in Charta ann. 1171. apud Marten. tom. I. Ampliss. Collect. col. 882. *minimi digiti*,] in Pactu Legis Salicæ tit. 43. [§ 4. Edit. Eccardi; *quatuor pedum, duorum pedum*, in Computo ann. 1347. tom. I. Hist. Dalph. pag. 84. in Charta ann. 1317. ex Archivo Burginadii Blesensis; *quatuor digitorum*, Jerem. 52. 21.]

**GROSSITUDO CORDIUM**. Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 20. § 1: *Quia inter magnates et nobiles regni . . . eorta fuerunt discordiæ et Grossitudines cordium*, [i. e. odia, indignationes: sic Galli dicimus *Avoir le cœur Gros*, indigne ferre, stomachari.]

† **GROSSITUDO STYLI**. Aspera et dura scribendi ratio, in Actis SS. Martii pag. 474.

**GROSSESCERE**, Crassum fieri. Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 53: *Sicque fit, ut quotidie deteriores fiant, dum in eis culpa Grossescit*. [*Grossescere brachio*, apud Bedam lib. 5. Hist. Angl. cap. 3. *Grossescere tumore cruris*, in Miraculis S. Cuthberti cap. ult. Utitur etiam Guibertus lib. 4. de Pigner. Sanctorum. cap. 1.]

**INGROSSARI**, Eadem notione, in Miraculis S. Eutropii Episcopi Santonensis num. 20. [Vide *Ingrossari* suo loco.]

2. **GROSSUS**, apud JC. Anglos, idem quod integrum aliquod per se subsistens, nec ab aliquo alio dependens, ut *Villanus in Grosso*, est servus qui glebæ non adscribitur, sed immediate domini sui personæ servit. [Hinc f. *Grossi famuli*, in Fragmento ann. 1430. tom. I. Hist. Dalphin. pag. 64. col. 2.] Etiam *Advocatio in Grosso*, est jus Patronatus, non feudo, vel manerio annexum, sed primo et principaliter ad eum spectans, qui beneficii Patronus est, ut cum quis manerium suum vendit, retento sibi jure Patronatus; aut e contra jus presentandi, quod ad manerium suum spectat separatim, et per seculiquam alienaverit, hoc casu Patronatus a manerio separatus, *Advocatio dicitur in Grosso*, id est, non manerio, sed proprietatem personæ annexus. Vide Cowel. lib. 1. Instit. Jur. Angl. tit. 2. in princip. *Placita Justitiorior*. anno 20. Edw. I: *Et Hugo de Louthar, qui sequitur pro D. Rege, dicit, quod wayff est quoddam Grossum de Corona, quod nullus eo gaudere possit, nisi inde habeat speciale warandum a D. Rege, etc.*

3. **GROSSUS**, Monetæ aureæ species, vulgo *Gros*. Charta Friderici II. Imper. ann. 1232. apud Goldast. tom. I. Constit. Imperial. pag. 299: *Et possitis aureos Grossos et denarios monetare, etc. Grossi Augustarii*, in verbo *Augustarius*. Adde Decreta Ludovici Regis Hungariæ art. 3. Historiam Cortusiorum lib. 1. cap. 10. etc. [*Grossi argentei*, in Constitutionibus Jacobi Regis Siciliae cap. 58.] Vide *Moneta*.

\* Varii *Grossi* memorantur in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1165: *Gros d'Espagne, de Navarre, de Barsalonne, de Pape, de Florence et de Seine*. Rursus alii appellantur apud Christ. Schlegel. in Dissert. de Nummis antiq. edit. ann. 1717. *Grossi Schnebergenses* ex metalli fodinis Schnebergensibus, in Ch. ann. 1471. pag. 93.

dicti etiam *Grossi principum* pag. 161. *Grossi acuti*, ab angulis, in Ch. ann. 1461. pag. 96. *Grossi senarii*, in Ch. ann. 1482. pag. 97. *Grossi lati*, in Ch. ann. 1350. pag. 104. *Grossi Pragenses*, in Ch. ann. 1296. pag. 104. et 105. *Grossi Zwickavenses*, in Ch. ann. 1492. pag. 163. [\* *Bolognini Grossi et picciotti*, apud Savin. Hist. Jur. rom. med. temp. tom. 3. pag. 617.]

\* **GROSSUS ANTIQUUS**. Charta ann. 1317. in Batav. sacr. pag. 173. col. 2: *Debit dare pro qualibet libra viginti Grossos antiquos bonos*. Stat. eccl. S. Dion. Leod. ann. 1330. tom. 2. Monum. sacr. Antiq. pag. 439: *Novem Turonenses, de quibus secedim faciunt Grossum antiquum*. [\* Adde Annal. Fossens. ad ann. 1373.]

\* **GROSSUS METENSIS**, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 142.

\* **GROSSUS MISNENSIS**, in Charta ann. 1366. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 423.

\* **GROSSUS MITRATUS**, Idem forte qui *Papalis*, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 471.

\* **GROSSUS PAPALIS**, in Cæremon. Rom. MS. fol. 27. v°.

\* **GROSSUS REGIS**. Lit. remiss. ann. 1478. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 181: *Iceilui Dufour tira de sa bourse ung Gros de roy et deux grans blans*. Aliæ ann. 1378. in Reg. 114. ch. 262: *Argent nommé et appelé argent le roy, dit Gros*. Vide in *Moneta*.

\* **GROSSUS-TESTICULUS**, Vicus in Vellocassino Normannico, vulgo *Grosteil*, in Descript. superior. Norman. tom. 2. pag. 579.

\* **GROTINA**. Vide supra *Gotina*.

† **GROTTA**, Spelunca, Gall. *Grotte*. Vita B. Gerardi de Villa magna, tom. 3. Maii pag. 248: *Itaque in locum suum rediit, cui a Grottis, id est, cryptis nomen erat*. Vide *Crota*.

† **GROUA**, Locus paludosus. Vide *Groa* 2.

† **GROUINUM**, Confluens, sic dictus quod quodammodo referat rostrum suillum, Gall. *Grouin* vel *Groin*. *Juxta Grouinum seu rostrum duarum aquarum, ubi Vigenna Crosam fluvium recipit*, tom. 4. Annal. Bened. pag. 362.

\* Vel potius Promontorium, Gall. *Cap*; unde *Groing de Caux*, in Lit. ann. 1364. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 428. art. 6. quod nunc, ut monet doctus Editor, *Cap* vel *Chef de Caux* appellatur.

† **GROUNDAGIUM**, Reditus pro statione navium in portu. Vide *Sedes navium*.

\* **GROUSSARE**, Murmurare, conqueri, indignari, a Gallico veteri *Grousser*, quod varie scripserunt nostri, eodem significato. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 260: *Et si de hoc ipsi habitatores, aut ipsorum aliqui loquerentur vel Groussarent, quod ipsos egregie verberarent*. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 152: *Aucun de ses familles Groussaient de ce que il fesoit si larges aumosnes et que il y despendoit moult*. Charta ann. 1319. in Reg. 65. ch. 281: *Que li abbès et li couvens de S. Martin . . . tiengnent pour franchement, . . . sans che que nous ne noz hoirs les en puissens reprendre, ne Grouchier en temps a venir*. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. ch. 18: *Jehan Seurain dist audit feu Pierre, vous ne devez pas Grouchier, nous vous faisons bonne compaignie*. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 42. r°: *Faisoit on vilenie (en cette maison) et s'en plainnoient li voisin et Grouchoient, etc.* Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156.

ch. 30: *Un nommé Ponsart Robert Champ foulon encomencia à Groussier, et dist qu'il renyot Dieu, etc.* Aliæ ann. 1404. in Reg. 159. ch. 119: *Iceilui Wyet respondi que il n'y avoit compaignon qui se en courroustast, et que se il en vouloit Grousser, il en Groussast*. Aliæ ann. 1409. in Reg. 163. ch. 389: *Il n'avoit homme ou pays qui osast Grousser contre iceilui Colet, pour ce qu'il en avoit datuz et decoppez pluseurs*. Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 243. v° col. 1: *Sainte Eufemie fu amenée devant le juge, devant lequel durement se Groussa, disanz: Pourquoy contre les loys des empereours pardonez vos à moi seule?* Guignevilla in Peregr. hum. gener. MS.:

Si ne deuschiez pas Grouchier,  
N'a moi ni asprement tenchier.

Rursus:

Vatant sans li contredaignant  
Et assés le laisse Grouchant.

Hinc legendum *Grousoineir*, pro *Gronsoineir*, tom. 1. Fabul. pag. 144. Eodem sensu *Gourgouler* et *Gourgousser* dixerunt. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. ch. 176: *Iceilui Michiel tenant toujours félonnie et courroux en son cuer, et Gourgoussant contre ledit Lorens, etc.* Aliæ ann. 1401. in Reg. 156. ch. 452: *Lequel Pierre dist à Jehan Rasse que ores et autresfois il avoit Gourgoulé, etc.* *Iceilui Alain reproucha: Ceste vieille ne cessera meshuy de Gourgousser*, in aliis Lit. ann. 1471. ex Reg. 197. ch. 182. Unde *Gourgoz*, pro *Rixa*, dissentio, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 176. ch. 751: *Aveques lequel Jehannin on ne scauroit nullefoiz estre sans noise et Gourgoz*. Apud Froisart. vero vol. 2. cap. 30: *Mettre en Gourgoux les paroles d'un autre*, est Musitare alterius verba et tacite repetere. *Grumeler*, pro *Grumeler*, eadem acceptatione, in Lit. remiss. ann. 1402. ex Reg. 157. ch. 319: *Le suppliant lui dist que s'il Grumeloit, qu'il estoit mort*. *Lequel Colinet tousjours aloit et venoit parmi ladite foulerie en Grumelant*, in aliis ann. 1474. ex Reg. 195. ch. 1043. Pro *Rixari*, verbis lacessere, in Lit. ann. 1404. ex Reg. 159. ch. 134: *En allant leur chemin iceulz deux se Grumeloient et ataignoient de paroles*. Vide *Grunnre*.

† **GROXILLA**, an Gallina? Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 169. ex Cod. reg. 4624: *Non debeant nec præsumant ire obviam aliquibus venientibus ad vendendum victualia ad locum Avillianæ, sicut edos, Groxillas, capones, fasanos, etc.* Vide *Gruta*.

**GRUA**, Grus, Italis *Gru*, *Grua*, Gallis *Grue*. Lex Salica tit. 7. § 6: *Si quis gallum aut gallinam furaverit, vel cignum, aut Gruam domesticam, etc.* Editio Heroldi: *Si quis Gruem aut cygnum domesticum, etc.* Per *Grues domesticas* Wendelinus ardeas intelligi putat, quæ Flandris *Keigers* dicuntur, quas alunt Flandrenses foventque magno studio circa suas ædes: juxta quas videre est manufactos colliculos, quos *Mottas* vocant, aqua cinctos et arboribus præaltis obsitos, in quorum cacuminibus istæ ardeæ nidulantur. Hæ *motæ* vocantur *Keygerije*, quasi *Grueræ*. Adde *Legem Longob.* lib. 1. tit. 19. § 14. [\* *Rothar. 322.*]

\* *Grue* vero pro *Mesenterium vitulinum*, Gall. *Fraise de veau*, ut videtur, in Lit. remiss. ann. 1421. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 422: *Six harens, qua tre pains et une Grue de veau*.

\* **GRUAGIUM**, Tributum, quod ad urbium et oppidorum portas præstat.

Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 184. Char-  
toph. reg. ch. 146: *Lequel Regnault ve-  
noit de la Ferté soubz Gevre, chargé de  
biens meubles en deux chariotz, et y ame-  
noit sa fiancée; et quant le suppliant  
aperceut le dit Regnault et ce qu'il me-  
noit, il arresta tout et demanda à ladite  
fiancée la pareille et le Gruage, pour ce  
que à icellui suppliant appartenoit de  
lever ledit Gruage ou barage. Vide alia  
notione in Gruarius 1.*

\* Hinc Gruer, Tributum seu præstati-  
onem quamlibet imponere, exigere,  
nisi sit pro Grever, gravare. Charta pro  
habitat. de Vandeuve ann. 1271. in Reg.  
72. Chartoph. reg. ch. 188: *Le cheval  
paiera cinq moiteons de blef, moitié four-  
ment et moitié aveine et deux soulx; et  
cil qui n'aura, ou ne gaignera de beste,  
un quarteron, moitié froument et moitié  
aveine et douze deniers chascun an: en  
telle maniere que cil qu'il n'ont beste  
traiant sont trott Grue (sic), il seront  
alegiés d'un moiteon, et sera mis... sur  
ceulz qui mieulz le pourront paier.*

1. GRUARIUS, Primus cognitor, seu  
Judex causarum ad silvas et venationem  
attinentium, et delictorum, quæ in  
iis committuntur; eujus appellatio ad  
Majorem Forestarium devolvitur, Gruier,  
Gallis, apud quos idem, secundum lo-  
corum discrimina, qui Verdier, Forestier,  
Chastellain, Concierge, Maistre Ser-  
gent, etc. ut est in Statuta Henrici III.  
de forestis ann. 1583. art. 22. Ex quibus  
pronum est vocis etymon, ex Germanico  
nempe Gruen, vel Groen, viridis, unde  
nostris Viridarius, idem qui Gruarius.  
Pithæus ad Consuet. Trecensem tit. 10.  
art. 9. a Gru, deducit, quod quemvis  
silvarum fructum sonat, ut sunt glandes,  
castanæ, poma ac pira silvestria,  
quæ ad firmam dantur a Gruariis. Vide  
Grutum. Gladius Mallevillens in Com-  
ment. ad Constit. Silvar. art. 22. a  
Gruibus, improbanda cuius omnino con-  
jectura: alii a ῥῥῆς, quercus, deducunt.  
Id porro muneris viros primarios, atque  
adeo Militari cingulo donatos obisse  
docet Santyonus pag. 84.

† GRUERIUS, Eadem notione. Edictum  
Philippi Pulcri Franc. Regis ann. 1291:  
*Gruerii et forestarii in manibus suorum  
superiorum prestant juramentum secun-  
dum formam constitutionis prelibate. Hujus  
officium non ad silvas solum et  
venationem, sed etiam ad aquas et pis-  
cationem pertinuisse docet Edictum  
Philippi Longi ann. 1138. ubi primum  
statuitur: Que li Gruier gouverneront  
les caues et les viviers, en la maniere  
qu'il souloient faire.*

† GRUERIUS, Charta anni 1226. ex  
Chartulario Sangerm.: *Ibi poterat venari,  
et Gruerius erat eorum.*

GRUARIUM, Jus, quod ratione offi-  
cii Gruariis competit: *Droit de Gruerie.*  
Charta Philippi Aug. ann. 1218. apud  
Doubletum pag. 900: *Gruarii vero ne-  
moris predicti habebunt quiete et sine  
aliqua consuetudine 60. arpenno nemoris  
preenominati pro Gruario suo. Ex his  
emendanda Charta alia apud eumdem  
Doubletum pag. 889. ubi perperam Gla-  
ria, pro Gruaria habetur. Vide Ragu-  
elum in voce Gruerie, et Santyonum in  
Statutis pro forestis lib. 1. tit. 23. art. 1.  
et Cardinum Bretium de Regis superio-  
ritate pag. 181.*

GRUARIA, Officium Gruarii. Charta  
ann. 1265. in Hist. Guinensi pag. 378:  
*Cum discordia verteretur super garda  
sive custodia et justitia ipsius Ecclesie,  
ac Gruaria nemoris ejusdem Ecclesie.*  
[Confirmatio foundationis Monast. Vete-

ris-pediculi ann. 1202. apud Marten.  
tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1039: *Droco  
de Melloto pater meus et domina Emen-  
gardis mater mea dederunt... Fratribus  
Grandimontis ordinis... omnimodam jus-  
titiam altam et bassam, et omne domi-  
nium, Gruariam, gardiam et garennam,  
quidquid habuerunt vel habere potuerunt,  
etc. quæ totidem verbis repetuntur ibid.  
col. 1041.]*

† GRUERIA, Charta Guidonis Franciæ  
Buticularii pro Ecclesia Karoli loci ex  
Chartario ejusdem: *Dedi herbagium et  
glandem in omnibus nemoribus, in quibus  
habebam Grueriam... et ubicumque Gru-  
ria de Domnomartino adpertinere di-  
gnoscutur.*

\* GRUARIUS, Qui jus habet utendi fo-  
resta alterius. Charta Petri Meld. episc.  
ann. 1227. ex Chartul. Campan. fol. 186.  
v. col. 2: *Tenetur dicto decano et suc-  
cessoribus suis illa tredecim arpenta ne-  
moris erga omnes usuarios et Gruarios,  
exceptis hominibus nostris, libere garen-  
tore. Gruyer, Custos forestæ, in Lit.  
ann. 1357. tom. 6. Ordin. reg. Franc.  
pag. 632. art. 19: Le sire (de Bourlemont)  
doit avoir et mettre esdiz boys son Gruyer  
par dessus lesdiz forestiers; et doit estre  
creuz ainsi comme il est s'il estoit à eulz,  
pour son fait.*

GRIARIA, Idem quod Gruarium, vel  
jus, quod quis habet in foresta alterius.  
Charta Philippi Aug. ann. 1196. apud  
Doubletum pag. 892: *Dedit in perpetuum  
Ecclesie B. Dionysii universa tam in  
traverso aquæ Meduntæ quam in teloneo  
villæ, et Griaria forestæ, qui dicitur Ar-  
thia, etc. Tabular. S. Genovefæ Paris.  
ann. 1186: Cessimus et quitavimus, si  
quid habebamus nomine Griariæ in terri-  
torio predictæ villæ: ita ut neque nos,  
neque hæredes nostri in perpetuum pote-  
rimus impedire vel disturbare colonos  
Ecclesie, quin libere et quiete per Cano-  
nicos Ecclesie possint colere, dirumpere  
et extirpare ubicunque voluerint in terri-  
torio predictæ villæ. Necrologium Eccle-  
siæ Parisiensis prid. Id. Dec.: *Eodem  
die ex statuto communis Capituli nostri  
celebrari debet anniversarium f. m. Theo-  
baldi Comitis Trecensis, et prædecessorum  
suorum Comitum Campaniæ, pro quorum  
animabus Blancha Comitissa Trecensis  
et Theobaldus, filius ejus, cum Griariam  
in nemoribus B. Mariæ de Roseto vindica-  
ret, per compositionem factam inter  
ipsos et Capitulum nostrum, omnia ne-  
mora supradicta extirpari, et domos seu  
villas ibidem ad voluntatem et dispositio-  
nem Capituli construi concesserunt. Adde  
Probat. Hist. Castillon. pag. 32. 33. 53.  
et Hist. Drocensis pag. 241. [necon  
Chartam Simonis de Pissiaco ann. 1212.  
apud Martenium tom. 1. Ampliss. Col-  
lect. col. 1106. etc.]**

\* Grarie, in Charta Galcher. de Castel.  
ann. 1301. ex Lib. rub. Cam. Comput.  
Paris. fol. 120. v. col. 2: *Nous avons  
baillié à nostre seigneur le roy par es-  
change et en non d'eschange toute la  
chace que nous aviens... es bois, que nous  
avons en Grarie en la forest de Rie et es  
bois, que nous avons es bateys de Vilers;...  
sans ce que nous ne baillons, ne avons  
baillié nus des treffons, des Graryes, des  
bateys, ne des forfais d'iciaus; ains les  
retenons pardevers nous, et retenons les  
gardes desdites Graryes, des bateys et  
des usaiges, pour faire garder par nos  
sergens, comme nostre treffons. Vide su-  
pra Griatoria; modo tamen non idem  
sit quod supra Graagium et Greeria.*

† Non solum in forestis, sed et in  
agris cultis jus griariæ primum viguisse

declarat Charta ann. 1204. apud Du-  
chesnium in Probationibus Hist. Mon-  
morenciæ pag. 65: *Ego Radulfus Sues-  
sionensis dominus et Adelidis uxor mea  
notum facimus omnibus presentem pagi-  
nam inspecturis, quod compositionem quam  
dilectus filius noster Gaucherus de Casti-  
lione cum Abbate et Capitulo Dionysii fecit  
super Griaria de Trembleio, tam in ne-  
more quam in Plano, concedimus in per-  
petuum tenendam sicut in Charta præ-  
dicti Gaucheri continetur. Quin imo jus  
illud ad vineas et alias res sese exten-  
disse mox patebit ex Charta anni 1268.  
in voce Gruagium laudata.*

GRIAGIUM, Idem quod Griaria; Gruage,  
in Consuet. Aurelian. cap. 1. art. 82.  
Charta S. Ludovici Regis ann. 1268. in  
Regesto Memorialium Cameræ Comput.  
Paris. fol. 269: *Et forestam nostram  
et villam Pantecurix cum omnibus Gri-  
gis ejusdem, etc. Compotus Baillivorum  
Franciæ ann. 1268: Buticularius Silva-  
nectensis pro Griagio suo boscorum Coye,  
etc. [Charta anni 1263. ex Tabulario Por-  
tus Regii: Guillelmus de Meuduno ar-  
miger habet Griagium sive redditum et  
obventiones quascumque quæ sibi obvenire  
poterunt ratione Griagii in nemoribus  
constitutis in Castellania Montisfortis,  
quem æstimabat xxx. sol. Paris. vel am-  
plius annuatim.] Occurrit præterea in  
Charta ann. 1275. pro Monasterio S.  
Germani de Pratis, et in alia anni 1204.  
in Probat. Hist. Castillon. pag. 34. [necon  
in Charta Philippi Franc. Regis  
ann. 1307. inter Probat. Hist. Comitatus  
Ebroic. pag. 29. Les Griages de la Chas-  
tellenie de Meullent, in altera Charta  
ejusdem Regis ann. 1298. ibid. pag. 23.]*

GRUAGIUM, Charta ann. 1268. ex Ta-  
bulario Fossatensis f. 91: *Omne Grua-  
gium, quod habebant... in manerio de...  
tam in terris, vineis, nemoribus, quam in  
aliis rebus, Aresta O. SS. ann. 1287. in  
Regesto B. f. 78: Ordinum fuit, quod  
in omnibus forestis, in quibus D. Rex ha-  
bet Gruagium, tertium et dangerium, etc.  
[Litteræ ann. 1353. apud D. Secousse tom.  
3. Ordin. Reg. pag. 315: Ledit con-  
ciergie... doit prendre et percevoir... tout  
le Gruage de tous les bois d'Yveline.]*

† 2. GRUARIUS, Accipiter in gruum venatione exercitatus. Vide Commorus.

\* GRUCIFIXUS, pro Crucifixus, in  
Charta ex Tabul. Cassin.

\* GRUCTA, pro Crypta, Oratorium sub-  
terraneum. Chron. Amalphil. apud  
Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi  
col. 216: *Domnus Andreas de Alaneo  
presul et civis ejusdem civitatis Amal-  
phiæ... pontificatus anno primo, et anno  
Domini 1294. in inferiori Gructa, ubi est  
corpus beatissimi Andree apostoli, fecit  
fieri cælum ornatum stellis, cum diversis  
ornamentis. Nostris Goue et Gourdine,  
Antrum, spelunca, locus secretior. Vitæ  
Patrum MSS.:*

En une Goue se mucha,  
Hueques se tint tout serés,  
Tanc que li orés fu passés.

Guignevilla in Peregr. hum. gener. MS.:

Adonc Grace-Diu si entra  
En sa Gourdine, et m'apela.

Ubi Gourdine forte usurpatur, pro Cour-  
tine, Tentorium vel Palatium. Vide Cor-  
tis 3. et 4.

† GRUDO, id est, Sanguissuga, in vet.  
Glossario MS. S. Andree Avenionensis.

† GRUDUM, Vide Grutum.

GRUELLUM, Polenta, Gall. Gru, Gruau,  
[quibusdam in locis Gruel.] Guill. Britto  
in Vocab. MS.: *Plus dicitur cibus ex*

agua et farina confectus, sicut Gruellum. Monasticon Anglican. pag. 149: De avena duodecim summas de eadem villa ad Gruellum faciendum, scilicet quarta et sexta feria per totam quadragesimam.

\* **GRUELLUS**, a veteri Gallico Gruis et Grus, Furfur, vulgo Son. Arest. ann. 1345. in Reg. 2. arestor. parlam. Paris.: *Dicti officiales nostri jura et utilitates habent et consueverunt habere in die coronationis nostrae, ne non quodcumque et ubicumque nos contingit comedere coronam regiam portantes. Panetarius videlicet panem coctum, Gruellos, mapas, manutergia, etc.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. *Furfur, Grus.* Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 65: *Thibaut le Grant-prestre, boulangier demourant à Reins, entra en la chambre là où il avoit accoustumé de faire mettre le Gruis ou bran, et le rebulet qui yst de la fleur.*

\* **GRUERE**, Γραυρίζω. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MS. Festus: *Gruere dicuntur grues, ut sues Grunnire; unde tractum est Congruere, id est Convenire, quia id genus volucrum minime solivagum est.* Utitur Auctor Philomelæ. Vide *Guire*.  
\* **GRUERIA**, GRUERIUS. Vide in *Gruarius*.

\* **GRUFUS**, Setosus, pilosus, hirsutus. Ugtio. Vide *Gruosus* et *Grussus*.

\* **GRUGNUM**, Rostrum, *Grugno* Italis, Gallis *Groin*, proprie porcorum et aprorum, quo *grunniunt*, Hinc versus:

Hianit equus, Grunnit porcus, pipat quoque nesus.

Adde Spartianum in Geta, et vide in voce *Musum*.

\* Qua voce etiam Facies, Gall. *Visage*, populari more significatur: unde *Groingnet*, pro Colaphus, et *Gronger*, colaphum impingere. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 396: *Auquel Jehan de la Bossue ledit escuier dist: Tu en pourras bien tant parler que je te donrrat un Groingnet.* Aliæ ann. 1377. in Reg. 110. ch. 341: *Lui dist moult outrageusement que il mentoit par sa gorge, et que se il en parloit plus, que il le Grongeroit du poing, qui est à dire, que il le ferroit du poing.* A forma ad rostrum pertinente fortassis ortæ voces *Groenet*, *Fuscina* seu tridentis species, et *Gronget* aut *Groignet*, Armorum genus. Invent. ann. 1511. in Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* fol. 39. v.: *Ung Groenet de fer à tirer char.* Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 41: *Seurvint illec Jehan de Grantmaire garni d'un baston, nommè Grognet. Un baston, que l'en nomme Groignet, in aliis ann. 1410. ex Reg. 165. ch. 352.*

\* Hinc cognomen *Grongnet* additum nomini DD. de *Vassé*, quorum nomen proprium fuisse falso nonnulli existimant, ut colligitur ex Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 179. ch. 280: *Nostrè amè Jehan de Vassé, dit Grongnet, jeune escuier natif du Maine, s'est accointé d'une femme joyeuse, nommée Agnes Jannelle, de laquelle il s'est aidie par aucun temps, etc.*

\* **GRUIERIUS**. Vide *Gruarius*.

\* **GRUINUM**, Grana frumenti, quæ cadunt in area, dum segetes in horreis conduntur, Gallo-Flandris *Grouin*. Charta anni 1199. e Tabulario Corbeiensis: *Easdem (malas consuetudines) in plena curia coram hominibus Ecclesie quilas clamavit et in perpetuum querpivit, carionem videlicet bladi nostri in Augusto... omnia ligamina garbarum cujuslibet bladi et leguminis, Gruinum, hallo-*

*nem, quod in ventilacionibus sub rastello remanet in area.* Vide *Groinum*.

\* *Gruen*, in Charta ann. 1253. ex Reg. 21. Corb. fol. 114: *Nous avons vendu... tout le haulon et tous les fourages et le Gruen... de nos et de no maisnie, quant on vane.* Vide supra *Groinum*.

\* **GRUIRE**, ut *Gruere*. Odo de varia Ernesti Bavarie Ducis fortuna apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 343:

Progressi modicum per campos, ecce tumulum Auribus accipit horrendæ vocis, habentis Cum Grubus genus in latis Gruentibus arvis.

\* **GRUIT**. Vide *Grutum*.

\* **GRULLATORES**, Πανικοφοροῦντες, Terrorem afferentes, in Glossis Lat. Græc. [\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. *Grullatores*, πανικὰ φοροῦντες. leg. *Grallatores*. Vide Scaliger. ad Festum in hac voce.]

\* **GRULLI**, Είδος πλοίου, Genus navigii, in iisdem Glossis et in Supplemento Antiquarii. [\* Adde ex iisd. Castigat. leg. *Gauli*. Vide supra *Grippus*.]

1. **GRUMA**. Glossar. Græc. Lat. Ἀχορματίον, *Gruma*, papilla.

2. **GRUMA**. Uguitioni, est crusta, quæ fit in lateribus dolii propter vinum, unde *Grumosus* et *Grumositas*. Ital. *Gromma*.

3. **GRUMA**. Charta Aistulfii Reg. Longobard. apud Ughellum tom. 2. pag. 106: *Et omnes lacovas usque ad Grumam seu silvam, etc.* [Idem puto quod *Gronna*.]

\* 4. **GRUMA**, βασιλική γῶμη. Gloss. Lat. Græc. id est, Regia mensura, vel norma; γῶμη enim hic est pro γῶμων: pro qua Latini dixerunt *Groma* vel *Gruma*.

\* Adde ex Castigat.: *Gruma*, γῶμων. Cod. reg. *Figura geometricalis*.] *Groma*, ut habet Festus, appellatur genus machinulæ cujusdam, quo regiones agri cujusque cognosci possunt, quod genus Græci dicunt γῶμωνα. Præsertim intelligitur mensura, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur. [\* Vide Forcellin. in *Groma*.] Hinc

\* **GRUMARE**, Metiri. Gloss. Lat. Græc.: *Grumat*, μετρεῖ. *Grumari*, κατασπρέχει. Vide Lexica Martini, ac præsertim Caroli de Aquino: ubi nihil desideratur ad explanationem vocis *Groma*.

\* **GRUMARE**, Assembler, amasser, enfler. Glossar. Lat. Gall. S. Germ. Prat. Vide alia notione, in *Gruma* 4.

\* **GRUMELLA**, Farina accommoda pultri faciendæ, apud Bucel. in Menolog. ad 13. Apr. pag. 270. col. 2. Vide *Gruellum*.

\* **GRUMICEGLUS**, Glomicellus, dimin. a *Glomus*, Gall. *Peloton*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Grumeycel*, Prov. *glomus*, *glomeracio*. Stat. Montis-reg. pag. 275: *Item statutum est, quod filerix, quæ filant lanam, non faciant aliquam fraudem in faciendis Grumiceglis, videlicet quod in ipsis non faciant initium de lapide, nec de aliquo alio, præterquam de filo.*

\* **GRUMINUS**, Grumus, acervus, Gall. *Monceau*, tas. Andreas Floriac. MS. lib. 3. Mirac. S. Bened.: *Verum pluviali agente temperie, dissidente maceria, lapsis fornicibus, fastigium totius ædificii in Gruminos dilabitur.*

\* **GRUNDA**, Tecti prominentia. Gloss. Lat. Græc.: *Grunda*, στέγη, καὶ τὸ ὑπὲρ τὸν πῦλον ἐξέχον, Tectum et quod pertinet supra vestibulum. Bonfinius lib. 7. Hist. Hungaricæ pag. 631: *In fronte sub Grundis* [\* Leg. *Subgrundis*.] tectorum triglyphos subijcere decreverat. Vide *Xylædrum* in notis ad cap. 8. lib. 2.

Vitruvii. Italis *Gronda* sunt Colliquiæ, nostris *Gouttiere*.

\* **GRUNDA**. Vide supra *Gronda*.

\* **GRUNDARE**, *Grundam facere*, Johan. de Janua.

\* **GRUNDATORIUM**, eidem Johanni, *Quod grundat vel stillat*.

\* **GRUNDEGA**, Vestis ornatus, vel pelitium. Vide supra *Gressum*, Lib. censuum eccl. Rom. MS.: *Præstant sub pensione xij. auri solidos Lucanos, ana denarios novem, et vestita stamesirica quatuor, cum Grundegis suis.* *Guindegis* edidit Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 829. utrum melius ignore. Haud scio etiam an inde *Grougnois*, *Pellitium*, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 392: *Une robe à femme fourrée de Grougnois noirs.* An a voce *Grous*, Canis. Fabul. t. 1. p. 83:

Et ele vous veoit au desous,  
Plus vil vous auroit qu'un Grous.

\* **GRUNDIRE**, ut infra *Grunnire*. Gloss. Lat. Gr.: *Grundit*, γρυνδίζει. Vide *Nonium* cap. 6. n. 96.

\* **GRUNNA**, [Locus paludosus.] V. *Gronna*.

\* **GRUNNIRE**, Murmurare more suum, indignari, Gallis *Gronder*, *Gronger*. [Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 579: *Arnoldo... super hoc magis Grunniente et immurmurante.*] Usus antiqui Cluniacenses cap. 106: *Versum reincipiat, et toties hoc faciat, quoties Priorem propter hoc Grunnire cognoverit.* Eadem notione habent Statuta antiqua Ord. Cartusiensis 1. part. cap. 40. § 4. Jo. Molinetus Valentianensis pag. 27:

C'est fort Hery à l'autre qui en Groigne.

\* *Grondiller*, eodem sensu, in Bestiario MS.:

Si Grondillerent et murmurerent, etc.

Vide supra *Groussare*.

\* **GRUNDRUHR**, GRUNDRURE. Charta ann. 1340. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 145. col. 1: *Insuper angarias seu exactiones, vulgariter dictas Grundruhr, in nulla parte conductus seu districtus dom. nostri Trevirensis... ab aliquo recipiemus.* Alia ann. 1346. ibid. pag. 165. col. 2: *Cum intellexerimus nonnullos, præsertim super alveum Reni, sibi hactenus vendicasse et adhuc vendicare jus quoddam se intromittendi de bonis, rebus ac mercibus eorum, qui naufragium patiuntur, quod Grundrure vulgariter nuncupatur, et etiam eorum, qui bona vel merces aliquas per terras in bigis vel curribus vehunt sive ducunt, si bigæ vel currus hujusmodi labantur, vel cadant, vel confringantur, vel etiam si bigæ sic cadentes seu dum franguntur, eorum propriis ductoribus, vel aliis aliquod corporis nocumentum inferant, bona, res et merces hujusmodi animo sibi retinendi tenere occupando. Cum igitur hujusmodi juris seu potius injurie vendicatio sit contra omnem æquitatem et naturalem etiam rationem, non obstante aliqua consuetudine, cassamus et irritamus. Grundrure, in alia ann. 1354. ibid. pag. 179. col. 1. Vide mox *Gruntroringe*. [\* Vide infra voce *Lagan* et *Mitterim*. Princip. Jur. Germ. § 162. not. 5.]*

\* **GRUNH**, Terminus, limes, ut supra *Granicia*. Charta ann. 1310. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 44: *Prout recte tendit ad quemdam lapidem sive Grunh... et a dicto lapide sive Grunh prout recte ducit ad alium lapidem, etc.*

\* **GRUNNA**. Vide supra *Gronna*.



\* **GRUNTRORINGE**, quid sit explicat Charta privil. civit. Hamel. ann. 1277. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 23 : *Item si aliquod infortunium acciderit ex confectione pontis, vel quocumque casu, ut in aqua, damnum quod vocatur Gruntroringe, sive cum curribus vel navibus citra longitudinem civitatis, iudex illa bona non potest impetere; sed homines quorum bona sunt, recolligent ea, sine delicto iudicii.* In Chartis horum privilegiorum confirmatoris ann. 1395. et 1407. ibid. pagg. 51. et 61. legitur *Grundroringe* et *Grundroringhe*. Vide supra *Grundruhr*.

\* **GRUNUM**, Rostrum, locus prominens, a Gallico *Groin*. Charta ann. 1166. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 606 : *Ego Willelma Nemausensis vicecomitissa, per me et per filium meum vicecomitem, dono... ad beneficium, sine dolo, tibi Petro Raymundo de Anagia, et quibuscumque volueris, scilicet illam pezadam, quæ est ad Grunum de Anagia.* Alia ann. 1238. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 72. col. 2 : *Ita quod super dictam aqualem teneamini facere testudines, per quas aqua possit transire ad dicta molendina de Porta-rades... salvo et quod faciatis in dictis testudinibus vaginas, citra Grunum furni de camino versus orientem, per quas mittantur postes compellentes aquam aqualis venire in claustro nostro, cum necesse fuerit.* Vide supra *Grouinum* et *Grugnum*.

**GRUOSUS**, *Setosus, pilosus, hirsutus*. Ugutio. Papias habet *Grusus*. Vide *Grufus*.

† **GRUPES**, Γρυπες, *Gryphes*, in Supplemento Antiquarii.

\* **GRUPIA**, *Prov. Præsepe*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Italis, *Greppia*.

\* 1. **GRUPPUS**, Italis, *Groppo*, Nodus, acervus, ornamentum genus in vestibus. Inventar. ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 809 : *Cotardita una velluti de cramoisi, laborata super cavesium et manticas ad Gruppum perlarum.* Stat. Verel. lib. 4. pag. 85. v. : *Item quod aliquis testor non debeat... tenere in scripnea gladium majorem una spanna, computato manubrio ad talian-dum Gruppum.* Vide *Gruppo* 2.

\* 2. **GRUPPUS**, Chirographum, subscriptio nomini addita, Gall. *Parafe*; sic dicta, quod, nodi instar, calamo ducta ex eadem linea, varie in seipsam reflexa et convoluta formetur, ut notant docti Editores ad Mirac. S. Raym. Palmar. tom. 6. Jul. pag. 658. col. 1 : *Subscriptum in authentico cum Gruppo : Ego Joannes de Lege, sacri palatii notarius predictis interfui, et rogatus hanc cartam scripsi.* Stat. Placent. lib. 2. fol. 19. r. : *Statuimus quod quicumque utitur aliqua carta vel publico instrumento in iudicio, teneatur ipsam adversario cedere integraliter cum die, millesimo, testibus et notariis, et Gruppo notarii.* Vide *Grupus*.

**GRUPTA**, *Crypta, antrum*; Germ. *Grube, Gruple*; Ital. *Grotta*, [Gall. *Grotte*.] Charta ann. 887. apud Ughellum tom. 2. pag. 747 : *Insuper eidem contuli Gruptas Eremitarum... cum omnibus ad dictas Gruptas pertinentibus.* Vide *Crypta*.

**GRUPUS**, Nodus, ex Ital. *Groppo, Gruppo*. Charta signata cum *Gruppo*, apud Ughellum tom. 4. Ital. sacræ pag. 1300. Vide *Gruppus* 2.

† **GRUS**, ut supra *Gruellum*, Polenta. Statuta Monasterii S. Claudii ann. 1448 : *Diebus aliis in Quadragesima debet pit-*

*tantiarius ministrare potagium de Grus, atque pisa alba, etc.*

\* Notanda vocis Gallicæ *Grus* significatio, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 61 : *Iceulli Girart appella la suppliant deus ou trois foiz Grus, Grus; et pour ce qu'elle n'entendoit pas que c'estoit à dire dasdites parolles, demanda audit Girart que c'estoit à dire : lequel Girart lui dist que c'estoit à dire ribaude, en l'appellant par plusieurs foiz Grus, ribaude, Grus, ribaude.* Vide supra *Gruellus*.

† **GRUSSUS**, *Setosus, pilosus*, apud Papiam MS. Editus habet *Grusus*. Vide *Gruosus*.

† **GRUT**. Vide *Grutum*.

**GRUTA**, Gallina silvestris. Silvester Girald. in Topogr. Hibern. Dist. 1. cap. 10 : *Gallinæ campestris, quas vulgari-ter Grutas vocant, hic raræ sunt.* Dist. 2. cap. 11 : *Sunt montana quædam, in quibus grues et Grutæ avesque variæ suo in tempore abunde nidificant.*

**GRUTARIA**, Bellaria. Ita vetus Interpres Palladii τρυγάρια vertit cap. 9 : *Alius vero Grutaria vendens.*

† **GRUTARIUS**. Vide in *Grutum*.

† **GRUTERIA**. Vide *Gutteria*.

\* **GRUTIMAGNUS**, perperam pro *Grietmannus*, Præfectus civitatis. Charta ann. 1314. in Cod. reg. 10196. 2. 2. fol. 28. v. : *Ludovicus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, prudentibus viris Grutimagnis, consiliariis, etc.*

**GRUTPOPTE**, Theloneum Monasterii S. Bertini : *Carteia Grutpopte 2. den.* [Vide *Grutum*.]

\* **GRUTTA**. [Gallice *Grotte* : « *Grutta* alia magna subterranea. (Diar. Burchar- di, ed. Thuasne, II, 172. an. 1494.) »]

† **GRUTTERIA**. Vide *Gutteria*.

**GRUTUM**, Leguminis species, alias *Granamelum* : Anglis *Grouit*, [a Saxonico *Grut*, Far, condimentum cerevisiæ, zea, alica.] Liber Rames. sect. 144 : *Decem mittas de braseo, et 5. de Gruto, et 5. mittas farinæ triticæ, etc.*

† **GRUDUM**. Contractus anni 1282. et Chartulario Fiscamensi : *Vendidi... undecim quarterios biadi et sex boissellos Grudi*; id est, Hordei ad conficiendam cerevisiam accommodati, ut mox dicitur : qua notione vox Gallica *Grut* etiam accipitur in Chartulario Gemmeticensi tom. 1. pag. 30 : *A raison dequoy les gens du Roy nostre dit Seigneur, ou les ayans cause, prennent audit moulin chacun an cinquante-deux boisselets de moulle, ainsi qu'elle vient, moitié res et moitié combles à la mesure en quoy on reçoit laditte moulle, et une somme de Gru.*

**GRUTDUM**, Eadem notione. Vide in *Mina*.

\* *Grust*, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 221. Aliæ ann. 1477. in Reg. 206. ch. 1003 : *Le suppliant (brasseur) conduisit une charretée de grain ou Gru pour mouldre au molin.*

**GRUTARIUS**, qui vendit legumina, aut poma. Ita Spelmanus. At hoc loco *Grutum* videtur esse quod Flandri *Gruuten* et *Gorte*, vocant, hordeum siccatum, ex quo conficitur cerevisia : jungitur enim *braseo*, ex quo etiamnum

**GRUTT**, et **GRUIT**, appellant tributum, quod pro cerevisia pensatur. Charta Ottonis Imper. ann. 999. apud Willelm. Hedam pag. 270. 1. Edit. : *Teloneum vero et negotium generale fermentatæ cervisiæ, quod vulgo Grutt nuncupatur, etc.* [Miresus habet *Gruit*.] In alia Henrici Imp. ann. 1003. apud eumd. Hedam habetur *Gruit*. [Gruit in alia anni 1224. apud Mi-

ræum tom. 1. pag. 304. *Grutta*, in Historia Comitum Lossensium pag. 70.] *Adrianus Junius* ait, hodie *Gruydgheld* dici *jus grutæ*, seu vectigal, quod cotiores cerevisiarii pro usu aquæ, centesimam nempe persolvunt : vel vectigal, quod penditur pro tollenda dissipandaque lenticula aquas operiente, quo limpidum haustrius situlisque hauriant ad coquendum cereale potum : vel denique quodvis cerevisiæ et aliis rebus impositum tributum, uti Bekanus.

† **GRUVIUM**, f. Idem ac *Gruinum*, de quo supra. Charta Jacobi Episc. Atreb. in Chartul. S. Bartholomæi Bethun. fol. 55 : *Item dicunt dicti Præpositus et Capitulum Bethun. contra dictum Presbyterum, quod cum ipsi consueverint percipere duas partes Gruvii in decima de Sartis ad instar garbarum, quas ibidem percipere consueverunt.*

\* *Gruse*, Præstationis species, haud scio an eadem, in Charta ann. 1328. ex Reg. donorum Car. et Phil. reg. in Cam. Comput. Paris. fol. 90. v. : *Item la Gruve des héritages d'entour Beau-gency prisé huit livres par an.* Vide supra *Gruagium*.

† **GRUYAGIUM**, *GRYARIA*. Vide in *Gruarius*.

† **GRUYDGHELD**. Vide in *Grutum*.

† **GRYFO**. Vide *Griffo*.

† **GRYPA**, f. pro *Grypus*, vel *Gryphus*, a Græco γρύψ, γρυπός, avis nota, quæ in ornamentis ecclesiasticis haud raro pingitur. Anastasius in Leone III. : *Fecit vestem in titulo Eudoxiæ super altare tyriam, habentem Grypas majores et duas rotas chrysoclabas cum cruce, etc.*

**GRYPTA**. Vide *Crypta*.

**GRYPUS**, *Superbus, cervicosus, parvus*. Papias. [Vide supra *Gripus*.]

† **GRYSEUS**. Vide in *Gryseum*.

† **GRYSOBITUS**, pro *Chrysolithus*, Lapis, pretiosus, apud Rolandinum Patavinum de factis in Marchia Tarvisina lib. 1. cap. 13.

\* **GUABAYSHO**, Vestimentum coactile, idem quod *Gambeso*. Privil. Brager. ann. 1394. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 330 : *Platæ, pillesus ferreus, proponcha sive Guabaysho, etc.* *Gambaycho* ex iisdem editum in *Gambeso*.

\* **GUABIA**, Cavea, Ital. *Gabbia*, Gall. *Cage*. Invent. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 2 : *Pel- vem, gradale, duos broccos, Guabiam ferri, etc.* Vide *Gabia*.

† **GUACA**, **GUACCA**. Synodus Limensis ann. 1585 : *Si quis Indus deprehensus fuerit revertisse ad sacrificandum in suorum defunctorum sepulchris, vulgo Guacas, vel adoratorio, etc.* Altera ann. 1582 : *Vos decipiunt (dæmones) dicendo... quod in infirmitatibus vocetis Guaccas et veneficos, etc.*

**GUACCIA**, Species tributi, in Hist. Episcoporum Lodovensium pag. 106 : *Ab omni exactione tollæ, quæstæ, talliæ, Guacciæ, et financæ.* [Vide *Guaitia*.]

† **GUACHA**, Vigil, speculator. Statuta Arelat. MSS. art. 80 : *Commune habent in dicto castro tres Guachas et unum fornerium et unum portarium.* Art. 116 : *Guacha stet continue cum cornu in aliquo loco Arelatis, in quo concilium convenerit, qui buccinet, etc.* Transactio anni 1284 : *Item dicebant custodiam civitatis, et excubias, et Guachas, et exanguachas, custodiam portarum civitatis ad se pertinere in solidum, et non pro parte, tam tempore pacis quam belli.* Hinc liquet quid sit *Guaccia*, quam mox ait Cangius esse speciem tributi ; est enim census, quem exsolvebant vassalli pro custodia cas-

trorum dominicorum, et quem aliis nominibus *Guetagium*, *Watagium*, *Wardagium*, etc. appellabant. Vide *Wactæ* et *Gacha*.

◦ **GUACHIA**, Districtus, territorium, ut videtur. Charta ann. 1451. in Reg. 4. Armor. gener. pag. vj : *Vendidit... unum ayrale, quod olim solebat esse hospicium, et de presenti est ayrale, scituatum in Montealbano, in Guachia de Testone.*

◦ **GUACHILE**, GUACHILLUS, Ab Occit. *Gachul*, Specula, terricula editor, unde *Guacha* seu vigil speculari potest, munimenti species. Stat. ann. 1355. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 169. col. 1 : *Item que la barbacanne... soit repparée et levée à son estat deu, garnie de Gachils, etc.* Aliud ann. 1356. ibid. pag. 181. col. 1 : *Item quod ordinetur quot balistæ de turno et quot duorum pedum, in singulis portalibus et Guachillis, et reponentur.* Rursum aliud ann. 1357. ibid. pag. 196. col. 1 : *Frachia antiqui muri de la canal aplanetur, ædificando, sic quod fiat desuper unum parvum Guachile.* Vide supra *Gachilis*.

◦ **GUACHIUM**, Vigil, excubitor. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Guach, Prov. decubiæ, excubiæ.* Stat. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 181. col. 1 : *Item quod fiant excubiæ de nocte; et quod ad minus quatuor Guachia instituantur in portalibus quæ apperta remanebunt.* Vide *Guacha*.

◦ **GUADA**, Instrumentum piscandi, retilis species, nostris *Guideau*. Jura ducum Tusciæ ann. 1196. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 92 : *Item dicit, quod a sancta Maria de Martio, usque ad sanctam Mariam de Augusto, non debet aliquis in flumine piscare ad Guadam nec ad stortam.* Vide *Guadellum*.

◦ **GUADAGNUM**, Lucrum, quæstus, Ital. *Guadagno*. Charta Petri Candiani ducis Venet. ann. 964. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1522 : *Si pro tali causa inde Guadagnum accrescat in patria, aut pro causa palatii, etc.* Vide supra *Gadagnare* et mox *Guadanare*.

◦ **GUADALERIUM**, Vas aquæ benedictæ. Vetus Ceremoniale MS. B. Mariæ Deauratæ : *Unus puer vel juvenis cum Guadalerio et aqua benedicta vadit juxta illum qui facit officium.* Infra habetur *Guadalerium*.

◦ *A Guada*, quod Mauris aquam significare auctor est Bollandus tom. 1. Jan. pag. 974. col. 2.

◦ **GUADANARE**, Lucrari, Gall. *Gagner*, Ital. *Guadagnare*. Testamentum anni 1118. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 488 : *Dimitto ambobus filiis meis totum quod lucratus sum, hoc est quod Guadanavi in castello da Bucias.*

◦ Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Guasanhâr, Prov. Lucrari.* Vide supra *Gadagnare*.

◦ **GUADARFIDA**, [Consuetudo antiqua.] Vide *Gadarfreda*.

◦ Hinc emendandum Glossar. Lat. Ital. MS. : *Guadarsuada, la antica costituzione.* Vide *Guadarfreda*.

◦ **GUADDIMONIUM**, GUATDIMONIUM, Vadimonium, pignus, fidejussio. Tabular. S. Cypriani Pictav. fol. 52 : *Injuste præsumpta reliquit, et in manu mea Guaddimonium xxx. solidorum emendavit, videntibus, etc.* Ibid. fol. 106 : *Cognovit culpam suam et dedit Guatdimonium suum.* Vide *Vadium*.

◦ **GUADELLUM**. [Retis species, idem quod supra *Guada*.] Jus Vicentin. lib. 4 : *Nullus qualeas et aves ejusmodi cum Guadello. vel cogolo, vel rete capiat, etc.*

◦ **GUADEMONIUM**, Vadimonium, pi-

gnus, fidejussio, in Charta ann. 1097. e Tabulario Majoris Monasterii. Vide *Vadium*.

◦ **GUADIA**, Idem quod *Guademonium*. Luitprandi Leges cap. 61. (6, 8.) apud Murat. tom. 1. part. 2. pag. 63 : *Si quis alii Guadium de sacramento dederit, et sacramentales dicti fuerint, et postea ipse qui nominatus est, cum ad sacramentum venerit et Evangelia posita fuerint, etc.* Vide *Gaid* et *Vadium*.

◦ **GUADIMONIA**, Eadem notione. Chron. Farfense apud Murat. tom. 2. part. 2. col. 574 : *Et dederunt invicem Guadimoniam, ut constituto termino judicantibus judicibus, fecissent secundum legem. Guadimonium, habetur ibid. col. 615.*

◦ **GUADIUM**, Idem. Vide *Vadium*.

◦ **GUADIARE**, Vadimonium constituere, etc. Vide in *Vadium*.

◦ **GUADIATOR**, Executor testamentarius. Ibid.

◦ **GUADIARE SPONSAM**, Despondere, uxorem ducere. Rolandinus Patavinus de factis in Marchia Tarvisina lib. 6. cap. 5. apud Murator. tom. 8. col. 257 : *Conducta de Padua equitavit Veronam, et habitavit in eodem palatio cum venerando marito suo, qui priusquam eam Guadiasset, ut dicebatur, posuerat cor suum in eam et amorem.* Ibid. cap. 6. col. 258 : *Anno eodem Domini MDCCLIX. quo die scilicet Guadiavit dilectam suam sponsam dominam Beatricem, parari fecit in Padua stipendia et expensas pro xx. diebus.* Chron. Veronense Parisii Ceretæ ad ann. 1238. ibid. col. 630 : *Idem Imperator eandem dominam Salvazam ejus filiam tradidit in uxorem domino Icerino de Romano; quam idem dominus Icerinus Guadiavit et desponsavit.*

◦ **GUADISAGUA**. Notitia judicati ann. 897. tom. 4. Cod. Ital. Diplom. col. 400 : *In omnibus terris et vineis, olivetis, pomis, arboribus, sylvis, Guadisaguis et usu aquarum, etc.* Sed ibi leg. distinctis vocibus, *Guadis, aquis, etc.* vel *Gualdis*. Vide infra *Gualdis*.

◦ **GUADITURA**, *Guageure*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide supra *Gaugeura*.

1. **GUADUM**, Vadum, Ital. *Guado*. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 67 : *Ad quandam Abduæ Guadum nimis altum venire, fingentes se velle transire.* Infra : *Per medium Vadum currere fingentes.* [Occurrit alibi non semel.] Vide Oct. Ferrarium.

2. **GUADUM**, Ital. *Guado*, Glastum, quo infectores lanarum utuntur. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 101 : *Ponatur quod rocha sit sita super montem ac circumdata a mare, et per bataliatam habere non potes, tunc oportet recursum habere ad ignem, sive putredinem, sive aquam putrefactam, in qua fuerit allia, cepe, caseus sive Guadum valde putrefacta.* Stat. Astæ ubi de Intrat. portar. : *Guadum ad tingendum solvat pro qualibet somma lib. xx.* Vide *Guisidium*.

◦ **GUAFRA**, *Gaufre*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Vide supra *Gauffra*.

◦ **GUAGERIA**, Pignus, Gall. *Gage*. Chartularium Accincti pag. 52 : *Dedit eis insuper quidquid in Guageriam habebat in molendino de Bruchembalt.* Vide *Gageria* in *Vadium*.

◦ **GUAGIARE**, Pignerare, etc. Vide in *Vadium*.

◦ **GUAGIUM**, Pignus. *Guagia duelli*, Gall. *Gages de Bataille*, apud Baluzium tom. 7. Miscell. pag. 326. Vide *Vadium*.

◦ **GUAGIAMENTUM**, Pignus. Vide in *Vadium*.

◦ **GUAGIARIUS**, Ædituus, qui res et bona ecclesiæ curat. Vide supra *Gagiarus* 1.

◦ **GUAGIUM**, Res ipsa in pignus data, quam assignare interdum tenebantur domini, qui jure creditiæ gaudebant, cum aliquid a subditis mutuo sumebant. Charta Buch. de Magduno ann. 1179. ex Chartul. Miciac. : *Dixerunt etiam quod si dominus Firmitatis Abreni Guagium suum miserit ad vinum in burgo, et tale fuerit Guagium, quod tripliciter valeat quam quod accipere petit, homo S. Mariæ accipere debet; et si sibi visum fuerit, Guagium tripliciter non valere, et accipere noluerit, portitor Guagii priori vel servienti ejus Guagium ostendat. Quod si ad ammonitionem prioris venditor vini Guagium accipere noluerit, ille vel illa, cujus vinum fuerit, priori vel servienti suo fidem manu sua faciat, vel secundum existimationem suam Guagium illud tripliciter non valeat, et tunc Guagium illud sine damno suo libere refutabit, nec propter hoc gravabitur vel accusabitur. Cum autem Guagium eo modo, quod supra dictum est, acceptum fuerit, vendito vino, a die venditionis per unum solummodo mensem Guagium illud servabitur, et mense finito, ille qui Guagium tenebit, dicet domino Firmitatis vel servienti suo, ut Guagium redimat. Quod si tunc, sine alio termino non redemerit, qui habet Guagium ex tunc illud vendere libere poterit... Si dominus Firmitatis Abreni aut serviens ejus de supradicto Guagio, scilicet de Guagio, quod pro vino positum fuerit, negare voluerit se ad redimendum Guagium semonitum non fuisse, ille qui semonitionem fecit in burgo S. Mariæ, coram priore jurabit se submonitionem fecisse. Hæc fusius, quia juri creditiæ illustrando non parum inservire possunt. Vide in *Guageria*.*

◦ **GUAGNAGIUM**, *GUAIGNALIS*. Vide *Gagnagium*.

◦ **GUÄGERIA**, Ager cultus seu qui coli potest, vel prædium rusticum, agris colendis, mansionibus aliisque ad culturam necessariis instructum. Vide supra *Gagneria*. Chartul. S. Joan. Anger. fol. 40. v. : *Confero S. Joanni omnia prata mea quæ in ipsa villa habebam, et totam Guagneriam meam de villa ipsa.*

1. **GUAIGERIA**, Vadimonium, pignus. Charta ann. 1278. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 228. r. : *Obliigo in manu Guidonis episcopi Lingonensis sex sextarias avenæ, quas habeo et habere debeo apud Calmam in granario dicti dom. episcopi Lingon. annuatim percipiendas, pro guardia quam ibidem facere teneor;... salva quidem dicto reverendo patri dicta guardia, quam ibidem semper teneor facere; dicta Guageria nonobstante. Facta est dicta Guageria pro sex libris Turon. Vide *Guageria*.*

2. **GUAIGERIA**, Prædium quod ad *gagia* seu vadia tenetur, Gall. *Ferme*. Charta Odon. ducis Burg. ann. 1216. ex Bibl. reg. : *Sciendum etiam quod Guageria non est tenatura.*

◦ **GUAGNAGIUM**. Vide supra *Gagnagium* 2.

◦ **GUAINARIUS**, pro *Vaginaris*, Qui facit vaginas, Gall. *Gainier*, Ital. *Gainaro*. Legitur in Additionibus ad Vitam S. Antonini, tom. 1. Maii pag. 345.

◦ **GUAISIDIUM**, Glastum Plinio, quo infectores lanarum utuntur : nostris *Guesde*, Picardis *Waide*. Matth. Silvaticus : *Gaisdo, Guaisdo, id est, herba fullo-nium, vel saponaria, quæ Isatis Græce*

dicitur. Alibi: *Guadus, herba cum qua tingitur blavetum*. Tabular. Ecclesiæ Ambian.: *Habet duas partes minutæ decimæ, excepta lana, agnis, Guaisdio, curtillagis, et pomariis.* [Guerde, tom. 3. Ordin. Reg. pag. 256.]

WAISDA, in Capitulari de Villis cap. 43. Eadem notione. [Charta anni 1249. e Tabulario Corbeiensi: *Derechief jou ai octroyé perduralement au devant dit Abbé et au Couvent une maille deu tonliu de chacun bareil de Waisde, qui vendu iert à Moreuil et mesures au bareil de Moreuil, qui doit être iveus au bareil de Corbie, et ert mis en l'iaue pour avaler à val, et chele maille auront il de l'acateur, et li surplus deu tonliu de Waide me demeure.*]

\* WAIDA, Eadem notione. Charta ann. 1392. apud Rymer. tom. 7. pag. 727: *Ducentas et quatuor viginti balas Waidæ, etc.* Chartul. Corb. sign. Ezechiel fol. 62. r.: *Lequel fermier emportera tous les prouffis, qui esqueront ledit jour durant, tant en chens, rentes, comme en autres choses, excepté messon d'Aoust, réservé Waides, waideles, waudes et navettes, si elles y esquent à despouiller* Vide infra Wede 1.

\* VAISIDIA, Pari intellectu, in Charta ann. 1200. ex Tabul. eccl. Camerac.: *Dominus prohibere non potest hominibus villæ in territorio suo Waisdiam facere quamdiu velint.* Alia ann. 1303. ex Tabul. Corb.: *Reposuerint decimas bladi, avenæ, ordet, pisorum, fabarum, vechiæ et aliorum granorum in territorio prædicto crescentium, nec non et Waisdiæ.*

† GUEDA, Eadem notione, in *Marchesia*.

GUESDIUM. Charta ann. 1171. ex Tabul. Eccl. Carnotensis n. 55: *Controversia, quæ super campiparte et decima Guesdiorum Ebrardivillæ orta erat, etc.* Infra: *Tali scilicet tenore, ut duobus vel tribus millibus Guesdiorum collectis, suam quartam partem acciperet.* Ruellius lib. 2. cap. 115. de Isati vel Glasto: *Magnum quæstum multis regionibus adfert. Viridem herbam trusatilibus molis premunt, ut herbaceam saniem excludant: dein abacto liquore digerunt in magnos globos, quos tabulatis in cinerem computrescere sinunt, Pastellum plerisque locis ab effigie pastillorum, in quam glomerantur, nominantes. Hos cortinis infectoriæ coquunt officinæ, et laneos pannos ac vellera demergunt, ut cæruleum ebibant colorem. Cæruleam illam spumam innatantem, quam igni confervescentes eructant cortinæ, Indum nostri vocant infectores. Hanc ad Picetorum usus siccat.*

\* GUAITA, GUAYTA, Satelles, custos, a voce teutonica *Wachte* et *Wæcke*, et valet:

1. Custodia, sive actus custodiendi. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 127: *et potestas teneatur quaitatores punire in x sol. bononinorum pro qualibet nocte, qua non bene faciunt Guaitam; et paulo post: statuimus quod ministrales contralarum teneantur et debeant eligere quaitatores pro Guaita de qualibet contrata civitatis bononie et burgorum.*

2. Locus, vel mansio ipsorum custodum. Erant Bononiæ sæc. XII. et XIII. nonnullæ viæ, quæ *Guaitæ* appellabantur, probabiliter eo quod pars earum excubiarum in ipsis debebant. Sex ipsarum viget adhuc memoria, id est *Guaita burgi stratæ S. Vitalis, Guaita S. Leonardi; Guaita portæ S. Petri; Guaita Marchionis vel Marchixana; Guaita portæ de castello, etc.* Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 427: *Et illi de broca-*

*glindosso, de Guaita sancti Leonardi debeant sallegare testatum eorum, etc.; et tom. II. pag. 493: Et hoc fieri debeat expensis hominum habitantium in Guayta porte de castello intus civitatem.*

3. Qui excubias agit. Stat. cit. tom. III. pag. 231: *Statuimus quod nullus de societatibus artium vel armorum sit vel eligi debeat Guaita noctis, vel saltuarius contra suam voluntatem.*

4. Præstatio pro custodia, quæ aut pecunia aut rebus aliis usu consumandis pensabitur. Vide *Guetagium, Gai-tagium* et *Vuetagium*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 127: *Et dicimus quod dicti quaitatores, sive custodes non debeant colligere Guaitam, nisi factis bapticonibus (bapticonibus '59, '67). id est post frumenti tritumam. Vide Bapticones; et tom. III. pag. 128: Ad evitandas et removendas suspitiones et abararias, que fieri dicebantur per illos qui colligebant Guaitam per convicinia pro quaitatoribus, statuimus et ordinamus, etc. (FR.)*

\* GUAITATOR, GUAYTATOR, Vigilia, excubitor, Italis, *Guardia notturna*. Gall. *Guet*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 127: *Et ministrales... debeant eligere duos Guaitatores (Guaytatores, 52.) vel plures ad voluntatem vicinorum suorum, qui custodiant civitatem de nocte et precipiant quod ipsi Guaitatores bene faciunt quaitam. — Exigebant ipsi a Comuni singulis mensibus quatuor libras bononinorum, ac operam præbere anni spatio debebant, prædem dando, qui acceptum stipendium duplicatum refundere obligatus erat, si officio desessent. (FR.)*

† GUAITIA, f. Jus excubiarum, seu quod pro eo jure erat exsolvendum. Charta Guidonis Comitissæ Forensis ann. 1224. tom. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 136: *Licet autem in villa de Undraiceu Guaitiam bastimentum (bastimentorum) ratione castri haberemus, totam tamen remisimus. Vide Guaccia et Guarda 1.*

† GUALABRUNUS, Vide *Galabrunus*.  
† GUALADERIUM, vel ut supra habetur, *Guadalerium*, Vas aquæ benedictæ, Gall. *Benitier*. Vet. Cæremoniale MS. B. Mariæ Deauratæ: *Pueri portant candelabra cum cereis accensis et turribulum cum igne et incenso, Gualaderium sine aqua, ad finem ut possint portare de aqua benedicta Fontium, quum Fontes erunt benedicti.*

† GUALAPHUR, GUALAPUR. Vide *Walapus*.

\* GUALCHERIA, ab Italico *Gualchiera*, Gallis, *Moulin à foulon*, Ædificium, vel machina, quæ vi aquæ mota pannos laneos tundit ac roborat. Erant ipsæ Bononiæ sæc. XIII. juris ac potestatis Communis, qui eas, ut molendina, singulis quinquenniis elocabat. In Statutis ejusdem civitatis ann. 1250-67. tom. III. pag. 422-44. nonnulla ipsarum locationis instrumenta exhibentur, quæ sunt consideratione digna eo quod omnia quæ ad ædificium et conventionem pertinent singillatim ac distincte enumerant. (FR.)

† 1. GUALDA, Glastum, Hispanis *Gualda*. Litteræ Henrici VII. Angl. Reg. pro Ambassiatore Neapolit. ann. 1494. apud Rymer. tom. 12. pag. 558: *Licentiam dedimus eidem Domino Juliano quod ipse per se, factores vel attornatos suos, centum dolia Gualdæ in aliqua navi extranea, qua ei placuerit, una vice tantum, in hoc regnum nostrum adducere. Vide Gualdum.*

† 2. GUALDA, ut infra *Gualdus*. Chro-

nicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 591: *Idem ipse refutavit in hoc Monasterio... clausuram Joannis de Bico, et de porta Cerii medietatem, et de Gualda medietatem, et de silva tertiam partem.*

GUALDANA, Acies, equitatus, manipulus militaris, ex Ital. *Gualdana: vocabolo antiquo*, inquit Acarisius: *che vale la correria, o cavalcata che fanno i soldati a rubare su quello de nemici e la preda, la quale essi hoggidi chiamato Guadagno: unde etymon accersit. Verum, ea notione, malim illud eruere a Gualdus, silva: ut Gualdana primitus fuerit venatorius excursus in silvam, saltum, Gualdum; unde postea vox traducta fuerit ad rem militarem: quomodo a venatione, dicimus *Donner la chasse aux ennemis*. At Gualdana, Cruscanis, dicitur *Ischiera di gente armata, manada*. Ita Rollandinus in Chron. lib. 4. cap. 13: *Imperator sequenti die misit primo balisterios, et misit Gualdanam suam, secundo milites et pedites, etc.* Lib. 10. cap. 5: *Præmisit balisterios, et Gualdanam, omnesque vastatores cum illis, etc.* Infra *Waldana* scribitur. Adde lib. 11. cap. 3. et *Historiam Curtiosur*. lib. 3. cap. 4. lib. 6. cap. 8. Utitur etiam Dantes in Inf. cant. 22. Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. qui vocis etymon a *Gilda*, societas, deducit.*

\* De turma, non equitum aut peditum, ordinata acie pugnam ineuntium, sed hominum perditorum, a *Ribaldis* non dissimilium, intelligit Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 530. quem consule.

\* GUALDEMANARE, Custodire, servare. Instr. ann. circ. 1195. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 877: *Audivit a patre et a suis majoribus, quod hæc terra, quæ tunc nemus erat, a Senata usque ad flumicellum, tota detenta est et guardata atque Gualdeமானata per nuntios comitissæ et ducis. Et col. 879: Dominicus Bussolus testatur quod vidit *Cabalerium et Trutum tenere et Gualdeமானare pro curia ducis et comitissæ a flumicello usque, etc.* Hinc*

\* GUALDEMANUS, Custos. Stat. Mutinæ rubr. 376. pag. 78. r.: *Scutifer, te-zolanus, castaldus, bubulus, Gualdeமானus sive custos cujuslibet civis Mutinæ, etc.*

† GUALDRAPIUS ORNATUS, ab Hispano *Gualdrapa*, Stratum equi, Gall. *Housse*. Concil. Mexican. ann. 1585: *Si vero mulis vehuntur, eas ne ornent, neque ornatum Gualdrapium eis adhibeant, nisi præbendati sint aut licentiati, vel doctores in Theologia, vel Decretis, qui hoc ornatu, laneo tamen, uti poterunt.*

† GUALDUM, ut supra *Guaisdium*, Glastum, Ital. *Gualda*. Litteræ anni 1523. apud Rymer. tom. 14. pag. 3: *Vinorum, Gualdorum, pastellorum, salis, birotorum et canavasi, etc.* Quæ totidem verbis ter repetuntur pag. seq.

GUALDUS, GUALDUM, Nemus, silva, ex Saxonico et Germanico *wald*. [\* Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 1. col. 802.] Charta Carlomanni Regis Italiæ et Bavarie pro Monasterio S. Christinæ in Italico Regno: *Donamus... partem terræ de Gualdo nostro, quod Sisenate dicitur.* Alia Ludovici Imp. in Chron. Farfensi pag. 651: *Cum... Gualdis, molendinis, etc.* Pag. 636: *Gualdum unum in finibus Reatinis... cujus termini sunt a silva ejusdem Gualdi, etc.* Pag. 662: *Gualdum unum, in quo est Ecclesia sancti Gethulii, etc.* Tabul. Casariense: *Id est, in casis, terris, vineis, pratis, Gualdis, Ecclesiis, etc.* Charta Carlomanni Regis Italiæ

ann. 2. pro Monasterio Casariensi : *Insuper placuit nostræ Serenitati ad id prædictum Monasterium quemdam Gualdum prope ibidem situm, nomine Cornie, tradere cum servis et molendinis, etc. ad id Gualdum pertinentibus.* Alio loco : *Concedo pro anima mea in ipso Monasterio ipsum Gualdum de Corbino, cum terris, casis, vineis, etc. Occurrit apud Leonem Ostiens. lib. 1. cap. 14. 54. 56. lib. 2. cap. 6. Petrum Diac. lib. 4. cap. 97. in Chartis Italicis apud Ughellum tom. 1. pag. 110. tom. 8. pag. 39. 590. Le Roman de Parise la Duchesse MS. :*

Mais ce, Sire, sai ge bien que au Gal fu emblez.

Infra :

Parcoi naqui je Duc dedans ce Gal ramé.

GAUDUS. Tabularium Ecclesiæ Carnotensis Ch. 72 : *Duodecim carrucatas terræ, unamquamque quinque modietarum, in silva, quæ vocatur Gaudus S. Stephani, etc.* Infra : *Reliqua vero decima totius Gaudi remanet Beate Mariæ, etc.* Le Roman de Guillaume au Court-nez MS. :

Or fit Guillaume el profond Gaud entré.

Infra :

El profond Gaud, ou l'en mes puist trouver.

Le Roman de Garin MS. :

Lyon ressamble qui de Gaut soit partis.

Alibi :

Se gist li pors dedans un Gaut plénier.

Infra :

Et tot le bois et le Gaut font tentier.

Idem Poeta :

La venaison, qui en est Esgaudée,  
N'en set esir ; quant elle y est entrée.

*S'esgaurir*, Picardis nostris, venationi in silvis indulgere, vel in silvis sese deambulatione reficere : non vero a *gaudere*, ut quidam putant, aut a *τρυγωδῆν*, uti vult Perion.

WALDUS, vel WALDUM, Eadem notione, in Chronic. Beneventano S. Sophiæ pag. 595. 597. 598. 608. 642. 644. et in Bulla Sergii PP. apud Ughellum in Aeserniensib. Episc. pag. 489.

WALDA. Will. Thorn. ann. 1364 : *Et debent pro qualibet swellinga 14. den. per annum pro schippershere, timberlode, et bordlode, vel cariare extra Waldam per mare vel per terram ad manerium prædictum.*

WALDORA, pro Waldum, enuntiatione Longobardica, in Charta Adelchisi Regis Longob. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 18 : *Statuimus, ut animalia et peculia ex ipsa Monasteria omni in tempore pabulum et escam habere debeant per silvas, Waldoras, etc.*

\*\* WALDATOR. Chron. Vulturn. ad ann. 979. apud Murat. Scriptor. Ital. tom. 1. part. 2. pag. 363. D.

GUALTINA. Charta Tancredi Comitis Licii ann. 1181. apud Ughell. tom. 9. pag. 98. 101 : *Concessimus eidem Monasterio Gualtinam nostram in usum piscium ipsorum religiosorum.* Alia : *Gualtinam piscium ad usum fratrum.* Vox ejusdem originis cujus Gualdus, ita ut Gualtina, ipsum fuerit quod foresta piscium, et nomen convenerit feris silvaticis et piscibus. Nostri Gaudines silvas etiam vocarunt. Philippus Mouskes in Hist. Francor. MS :

Ciers i mist, et bisces, et dains,  
Puis counins, lievres, et ferains,  
Et maniere de sauvegine,  
Tant que plaine en fu la Gaudine.

Guill. Guiart. ann. 1297 :

Tant trespasent chans et Gandine,  
Qu'il arrivent devant Comines.

Alter Poeta MS :

Et occis des Gregois aval celle Gaudine.

Li Lusidaires MS :

Grans noises font par ces Gaudines.

Sed et Gaudinam, appellatam olim partem illam Franciæ, quæ est inter Ligerim et Sequanam fluvios, scripsit Lupoldus de Babenberg de Jure Regni et Imperii Romani cap. 7. quod ea olim silvis abundaret, quod forte ab aliquo e nostris fabulosis Scriptoribus, quos Romanos dicimus, hauserat. [Vide Borelli Thesaurum in voce Gaudine.]

\* Hinc Godins appellati quidam prædones, qui se in silvas recipiebant. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 144 : *Comme icellui suppliant ait esté durant noz guerres par plusieurs foiz avec noz ennemis et les gens de compaigne et les Godins, et conversé avec eulx en prenant vivres, monteures, robes, dras, et autres bien sur noz subgez.* Aliæ ann. 1377. in Reg. 112. ch. 53 : *Pour doubte des malfauteurs, pillars, larrons et murtiers, appelez Godins ou brigans de bois, etc.* Denique aliæ ann. 1381. in Reg. 120. ch. 137 : *Comme en l'an 1365... estoient ou pays (de Nivernois) plusieurs brigans de boys, appelez Godins, etc.* Vide supra in Foillatiæ et infra Tuchinus.

GALEA, pro Galea, Genus navis, de quo supra, apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 214.

\* Charta ann. 1322. ex Bibl. reg. : *Nonnulli Gualeas ducentes... prope maria Narbonæ, etc.* Sed et nostris Gualie, pro Galée, in Lit. ann. 1347. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 210.

\* GUALETUM, dimin. a Galea, capitis armatura. Testam. ann. 1350. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Ego Burgondius de Podio Luperio dominus dicti loci... volo... quod hæres meus corpus meum sepeliri faciat, ... prout decens est, cum banderia nostra, scuto et Gualeto et superveste.*

\* GUALHINIERA, Locus, ut videtur, ubi gallinæ insident, Hisp. Gallinera, nostris Poullaillier. Lit. remiss. ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 261 : *Tenuit eam in domo ipsius uxoris incarceratam ligatam in quadam tustagua sive Gualhiniera, in tantumque ipsam verberavit, ... quod ipsam interfecit.* Vide supra Gallinarium.

† GUALIANA, pro Gualdana, Excursio militaris. Chronicon Parmense ad ann. 1247. apud Murator. tom. 9. col. 772 : *Et omni mane milites domini Imperatoris veniebant ad glaream prope Religionem veterem, et stabant ibi sero expectantes et custodientes Gualianas suas, quæ ibant quotidie per montana et planitiem... comburentes et devastantes omnia quæ inveniebant.*

† GUALICANA LINGUA, pro Walonica, in Chronico S. Trudonis apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 197. et ex eo apud Mabill. tom. 5. Annal. pag. 412.

† GUALOER. Vide Gualoer.

† GUALOPPARE, Ital. Gualoppare, Gall. Galoper, Equi cursu ferri, apud Murator. tom. 12. col. 809. lib. 2. Histor. Cortus. Etymon vide apud Menagium, et supra Calopare.

\* GUALTINA. Vide Gualdus.

\* GUANAGIUM, GUANNAGIUM. Ager cultus et satus, prædium rusticum ; Guingnage, in Lit. ann. 1367. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 33. Charta Henr.

reg. Angl. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 766 : *Clamavi quietum fratribus de Gresso furragium de proprio Guanagio suo.* Alia Henr. Hosati inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 535 : *Præterea dedi eisdem in dotem prædictæ ecclesiæ de tota annona mea, scilicet Guanagii mei, quæ expenditur in domo mea, ad panem faciendum, decimum quarterium, ubicumque residentia mea fuerit in maneriis meis.* Vide supra Gaagneria et Gagnaquum 1.

GUANASCHIA. Vide Garnaschia.

GUANCIALE, Pulvinus, in Addit. ad Vitam S. Antonini n. 73. ab Hetrusco Guancia, gena.

\* GUANGATOR, Fossor, vel arator, nostris alias Gaigneur. Stat. Vercel. lib. 7. pag. 151. v. : *Item statutum est quod omnes Guangatores et factores fossatorum, teneantur et debeant omnia fossata, quæ facere debuerint, facere bene et legaliter ad mensuram reclam perlicæ communis.* Vide supra in Gaagneria.

\* GUANGUAGIUM, male pro Guangnagium, ut supra Guanagium. Charta ann. 1301. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 81 : *Cum plateis intra circum et circa ipsa memora sitis, prout se comportant juxta Guanguagium meum, contiguum dictis domibus de Valle-profunda.* Ibid. col. 80. Ganguagium rursus, pro Ganagnagium. Vide supra Gaaignagium.

† GUANTILECTI, Digitalia ferrea, Gallis Gantelets. Computus ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 274 : *Dominus receperat mutuo pro gamberis, cosseriis, Guantilectis et aliud arnense pro persona Domini, unc. iv.*

\* QUANTUM, Tutela, protectio. Charta Soldani pro Pisan. ann. 1174. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 500 : *Et si nullus Saracenus cum illis processit, debet guardare et servare, sicut persona eorum, et non debet liberare eos ad nullum malum hominem, et habemus in Quanto, ut ducerent in nostro regno, etc.* Nisi legendum sit Grantum. Vide in hac voce.

† QUANTUS, Chirotheca, Gall. Gant. Ganti latunati, tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 274. et 288. Tecti laminis ex orichalco, quorum usus erat in præliis. *Quantus battalæ, pugnæ*, per quem quis alium provocat ad pugnam, apud Murator. tom. 11. col. 74. et tom. 12. col. 647. Vide Duellum et Wantus.

† GUAPANDUM. Charta ann. 1253 : *Girardus quittat et concedit quiddid habet... in grangia de Figiacio, scilicet vicesimam partem bladorum, piletum, Guapandum, sedes bladorum, etc.* Vide Gaspaleum.

GUARADANAU, [GUARADAVANT.] Libertates villæ Bergeraci in Vasconia MSS. : *Sine culpa autem dicitur dictus Dominus fore, cum equitat equum vel equam, mulum vel mulam, asinum vel asinam currentem, clamans, Guaradanau, etc.* Id est, tibi cave. [In editis ejusd. oppidi Consuetudinibus art. 162. legitur Guaradavant, quasi Gare davanti, Cave ante, qui præis.]

\* GUARAGNUS, Equus admissarius, Ital. Guaragno, Gall. Etalon. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 119. ex Cod. reg. 4620 : *De Guaragnis. Statuimus quod nulla persona terreria vel forensis possit vel debeat in civitate Mantuæ vel districtu Guaragnum vel equum aliquem dare vel dari facere alicui equæ, seu equum equam aliquam facere cooperire, nisi prius ille Guaragnus vel equus admissarius ac-*

ceptatus et approbatus fuerit. Vide *Waranio*.

† **GUARANCI**. Vide *Guarani*.

\* **GUARANDA**. Vivarium, Gall. *Garenne*. Bulla Innoc. III. PP. ann. 1210. inter Inst. tom. 11. Gall. Christ. col. 285: *Burgum Troarnense, ... cum mariscis, boscis... pratis, Guarandis, etc.* Vide infra *Guaranda*.

† **GUARANDIA**, Auctoritas, defensio, cautio, Gallis *Garentie*. Litteræ Philippi Flandriæ Comitiss apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 852: *Venit dies constitutus, Rorgo Radulfum adduxit, qui nullam ei Guarandiam tulit.* Vide *Garandia*.

\*\* **GUARANDIZARE**, in chart. ann. 1315. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 125.

\*\* **GUARANDUS**, in chart. ann. 1237. apud eundem tom. 4. pag. 884.

† **GUARANDIZATOR**, Fidejussor, sponsor, qui alteri tenetur ad evictionem, Gall. *Garant*. Charta Amoricæ de Fontenella ann. 1211. e Tabulario Corbeiensis: *Concessimus venditionem, et quamdiu prædicta Mabilia uxor mea vixerit, nos Guarandizatores et fidejussores prædictæ venditionis constituimus.* Alia Petri domini de Jumellis eod. an.: *Fide præstita me Guarandizatores et plegium constitui.* Vide *Garandizator* et *Warrantus*.

† **GUARANI**, GUARANGI, et GUARANGI, Idem qui *Varingi*, et Βάρυγοι Græcis dicuntur, apud Leonem Ostiensem lib. 2. cap. 58. et Anonymum Barenses in Chr. sub ann. 1046. 1047. et 1066. apud quem *Guaranci* et *Guarangi* promiscue appellantur. Vide quæ de *Varingis* a nobis observata sunt ad *Vilharduinum*, et infra in *Vargi*.

† **GUARANIO**, [Equus integer.] Vide *Waranio*.

† **GUARANTIA**, GUARANTOR, ut *Guarandia*, *Guarandizator*. Cartular. B. M. de Accincto pag. 38: *Duorum bichetorum census, unius frumenti et alterius avenæ, reddent eis, quamdiu Guarantiores adversus heredes ipsius decimationis fuerint, vel pacem fecerint, quod si in ista Guarantia vel pace faciendi defecerint, etc.* Vide *Garandia* et *Warrantus*.

† **GUARAPO**. Synodus Limensis ann. 1064: *Item reservamus vobis absolutionem Hispanorum..... qui vendiderint Indis Guarapo seu potum ex aqua et melle extersionis primi vasis, vel mustum, ut id bibant.*

† **GUARBA**, pro *Garba*, Gall. *Gerbe*, Fascis desecti frumenti. Occurrit in Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 8. et 11. Vide *Garba*.

\* **GUARBERIUM**, *Garbarum* seu manipulorum congeries, nostris *Gerbier*. Charta ann. 1343. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 605: *Cum gentes præfatæ granigiæ duo Guarberia guarbarum bladi fecissent in quodam campo, etc.* Vide supra *Gerberius*.

† **GUARCIANUS**, GUARCIFER, GUARCIO, Famulus, Gall. *Garçon*. Vide *Garcio*.

† **1. GUARDA**, GARDA, Tributum annuum, modo spontaneum, modo coactum, a subditis et inferioris conditionis hominibus pro tutela et protectione dominis vel patronis potentioribus exsolutum. Charta ann. 1202. in Bibliotheca Sebusiana Centuria 1. cap. 37: *Recognovi etiam in præroninati Abbatis et Stephani Prioris Portarum et aliorum plurimorum præsentia, me in domo, villa et rebus Yminonis nullam Gardam, dominium aut consuetudinem debere habere.* Alia ann. 1270. ibid. Cent. 2. cap. 100:

*Nos frater Joannes humilis Prior Nantuaci et ejusdem loci Conventus, et nos Humbertus Dominus de Thoire et de Vilars, notum facimus... quod cum discordia seu controversia verteretur inter nos... super Garda villæ et Prioratus Nantuaci et rerum et hominum ad dictam prioratum pertinentium in Mantua, quam Gardam nos dictus Humbertus dicebamus ad nos pertinere, nobis Priore et Conventu e contrario asserentibus. Tandem inter nos... intercessit super hiis amabilis compositio in hunc modum, videlicet quod villa et Prioratus Nantuaci et Castrum S. Germani et generaliter omnes res et homines ad dictum Prioratum et dictum Castrum pertinentes... sint et remaneant in perpetuum de bona Garda nostri Humberti... et successorum... quam bonam et perpetuam Gardam, nos dicti Prior et Conventus eidem Humberto et successoribus suis damus... cum conventionibus infra scriptis. Videlicet quod idem nobilis Vir Castrum prædictum S. Germani, res et homines de Castellania dicti Castri tenentur Gardare et defendere bona fide: pro qua bona Garda... nos prædicti Prior et Conventus promittimus bona fide et stipulatione eidem Humberto pro se et hæredibus et successoribus suis dare, reddere et solvere quolibet anno in festo S. Hilarii centum solidos Gebennenses. Pluries recurrit ibi. Antiq. Recognit. in Regesto *Probus* l. 60. et 61: *Homines de Montesetoræ debent Comiti pro Garda v. sextar. Vienn. avenæ, etc. Summa avenæ de Garda et commendaria 30. sextar. Hic idem sonant Garda et Commendaria. Alibi: Exactionem etiam quam Guardam appellant, quam accipiebat ab hominibus S. Salvatoris... condonavit.* Charta ann. 1186. tom. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 124: *Idem vir nobilis dedit et concessit eidem Monasterio... Guardas Vismetarum et mansum de Nuz. Alia ann. 1217. ibid. pag. 132: Medietatem Guardæ, quam ex materna hæreditate habebant apud S. Euphemiam. Alia ann. 1289. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 50: *Item fuit actum... quod non potestis... infra territorium et mandamentum castri de Varsia Guardus vel commendarias recipere, vel receptas retinere.* Alia Dumbensis ann. 1426: *Recognoscit se esse hominem ligum, quitum, justitiabilem, burgensem et subditum domini Ducis Borbonii ad causam castri sui Villenovæ absque aliqua Garda seu tributo in persona ejusdem confidentis nec ejusdem bonis.* Alia ann. 1437: *Joanna Pascal pro Rozello filio suo confitetur dictum Rozellum esse sub protectione et Garda domini de Franchelins, et pro ipsa debere super capite suo unum grossum bonæ monetæ currentis. Edictum Ducis Sabaudie apud Colletum in Statutis Bressiæ l. 3. art. 9: *Cum omnes et singuli subditi nostri... in nostris Salvagardia et protectione consistent, hoc edicto perpetuo prohibemus omnibus et singulis nostris, cujuscumque status aut gradus fuerint, ne aliquem vel aliquos ex subditis nostris utriusque sexus, mediativ vel immediatis... sub Salvagardia seu protectione, sub annua pensione, vel alio tributo, dono, vel præmio personali vel reali recipere præsumant, sub pena decem marcharum argenti puri... Eodem edicto prohibemus omnibus et singulis civibus, burgensibus, notariis, mercatoribus, mechanicis, agricolis et aliis subditis nostris mediativ et immediatis... ne Salvagardiæ aut protectioni cujuscumque se subicere præsumant, sub pena XL. solidorum fortium... interdicentes in super omnibus et singulis Notariis et Ta-****

*bellionibus publicis et curiarum juratis, ne deinceps de et super hujusmodi Gardis et Garderiorum receptoribus instrumenta vel literas conficiant, sub pena decem librarum, etc.* Vide *Commenda* 4. *Commendaria*, *Commendatio* 2. *Salvamentum* et *Warda*.

† **GUARDÆ ECCLESIARUM**, Ecclesiarum tutio. Vide *Wardæ Ecclesiarum* in *Warda*.

† **2. GUARDA**, Custos, Ital. et Hisp. *Guarda*, Gallis *Garde*. Parisii de Cereta Chronicon Veronense apud Murator. tom. 8. col. 632: *Advocatus de Clavica Veronæ dedit castrum Vilitimpentæ Comuni Veronæ, et expulsi Guardas Communis Mantuæ, quæ erant et tenebant dictum castrum.* Potest hic intelligi Præsidium, Gall. *Garnison*, sed tum etiam res eodem redit: præsidarii enim milites custodes sunt castri. Conventus Episcoporum Cæsaraugustanus ann. 1058. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 221. col. 1: *Et ipsos castros militat Ermengaudus Comes tertiam partem de opera et de Loger et de Guarda, quæ in eis erit necesse.* Charta ann. 1273. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 29: *Si autem præpositus Paris. Guardas sive custodes, vel servientes ibidem posuerit... ille super quem Guardæ vel custodes, etc.*

† **3. GUARDA**, Locus, ut conjecto, sic dictus, quod facile possit custodiri et defendi. Tabularium Majoris Monasterii: *Herveus Præpositus dedit S. Martino, quæ vulgari sermone vocatur Guarda, quia in medio ejusdem terræ quidam parvus mons insurgit.*

† **4. GUARDA**, pro *Gualda*, ut opinor, Glástum. Computa Dalphin. Graisivod. ann. 1334. fol. 46: *Recepta frumentii, leguminum, avenæ, vini, castanearum, Guardarum, piperis, mellis, etc.*

\* **GUARDACAMERA**, Anterior conclave. Gall. *Antichambre*. Annal. Estens. ad ann. 1403. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 990: *Tunc illi extincto lumine lampadis, in vicinam Guardacameram paulisper secesserunt, perpendentes Franciscum et uxorem ejus expergefatos.*

† **GUARDAGIUM**, Protectio, tutela. Charta anni 1020. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 140: *Quod monasterium (Tabulariense) cum omnibus suis bonis... habet dux noster Imperator in suo salvo Guardagio et tutela.* Vide *Guarda* 1. et *Warda*.

\* **GUARDAMANZARIA**, Vas mensarium, quod *Cadenat* appellamus. Inventar. ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 812: *Guardamanzarie dux argenti albi cum duabus testis leonum, et serratura intaliata ad litteras Græcas et aliis operagiis.*

† **GUARDAMANZERIUS**, GARDAMINGERIUS, Qui curam habebat ciborum mensæ Dalphini. Computus. ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 279: *Pro equo Andree Guardamanzerii taren. xv. In Ordinatione Humberti I. ann. 1336. habetur: Andreas de Venaysia Gardamingerius.*

\* **Mensæ regie administer** vel *curator*; *Gardemangier*, in *Ordinat. hospit.* reg. sub Phil. III. ann. 1286. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1201. Alia sub Phil. V. ibid. col. 1362: *Item, au commun trois queux, dont il y aura toujours les deux à cour, et sera l'un Gardemangier. Item en la cuisine un Gardemangier, qui aura xiiij. deniers de gaiges, in Ordinat. hospit. Joan. reginæ ann. 1316. ex Reg. sign. Croix Cam. Comput. Paris. fol. 88. r.*

\* **GUARDANAPPA**. [Gall. *Serviette* :



« Tantum demptis qui *Guardanappas* ante cardinales servare debebant. (Diar. Burch. I. 121. an. 1484.) »]

† **GUARDARоба**, ut *Garderoba*, Vestiarium, de quo supra. Locus est in *Conclave*.

† **GUARDATOR**, *GUARDERIUS*, Custos, Defensor, etc. Vide *Warda*.

\* **GUARDATORIUS**, Idem qui *Guardator*, ab Ital. *Guardatore*, che *guarda*, Custos; Gall. *Garde*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 281: *Salvo quod potestas possit dare licentiam Guardatoriis (Guardatoribus '60, '62), saltuariis et custodibus prexonum cum essent extra civitatem, vel pro eorum officiis portandi culltellos.* (FR.)

\* **GUARDENAPA**. Vide supra *Guardenappa*.

† **GUARDEROBA**, Vestiarium. Vide *Garderoba*.

† 1. **GUARDIA**, Custodia, etc. Vide *Warda*.

2. **GUARDIA**, Eadem notione qua *Curia*, id est Territorium, cujus curam gerit Comune, vel Terra, aut Villa. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 538: *Ordinamus quod nulla terra comitatus vel districtus bon. possit vel debeat compelli ad aliquod laborerium faciendum in alia curia, seu Guardia; — et tom. II. pag. 406: Statuimus quod (Calcaria) debeat cavari et in suum locum reddi... et hoc faciant terre, per quarum curiam, seu Guardiam decurrat, etc.* (FR.)

† 1. **GUARDIANUS**, Superior Conventus Ordinis S. Francisci. Occurrit passim apud Scriptores Franciscanos.

† 2. **GUARDIANUS**, Custos pecorum, pastor, Provincialibus *Guardian*, in Charta ann. 1339. ex Schedis Præsidis de *Mazaugues*.

† 3. **GUARDIANUS**, Tutor. Archivum Turris Londin.: *Litteræ Regis Edoardi III. ann. xvi. quibus recognoscit secundum conventiones initas cum Ducissa Britanniae et tutore et Guardiano Ducis Britanniae, se accepisse mutuo a prædictis Ducissa et tutore mille libras sterlingorum, quibus solvendis omnia sua bona et hæredum suorum obligavit.* Vide *Warda*.

† 4. **GUARDIANUS**. Bulla Pauli III. Papæ de secularizatione Monasterii *Vezellac*. ann. 1337. inter Instrum. tom. 4. Gall. Chr. col. 116: *Abbas bedellum suum Guardianum nuncupatum... habeat.* Vide *Bedellus*.

\* 5. **GUARDIANUS**, Custos rei cujuslibet. *Guardianus de duana*, in Charta Soldani pro *Pisan*. ann. 1174. apud *Lamium* in *Delic*. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 197. *Alia* ann. 1198. apud *Murator*. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 443: *Promitto singulis annis Guardianos silvæ facere jurare silvam allevare, et arbores custodire, et jus vestrum reddere.*

† **GUARDIATOR**, Curator testamenti. Statuta Ecclesiæ *Bitter*. ann. 1368. inter *Anecd.* Marten. tom. 4. col. 647: *Ecclesiarum Rectores... morientis hæredes, successores, executores seu Guardiadores, et alios quoslibet ipsas dispositiones, seu alteram earum apud se habentes, moneant, ut, etc.*

† **GUARDIO** dicitur ille, cui custodia est commissa, in *Vocabulario juris utriusque*. Vide *Feudum Gardiæ* in *Feudum*.

\* **GUARENDA**, Vivarium, Gall. *Garenne*, ut supra *Guaranda*. Charta Ric. reg. Angl. pro abbat. de *Orator*. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 18: *Confirmamus Guarendam suam, quæ circa abbatiam*

*est, sicut fossis undique clausa est.* Vide *Guarenna*.

† **GUARENNA**, Vivarium, Gallice *Garenne*, apud *Lindwoodum* lib. 3. Provinc. tit. 16. pag. 200. Vide *Warena*.

† **GUARENTAGIUM**, ut infra *Guarimentum*. Chartularium S. Vincentii *Cenoman*. fol. 82: *Et per Guarentagii ipsius auctoritatem dissevit Reginaldus Abbas in curia prædicti Huberti.*

† 1. **GUARENTIA**, ut *Guarandia*, Gallice *Garantie*, Auctoritas, cautio de evictione. Charta ann. 1264. inter Instrum. tom. 2. Gall. Chr. col. 436: *Promittentes eidem domino... firmam fieri Guarentiam de terra, etc.* Vide *Guarandia*.

\* 2. **GUARENTIA**, *Rubia*, Gall. *Garance*; *Guérance*, in Lit. ann. 1358. tom. 3. *Ordinat.* reg. Franc. pag. 256. art. 7. Stat. *Astæ* ubi de *Intrat*. portar.: *Guarentia ad tingendum solvat pro qualibet somma ad æstimationem officialium.* Vide *Guarantia* 1.

\* **GUARENTIANA**, *GUARENTITIA*, Charta, qua actum seu conventum probatur et confirmatur. Charta *Soldani* pro *Pisan*. ann. 1174. apud *Lamium* in *Delic*. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 201: *Ubi isti conventi fuerint stabiliti, fuerint lecti ante messatico, et bene intellexit et placuit, et levavit guarantes, quia placuit eis, et portavit secum, et literas scriptas, et adduxit Guarentianam ab archipresbyteris, quia placuit eis, et venit ista Guarentitia in Babilonia quindecim dies de mense, qui vocatur Saracenis Saphar.*

† **GUARENTIGIA**, *Bleyniano* Instit. lib. 4. pag. 544: *Nihil aliud est, quam Summissio quedam facta ab eo, qui se debitorem constituit tabellioni tamquam iudici, ut quod ipse scripserit ratione debiti, si ad instar sententiæ. Concil. Mexican. ann. 1585: Publica instrumenta et ea quæ Guarentigia dicuntur, etc.* [\* Vide supra *Guarentigia*.]

\* **GUARENTIGIARE**, Auctorem se profiteri, cavere de evictione, apud *Corbinel*. inter *Probat.* domus de *Gondi* tom. 1. pag. 51. Vide *Guarentizare*.

† **GUARENTIZARE**, Auctorem se profiteri, cavere de evictione, Gall. *Garantir*. *Formulare* Anglic. *Thomæ Madox* pag. 254: *Ego et hæredes mei memoratam terram contra omnes homines prædictis Monachis Guarentizabimus.* Rursum occurrit ibidem pag. 22. Vide *Warentizare* in *Warantus*.

† **GUARENTUS**, Qui alteri tenetur ad evictionem, Gallice *Garant*. Occurrit in Chartulario S. Vincentii *Cenoman*. fol. 17. Vide *Warantus*.

\* **GUARERAFFAU**, vox *Cambro-Britannica* in *Legibus Hoeli Boni* Regis *Walliæ* cap. 19. *Rhaff*, *Boxhorni* in *Lexico Cambrico*, est *funis, restis*.

\* **GUARGATURA**, pro *Carcatura*, ex Gall. *Charge*, onus. Charta *Gerardi* *Episcopi* S. *Pauli* *Tricastin*. in *Libro Mirabili*, seu *Tabulario* *Abbatæ* *Conchensis* in *Ruthenis* n. 80: *Et unius asini Guargaturam de vino, et unum quartale de melle.*

\* **GUARIDA**, *Specula*, Gall. *Guérite*. Stat. ann. 1357. inter *Probat.* tom. 2. *Hist. Nem.* pag. 195. col. 2: *Fiat Guarida fustea supra cameram S. Thomæ parva.* Vide supra *Garitæ*.

\* **GUARILHANUS**, an *Stillicidium*, vel *emissarium*? Stat. *Mss. Montispeess.* ann. 1204: *Decretum est ut duodecim viri consiliares communitatis Montispeessulani eligant duos viros probos et legales, qui duo habeant potestatem ut *carreræ*, et *ruinosi**

*parietes, et Guarilhani, et viæ, et vallæ aptentur et meliorentur.*

† **GUARIMENTUM**, Auctoritas, cautio de evictione, Gall. *Garantie, Gariment*. Charta *Aymerici* *Archipresbyteri* de *Luzciaco* ann. 2278. apud *Stephanotium* tom. 3. *Antiq. Pictav.* MSS. pag. 898: *Promiserunt dicti venditores... contra omnem hominem... plenum, firmum, perpetuum et liberum Guarimentum prædicto domino Abbati (Nobiliacensi) et successoribus ejus. Si vero ob defectum Guarimenti prædicti a dictis venditoribus... faciendi... idem Abbas... dampna... sustinere contingerit in futurum, promiserunt omnes præfati venditores... reddituros et resarcituros dicto domino Abbati, etc.* Occurrit in *Alia* Charta ann. 1277. *ibid.* pag. 929. in *Chartulario* S. *Johannis Angeriæ*. pag. 244. etc. Vide *Guarimentum*.

† **GUARINA**, f. pro *Hispano* *Guarida*, *Refugium*, *asylum*, idem quod *Fossatum*, *Castra* *vallo* *munita*. *Alfonso* *Rex* *Portugalliæ* in *Foris* *Alcaconensibus* *eræ* 1267: *Milites qui fuerint in fossado vel Guarina, etc.*

\* **GUARINGAGA**. Charta *Henrici* *Imp.* ann. 1094. pro *Ecclesia* *Pisana*, apud *Ughell*. tom. 3. pag. 421: *Et largimur Guaringagas omnes, quæ eorum prædis adherent.* *Alia* *Mathildis* *Comitissæ* ann. 1100. *ibid.* pag. 427: *Ut liceat Canonicis et ministris illius Ecclesiæ habere, et providere absque alicujus contradictione silicium tumuli, et Guaringagas omnes, qui sunt in capite terrarum Canonicorum, et liceat illis terras suas in paludes et flumina extendere quantumcumque poterunt.* Charta *Guelphonis* *Marchionis* *Tuscæ* ann. 1160. pag. 465: *Item decimas, prædia, domos, et familias, et Varingagas omnes, quæ eorum prædis adherent.* Adde pag. 481. Vide *Watergang*.

† **GUARINI**, *Homines* *ex* *influentia* *cæli* *viventes*, *Rocho* *le* *Baillif* in *Dictionario* *Spagyrico*.

† 1. **GUARIRE**, *Sanare*, Gall. *Guerir*, Ital. *Guarire*. S. *Lafrancus* *Guaribil*, tom. 4. SS. Junii pag. 627.

† 2. **GUARIRE**, *Tueri*, *protegere*, Gall. *Garentir*, *Garir*. *Pancarta* *titulorum* *Abbatæ* S. *Stephani* *de* *Vallibus* apud *Xantones* *Ch.* 46: *De dampno et de violentia Guarirenis dictum Priorem.* Vide *Garire*.

† 1. **GUARITA**. Charta ann. 1278. apud *Stephanot.* tom. 3. *Antiq. Pictav.* MSS. pag. 898: *Precio decem et octo librarum Turonensium de vendis et honoribus Guaritarum, de quibus confessi sunt se plenariam et integram satisfactionem habuisse ab emptore prædicto in pecunia numerata.* Altera ann. 1277. *ibid.* pag. 929: *Precio septies viginti et quatuor librarum currentis monetæ de venditione et honoribus Guaritarum, quas confiteor me habuisse et recepisse perintegre a dicto domino Abbate in pecunia numerata.* [\* F. leg. *Guarica*. Vide *Garricæ*.]

\* 2. **GUARITA**, *Specula*, *turricula* *editor.* Charta ann. 1212. apud *Murator*. tom. 2. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 279: *Cum omni jure et jurisdictione curtis et castri, et specialiter Guaritæ, etc.* Vide supra *Guarida*.

\* **GUARNACHIA**, ab Ital. *Guarnacca*, *Sagu*, genus vestis villosum ex crassiore panno confectum, quod reliquis vestibus superinduitur. Stat. *Bonon.* ann. 1250-67. tom. III. pag. 159: *Detur eidem (qui sonat campanas Communis) unum vestitum et unam Guarnachiam de stamine forte.* (FR.)

† **GUARNACIA**, etc. Vide *Garnachia* 1.

\* **GUARNAMENTUM**, *Supellex* *queævis*.

Mirac. S. Audoeni tom. 4. Aug. pag. 835. col. 1: *Presbyter lineam telam, quam venalem nudinis inferebat, simul cum aliis rebus homini imposuit... Diversorium quoddam denique laliturus introgressus, vili satis pretio alieni laboris Guarnamentum vendidit.* Vide in *Garnire* 1.

\* **GUARNAZO**, Ital. *Guarnaccone*, Ingens toga. Stat. Ferrar. ann. 1279. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 424: *Idem intelligimus de Guarnazonibus fodratis, si fuerint fodrali de pelle.* Vide mox *Guarnichia*.

† **GUARNAZONUS**, Vestis species. *Discurrebat incidendo maniconos Guarnazonorum... auro et argento ornatos,* apud Murator. tom. 16. col. 377.

\* Stat. Placent. lib. 6. fol. 80. vº: *Et si fuerit de cendali inforatus ipse Guarnazonus, etc.*

1. **GUARNELLUM**, Genus vestis, viris et mulieribus communis. Academici Crusciani: *Guarnello e una sorte di panno tessuto d'accia, et di bambagia: e guarnello si dice alla veste da donna fatta di cotal panno: essendo usitato modo di dire, il chiamar le vesti da donna col nome del drappo di che sono fatte: Lat. Theristrum.* S. Franciscus in Regula Tertiiorum cap. 3: *Sorores etiam chlamyde induantur, et tunica de hujusmodi humili panno factis, vel saltem cum chlamyde habeant Guarnellum, seu placentinum, coloris albi aut nigri, paludellum amplum de canabo seu lino absque ulla crispatura consutum.* Urbanus IV. PP. in Regula Militum Ord. S. Mariæ, apud Ghirardacum in Hist. Bonon. in Indice tom. 1: *Clerici autem camisia de panno lineo, aut Guarnello albo, vel superpelliceis, et cappa clausa utantur.*

\* 2. **GUARNELLUM**, [Italis *Guarnello, futaine*: « Tria matarafia nova de Guarnello albo plena de bonific pro usu SS. D. N. (Invent. Rer. forr. Pal. Apost. 10. Oct. 1464). »]

\* **GUARNERIUM**, Horreum, Gall. *Grenier*. Charta ann. 1267. in Reg. 81. Charthoph. reg. fol. 113. vº. col. 1: *Duos modios et dimidium avenæ annui redditus in Guarneris ipsius domini regis apud Crispicium.* Vide *Granarium*.

† **GUARNIAMENTUM**, etc. Vide in *Garnire*.

\* **GUARNICHIA**, Toga, vestis talaris, Ital. *Guarnaccia*. Inventar. Ms. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unam foderam de grisiis pro Guarnichias.* Vide *Guarnachia* 1.

\* **GUARNIMENTUM**, a vet. Ital. *Guarnimento*, Coitio, cætes hominum occulte intus ad conspirandum contra aliquem. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 289: *De Guarnimento non faciendo: — Item statuimus quod nulla civitas, castrum, locus, vel baro, vel aliqua alia singularis persona civitatis vel loci debeat facere aliquod gravamentum (lege Guarnimentum) vel coadunanciam hominum, etc... et tom. II. pag. 288: Quod nullus vadat in Guarnimentum contra romagnolos: — Item statuimus et ordinamus quod nulla civitas, castrum, baro, vel locus, vel alia singularis persona debeat ire, vel mittere ad aliquod gravamen (corr. Guarnimentum), vel discordiam, vel rixam, sive seditionem, que esset in civitatibus romagne... vel inter barones, vel alias singulares personas tempore cujuscumque discordie, rixe, vel Guarnimenti, vel occasione cujuscumque eorum. Eadem notione usurpatur hæc vox a Cl. Rezasco in suo *Dizionario del. lng. ital.* pag. 506. sub voce *Guarnimento* II.*

† **GUARNIRE**, Ornare, instruere mu-

nire, in Actis SS. Junii tom. 4. pag. 797. et passim apud Scriptores inferioris ævi, præsertim Italicos. Vide *Garnire*.

† **GUARNISARE**, Ead. notione. *Ad munendum sive Garnisandum domum,* in Charta ann. 1325. apud Lobinell. tom. 4. Hist. Paris. pag. 530.

\* **GUARPIRE**, Possessionem rei alicujus dimittere. Charta ann. 1111. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 380: *Hæc omnia suprascripta donamus et reddimus et Guarpimus, etc.* Hinc

\* **GUARPITIO**, Rei possessæ dimissio, cessio ipsa, in Charta ann. circ. 1100. ibid. col. 354: *Ego Compan de Benca facio Guarpitionem de Eicio, etc.* Vide *Guerpire*.

† **GUARPISCERE**. Vide *Guerpire*.

† **GUARRADA**, Species vasis. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 588. de S. Amando Episc.: *Quatuor quartarios frumenti et Guarradam puri vini.* Vide *Carrada* 2.

† **GUARRARIA**, pro *Carraria*, si bene conjecto, Via vel Lapidicina. Chronicon Andrense tom. 9. Spicil. Acher. pag. 524: *Assignavit totam decimam silvæ communis apud Lo juata Hautthinghem, inter montem de Fielnes et antiquam Guarriariam.*

† **GUARRELLUS**, pro *Quarrellus*, Species telli, Gall. *Guarrau*, apud Sebastianum Fantoni tom. 2. Hist. Avenion. pag. 99.

\* **GUARRICA**, pro *Garrica*, Terra inculta. Donatio anni circiter 817. inter Instrum. novæ Histor. Occitan. col. 51: *Cedimus sic istum locum... cum suis Guarricis, cultibus et incultibus, terris, et vineis.*

\* **GUARRIFICARE**. Vide infra *Guerrigare* in *Guerra*.

\* **GUARRUS**, Spiculum arcus balistarum, idem quod *Garrotus*. Vide in hac voce. Arest. parlam. Paris. ann. 1321. 9. Maii in Reg. *Olim: Item ad reddendum et restituendum tres magnos Guarros cum cadribus pertinentibus ad eosdem, vel pro eorum valore, quadraginta libras.*

\* **GUARUS**, Qui alteri tenetur ad evictionem, Gall. *Garant*. Charta Guill. abb. Furn. ann. 1159. in Suppl. ad Miræum pag. 49. col. 2: *Si vero pro his... querimonia qualiscumque exorta fuerit, nostram ecclesiam, absque rerum suarum dispendio, et adjutricem et Guarum constituimus.* *Gwer*, eadem acceptione, in Charta ann. 1265. ex Diplomat. Bajor. apud Oefellium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 103. col. 2: *Quod autem hujusmodi donationis testes et prosecutores, quod Gwer vulgariter intelligitur, sumus et erimus in perpetuum præsentibus litteris sigilli nostri munimine roboratis publice protestamur.* Vide *Garantus*.

\* **GUASALHIA**. Vide supra *Gasalha*.

\* **GUASAPE**, Pallium altaris. Anonym. de Casib. infaust. monast. Farf. ab ann. 1119. usque ad 1129. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 293: *Qui ornamenta ecclesiæ, vel quæque utensilia cepit dispergere absque ulla verecundia, et diversis viris in pignus tribuere; id est... textum Evangeliorum et Guasape novum altaris majoris.* Vide *Guasape*.

**GUASCAPUS**, Vestis species. Urban. IV. PP. in Regula Militum Ord. S. Mariæ, Bononiæ, quos *Frates Gaudentes* vulgus appellavit, apud Cherubinum Ghirardacum in Hist. Bonon. in Indice tom. 1: *Possint hujusmodi fratres præter mantellum et Guascapum Ordinis, habere cappam clausam de panno grisei coloris, aut etiam de camelino.* Alibi: *Quando vero equitant, Guascapis grisei*

*coloris seu de camelino, etc.* Occurrit ibi rursum. [\* Vide supra *Gauscappa*.]

**GUASCHIA**. Charta ann. 1228. apud Petrum Mariam Campum in Regesto 3. part. Hist. Eccl. Placentinæ pag. 286: *Item in Guaschis de Gaverzago 12. den.* [Vide *Gaschia*.]

**GUASNACIA**. Vide *Garnachia*.

† **GUASO**, Cespes, Gall. *Gazon*. Addimenta ad Chronicon Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 933: *Per cultellum et festucam notatum (nodatam) seu Guasonem terræ vobis exinde ad vestram partem corporalem facio vestituram.* Vide in *Investitura*.

† **GUASPALEUM**, f. Purgamenta seu paleæ minutores post ventilationem. Tabularium Majoris Monasterii: *Canonici duas partes frumenti, sigali et avenæ percipient, Monachi vero tertiam; ordeis vero primitiarii, milii, panicis, lini, cannabi, Guaspalei, straminis decimarum et terragii in frumento et sigalo et avena grossa Monachi sextam partem recipient.* Vide *Gasपालeum*.

† **GUASTALDUM**, Districtus *Gastaldi*. Capitulare Radelchisi Principis Beneventani ann. 851. cap. 1: *Quæ evenit per integra Guastaldata seu ministeria, quæ hic descripta sunt.*

† **GUASTALDUS**, pro *Gastaldus*, de quo supra, in Actis SS. Martii tom. 3. pag. 293.

† **GUASTARE**, pro *Vastare*, Gall. *Gâter*, Piller, Ruiner, Ital. *Guastare*, in Chronico Parmensi ad ann. 1294. Memoriali Potestatum Regiens. ad ann. 1214. apud Marchisium Scribam lib. 5. Annal. Genuens. ad ann. 1221. etc.

† 1. **GUASTATOR**, pro *Vastator*, Ital. *Guastatore*, in Chronico Parmensi ad ann. 1281.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Guastador, Prov. prodigus, vastator.*

\* 2. **GUASTATOR**, Ital. *Guastatore*, Militiæ genus, quæ itineribus parandis et munitionibus faciendis inservit. Hist. Cortus. lib. 2. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 804: *Quod omnes a lanceis longis, balistis et manarotis, et Guastatores omnium villarum dictarum et contratarum armis præparati, in terra Gussolenghi se debeant congregare.* Annal. Mediol. ad ann. 1371. apud eumd. tom. 16. col. 744: *Et erat capitaneus dominus Vulphus Teutonicus, et habebat tria millia Guastatorum cum zappis et badilibus, etc.* Vide in *Vastum* 1.

† **GUASTELLA**, Phiola, vas vitreum, ut videtur, Italis *Guastara*. Vita B. Augustini Novelli, tom. 4. Maii pag. 621: *Unde ex percussione capitis in murum, factum (f. fractum) est caput ejus sicut una Guastella... cepit caput pueri reaplare, quasi esset cera.*

**GUATELLUS**, [Placenta, panis delicatior, Gall. *Gateau*.] Vide *Wastellus*.

\* **GUASTIVA TERRA**, Ager proscissus, et nondum satus, nostris *Gachere*. Stat. Vallis-Ser. rubr. 188. ex Cod. reg. 4619: *Si vero ierit in aliquam petiam terræ non seminatum, prativam, vineatam, brolivam, nec ortivam; sed campivam, vel bregniatam, seu Guastivam, vel buchivam seu silvatam... sit ei pena solidi unius.*

1. **GUASTUM**, Vox veterum Gallorum, de cujus significato vide Plin. lib. 22. cap. 1. et Salmasium ad eumd. pag. 254.

2. **GUASTUM**, [Vastitas, depopulatio, Gall. *Degat*, Ital. *Guasto*; item Ager incultus.] Vide *Vastum*.

\* 3. **GUASTUM**, Mutilatio, occisio. Stat. Vercel. lib. 1. pag. 22. rº: *Item quod damnium ex Guasto in bestiis datum, quæ scilicet percuterentur, vel interficerentur,*

vel alio modo mangnarentur in pas-  
cuis, non emendetur; sed peti possit  
emenda a custode, vel ab alio, qui dam-  
num dedisset.

† **GUASTUS**, Vastatus, desertus. *Loca  
Guasta et deserta per guerram*, apud Mu-  
rator. tom. 6. col. 971.

\* **Agasti**, eadem acceptione, apud Bel-  
lom. Ms. cap. 24. Vide *Guastare* in *Vas-  
tum*.

† **GUATA**, Idem quod *Gata*, Machina  
bellica de qua in *Gatus* 1. Constitutio-  
nes ann. 1225. Marcæ Hisp. col. 1408 :  
*Nullus portet fundibulum, gaziam, vel  
Guatam, aut aliquod aliud ingenium sine  
speciali nostra licentia et mandato*.

† **GUATGERIA**, Pignus, Gall. *Gage*.  
Chartularium S. Petri de Domina fol.  
63 : *Octavam partem decimariz de The-  
desio accepit D. Hugo prior in Guatgeria  
de Petro Bruno pro centum sol. Valencia-  
nis*. Vide *Guatgeria* et *Vadium*.

† **GUATGIUM**, Stipendium, Gall. *Gage*.  
Vide locum in *Cotus* 1.

† **GUATT**, Glastum, Herba tinctilis.  
Dona facta Monasterio Tulensi inter  
Instrum. tom. 2. Gall. Christ. col. 208 :  
*Similiter dedit ei etiam decimum de agnis,  
et de porcellis et de lana et Guatt*. Vide  
*Guaisidium*.

\* **GUATTARUS**, f. Inspector ab Italico  
*Guatate*, inspicere. Stat. eccl. Castel.  
ann. 1294. apud Cl. V. Garamp. in Dis-  
sert. 6. ad Hist. B. Chiaræ inter not.  
pag. 207 : *Quod familiares necessarii tan-  
tum esse debeant in canonica Castellana  
continue, cellerarius videlicet, coquus et  
Guattarus etc.*

† **GUATUM**, Idem quod *Guatt*. Sebas-  
tianus Perusinus in Vita B. Columbæ  
Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 325. \* : *Si  
contigisset eam cum convicinis matronis  
et puellis ruri ad aliqua convenisse, puta  
vindemiæ vel Guati (Guatum quidem est  
herba tinctoria, quæ Glastum dicitur)  
vitabat cantantes vana stultiloquia*.

\* **GUAURIA**, Pascuum commune, ut  
videtur, fossis circumcinctum. Bulla  
Alex. III. PP. ann. 1180. inter Probat.  
tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 169 : *Oc-  
tavam partem magni prati, quod est in  
Guauria, et duas partes alterius prati in  
eadem varia*. Vide *Gaterscapum*.

\* **GUAYNA**, Exsectio, canaliculus, in-  
cisura, Gall. *Entaille, renure*, quia vagi-  
na, Gall. *Gaine*, officium præstat : unde  
*Guaynare*, in ejusmodi vagina inducere.  
Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2.  
Hist. Nem. pag. 194. col. 1 : *Ad pedem  
dicti muri faciendi discoperiatur caminus,  
per quod exit aqua molendinorum, in quo  
camino fiant Guaynae, in quibus possit  
Guaynari trappa, quæ ibi fiet*.

† **GUAYTA**, **GAYTAGIUM**, **GUAYTARE**,  
Excubiæ, Jus excubiæ, Excubias  
agere. Vide in *Wactæ*.

\* **GUAZELLA**, an dimin. a *Gasalha*,  
Prædium rusticum, Gall. *Métairie* ? an  
Aquarium, lacus, ab Italico *Guazzato-  
rio*, eadem notione ? Vide mox *Guazzare*.  
Charta ann. 1310. in Reg. 46. Chartoph.  
reg. ch. 44 : *Et inde prout descendit fun-  
dus gutæ quæ est inter curtile de Chase-  
las et curtile de Loysere, et ducit ad  
Guazellam de rivo torti, et a dicta Gua-  
zella prout ascendit fundus gutæ, etc.*

\* **GUAZIDA**, Specula, Gall. *Guérite*,  
Charta ann. 1358. inter Probat. tom. 2.  
Hist. Nem. pag. 208. col. 2 : *Addens quod  
de proximo fiant Guazidæ, et aliud nichil  
indicatur*. Vide supra *Guarida*.

† **GAZO**, Gall. *Gazon*. Cespes. Vide  
*Investitura*.

\* **GAZZARE**, Adaquare, vox Italica,  
Gall. *Abbreuver* ; unde *Guazzatorium*,

Ital. *Guazzatoio*, Aquarium, lacus. Stat.  
Mutinæ rubr. 248. pag. 47. r° : *Remanendo  
ab una parte pontis Guazzatorio, ubiequi  
Guazzari et lavari possint*.

† **GUBA**, Cisterna. Vide *Cuba* 1.  
† **GUBBA**, pro *Gibba*, *Gibbus*, Gall.  
*Bosse*, in Miraculis B. Henrici Bauce-  
nens. tom. 2. Junii pag. 381.

\* **GUBEBA**, Grani seu fructus species :  
f. *Jujuba*, ziziphum. Stat. Astæ ubi de  
Intrat. portar. : *Gubebæ silvestræ solvant  
pro qualibet libra ponderis lib. ij. Gubebæ  
domesticæ solvant pro qualibet libra pon-  
deris lib. j. sol. x. Vide Jujuba*. [\* Vide  
*Cubeba*.]

† **GUBER**, pro *Gubernator*. Gloss. Lat.  
Gr. : *Guber*, γυβερνήτης.

\* **GUBERNA**, [Gubernacula, apud ve-  
teres. *Lucil*. apud Non. 8. 59. Proras des-  
poliata, et detondete *Gubernæ*. *Lucret*.  
2. 553. Disjectare solet magnum mare  
transtra, *Gubernæ*.]

\* **GUBERNACULUM**, Tributi genus,  
quod a prætereuntibus navibus exigitur.  
Charta Raim. comit. S. Egid. ann. 1164.  
in Chartul. Cluniac. : *In omnibus consue-  
tudinibus, quas de ratibus, quæ per aquam  
veniunt, accipere solent, quæ sunt decimæ,  
et Gubernacula, et transversaria*.

\* **GUBERNACULUM AQUÆ**, Jus utendi  
aqua. Charta ann. 1210. ex Chartul. Val-  
lis B. M. dioc. Paris. : *Dedi etiam... duos  
denarios, qui de jure hæreditario solent  
reddi Droconi patri meo et suis hæredibus  
pro Gubernaculo aquæ*.

\* **GUBERNALA**. Chron. Sublac. ex schedis  
Mabil. : *Ut autem fratres audierunt  
(Simonem abbatem esse captum) vene-  
runt et abstulerunt eum a Richardo, et  
duxerunt eum Romam, et posuerunt eum  
in Gubernala. Abbas vero de captione se  
liberavit*. Ubi Muratorius tom. 4. Antiq.  
Ital. med. ævi col. 1053. edidit *Guberna-  
cula*. Castri seu carceris nomen vi-  
detur.

\* **GUBERNANTIA**, Gubernatio, regimen,  
in Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 90.  
*Gouvernance*, Vitæ ratio, sumptus, ex-  
pensum, vulgo *Manière de vivre, dépense*.  
Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Char-  
toph. reg. : *Pierre Taquier s'en est  
retourné en ladite ville de Narbonne, et a  
trouvé que sa femme, laquelle il avoit laissé  
bien et honorablement avec ses amis, et lui  
avoit laissé et ordonné sa Gouvernance selon  
sa faculté, s'est portée très-désordonnément*.  
Hinc *Gouverner*, sumptus suppeditare,  
curare, necessaria præbere. Lit. remiss.  
ann. 1411. in Reg. 165. ch. 232 : *Lors icelle  
femme dist à son mary que tedit Philippe  
la Gouvernoit et maintenoit*. Chartul.  
Corb. sign. Ezechiel ad ann. 1421. fol.  
149. r° : *Les dessus nommés seront tenus  
de trouver les despens des quevaulx, et  
logier et Gouverner nostredit procureur et  
ses gens*. Charta Caroli VII. reg. Franc.  
ann. 1431. ex Chartul. Latinac. fol. 31 :  
*Leur a esconvenu (aux religieus) pendant  
et durant le sceige n'aguieres mis devant  
ladite ville (de Lagny) par nos ennemis,  
soustenir et Gouverner grant quantité des  
gens d'armes de ladite garnison... En quoy  
ilz ont prayé et despendu de leur blez et  
vins jusques à la somme de deux cens li-  
vres et plus*. Vide *Gubernare* 2.

† 1. **GUBERNARE**, Servare. Disputatio  
Catholicum inter et Paterinum tom. 5.  
Anecd. Marten. col. 1755 : *Si aliquod su-  
peraret de sacrificio, Gubernarent illud  
usque ad Pascha, et tunc totum sune-  
rent*.

† 2. **GUBERNARE**, Providere, curare,  
necessaria ministrando. Acta S. Fran-  
ciscæ, tom. 2. Martii pag. 134 : *Omnia eis  
sint in communitate; lucrum vero quod*

*licite fit de suis exercitiis, una illarum  
cui præceptum fuerit, illud capiat, et de  
illo debeat omnes Gubernare*.

\* **GUBERNARIA DOMUS**, Ædes publica,  
ubi congregantur qui regimen civitatis  
habent, in Stat. crimin. Saonæ cap. 17.  
Vide mox *Gubernum*.

† 1. **GUBERNATOR**, Abbas, in Concilio  
Auscensi ann. 1068. apud Acherium tom.  
2. Spicil. pag. 593.

\* 2. **GUBERNATOR**, Ecclesiæ parrochia-  
lis rector, vulgo *Curé*. Charta ann. 1404.  
in Reg. feud. comit. Pictav. ex Cam.  
Comput. Paris. fol. 68. r° : *Je Colas Ba-  
ronneau de Lesigne congnois et confesse  
moi avoir... une disnerie, appellée la dis-  
nerie de Beusse, laquelle part par indivis  
o le Gouverneur de l'église d'Airou et o  
le Gouverneur de l'église de Foillet*. Pro  
eo, qui apud aliquem est maxima in  
gratia, vulgo *Favori*, in Hist. Caroli VII.  
pag. 720 : *Lévesque de Spolette, qui estoit  
principal Gouverneur dudit Pape, etc.  
Gouverneur des noces, is nuncupabatur,  
qui convivio nuptialis parando atque  
uniuscujusque symbolæ colligendæ præ-  
erat*. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119.  
Chartoph. reg. ch. 64 : *Cellui Regnart  
estoit maître Gouverneur des noces de  
Jehan Morel et sa femme, ... et cueilloit  
l'escot d'icelles noces au souper*.

\* **GUBERNEDA**, Dominium, possessio.  
Arest. parlam. Paris. ann. 1323. in Reg.  
61. Chartoph. reg. ch. 305 : *Cum omnibus  
droituris, domaniis, Gubernedis, terris  
cultis et incultis, etc.*

† **GUBERNIO**, qui et *Gubernator*, apud  
Papiam. *Gubernio, Nauta*, in vet. Glos-  
sario Sangerman. num. 501. Vide *Isido-  
rum* lib. 19. Orig. cap. 1.

\* **GUBERNUM**, Regimen, præfectura,  
Ital. *Governo*. Stat. crimin. Saonæ pag.  
122 : *Qui proxime Gubernum dictæ civita-  
tis Saonæ gesserunt*. Vide supra *Guber-  
naria domus*.

**GUCCIA**. Charta MS. ann. 1235 : *Promi-  
serunt suprascripti Marchiones de Gron-  
dona (in Vercellensi districtu) per se et  
eorum homines dictum castrum facere  
Gucciam pro suis propriis personis, etc.*

\* Idem videtur quod *Guayta*, Excubiæ.  
Vide in *Wactæ*.

\* **GUCEBE**, Vasis genus videtur, in  
Testam. reg. Mafaldæ ann. 1256. tom. 1.  
Probat. Hist. geneal. domus reg. Portu-  
gal. pag. 53 : *Item domnæ Adaræ Petri...  
unum vas vitreum optimum et unum Gu-  
cebe optimum*.

**GUCLA**. Will. Britoin Vocabulario MS. :  
*Polymitus, plurium Guclarum vel colo-  
rum, a polis, quod est pluritas, et mitos,  
quod est Gugla, etc.* In Catholico Armo-  
rico : *Guclæ, est Lectus*.

\* **GUDENAIN**. Consuet. Domb. MSS.  
ann. 1325 : *Item die Lunæ post festum  
Gudenain festi nativitatatis beati Johannis  
Baptistæ, etc.* An nomen loci ?

† **GUDUM**, pro *Guadam*, *Vadum*, Ital.  
*Vado*, *Guado*, Gall. *Gué*. Charta ann.  
1048. apud Stephanotium tom. 8. Fragm.  
Hist. pag. 59 : *Concedimus præfatæ cano-  
nicæ decimum omnium piscium, quos nos-  
tri homines, qui habitant Narbonæ...  
apprehenderit in ipsis aqualibus de ipso  
Gudo, quod vocatur Capra picta, et de  
ipsa Capra picta usque in stagnum de ipso  
rivo Axalis*.

\* **GUEAIGNAGIUM**, ut supra *Guan-  
gium*, in Charta ann. 1219. ex Chartul. S.  
Mariani Autiss. fol. 63. v°.

† **GUEBELINI**, Idem qui supra *Gibellini*,  
apud Murator. tom. 9. col. 891.

\* **GUEDA**, Glastum, quo infectores la-  
narum utuntur, nostris *Guedelle*. Proto-  
col. vet. ex Cod. reg. 4184. fol. 68. v°. :

Exposuit nobis Johannes de Grandovillari, quod cum nos vel antecessores nostri certam plateam in civitate Ambianensi concedendam duxerimus, in qua Gueda vendenda a mercatoribus illuc venientibus. Lit. remiss. ann. 1047. in Reg. 162. Char. top. reg. ch. 124 : *Icellui Jaquemart dist au suppliant que il lui devoit la disme de trois jalois de Guedelle. Vide supra in Guaisdium.*

† **GUEITA**, Excubiæ. Arrestum Parlamenti Paris. ann. 1331. ex Archivo Bonevallensi : *Faciendique fieri Gueitam in dicta villa Bonevallis... habendi ibidem in turri sua Gueitam, etc. Vide Wactæ.*

\* **GUEITUM**, Excubiæ, Gall. *Guet*. Charta ann. 1459 : *Faciebat Gueitum nocte S. Catharinæ, ut moris est, ad custodiendum de oppressione, violentiis et operibus facti gentes ibidem ad nundinas ipsius loci affluentes. Vide infra Gueytum.*

**GUELCUS**, Joan. de Janua : *Petus, i. Guelcus, strabo aliquantulum, scilicet cuius oculi quadam velocitate cito volvuntur huc illuc : et hæc peta, i. Guelca, et aliquantulum straba. Vide Petuosus.*

† **GUELDENES**, Acta S. Maudeti MSS. : *Prædicta insula lingua Britonum Gueldenes appellatur. Guelde enim Res indomita Britannico sermone, Enes Insula interpretatur ; inde Gueldenes quasi Insula indomita et inhabitabilis propter vermium multitudinem.*

† **GUELFJ**, Vide *Gibellini*.

† **GUELLA**, Coccineus color, Gall. *Guelles*, in scutis gentilitiis. Litteræ ann. 1432. tom. 2. Hist. Provinciarum pag. 447 : *Arma seu insignia Marchionum Catalaniæ, quæ listata, seu juxta Galatium vulgare, palata de auro et guellis esse noscuntur. Vide Gula 1.*

\* An *Guenelle*, Parvum vexillum, vulgo *Banderolle*, a colore coccineo dictum ? Æstimat. rer. necessar. pro exerc. Scotiae in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Croix fol. 186. vº : *æuf. pannonicus, et les Guenelles des banieres et pannonicus, où il faut viij. aunes de toile inde.*

† **GUEMINUM**, Iter, via, Gall. *Chemini*. Chartularium Fontanellense tom. 2. pag. 1359 : *Aboutat ad Gueminum per quod itur apud Fovillam ex uno buto. Vide Cheminus.*

† **GUERBA**, Manipulus, Gall. *Gerbe*. Codex Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 372 : *Queritur N. quod Tycius injuste exigit ab eo servicium secandi Guerbas suas ratione feodi sui, quod tenet de eodem. Occurrit rursus in Tabulario B. Mariæ de Bono-Nuntio Rotomag. Vide Garba.*

\* **GUERBAGIUM**, *Guerbarum* præstatio, etiam cum in pecuniæ summam est commutata. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 235. vº : *Pro quatuordecim acris terræ, quas tenebat ad Guerbagium, alix. sol. Vide Garbagium.*

† **GUERBLÆ**, Jacobus Cardinalis de Coronatione Bonifacii VIII. tom. 4. SS. Maii pag. 465 :

At statu melior vox gallica, lege morosum  
Præcinit et Guerblis geminans retinacula punctis  
Instar habet juris percussu incudibus æris.

Hic Editor : *Guerblæ* videntur esse plurimum notarum conjugationes ; *Unco* nostri vocant.

† **GUEREN**, Vivarium piscium. Instrumentum anni 1138 : *Quatuor vero piscatorias in Tenera tendiculas, quas vulgo Gueren nominamus... confirmat. Vide Warennæ.*

† **GUERERE**, pro *Querere*. Extractum computi ann. 1321. tom. 1. Hist. Dalphin.

pag. 160 : *Cum viginti tribus hominibus, qui assidue secum fuerunt per triginta dies per diversa loca ad Guerendum, emendum et charreandum... dictam fustem. Occurrit rursus infra in Inrazelare.*

\* **GUERESTARE**, *Guerram* seu bellum inferre, facere. Charta Guill. de Calvign. ann. 1227. apud Thaumass. ad calc. Assis. Hieros. pag. 443 : *Et si forte, quod Deus avertat, comes Marchiæ et dominus Borbonii guerram haberent ad invicem, ego tenerer de meis castris ipsum comitem Guerestare et dictum dominum Borbonii juvare. Sed forte leg. Guerreiare. Vide in Guerra.*

\* **GUERGUERIA**, An idem quod supra *Griatoria*, Jus quod quis habet in foresta alterius ? Vide in *Gruarius* 1. et infra *Guerreria*. Charta ann. 1405. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 66. rº : *Item habeo : unum homagium ligium... ratione villagii de Romigniac, insimul cum Guergueria et garena, pertinentiis et appenditiis dicti vilagii. Guergue vero, pro Charge, dépense, Onus, sumptus, in Lit. ann. 1360. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1472. Unde *Guerir luminare*, in Lit. ann. 1341. tom. 2. Ordin. reg. Franc. pag. 177. art. 5. est Illud alere et sustentare.*

**GUERIGNAGIUM**, ex Gallico *Vernage* : *Vergner* enim nostris est fossati seu fluvii ripas virgus seu palis continere. Charta ann. 1257. in M. Pastoralis Eccl. Paris. lib. 9. Ch. 25 : *Totum Guerignagium fossarum, jardinum, et totam crescentiam nemorum.*

\* **GUERITOR**, Qui alteri tenetur ad evictionem, sponsor, Gall. *Garant*. Charta ann. 1161. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 572 : *Ego Sichardus de Lautrec vicecomes... mando filiis meis, ut hujus doni sint Gueritores et defensores Deo et sanctæ Mariæ Candelii. Vide supra Garitor. Hinc*

\* **GUERITUS**, Cautione assertus. Charta ann. 1334. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 24 : *Arnaldus Beraudi burgensis dicti loci Montisalbani... obtulit se daturum in prædicta boria superius confrontata septingentas libras bonorum Turonensium parvorum Gueritorum.*

\* **GUERIUM**. Charta ann. 1295. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 105 : *Usque ad Guerium, vocatum rocum de Becada, alias vocatum Guerium Barro, juxta dictam carreriam, ubi est sexta meta. An locus incultus et pascuus ? Vide supra Garrius.*

† **GUERNA**, Locus alnis consitus, ab *Aremoricis Guern*, Alnus. Charta Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 247 : *Præfatus vero Herveus auxit donum suum et dedit molendinum cum Guerna circumdata aqua.*

\* **GUERNIMENTUM**, Apparatus nauticus, quidquid instruendæ navi necessarius est. Charta ann. 1274. tom. 1. Corp. diplom. pag. 236. col. 2 : *Item quod finita guerra, prædictæ universitates restituent dictas galeas, cum... aliis Guernimentis æque bonis, sicut receperint. Vide alla notione in Garnimentum.*

† **GUERPILLUM**, Rei cuiuspiam abdicatio, Gall. *Deguerpissement*. Charta Hugonis Episc. Autissiod. ann. 1148. ex Chartulario S. Germani ejusd. urbis : *Petrus filius ejus in perpetuum Guerpivit, et pro hoc Guerpillo quadraginta solidos a præfato Gerardo abbate accepit... Hoc Guerpillum laudavit Odo, etc.*

**GUERPIRE**, *GURPIRE*, *WERPIRE*, etc. Possessionem rei alicujus dimittere, ex Saxon. *vrpan*, vel *veorpan*, Deserere,

jacere : *Guerpir*, et *Déguerpir*, nostris, et in Consuetudinibus municipalibus, passim. Liber *Miraculorum* S. Bertillii Virg. num. 3 : *Quandam terram feodalem... eisdem legitime vendidit et Guerpivit.* [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 122. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. col. 126. radice *Warf*.]

**GERPIRE**, in veteri Notitia, quæ habetur in Bibl. Cluniac. pag. 547.

\* *Gherpir*, in Poem. de *Cleomades* MS. :

Tous ont Gherpi tentes et trés,  
Cascuns d'aus s'est de là servés.

\* **GURPIRE**, Eadem notione. Charta ann. 1116. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Sic nos supradicti diffinimus, lacamus et Guirpimus ista omnia suprascripta Domino Deo et S. Mariæ, sancloque Victori et monachis Massiliensibus præsentibus et futuris.*

**GURPIRE**. Ademarus in Vita Caroli M. : *Ingenuitatem illorum et alodem manibus Gurpiverunt.* Concilium Francoford. ann. 794. can. 3 : *Res proprietatis... Gurpivit atque projecit.* Concilium Bituricense ann. 1031. can. 6. [\* Apud Labb. tom. 2. Bibl. MSS. pag. 786.] : *Et si tunc eam (uxorem) habuerit, mox ei abrenuntiet, quod lingua Francorum Gurpire dicimus.* Adde Fulbertum Carnot. Epist. 51. [Consuetudinem Brageriac. art. 61. etc.] *Gurpir*, in Consuetudine Baionensi tit. 8. art. 10.

† **GRIPIRE**. Charta Bernardi de Turre apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 436 : *Omnes illas malas consuetudines... Gripio et dimitto. Hanc autem... Guirpitionem facio pro redemptione animæ meæ.*

**GUILPIRE**, in Chronico Besuensi pag. 698. *Gulpir*, in Consuetudine Avernensi cap. 21. art. 16. 17. 18. *Culpine*, *Werpitio*, ibid. d. art. 16. 17.

† **GUIPIRE**, Charta ann. 1172. apud D. Calmet. tom. 2. Hist. Lotharing. col. CCCLXVI : *Calumniam super hoc Guipivit in manu mea.*

† **GURPISCERE**, in Testamento ann. 1091. Marcæ Hisp. col. 1188.]

**GURPISCERE**, passim in Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo.

\* **GURPISIRE**. Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 45. vº : *Ego Baudricus Sejerons et soror mea Umberga Sejerona... concedimus et Gurpissimus Deo, etc.*

**GUARPISCERE**. Charta Bernardi Vicecomitis Carcassonæ ann. 1108 : *Sic laudo et Guarpisco sancto Policarpo sine fraude et malo ingenio.*

\* **GUSPIRE**, pro *Gurpire* in Charta ann. 1328. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 567 : *Quicquid in terris juriur habemus... totum damus, Guspinus, omninoque desamparamus.*

† **GUERPITIO**, Abdicatio, rei possessæ dimissio, in Charta ann. 1062. tom. 4. Annal. Bened. pag. 627.

† **GUIRPITIO**, apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 19. Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 529. Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 323. et alibi sæpe.

\* **GURPICIO**, Eodem intellectu. Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 85. vº : *Facis cessionem et Gurpicionem Domino et sancto Leopoldino et monachis hic commanentibus de omnes consuetudines, quæ in villa Vivaris esse videntur.*

† **GUERPIMENTUM**, Gall. *Deguerpissement*, in Actis SS. Benedict. sæc. 4. part. 2. pag. 256.

\* **GUERPIMENTUM**, Rei possessæ dimissio, cessio. Charta Raymundi Guillelmi Episc. Nemaus. ann. 1103. inter Pro-

bat. tom. 2. Hist. Occit. col. 361: *Hæc est carta de diffinimento et Guirpimento, quod Raymundus Guillelmi episcopus Nemausensis et frater ejus Bernardus Guillelmi fecerunt domino suo, etc. Werp, eadem acceptione, in Charta ann. 1259. ex Chartul. Valcel. sign. E. ch. 55. Vide mox Wirpilio.*

GURPINA. Tabular. Nantoliense in Pictonibus ann. 1392: *Post quandam expetitionem seu Gurpinam.*

† GURPIZO. Charta ann. 1067. Marcæ Hisp. col. 1132: *Ego Raymundus Bernardi Vicecomes et uxor ejus Ermengardis... facimus vobis domno Raymundo Barceonæ Comiti... evacuationem et Gurpizonem de tota ipsa civitate de Carcassona. Idem recurrit col. 1133.*

† GUIRPE FACERE, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 266: *Fecit Guirpem in manu Ermengardis Comitissæ.*

† GUERPUM FACERE, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 188: *Gaufridus et frater ejus terram Gurpivit... concedentibus et Guerpum facientibus Sanctione domino ejus, etc. Hujus Guerpitionis testes sunt, etc.*

GURPITORIA, Charta qua quid Gurpitor, in Tabulario Conchensi in Ruthenis Ch. 305.

\* GUERPUM, Charta, qua quis rem aliquam Gurpit seu dimittit. Chartul. S. Petri Carnot: *Odo, Brunellus dictus, ecclesiam de Evorea, quam dudum hæreditario quidem, sed injurioso jure, laicus possederat, Gurpo in manu mea posito, sanctæ ecclesiæ per me restituit. Ibidem: Ipsam calumniâ quam ipsa gurpivit, postmodum Henricum filium eum relinquere et super altare S. Petri Guerpum ponere fecit.*

\* Qua ratione vero fiebat rei possessæ dimissio, ut plenius manifestum sit, hic proferimus Chartam ann. 1293. descriptam ex Tabul. eccl. Camerac. quæ sedulo persus legenda est: *Godefridus D. G. Cameracensis episcopus... Noverit universitas vestra quod cum domina Maria de Montai decimam, quam apud Caudri tenebat in feodum a domo. Egidio de Reumont milite, fabricæ ecclesiæ nostræ Cameracensis pro trecentis et sexaginta Paris. vendidisset, et diu dilata fuisset werpilio, quia dictus Egidius homines non habebat sufficientes ad werpitionem faciendam, cum homagium illud teneret a domo. Adam de Caudri milite et eum rogasset ut homines suos pares ejusdem feodi ei commodaret ad werpitionem ejusdem decimæ faciendam, et idem Adam homines sufficientes non haberet, ut dicebat, et idem feodum a domo. Willelmo de Haussi dictus Adam teneret, eundem Willelmum rogavit ut ei homines suos ad opus dictæ werpitionis faciendæ commodaret. Idem vero Willelmus Johannem Deswes loco suo et homines suos, scilicet Renaldum de Tum militem, Johannem de Haussi præpositum, Dodelinum, Jacobum, Walterum Hiraut, Johannem villicum de Honnechies, Araulfum de Sancto Hylario et Walterum de le Sotiere, eidem Adæ transmisit. Constitutis igitur in pleno capitulo Cameracensi domo. Egidio de Reumont, domo. Adam de Caudri, Johanne et hominibus prædictis, dicta Maria, Werricus filius ejus primogenitus et Heluidis uxor ejusdem Werrici, domo. Balduinus frater ejusdem Werrici et Hugo frater eorum minor natus, decimam dictam sub testimonio dictorum hominum in manus domo. Egidii de Reumont ad opus fabricæ ecclesiæ Cameracensis reportarunt, semel, secundo et tertio recognoscentes se nichil juris habere de cætero in*

*decima memorata. Quo facto, idem Egidius homines prædictos adjuravit et adjurari fecit per domo. Adam et Johannem, qui vices Willelmi gerebat, ut judicarent si de cætero dicta Maria, Werricus et alii prædicti, vel eorum hæredes haberent aliquod jus in decima sæpe dicta. Qui, consilio habito, unanimiter et concorditer judicaverunt, quod dicta Maria et alii, vel eorum hæredes nichil juris habebant de cætero in decima memorata. Postmodum vero idem Egidius dictam decimam in manus dilecti nostri Johannis de Valencenis canonici Cameracensis, cui vices nostras specialiter, quantum ad hoc, commiseramus, ad opus fabricæ ecclesiæ Cameracensis reportavit liberam ab omni servitio et justitia seculari... Et tunc, ut omnia rite agerentur, ad preces capituli sæpedicti, Egidius, Adam et Johannes dictos homines adjurarunt, ut judicarent si dicta fabrica bene et legitime, secundum ea quæ acta erant, esset in decima prædicta. Qui tandem consilio habito, unanimiter judicaverunt, quod ipsa fabrica erat bene et legitime secundum legem patriæ in decima sæpedicta, etc.*

WERPIRE. Marculfus lib. 1. form. 13: *Villas nuncupatas illas, in pago illo, sua spontanea voluntate nobis per fistucam visus est Werpisse, vel condonasse. Werpire per stipulam, in veteri Charta apud Labbeum tom. 1. Miscell. pag. 531. Baldricus Noviom. lib. 3. cap. 74: Absolvere eum nolebat, nisi prius dimissionem manu propria (quod et vulgo Werpire dicitur) faceret ex omni beneficio, quod infra ambitum Cameracæ civitatis habeat. Charta ann. 1149. apud Sanjulianum in Maticone pag. 251: Præterea finivit et Werpivit calumniâ, quam faciebat in villa de Montibus.*

WIRPIRE. Chronicon S. Benigni: *Tunc in ipso placito in præsentia Principum eosdem servos Wirpivit, et S. Benigno reddidit. Adde Chron. Besuense pag. 517.*

WIRPITIO, sive donum, in Charta ann. 1173. in Hist. Vergiac. pag. 141. *Gurpison, vel Gurpizon, in Consuetud. Burdegal. art. 85. 86. et Angeriensis art. 117. Guerpie, in Consuetud. Marchensi art. 147. Werp, in Tervan. art. 11. et Insul. art. 53. 80.*

WPIRE, WILPIRE, pro *Werpire*, passim in Chartis Burgundicis, apud Perardum pag. 90. 91. 92. 98. 136. 137. 138.

WARPITURIA, Idem quod *Gurpitoria*, de qua voce supra. Tabularium Prioratus Persiaci in Burgund. apud Perardum pag. 40: *Notitia Warpitura, et eos, qui hanc notitiam subterfirmaverant..... Istas res et omnia supra denotata Warpiverunt, et se exitum fecerunt, etc.*

\* GUERPUS, Desertus, vacuus, derelictus, nostris *Guerp*. Inquisit. ann. 1261. in Reg. Olim parlam. Paris.: *Inquesta facta est ad faciendum utrum Mathæus viarius miles debebat habere per totam viariam Corboneti, in feodo domini regis, omnia bona vacantia sive *Guerpa*. Charta ann. 1366. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 716: *Se sont partiz du pays, et ont les héritages, que eulx tenoient, laissez *Guerps* et *gays*. Vide *Guerpire*.**

GUERRA, WERRA, Bellum, publicum vel privatum, Gallis *Guerre*, Anglis *Warre*, et Werre. Kero Augiensis: *Certamen, pugna, bellum, Guerra*. Leges Alfonsinæ part. 2. tit. 23. lege 1: *Los sabios antiguos, que fablaron en fecho de Guerra, dixerón que Guerra es extranamiento de paz, e movimiento de las cosas quedas, e destruyimiento de las compuestas. Leges Edwardi Confess. cap. 12: Parentibus occisi fiat emendatio, vel*

*Guerra eorum portetur. Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. cap. 16:*

*Finis adest Guerra, requiem rogat ut sibi præset.*

Will. Brito lib. 1. Philippid. pag. 108. 109: *Tempore cujusdam Guerræ, etc. Utuntur Guill. Tyr. lib. 3. cap. 11. Ivo Carnot. Epist. 20. 168. Vita S. Oldegarii Episcopi Barcinon. num. 20. Radulfus de Diceto, et alii sine numero. [Guerrarum bellum, dixit Sugerius Abb. in Vita Ludovici Grossi.] Vide Notas Felicis Osii ad Otton. Morenam pag. 72.*

\* GWERRA, in chart. ann. 1266. apud Rudloff. Cod. Diplom. Megalop. fasc. 1. num. 19. pag. 53. in chart. ann. 1260. 1262. in Alsat. Diplom. num. 599. et 604.

\* GUERRA APERTA, Bellum indictum, denunciatum. Charta Joan. ducis Lothar. et Brab. ann. 1338. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 108: *Cum nos aut successores nostros Guerram apertam habere contigerit sine dolo, quæ vulgariter *Guerre ouverte* nuncupatur, etc.*

† GUERRA BONA, De bona Guerra, bellum æquum et legitimum, quod nostri dicunt, De bonne Guerre. Instrum. ann. 1357. apud Rymer. tom. 6. pag. 15: *Et ex quo bona ipsa, sic in vera proprietate et possessione inimicorum nostrorum tunc temporis existentia, per gentes nostras de bona Guerra et licita fuerant acquisita.*

† GUERRA CAMPELTRA, Bellum campestre, apud Murator. tom. 12. col. 568.

\* GUERRA DIFFIDATORIA, Indicta cum diffidatione. Conc. Constant. tom. 1. part. 12. col. 681: *Hæc sacra synodus decernit et declarat, quod nihilminus ecclesiasticus prælatus, ut antea, Guerras diffidatorias et invasorias incipiat.*

† GUERRA CASSA, Induciæ, eæ potissimum de quibus utraque pars armorum pertesa absque ullo pacto inter se convenit. Confæderationes ann. 1291. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 43: *Et insuper prædicta D. Comitissa promittit, quod ipsa cum Comite Sabaudie cum quo præfatus D. Dalphinus vir suus et ipsa præsentialiter Guerram habent, pacem, treugam, vel Guerram Cassam, appeysamentum seu respectum, vel aliquid aliud remedium de jure vel de facto non facient.* Vide mox

† GUERRA LASSA, Eadem notione. Recognitio in feodum ann. 1317. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 58: *Item fuit actum... quod idem Dominus Dalphinus... non faciat treugam, pacem vel Guerram Lassam quousque dictum castrum esset recuperatum.*

GUERRA GUERRATA, id est, indicta cum diffidatione, in Charta ann. 1207. apud Catellum in Hist. Comitum Tolosæ pag. 229. ubi legendum: *Si tamen Dominus Comes Tolosæ illum malefactorem non diffidaverit, ita quod non esset Guerra Guerrata: deest enim negativa.*

\* Non quæ indicebatur cum diffidatione, sed quæ inferebatur hosti per velitationes, per insidias, infestando commeatu, aliisque artibus bellicis, sed abstinendo a præliis, uti probat Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 531. ex Joan. Villano lib. 9. cap. 181: *Per li Sanesi furono constatati di Guerra guerrata, non assicurandosi d'abbocarsi a battaglia, come a gente disperata. Charta ann. 1212. apud eumd. in Antiq. Estens. pag. 400: *Item teneantur Papienses dare Veronæ eo tempore, quo non habuerint Guerram guerratiam cum Mediolanensibus, sive Placentinis, ducentum milites.**

\* GUERRA AD IGNUM ET SANGUINEM, Gall. *A feu et à sang*, Bellum ardens et



vigens, in Charta jam jam laudata : *Commune Cremonæ teneatur facere Guerram ad ignem et sanguinem ipsis, cum quibus guerram habuerint*, (Papienses). De sanguine et foco, in alia ann. 1243. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1571.

GUERRA MORTALIS, Indicta etiam inter privatos, in Charta Communis Incredensis, et Communis Hamensis : *Si quispiam aliquod cuiquam homini de Communia forisfecerit, pro quo infra Ham venire non audeat, Hamensis dominus semel tantum eum conducere poterit, nisi ille de Guerra Mortali fuerit*. Eadem Gall. : *S'il n'est de Werre Mortel*.

\* GUERRA RECREDITA, Induciae, Gall. *Suspension d'armes*. Charta Caroli reg. Sicil. ann. 1267. in Reg. 49. Chartoph. reg. ch. 248 : *Sine dicti imperatoris Constantinopolitani licentia et consensu nullam pacem, vel treugam, seu Guerram receditam cum ejus inimicis seu adversariis..... faciemus*. Hinc emendanda Charta ann. 1200. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 395 : *De praedictis guerris non faciam pacem, nec treugam, nec Guerram Revedutam, absque parabola data a communi Cremonæ*. Leg. enim *Recrudutam*. Vide infra in *Recrudere* 1.

GUERRA REGIS, qua durante, interdicta bella privata, duella ac torneamenta, pluribus probavimus in *Dissertat.* 6. et 29. ad Joinvillam, quibus tantum addo, quae habent *Aresta Omn. SS.* ann. 1296. in *Regesto Parlamenti B.* fol. 114 : *D. Rex pro communi utilitate et necessitate Regni sui statuit, quod durante Guerra sua, nulla alia fiat in regno, et si forte inter aliquos jam mota sit Guerra, quod datis treugis vel assuagementis, secundum consuetudines locorum duraturis per annum et anno finito iterum continentur et prorogentur, omnes aliae Guerræ cessent, donec Guerra Regis fuerit finita. Item quod durante Guerra Regis inter aliquos gagia duelli nullatenus admittantur, sed quilibet in Curia Regis et subditorum suorum jus suum via ordinaria prosequatur. Item quod equi armorum vel arma pro aliquo debito non arrestentur. Item quod durante Guerra Regis torneamenta, foestæ, vel equitationes non fiant.*

† GUERRA SEVERA, Crudele Bellum, in *Regesto* 80. *Chartophylacii Regii* Ch. 620.

\* GUERRA, TERMINALIS, Eodem sensu, quo *Acad. Cruscan. Guerra finita*, id est, usque ad confectum bellum, ad intercessionem usque. Charta ann. 1212. apud *Murator.* in *Antiq. Estens.* pag. 400 : *Et omnes praedictæ civitates et marchio teneantur adjuvare Papienses cum populo et militibus, et omni eorum fortia, si Guerram terminalem habuerint cum Mediolanensibus*.

\* IN GUERRA TENERE, Infense adversus aliquem se gerere. Charta offic. *Noviom.* ann. 1318. in *Reg. 61.* *Chartoph. reg.* ch. 488 : *Item dictus reus graviter verberavit, cum suis complicibus, liberos le Grain de Biauvoir et liberos Johannis de Lonchy, et eosdem in Guerra tenuit, et tres equos eorumdem exenteravit et occidit. Estre de guerre, eodem intellectu, in *Lit. remiss.* ann. 1389. ex *Reg. 138.**

† GUERRA VIVA, Bellum acerrimum, gravissimum, Gall. *Guerre Vive*. *Concilium Tolos.* ann. 1228. tom. 2. *Spicil. Acher.* pag. 627 : *Consanguinei etiam parentes ipsius teneantur jurare quod ei non præstabant auxilium vel favorem, sed ei, sicut et alii, facient Vivam Guerram. Totis viribus et Vivam Guerram*, in Charta ann. 1251. ex *Schedis Præsidis de Mazaugues*.

† GUERRARIUS, GUERRERIUS, Vir bellicosus, arripotens, Ital. *Guerriere*. *Bartholomæus Scriba Annal. Genuens.* lib. 6. ad ann. 1227 : *Et de mandato dicti Pecorarii plures nuri facti sunt propterea in pluribus carrubiis et viis Januæ civitatis ; quum omnes dicti Guerrerii armati trent, et servientes tenerent armatos*. Charta *Guillelmi Ducis Aquitanie* apud *Stephanotium* tom. 1. *Antiq. Vascon.* MSS. pag. 511 : *Arma capiunt et malefactores vel Guerrarii efficiuntur*.

\* GUERRERIUS, Miles, bellator, qui bellum facit, nostris alias *Guerrieur*, Ital. *Guerriero*. *Stat. Avenion.* ann. 1243. cap. 111. ex *Cod. reg.* 4659 : *Statuimus quod tempore pacis Guerrerii ad portus praedictos... non transeant undò vel redeundo*. *Stat. Vercel.* lib. 1. pag. 23. v. : *Statutum est quod de aliquo damno dato, vel quod deinceps daretur in districtu Vercellarum per inimicos seu Guerrerios communis seu civitatis Vercellarum, non fiat emenda alicui... sed possit jus suum consequi contra illos Guerrerios sive damnos dantes*. *Le Roman du Riche et du Ladre MS.* :

Après yauls sont li Guerrieur,  
De toutes gens n'est nul pieur,  
Qui ardent villes et mostiers.

Vide infra *Guerus*.

WERRINA TERRA, GENS, Hostilis, in magna Charta *Libertatum Angl.* apud *Math.* Paris ann. 1215. pag. 179.

† GUERRINA TERRA, Hostilis. Charta *Eduardi III.* ann. 1338. apud *Rymer.* tom. 5. pag. 77 : *Ad Terras nobis seu heredibus nostris Guerrinas nullatenus se divertant, nec inde cum inimicis nostris communicent*.

\* Charta *Henr. II.* reg. *Angl.* pro *Libert. Norman.* in *Reg. S. Justi ex Cam. Comput.* Paris. fol. 36. r. col. 1 : *Et si (mercatores) sint de terra contra nos Guerrina. Ubi Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. vj. art. 40. proprio Marte edidit, Guerram habente. Terre guerriable, belli injuriis obnoxia, in Ch. Joan. ducis Lothar. ann. 1382. ex *Chartul. Romaric.* ch. 36 : *Que ladicte terre ensy appartenent à ladicte englise, comme dit est, ne puet, ne doit.... estre.... Guerriable pour nostre fait*.*

\* GUERRANS TERRA, Eadem notione, in *Chron. Henr. Blancford.* pag. 74. edit. *Hearn*.

† GUERRINA NAVIS, in Charta ann. 1335. apud *Rymer.* tom. 4. pag. 658 : *Intelligentes quod diversa flota Navium Guerrinarum, etc.*

GUERRINUM TEMPUS, Gall. *Temps de Guerre*, apud *Bractonum* lib. 4. tract. 2. cap. 3.

† GUERRIVUM TEMPUS. *Tabular. S. Florentii* : *Et hoc tantum de cymiterio retinemus, ut liceat ibi Tempore Guerrivo remanere*.

GUERRIARE, Bellum inferre, facere, apud *Lambertum Ardensem* pag. 255. [*Doliis auro et argento plenis ad Guerrandum Regem Franciæ. Regimina Paduæ* ad ann. 1326. apud *Murator.* tom. 8. col. 436 : *Qui furtive ceperant dictum locum, causa Guerrandi civitati Paduæ.*]

GUERRARE, apud *Radulf. de Diceto*, et in *Append. ad Radewicum*, ann. 1168. [*Gall. Guerrer*, apud *D. Secousse* tom. 3. *Ordinat. Reg. pag. 22.*] *Guerrator*, bellator, apud *Knyghtonem*.

† GUERRARE, in *Instrumento* ann. 1220. apud *Marten.* tom. 1. *Ampliss. Collect. coll.* 1144.

GUERRIARE, GUERRIARE, Ital. *Guerrigare*. Charta *Oldegarii Episc.*

*Barcin.* ann. 1128 : *Guerrigare omnes homines, qui justitias et jura Ecclesiæ... tollere voluerint*. Charta *Will. de Montecatano Vicecomitis Beneharn.* ann. 1224 : *De cætero non decipiam te de vita tua, neque de tuis membris... sed adjuvabo de tenere, habere, et defendere, et Guerriare praedictum honorem contra cunctos homines et feminas, etc.* apud *Marcam* in *Hist. Beneharn.* lib. 6. cap. 31. num. 2. [*Guerriare rursus in Appendice Marcæ Hisp. col. 1121. et 1126.*] *Guarriare*, in *Curia Gener. Catalanis* ann. 1359. Vide *Jo. Dametum* in *Hist. Regni Balear.* pag. 204.

GUERRIFICARE, Guerram facere. [*Conc. Terracon. IV.* apud *Marten.* tom. 4. *Anecd.* col. 319 : *Adjicientes dictam constitutionem locum habere etiam contra eos, qui praedictos diffidentes, Guerrificantes, seu malefactores in suis receptaverint.*] *Willelmus Brito* lib. 12. *Philippid.* pag. 248 :

Guerrificare Ducem per se nihilominus audent.

† GUERRIRE. Eadem notione. *Statuta Cisterc.* ann. 1157. apud *Marten.* tom. 4. *Anecd.* col. 1247 : *Nullus Abbas Guerritentibus aliquid det vel accomodet tempore guerræ*.

† GUERRISARE, GUERRIZARE. *Parvum Chartul. S. Victoris Massil.* ex Charta ann. 1214 : *Item mandaverunt quod dominus de Catellana possit Guerrisare et placitare cum castro de villa Crosa*. *Instrum.* ann. 1237. tom. 1. *Hist. Dalphin.* pag. 19 : *Qui eos super Rancurello et ejus mandamento vel pro praedictis conveniret vel Guerrizaret. Occurrit Guerrizare*, apud *Murator.* tom. 6. col. 255. tom. 12. col. 422. 479. 587. 715. tom. 14. col. 1161. etc.

\* GUERRAGARE, GUERRREGARE, Ital. *Guerrigare*, Bellum inferre, facere, nostris *Guerrere* et *Guérier*. *Constit. MSS. Petri III.* reg. *Aragon.* ann. 1359 : *Ordinamus quod dehinc usque ad mensem Madii, et ab inde ad duos annos proxime venturos, aliquis baro, miles, homo de paratico, civis vel homo villæ honoratus, nequeat aliquem Guerragare aut arremire*. Cujus capituli lemma habet : *Inhibitio Garrificandi. Infra, Guarrificare. Pactum* ann. 1142. inter *Probat.* tom. 2. *Hist. Occit.* col. 498 : *Ego Ildefonsus comes Tolosæ... factio tibi donum et convenientiam, ut tantum sine tuo inganno Guerragem comitem de Fuazo*. *Lit. ann.* 1358. tom. 3. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 248 : *Qui de jour en jour s'efforcent tant qu'ils peuvent de Guerrer monsieur, nous et le royaume*. *Lex Godefr. Camer. episc.* MS. ann. 1227. art. 52 : *Statuimus insuper quod nulli de civitate alicui patriam impugnanti servire liceat*. Ubi versio *Gallica* : *Nous estaulisons enseuer-ke-tout ke il ne loise à nului de le cité servir à aucun ki le pais Guerrit*. *Le Roman du Rou MS.* :

Sovent les Guerroit, mez riens n'y conqueroit.

Infra :

Et ceuls qu'il Guerroit avoit touz confondu.

Aliud vero sonat *Guerrer* pro *Garer*, scilicet *Amarrar*, *Rudente* ligare, in *Ordinat. de mercibus Parisiis aqua adductis* ann. 1415. ex *Reg. 170.* *Chartoph. reg.* ch. 1 : *Se l'avalant treuve aucun bateau embouché, ou que les fillez soient portez pour monter, il se Guerrera jusques à ce que icellui montant sera passé oultre ;... et aussi feront pareillement tous avalans, quant ilz voudront Guerrer aucuns ba-*

*teaulx aux pors de Greve et l'escole saint Fermain.*

\* GUERREJARE, Eadem notione. Charta ann. 1124. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 427 : *Et de ista hora inantea ego non te Guerrejabo, etc.*

\* GUERRIGGIARE, Eodem sensu, in Vita B. Oldegar. tom. 1. Mart. pag. 490. col. 2 : *Convenio quoque vobis... Guerrigiare omnes homines, qui justitias et jura ecclesie et vestra, vel ipsius civitatis tollere vel minuire tentaverint. Hinc fortassis, vel a Latino barbaro Querulari, Guerruler, pro Rixari, verbis lacessere, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 111 : Icellui Barthelemi qui n'avoit pas grant volenté d'ouvrer, et qui ne queroit que rager et Guerruler, etc.*

WERRA, Idem quod Guerra. Capitula Caroli C. tit. 24. cap. 15 : *Rixas et dissensiones, seu seditiones, quas vulgus Werras nominat, commovere, etc.* Tit. 43. § 19 : *Si Werra in regno surrexit, etc.* Infra : *Et si Werra de quacumque parte in isto regno surrexerit. Hesso Scholasticus : Et possessiones, quas pro Werra ista amiserant, recipere.* Vita S. Thietmari Salisburgensis : *Quantum vero ad præsens attinet, Werra, sanguis, iniquitas, sic tempora illa fedaverat, etc.* Versus antiqui in Hist. Prioratus S. Martini de Campis pag. 9 :

Carnis in hac Gerra, sic fit caro splendida terra.

Utuntur præterea Conradus de Fabaria de Casib. S. Galli cap. 14. 15. 21. Chron. Uspergense pag. 277. 291. 315. Ed. 1540. Chron. Weingartense pag. 196. Will. Heda pag. 116. 1. Ed. Henric. Huntindon. pag. 378. 379. Arnoldus Lubec. lib. 7. cap. 20. edito ab Erpoldo Lindenbrogio, Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 104. 114. Tho. Wasinghamus pag. 62. 64. etc. Ita Werre dixere nostri. Philippus Mouskes :

Quar des Wierres estoit lasés.

Charta Constabulariæ Burdegal. fol. 183 : *Je fusse alé à vous, si ne fust pour une Werre, que li Sires de Nueville meismes a en no pais.*

WERRIRE, Bellum inferre, facere ; Werren, Theutonicis. Capitul. Caroli C. tit. 27. cap. 8 : *Regnum illi non forconciabo, neque Werribo.* Jacob. Hemricurcius de Bellis Leodiensib. cap. 9 : *Chis Ainechons adont meismes Gerioit à cheaz de Hamale, etc.* Adde cap. 23.

\* WERRARE, Pari intellectu. Charta treug. inter Phil. reg. Franc. et Joan. reg. Angl. ann. 1206. apud Duchesn. Hist. Norm. pag. 1061 : *Et nos similiter homines et imprisios nostros, qui aperte prædictum regem Franciæ Werraverunt pro nobis in hac werre, etc.*

\* WERRIARE, Simili significatu ; unde Gallicum vetus Werier. Charta ann. 1219. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 59. col. 686 : *Werras et discordias, quas commune Tarvisii modo habet, ... eas Werriabunt.* Redit. comitat. Namurc. ann. 1265. ex Reg. Cam. Comput. Insul. sign. Papier velu fol. 15. v. : *Et s'il avenoit que Braibans et autres estraignes hom Werriast le conte de Namur, etc.*

\* GUERRARE DE CASTRO, Uti castro tempore belli ad suam defensionem. Charta ann. 1206. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 12. r. : *Episcopos etiam movens guerram adversus alium quam adversus me, potest Guerrare de burgo et de castro sicut et ego.* Stat. Vercei. lib. 7. pag. 202. v. : *Ita quod illa*

*pars, cui burgum redditum fuerit, possit ab inde alteram partem Guerrare.*

Jam vero de vocis etymo, quidam putant, atque in iis Cluverius in Germ. antiq. lib. 1. cap. 8. et Boxhornius in Orig. Gallic. cap. 2. Ger veteribus Gallis ac Germanis bellum significasse, indeque dictos Germanos ipsos, quasi homines belli, Gens d'armes. Quam sententiam amplectitur etiam Bucherius in Belgio Romano lib. 1. cap. 12. Henschenius ad 6. Martii a Theutonico Wæren, quod est vim vi repellere ; vel a Kryghen, rapere. Spelmannus a Saxon. gar, telum, arma, Anglis War, g. in w. converso. Alii a Werre Theutonico, quod est dissidium, rixa : Perionius in Orig. Lingua Gallicæ pag. 272. a Græco γέρον, arma : Guichartus a Chaldæo Gera, et Hebræo Gara, litigare, contendere. Sed præcui omnino a vero Ludovicus d'Orleans ad 2. Taciti, Gerram a verrendo, dictam vult, quia, inquit, bellum, minime bellum, everriculum est omnium rerum. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Fr. tom. 1. col. 945. voce Werra.]

\* GUERREATUM, An idem quod mox Guerreria ? Reg. feud. Norman. ex Cod. reg. 5643. A. fol. 166 : *Petrus Senescallus tenet de rege tres partes Guerreati, firmitatem et medietatem Gargenwillæ in feodo.*

\* GUERRERIA, Idem forte quod Griaria, Jus quod quis habet in foresta alterius, vel Census species, qui Guerrie appellatur in Pancarta episc. Carnot. ann. 1411 : *Item tous les cens et Guerrie, qui sont dubz à cause des terres de roture.* Tabul. Vallis B. M. dioc. Paris. : *Drogo Buffe cum se in ecclesia Vallis S. Marie Dei servitio subdidisset, dedit eidem in elemosynam nemus de Guerreria, cum ipsa Guerreria et marelis adjacentibus sui juris.* Vide supra Guergueria.

\* GUERUS, Miles, bellator. Annal. Placent. ad ann. 1448. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 897 : *Riccus centurio magnus ad Venetos transfugit cum Gueris sive peditibus octuaginta et equis sexaginta.* Vide supra Guerrierius in Guerra.

\* GUESIDIUM, [Flastum.] Vide Guaidium.

\* GUESPA, Vespa, nostris, Mousche, Guespe. Constantinus African. lib. 8. Pantech. cap. 22 : *Guespæ atque apes eis, quos pungunt, tumorem calidum et ruborem faciunt et calorem.*

\* GUETA, GUETTA, [Excubiæ, custodia, Gall. Guet.] Vide Wactæ.

\* GUETAGIUM, Census pro Gueta, ibidem.

\* GUETARE, Excubias agere, Gall. Gueter, Faire le Guet. Liber S. Justi fol. 28. apud. D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 601 : *De Judæis quos burgenses de Berneyo petebant compelli ad Guetandum villam, sicut et burgenses Guetabant, concordatum est quod Judæi non Guetarent.* Vide Gueytare.

\* GUETUS, GUETTUS, ut Gueta. Charta Philippi Audacis Regis Franc. ann. 1273. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 27 : *Habebimus etiam... bannum, Guetum, talliam, exercitum, etc.* Litteræ ejusdem Regis ann. 1272. ibid. pag. 293 : *Exceptis Gueto, tallia, exercitu, cavalcata et banno. Computus Gueti per defunctum Guillelmu de Garennis Militem, quondam custodem villæ Parisius... de Gueto Parisius LVIII. lib. apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 471. Ab omni Gueto et custodia villæ exempti, in Charta ann. 1387. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 132 : Guetum et gardam*

*facere, in alia Charta ann. 1392. ibid. pag. LVIII. Cum Gueltus hujusmodi ad communem utilitatem totius villæ Parisiensis pertineat, in Instrum. ann. 1271. apud eundem Lobinell. tom. 4. Hist. Paris. pag. 515. ubi Guettare pluries habetur ea notione, qua Guetare.*

\* GUEUDA, Idem quod Gilda, Fraternitas, sodalium, contubernium, societas. Arest. parlam. Paris. ann. 1261. in Reg. Olim : *Quidam homines ipsius villæ (Monsterolii) qui sunt de Gueuda, petebant costumam in eadem domo de lana et propriis rebus monachorum. Gueude, pro Turma, Gall. Troupe, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 274 : Icellui bastard, depuis ledit fait, faisoit et menoit Gueude de gens d'armes mal renommez en laditte ville de saint Venant et environ. Vide supra Ghilda.*

\* GUEUSII, Gall. Gueux, Belg. Geusen. Sic apud Belgas xvi. sæculo appellati Calvinistæ vel Lutherani, ut Grotius narrat in suis Annal. et alii. [\* Vide supra Geusii.]

\* GUEYTARE, ut Guetare. Charta ann. 1232. e Chartul. Meld. : *Homines Episcopi et Capituli Meldensis, qui debent Gueytare villam, Gueytant cum hominibus Comitibus et in suo ordine, et sine eis non Gueytant.*

\* GUEYTUM, Custodia, excubiæ, vel idem quod mox Guia. Charta ann. 1489. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 281 : *Nos vero abbas onera jurisdictionis prædictæ et Gueyti bordarum dumtaxat supportabimus. Guyete vero prima notione, in Charta Guill. de Veteriponte ann. 1289. ex Chartul. S. Joan. in Valle : Nous devons avoir chacun un dis souz par la main doudit prieur à baillier à nostre Guyete chacun an, toutes les fois que quete y a ; et en ces choses faisant nous ne poun rien plus demander sur les hostes S. Nicolas par reson de Guyete.* Vide Gueytare.

\* GUFU, [Vestis genus.] Vide Bigerrica.

\* GUGALIA, pro Cochlea, perperam scribi in Gloss. Ælfrici, monet Somnerus, Chelio, Testudo, vel marina Gugalia, sæsnæl.

\* Frisch. in Vocab. Germ. Lat. : *Gugalia, fides, instrumentum musicum, a Germ. Geig, pro quo olim Gigel dicebatur.* Nihil ergo emendandum.

\* GUGILRADA LEX. Vide Gundebongi.

\* GUGNAPIE. Charta ann. 879. Marcæ Hisp. col. 807 : *Et vidimus dicta femina recipientem pretium de hæc omnia præscripta Gugnapie una valente solidos VII. et pellicia valente solidos duos.* Forte idem ac Gunna 1. quod vide.

\* GUIA, Metatio, limitum positio, Gall. Bornage. Charta Will. comit. Vienn. ann. 1222. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 186 : *Quitavi in perpetuum ecclesiæ Trenorchiensis... quicquid juris habet apud Villamnovam, quæ Silviniac nominatur, secundum quod a supermanentibus patriæ divisum est et testificatum. Guia ista facta fuit a senioribus, quos nos ipsi ad hoc elegimus, a puteo qui est in medio villæ superus, versus Cusiriacum, etc.* Hinc

\* GUIARE, Metas ponere, limites designare, nostris Guier, eodem sensu. Lit. procurat. ann. 1324. in Chartul. Arremar. ch. 168 : *Potestatem habentes ad metandum seu bonandum et Guiandum terras, justitias, prata, vineas, etc.* Charta ann. 1307. in Chartul. Pontiniac. pag. 172 : *Les trois parz (du bois) qui demeurent aussi comme elles sont arpen-*

tées, Guiées, départies et laiées. Vide alia notione in *Guida*.

\* **GUIANENSIS**, vel GUIENNENSIS MONETA, Guiennæ scilicet seu Aquitanie ducum, nostris *Guiennois*; cuius pretium æstimatur quinque denariis Burdegalsibus seu tribus Turonensibus. Charta ann. 1366. 16. Jul. ex Tabul. S. Maurini: *Et insuper debent... afferre qualibet vice quantitatem piscium valoris sex solidorum Guiannensium*. Libert. Salviatæ ann. 1369. tom. 5. Ordinatio. reg. Franc. pag. 386. art. 5: *Quod cum dominus Gaure et ejus gentes teneantur dictis consulibus in xxx. libras Guiennenses*. Ita quippe legendum ex Reg. ubi contracte sic exarata hæc vox *guienen*. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 224: *Jehan Poitrau changeur demourant à Blois achata plusieurs mannoies de dehors nostre royaume, et autres que de nostre coing tant d'or comme d'argent... lesquelles d'or estoient appelées Guiennois, et sembloient à Guyennois, fors tant qu'il y avoit escript Robertus dux. Charta Joan. ducis Bitur. ann. 1386. in Reg. 130. ch. 39: Comme certains bourgeois de la ville de S. Maquaire en Bordalez feussent tenuz... en la somme de vingt livres de Guiennois de rente, etc.*

\* **GUIARDONUM**, Remuneratio, præmium, Ital. *Guidardone*, nostris *Guerredon*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Guidardon, Prov. præmium, meritum*. Stat. Vercel. lib. 2. pag. 92. rº: *Et creditor recusaverit vel postposuerit accipere solutionem, transacto uno mense a die prædictæ consignationis et obligationis, non currant aliquæ pœnæ, usuræ, vel Guidardona, vel expensæ*. Le Roman d'Atthis Ms.:

Et se Dieux sauve le baron,  
Ils en auront bon Guerredon.

Infra:

Or en a il le Guerredon  
De la serour son compaignon.

Hinc *Guerredonner*, Præmio afficere, remunerare, Ital. *Guidardonare*. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 139: *Le roy Phelippe mon aieul me dit que l'en devoit Guerredonner à sa mesnie*. Charta Phil. VI. ann. 1390. tom. 3. Ordinatio. reg. Franc. pag. 556: *Voulons pour ce iceulz Guerredonner et poursuivre de faveur especial, etc.* Le Roman d'Atthis Ms.:

Que l'enfant à sain ramene  
Et son bienfait Guerredonne.

Vide *Guizardonum*.

**GUIARE**, GUIATICUM. Vide *Guida* et *Guat*.

† **GUIBELLINA PARS**, apud Jacobum Auriam lib. 10. Annal. Genuens. ad ann. 1284. iidem qui supra *Gibellini*.

† **GUIBLE**, Gall. *Crible*, *Cribrum*: *Item unum Guible, item unum embrunum, etc.* in Inventario anni 1342. ex Archivo S. Vict. Massil.

\* **GUICHETUS**, Ostiolum, portula, Gall. *Guichet*, alias *Guichel* et *Guichelet*. Arest. ann. 1344. 25. Jun. in vol. 2. arrestor. parlam. Paris: *Confessus fuit se percussisse et pulsasse cum quadam securi ad portam et Guichetum dicti magistri Bertrandi*. Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 197. col. 1: *In ipso (muro) dimittatur unus parvus Guichetus, cum porta ferro cooperta et cum sufficienti sarratura, per quem possit exire unus nonssinus incellatus*. *Guiget*, in Ch. ann. 1358. ibid. pag. 200.

ol. 2. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 31: *Et ja avoient arrachié, ou peu s'en failloit la sarreure du Guichelet d'icelle porte*. Aliæ ann. 1412. in Reg. 166. ch. 185: *Ainsi que icellui Grilh ouvroit la porte du lieu de Mossoteux, le Guichel ou portavel d'icelle*. *Viguet*, in aliis ann. 1405. ex Reg. 161. ch. 106: *Le suppliant se parti et ala hors desdites prisons par le Viguet d'icelles*.

† **GUICIA**, f. Idem quod *Guaccia*, Species tributii. Charta ann. 1360. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britannicæ col. 502: *Cum maritagiis eschaetis, Guiciis, etc.* \* *Guierres*, Dux exercitus, in Chron. S. Dion. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 286: *A cele fois fu Guierres de ses os li dux miles d'Angliers*.

**GUIDA**, Viæ dux, ex Gall. *Guide*, [Ital. *Guida*, Hisp. *Guia*]; vel ipse conductus. Ugitio: *Ductus vel Guida*. Vox videtur formata a *Gué*, vadum: est enim *Guider*, aliquem per viam ignotam ac incertam deducere, quasi *Gueder*. Alia suggerit Octav. Ferrarius in *Guida*. [Menagius a *Viæ dux*, unde *Viædux*, deinde *Guidus*, nostrum *Guide*, putat efformatum.]

**GUIDARE**, **GUIARE**, Conducere, salvum et incolumem præstare: quasi *Viare*, in viam deducere, unde quidam vocem *Guiare* effectam volunt. Ugitio: *Ducatus et Ductus, Guida*; et *Ducere, Guidare, vel nutrire*. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 112: *Nisi antea ab ipso seniore suo, seu ab amico amonitus fuerit, ut eum non Guidasset, nec cum illo abiisset*. Curia Generalis Catalanæ in villa Montisalbi ann. 1333. sub Alphonso Rege Arag. MS.: *Ordinamus, quod si contingat bannitos Guidari ex aliqua causa per Vicarios, vel alios officiales, quod sublato dicto guidatico dicti Vicarii et alii officiales teneantur noviter bannire, et bannimentum voce præconia publicare in capite cujuslibet vicariæ. Consuetudines MSS. Solemniaci in Arvernens: Si aliquis fecerit furtum in dicta villa de Solignac... non debet Guidari a nobis, nisi de voluntate et consensu ejusdem Communitatis, etc. Consuetudines villæ Martelli in Vicecomitatu Turenensi: Vicecomes Guidare non debet in villa Martelli malefactorem aliquem, nec debitorem, etc.* [Charta ann. 1193. ex Archivo Massil.: *Nullus alius in iis quæ ad mare pertinent, sine consilio vestro affidare vel Guidare possit*. Conventiones anni 1338. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 422. col. 2: *Item, quod tempore guerræ nullus homo de terra domini Clarimontis audeat Guidare, recipere vel retinere, recolligere aliquem de inimicis Dalphinatus.*]

\* Libert. Barcin. Mss. ann. 1283: *De Guidaticis. Item quod aliquis qui fecerit injuriam corporalem alicui civi Barchinonæ, non potest Guidari, quod veniat vel stet in Barchinonæ, per vicarium vel per alium officialem domini regis, nisi paratus esset firmare jus*. Charta Petri III. reg. Aragon. ann. 1337: *Tenore presentis cartæ nostræ Guidamus et assecramus socios, factores seu negotiatores societatis Bardorum, etc.* Alia ann. 1266. in Chartul. Cluniac. ch. 326: *Ipsum forum seu mercatum tenetur conducere seu Guidare dominus Sinemuri, qui pro tempore fuerit*. Unde *Guier*, pro *Securitate* coram iudice præstare alicui, quocum inimicitias quis habet; hinc *Aguié* dicebatur is, qui ejusmodi securitatem receperat. Lit. remiss. ann. 1465. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 115: *Domenez Record pria le suppliant selon la coutume du pais qu'il le Guiasse, c'est assavoir qu'il le assureast pour trois ou qua-*

*tre jours; laquelle chose le suppliant comme lieuctenant dudit lieu de Salses, fist; et le lendemain... icellui Record estant sur la porte du chasteau de Salses, ainsi que dit est, Aguié et assureé, etc. Guiseler, eadem acceptione, in aliis ann. 1463. ex Reg. 199. ch. 79: *Icellui Loys pour cuider demourer victorien, a trouvé maniere de soy faire Guiseler et de faire Guiseler le suppliant, selon les loy et usage de la chastellenie de Bourbourg.**

**GUIARE**. Libertates Villæ franchæ, concessæ ab Archembaldo D. Borbonii ann. 1217: *Quicumque veniet ad forum sive ad mundinas... et debent ipsum Guiare per totam terram Domini Borbon. Guier, nostris, conducere*. Le Roman de Roncevaux MS:

Piniaux le Guie à une verte enseingne.

Guill. *Guart*:

A ceus, qui le navie Guient.

☞ In allegatis Villæ franchæ Libertatibus *Guiare*, non est *Conducere*, sed *Gagiare*, *Pignerari*, *pignus auferre*, Gall. *Gager*; ibidem quippe legimus hac posteriori notione: *Præpositus de Villa francha non debet Guiare apud Villam francham, nisi senel, hominem qui injuriam fecerit burgensi de Villa francha, aut debitum sibi debuerit... et si burgensis voluerit, Præpositus jurabit, quod acceperit eum in quagium prima vice, secunda vice ipse vel aller potest eum Guiare pro debito cognito, et pro fide juxta cognita debet quilibet pignorare apud Villam francham, si voluerit, et tenebit pignus per septem dies, etc.* Vide *Vadium*.

**GUIARE**, *Docere*, præire *Tabularium* Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 91: *Iste Odo per tale laudavit tenere, in antea servitium reddere unoquoque anno, et taschas, et decimum, de Montemoreto, sicut pater suus monstravit et Guavit.*

\* **GUIDUS**, *Salvus*, *securus*. Charta ann. 1230. ex Tabul. Massil.: *Item quod dominus comes et domina comitissa nullum hominem guidabunt in civitate vel ejus territorio, sine assensu offensi, nec a suis officialibus Guidum permittent, qui civem Massiliæ offenderit in persona vel rebus.*

**GUIDATICUM**, *Protectio*, *salvus conductus*, *Salvagardia*: *Guidatico*, Ital. Charta Alfonsi Regis Aragon. ann. 1290. in Camera Computor. Paris: *Constemur nos dedisse treugam, Guidaticum et assecuramentum per nos et per omnes valitores nostros ac sequaces, homines et terras nostri et eorum vobis Serenisimo... D. Karolo primogenito illustris Regis Karoli bonæ memoriæ... et omnibus valitoribus... ab hac proxima die Dominica, quæ erit 9. Kl. Madii usque ad 15. dies sequentes*. Curia Generalis Catalanæ ann. 1320. MS: *Talis bannitus assecuretur per officialem... et sic bannitus transacto tempore dicti Guidatici, etc.* Alia ann. 1311: *In protectionibus et Guidaticis*. Alia Jacobi Reg. Aragon. ære 1270. apud *Diago* in Hist. Regni Valentie lib. 7. cap. 24: *In nostra fide et in nostro Guidatico, etc.* Franciscus Tarafa in Hist. Episcoporum Barcinon. in Arnaldo II: *Jacobus Rex Aragonum sub Guidatico et protectione sua suorum successorum accepit possessiones Ecclesie*. [Ocurrat rursus hac notione in Appendice Marcæ Hisp. col. 1402. 1407. etc.]

**GUIDAGIUM**. Willelmus de Podio-Laurentii cap. 6: *Quod si quando egredi vellet (Episcopus) parochias visitatum, dominos, ad quorum terras ire dispone-ret, necesse habebat Guidagium implo-*

rare, etc. Charta Willelmi Pictaviensis Comitis Valentini, in Bibl. Sebusiana cent. 1. cap. 19: *Notum sit omnibus, me domum Liuncelli, et omnes res ejus nobiles et immobiles in securitate mea et protectione et Guidagio suscepisse.* Epistola Raimundi Comitis Tolosani ad S. Ludovicum Reg. Franc. ann. 1242: *Si nobis apud Caturcum cum litteris vestris patentibus et pendentibus miseritis Guidagium honorabile, et securas firmitates, etc.* [Charta anni 1240. ex parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 181: *Nos R. Berengarius Comes Provinciae... affidamus et sub Guidagio et protectione nostra recipimus bona fide Monasterium S. Victoris Massil. ac omnia molendina paratoria et candoria ipsius Monasterii... Quicquid ad dictum Monasterium pertinet in tota valle Massiliæ... sub Guidagio et protectione et fidantia nostra recipimus. Sub Guidagio et salvatione, tom. I. Maceria-rum Insulæ Barbaræ pag. 177. Caput 32. libri 5. Statutorum Massil. est de Guidagio non præstando alicui, qui civem Massiliæ offenderit. Occurrit in Charta ann. 1266. Marcæ Hisp. col. 1447. in alia ann. 1307. apud Menester in Probat. Hist. Lugdun. pag. 41. in Conventionne ann. 1251. inter Carolum I. Andegav. Comitem et Arelatenses art. 1. etc.]*

¶ GUIDONAGIUM. Litteræ Alexandri Papæ III. apud Mabill. lib. 4. de Re Diplom. pag. 266: *Præterea idem G. fidem dedit, quod de Guidonagio Pontis-Episcopi, et de ceteris pedagis et pontonagis per supradictum castellum Noviomensi Episcopo nullum damnum eveniet, nec aliqua quadriga ferens vinum, nec aliqua mercatio tendens ad quascumque ferias per castellum transibit; aut si hoc evenierit, Episcopus Guidonagium et forisfactum de transeuntibus habebit.* Hic Guidonagium tributum est pro securo transitu. [\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Geleitsschatz*, col. 633.]

QUIDAGIA ET PEDAGIA, in Concilio Avenionensi ann. 1209. can. 6. Tolosano ann. 1229. can. 21. Avenionensi ann. 1270. can. 7. Andegavensi ann. 1365. can. 28. et Saltzburgensi ann. 1386. can. 11.

GUIONAGIUM, Eadem notione, in Charta anni 1187. in Probat. Hist. Guinensis pag. 351. [Le Roman d'Athis MS.:

Par demesure et par oultrage  
Vous lairont hui grant Guionage.]

Sed præsertim hæc voces sumuntur pro ea præstatione, quæ domino exsolvitur pro securo transitu, vel mercium exportatione, per terram illius; nam, ut ait Baldus in Usib. feudor: *Capiens pedagium debet dare Salvum Conductum, et territorium ejus tenere securum: adeo ut si aliquis spoliatur, teneatur ejus dominus rapinam resarcire.* Tabularium S. Martini de Campis: *Ego Radulphus Viro-mand. Comes et Aelidis uxor mea concessimus et donavimus Ecclesiæ B. Medardi de Capi ad luminaria facienda singulis annis 10. sol. in conductu mercatorum, quod vulgo dicitur Guionagium, capiendos Peronæ, etc.* Charta Radulphi Comitis Suesionensis ann. 1219. in Tabulario Corbeiensis Ch. 241: *Concessimus præfata Ecclesiæ 20. modios vini sui de Valliaco ad usum ipsius Ecclesiæ absque ulla exactione et Guionagio libere ad pontem Suesionicum transeundos.* Charta ann. 128. apud Perardum pag. 562: *Quingentos solidos... pro dicio Guidagio et conductu.* Charta Guidonis de Montecatano Vice-

com. Beneharn. apud Marcam. lib. 6. cap. 28: *Cupiens transeuntium gravamina removere, pedagium supradictum vel Guidagium, et quicquid a mercatoribus vel viatoribus... exigi consuevit, remitto, etc.* Alia apud Catellum in Comitib. Tolos. pag. 245: *Quod indebita pedagia vel Guidagia colligo et colligere facio.* Et pag. 247: *Guidagia vel pedagia vel exactiones aliquas a transeuntibus per stratas, vel etiam per flumina nullatenus accipiemus.* Alia Rainoldi Episc. Noviomensis ann. 1184. in Tabulario Lehenensi: *Quoties vina sua, sive quælibet usibus Fratrum necessaria per pontem nostrum deduci contigerit, a Guionagio et ab omni eo, quod a transeuntibus exigitur, præter calcæam, ... eis in perpetuum confirmamus.* Adde pag. 353. 357. Concilium Avenionense ann. 1209. can. 5. Probat. Hist. Turenens. pag. 103. Lib. 5. Decretal. tit. 40. cap. 26. Gariellum in Episcop. Magalon. pag. 168. etc. Bernardus a Breydenbach de expugnatione Constantinop.: *Pedagia, Guidagia, impositiones et gravamina illuc applicantibus vel permanentibus suapte statuerunt.* Le Roman de Garin:

De mer me tolent le port et le passage,  
Et de la terre le mestre Guionage,  
Et de Gironde trestot le revage.

Ex his emendandum Chronicon Valci-dorensis pag. 581. tom. 7. Spicilegii Acheriani, in qua perperam *Guionagium* scribitur.

¶ GUISAGIUM, GUISAGIUM. Charta Ludovici Regis Franc. ann. 1171. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 66: *Juraverunt etiam sese nihil in stratis, neque pro pedagio, neque pro conductu sive Guisagio... a transeuntibus accepturos.* Ibidem pag. 67. habetur *Guisagium*.

¶ GUISATICUM. Charta anni 1197. apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 474: *Salomon (dominus castri de Felgaris) usque modo exigebat ab hominibus Villæ magnæ et Minariorum et Monetatis nomine Guisatici et peticati in trocellis, carginis, balis, saumatis, ac oneribus quarumlibet rerum per castrum de Felgaris transeuntium hoc quod de aliis hominibus sibi capiebat.*

WIONAGIUM, Eadem notione, in Epistolis Francis tom. 4. Hist. Franc. Epist. 313: *Wionagia, quæ nunquam dedimus, nec dare debemus, a nobis exigit.* Ita in veteribus Tabulis aliquot in Hist. Guinensis pag. 338. 347. 349. 353. *Wionagio plaustrorum et vehiculorum, apud Herimannum de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 92. Charta Idæ Castellane S. Audomari ann. 1196. in Tabular. Eccles. S. Nicolai de Clarofonte Ord. Præmonstrat: Totum Wionagium, quod ducendo aliquid vel reducendo per villam meam, quæ Perices dicitur, debitori erant in posterum, etc.*

GUINAGIUM, in eodem Tabulario in Charta Balduini Comitis Hannoniensis ann. 1147.

WINAGIUM, et VINAGIUM, contractus, Eadem notione. Harigerus Abbas Lobensis cap. 59: *Præfatum Cœnobium decimarum, teloneorum, Winagiorum et aliorum quorundam reddituum munificentia ditavit.* Charta Lotharii Regis Franciæ apud Vassorium in Noviom.: *Concedimus etiam fratribus ejusdem Ecclesiæ Winagium et teloneum in omni regno nostro super omnibus, vel quæ de propriis sumptibus vendiderint, vel in propriis usus emerint.* Charta Godefridi de Ribodimonte ann. 1104. apud Hemerum:

*Concessi in eleemosynam totum Winagium, vel omnimodæ carrucæ transitum liberum ab omni exactione ac repetitione, etc.* Alia ann. 1182. apud eundem pag. 153: *20. solidos in perpetuum super Vinagium Guisicæ et scalæ, et per omnes terras suas immunes a vectigali vecturæ.* Charta ann. 1226. apud Buzelinum lib. 2. cap. 25: *Ut vecturæ, quæ res Ecclesiæ deferunt, liberæ sint a Winagio per totam terram meam.* Alia Joannæ Comitissæ Flandriæ apud eundem cap. 30: *Absque omni exactione Winagii, passagii, rotagii, telonei, etc.* Adde pag. 403. Charta Philippi Comitis Flandrensis ann. 1176. apud eundem lib. 2. cap. 22: *Vinagium et pedagium de omni vino, quod Fratres ducunt ad Ecclesiam ad opus suum per transitus nostros libere transire, et nihil omnino a ductoribus vini exire.* Alia Ivonis Comitis Suesionensis ann. 1177. apud Hemerum: *Notum... dedisse me... Monasterio S. Præjecti in eleemosynam perpetuo possidendam Winagium septies viginti ter modiorum vini apud Pareguy.* Alia anni 1210. apud eundem: *20. bigatas vini, quas ei concedo in eleemosynam perpetuum ducere per terram meam singulis annis ab omni Winagio meo liberam et quietam.* Arestum ann. 1259. ex Regesto 1. Parlamenti Paris. fol. 16: *Solvendo Vinagium ad Pontem Episcopi de quolibet dolio antiquitus 4. denar. et obol.* Ubi cavendum, ne hisce locis *Vinagium* putetur dictum a *vino*, cum nihil aliud sit quam *Winagium*, seu præstatio pro vectura vini. Charta Gallica apud Haræum in Castellanis Insulensibus lib. 2: *Et si promit ledit Castellani les rivieres devant dites franchir de Winage, de tous peages, et de toutes autres prises à tous jours, etc.* [Chartularium Doncheriaci laudatum a D. de Lauriere in Glossario Juris Gallici: *Au lieu de Soignon, le Prieur de Doncheri a droit de Winage, c'est à sçavoir de chaque chariot passant et repassant par le detroit dudit lieu deux sols huit deniers paris, et de chaque charette seize deniers paris.*] Ita

VINAGIUM pro qualibet præstatione usurpat Tabularium Ecclesiæ Ambianensis: *In festo S. Martini pro Vinagio unusquisque, qui habet equum vel equam, solvit 2. solid. similiter quædam terræ sunt, quæ solvunt pro Vinagio 26. sol.* Charta Willelmi Comitis Pontivi ann. 1205: *Stalla circa S. Georgium, omne Vinagium in domo Alardi de Noion, decimam de Majoc, etc.* [Pactum ann. 1311. lib. 2. Castellanonum Insul.: *Promit ledit Castellain les reventes devant dites franchises de Winages, de tous payages, et de toutes autres prises à toujours.* Ibidem pag. 206: *Ad pontem de Windin arrestati erant homines sancti Petri pro Vinagio. Ecclesia liberos eos reducit.* Vide *Vinagium* suo loco.] Butelerius in summa rurali lib. 2. tit. 40: *Les Commis des Vinages et des pontenages.* Froissart. 1. vol. cap. 30. de Artevello: *Il faisoit lever les rentes, les Winages, et les droitures, que le Comte devoit avoir, etc.*

\* GUIDAGIUM, Præstatio, a tenentibus facta dominis, pro tutela et protectione personarum ac rerum suarum. Charta ann. 1266. ex Chartoph. reg. Tolos: *Noverrint quod cum religiosus vir D. Hilbertus, prior domus sive monasterii de Casciano, Biterrensis diocesis, conquerendo assereret, ... tempore dom. Raymundi comitis Tholosani, ... servicia infrascripta fuisse hominibus dictæ villæ imposita indebitum et injuste, videlicet Guidagium, gabbiniagium, etc.*

\* GUIDONAGIUM, Eadem notione.

Charta Phil. Pulc. ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 163. r<sup>o</sup>. col. 1 : *Guidonagium cabanarum pro quindecim libris Morlanorum.*

† **GUIONAGIUM** simili modo pro qualibet præstatione videtur accipiendum in Regesto *Probus* fol. 62. Antiq. Recogn. de Albaripa : *Item comes capit in Guionagio pro sex militibus, et potest valere pars sua communibus annis xx. sext. avenæ Vienn.*

\* **GUIDONATICUM**, pro Præstatione qualibet. Charta ann. 1151. apud Cenc. inter Cens. Mss. eccl. Rom. : *Cum... domibus, urbanis et suburbanis, vinetis, olivetis, castagnetis, et cum omni dominio et Guidonatico, etc.*

\* **WINAGIUM**, Pari intellectu. Arest. parlam. Paris. ann. 1333. ex Cod. reg. 9822. 2. fol. 64. v<sup>o</sup> : *Religiosi Corbeiensis erant in possessione et saisina... percipiendi anno quolibet ab omnibus habentibus mediam mensuram in eorum villa de Silliaco sicco iij. denarios, quod vulgari-ter nuncupatur Winagium.*

\* **WINAGIUM**, Præstatio, quæ domino exsolvitur pro securo transitu, vel mercium exportatione, per terram illius. Charta ann. 1196. in Chartul. Clarifont. ch. 83 : *Fratribus Clarifontis totum Winagium, quod ducendo aliquid sive reducendo per villam meam, quæ Perices dicitur, debitori erant, in posterum ex integro in perpetuum remisi. Vynguæ, eodem sensu, apud Rob. Avesbur. in hist. Edwardi III. reg. Angl. pag. 67. unde emendandus idem Robertus ibid. pag. 106. et 174. ubi Umages legitur. tur. Wynage vero, Præstatio pro vectura vini, in Stat. Ms. scabin. Macer. ad Mosam : *C'est la déclaration du droit des Wynages duquel l'en use... au lieu de Maisieres. Primo, tous nobles et clers, qui amènent vins... doivent pour chacun char viiij. den. Par.**

**WIENAGIUM**, pro *Wionagium*. Charta Joannæ Comitissæ Flandriæ ann. 1243. apud Buzelinum lib. 2. cap. 28 : *Prædictam Ecclesiam ab omni exactione Wienagii, passagii, thelonet, rotagii, omnino emancipatam et liberam esse volo.* Philip. Mouskib in Hist. Franc. MS. de Tornacensis :

Et s'enst l'avoerie ausi,  
Et les forages leur guerpi  
De vin, de cervoise, et de miés,  
Qu'il k'il soient nouvel u viés,  
Si leur donna le Viénage,  
Des nés et tout le pontenage,  
Et l'estalage et les merciers, etc.

\* Charta ann. 1246. ex Tabul. eccl. Camerac. : *Quandam partem in Wienagio de Bieviler, Wienage, eodem sensu, in Charta ann. 1270. ex Chartul. S. Vinc. Laudun : La poursuite de nos Wienages et la justice, qui appartient es Wienages, Winnage, pro qualibet præstatione, in Lit. ann. 1238. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1007. ut et Wynage, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 74. Hinc Wignageur, Ejusmodi præstationis seu quorumvis vectigalium collector, in Charta Phil. VI. ann. 1349. ex Reg. 80. ch. 104 : *Les Wignageurs et péageurs des Wignages et peages de Bapalmes et de Péronne, etc.**

**VIENATIUM**. Charta Nicolai Episcopi Cameracensis ann. 1146. apud Heme-ræum in Augusta Viromanduorum : *Controversiam... eo tenore terminavimus, ut præfatus Nicolaus et successores sui sæpe fatæ Ecclesie Humblariensi infra Nativitatis dominicæ et Theophaniæ dies, singulis annis per Vienatorem suum, qui successu temporum Vienatium de Lan-*

*dreccis collegerit, 20. solid. monetæ illius terræ, pro censu irrefragabiliter persolvat. Quod si Vienatium et Vienatores defecerint, ex fructibus molendini et castelli, censum eundem Ecclesie solvi facient.*

\* **GUIDAMENTUM**, Regimen, ut videtur, Ital. *Guidamento*. Pact. inter Greg. IX. PP. et popul. Rom. apud Cl. V. Garramp. in Ind. ad Hist. B. Chiareæ pag. 526. col. 1 : *Senatores qui amodo erunt, tempore quo juraverint Guidamentum urbis, jurent quod pacem servabunt.*

\* **GUIDARMA**, pro *Guisarma*, Gesum, spiculum. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 208 : *Johannes Barre dictum Raymundum Radulphi percussit de quadam Guidarma super brachium.* Vide supra *Gisarma*.

† **GUIDATIONES**, f. Arborea ceteris majores, quibus distinguuntur nemora ad diversos dominos pertinentia. Charta Cassaniæ ann. 1246 : *Si contingeret aliquam dubitationem oriri super terminis et limitationibus dictorum mansorum, illa dubietas terminetur et diffiniatur per Guidationes Ecclesie.*

\* **GUIDATOR**, Dux, Gall. *Guide*, alias *Guieour*. Stat. ann. 1233. in Reg. feud. Carcass. fol. 470. r<sup>o</sup> : *Receptor, aut Guidator, vel consiliator, vel adjutor latronum aut prædonum, etc. Guieor*, in Vit. SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 1. v<sup>o</sup>. col. 2. Hinc emendanda Hist. contin. Guill. Tyrri apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 624 : *Leroi Guillaume n'ala mie en cele estoire... il envoia des plus haus homes de la terre por estre Guicours et garder de cele gent. Leg. enim Guieours.* Vide supra *Guida*.

† **GUIDEME**, Instrumentum musicum, f. Cithara, Hisp. *Guitarra*, Ital. *Ghi-terra*, Gall. *Guitarre*, *Guitarre* et alias *Guilarne*. Constitutiones Frederici Siciliae Regis cap. 101 : *Nec pulsentur circa funebria Guideme, vel timpana, vel alia instrumenta quæ ars magis ad gaudium, quam ad tristitiam adinvenit.* [\* Mendum est pro *Guiderna* vel *Guilterna*. Vide infra in hac voce.]

**GUIDERBORA**, Libera. Leges Luitprandi Regis tit. 80. [\*\* 106. (6, 53.)] : *Si quis aldiam alienam aut suam ad uxorem tollere voluerit, faciat eam Guiderboram, sicut Edictum continet de ancilla.* Lex Longob. lib. 2. tit. 1. § 8. [\*\* Roth. 223.] : *Si quis ancillam suam matrimoniare voluerit sibi ad uxorem, sit ei licentia, tamen eam debeat thingare, et sic facere liberam, quod est Guiderbora.*

**GUIDICTORIA**, i. per quadrum. Ita Ugutio.

† **1. GUIDO**, Vexillum, Gallis *Guidon*, vox ducta a superiori *Guida*. Instrum. anni 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Item unam casulam de purpura floratam de Guidone rubeo cum saffio de auro ante et retro multum nobile.*

† **GUIDO**, Vexillifer, Gallice *Guidon*. Litteræ anni 1328. apud Rymer. tom. 4. pag. 374 : *Jacobus Chinchii Guidonis de urbe. Macris fratribus et Hofmanno Guidones dicuntur Clerici a Carolo M. instituti, ut peregrinis sacra urbis loca visitantibus Guidones essent seu Duces, eosque, si Romæ morerentur, sepelirent. Hæc Clericorum congregatio, si iis Scripturibus fides, Schola *Guidonum* dicebatur. Hanc in sententiam laudant Constitutionem Caroli M. apud Torrigium de Cryptis Vaticanis pag. 503. edit. 2. ubi non apparet vox ipsa *Guidones*, pro qua *Ductores* solum legitur : quare *Guidoneam portam*, quæ una est ex Vaticanis, non credo dictam, ut ipsi volunt, quod *Guidones* seu ductores peregrino-*

*rum in ea morarentur ; sed potius, ut Mabillonius habet Itin. Ital. pag. 51. quod per eam peregrini Guidones seu vexilla gestantes intrarent.*

\* **GUIDONUM SCHOLA**, Clericorum congregatio, qui peregrinis sacra Urbis loca visitantibus *Guidones* seu duces erant. Charta apud Cenc. inter Cens. Mss. eccl. Rom. : *Scholæ Guidonum decem soludos Proveniensis.*

\* **2. GUIDO**, Moneta sic dicta, quod eo nomine insignita esset. Vide supra *Floreni Hannonienses*.

† **GUIDONAGIUM**. Vide in *Guida*.

\* **GUIDONATICUM**, **GUIDONATICUM**, **GUIDUS**. Vide supra *Guida*.

**GUIDRIGILD**, [Hominis pretium, æstimatio capitis. Leges Ludovici Aug. cap. 16. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 129. col. 2 : *In compositione Guidrigild volumus, ut ea dentur, quæ in lege continentur, excepto ancipitre et spata.*] Vide *Wera*.

† **GUIETES**, Militum genus apud Anglos, ut videtur. Litteræ ann. 1362. apud Rymer. tom. 6. pag. 370 : *Si contingat dominum Regem Castellæ et Legionis, Alfonsum filium suum, aut ipsorum hæredes hominibus ad arma, castellanis, sagittariis, Guieibus vandaliensibus, aut aliis indigere, ac subsidium præfati domini nostri Regis.... duxerint requirendum.*

**GUIFA**, **GUIFFA**, [Signum possessioni appositum : unde *Guiffare*, Signum apponere.] Vide *Wifa*.

**GUIHALA**. Vide in *Gildum*.

**GUILDA**, vox Anglica vetus. Ordericus Vitalis lib. 4. pag. 506 : *Edricus cognomento Guilda, id est, Silvaticus. Est porro Guald, silva, unde forte legendum Gualda. Vide Gualdus.*

† **GUILDIONA**. Vide in *Gildum*.

† **GUILENTIA**, ut *Guarentia*, Auctoritas, cautio ad evictionem, Gallis *Garantie*. Compositio inter Abbatem Berdonensem et Dominum de Montesquivo ann. 1309 : *Contra quascumque personas facere et portare bonam, firmam et legitimam Guilentiam, et rescire omnia damna, gravamina et expensas, quæ vel quas defectu Guilentie prædictæ dictum Monasterium faciet.* Vide *Warantus*.

\* **GUILFA**, pro *Guiffa*, Signum, quod prædio, cujus possessionem auctoritate judicis quis adit, apponit, quod *Guiffare* dicebant. Stat. Verceil. lib. 5. pag. 119. v<sup>o</sup> : *Et nisi stipula fuerit Guiffata, et possint accusari damna facientes per quindecim dies post sequentes, postquam fuerit Guiffata et non ultra, dummodo Guiffæ in campis positæ evidenter valeant apparere.* Vide *Wifa*.

**GUILHAULA**. Vide in *Gildum*.

\* **GUIELMINÆ SECTARI**, Mulieris scilicet famosissimæ, quæ ex Bohemia Mediolanum se contulit, ubi e vivis erepta anno fortassis 1281. veluti sancta a plebecula ejusque sectatoribus habita est. Varia hujus Guielminæ abominanda in fidem Catholicam deliramenta et ridenda somnia ex authentico ejus processu profert Muratorius, quem consule tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 90. et seqq.

† **GUILLA**, Metula lusoria, Gall. *Quille*. *Guillarum ludus cum baculo a longe jactato*, memoratur in Charta ann. 1352. e Regesto 81. Chartophylacii Regii n. 351. Vox probabiliter ducta a Celtico vel Aremorico *Quille*, Lignum stans et erectum : aliunde tamen Cangius in *Skella*.

**GUILLATOR**, *Barator*, apud Alberic. in Chron. MS. ann. 1239. ex vernaculo



*Guille, Gille, Ghille, Fraus, mendacium, illusio. Philipp. Mouskes in Henrico 1:*

Là fu occis par tele Ghille  
Li Queens Engorrans d'Abbeville.

Infra de Comite Haraldo :

Et il arriva en Pontiu,  
Mais jou ne say dire en quel liu,  
Fors tant que à celle port par Gille,  
Le prist li Queens Guis d'Abbeville.

Galterius Metensis in Mappa mundi MS. cap. 17 :

Et puis dist Dius en l'Evangile,  
Qui ne parole pas de Guille.

Vide Fauchetum in Poetis Gallicis cap. 13. 119. 196. Hinc *Guiller*, pro fallere. Theobaldus Navarrae Rex Cant. 5 :

Adés dient, Dame, on vous veut Guiller.

Joan. *Montjot* Atrebatensis :

Cil qui à Guiller s'avoie,  
S'en vait autres accointant.

[Hinc proverbium Albigensibus familiare : *Tal penso Guilla Guillot, que Guillot lou Guille*; hoc est, Talis putat a se decipi Guillottum, qui a Guillotto decipitur. Vide plura apud Borellum.]

\* *Guilleor*, pro *Trompeur*, inter Poem. reg. Navar. tom. 2. pag. 76 :

Fol Guilleor, qu'à mentir et à faindre,  
Font les loiaux de lor joie esloigner.

*Gillere*, in Poem. de *Cléomades* Ms. :

Sachiés que chilz est uns Gillere,  
Mauvais et trahites et lere,  
Vostre honneur vous voloit tolr...  
Et li dieat laissiés l'aler,  
Puis qu'il nos voloit Gillere.

*Gilliere*, pro *Histrion*, circulator, apud Phil. *Mouskes* :

Et cil Clarembaut mult l'amoit,  
Pour çou que bon Gilliere estoit,  
Qu'il ert souvent com penseans  
Par hermitages eblians.

*Guile*, Fallacia, in Vita J. C. Ms :

C'est cele Marie, sans Guile,  
De cui on list en l'Evangile, etc.

Hinc *Giler*, Fallere, decipere, in Mirac.

B. M. V. Mss. lib. 1 :

Ki bien le sert d'entier corage  
A tousjours a tel avantage,  
Que li deables ki tout Gila,  
Giler nel puet par nule Gila.

Inde etiam *Guiche*, pro *Astutia*, calliditas, in *Bestiar.* Ms :

Mais il i a oisiaus pluisours  
Qui les Guiches et les testours  
Don goupil aperchoivent bien.

*Guenche*, eodem sensu, tom. 2. *Fabul.* pag. 14 :

Et qui veut amer par amors,  
Coveint savoir Guenches et tors.

Unde *Ghenchir* et *Guincher*, pro Declinare, vulgo *Se détourner, esquivier*. Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 671 : *Hanequin de la Wagne chaudrelier cuida et vout estochier et férir ledit Jehan d'un coutel... s'eschiva et Ghenchi ledit Jehan, etc.* Aliæ ann. 1411. in Reg. 165. ch. 196 : *Lequel moine persa la robe du suppliant tant seulement, sans faire sang, pour ce qu'il se retray et se Guincha du cop.* Declinare. *Guenchir* vertit interpres Guill. Tyrii lib. 20. cap. 20. *Ganchir*, eodem sensu, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 56. et 75. Guill. Guiart. ad ann. 1294 :

Les autres vers le port Ganchissent.

Le Roman de *Garin le Loherenz* :

La veissiez trestourner et gauchir,  
Lor gent aidier, recourer et Ganchir.

Eo etiam pertinet vox *Glacher* ex Lit. remiss. ann. 1449. in Reg. 184. ch. 4 : *Icelui Lorens par soy Glacher et deffendre tira son espée.* Id est, Ut ictus a se averteret. *Aquincler* vero, in alteram partem vergere, proclinari, Gall. *Pancher, baisser*, sonat, in Lit. remiss. ann. 1479. ex Reg. 205. ch. 400 : *Icellui Jacques apporta le poing sur la teste du suppliant, tellement qu'il le fist Aquincler son chapeau de l'autre part.* Vide supra in *Gaudiose*. Neque fortassis, ut observat Borellus, aliunde accersenda vocum Gallicarum *Vilon* et *Filou* origo; haud infrequens enim literæ G mutatio in V vel F, et vicissim.

\* **GUILELMUS**, GUILLERMUS, Gall. *Guillemins*, Moneta comitum Flandriæ, sic dicta, quod eo nomine insignita esset. Lit. remiss. ann. 1449. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 690 : *Deux pieces d'or, c'est assavoir ung Guillemins... Ung Guillemins de vingt solz Parisis.* Vide supra in *Floreni* et in *Leones* 1.

**GUILO**. Vide *Gillo*.

\* **GUILLOTUS**, Monetæ minutioris species. Arest. ann. 1416. 8. Aug. in vol. 11. arestor. parlam. Paris : *Quod dicti habitantes (Genomanenses) modicæ devotio nis erant... Dicti habitantes ad offertorium in festis annualibus ter vel quater in anno duntaxat veniebant; et si aliis diebus eos venire contingerat Guillotos aut semiguillotos, receptione indignos, quorum sex unum Turonum valebant, tradebant.*

† **GUILPURE**. Vide *Guerpire*.

\* **GUIMAGIUM**, GUINAGIUM, ut *Guinagium*, Vectigal pro securo transitu vel mercium exportatione. Vide in *Guida*. Charta Rob. episc. Clarom. ann. 1226. in Chartul. S. Mart. Augustod. : *Abbas et conventus retinuerunt sibi... furnum cum molendinis, pratum suum, Guimagium cum portagio.* Alia Bald. comit. Hann. ann. 1147. in Chartul. Clari font. ch. 16 : *Ut si quid in nobis subjecta regione ad usus ecclesiæ vendiderint, sive emerint, vel etiam mutuaverint, a persolvenda omnimoda exactione Guinagii sive theloni liberi et immunes permaneant.* Alia Radul. comit. Suss. ann. 1183. ex Chartul. monast. S. Corn. Compend. fol. 223. r. col. 1 : *Statuimus... ne præfata ecclesia pro hiis quæ ad victum suum, sive per aquam, sive extra aquam in toto comitatu Suesionensi duci fecerit, Guinagium, vel aliquam exactionem de cætero solvat.*

**GUIMPA**, Peplum, velum muliebre, quo etiamnum utuntur Monachæ, quod *Guimpe* vocant. Occurrit in Regula Roberti Arbrisselli cap. 6 : *Ut Guimpæ albæ earum nunquam appareant, velis eas operientibus.* Velum S. Agathæ hodie *Guimpam* appellare Catanenses asserit Bollandus 5. Febr. pag. 647. ubi perperam *Grimpam* edidit, quod S. Agathæ ἄλυμα vocat Theofridus Abbas Eptern. in Florib. Epitaph. SS. lib. 3. cap. 4. Vide Itin. S. Willebaldi n. 12.

**WIMPLA**, **GUIMPLA**, ex Gallico *Guimple*, *Gimble*, vel *Wimiple*. Charta Roberti de Baillol in Tabulario S. Egidii Pontis Audomari: *De recognitione mihi dedit 50. sol. et uxori meæ Wimplan.* Tabularium Fiscanense fol. 74 : *Et pro hac concessione dederunt mihi... 10. lib. Andegav. et conjugii meæ Wimplan.* Tabular. S. Mariæ de Campis : *Et operitorium capituli optimum donamus, quod vul-*

*gari sermone Guimplam vocamus.* Vide *Annal. Benedict.* tom. 5. pag. 479.] Le Roman de la *Prise de Hierusalem* MS. :

Pardevant son viaire a la Guimple tornée.

Le Roman d'*Auberi* MS. :

Robe de feme me prennés avenant,  
Guimple de soie et mantel trotinant.

Infra :

La Guimple d'or li a en chief fermée.

Philippus *Mouskes* MS. :

Et quant li Rois les vit tant simples,  
Come pucies à leur Guimples.

Le Roman de *Rou* MS. :

Tuit aloient lances levées,  
Et en toutes Guimples fermées.

[*Vetus Poeta* MS. e *Bibl. Coislin.* :

Quant elle fu appareillée,  
Bien affublée et bien loïso  
D'une belle Guimple de soie,  
Droit au Mostier a pris sa voie.

Le Roman de la *Violette* MS. :

Plus que n'est nois fu blanc couvers  
D'un blanc drap d'Ipre moult divers,  
Entour son heaume a mis la Guimple.]

Adde *Georgium Castellanum* in *Hist. Jacobi Lalani* cap. 18. et quæ notamus ad *Stabilimenta* S. Ludovici lib. 1. cap. 54. Vide *Guifa* et *Vinipa*.

\* **GUINA**, Cerasi species, Gall. *Guigne*, Occit. *Guino*. Leudæ minor. Carcass. Mss. : *Item de saumata cereriarum et Guinarum... unum denarium.* Vide alia notione in *Guva*.

\* **GUINAGIUM**. Vide supra *Guimagium*.

\* **GUINCHETUS**, Ostiolum, portula, Gall. *Guichet*. Charta ann. 1370. ex Tabul. Massil. : *Pro fusta clavasonæ et magisteriis unius seralhæ in Guincheto portalis Callatæ, etc.* Vide supra *Guichetus*.

† **GUINDA**. Vide *Gunna* 1.

\* **GUINDEGA**. Vide supra *Grundega*.

\* **GUINDOLUM**, Cerasi species, Parisiis *Griotte*, quibusdam in locis *Guindoue*, Occitanis vero *Guindoule* est ziziphum, Gall. *Jujube*. Anonym. Malleac. de *Destruet. sui monast.* apud Labb. tom. 2. *Bibl. MSS.* pag. 248 : *Anno sequenti fuit tanta aeris serenitas... quod circa principium Madii Guindola et cerasa inveniebantur.* Lit. remiss. ann. 1466. in Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 36 : *Le suppliant en certaines vignes près la ville de Gimant, où il mengeoit des cerises ou Guindoles, etc.*

† **GUINEVÆ**, pro *Gumenæ*. Vide in hac voce.

\* **GUINEVS**, Guineæ incola. Bulla Nicol. V. PP. ann. 1455. tom. 1. *Probat. hist. geneal.* domus reg. Portugal. pag. 448 : *Ex inde quoque multi Guinei et alii Nigri vi capti, etc.*

† **GUINIATOR**, **GUINITOR**, **EXACTOR Guinagii**. Privilegium Hugonis Comitis de Rocio pro Monasterio S. Remigii Rem. : *Minus pretium roatici ab ipsis quam a laicis Guiniatores accipiant.* Privilegium Bartholomæi Laudun. Episc. pro eodem Monasterio : *De his que Hugo Comes Rociensis concessit S. Remigio pro absolute sui. Sicque Guinitores roagium minoris pretii ab ipsis quam a laicis accipiant.* Vide *Guidaticum* in *Guida*.

\* **GUINTERNA**. Vide infra in *Guilterna*. **GUIONAGIUM**. Vide *Guidaticum*, in *Guida*.

\* **GUIONESSA**, an Felix. Gall. *Fogere*? Vide supra *Feugeria*. Stat. Vercell. lib. 5. pag. 128. r. : *Item quod nullus jurisdictionis Vercellarum nec aliunde, præsumat colligere vel colligi facere Guiones-*

sam, nec emere, nec vendere. Si quis autem contra fecerit, Guionessa sit illius cuius erit nemus, et solvat pro banno solidos lc. Pap.

† **GUIPHARE**, Possessioni signum apponere. Vide in *Wifa*.

† **GUIPIRE**, Abdicare. Vide in *Guerpire*.

\* **GUIRA**, Vasis genus. Ital. *Giarro*, Gall. *Jarre*. Charta ann. 1390. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Quod pro primitiæ dentur de cassis et de toto lacte unius Guiræ integræ totius avere lachalis, etc.*

**GUIRENS**, [GUIRENTUS, Auctor, assertor, qui alteri tenetur ad evictionem, Gall. *Garant*. Charta ann. 1245. ex Chartario Ecclesiæ Auxitanæ cap. 152: *Promisit etiam dictus Prior pro se et successoribus suis, quod erit bonus Guirens dictæ decimæ*. Charta ann. 1192. in Cod. MS. Consuetud. Tolos. f. 29. vº, e Biblioth. D. Abbatis de Crozat: *Post hæc R. Gauterius dixit se habere et tenere illos honores a dominis, quos volebat inde habere Guirentes*. Passim occurrit in Chartis Occitan.] Vide *Warantus*.

\* Charta ann. 1134. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 473: *Et ut simus eis inde legales Guirenti, etc.* Alia ann. 1449. ibid. col. 523: *Et si homo aut femina hoc bonum vobis amparaverit, ego ero inde vobis Guirentus legalis sine inganno*.

† **GUIRENTIA**, Auctoritas, cautio de evictione, Gall. *Garantie*, in Consuetudine Tolosana Rubrica *de nominatione Guirentis*.

\* Charta ann. 1166. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 528: *Ego Isarnus Jordani dono meipsum custodem et defensorum et facio Guirentiam per me et per meam posteritatem, etc.* Alia ann. 1407. ex Tabul. Flamar.: *Decostamenta, quæ ipsum nobilem Aymericum Bermundi pati aut sustinere contingent, ratione dictæ Guirentiæ, etc.*

**GUIRIBEGGUS**, Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 905: *Unde omnes ab eisdem, quibus impudenter nocuerunt, Hilibecci despecte cognominati sunt*. Infra pag. 906: *Furentesque Guiribeccos, ut dictum est, viriliter repulit*. Ita *Guiribecchi* rursum pag. 907.

\* **GUIRITOR**, ut *Guirens*, in Charta ann. 1198. inter Probat. tom. 3. ejusd. Hist. col. 186: *Et bonus ero Guiritor legitimus vobis*. Vide supra *Gueritor*.

\* **GUIRLA**, Ludi genus, idem, ut videtur, quod Acad. Crusc. *Gherminella, guioço di mano*. Stat. crimin. Cumanæ cap. 89. ex Cod. reg. 4622. fol. 84. rº: *Nullus homo nec puer, habens a decem annis supra, ludat nec ludere debeat in civitate Cumarum, nec in plateis publicis... ad Guirlam, nec ad tronchonum, nec ad boletam, etc.*

\* **GUIRO**. Vide *Giro*. [FR.]

\* **GUIRIMENTUM**, **GUIPIRE**. Vide supra in *Guerpire*.

**GUIPIRE**, **GUIRPITIO**, etc. Vide *Guerpire*.

\* **GUIRUS**, pro *Gyrus*, in vet. Epigr. de Circensibus:

Septem etiam Guiris claudunt certamina palma.

Vide *Salmas*. ad *Solin*. cap. 53. pag. 790.

\* **GUISA**, Fraus, mendacium, illusio, f. pro *Guila*. Vide supra *Guillator*. Charta ann. 1034. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 192: *Ego Radgerius filius Garsen suprascriptus, le Petrone episcopo suprascripto, per nullam Guisam ad tuum nullum damnum, etc.* Vide *Guysa*.

† **GUISAGIUM**. Vide in *Guida*.

† **GUISARE**, f. quasi *Guisarmare*, *Guisarmis* instruere. Litteræ ann. 1283.

apud Rymer. tom. 2. pag. 246: *Mille marcas sterlingorum.... recipimus pro dictis militibus Guisandis seu parandis sufficienter*.

\* **Mendum esse suspicor** ex abbreviatione litterarum *ar*, atque adeo legendum *Garnisandis*. Vide *Garnire*.

† **GUISARMA**. Vide *Gisarma*.

† **GUISATGIUM**, **GUISATICUM**. Vide in *Guida*.

**GUISATUM**. Testamentum Alfonsi II. Reg. Portugalliæ ann. 1208. apud Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 270. vº: *Et de illo quod remanserit de ista mea tertia, mando, quod dent Ecclesiis pauperibus de regno meo et leprosis, sicut ipsi viderint pro Guisato*. Testamentum Sancii II. Reg. Portugall. ibid. pag. 278: *Mando etiam omnibus domibus leprosororum de meo regno 500. morabit. et dividantur inter illos sicut viderint pro Guisato illi, qui meam mandam tenuerint*. Quæ verba Brandaon. ita vertit lib. 14. cap. 33: *Et dividaos entre elles meu testamenteiro como vir que he meillor*. Galli dicerent, à leur *Guise*.

**GUISCARDUS**. Eo cognomine vocatum Robertum Normannum Apuliæ Principem, ob *vafritiem*, annotat Willelmus Gemetic. lib. 7. cap. 3. et Robertus de Monte ann. 1129. At Leo Ost. lib. 3. Chr. Cas. cap. 15. ita appellatum fuisse per jocum narrat a Gerardo, cujus amitam conjugem duxerat. Vim vocis expressit Guntherus lib. 1. Liburini:

Cui propter sensus agiles, animique vigorem,  
Cognomen Guiscardus erat.

Et Guillelmus Apul. lib. 2. Rer. Norm.:

Cognomen Guiscardus erat, quia calliditatis  
Non Cicero tantæ fuit, aut versutus Ulysses.

Testatur præterea Joannes Tyreneus Guillelmi Apul. editor, nostra etiam ætate vulgo apud Normannos, cautos et astutos viros *Guischards* appellari. Atque inde ab astutia et prudentia Guiscardum fere semper commendat idem Apuliens. lib. 1:

... Guiscardus ad omnia prudens.

Lib. 2:

... Robertus et ingeniosus,  
Semper celsa petens, et laudis amans et honoris,  
Si contingebat sibi palma, vel arte, vel armis,  
Æque ducebat; quia quod violentia sæpe  
Non explere potest, explet versutia mentis.

Sic pariter Romualdus Salernitanus Archiepiscopus in Chronico MS. ann. 1085. ait, Robertum fuisse *callidum moribus, et admodum astuti et prudentis ingenii*.

\* **GUISIARMA**, Gesum, spiculum, vel securis species, nostris *Guisarme*. Stat. Vercel. lib. 3. pag. 107. vº: *Intelligentur arma offensibilia, spata, ... Guisiarma, faucia, misericordia, etc.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 38: *Icellui Jehan saicha une vielle Guisarme qu'il avoit pendue à sa seinture, etc.* Unde *Archers Guysarmiers* et *Gusarmiers*, qui *Guisarma* armati erant, in Hist. Caroli VII. ad ann. 1450. pag. 206. Vide *Gisarma*.

\* **GUISCHETUS**, Ostiolium, portula, Gall. *Guichet*. Reparatur. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435: *Eidem (serralherio) pro alia clave, quæ posita extitit in Guischetto dictæ portæ, et pro reparando portam dictæ Guischetti*. Vide supra *Guichetus*.

\* **GUISSALLA**, Funiculus, resticula, Gall. *Ficelle*. Comput. Ms. senescal. Tolos. ann. 1370: *Petro de Turre corderio pro chordis ad ligandum homines et mulieres malefactores, ... et pro Guissallis*

seu chordis ad suspendendum homines, etc.

\* **GUIATERNA**, **GUINTERNA**, Instrumenti musici species, cithara, Gall. *Guittarre*, Angl. *Gittern*, nostris alias *Gisternei*, *Guigerne*, *Guiterne*, etc. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 390: *Instrumentum quoddam, dictum Guiternam, super se deferebant; accidit quod quidam varletus barbitonsor in villa prædicta commorans petiit ab eisdem, quasi deridendo, si dictam Guiternam sibi venderent*. Alia ann. 1362. in Reg. 93. ch. 89: *Ipse supplicans cum dictis aliis, non quærentes aliquid mali facere, sed tantum causa spaci, per dictam willam (de Aurelianis) de nocte cum duabus Guinternis ire proposuisset, etc.* Alia ann. 1368. in Reg. 99. ch. 367: *Les supplians en icelle maison s'esbatoient et jouoient à la Guyterne; ... l'un de eulz dist à Jehan Barre, qui lors jouoit de la Guyterne: Viens jouer et Guysterner avecques nous*. Alia ann. 1376. in Reg. 110. ch. 36: *Perrin Rouet print une Guiterne, ... et en féry icelluy Moriset par la teste, tellement que laditte Guiterne fendi*. Alia ann. 1379. in Reg. 115. ch. 118: *Comme l'exposant fust alez esbattre en une nuit parmi la ville du chastel de Limoges avec Guinternes et autres instrumentes, etc.* Alia ann. 1393. in Reg. 145. ch. 113: *Un menestrier jouant de la vielle ou de Guigerne, etc.* Denique alia ann. 1399. in Reg. 154. ch. 172: *Comme icellui Lotin eust joué d'une Gisternei qu'il avoit, pour faire esbatre et dansier plusieurs jeunes gens, qui là estoient assemblez*. Velus Poeta Gallicus ex Cod. reg. 7612. fol. 55:

Là je vi tout en un cerne  
Vielle, nubelle, Guiterne, etc.

Vide *Gilternarius*.

\* **GUIVA**, *La ventosa de retro*. Glossar. Lat. Ital. MS.

† **GUIZARDONUM**, **GUIZARDORUM**, Munus seu donum quoddam apud Massilienses. Statuta Massil. pag. 7: *Item, quod nullum munus, Guizardorum (Medius in MS. Guizardorum) vel xenia aliqua (Vicarius) recipiet ab aliquo vel aliquibus per totum tempus sui regiminis... nisi essent canes et aves ad venandum, vel res pertinentes ad esculentum et poculentum a 5. sol. ad plus*. Eadem habentur pag. 15. nisi quod legitur *Guizardonum*. Ibidem pag. 33: *Judices omnes vel singuli durante officio vel post in fraudem nullatenus possint aliquo modo... aliquam remunerationem, vel Guizardonum, vel aliquod servitium, vel donum seu xenia aliqua postulare vel accipere*. Similia recurrunt pag. 51. et 54. Vetus interpretatio legit: *Guerdon ou estrenne*. [\* Vide supra *Guizardonum*.]

† **GULA**, Gall. *Guelle*, vocabulum, quo frequenter utuntur faciales nostri ad designandum in armis seu insignibus rubrum colorem. Est autem *Gula* pellis rubricata, auctore S. Bernardo Epist. 42. cap. 2: *Horreant et murium rubricatas pelliculas, quas Gulas vocant, manibus circumdare sacratis*. Unde elicimus, *Gulas* fuisse pelles non nativi coloris, sed rubrica intinctas, ad idque adhibitæ Armenicas, hoc est, murium Ponticorum: interdum etiam ipsas Martes Zibellinas, albas scilicet, quales in Norvegia nasci auctor est Adam Bremensis cap. 239. Idem S. Bernardus de Vita et morib. Cleric. cap. 4: *Aliqui forte et dependentes a collo rubricatas murium pelles... a mulierculis mutantur*. [Mabil. tom. 4. Annal. Benedict. pag. 460. ex Chron. Saxon. MS.: *Delicatoris etiam*

*vestitus nulla Canonice* (Hildensheimensibus) cura, ita ut Gulas, quibus nunc ardet Clerus, penitus nescirent, linguas pelliciales ac manicas, non pallio, sed ingrato panno ornarent. Pelles arctum rubricatæ, vel janthinæ, Exod. cap. 25. et 26. ubi Græcus Interpres, δέρματα κριδῶν, ἡρωδοθαινομένα [κόκκινα δέρματα, apud Theophanem pag. 422.] Pelles coccinæ, apud Anastasium in Histor. Eccl. pag. 178 : *Vestimenta quoque seu coccineas pelles usque ad pretium 50. librarum.* Has δέρματα ἀληθινὰ videtur appellare Constantinus de Administ. Imp. cap. 6. Occurrit præterea Gulae vox apud Brunonem de Bello Saxónico eadem notione : *Unus ex ipsis cujusdam nobilis ex curia crusinam Gulis ornatam quasi furtim præcidit.* [Ex his observat Menagius Gulae plurali numero, non Gula singulari, scribendum fuisse, similique modo Gallice *Gueules*, non *Gueule*, dicendum esse, licet aliter dixerint nonnulli Genealogistæ.]

2. GULA, Crumena, marsupium. Histor. Franciæ MS. ex Bibl. Mémiana fol. 271 : *Le filleul de Prevost de Paris fut prevenu d'un larrecin, et d'avoir renié ung Guelle de deniers, dont il fut condamné par son parrain à estre pendu.* Vide Gula I. in fine.

\* Nostris *Goule*, *Gouliere* et *Gulle*. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 151 : *Lequel Delalande li prist et osta son argent, qui estoit en une Gulle.* Aliæ ann. 1399. in Reg. 154. ch. 563 : *Le suppliant print les braies dudit Regnault qu'il avoit laissiées au chief de son lit, en la Gouliere desquelles il trouva six frans en or.* Rursum aliæ ann. 1410. in Reg. 165. ch. 3 : *Fut dit entre les compaignons, que icellui Godart iroit à Rouen acheter trois Goules pour mettre la monnoye qu'ils auroient à Varengeville.*

\* 3. GULA, Os, Gall. *Bouche*. Lit. Phil. Pulc. ann. 1294. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Pater* fol. 324. rº : *In Gulis eorum fustes a parte post cum cordis ligando, ne loqui possent seu appellare.* Unde *Engouler*, pro Comedere, deglutire, ingurgitare. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. Reg. 7684 : *Engouler, mengier, glutire.* Le Roman de la Rose MS. :

Qu'il n'est nus qui tant en Engoule,  
Qu'il n'en vueille plus Engouler.

Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 277 : *Le suppliant vouloit tout avoir et Angouler.* [\* Vide Glossar. med. Græcit. voce Γούλα, col. 260.]

\* Hinc *Goulafre*, Diabolum appellatur in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

Li Goulafre, li rekingié  
Assez avoit eskignié  
De che qu'ensi l'avoient pris.

GULA FLUVII, Ostium, per quod in mare influit. Charta fundationis Abbatie Orbisterii ann. 1007 : *Usque ad torrentem Illicon, qui defluit per Gulam de Doëtis in mare.*

\* Nostris *Engoulement*, vel *Engloutement*, eodem sensu, atque etiam de ostio fossati, per quod aqua fluvii incurrit, dixerunt. Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1513. fol. 168. vº : *Ne porra tendre ledit fermier nulz harnas depuis le penne de Chersisy, jusques à ledit Engloutement du fossé de l'église, ne depuis ledit Engloutement jusques au grill de desseure.*

DARE PER GULAM. Vetus Charta Spalatensis ann. 1241. apud Joan. Lucium de Regno Dalmat. : *Si aliquid extorqueretur, Comes, vel sui hæredes teneantur*

*facere restitui ablatum a suis hominibus, vel dabunt per Gulam transgressores damnatum patientibus, et si non possent illum dare per Gulam, quod Comes et ejus hæredes solvant de suo, etc.* Hoc est, suspendi facient aut curabunt. *Suspendi per Gulam*, in Chronico Andreae Danduli, apud Murator. tom. 12. col. 487.]

GULA AUGUSTI, Initium mensis Augusti. *Le Gule d'August.* In Statuto Edw. III. ann. 31. cap. 14 : *Averagium æstivale fieri debet inter Hokedai et Gulam Augusti.* Utitur Willelmus Armoricus in Philippo Augusto ann. 1219. [Vide Kennetti Glossarium ad calcem Antiquit. Ambrosden.]

\* Charta ann. 1204. in Reg. 31. Chartoph. reg. fol. 82. vº col. 1 : *Domino regi dono quingentas marchas argenti reddendas duas partes ad proximum festum S. Johannis, et tertiam partem ad festum S. Petri in Gula Augusti proximi.* En *goule Aoust*, in Reg. Phil. Pulc. 50. ch. 92. Charta ann. 1281. ex Chartul. S. Dion. pag. 436 : *Le jour de feste S. Pere en Goule Aoust.*

GULA MANTELLI, apud Ugutionem, pars vestis seu togæ superior, qua caput immittebat. Le Roman d'Aubery MS. :

Li sans en fille, que forment est maumis,  
Si que les Goules de son pelison gris  
En sont moullières.

Hinc *Gulis* ejusmodi instructæ pelliculæ Armenicæ et Zibellinæ, *Hermines*, et *Zebelines Engoulées* dicuntur Poëtis nostratibus. Le Roman de Garin :

Si ot vestu un hermin Engolé.

Alibi :

Et par dessus un hermin Engolé.

Reclusus de Moliens MS. in suo *Pate-nostre* :

Houches, manteaus, chappes fourrées  
De sebelines Engoulées, etc.

Le Roman du Renard MS. :

Et tenoit un rous pelicon,  
Dont les Gules estoient d'os,  
Et li mettoit par force el dos.

Le Roman de la prise de Hierusalem MS. :

Li Seneschaus y vait, s'ot la mure anfauté,  
Vestus d'une pellice richement Agolée,  
Par dessus son bllaat n'ot pas chappe fourrée.

Le Roman de Girard de Vienne MS. :

Ces hanz Barons qui tant font à loer,  
Qui sont vestuz de frez ermines chers,  
De vair, de gris, et d'ermine Engolé, etc.

\* Aliter, haud scio an melius, eamdem vocem ex iisdem poëtis interpretatur Cangius in Dissert. 1. ad Joinvil. pag. 136. nimirum de pelliculis rubrica intinctis ; qua notione vox *Gula* haud infrequens apud fœciales nostros, ut observat Vir doctissimus in *Gula* I. Cæterum *Goule*, vestimenti aut pellitii genus videtur, in Poem. de *Vacces* MS. :

En Normandie erent chetis,  
Mis en agneaux et en Goules.

Hinc *Hargouler*, Fauces alicujus invadere, aliquem per *gulam mantelli* apprehendere. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 729 : *Jehan Roussel se traist pardevers ledit Jehan Manchon, icellui prinist par le capperon, féri et Hargoula, et fist plusieurs injures.* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbat. fol. 56. rº : *Willaimes Kenars de Eu, pour che qu'il mist main à un sergent, et qu'il le Hargoula, banis.* Unde *Hargoule-*

*ment*, Succussus, in Lit. remiss. ann. 1369. ex Reg. 100. ch. 208 : *Icoulz Pierre et Jehannot Baillet prindrent ledit Fremin par la barbe et par la poitrine en lui tirant et sachant ; et pour le tirement et Hargoulement qu'il faisoient l'un à l'autre, cheirent par terre.*

GULERUM, Idem quod *Gula mantelli*. Etiamnum Picardi nostri *Gouleron*, [Galli *Goulet* vel *Goulot*,] vocant os lagenæ strictius. Matth. Paris. ann. 1134 : *Invenit introitus capucii, qui Gulerum vulgariter Gallice appellatur, nimis arcum.*

† GULATOR, Gulo. *Gulatores*, λάγνοι, μάκται, καταρχάδες, in Gl. Lat. Gr. Sangerm. Suppl. Antiquarii : *Gulatores*, λάγνοι, καταρχάδες, *Gulones*.

\* GULATUS, Ornatus *gulis*, instructus pelliculis Armenicis. Ruodl. fr. 13. vers. 102 :

Præ vel post fissum, vel circumquaque Gulatum.

Ibidem fragm. 14. vers. 90 :

Ruotlieb pellicium dederat bene valde Gulatum  
Sponso, vel crusinam limbo terræ crepitantem.

Vide *Gula Mantelli*, post *Gula* 3.

GULBIUM, Instrumentum ad hortum excolendum, apud Adalardum in Statutis antiquis Monasterii Corbeiensis cap. 1. *Scalprum, Gulbium, et falciola, etc.* [\* Guérardus in Glossar. Polyptych. Irmin. : Instrumentum ferreum in usu fabrorum lignariorum atque ferrariorum, vulgo Gallis *gouge*.]

GULDA, GULDAGIUM. Vide *Gildum*.

GULERUM. Vide *Gula Mantelli*.

† GULETUM, Locus *gulis*, hoc est, scirpis abundans, Papebrochio in Appendice ad Vitam sancti Guillelmi tom. 5. Junii pag. 128.

GULFUS, GULPHUS, Sinus maris, ex Gr. κόλπος, seu ut recentiores efferunt, κόλπος, ut colligimus ex Glossis Græco-Barbaris, in quibus præterea κόρπος, pro κόλπος habetur, de qua voce Leunclav. in Pand. Turc. n. 180. noverit *Golfe*, Germanis *Golpe*, Anglis *Gulpe*, Belgis *Golpen*. [\* Bened. Abb. Petroburg. de vita Henr. II. reg. Angl. tom. 2. pag. 680 : *Gulfus dicitur, ubi aqua protenditur inter duas terras et sinum facit.*] Guillelmus de Baldensel in Hodeporico pag. 104 :

*Postquam transivi sinum, seu mare Adriaticum, quod hodie Gulfus Venetiarum appellatur. [Gulfus Venetiarum, apud Bartholomæum Scribam lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1264. Gulfus Venetiarum, apud Jacobum de Voragine in Chronico Januensi tom. 9. Muratorii col. 18. Gulfus Nebii, apud Jacobum Auriam lib. 10. Annal. Genuens. ad an. 1282. Gulfus Forojulienensis, in Charta ann. 1357. ex Archivis Massil.] Willebrandus ab Oldenborg in Itiner. : Intravit portum sinuosum Antiochiæ, quem Franci Gulphum Antiochiæ appellant. Gulphus Sataliæ, seu sinus Attalici, apud Willelmum Tyrium lib. 16. cap. 26. Rogerum Hovedenum pag. 708. et Bromptonum pag. 1165. 1215. Gouffre de Satalie, in Gestis Lud. VII. cap. 14. Vide *Gaufra*.*

† GULIA, Scirpus, Papebrochio in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 138.

† GILUS, ἀλλόλωος, Vorator, helluo. Suppl. Antiqu.

\* GULLUS, Uno navigio. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* GULO, Animal regionum Borealium, de quo Apollon. Menabon. ubi de Alce: antea vero Gesner. ex Olao Magno. Ita D. Falconet in Animadv.

GULONES, Gulosis, λάμαργοι, apud Apuleium in Apologia.

\* **GULOSE CARNES**, dicuntur quæ haud sanæ sunt in Stat. Nicæ sæc. XIV. inter Mon. Hist. Patr. Taur. tom. I. Leg. Munic. col. 79: *Item statuerunt et ordinaverunt quod macellarii non vendant Carnes Gulosas pro sanis.* (Fr.)

\* **GULOSITAS**, Inguvies. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Glotonia, Prov. ganea, edacitas, Gulositas.* Ibid.: *Gulo, gulonus.* Vide supra *Gula* 3.

† **GULPHUS**, Sinus maris. Vide *Gulfus*.

**GULTA**, Tributum, [census. Charta ann. 1274. Hist. Monasterii Mediani pag. 332: *Præfatos agros prædictis colonis nomine conditionis (conductionis) ad duodecim annos pro eadem annona et Gulta, sicut antea unusquisque dare de suis agris consueverat, liberaliter de manu sua concessit... Gultam consuetam (de vineis) ut de aliis agris curiæ dare tenentur.*] Charta Caroli IV. Imp. ann. 1350. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. pag. 478: *Et propterea oppigneramus supradicto Daniæ Regi... pro justo pignore annuum steur (steuerum alibi) et Gulte, quam nos et Romanum Imperium habemus ex urbe Lubecensi.* Vide *Gildum*. [\* Confer *Haltaus*. Glossar. German. voce *Gilt*, col. 722.]

\* **GUMARIUM**, *La basilica*. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **GUMASIO**, *La excitatione*, in eod. Glossar. Pro *Gymnasio*, *la exercitatione*.

1. **CUMBA**, *Cuneus*, Papiæ. Vide *Cumba* 2.

\* 2. **GUMBA**, Tumor, Ital. *Gomma*, Inquisit. ann. 1270. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 102: *Et proprio juramento firmavit, quod ipsa habuit et habebat duas Gumbas sive boclas, unam in pectore, et alteram in spatulis. Et stetit dicto morbo et languore oppressa, usque ad diem Martis nuper elapsum de nocte; . . . ita quod Gumba anterior non apparebat, et posterior modicum cernebatur.* Vide *Gumbus*.

**GUMBARIA**, *Navis species*. Vide in *Cumba* 1.

\* **GUMBUS**, *Gibbosus. Benevenuta. . . a cunabulis Gumba in spalla dextra, sanata est*, in *Miraculis B. Henrici Baucen.* tom. 2. Junii pag. 379. Vide *Gumba* 2.

\* **GUMELLA**, *Mensuræ species*, Ital. *Giumella*, quantum scilicet cavis palmis continetur. *Fragm. hist. Fulgin.* apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 148: *Item dicto anno (1306.) fuerunt augmentatæ Fulginis mensuræ bladi ad pondus triginta trium unciarum ad mensuram tribus Gumellis et media ad manus justas, videlicet ad manus justi hominis.* Vide infra *Jumella*.

† **GUMENÆ**, *Vox nautica*, Gall. *Gumenes* vel *Gumes*, *Generatim funium apparatus, et specialius funes ancorarum biremistrimemise*. Statuta Massil. pag. 394: *Statuimus quod corderii omnes de Massilia teneantur speciali sacramento se non facturos per se, vel per alios, Gumenas, vel prolicios, vel amannos, vel hostas, nisi de cannabo femello.*

† **GUINEVÆ**, pro *Gumenzæ*, ut conjecto. *Informationes Civitatis Massil. de pasaggio transmarino* e MS. Sangerman.: *Item vult (navis) habere xx. Guinevas ponderis pro qualibet septem talium et longitudinis LXX. passorum.*

† **GUMFUS**. Vide *Gumphus*.

† **GUMMA**, *Tegorium*, in Glossis Isidor. Grævius non dubitat quin legendum sit: *Gunna, Tegumentum* vel *Tectorium*; nisi forte *Tegorium*, inquit, pro alterutro lectum sit apud hujus generis

Scriptores. Cangius infra retinet *Tegorium*, quod interpretatur locum superne tectum, ac pro *Gumma* suspicatur legendum *Gumlumma*, a Græco κάλυμμα. Arridet magis Grævii conjectura. Vide *Gunna* 1.

\* **Cangianæ interpretationis** utcumque favet vox Gallica *Gomme*; quæ tamen non uno sensu accipi a nostris videtur: pro Arca, in qua pisces asservantur, occurrit, ut opinor, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 140. Chartoph. reg. ch. 115: *Lesquels alerent de nuit ou molin de Courtangis pour lever les Gommies ou nances, qui estoient aus portes ou escluses de la riviere dudit molin, et prendre les anguilles, s'aucunes en trouvoient.* Pro Loco, seu gurgite, unde alibi *Gourgue*, ubi aqua ex rota molendini cadit, forte quod veluti arca sit conclusus, usurpatur in aliis Lit. ejusd. an. ibid. ch. 147: *Icelle Jehanne emporta ladiite Benoite sur le bort du pont pour la getter en la Gomme du moulin, où elle disoit qu'elle la noieroit.* Aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 225: *Lesquels compaignons... haurerent icellui ventaile et firent tourner la roue d'un tordoir ou moulin à huille, et laisserent aler un baston avant l'eaue, qui se mist entre la roue dudit moulin et la Gomme.* Aliæ ann. 1478. in Reg. 201. ch. 195: *Le suppliant... ala veoir par dehors le molin que c'estoit, et vit en la Gomme que c'estoit Jehan Hurache, qui estoit ja mort souz la roe.* Fasciculum vero sonat in Ch. Pedag. Peron. ann. 1295. ex Chartul. 21. Corb. fol. 356. vº: *Item une Gomme d'aguielles, c'est assavoir xxv. livres de pesant pour le Gomme, le Gomme doit vij. den.* Paris. *Gomme* eadem notione, in Stat. mercer. Paris. ann. 1407. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 305. art. 4. et pag. 306. art. 11.

\* **GUMPHUS**, *Gunfus, Gomphus, Conglutinatio, concatenatio*, Papiæ; *Junctura vel vinculum aliquidum corporum*, Ugutioni, et Willelmo Britoni in *Vocabulario*. Acta S. Sebastiani n. 88: *In cloaca illa, quæ est juxta Circum, invenies corpus meum, pendens in Gompho.* *Gumfus*, habet Ordericus lib. 7. pag. 643: *Quid referam de Sebastiano, quem sagittatum in cloaca suspenderunt Gumpf?* Acta S. Thyrsi n. 21: *Quia ipsa (simulacra) magis reguntur Gomphis ferreis, et plumbo, et saxo.* *Gesta consulum Andeg.* cap. 3. num. 26: *Cum ostio fusili, quod Gunfis et vertevellus et quatuor clavibus firmabatur.* *Guibertus* lib. 3. de Vita sua cap. 11: *At modo residui proceres profugarum usque ad Gonfos, seras, et pessulos omni substantia atque utensilibus addemnabant.* Ita emendandus hic locus, pro *ad confosceras*. *Magister Ægidius Corboliensis* lib. de Pulsibus:

Atropis excludit Lachesim, vitalia rumpit  
Stamina, dissolvit Gumphos, vitamque relegat.

Joannes de Garlandia in *Synonymis*:

Est constructa polis, radius, cantus, rota Gumphis.

Alanus in *Anticlaudio* lib. 7. cap. 1:

Junctura tenui, Gumphis subtilibus aptat.

Idem de *Incarnatione*:

Quæ sint vincla, quæ juncturæ,  
Qui Gumphis, quæ unio.

Hinc nostris vox, *Gond*, orta. [Græcis γόμφος est clavus.] [\* Gloss. vet. Lat. German. et Gemma Gemmarum: *Gumphus Germ. ein Hufnagel* (clavus quo ferrea sola equo suppingitur) *vel uncus, vel est quilibet clavus.* ADEL.] [\* Vide *Vertibella*.]

1. **GUNA**, [Cucurbitula. Vide *Guva*.]

† 2. **GUNA**, *Vestis pellicea. Gunarius, Mercator gunnarum. Gunella*, Minor *guna*. Vide in *Gunna* 1.

**GUNDEBODINGI**, appellati Burgundi, et generaliter, qui *Lege Gundeboda* vivebant, ea nempe, quam Gundebodus Rex Burgundiæ condidit, in Capitul. Aquisgran. ann. 789. cap. 62. et in Capitul. Caroli M. lib. 1. cap. 61. *Guntbadingi*, in Capitul. Francoford. ann. 794. cap. 43. [Pro *Lege Gundeboda* legitur apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 99. col. 1. *Gugilbada, Gundebada* rectius et *Gundebanda*, ex variis codd. *Gundobada*, in Præfat. Capitul. 2. ann. 813. *Gombata*, in Notis Baluzii ad Capitularia tom. 2. col. 1074. ex MSS.]

**GUNEBODIGNI**, in Capitul. Aquisgr. ann. 789. cap. 63.

**GUNTBODINGI**, in concil. Francoford. ann. 794. cap. 45.

\* **GUNDULA**, *Donum, munus, ut videtur*. Charta Vitalis ducis Venet. ann. 1094. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1536: *Si cenglare aprum aliquo venatu ceperitis, caput illius cum pedibus nobis... portaturi estis... Gundulam vero nullam, nisi libera voluntate vestra, facturi estis.* Vide supra *Gonela* 1.

\* **GUNFANA**. Vide infra in *Guntfano*.

**GUNFUS**. Vide *Gumphus*.

† **GUNITA**. Greg. Mon. in Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 409: *Concessit Guidonato unam petiam terræ ad casas ædificandum, et alias res ibidem ad cellam nostram S. Mariæ de Minione pertinentes, ad annualiter ibi reddendum pensionem, et si necesse esset, Gunitas ad mare faciendum.*

1. **GUNNA**, *Vestis pellicea*, nostris *Gonne*, Anglis *Gowne*. *Lexicon Cambro-Britannicum, Gun, toga*. *Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2066*: Βαῦτη, διαθήρα, ὃ ἐστὶ γούνα. Alibi: Διαθήρα, ποιμενικὸν περιβάλλον ἐκ δέρματος, οἷον γούνα, ἢ ἄλλο τι. *Aliud Cod. 990*: Σίσυρα, ἱμάτιον τραχύ, περιβάλλον ἀγροικίδον, δουλικόν, παλαιόν, καὶ ἡ γούνα. Ita vocem hanc usurpant sequioris Græciæ Scriptores, Constantinus de Admin. Imp. cap. 32. et alii, quos laudat Meursius in Gloss. [\* Vide Glossar. med. Græcit. voce Γούνα, col. 260.] Italos vocem hanc usurpare pariter pro viliori veste, observat Pergaminus, ex *Petrarcha* part. 1. Cant. 1. 5. etc.

**GUNNA**, *Bonifacius Archiep. Moguntin.* in Epist... *Gunnam brevem nostro more consulat. Epist. 89: Gunnam de pellicibus lutrarum factam fraternitati vestræ misi.* *Vinea Benedictina* cap. 5: *Senibus nostris Gunnas pelliceas tribuimus; infirmis etiam in culcitrīs jacere permittimus.* [Theodemarus in *Epistola ad Carolum Regem de usibus Casin.*: *Senibus nostris Gunnas pellicias tribuimus.*]

**GONNA**, in *Gestis Guillelmi Majoris Episcopi Andegav.* cap. 1: *Canonici ejusdem Ecclesie in Gonnis suis, etc.* Occurrit etiam in Actis B. Francisci Fabriensis num. 21. *Le Roman de Guillaume au Court-nez* MS.:

Or ferai gré, s'il me tollent ma Gonne.

Alibi:

Laissa le siecle por devenir prodom,  
Et prist la Gonne, et le noir chaperon.

Rursum:

Son froc osla, sa Gonne a despoillée.

**Le Roman du Renard** MS.:

En vous auroit bele personee,  
S'avies vestue la Gonne.

**GOUNA**, ex Anglico a *Gowne*, et Græco-

Barb. γούνα, apud Knyghtonem : *Cum innumerabili multitudine equitum de civibus, vestiliis omnibus in coloribus regis, videlicet in Gounis albi coloris et rubei. Dantes in Parad. cant. 26. :*

Che va di Gonna in Gonna.

Petrarcha part. 1. cant. 1 :

Non essermi passata oltra la Gonna.

GUNELLA, diminut. ex *Guna*, Occitanis *Gounel*, *Gounelo*, *Cotte de femme*, *Cotillon*; *Gonnella*, Italis. Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 3. et Udalicus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 5 : *Si propter calorem frocum exuerit, in cuculla sedere poterit, sed ita ut nec Gunellam, nec pellicium subitus habeat, nec aliud quidquam stamineum sum.* Cap. 11 : *Duo paria caligarum, tria pellicia, vel unam pro tertio Gunellam.* Adde eundem Bernardum Monachum cap. 32. [S. Willelmum lib. 1. Constitut. Hirsaug. cap. 16.] Chartam Manassis Episcopi Aurelian. ann. 1210. in Probat. Hist. Blesensis pag. 10. Le Roman d'Aubery MS. :

Un moine i et qui ot une Gonelle.

Willem. *Guiart*. MS. ann. 1304 :

Des Serjens aux noires Gonnelles.

Le Lusidaire MS. :

Desi que vint à la jornée  
Dont a sa Gonelle endossée.

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS. :

Va s'en li Quens empre une Gonelle,  
Deschaus, en langes parmi l'estrange terre.

Le Roman du Renard MS. :

Se vous estes ci longement,  
Vous i lairés vostre Gunelle.

Hinc Goffridus Comes Andegavensis dictus *Grisa Gonella*, quod tunicam *griseam* gestaret, ut supra observatum in voce *Griseus* : Cui inscripta legitur in Schedis Duchesnianis Epistola Joannis Papæ pro Ecclesia Lochlensi, hoc titulo : *Goffrido Grisita Gonella cognominato nobilissimo Andegavorum Comiti.* Et quidam Episcopus Triscanus nuncupatus *Tres Gonellas*, quod triplici gunella uti solet, in vet. Schedis apud Augustinum *du Pas* in Stemmat. Armor. part. 1. pag. 47. [Spicilegium Fontanel. MS. pag. 235 : *Duo paria caligarum, tria pellicia, unum blanchetum, vel una Gunella pro tercio.*] Vide Ricordan. Malaspin. cap. 161. Raimundum Montanerium in Chron. Aragon. cap. 74. 124. et Chr. Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 15. lib. 4. cap. 3. [Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 315. col. 2. *Gonella de Scarlato*, in Tabulario S. Vincentii Cenoman.] Le Roman de Girard de Vienne :

Et vos comant ces cuidés donc entror,  
A vos Gonelles grises.

\* GUNNELLA, dimin. a *Gunna*, Vestis pellicea, toga talaris. Tabul. S. Sergii Andegav. : *Gaufrido, qui junior erat, dedit unam tunicam, quæ vulgo Gunnella dicitur, emptam octo solidis.* Vide in *Gunna* 1.

† GONELLUS, Eadem notione, in Charta ann. 1416. apud Rymerum tom. 9. pag. 334. et in alia anni 1317. tom. 3. pag. 648.

† GUNDA, Eadem ut opinor, significatione. Anastasius Bibl. in Epitome Chron. Casin. apud Murator. tom. 2. pag. 369. col. 1 : *Hic Ludovicus Italiam dum ingressus fuisset cum Clotario patre ad Casinense cœnobium possessiones universas ablatas restituit, et parinos (pannos)*

*nativos et grisos, calicasque cum Guindis et ocreas fratribus concessit.* Forte leg. *Gunnis*.

GUNATUS, Gunam indutus. Luithprandus in Legat. cap. 53 : *Nec ipsa capiet eum in qua orlus est, pauper et Gunata, id est, pellicea Saxonia.*

GUNARI, *Gunnarum* seu pellium mercatores, a quibus dicta olim Constantinopoli Basilica τῶν γουναρίων, de qua Chronicon Alexandrinum pag. 778. qui locus idem videtur cum eo qui τὰ γουναρία τοῦ φόρου nuncupatur a Leone Grammatico pag. 505.

Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 15. *Gunam*, a *Gaunaco* dictam putat, quod Varro *majus sagum* interpretatur, vocemque Græcam esse ait. Sunt autem Hesychio, κύννακα, στρώματα, ἢ ἐπιβόλαια ἐπερώματα, *Stragula altera parte villosa.* Adde Oct. Ferrarium in *Gonna*.

2. GUNNA, Machinæ bellicæ, seu missilis species: vox contracta ex *Mango*, vel *Mangona*, uti opinatur Somnerus. Thomas Walsinghamus pag. 226 : *Nec mora, consuetis adhibitis instrumentis, missilibus scilicet, quæ vulgo Gunnas vocant, terribiliter ferunt.* Idem pag. 303 : *Et cum lapidibus, lanceis, et sagittis, igne Græco et missilibus, quæ Gunna vocantur, nostros ubique repellunt.* Pag. 374 : *Quod cum illi præcise negarent intendit Gunnam magnam, cujus unico jactu dejecit partem unius turris.* Pag. 398 : *Et illic figere vel locare Gunnas suas, quas Galli Canones vocant, quibus validius villam infestare posset.* Ex quibus patet, *Gunnam*, eandem fuisse machinam bellicam, quam nostri *Canonem* vocabant, quæque Anglis a *Gunne* dicitur. Unde nescio, an a *Gunnis* dicti sint *Canones*, quasi *Gunnones*. Occurrunt præterea ejusmodi *Gunnæ* apud eundem Walsinghamum pag. 323. 390. 589. et Henricum Knyghtonem pag. 2631. 2672. 2677. et 2679. Vide *Duplodes*.

† GUNNES dicuntur in Litteris anni 1406. apud Rymerum tom. 8. pag. 447.

GUNNARI, *Gunnarum* artifices, vel potius qui e *gunnis* missilia emittebant, *Gunnars* dicti in quibusdam expensarum militarium Tabulis, quas laudat Spelmanus verbo *Bombarda* : ut *Magister Gunnarius*, *Gunnarum* confector, artifex vel *gunnis* præfectus, qui *Master Gunner*, Anglis.

† GUNPOUDRE, Pulvis tormentarius, Angl. *Gun-Powder*, Gall. *Poudre à canon*. Exstant Litteræ ann. 1414. apud Rymerum tom. 9. pag. 160 : *De non transmittendo Gunpoudre versus partes externas, etc.*

GUNTFANO, Vexillum, flammulum. Vox formata ex *Fano*, de qua supra. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. col. 518. voce *Gundfano*, et tom. 4. col. 219. voce *Gund, Pugna, bellum.*] Hariulfus lib. 3. Chr. Centul. cap. 3 : *Item poma Guntfanonum septem argento auroque parata.* Le Roman du Renard MS. :

Querez qui le Gonfanon porte  
Et qui que le doiez baillier,  
Vous convient-il Gonfanonier.

Le Roman de Garin MS. :

Là veissiez tantes et paveillons,  
Bannieres droites, et vorneux Gonfanons.

Alibi :

Là veissiez meint Gonfanon lever,  
Meinte banniere sor le fossé ester.

Le Roman du Rou MS. :

Ni a riche home ne baron,  
Qui n'ait lés lui son Gonfanon,  
Ou Gonfagnon, ou autre enseigne,  
Ou sa mesnie se destraingne.

Alibi :

Li barons ourent Gonfanons,  
Li chevaliers ourent penons.

Guillem. *Guiart*. ann. 1248 :

Tant seulement li Gonfanon,  
En un flum, qui Nilus a non, etc.

Chron. Fland. cap. 67 : *Et tenoit en sa main une lance, à quoi l'oriflamme estoit attachée d'un vermeil samit, à guise de Gonfanon à trois queues.* Vide Joan. Villan. lib. 6. cap. 40. lib. 7. cap. 13. [et Borellum, in voce *Gonfanon*, ubi observat Angliæ regnum a Romano Pontifice Guillelmo Conquestori traditum fuisse per Gonfanonem : qua de re Poëta vetus, qui vivebat ann. 1160. hæc habet inter cetera :

L'Apostolle li otroya,  
Un Gonfanon li envoya,  
Moult precieux et chier, et bel,  
Si comme il dit dessus la pierre,  
Auroit un des cheveux S. Pierre,  
A ces enseignes li manda,  
Et de par Dieu li otroya  
Que Angleterre tenquist,  
Et de S. Pierre le consensist.]

Sæpe etiam usurpatur hæc vox pro ipso *Fanone*, seu *Flammulo*, quod hastis appendebatur : φλαμμολίσκιον, Græcis recentioribus, Leoni in Tact. cap. 5. § 5. Mauricio, et aliis a Rigaltio laudatis. Le Roman d'Aubery MS. :

Baisse la lance où li Gonfanon pent.

Alibi :

A lances sont li Gonfanons pendus.

Le Roman de la Prise de Hierusalem MS. :

Voient l'ost patienne venir et aprochier,  
Les riches Gonfanons sus au vant haloier.

Le Roman de Garin :

Brandist la hante au Gonfanon pendant.

Alibi :

Et prist l'espié à tot le Gonfanon.

Idem :

Brandist la hante, destort le Gonfanon.  
Parmi le cors li mest le Gonfanon, etc.  
Les lances bes-sent ò sont li Gonfanon.

Le Roman de Guiteclin MS. :

Li Rois tint une lance à un vermeil Penon.

Alibi :

Moult si stest bien au col la lance au Gonfanon.

Le Roman d'Alexandre MS. :

Hante ot grosse de fresne, et Gonfanon pendant.

Ejusmodi porro infularum, ab hastis ac lanceis pendentium mentio est apud Frontinum lib. 1. Strateg. cap. 12. n. 5. Albertum Aq. lib. 2. cap. 39. lib. 4. cap. 6. Fulcherium Carnot. lib. 2. cap. 10. Guibertum in Hist. Hieros. lib. 4. cap. 39. in Gestis Francorum expug. Hieros. cap. 42. apud Gaufridum Malaterram lib. 3. cap. 37. Will. Britonem lib. 8. Philippid. pag. 196. Gruellum in Hist. Arturi Ducis Britan. pag. 66. etc. Sed et *Hastæ puræ* dicuntur, quæ infulis istis carebant, in veteribus Inscriptionibus : in quibus interdum donatos milites *Hasta pura sine vexillis*, in virtutis militaris præmium, legere est, 414. 8. 498. 13.

† GONFANO. Fundatio Murensis Monast. apud Eccardum de Orig. familiæ Habsburgo-Austriacæ col. 216 : *Duo offertoriola et linteum analogium subter Evangelium ponendum in festivis diebus et v. Confanones.*

† CONFALO, in Annal. Mutin. apud



Murator. tom. 11. col. 60: *Cum Confaloni-  
nibus et crucibus.*

\* *Chundfano*, in vett. Gloss. quasi a *Chunden, Kunden*, Indicare, denunciare, signum dare: unde *Guntfano* proprie est vexillum classicum, index belli, alias *Herifanon*. Et quidem Gothi ex Schiltero, *Gunfana*, idem est ac militum vexillum. Verel. Ind. ling. Goth. *Gunna* est prælum; hinc forte vocis origo. Hæc post virum doctissimum D. Schœpflin-  
num.

GONTFANONARIUS, Vexillifer, signifer: Italis *Gonfaloniere*. In Synodo VIII. CP. ex parte Ludovici Pii adfuit Suppo primus *Guntfanoniariorum et consobrinus uxoris ejus*, ut auctor est Anastasius ad eandem Synodum Act. 10. ubi perperam editum, *Concofanariorum*. Capitula Caroli C. tit. 32. cap. 13: *Providentiam habeant, qualiter unusquisque Episcopus, vel Abbas, seu Abbatissa cum omni plenitudine et necessario hostili apparatu, et ad tempus suos homines transmiserit, cum Guntfanonario, qui de suis paribus cum Missis nostris rationem habeat*. In Consuetud. Bononiæ in Morinis, art. 7. *L'Enseigne et Gonfanier*, dignitas dicitur attributa uni e quatuor Comitibus Paribus. Le Roman de Rou MS.:

Par drois et par accesserie  
Devés estre de Normendie,  
Et vos parens Gonfanongniers.

Chron. MS. Bertrandi du Guesclin MS.:

Que s'il avoit le monde tout entier à baillier,  
Et il vouist avoir un bon Gonfanier,  
Pour sa terre garder, et son prix essaucier.

† CONFALONERIUS, apud Bartholomæum lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1227. et apud Illustr. Fontaninum in Antiquit. Hortæ pag. 416. et 417.

† GONFALONIERUS, in Vita S. Andreæ Corsini n. 36. tom. 2. Januarii pag. 1071.

† CONFALONERIUS, apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 981.

Obtinuit etiam apud Italos *Gonfanonarii* dignitas, præsertim apud Florentinos, quibus olim ita indigitabatur supremus Magistratus, [ann. 1292. institutus. Ex plebeis assumebatur: cujus præcipuum munus erat leges tueri et nobilium potestatem auctoritatemve deprimere. Vide Jacobum Wilhel. Imhoff in Genealogiis viginti illustrium in Italia familiarum. Ibi *Gonfalonierus* dicitur hic Magistratus. *Gonfalonierus Reipublicæ Lucanæ* memoratur tom. 5. SS. Junii pag. 488.] Sed et hodie regitur Senensis urbs a tribus *Gonfanonariis*, quorum singulis tertia urbis pars regenda datur. Habet denique Ecclesia Romana suos *Gonfanonarios*, de quibus præ aliis Froisartes 2. vol. cap. 135. Joan. Villaneus lib. 8. cap. 69. et Matth. Villan. lib. 9. cap. 90.

† CONFALONIS CONFRATERNITAS, seu *Commendatorum* vel *Recommendatorum* B. M. Virginis Romæ a quibusdam Patriciis ann. 1264. instituta et a Clemente IV. ann. 1267. confirmata, sic appellata est a vexillo, Italis *Confalone*, in quo ejusdem Dei Genitricis imago depicta erat. Ei Confraternitati redimendorum captivorum ab infidelibus detentorum cura ann. 1588. delegata est, et data, jam ab anno 1579. facultas alias sibi sodalitates aggregandi. Huic reipsa accessit Societas Lugdunensis; cui nomen dedit Henricus III. Fr. Rex, uti narrat Thuanus Hist. lib. 6. Vide Spondanum ad ann. 1576. Macrois fratres in Hierolexico et Hofmannum.

† GONFANONIE FEODUM, in Charta Ecclesiæ Lugdun. ann. 1290.

\* GONFANERIA, Dignitas et officium *Gonfalonierii* seu vexilliferi. Comput. MS. Guill. de Cheriaco recept. regni Navar. ann. 1300: *Domino Furtunio Almoravit pro complemento militiarum suarum . . . Item eidem pro jure Gonfanerie, etc.*

† GUNTHADINGI, etc. Vide *Gundebo-  
dingi*.

† GUODOBIA, Pilm, venabulum, Gall. *Voige, Epieu*. Acta S. Lauri MSS.: *Depo-  
nentes eum desuper equum suum . . .  
collum ejus de Guodobia acuta præce-  
derunt.*

† GUOLATIA. Vide *Golia*.

\* GUOYA, Falcis species, Gall. *Serpe*, alias *Goie*. Litteræ anni 1340. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 53: *Muniri faciat et provideri arnesius pro cala et destructione arborum, vinearum et bladorum opportunis; utpote de Guoys, falcibus, deytrauz seu securibus, fauciliis et fundis, etc.* Vide *Golia*.

† GUPHUS, pro *Gumphus*, de quo supra, *Cardo. Guphi et cardines*, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1700.

† GUPILIARIUS, ut supra *Gopillator*, Qui vulpes, alias *Goupils*, venatur. Comput. ann. 1202. apud D. Brussel ad calcem tomi 2. de Feudorum usu pag. CLXXXII: *De venatione paranda et de minutis rebus, XLVIII. s. et IIII. d. . . Gupilarii de secundo tertio XIX. l. XL. d. minus.*

\* GUPPA, Sagum militare, idem quod *Jupa*. Vide in hac voce. Stat. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 181. col. 1: *Item quod omnes, cujuscumque conditionis existant, habeant suum arnesium concedens; . . . et quod pauperiores ad minus habeant unam Guppam, unam servelliam.*

\* GUPPUM, Gypsum, Gall. *Platre*. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 139. ex Cod. reg. 4620: *Ordinamus quod . . . coramen pilosum, assungia, sepum, Guppum, . . . lapides calcinarii . . . extrahi non possint de territorio Mantuano.* Vide supra *Gippum*.

† GURBILIO. Charta Gastonis Vicecom. Beneharnensis ann. 1168. pro fundatione Monasterii Silvæ latæ: *Et de redditibus nostris, qui paterno jure nobis succedunt, centum solidos Pictavinos, et 30. Gurbiliones salis in villa, quæ dicitur Salies.* Ubi Marca lib. 5. cap. 22. vertit *trente Courbillons de sel*, id est, corbulas, seu *Gorbillos*.

\* GURDAMONIUM, Grani species. Stat. Astæ ubi de Intr. portar: *Gurdamonium solvat pro qualibet libra, lib. 1. sol. 10.*

† GURDONIGUS, ut mox *Gurdus*, Rudis, imperitus. Sulpitius Severus in Hist.: *Vereor ne offendat vestras nimium urbanas aures sermo rusticus. Audietis tamen ut Gurdonicum hominem, nihil cum furo aut cothurno loquentem.*

† GURDUS. Gloss. MS. Reg.: *Obtusa, surda, gurda*. Papias: *Gurda, inutilis, inepta, stulta*. Eadem habent Isidorus in Gloss. et Ugutio. Idem Papias: *Obtusa, gurda*. Gloss. S. Bened: *Gurdus, ὑβελός*. [\* *ὑβελός* leg. *ὑβελίς*, ex Castigat. in utrumque Glossar.] Quintilianus lib. 1. Instit. cap. 5: *Gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi.* Etiamnum Hispani et Vascones *Gordos*, vocant pingues et obesos, ut tradit Oyhenartus in Notitia Vasconie. [\* *Academ.* Hispan. *Gurdo, stolidus, bardus*.] Regula Magistri cap. 30: *Duricordes vero et simplices fratres, vel qui litteras discere nolunt, et*

*non possunt, ipsi Gurdus operibus intricentur.* Abbo lib. 1. de Obsid. Parisiensis vers. 424:

Noxque salam Gurdus mandat custodibus ipsam.

Et infra lib. 2. vers. 525:

.. Ponunt animas cum sanguine Gurdi.

Ubi, ut et aliis locis, [\* *lib. 1. vers. 531.*] *Gurdos, ineptos et stultos* interpretatur. Occurrit etiam in Notis Tyronis pag. 102. Robert. Gaguinus in Poem. vernalculo, *le passe-temps de l'oisiveté*:

Guerres et de Dieu le grand flaeil,  
Et le maillet de sa Justice,  
Qui est aux bons paix et conseil,  
Et terreur au Gourl et au nice.

At contra vocem *Gourd* in bonam partem non semel usurpat Sangelasius in Viridario honoris.

\* *Gordin*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 7: *Icellui Boyn commença à desmentir le suppliant et l'appeller villain Gordin.* Unde *Engordeli* vel *Engourdeli*, pro vulgari *Engourdi*, hebes, torpens, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:

La pensée ont vers Dieu si froide,  
Qu'il sont Engordeli et roide  
Plus que ne soit poil en fouache.

Ibidem infra, *Engourdeli*. Vide infra *Gurgus* 2.

† GUREIC, Ephebiæ, vox Wallica, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 13. Boxhornio in Lexico Cambrico, *Gwyrif*, est virgo, [*Gwech* Armoricis: quibus mulier dicitur *Gourec* vel *Gwrec*. Magna quidem vobum affinitas cum *Gureic*, at minor cum *Ephebiis*.]

† GURGA, ut mox *Gurges*, Italis *Gorgo*. Charta Frederici II. Imp. ann. 1229. apud Rocchum Pirrum tom. 2. Notitiæ Sicil. pag. 640: *Et ducere . . . conductum (aquæ) in alias terras in Gurgam suam propter fogiam magni fluminis Lentini, et piscariam ibi facere, etc.* *Gourtz*, in Consuet. Burbon. art. 162. *Gourgues de moulin*, in Consuetud. Burdegal. art. 112. Vide *Gordus*.

\* *GURGERIA*, pro *Gorgeria*, Armatura, qua guttur tegitur. Locus est supra in *Genocclales*.

† *GURGES*. Papiæ et Will. Britoni in Vocabul. est locus verticulosus in flumine, altus et profundus, vorago, fossa, lacuna, *barathrum*: sed proprie est locus in fluvio arctatus, seu ad construendum molendinum, seu ad capiendos pisces: *Gourgo*, Occitanis. Ovidius de arte amandi:

Quo minime credis Gurgite piscis erit.

Domesdei, in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 305: *Ibi unum molendinum de 13. sol. et 5. den. prati acra una, pastura ad pecora villæ, de uno Gurgite 32. denar. etc.* Charta Henrici Reg. Franc. in Tabular. S. Maglorii Paris.: *Denique præcipimus inserere Gurgites piscales tres, primum ex his situm in confluentia Sequanzæ et Maternæ, etc.* Charta Ludovici VII. Regis Franc. ann. 1147. pro Abbatia Barbellensi apud Sammarthanos: *Ut in Secana construant et ædificent sibi Gurgitem unum in idoneo loco . . . ad piscationem videlicet et molendinum.* Monasticum Angl. tom. 1. pag. 766: *Decimam totius piscis et piscariæ de Gurgitibus, tam de retibus, vel ingeniis qualitercumque evenientem.* Charta ann. 1196: *Quod nec a nobis, nec a quoquam mortalium in dictis Gurgitibus molendinum construat.* Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 45. § 10: *De stagno vel Gurgite levato, vel*

prostrato ad nomen in iuriosum. [Necrologium MS. B. Mariæ de Argentolio: XI. Kal. Martii Ricardus Episcopus Monachus B. Dionysii pro faciendo anniversario X. sol. ad pictantiam de Gurgite. Ibidem ad calcem: Idem Prior eodem die de Gurgite suo pitanciam dari Conventui stabilivit.] Joan. Britto pag. 82: *Puis soit enquis de Gors levez en eues communes, etc.* Adde pag. 158. v. Fle-tam lib. 4. cap. 27. § 4. cap. 28. § 8. præ-terea Walafridum Strabum de Vita S. Galli cap. 12. 28. Probat. Hist. Monmo-renciac. pag. 407. Gull. Prynnaum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 424. etc. Vide *Gordus*.

GURGICULI nomine, Mare Mediterraneum appellare solebat Carolus M. ut auctor est Monachus Sangall. lib. 1. cap. 29.

GURGUS, in Tabulario Conchensi in Ruthenis Ch. 483. [in Chronico Farsensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 474. in Charta ann. 957. Marcæ Hisp. col. 875. Chronicon D. Gravinae apud eumdem Murator. tom. 12. col. 708: *Erat autem ibi prope quidam Gurgus aquarum profundus, ubi ex profunditate aqua nimium rutilabat.*] Hinc Occitani molendinum Engourgat dicunt, quod aqua nimia laborat. Engourgament de aigue, in Consuetud. Solensi tit. 12. art. 1.

\* GURGIS, Ostium, per quod rivus in fluvium influit, vel Locus, ubi in Gurgitem desinit. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 318: *Exinde tenendo matrem antiquam dicti rivi Dandaut, usque ad Gurgim ejusdem rivi.* Vide *Gula fluvii supra in Gula 3.* et mox *Gurgitum 2.*

GURGITOSA MARISCI PLANITIES, apud Lambertum Ardensen pag. 11.

† 1. GURGITUM, Locus fluminis, ubi Gurges, in Consuetudine Tolosana Rubr. de terminis Villæ Tolosæ.

\* Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 186. vº: *Gurgita aquarum xxv. sol. duæ sedes ad molendinum foulerez.*

\* 2. GURGITUM, Canalis, per quem aqua decurrit. Charta Phil. Pulc. ann. 1313. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 424. rº. col. 1: *Nec teneantur ad refectionem seu reparationem conductuum seu meatuum dicti fontis aut locorum, in quibus ipse fons oritur, et rivulus ipsius egreditur per diversa Gurgita in abbacia prædicta.* Vide supra *Gurgis*.

† GURGITATUS, Ingurgitatus. Vita B. Caroli Comitis Flandriæ, tom. 1. Martii pag. 180: *Tantum panis insumpsit epulatores... atque sic per insolentiam est Gurgitatus.*

GURGO. Poeta laudatus ab Aldhelmo Abbate Malmesburiensi in Epist. ad Eahfridum:

Digna fiat fante glinglio Gurgo fugax fambulo,  
Neu timeat scriplor terrentis ludicra lingue.

Ubi Usserius Armachanus monet in MSS. apponi hanc Glossam: *Fugax Gurgo, id est, virgo impetrante noverca de matrimonio exposita, inter feras enutrita, ferarum consuetudinibus assuescens, quæ alio nomine Futurna. Fante glinglio, id est, rogante fratre, vel alio quolibet amico, ut digna fieret illa fugax fambulo, id est, reversione, vel sine laboris.*

\* GURGUINA, Cella minor. Charta ann. 1304. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 49. col. 2: *In hospicio vero prædicto est quædam aula longa, in cuius capite est una camera, cum sua privata camera; et in alio capite est Gurguina quædam.* Vide mox *Gurgustium 1.*

† GURGULIO, οἰκῆματιον βραχύ, Casula,

Parva domus, in Supplemento Antiquarii. [Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr.: οἰκῆματιον, cellula. οἰκῆματιον βραχύ, Gurgulio. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Gargeton, Gurgulio.*] Vide *Gurgustium 1.* Varroni aliisque est pars colli, qua spiritus comæat. Lactant. de Opificio cap. 11: *Spiritus contra, qui est incorporalis ac tenuis, qui spatium sibi facere non poterat, accepit viam fatalem, quæ vocatur Gurgulio. Is constat ex ossibus flexuosis ac mollibus quasi ex annulis in catenæ modum compactis et coherentibus, patetque semper hinc transitus.* Papiæ MS. Bituric: *Bronchum, guttur, quem Gurgulionem dicimus, id est eminentior pars gutturis.*

† GURGULIONES, sic dicti Burgundiones in Historia Luitprandi apud Murator. tom. 2. pag. 450. col. 2. *vel quod ob superbiam toto gutture loquantur, vel quod verius est, quod edacitati, quæ per gulam exercetur, nimis indulgeant.*

GURGUNEO. Glutto. Papias.

GURGUR, Celer. Papias MS. Editus habet *Gurgus*, [a Græco γοργός, Velox.]

† 1. GURGUS. Vide in *Gurges et Gurgur 2.*

\* 2. GURGUS, Inepto, e stolo, e ingordo. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide supra *Gurdus*.

\* GURGUSTIO, Genus retis, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Vide mox *Gurgustium 1.*

1. GURGUSTIUM. Papias: *Gurgustium, Casa brevis, ubi pisces nutriuntur. Gurgutium, cella modica, domus pauperis.* [Idem Papias: *Gurgustia, Loca tabernarum tenebrosa, ubi convivia turpia fiunt.* Servio, *Gurgustium* etiam est obscura et latens taberna. Hinc Gallicum *Gargotte*, Cauponula, tabernula: *Gurgustiolum, Antrum secretum, angustum,* apud Papiam laudatum. Voces sunt Ciceroni et Apuleo notæ, dubiæ tamen Latinitatis. A *Gurgulione* seu *Curculione*, Verme, dictum est *Gurgustium*. Vide *Festum*.] Job. cap. 40: *Nunquid implebis sagenas pelle ejus, et Gurgustium piscium capite ejus.* Thwroczius in Carolo Rege Hungar. cap. 97: *Sed erant omnino sicut pisces in Gurgustio, vel in reti comprehensi.*

\* Gloss. Bibl. MSS. ex Bibl. reg.: *Gurgustium, vas est vimineum, in quo pisces reservantur; sic et rete piscatorium nuncupatur. Item, locus tabernarum tenebrosus, ubi convivia turpia fiunt, cella modica, vel domus pauperis.* Tabul. Pontisar: *Dedit Ludovicus puer monachis SS. Germani et Martini unam aquæ arcam ad Gurgustium piscium faciendum.* Ubi idem quod *Gurges*.

† 2. GURGUSTIUM, Guttur, apud Papiam.

\* Nostris *Guterel* et *Goitron*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 208: *Icellui Pierre . . . print ledit Thomassin son filz par la gorge et par le visaige, et d'un coustel . . . le féry deux cops en la gorge ou Goitron.* Aliæ ann. 1414. in Reg. 167. ch. 427: *Guillaume Daunelle avoit navré icellui Simonnet en la gorge ou Guterel.* Bestiar. MS. ubi de *Vulpe*:

Puis qu'il les tient en son Goitron,  
Tous les dévore chis larron.

\* 3. GURGUSTIUM, Gurges, locus in fluvio arctatus ad capiendos pisces. Charta ann. 1362. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 72. col. 2: *Insulam Ostinhusen... dimisimus cum omni jurisdictione et jure temporali in agris, pratis, pascuis, ac sua parte Gurgustii.* Ubi in

aliis Chartis eadem de re ibid pagg. 62. 63. et 64. legitur *Piscaria*. Neque aliter intelligendum videtur Thwroczius ad *Gurgustium 1.* laudatus.

\* GURGUSTRIUM, pro *Gurgustium*, Retis seu vasis piscatorii genus. Charta ann. 1279. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 641: *Cives vero nequam aliter, nisi cum hamis et Gurgustriis, in eodem fluvio piscabuntur.* Vide supra *Gurgustium 1.*

\* GURNA, Urna, concha; mensura quædam. Vide Glossar. med. Græcit. voce Γούρνα, col. 262. et Append. pag. 51. Chart. Roger. Reg. Sicil. apud Roccum Pirrhum pag. 96: *Donamus quoque causa condimenti mensæ monachorum in territorio Phari a sabina Gurnas sive cassectas 50.*

† GURNADUS. Vide *Gornus*.

\* GURPICIO, GURPIRE, GURPISIRE. Vide supra in *Guerpire*.

GURPIENTUM, GURPIRE, etc. Vide *Guerpire*.

† GURULA, Nutrix, conportatrix. in Glossis MSS. Sangerman. num. 501. Lege et vide *Gerula*.

GURUM, vel GIRUM, Pulvis molendini, apud Matthæum Silvaticum.

\* GURRA, Viminis species, Ital. *Gorra*. Stat. Montis-reg. pag. 229: *Idem intelligatur de ruore, quercu, cerro, . . . Gurris et salicibus, etc.* Stat. Astæ ubi de Intr. portar.: *De salicetis et sarmentis nihil solvatur, etiam de Gurris, tinis et carrariis veteribus nihil solvatur.* Vide supra *Gorra 2.*

\* GUSCARTA, in novo Tract. de Re diplom. tom. 1. pag. 305. perperam pro *Geiscarta*. Vide supra in hac voce.

\* GUSPIRE. Vide supra in *Guerpire*.

1. GUSSA, GOZA, GUZZA, Machinæ bellicæ species. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 83: *Nemo præsumat... castrum contra Principem ædificare, nec fortitudinem tenere obsesam, nec debellare cum ingeniis, quod rustici dicunt fundibula, et Gosa, et gata, quod magnum dedecus erit Potestatibus.* Charta Jacobi I. Regis in Constitutionibus Catalanæ MSS.: *Statuimus, quod nullus portet fundibulum, Guziam, vel gatam, aut aliquid aliud ingenium contra aliquem, sine speciali nostro mandato, nec trahat cum eis, nisi de hoc habeat a nobis... privilegium speciale.* Edictum Nunonis Sancii D. Rosilionis de Treuga tenenda ann. 1217: *Statuimus... quod nullus expugnet ali-quod castrum, vel aliquammunitionem cum Gussa, vel perrero, vel manganello, vel cum alio genere lignorum.* Ita porro appellata fortean hæc machina, quod canis formam referret: nam Occitanis *Goussas*, canis species est, *Chien matin, Clabaud*. [\* Vide supra *Goussus*.]

† 2. GUSSA, Putamen. Ital. *Guscio*, Gall. *Coquille, Coque*. Memoriale Potes-tatum Regiens. ad ann. 1271. apud Murator. tom. 8. col. 1133: *Et xx. castanæ cum Gussis* (vendebantur) *i. recanum, et xiv. amigdalæ i. rexonum.*

GUST. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 10. § 2: *Secundum antiquam consuetudinem dici poterit de familia alicujus, qui hospitatus fuerit cum alio per 3. noctes: quia prima nocte dici poterit Uncuth, secunda vero Gust, tertia vero Hoghenehyne, [\**Gast*, hospes.]*

GUSTALDUS. Vide *Gastaldus*.

† GUSTANTER, Grato animo, in Actis SS. Aprilis tom. 3. pag. 111.

\* GUSTARE, Idem quod *Pastus*, procuratio seu convivium: maxime vero illud quo vassali dominum excipere ex jure vel ex consuetudine tenebantur. Placit.

ann. 785. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 745: *Et per singulos annus Gustare eorum dava in ipsa casa basilica sancti Petri, ubi ipse Dammianus resedebat. . . Quantum ipsi Dammianus ad manus sua abueat, et ipso Gustaren per singulos annos, unde vos dicitis, sua voluntate dava.*

\* **GUSTARIS**, Eodem intellectu, in Placit. ann. 853. ibid. tom. 3. col. 168: *De secundo in secundo anno eis et sacerdotibus seu clerum suum quarta feria post Pascha Domini Gustarem unum ibi facere et dare debuisse cum Vullerino presbiter, quomodo antea consuetudo fuerat de ipsa ecclesia faciendi.*

**GUSTATOR** DIGITUS, qui Græcis λυγὰς. S. Hieronymus in cap. 40. Esaiæ: *Parvo digito, quem vulgo Gustatorem vocant.*

**GUSTRUM**, Vasis species. Zyxillanes Episc. Toletanus Hymno de S. Thyrsio, a Bivario, ex Breviario Musarabum editus:

Gustrum perneciter adfore præcipit  
Plenum lymphæ, caput martyris suffocat.

In Actis, est *lebes, vas, tinna*. [Papias MS. Bituric. : *Gutrum, Genus vasis, vel ampullæ, quo unguenta servantur.* Editus habet *Guttum*.] Gloss. Lat. Græc. : *Cupillum, γυστρίδιον*. Ubi *cupillum* idem valet ac *cupella*. Vide in *Cupa* 2.

1. **GUSTUM**, Cupediæ. Utitur Apitius lib. 4. de Re culin. cap. 5. Adde Fragmentum Petronii pag. 74. et quæ notamus in Descript. CP. ubi de Augustæo.

† **GUSTUM**, Cenula, Gall. *Collation*. Mabill. tom. 1. Annal. Benedict. pag. 704. col. 2. ex MS. Casinensi : *Cum autem liberi a vindemia fuerint, statim ad nonam horam reficiunt, et post vespas Gustum manducant, et bibunt iterum.*

\* 2. **GUSTUM**, ut *Gustare*. Charta Joan. dom. Castrivil. ann. 1279. in Chartul. Cluniac. ch. 307 : *Serviens noster... cum quinque servientibus habet... semel in anno in prædicto prioratu de Blanzeto in sero suum convivium atque Gustum.* Nisi sit pro *Gustum*. Vide supra in hac voce. *Goustement*, Cibus, in Vit. SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 29. r. col. 2 : *Je porte le Goustement as freres, etc.*

\* **GUSTUM FACERE**, Prægustare, Gall. *Faire l'essai*. Leg. Palat. Jacobi II. reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. x. col. 2 : *Deinde ipse idem major-domus sive magister hospitii de eisdem cibariis Gustum ibidem facere non omittat.* Nostris alias *Gueusson*, pro *Gustus*, sapor. Charta ann. 1366. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Disoît qu'il l'avoit mis (le vin) d'une part pour euls en une tîne et une tinette, tant blanc comme rouge, qu'il monstroît ; et que dès lors il l'avoit offert à dant Oudart qu'il volsist essayer dou vin, lequel il offroit ; et que s'il n'estoit de tele Gueusson, comme il devoit estre, si estoit il, si comme il disoit, prest de l'amender.*

\* **GUTA**, **GUTATUS**. Vide infra in *Gutta* 1. et 6.

**GUTI**, Gothi, et Gotti, vel *Goti*, quibusdam *Jutæ* et *Jutones*, Romanis *Getæ*, Anglo-Saxonibus *geatas*, a prisco Gothico *gæt*, quod gigantem significat. Ita autem appellatus potissimum unus de tribus populis illis primariis, qui relictis in Germania sedibus, in Angliam transiere, et ibi sedes fixere, ut Beda refert, cujus Imperes Saxonibus, pro *Jutas*, *geatum*, id est, *Getas* vertit. Inde illud in Legibus Edw. Confess. cap. 35. tit. de His, qui cohabitare de-

bent in Britannia : *Guti vero similiter cum veniunt, suscipi debent et protegi in regno isto, sicut conjurati fratres, sicut proquingui, et proprii cives regni.* Plura de *Gutiis*, et *Jutis*, vide apud Camdenum, Spelmannum et Cluverium lib. 3. Germ. antiq. nam hæc Glossarii consilium excedunt, cum ad rem Geographiam spectent.

† **GUTILLOCE**, Κάρυ μακρά, in Glossis Lat. Gr. [\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Gullioce*.]

\* 1. **GUTOSUS**, Hydropicus. Append. ad vit. S. Ludov. reg. tom. 5. Aug. pag. 569. col. 2 : *Juvencula quædam... de parochia de Asneriis, quæ, ut asserebat, a longo tempore Gutosa erat, ad altare sancti miserabiliter inflata accessit, etc.* Vide *Gutta* 4.

\* 2. **GUTOSUS**, Articulari morbo laborans, Gall. *Goutteux*. Charta ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 79. col. 1 : *Dictus vero custos sigilli se excusavit, dicens non posse ad dictam villam accedere, cum sit impotens et Gutosus suæ personæ, etc.* Vide *Gutta* 3.

\* 3. **GUTOSUS**, Imbre imbutus, in Stat. capit. Nem. ann. 1394. ibid. pag. 138. col. 1 : *Et si in episcopatu aliquando tripudiatum fuerit, hoc erat propter necessitatem, quando solum ecclesiæ erat Gutosus, quod contingit quando sunt magna pluvie.* Vide *Gutta* 1.

\* **GUTREMA**, Gutturis morbus, angina, Gall. *Esquinancie*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Squillantier, Prov. Gutrema.*

\* **GUTROSUS**, *Cuti infermo*, in Glossar. Lat. Ital. MS. pro *Gutosus*. Vide supra in hac voce num. 1.

† **GUTRUM**. Vide *Gustrum*.

1. **GUTTA**, Idem videtur quod *Gota*, de qua voce supra, et *Gutera*, Canalis, rivus. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 22 : *Terminat de una parte corrente Gutta, alia via publica, etc.* Fol. 29 : *Sunt ibi fines dis lo perron, usque ad Guttam, quæ dividit villam Defensum dictam, et silvam, etc.* Fol. 42 : *Qui terminat de una parte Gutta mortua, etc.* Fol. 62 : *De una parte terra S. Vincentii, de alia Liger fluvius, de altera Gutta decurrit.* Tabular. Monasterii S. Andreae Viennensis : *In alio fronte, Gutta percurrente, qui ad æstum siccata, etc.* Infra, *Gutta sicca* dicitur. Occurrit etiam crebris in Tabulario Conchensis Abbat. in Ruthenis.

\* Charta ann. 1310. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 44 : *Ex alia parte dicti pontis S. Johannis sicut Guta ascendit, et prout exinde protenditur ad quendam lapidem rotundum, qui est quasi in capite dictæ Gutæ inter rivos de Laverneda, et inde prout descendit fundus Gutæ, quæ est inter curtile de Chaselas et curtile de Loysereit.* Alia ann. 1319. in Reg. 61. ch. 428 : *Et exinde sicut Gutta de fossa ascendit ad cenderium de Valheras.* Vide *Guttarium*.

☞ In tractu Dumbensi, et fortassis etiam in aliis, per *Guttas* sæpius intelliguntur illi canales et alvei, quibus aqua fluvialis in vicinos fundos rivatur. Qui in iis locis, in quibus hujusmodi canales effodiuntur, jurisdictionem integram habent domini, ii piscationis jure potuntur. Charta Thosiaci ann. 1451 : *Debet 5. sol. Vienn. pro licentia ei data de construendo in suo prato vocato la Goille quamdam Guttam piscatoriam.*

**GUTA**, Eadem notione. Tabularium Eccl. Cadurcensis : *Cum ipsa terra, quæ tenet in ipso loco, quæ tenet in illa Guta.*

Charta Froterii Episcopi, ibidem : *Et per illo termine... et descendit per mediam cumbam, usque in illa Guta, quæ dicitur Boina.*

**GUTTULA**, Rivulus. Tabularium Monast. S. Andreae Viennensis : *In alio fronte terra ipso quintillone, et Guttula, quæ ad æstum siccata.* Tabularium Brivatense Ch. 15 : *De duobus vero lateribus vineas S. Juliani, ex quarto vero latere Guttulam decurrentem, etc.* Alibi : *De subteriori vero latere est Gutula decurrens, de superiore vero latere strata publica.*

2. **GUTTA**, Italis *Gotta*, Hispanis *Gota*, Catarrhus, fluxio, quod *guttatim* fiat, inquit Berevicus lib. de Idea Medicinæ antiquor. nescio an vere. Donnizo lib. 2. de Vita Mathildis cap. 21 :

Frigore percussa, doluit nimis illico Gutta.

Vita S. Anselmi Episc. Lucensis n. 57 : *Die quadam cito superveniens Gutta, ita ut unius oculi lumen sanguine cooperiret, Num. 58 : Gutta, quam dicunt fistulam, generante, putredo quædam assidue stilabat.* Num. 39. et 42 : *Gutta paralytica, Gutta, quam Paralysis vocant.* Hydropsis, apud Tortarium Floriacensem :

Gutta fugit ventris, restinguitur hic sacer ignis.

Magister Ægidius Corboliensis de Urinis :

Innuitor Gutta regnare per alba minuta.

Ubi vide Gentilem de Fulgineo. Ebrardus in Græcismo cap. 10 :

Est pluvie gutta : sed sit situla tibi stilla ;  
Dicitur esse sene passio Gutta fore.

Vide Albertum M. lib. 23. de Animalib. cap. 18. [\* et Grimm. Mythol. German. pag. 673.]

**GUTTA CADIVA**, **CADUCA**, Ἐπιληψία. Glossæ Riblicæ MSS. : *Epilēthici dicuntur, qui Guttam habent Cadivam.* [Robertus de Tumbalenia in Epistola ad Monachos S. Michaelis de Monte apud Mabill. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 659. col. 1 : *Hugo vocatus frater quidam... subito illa molestia arripitur, quam Medici Epilepsiam vocabulo Græco dicunt, vel Sacrum morbum, eo quod sacras hominis partes, ut est caput, et mentem occupet ; nos vero vulgariter Guttam Caducam, ex eo quod cadere faciat, vocamus.*] Vita MS. Caroli M. jussu Friderici Imp. exarata lib. 2. cap. 22 : *Sed quod magis dolendum erat, intrinsecus epatica passio, imo ebritudo animi, Caduca Gutta, et cotidiana vecordia ipsum desipere faciebant.* [Vita S. Raynerii, tom. 2. Junii pag. 442 : *Hæc sub occasione Caducæ Gutte, biennio ante adventum almi Raynerii ad nos a dæmonio fuerat vexata.*]

\* *Goute félonnesse* appellatur in Lit. remiss. ann. 1366. ex Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 676 : *Icellui Thomas ala de vie à trepassement par une maladie, si comme l'en dit, de quoy il estoit malade par plusieurs fois, appelée Goute félonnesse.* Aliæ ann. 1425. in Reg. 173. ch. 311 : *Icellui jeune enfant estoit entaché d'une maladie d'avertin de teste, nommée Goute, dont il cheoit volentiers par intervalles.*

† **GUTTA CIATA**, Gallis *Goutte Sciaticque*, Ischiadicus dolor, in Miraculis B. Edmundi Archiep. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1895.

\* **GUTTA ESTRANGURIA**. Vide supra *Estranguria*.

† **GUTTA FANTILIA**. *Filiam habebat parvulam... habentem Guttam Fantiliam*, in Actis SS. Junii tom. 3. pag. 452. ubi

*Fantilia forte pro Infantilis, et Gutta Fantilia pro Variolæ.*

GUTTA MALOGRANATA, Hemicranie species, quam Galli vocant *Pome grenade*. Occitanis, *Mielgrano*. Steph. Julianus in Vita B. Coletæ n. 234 : *Affligatur... specialiter passione Gutte Malo-granate, taliter quod vi doloris efficiebatur quasi furibunda*. Ditmarus lib. 4. pag. 50 : *Cui in capite suo multum nocuit migranea, quæ duplex : aut ex Gutta, aut ex vermibus*. [\* Morbi, non fructus, genus est, vulgo *Migraine*, Hemicrania.]

\* GUTTA PALESTINA, f. pro *Paralytica*, ut notant docti Editores ad Appendix S. Ludov. reg. Franc. tom. 5. Aug. pag. 569. col. 2.

† GUTTA ROSACEA, Medicis, Rubedo in facie.

† GUTTA SALSA. Vitus Cortonensis in Vita B. Humilianæ, tom. 4. Maii pag. 397 : *Sicut autem recessisti a me, nunquam illi et lateris dolorem sensi... Infirmas illa vulgo Papiçi vocabatur, alio autem vocabulo Ignis volatilis, alio modo Gutta Salsa nominatur.*

† GUTTA SERENA, Medicis nostris *Goutte Serene*, Cæcitas, licet nullum in oculis vitium appareat præterquam in pupilla, quæ tum latior appareat et obscurior. Miracula S. Mariæ Magd. de Pazzis, tom. 6. Maii pag. 323 : *Ob Guttam Serenam, quam biennium passa fuerat in oculo dextro, videndi facultatem amiserat.*

3. GUTTA, et GUTA, Gallis *la Goutte*, Podagra, [Arthritis quilibet,] in Vita Innocent. VI. PP. apud Bosquetum pag. 139. Chronicon Casauriense : *Illam infirmitate, quæ Gutta appellatur, graviter fuerat occupatus*. Radulfus in Vita S. Richardi Episcopi Cicestrensis num. 86 : *Cum Gutta, quam Podagram vel Artreicam vocant, frequenter vexaretur, etc.* Pseudo-Ovidius lib. 2. de Vetula :

Tussiat æternum, juncturas Gutta fatiget.

Ptolemæus Lucensis ann. 1284 : *Defectum patiebatur in manibus et pedibus propter Guttas, ita quod vix celebrabat*. [Occurrit in Hist. Mediani Monast. pag. 275. in Fragmentis Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 624. col. 2. in Miraculis B. Simonis, tom. 2. April. pag. 823. in Vita B. Hugonis de Lacerta, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1186. et alibi.]

† 4. GUTTA, Hydropsis. Hartmannus in Vita S. Wiboradæ Virg. sæc. 5. Benedict. pag. 60 : *Ægritudinis, inquit, (Egghardus vel Ekkehardus) incommoditatem Gutta infestante, et totum corpus meum contrahente, etc.* Hydropisin intelligendam esse patet ex Hepidanno, qui de eodem morbo disserens ibid. pag. 62. ait : *Ekkehardus... cum quodam tempore Hydrope ad extrema deductus esset, etc.*

5. GUTTA, [Stillicidium, Gall. *Goutte*, *Gouttiere*. Chirographum Remboldi in Tabulario S. Clodoaldi : *Et si prædictus Remboldus domus pinnaculum auferre voluerit, vel heres ipsius, usque ad pannam Gutte auferre licebit*]. Charta Philippi Aug. ann. 1220. in Hist. Monmorenciaca pag. 85 : *Facit unam domum si voluerit, nomine suo absque forteritia in insula de Chastelles supra Sequanam, ejusdem altitudinis, cuius sunt alix domus in eadem insula : ita videlicet quod parietes Gutte, altitudinem aliorum parietum ejusdem insule non excedant.*

\* 6. GUTTA, Macula. Auctor Mamotrecti ad cap. 36. Gen. : *Polymitus, vestis ex variis coloribus et Guttis, a polis, quod est pluralitas, et mitos, quod est Gutta. Infra :*

*Mitos, Guttam sonat... calamita est rana, quæ moratur in cannis, varias habens Guttas. Idem ad 35. Exod. : Polymitaribus, qui operatur polymito, id est, vario opere et Guttato. Ita Guttatus, color est in equis, guttis distinctus. [Hac notione Ovidius :*

Nigraque cæruleis variari corpora Guttis.]

\* Memor. Dadon. ad ann. 893. inter Probat. Hist. Virdun. pag. 1. col. 2. [Pertz. Script. tom. 4. pag. 37. lin. 41.] : *Berhardus dedit ad ipsum altare unum sacerdotale vestimentum auro ornatum, planetam scilicet, id est ex dronato cum Guttis, etc.* Maxime vero dicitur de maculis, quæ lacrymas effingunt. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1335. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item una casula, una dalmatica et una tunica de camoscato nigro gutato Gutis albis pro officio defunctorum*. Aliud Gall. ex Bibl. reg. : *Un chasuble, tunique et dalmatique de camocaz noir, goûté de Goutes blanches pour l'office des mors*. Vide *Goutte*. BONA GUTTA. Vide *Calamita*.

† 7. GUTTA, Species aromatica, Psal. 44. 9. Eccli. 24. 21. et in rhythmica Descriptione Veronæ apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1095.

\* GUTTA ALBA, Sebum, ut videtur, Gall. *Suif*. Constit. civit. Tull. ann. 1297. in Reg. A. Chartoph. reg. ch. 1 : *Quiconques seroit trouvez... dedans la ville cusant char de murie, paieroit cinq sols : mais la doivent cure aux champs et desous vent, sus la poinne dessusdite ; et la blanche Goute puet en faire dedans la ville.*

GUTTA MERA, Gall. *Mere goutte*. Charta Anna. 1208. ex Tabul. Fossatensis f. 29 : *Annuatim unum duplarium vini sine fusto de Mera Gutta ad mensuram Parisiensem persolvent*. Alla ann. 1212. fol. 31 : *Et tempore vindemiarum nomine census in cava et de Mera Gutta... persolvent.*

† GUTTA PURA, Eadem notione. Charta Adami Abb. S. Faronis ann. 1313. inter Instrum. Histor. Meldensis pag. 200 : *Tenebitur perpetuo reddere Conventui supradicto centum viginti et duodecim modios vini de Pura Gutta ad mensuram Meldensium.*

† GUTTA PRIMA, Aqua ex qua fit sapo. Vide *Capitellum* 2.

† GUTTARE, Στάζειν, Stillare, Gall. *Goutter*. in Glossis Sangerm. Joh. de Janna : *Guttare, Guttatim cadere vel fundere, vel guttis perfundere.*

GUTTARIUM, GUTTATORIUM, Rivulus, canal. stillicidium. Angl. a *gutter*. *Gouttiere*, in Consuet. Britann. art. 712. Ugutio : *Aqualitium, Guttarium*. Alibi : *Impluvium, i. lavatorium, Guttatorium*, Will. Britto in Vocabul. : *Aquæductus... Guttatorium, per quod aqua elicetur, vel foras educitur.*

GUTTERA, Eadem notione. Charta Henrici I. Regis Angl. in Tabulario Fiscanensi f. 5 : *Et de eadem cruce usque Fingerlin, ubi quædam Guttera est, quæ vadit per medium villam*. Chronicon Abbat. Burthonensis in Anglia : *Inceptum fuit pavimentum Altæ villæ, diruto causeto, ponendo Gutteram in medio*. Adde Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 815. et Willelm. Thorn. ann. 1281.

GUTURA, Eadem notione habetur in Libro Anglico *Justice of peace*, fol. 80. v. Incertum, inquit Somnerus, an a Saxónico geotan, sive ageotan, fundere, effundere, an a Latino *Gutta*, quod guttatim aquam accipiat ac reddat, unde *Guttare*, pro *stillare*. Vide *Landea*.

GUTTATUS, Guttis diversi coloris inspersus. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Venat. cap. 20. de Gyrofalconibus : *Quidam eorum non sunt Guttati super dorsum et caudam, et quidam sunt Guttati super dorsum et caudam, quidam plus, quidam minus*. [Martialis lib. 3. Epigr. 58. eadem notione dixit :

Et picta Perdix, Numicidæque Guttatæ.

Palladius quoque inter colores *Guttatum* refert ut non minimum.] Vide *Gutta* 5.

† 1. GUTTERIA, Stillicidium, Gallice *Gouttiere*. Charta ann. 1258. ex Archivo Veteris-villæ : *Concessi Monachis de Veterivilla, quod aqua descendens de domo ipsorum per Gutteriam communem, sitam super murum communem inter domum meam et domum ipsorum de drapperia Dinanni, cadat in terra mea retro domos supradictas*. Vide *Guttarium*.

2. GUTTERIA, Vitium, seu morbus gutturis ex male olentium aquarum potu contractus. Βρογχολίη Græcis, *Goitrie* Gallis. Vita S. Gudilæ Virg. n. 23 : *Omnesque descensuri ex eorum gemitu, plectantur nævo istiusmodi pænæ, ut uterque sexus lapsante poplite fugiter claudicet, super hæc vero femineum Gutteria obscœnat*. Eadem habet Baldricus in Chronico Camerac. lib. 1. cap. 16. Anso in Vita S. Ursuarii Lobienensis cap. 8 : *Nata est infirmitas in collo ejus sæva nimis, quæ vulgo dicitur Gutteria*. Rectius Ratherius cap. 5 : *Quæ Gutteria dicitur sermone Gallico.*

GUTTUSOSUS, in leg. 12. § 1. D. de Ædilit. Edict. (21, 1.) Vetus Interp. Juv. Sat. 13 : *Tantum si in Alpibus homines Gutturosos admireris, ubi tales sunt plurimi, nam lata et inflata colla habent*. Miracula S. Thomæ Aquin. : *Puella a natiuitate Gutturosa, quia tres gavanos habuit*. Occurrit etiam apud Durandum lib. 7. Ration. cap. 19. n. 3. Alias *Gutturosus*, est λαίμαργος, in Gloss. Lat. Gr. \* *Gormé* nostris. Vitæ Patrum MSS. :

Dieu amés et Dieu reclaims,  
Qui si bele vous a fourmée,  
Se fuissés bochie ou Gormée,  
Espoir preude femme fuissés.

GUTTURNA, et GUTTURNIA etiam dicitur idem morbus. GLOSS. ISIDOR. : *Gutturnia, gutturis inflatio*. Ugutio : *Gutturna, infirmitas gutturis, quæ solet inflammatione quæ evenire, unde Gutturinosus, illam habens infirmitatem.*

GUTTURNOSUS, Idem qui *Gutturosus*. Hincmarus in Vita S. Remigii : *Omnes, qui hoc egerunt, et de eorum gemitu nati fuerint, viri ponderosi fiant, et femine Gutturnosæ, etc.* Gervasius Tilleberiensis MS. lib. 3. de Otis Imperiali. : *Est in Provincia Ebredunensi, quæ pars est regni Arelatensis, castrum de Bartes : in eo territorio fons scaturit, ex cuius aquæ potu ac lavacro curantur Gutturnosi*. Vita MS. Caroli M. Jussu Friderici Imper. exarata lib. 2. cap. 23 : *Febricitantes vero absque nomine et numero : caduci 65. Gutturnosi plures, etc.* Inde etiam

GUTTURNOSITAS, in eadem Vita S. Gudilæ, et apud Guill. de Thoco in Vita S. Thomæ Aquin. n. 96 : *Cum haberet filiam Gutturnosam, et ipsam propter strumam gutturis maritare non posset.*

† GUTTONARIUS Equus, Vegetio Art. Veter. lib. 1. cap. 56. et lib. 4. cap. 6. Idem qui *Trepidarius* seu *Tolutarius*, *guttatim* seu minutim incedens, Gall. *Cheval qui va l'amble*.

\* Vide *Salmas*. in Hist. Aug. pag. 245. et 246. ubi *Trepidarios* a *Tolutariis* distinguit ; hi quippe iidem qui *Colatorii* :

*Trepidarii* vero sunt *Guttonarii*. Hæc ex animad. D. Falconet.

\* **GUTTUROOSUS**, Morbo gutturis laborans, idem quod *Gutturinosus*, quomodo etiam forte legendum est. Vide in *Gutteria* 2. nostris *Gohatereau*. Joan de Trokelowe Annal. Edwardi II. reg. Angl. pag. 35: *Morbus enim dissentericus, ex corruptis cibis conceptus, fere omnes maculavit: quem sequebatur acuta febris, vel pestis Gutturiosa*. Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 235: *Lesquelz compaignons changerent icelles jumens à treize pourceaux Gohatereaux*.

\* **GUTUM**, Uno unguento. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **GUTURNIUM**, *Lo vaso de aqua forato in fundo*. ibid.

† **GUTTOSUS**, Arthriticus, habens dolores articulorum, Gallice *Goutteux*. Miracula B. Henrici Baucenens. tom. 2. Junii pag. 382: *Alexander... Guttosus in schinali et in schina, non poterat se curvare ante et retro*. Et pag. 383: *In cavigliis Guttosa similiter, ita quod non bene firmiter ambulabat*. Occurrit rursus in Vita B. Giraldi de Salis, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1008. Vide *Gutta* 3.

† **GUTTUR**. Vide *Gustrum*.

† **GUTTUR POSTERIUS**, Anus podex. Miracula B. Aloysii tom. 4. Junii pag. 1106: *Natus fuerat filiolus sine Gutture Posteriore ad excernendum*.

† **GUTTURNA**, GUTTURNIA. Vide *Gutteria* 2.

† **GUTURA**, Rivulus, etc. Vide in *Guttarium*.

**GUVA**, seu **GUNA**, ut præfert Codex MS. et Editio Veneta, Papiæ est *Vas vitreum, quod a Latinis a similitudine cucurbitæ Ventosa vocatur, quæ animata spiritu per igniculum in superficiem trahit sanguinem*. Eadem pæne Ugutio, qui *Gina*, et *Ginia* scripsit, ut et Papias editus *Guna*, et Joan. de Janua, *Guna* et *Guina*. Atque ii ex Isidoro lib. 4. cap. 11. ubi de Instrumentis Medicorum: *Angstrum, spatomele, Guna, quæ a Latinis, a similitudine cucurbitæ a suspirio dicitur Ventosa*. Ita editi: at MSS. auctore Vossio, *Guva* et *Guvia*, præferunt: ex quibus licet emendare ejusdem Isidori Glossas: *Guna, ventuosa*. Legendum enim: *Guva, ventosa*. De vocis origine legendus Vossius. Vide *Ventosa*.

**GUVERNERIUS**, Rector, gubernator, Gall. *Gouverneur*. Metellus in Quirinilibus pag. 136:

Viderat hunc Dapifer probus,  
Gubernarius loci sacri.

† **GUVETTA**. Vide *Guvus*.

**GVVIA**. Isid. lib. 19. cap. 19. de Instrumentis lignariis: *Cauterium, Gallis Guvia*. Etiam hodie *Gouge*, quoddam instrumentum ferreum, quo utuntur fabri lignarii, appellatur. [Vide *Guva*.]

**GVVIO**, Gobio, piscis, qui nostris *Goujon*, apud Silvestrum Giralduum in Topographia Hiberniæ dist. 1. cap. 7.

**GVVUS**, et **GVVETTA**, Bubo, Italis *Guvo*, *Gufo*. Apud Petrum Crescentium lib. 10. de Agricult. cap. 16: *Gimus et Gimetta... sunt animalia nocturna potius quam diurna, quia eorum oculi de nocte vident melius quam de die*. Ubi legendum *Guvus*, et *Guvetta*, quomodo legit vetus Interpres Gallicus *la Guve* et *la Guvette*, nostris *Chouette*. Ita etiam emendandus idem Crescentius cap. 28. ex eodem Interprete, quo loco perperam editum *Gimecta*, pro *Guvetta*.

\* **GUYCHETUS**, Ostiolum, portula, Gall. *Guichet*. Regula Fontis-Ebraldi cap. 28:

*Nulla alia ab officariis sic distinctis præsumat seras tangere ad aperendum vel claudendum, vel Guychetum, vel locutorium*. Vide supra *Guichetus*.

**GUYSA**, Forma, modus, ex Gallico *Guyse*. Knyghton ann. 1388: *In habitu et apparatu et diversis Guysis, etc. Gysa, pro Guisa infra mox habetur*. De vocis etymo, vide VV. CC. *Ægidium Menagium* in Origin. Gallic. et Oct. Ferrarium in Origin. Ital. qui ex vice deducit; ad vicem, quod nostri à *guise* dicunt. [Forte melius a Britannico *Ghis* pro *Kis*, Modus agendi vel gradiendi.] \*\* Germ. *Wisa*. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 1073.]

**GUZIA**, [Machina bellica.] Vide *Gussa* 1.

† **GWALDUS**, Vide *Gajum* et *Gualdus*.

**GWALSTOWNA**, Locus patibuli, patibulum, furcæ. Vox Saxon. confecta ex *gwal*, patibulum, et *stow*, locus. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 10: *Omnia Gwalstowna, i. occidendorum loca, totaliter Regis sunt in soca sua*.

† **GWANTUS**. Chirotheca, Gallice *Gant*. Occurrit non semel. Vide *Wantus*.

**GWASTRAUD** **AFWIN**. Vox Wallica, quæ occurrit in Legibus Hoeli Boni Reg. Walliæ cap. 5. est autem *Gwastraud Afwin*, Boxhornum in Lexico Wallico, *pedissequus, frenigerus*.

† **GWAYF** vel *Waif*, apud Anglos, Gallicis *Gaiue*. Res vaga et deserta, quæ Regis est vel domini feudalitatis, nisi ante annum et diem a legitimo possessore repetatur. Instrumentum ann. 1123. apud Kennettum pag. 196. Antiquit. Ambrosden.: *Recognitum est a Militibus et liberis hominibus... quod ad nos spectat le Gwaif... in terris nostris ad Ecclesiam S. Georgii pertinentibus... Ita et statim redditum est nobis de Gwaif de Ernicol, scilicet II. porc. cum v. porcellis, et apud Covela I. ovis cum agno suo*.

[\* Vide supra *Gaiuus*.]

\* **GWERR**. Vide supra *Guarus*.

**GWERRA**. Vide *Guerra*.

\* **GYDAGIUM**. [Gall. *Charroi*: « Et quod ipsi debent esse quieti versus dominum regem de omnimode guerre exercitu et equitatu et *Gydagio*. (Bibl. sc. Chart. 1878, p. 232, Aurigny. an. 1320). »]

† **GYLDA**. Vide in *Gildum*.

\* **GYLLA** **NA** **TRINONBER**, id est, Puer trium turmarum, ut ex vita impressa num. 18. explicant docti Editores ad Vit. S. Luani tom. 1. pag. 344. col. 2.

† **GYLTWITE**, Mulcta pro transgressione. *Debila transgressionum et poenam delictorum, quæ nos dicimus Ofersegenesse et Gyltwite*, apud Th. Blount in Nomol. ex Autographo ann. 964. Vide *Giltwite*.

† **GYMNAS**, γυμνάσιον. Jo. de Janua: *Gymnas, Pugna, cursus, vel locus in quo fiebat, et hinc facta translatione, Studium scholarium et magistrorum*. Gl. Lat. Gall. Sangerman.: *Gimnas, Bataille de poins, ou lute, ou course, ou escole*. Utitur Statius non semel.

1. **GYMNASIUM**, Thermæ. Ælfricus in Gl. Saxon: *Thermas, vel Gymnasium, bæðstede, i. e. locus lavacri*.

2. **GYMNASIUM**, Ἀσκητήριον, Monasterium. Epitaphium Aligeri Abbatis Casinensis:

... Hoc sacrum regere Gymnasium  
Promeruit.

Vita S. Rictrudis cap. 12: *Gymnasium monasteriale, ubi stadium vitæ presentis agonizande percurreret. Gymnasium monasticæ disciplinæ, in Gestis Abbatum Gemblacensium pag. 583. Τῆς ἀσκητικῆς*

παιδείας: γυμνάσιον, in Vita S. Nicolai Studitæ pag. 896. Vide S. Basilium Epist. 23.

3. **GYMNASIUM**, pro ludo illo literario, in quo pueri litteris et liberalibus disciplinis exercentur, usurpavit S. Ambrosius lib. 6. Hexaem. cap. 4. Vide *Gymnasia*.

**GYMNOLOGIZARE**, *Exercere*, in Gloss. MSS. S. Germani Parisiensis. [Johanni de Janua, *Gymnologizare, Nude loqui, vel nude ratiocinari*, a Græco γυμνός, nudus et λόγος, sermo. Glossar. Lat. Gall. Sangerman.: *Gymnologizare, Gymnologizare, Parler nuement, arraisonner*.]

**GYNÆCEUM**, GENECIUM, GENICIUM, γυναικεῖον, Græcis et Latinis Scriptoribus, dicitur locus interior in ædibus, in quo solæ mulieres versantur, apud Plautum in Mostellar. Terentium in Phorm. Ciceronem, etc. quem *Gynæcontidem* Cornelius Nepos, γυναικωνίδια, Plutarchus et alii, *Triclinium matronale*, Sidorius lib. 2. Epist. 2. appellant.

Præterea ita vocabantur tetrina publica. Isid. lib. 15. cap. 6. et ex eo Papias: *Genecium, Textrinum, Græce dicitur, quod ibi conventus feminarum ad opus lanificii exercendum conveniat*. Gloss. Saxon. Ælfrici, *Genitium, to-vhus of vulle*. Ubi Somnerus *Gynæceum* emendat. Saxonibus autem *hus*, est domus, *vulle* vero lana. Ita *Genicum* est locus, vel ædes, ubi mulieres lanificio operam dant; quomodo etiam γυναικῶν appellatur Polluci, θάλαμος ἱστῶν. Catholicon parvum: *Genecium, Estraigne, ou Ouvroir à tecedor, ou Bourdele*. Mox additur: *Genecium potest dici Sairie, ubi manent mulieres de sero nendo*. Sic sane Picardi nostri rustici puellarum serotinos conventus, in quibus lanificio una vacant, *Series* etiamnum appellant.

Sub Imperatoribus Roman. extitere *Gynæcea*, seu tetrina publica, in quibus *Gynæciarii*, opifices ita dicti, vestibus texendis operam dabant, obnoxiiæ cæteroquin conditionis: adeo ut vice poenæ in ea interdum loca noxii ac rei amandarentur, quod de viris testatur Sozomenus lib. 1. c. 8: *Δημοσίους ἔργους ἢ γυναικεῖαις, ἢ λυσιπτοῖς ἀνηρεῖται*. Passio S. Romani Mart.: *Et induit eum colobio laneo, et tradidit eum in Gynæceum ad injuriam*. De feminis vero Joannes Chrysostomus in Epist. ad Junioremem viduam tom. 6. pag. 300. Quo pertinet, quod habet Lactantius de Mortib. Persecutor. n. 21: *Matres-familias ingenue ac nobiles in Gynæceum rapiiebantur*. Horum meminit Itinerarium Hierosolymitanum Antonini Monachi, ubi de Tyro: *Genecia sunt ibi plurima vel publica, oleserica, et diversa genera telarum*. De Gynæciariis vero exstat titulus in utroque Codic. de *Murilegulis* et *Gynæciariis*. [Vetus Vocabularium Juris utriusque: *Geneciarii sunt qui pannos imperiales texunt inserendo sericum et aurum. Ginetium est locus ubi hæc fiunt: et dicitur a Gynos (Gymnos a Gr. γυμνός) quod est nudum, quia nudo panno vestitur aurum*. Ex dictis satis patet, vanum hoc esse etymon minusque accuratam definitionem.]

Habuerunt etiam Reges nostri sua *Gynæcia*, seu, ut vocabant, *Genicia*, in quibus ancillæ Regiæ rei lanariæ vacabant: quas *Geneciarias* et *Pensiles* inde dictas mox docemus. Capitulare de Villis cap. 48: *Ad Genicia nostra, sicut institutum est, opera ad tempus dare faciant, id est, linum, lanam, waisida, vermicula, warentia, pectines, laminas, cardones,*



saponem, unctum, vascula, et reliqua minutia, quæ ibidem necessaria sunt. [\*\* Fisorum describend. formulæ ann. 812. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 177 : *Est ibi Genitum, in quo sunt feminæ 24. in quo repperimus sarciles 5. cum fasciis 4. et camisilis 5.*] De iis præterea accipiendum Capitulare 2. ann. 813. cap. 19 : *Et ut feminæ nostræ, quæ ad opus nostrum sunt servientes, habeant ex partibus nostris lanam et linum, et faciant sarcillos et camisilos, etc.*

Quinetiam a singulis feminis lanarium opus Principes exigebant, præstationis vice, adeo ut ab eo præstando vix eximerentur Sanctimonialibus. Capitulare Ludovici Pii pro Sanctimonialibus S. Crucis Pictavensis cap. 4 : *Ut temporale servitium de opere femineo ab eis ad partem Dominicam nullatenus quærat : quia si hoc fieri cœperit, omnino ordo regularis stare non poterit.* Quod vero opus femineum hic dicitur, *Genecæum* opus vocat Concilium Meldense anno 845. cap. 77. a quo, ut et a cæteris, abstinendum diebus Dominicis statuit.

Viris quoque nobilibus sua interdum fuisse *Gynæcia* constat ex Miraculis S. Bertini sæc. x. in eunte exaratis cap. 5. inter Acta SS. Benedict. sæc. 3. part. 1. pag. 131. ubi legitur de quodam excecato, pristino lumini restituto : *Quoniam a pueritia in domo cuiusdam nobilissimi ejusdem regionis viri adultotenus educatus et altus fuit, atque in Genæcio ipsius nendi, cusandi, tezendi, omnique artificii muliebris operis adoctus, quidquid in prædicta postmodum Ecclesia pallorum ornari habuit et emendari... ipse sollicita intentione procuraret.* Ubi id quoque notandum, in ipsa scilicet *gynæcia* inductos fuisse adolescentes, ut extrinam artem edocerentur. [\*\* Obnoxia conditionis fuisse mulieres in *gynæceis* operantes monet Guerardus in Gloss. Polypt. Irmin. quod denuo probat charta Eberhardi comit. Alsat. ann. 728. de fundat. Murbac. Monast. in Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 10 : *Vel de mancipio scopulicolas, quos in Genicio nostro habuimus, plus minus numero 40.*]

Exinde accidit, ut publica ac priva ista *Gynæcea* pessime audirent, cum ancillis, ex quibus illa conflata erant, abuterentur domini ipsi, ac stupra cum iis perpetrarent : unde generatim *Gynæcea*, ipsa lupanaria et meretricum cœtus appellabant. Joannes de Janua : *Genecæum, lupanar, vel textrinum : quia ibi conventus feminarum ad meretricandum, vel opus lanificii exercendi causa conveniunt.* [Perperam *Geneteum* in edito ann. 1514. ut *Genetearius*, pro *Genecæarius*, qui, ut habet idem de Janua, utitur vel præest *Geneteo*, vel *textor* in *Geneteo*. *Texerant, ou mestre ou frequentant bourdel*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] Lex Alamannorum tit. 80. § 4 : *Si cum puella de Genecio priore concubuerit aliquis contra voluntatem ejus, cum 6. sol. componat.* In Editione Heroldi tit. 81. § 2. vox priore abest. Et § 2 : *Si quis cum aliqua de alio Genecio contra voluntatem ejus concubuerit, cum 3. sol. componat.* Ubi Editio Heroldi : *Si quis cum aliqua ex illis aliis de Genecio, etc.* Capitula ad eamdem legem cap. 42 : *Si quis alterius puellam de Genecio devolaverit, etc.* Sed imprimis lupanar hac voce intelligi docet omnino Lex Longobard. lib. 2. tit. 37. § 6. [\*\* Rothar. 1. cap. 88.] : *Statuimus, ut si femina, quæ vestem habet mutam, mæcha deprehensa fuerit, non tradatur Gynæceo, sicut usque modo : ne forte quæ prius in uno, postmodum cum*

*pluribus locum habeat mæchandi, etc.* Et eodem libro tit. 9. § 2. [\*\* Rothar. 223.] *mulier libera, aut puella, quæ servo nupsit, in curtim Regis duci jubetur, et intra pensiles ancillas constitui, ubi Edictum Rotharis Regis tit. 88. § 11. habet : Et in Pisele inter ancillas statuere.* Quæ quidem lectio pro legitima haberi potest : siquidem *pisele* idem valet etiam ac *pensile*, et *Gynæceum*, in Charta ann. 808. apud Ughellum in Episcopis Veronensib. : *De vestimentis, quæ de pisele veniunt, vel de Ginicio, decimam partem.* Ubi perperam editum *ginicro*. Hinc *Pensilarii* in Historia Epitomata Fredegarii cap. 65. iidem, qui *Gynæciarii*, seu qui pensa trahunt : *Nec multo post tempore Narsis Patricius Justinii Imperatoris, ejusque Augustæ Sophiæ minis perterritus, eo quod Augusta ei apparatus ex auro factum muliebre, eo quod eunuchus erat, cum quo filaret, direxit, et Pensilarios regebat, non populos, etc.* In Libro veterimo Sacramentorum Ecclesiæ Remensis n. 162. describitur *Oratio in pisle*, hisce verbis : *Omnipotens sempiternæ Deus, cujus sapientia hominem docuit, ut domus hæc careat aliquando frigore a vicinitate ignis, ita nunc quæsumus sicut omnes habitantes vel convenientes in ea careant in corde infidelitatis frigore a fervore ignis Spiritus sancti.* Per Dominum, etc. Ita etiam *Pisle* legitur in Indice, qui Libro præponitur, uti monuit vir eruditissimus Joan. Mabillonius, qui recte, ni fallor, hoc loco intelligi existimat, quod *Poile*, seu vaporarium dicimus : adeo ut ab ejusmodi *pensilibus*, seu *gynæceis* nomen traxerit, quod ex hypocaustis vicinis calor immitteretur in ea loca, quo facilius per hiemem operi vacarent, qui pensilario operam dabant, quod verba orationis, a vicinitate ignis, indicant. Unde postmodum ejusmodi vaporariis, nomen inditum videtur locis allatis infra in voce *Pisalis*, ubi ex Adalardo et aliis doctis, *piselum* et *pisalem* fuisse triclinium monasticum, in quod Monachi calefaciendi causa simul secedebant, in eoque *pannos infusos* suspensos desiccandos, ex eo depromptas vestes Monachorum, denique *Piselem* et *Gynæceum* promiscue appellari : sed et inde Zelandos *Pisiel* vestiarium, Frisios vero culinam appellare. Quod vero Adalardus *Piselum*, alii *Calefactorium* vocant. Vide in hac voce.

Ejusmodi porro feminas aut puellas liberas, quæ servis nupserant, ad *Palatium*, seu in *Gynæceum* Palatinum amandatas, docet etiam Charto Pandolphi et Landolphi Principum Langobardor. in Chronico S. Sophiæ Benevent. : *Similiter concedimus in eodem Monasterio omnes illas liberas feminas, quæ servos ejusdem Monasterii sibi sociaverint maritos, vel illas, quæ ante ex ipsis sibi viros copulaverunt, pariterque et ipsos servos cum filiis et filiabus illorum in ipso Monasterio concedimus, ut quomodo omnes legaliter ad nostrum sacrum devenire debuerunt palatium, sic illis in eodem Monasterio deveniet ad serviendum et dominandum.*

*Genæciariarum* ancillarum passim mentio perinde occurrit, nude interdum, sæpe in malam partem. Synodus Meldensis can. 75 : *Si autem Laici capellas habuerint, a ratione et auctoritate alienum habentur, ut ipsi decimas accipiant, et inde canes aut Genæciarias suas pascant.* Eadem habet Concilium Confluentinum ann. 922. cap. 5. Interrogationes Synodales cap. 37. apud Reginoem lib. 2. de Eccles. disciplin. cap. 5 :

*Si aliquis in domo sua consentit cum propriis ancillis vel Genæciariis suis adulterium perpetrare.* Concilium Nannetense can. 19 : *Cum indecens sit, mulieres virorum causas discutere, et quæ de lanificiis suis et operibus textilibus et muliebribus inter Genæciarias suas residentes debuerant disputare, senatoriam sibi usurpant auctoritatem.* Charta Ludovici Regis Bajvariorum in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 12 : *Mancipia infra curtem inter pueros et feminas Genæcios viginti duo.* Charta Dodiconis Comitis, in Monumentis Paderbornensibus pag. 159 : *Exceptis ministerialibus ejus hominibus, cæterisque mulieribus jam ad Gynæceum ipsius adsumptis, non ulterius assumendis, etc.* De iis etiam capiendus videtur Gregorius Turon. lib. 9. cap. 38 : *In Marilegium villam deducitur, ut scilicet trahens molam his, quæ in Gynæcio erant positæ, per dies singulos farinas ad victus necessarias præparet.* Quæ quidem intelligenda sunt de feminis, quæ in pœnam in *gynæcea* amandata fuerant : id enim indicat vox *positæ*. Nam feminas, quæ supra commiserant, in *gynæcea*, tanquam in publica prostibula, fuisse relegatas supra indicavimus : ex quibus conficitur, permissa ac instituta fuisse ea ætate lupanaria publica de quibus accipienda etiam forte hæc verba Monachi Sanguinensis lib. 2. de Carolo M. cap. 5 : *Erant quoque ibi duo nothi de Genicio Columbrensi, etc.* Ita hæc vox accipitur in Passione S. Isidori MS : *Infelix, quid tibi melius est in palatio, an in Genecio esse ? Isidorus respondit : Melius est in Genecio propter Christum, quam in palatio propter dæmones.* Scribit Theophanes, Theodosius M. statuisse, ne in posterum feminæ, quæ stuprum commiserant, in lupanariis publicis includerentur : *Ἐπιτίμιον δὲ καὶ τῶν μοιχοῦμένων γυναικῶν ἕβριν ἐν τοῖς πορνείοις, μὴ συγχωρήσας ταύτας ἔτι συγκατεστῆαι, καὶ διὰ κώδονος τὴν πράξιν ἐλέγχεσθαι.*

De lupanariis vero publicis, etiam multo post toleratis ac permissis, locus est in Bulla Benedicti IX. PP. ann. 1033. apud Ughellum tom. 1. pag. 121 : *Quod denique domus plus conveniens esse videtur prædictæ Ecclesiæ S. Nicolai, vobis et Clericis vestris, quamquam in ea laicæ et seculares personæ maneant ad patranda libidinem, et secularia facinora : quoniam justum non est, ut domus lupanaris, et turpis lucri, Ecclesiæ adhæreat, etc.* Chartam aliam damus in voce *Panagator*, ubi mentio fit *Custodis Regii meretricum publice venalium in Lupanari Rotomagensi*. Sed et Lupanaria publica Parisiis certis ac designatis in locis olim extitere, quæ *Bordeaux* et *Clapiers* dicuntur, in Charta ann. 1395. in libro rubeo Castellæti Parisiensis. Colligitur præterea ex libro nigro Castellæti Parisiensis, ubi hæc describuntur : *Item l'en commande et enjoint à toutes femmes publiques, bordelières et de vie dissolue à present demeurens es rues notables de la ville de Paris, qu'elles vuident incontinent après ce present cry et se retraiet, et que elles facent leur demeure es Bordeaux. et autres lieux et places publiques à eux ordonnez d'ancienneté, pour tenir leurs boutiques au pechié devant dit, c'est assavoir es rues de l'Abrevoir, de Mascon, de Glagny, de Tiron, la cour Robert de Paris, Bailliehor, la rue Chapon, et la rue Palée, sur peine d'estre mises en prison, et d'amende volontaire.* Exstat in eodem libro Statutum Caroli Regis 3. Februar. anno 1368. quo meretrices publicæ a vico Ca-

ponis expelluntur. Et Statuto alio anno 1481. in Regesto viridi novo Casteleti Paris vetantur meretrices, *de ne euz tenir, herberger, ne demeurer es bonnes ruës de Paris, mais que ils vident euz et leurs biens hors desdites bonnes ruës, et voient demeurer es moiens bordeaux, et es ruës et lieux ad ce ordonnez, sur peine de banissement de cette ville de Paris.*

GENIZEUM, pro Gynæceum, in Charta alia Ulrici Pataviensis Episcopi ann. 1144. in Metropoli Salisburg. tom. 3. pag. 553 : *Unam curtim... cum hubis illuc pertinentibus, cum Genizeo, silvis, pratis, piscationibus, et omni utilitate sua.* Et pag. 556 : *Villam cum Genizeo, et molendino, silvis, pratis, etc.* Sed quid proprie sit hoc loco Gynæceum, fateor mihi haud omnino compertum.

† GYNDRAGIUM, ut Vindragium, Tributum pro vino in urbem adducendo. Bulla Innoc. II. Papæ ad Fromundum abb. Vindocin. ann. 1136. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 387 : *Tu siquidem quosdam census in quibusdam Ecclesiis Andegavensis parochiæ Vindocinensi monasterio vindicabas, quos utique idem Frater noster appellabat Gyndragia, et tam eos quam oblationes baptisteriorum in nostra præsentia refusasti.* Vide Vine-ragium. [§ Legendum haud dubie Jun-dragium. Vide Junioratus in Junior.]

GYPSA, pro Dipsas. Serpens. Althelmus, de Laude Virginum cap. 26 :

Et iterum Gypsas spiris sinuata malignis,  
Cæcula pestiferis extollit colla venenis.

Gypsa, semel ac iterum cap. 45 :

Jusserat et Gypsam verbo torrente migrare.

Et lib. de 8. principalibus vitibus cap. 8 :

Hinc metuat multo Gypsam lacerare superbam.

Alvarus Cordubensis in Hymno in S. Eulogium :

Rector dum populos docte reficeret,  
Gypsam cum doceret fragmine perdere,  
Turbam multiplici germine lauream  
Cælesti rutilis agmine provehit.

Ita in MS. legi monet Ambr. Morales, qui vim vocis gypsam ignorans, versum sic emendavit :

Gypsum cum diceret fragmine prodere.

Quasi vas terrenum aut testaceum frac-tum, Legem Mahumeti esse diceret. Sed nihil mutandum fuerat. Gypsum dixit cap. 17 :

Nam Gypsum miseros quod dudum faucibus atris  
Sorbuat, etc.

Passio S. Victoris Massiliensis :

Cum videas ipsum quod habes pro numine Gypsum.

[§ Adde Vitam S. Bonif. cap. 1. apud Pertz. Script. tom. 2. pag. 355.]

GYPSEÆ FENESTRÆ. Matth. Silvaticus cap. 479 : *Lapis specularis, lapis Lunæ. Afroselinum, secundum Albertum, est lapis ad modum vitri perspicuus. Dicitur autem in Hispanorum urbe Segundia primitus inventus esse. Ego autem vidi illum abundantius inveniri in diversis partibus Theotonix : et vidi etiam in Gallia inveniri cum Gyppo : quia est Gypsi extremitas quedam. Effusius autem scinditur in quaslibet partes tenues, et sunt inde Fenestræ, sicut de vitro : nisi quod loco plumbi oportet ponere lignum.* Vide Isidor. lib. 16. cap. 3. lib. 19. cap. 10. Gyp-searum Fenestrarum meminit Leo Ost. lib. 3. cap. 29. (al. 27.) 33. (al. 31.) 32. (al. 34.)

† GYPSOPLASTES, Qui gypsea facit opera. Vide Musivarius in Musivium.

† GYRAMEN, Gyros, circuitus, orbis. De S. Fortunato in Actis SS. Junii tom.

3. pag. 601 : *Vitam S. Marcelli prædictæ urbis Antistitis totius mundi Gyramini indubitanter patefecit.*

† GYRARE, Visitare quasi Gylando, seu circumeundo, in sacris Bibliis non semel ; sic Genesis 30. 32 : *Gyra omnes greges tuos.*

GYRARE CONTENTIONEM, in Lege Alaman. tit. 84. est agrum, de quo est contentio, seu controversia, inspiciere et circumire. Vide Monstrata, Qstensio, Visus.

† GYRATOR, Qui gytrat, circuit. *Multarum regionum Gyrator*, apud Ottonem Frising. Episc. de Rebus gestis Friderici I. Imperat. lib. 1. cap. 3.

† GYRFALCUS. Vide Gyrofalco.

† GYRGATUS, Lectus in quo paralytici, menteque capti, quique vocantur dæmoni-aci, vinciti jactant sese. Sussannæ Vocabul. Supra habetur Gargatum et Girgatum ex Amalthea. Græcis γύργατος, canistrum, qualis e vimine.

1. GYRO, GIRO, Lacinia, id est, pars vestis ac togæ, qua laxior fit, et in superiori parte contracta, in largiorem formam in imo se explicat, nostris Giron, Italis Gerone, vel Gherone : Germanis, Gheere, et Gheereve : Anglis a Garde. Sic porro dicta, quod hac parte gyret vestis, i. circuli figuram efficiat. Udalicus lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 11 : *Sedens ad Lectionem ita sedet, ut ulna sit inter se et alium juxta sedentem. Anteriora frocci sui semper in gremium ita attrahit, ut pedes possint bene videri. Girones quoque, vel quos quidam Sagittas vocant, colligit utrinque, ut non sparsim jaceant in terra.* Eadem habet Bernardus Monach. in Consuetud. ejusdem Monasterii parte 1. cap. 18. et cap. 45 : *Mox cum sinistra manu Girones Albæ accipiens, et ante se tenens, spargit ante se aquam, (benedictam), etc. [Guidonis Disciplina Farfensis cap. 4. de vestimentorum mensura : Similiter autem subter circa pedes tunica debet esse rotunda qualitate mensurata ; sagittas vero vel Girones tantum habeat, ut iter gradientes vel superfluitate, vel parcite non impediatur.] S. Hildegardis in Exposit. Regulæ S. Benedicti, tunicam Benedictinam describens, ait, laneam fuisse, et aliquantum cuculla constrictio-rem, sed circa crura aliquantulum largiorem, et ad pedes tendentem, brachialibus nec multum amplis, nec multum constrictis, ad manus tendentibus, imo cum Gyronem in utroque latere sub ascella deorsum descendente, quæ desuper caputio carebat. Chronic. Senoniense cap. 16 : Unus vero eorum Gyronem lorixæ levato, coxam ipsius ita perforavit, etc. [Acta S. Petri Confess. tom. 4. Julii pag. 666 : Ejus vestimenti forma, nonnisi quidam saccus veridice dici potest, cum nec manicas habeat, nec Girones, nec capitellos atque bottones. Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 30 : Portant autem plurimi Canonici... togam clausam sine Gironis, et vestimenta longa decenter.] Le Roman de Garin :*

Caignent espées au senestre Giron.

Sic tabernaculorum Gyrones describit vetus Poeta in Poemate, cui titulum fecit, le Roman d'Aubery MS. :

Son pavillon a fait tendre Auberys,  
Li dras en fu d'nn vermeil paille bis,  
Et el pomel estoit un aigle assis,  
Et li poisson pointuré et assis :

Les cordes sont de soie, ce n'est via  
Plus de sept mil Gyrons i ot baslis.

Infra :

Fist Auberys son pavillon drescier,  
Li drap en furent de paille de quartier,

Mult estoit riche ouvers à eschaquier,  
Sept mille Gyrons i ot fait entaillier,  
Li poisson furent et d'argent et d'ormier,  
Les cordes furent de soie d'orellier.

In Consuetud. municipali Peronensi art. 241. *Tendre le giron en la Justice*, est, cum quis se paratum ait ad recipiendum pecuniam, quæ offertur in solutionem. Notum porro proverbium Ital. *Che no vâ nelle maniche, va ne Geroni.* Hoc est, quod non in re aliqua assumitur, absumitur in alia.

\* Ad muliebrem vestem maxime pertinet Gyro, atque idem est quod ventrale, Gall. *Tablier, Grons*, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 2 :

Tout en ourant l'erbe a cuellue, . . .  
Sees Grons en a la dame emplis.

Hinc Geronnée et Gironnée ; quantum capit Gyro seu ventrale. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 142 : *Icellui Roussel qui avoit une Gironnée de cailloux en suivant le suppliant, etc. Une Geronnée de roisins*, in aliis ibid. ch. 197.

† 2. GYRO, Ambitus murorum. Vita Adriani IV. PP. ex MSS. apud Murator. tom. 3. pag. 440. col. 2 : *Hic fecit Gyronem in Radicophano et turribus munivit.* Et pag. 445. col. 2. ex Cardinali Aragonio : *Hic fecit Gironem in castro Rodicophini turribus munitum et alto fossato.* Joh. Iperii Chron. S. Bertini apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 649 : *Iste Papa Adrianus IV. fecit Gyronem in Vadicono, ac muris et turribus munivit.*

\* Liber de Mirab. Romæ apud D. Montemfalc. in Diar. Ital. pag. 291 : *Quod ædificium rotundum fuit duobus Gyronibus.* Charta ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 11 : *Item que l'en ne puisse mettre ou tiges de heusiaus, ne d'estiveaus, ne de heuses de cordoan, qu'il n'i ait demi pie de Giron ou plus de cordoan par dessous.* Vide Gericontinum.

GYROFALCONES, vel GYROFALCI, ita vocantur majores, fortiores, et velociores omnibus aliis falconibus, inquit Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi cap. 4. additque, ita appellatos a hiero, quod est sacer, inde Gerofalco, id est, sacer falco : vel a Kyrio, quod est dominus, inde Gyro-falco, id est, dominus falco, secundum Græcam linguam. Alii a gyro faciendo, vel in gyrum falcando, ut Silvester Girardus in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 8. et dist. 2. cap. 13. cui concinit Albertus Magnus cap. 6. de Falconibus : *Major est asture, et minor aquila, et dicitur Gyrofalco a gyrando, quia diu gyrando acriter prædam insequitur, nec dignatur ad parva ; sed aves magnas insequitur, sicut grues, et cygnos et hujusmodi. Gyrfalci*, apud Crescentium lib. 10. de Agricult. cap. 14. [Gerofalco, apud Rymerum tom. 2. pag. 1071. Girfalco, Gyrofalco, Girfalcus, apud alios.] Vide Girfalco, [§ et Graff. Thesaur. Ling. Fr. tom. 4. col. 236. voce Gir.]

† GYROGRILLUS, Erinaceus, Gall. Herisson. Vide in Chirogrillus.

GYROVAGARI, Circumcirca vagari, Joanni de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : Girovagari, Contourner deça et delà, ou errer, ou forvoier.] Pelagius Archidiaconus in Vita S. Prudentii Episcopi Tyrrasonensis, apud Bivarium : *Huc et illuc cepit Gyrovagans ambulare.* Conradus de Monte Puellarum contra Begehards : *Hi opera manualia suorum postponentes artificiorum, cucullati Gyrovagando provincias per diversas incedunt, etc.*

GYROVAGATIO, in Vita S. Isidori Episcopi Hispalensis n. 17 : *Ne occasione compta, vana quæque per Gyrovagationem meditando, mentem a studio revocarent, ferreis astringebat compedibus.*

GYROVAGI, proprie appellati Monachi, qui Monasteriis suis relictis perdiversas cellas, nescio qua pietatis vana specie, vagabantur, de quibus ita Regula S. Benedicti cap. 1 : *Quartum genus est Monachorum, quod nominatur Gyrovagum : qui tota vita sua per diversorum cellas hospitantur, semper vagi, et nunquam stabiles, et propriis voluptatibus et gulæ illecebris servientes, etc.* Agunt de ejusmodi Gyrovagis præterea Regula Magistri cap. 1. Ep. 63. inter Franciscas tom. 1. Hist. Franc. Petrus Damian. lib.

5. Epist. 9. S. Bernard. Epist. 68. Odo Cluniac. lib. 1. Collat. cap. 23. Statuta Hugonis Cluniacens. pag. 1465. Cæsarius de Mirac. lib. 1. cap. 7. Matth. Paris pag. 490. 551. etc. Hos etiam ita depingit Paulinus in Poëm. ad Cytherium :

Qualia vagari per mare et terras solent  
Avara mendicabula,  
Qui dejerando monachos se vel naufragos  
Nomen casumque venditant.

Eodem sensu Presbyteri *Gyrovagi* dicuntur qui dimissa sua parochia erronee fiebant. Ratherius Veronensis in Epist. ad Joannem PP. apud Chappavillum : *Quem jam ubique videri, atque ab omnibus Gyrovagum pudet vocari.* De iis etiam Desiderius Episc. Cadurcensis Epist. 16. et Innocentius III. lib. 1. Epist.

ad Auxitanum Archiep. pag. 49. Vide Albertum Stadensem ann. 1051. Sed et *Gyrovagum*, pro quovis errone dixit Rodericus Toletan. lib. 4. de Reb. Hisp. cap. 1 : *Cæpitque per loca devia et incerta cædes agere contra Mauros, et quasi Gyrovagus eorum totam victoriam perturbare.*

GYRRUS. Charta Dalmatica ann. 1064. apud Joan. Lucium lib. 2. de Regno Dalmat. pag. 101 : *Ad hæc autem stabilivimus, si habuerint navigia, sive commercia, eant, et redeant, piscatores Gyrrum, sibi galeam præbeant unam : alii autem piscatores singulos, cum habuerint, deferant pisces.*

† GYSA. Vide *Guysa*.

GYSARUM. Vide *Gisarma*.

# H

## H

H. LITTERA numeralis, quæ 200. denotat. Unde versus :

H. quoque ducentos per se designat habendos.

seu, ut habet Ugutio :

Littera H. quondam bis centum notat, nec plura quondam.

Eidem literæ, si recta linea superaddatur, 200. millia significat.

H. In superscriptione cantilenæ, et tantum in scriptura aspirat, ita et in nota id ipsum habitat. Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulæ literæ significant in superscriptione cantilenæ?* Vide A.

H. Literam vocabulis propriis seu appellativis a Theutonibus non sine mysterio præponi solitam, censent quidam : verbi gratia, in *HLudovicus, HLotarius, HRabanus*, et similibus ; aiuntque *Herrn*, id est, *Dominum* innuere, quemadmodum Latini D. plerumque usurpant. *Herr* autem, ut auctor est Walafrius Strabo lib. de Rebus Eccl. cap. 7. ab *heros*, seu potius *herus* deducitur. Consule Olaum Wormium in Monumentis Danicis lib. 5. pag. 440. V. infra *Hc*.

## H

☞ Nodum in scirpo quærunt qui vocabulis propriis seu appellativis litteram *H* non sine mysterio præmissam volunt ; quisquis enim noverit Francos olim, quod et Græcis familiare fuit, verba, quibus litteræ *l* et *r* præponuntur, forti aspiratione firmare et roborare amavisse, ut eorum sonus esset vividior vegetiorque, rem manifestam habebit. Vide hanc in rem Gloss. Schilteri litt. *H.* [\*] Grimm. Grammat. German. tom. 1. pag. 195. edit. 2<sup>a</sup>.] Neque vero si honoris causa nominibus Regum præmittebatur, in aliis, ut Dagoberti, Sigeberti aliorumque, omitti debuit. Aliquando autem, ut apud Occitanos et Catalaunos postponitur literis *l* et *n* non quo fortiter aspirantur, sed ut *l* pronuntietur velut duplex *ll* Hispanorum in *Llamar* ; *n* vero ut *ñ* eorundem in *Saña*. Quoniam de Hispanis occurrit mentio, non abs re erit monere ipsis usitatissimum esse mutare *f* in *h* ut a nobis pluribus ad litteram *F* est observatum.

☞ Quemadmodum vero perperam in MSS. codicibus non raro additur eadem hæc littera : ita non rectius sæpe omit-

titur ; utriusque exemplum accipe. Testamentum in cortice scriptum ann. circ. 690. et a Felibiano in Hist. S. Dionysii pag. x. vulgatum : *Et possedendum relinco, et hoc dum advixerero, Husufructuaria condicione, et absque præjudicio sanctarum basilicarum tenere et domnare dibeant... Et quicquid exinde ipse Abbas qui tunc temporis ibidem fuerit pro Hufiletatibus memoratarum basilicarum decriverit faciendi, etc.* Charta Chlodovei III. ann. 691. apud eundem Felibian. pag. xi : *Sin autem non potuerit quod lex de tali causa edocit Oc inde susleniat, unde et talis præceptiones eis ex hoc fieri et accipere jussimus.* Et hæc quidem sufficient, rem quippe notam loquor ; alias varietates sua sponte animadvertet studiosus lector.

☞ HAA, Vox interjectionis, qua Ensem nostri significarunt ; forte quod evaginatus terrorem incutiat. Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 326 : *Adonc icellui Fatroulle va s'acher s'espée, et dist à son compere : N'aprochiez de moy ; car se vous aprochiez, je vous donrai de ceste Haa.*

## HAA

**HAALADAL**, Caro conjuncta venis, per quam fit motus membrorum. Ita Constantinus African. lib. de Anima et spiritu. Vox Arabica. [\* Vide supra *Alandal*.]

† **HABBA**, pro Abbas. Instrum. ann. 873. apud Mabillonium lib. 6. de Re Diplomatica pag. 543: *Et vendidit homo, qui fuit (nomine) Egiga Habba de jam dicto Monasterio.*

**HABE**, pro *Ave*, vel *Hare*: nam et ita scribebant. Glossæ Lat. Græc.: *Hare*, χαρπε. Acclamatio Senatus, apud Pollionem in Claudio: *Claudi Dux fortissima Habeas*, i. χαρπε; &c. Ita in inscriptione Legum in Cod. Theod.: *Habe Posthumiana carissime nobis. Hare Marcelline*, etc. Vide Cujac. ad Paulum lib. 3. Sentent. tit. 4. et lib. 1. Observ. cap. 15. et Juretum ad Symmach. lib. 5. Epist. 38.

\* **HABELLANIETUM**, ut *Avellanetum*, Locus Avellanis arboribus consitus. Chart. ann. 860. apud De Blasio Ser. Princ. Salern. num. 95. pag. 162: *Arbusta, castanieta, Habelianieta, in montes quam et in planum, etc.*

† **HABELLUM**. Vita S. Declani Episc. tom. 5. Julii pag. 605: *Mulier cujusdam villici venit cum servo suo ad Monasterium S. Declani: sed ipsa non longe a civitate accepit furtive de tributo sancti Pontificis magnum Habellum, volens injuste aliis tribuere: sed illum coram viatoribus terra deglutivit.... et devorans terra eam, project Kabellum de sinu suo; et illico illud coram omnibus lapis apparuit. Ubi Sollerius in Notis: Quid sit Habellum nescio; sed cum infra constanter scribatur Kabellum, agaturque de tributo quod S. Declano pendere debebat, suspicor intelligi Gabellam seu marmam pecuniariam ex arca tributaria Monasterii S. Declani furtim ablatam.*

**HABENÆ**, Papiæ, Funes navium.

† **HABENDENCIUS**, pro Abundantius, in Litteris Caroli Johannis Reg. Franc. primogen. ann. 1358. tom. 3. Ordin. pag. 320: *Ut eo libentius et ferventius circa divina intendant obsequia, quod (quo) dictis presiditis Habendencius prospexerint se munitos.*

† **HABENTIA**. Vide in *Habere*.

1. **HABERE**. Velle, vel debere. Lib. 1. Capitular. cap. 61: *Qui in sanctis Habet jurare, hoc jejunis faciat, etc.* Rupertus Abb. in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 23: *Currens affer illum ad me, ego enim eum Habeo baptizare.* Num. 26: *Ipse enim, quia egrotat, Habeo eum visitare.* Fulbertus Carnot. Epist. 102: *Rec proximo rugitu, ut dicitur, venire Habet in silvam Legium, etc.* Phrasis Gallica: *J'ay à le baptizer; à le visiter, à aller à la chasse.* Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 108. § 1. [\* 138. (6, 85.)]: *Veni et occide dominum tuum, et ego tibi facere Habeo bonitatem, quam volueris.* Mox: *Feri eum adhuc, nam si non feriveris, ego te ferire Habeo.* Statuta Ordinis S. Gilberti: *Omnes Canonici, qui Sacerdotes non fuerint, omni die Dominica Habent communicare, id est, tenentur.* Occurrit ibi pluries: formula loquendi a veteribus etiam usitata. Vide Pœnitentiale Theodori cap. 3. Juretum ad Symmachum lib. 1. Epist. 26. et Cerdam in Adver. Sacr. cap. 17. num. 3. Vide Glossar. med. Græc. in ἔγειν. [\* et Semler. Indic. Latin. Tertul. voce *Habere*.]

\* 2. **HABERE**, Habitare; qua notione utitur Plautus in Menæch. Notit. vet. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 135: *Inquisivit... utrum essent aliqui Habentes circa nos in foresta, qui possent libere esse parochiani hujus cimiterii, quod be-*

*nedicere volebat... Designavit nobis parochiam quotquot erant inhabitantes, vel habitaturi erant, in tota foresta illa, etc.*

\* 3. **HABERE**, Cogi, compelli, Gall. *Etre forcé.* [\* Vide *Habere* 1.] Lit. remiss. ann. 1452. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 165: *A patria Cathalonix se absentare Habuerunt, et in fugam se constituerunt, ne justitia de ipsis fieret. Haber vero, pro Occupare vel Destruere, usurpari videtur in Chron. MS. Bertr. Guescl.:*

*Furent tout mors ou pris et les chasteaux Habez.*

\* 4. **HABERE**, Dicitur de equa, quæ concipere potest, vulgo *Qui peut retenir.* Constit. MSS. Petri III. reg. Aragon. ann. 1359: *Quod equa, quam ille, cujus fuerit, quis teneri seu calcari fecerit per equum aut roncinum nostrum, nequeat pro debito, vel quavis alia causa seu occasione pignorari seu capi, nec etiam interim donec ad Habendum apta fuerit.*

5. **HABERE**. Concilium Turonense III. can. 25: *Quoniam aliqua sunt Monasteria, in quibus jam pauci sunt Monachi, qui prædicti Patris regulam suis Abbatibus Habeant promissam, i. qui promiserint.* [Guidonis Disciplina Farfensis lib. 1. cap. 16: *Cum autem orationem Habuerint factam, pueri incipiant, etc.* Lib. 2. cap. 2: *Sed tamen ante Habeant ipsi omnia sua facinora patefacta.*] Capitulare Aquisgran. ann. 789. cap. 79: *Nec in publico vestimenta lavare, nec berices tondere Habeant licitum.* Additio altera ad Capitulare Theodulfi: *Et nulli extra parvulos et infirmos, licet Missam auditam Habeant, edere et bibere præsumat, ante publicum peractum officium.* Capitulare Noviomagense ann. 806. cap. 7: *Auditum Habemus, qualiter, etc.* Phrasis Gallica: *Nous avons out.*

\* **HABERE DONATUM, FACTUM, DONARE, facere**; usitatissima apud Scriptores mediæ ætatis loquendi formula: sed et Latinis haud incognita; quam prætermissem, nisi a quibusdam viris doctis inter barbaras voces fuisset amandata. Vide Collect. Histor. Franc. tom. 7. pag. 627. et tom. 9. pag. 554. et 604.

† **HABERE SE**, Gerere se, *Se Comporter.* Laurentius Bizinius de Origine belli Hussitici ann. 1421. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 171: *Tentabant quatenus Pragenses Haberent Se ad defendendum.* Bartholomæi Scribæ Annal. Genuens. lib. 6. ad ann. 1244. apud Murator. tom. 6. col. 509: *Qui ad defensionem exercitus Mediolanensis et offensionem exercitus domini Friderici Se mirabiliter Habuerunt.* Lanfranci Pignoli Annal. Genuens. lib. 7. ad ann. 1266. ibid. col. 539: *Quia vero dictus Admiratus et consiliarii et comiti ejus male Se Habuerunt, adeo quod præsumptum fuit eos fuisse proditores.*

\* **HABERE AGERE**, Multum laboris et operæ in re aliqua ponere. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 134. Chartoph. reg. ch. 52: *Idem exponens respondit quod revera ipse satis Habuerat agere, et multum passus fuerat in solvendo suam partem; adeo quod non posset ipsum juvare ad solvendum suam partem antedictam.* Phrasis Gallica: *Qu'il avoit eu assez à faire, id est, non sine magno negotio.*

\* **HABERE AGERE, HABERE FACERE CONTRA ALIQUEM**, Gall. *Avoir à faire contre ou avec quelqu'un*, Rem pugna cum aliquo dirimere. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 146: *Idem Petrus Marc-d'argent, malo imbutus spiritu, dixit eidem Stephano, quod contra ipsum volebat Habere agere.* Aliæ ann.

1351. in Reg. 80. ch. 637: *Indignatus Petrus dixit Johanneto: Garcifere vilissime, tecum habere facere volo ego... Percussit dictum Petrum de quodam cutello, etc.* Charta ann. 1300. in Chartul. Sabaud. fol. 133. v°: *Dominos antiquiores ipse tenetur sequi ratione ligetatis antequam comitem Sabaudix, si forsitan ipsi Haberent facere cum dicto domino comite vel ejus hæredibus.*

\* **HABERE FACERE**, Negotium habere, vulgo *Avoir affaire*. Charta ann. 1313. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 13. col. 1: *Nisi essent peregrini, vel aliæ personæ, quæ Haberent facere extra regnum, quibus gentes regix permittant portare parvos Tunonenses.* Stat. Astæ collat. II. cap. 78. pag. 33: *Insuper quilibet Habens facere prope dictum beale, etc.*

\* **HABERE ANIMUM CUM ALIQUO**, Parti alicujus favere, societatem cum aliquo habere, Gall. *Avoir des intelligences*. Hist. belli Foroju. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1200: *Et in terra erat major pars hominum animum Habens cum domino Paduæ.*

\* **HABERE BONUM OS**, Galli eodem sensu dicimus, *Avoir bonne bouche*, Tacere, commissa celare. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 236: *Pactum inter se fecerunt et ordinaverunt, quod Haberent bonum os, id est, quod istud non revelarent.*

\* **HABERE AD DIES SUOS**, Usufructuario et precario jure possidere, Gall. *Avoir sa vie durant*. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 421: *In diocesi Meldensi habeant (monachi S. Martini Pontisar.) quoddam manerium, in quo deberent esse monachi; sed episcopus loci Habebat illud ad dies suos, et archidiaconus Meldensis similiter Habebat unum aliud manerium ipsorum ad dies suos.*

\* **HABERE AD INJUSTITIAM**, Injustam actionem intendere, causam iniquam defendere. Charta an. circ. 1130. ex Chartul. Stirp.: *Iterum quæsit michi terram de la Reversaria,.... et injustitiam Habens defecti.*

\* **HABERE AD JUSTITIAM**, Aliquem ad juri standum, vel quod juris est exequendum, cogere. Charta jam jam laudata: *Item die adorato piscatus fuit stagnum de Vilalaur: unde domini stagni quæsierunt mihi rectum, sed ego Hycterium non potui eis Habere ad justitiam.* Alia Alfonsi comit. Tolos ann. 1138. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 482: *Ad justitiam vobis Habeo, et si illos ad justum vobis Habere non possemus, adjuvabo vos de eis, sine vestro inganno.*

\* **HABERE PRO MALO**, Gall. *Trouver mauvais*, Offensionem habere. Epist. inter Acta B. Christ. tom. 4. Jun. pag. 412. col. 1: *Unde pro malo non Habeatis, nec ingratitude impetietis, etc.*

\* **HABERE MATERIAM**, Causam habere, vulgo *Avoir matiere*. Comput. ann. 1412. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 205. col. 2: *Et primo solverunt... Raymundo de Guerra et Petro de Rodis, capitaneis gentium armorum... ad finem ne Haberent materiam faciendi malum per gentes suas, etc.*

\* **HABERE MELIUS**, Gall. *Avoir du meilleur*, Viribus superare aliquem. Lit. remiss. ann. 1477. in Reg. 203. Chartoph. reg. ch. 13: *Voyant icellui suppliant qu'il n'avoit pas du meilleur, etc.*

\* **HABERE IN TESTIMONIUM**, Testem adhibere, Gall. *Prendre à témoin*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 39. r°: *Et de hoc Habebat curiam in testimonium.*

† HABERE PERSONAM, pro Respicere. Canones Hibern. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 18: *Non oportet iudices Ecclesie Habere Personam in iudicio, quia non est acceptio personarum apud Deum.*

† HABET, Exstat. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 25: *Habet ibi silva quæ habet in totum leguam 1. et dimid.*

HABERE, Res, divitiæ, facultates, Avoir nostris, Avere Italis, Haabe Germanis. Vide Havo. Pacta inter Venetos et Francos, in Gestis Innocentii III. PP.: *Totum quidem Habere, quod in civitate inventum fuerit, a quolibet duci debet, et poni in commune, etc.* [Tabularium S. Florentii: *Hic ob salvationem animæ suæ omnes redhibitiones prædictæ villæ Monachis condonavit, et de Habere eorum LX. solidos accepit.*] Occurrit passim in Statutis Venetis ann. 1242. lib. 1. cap. 43. 46. 53. etc. ut Avoir in Scriptis Gallicis mediæ ævi. Hinc *Guillelmus sine Habere*, apud Guibertum, qui Alberto Aq. et Tyrio, *Sans avoir* nuncupatur. Vide Glossar. ad Villharduinum.

HABENTIA, numero singulari, Divitiæ, opes, apud S. Augustinum lib. 20. contra Faustum. Nonius Claudius lib. 7: *Animos eorum Habentia inflarat.* [Hist. Novient. Monast. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1150: *Anni duo necdum fluxerant, et Habentia Monasterii sic est exhausta, quod retroactæ copię nullum vestigium invenitur.*] Plautus in Truculento:

Ad se cum anima ejus Habentiam averterit.

Utitur etiam Quadrigarius apud Nonium.

HABENTES. Florentinis Abbienti, Divites. Julianus Antecessor. Const. 108. § 14: *Et si post tres testationes in scriptis habitas, et idoneos homines Habentes, invenerit eum, quem contestatus est cum uxore sua, etc.* Ubi Græca habent ἀξιότιμοις μαρτυροῦσι. Charta Genulfi Regis Merciorum ann. 821. in tom. 1. Monastici Angl. pag. 100: *Nec Rex suum pastum requirat, vel Habentes homines, quos nos dicimus Fæstingmen, etc.*

† HABERGAGIUM, Domicilium, domus. Charta ann. 1262. ex Chartular. Sangerm.: *Sectam partem in pressoriis quæ sunt sita subitis villam de Meudonno et in Habergagiis et pressura et aliis pertinentiis.* Vide Hereberga.

\* HABERGAMENTUM, Habitatio, domus, nostris alias Habergement et Habergaige. Charta ann. 1209. ex Tabul. S. Germ. Prat.: *Dederunt et cimiterium, cum Habergamento ipsius presbyteri, liberum in omnibus et quitum.* Alia ann. 1479. ex Pancar. episc. Carnot.: *Actores dicebant quod inter possessiones ipsos spectantes duo maneria, vulgariter Habergemens dicta, in villagio de Bercheriis... Prædicta Habergamenta defuncto magistro Johanni Guetæ canonico Carnotensi ecc. florenos auri vendiderunt.* Consolat. Boetii MS. lib. 1:

[[ La tierce chose qui me muet,  
A visiter ton Habergaige, etc.

\* Sed et Habergaige, pro Stabulo, occurrit in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 348: *Comme... Colinet de Bailli... eust amené et conduit des champs... une grant quantité de porceaux et truies, grans et petiz, et mis yceulz en l'estable ou Habergaige, ouquel yceulz avoient et ont accoustumé d'estre mis et Habergiez.* Unde Haberge, pro quovis loco, in quo aliquid collocatur. Charta Gall. d'Estrommel ann. 1308. in Reg. 72. ch. 309: *Lequel fossé lidiz reti-*

guez pouront encores ralingnier, retailier, widier et rejettier à un lés et à l'autre sur mon héritage, ... et lesdiz rejés espartre et adés rejettier, ... par quoy le darrain reject peussent adés avoir leur lieu à leur Haberge. Vide Habergagium.

† HABERGELLUM, HABERGEON, HABERGETUM. Vide in Halsberga.

† HABIA. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 172: *Hata Lire, et haia de Aubenas inter cheminum Perre et semitam Decani, et usque ad Habiam Catorum sunt de deffensa.* Vide Gabia.

\* Dumus, rubus, vel Dumetum, nostris alias Habier, pro Hallier. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 3: *Le suppliant a prins à défricher et essamblir pluseurs terres et héritages, qui estoient en grans buissons et Habiers.* Vide infra Halotus.

\* HABICEDARIUM. Vide Abecedarium.

† HABILAMENTUM, Indumentum, vestimentum. Gall. *Habillement*. Literæ Henrici V. Regis. Angliæ ann. 1416. apud Rymer. tom. 9. pag. 400: *Exceptis semper armaturis, artillariis et omnibus aliis hernesius et Habilamentis guerrarum.*

\* HABILAMENTUM, Vestis, indumentum, Gall. *Habillement*. Codicil. Ferr. de Pratacomit. ann. 1516. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xlviij: *Legavit nobili Margaritæ de Pratacomitali ejusdem testatoris sorori... ejus habitationem, ac victum, ac Habilamentum de pannu... more nobili et honesto faciendo. Habereau, Vestis species videtur, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1317: *Le suppliant a prins et emblé ung Habereau avecques une paire de chausses de bureau.* Vide Habilamentum.*

\* HABILIMENTUM, Apparatus belli, quidquid bello gerendo aut sustinendo necessarium est, machinæ bellicæ, nostris *Habillement*. Elmham. in vita Henr. V. edit. Hearn. cap. 14. pag. 28: *Et rex interim... guerrarum Habilimenta diligenter ordinat, saxivoma fabricat, lapides ab eisdem evomendos præparat, etc.* Rursum cap. 71. pag. 206: *Oppidum de Ew multum fortificatum Habilimentis guerrarum.* Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 99: *Le suppliant garni d'une arbalestre de bois, virelons, raillons et autres Habillemens de guerre, etc. Habillemens pour escheller et prendre places, apud Juvenal. de Ursin. in Hist. Caroli IV. reg. Franc. pag. 63. Hinc s'Habilletter, Armis se instruere, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 135. ch. 216: *Comme les Angloiz occupoient la Charité sur Loire, ... le suppliant... avecques pluseurs autres compaignons se Habilletoient le mieulz qu'ilz porent et alerent es destroiz, ou ilz savoient que lesdiz Angloiz... passoient, etc.* Vide infra Habitamentum.*

1. HABILIS, Agilis, industrius, Habile et diligent. Odofredus ad l. Quod venditor 37. D. de Dolo malo: *Bonus est servus et Habilis.* [\*\* Histor. Archiep. Bremens. pag. 39. vers. 12. edit. Lappenb. Vide Abilis.]

† HABILIS, Probatus. Epistola Henrici clerici Pomposiani XI. sæculo scripta apud D. de Montfaucon in Diario Italico pag. 95: *Unde sagax ingenium illius nunquam quiescit sedulo rogitando et peruncando ubi Habiles Sanctorum libri latitent, quatenus ad eorum indaginem pervenire et suo armario addere valeat.*

† HABILIS, Certus, ratus, constans. Diploma Conradi Imperat. ann. 1138. apud Tolnerum Histor. Palat. inter Instr. pag. 40: *Et ut hæc regis nostræ confirmationis autoritas Habilis et incon-*

vulsa permaneat, hanc Cartam inde scribi, manaque propria, ut infra videtur, corroborantes sigilli nostri jussimus impressione insigniri. [\*\* Leg. stabilis.]

\* 2. HABILIS, vox forensis, Aptus, idoneus, Gall. *Habile*. Charta ann. 1417. ex Tabul. S. Germ. Prat.: *Quod dictus actor non esset pars Habilis ad faciendam dictam prosecutionem contra dictos defensores.*

† 1. HABILITARE, Idoneum, habilem reddere, Gall. *Habiliter*. Concilium Pisanim tom. 6. Spicil. Acher. pag. 250: *Qui ponebant in dubium, si Cardinales poterant se Habilitare mutuo.* Conc. Dertusanum ann. 1429. inter Hispan. tom. 3. pag. 649: *Tollendo sententias et processus contra ipsum ratione schismatis latos et factos, Habilitaræ de Apostolicæ potestatis plenitudine usque ad summum Pontificium inclusive.* Literæ Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1408. apud Rymer. tom. 8. pag. 510: *Ac ipsum ad rectas leges et consuetudines patriæ nostræ Aquitanie restitimus, admisimus et Habilitavimus, nec non omnem maculam culpæ ab ipso absolutimus et amovimus.*

† 2. HABILITARE, Informare, instituere, disponere. Literæ Eduardi II. Regis Angliæ ann. 1307. apud Rymer. tom. 3. pag. 94: *Ad hæc, ad vestram accedunt præsentiam religiosi, honesti et litterati viri, ut populum vestrum ad fidem Catholicam... ac ad assumendum bellum contra detestabilem Machometi sectam Habilitent et informent.* Epistola Friderici II. Imp. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1219: *Providimus... ut civitatis locus profecto maris et terræ fecunditate præclarus, ubi studendi congruentia se quævis Habilitarint.* Epist. Clementis IV. PP. in Conc. Lugdun. ann. 1274. apud eumd. tom. 7. col. 207: *Sic studeas Habilitare materiam, sicut animos tuos tuorumque disponere, etc.* Bulla Urbani V. PP. ann. 1365. in Bullar. Carmelit. pag. 123: *Animos vestros ad rationabilem Habilitare concordiam studeatis.* Eadem notione *Habiliter* un procès dicunt Practici nostri.

\* Nostri *Habiliter*, eodem sensu, usurparunt. Stat. ann. 1407. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 205: *Les gens frequents les armes, et qui se Habillent à ycelles, etc.* Unde *Habiller* et *Habillonner*, pro Curare, parare, aptare. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 45: *La suppliante se print à Habiller le disner d'elle et des gens de son hostel.* Alia ann. 1466. in Reg. 194. ch. 169: *Et des branches dudit boys... avoit fait copper et Habillonner pour son chauffage.* Hinc *Estre Habille*, dicitur de eo qui paratus est ad aliquid faciendum. Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 176. ch. 273: *Comme le suppliant est prest et Habillé de faire plaisir, service à autruy, etc.*

\* 3. HABILITARE, Inceptum perficere, exsequi: unde *Habilitare appellationem*, pro Eam prosequi. Instr. ann. 1379. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 38. col. 1: *A qua appellatione propter præmissa renunciare nullatenus intendit, quinimo in ipsa persistere et eam Habilitare.*

† HABILITAS, Refectio, ornatus, instructio. Epistola Panormitanorum ad Martinum PP. IV. in Chron. Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 35: *Illud idem ministri sceleris de suppellectilibus pauperum faciebant, a quibus post Habilitatem suorum corporum iniquorum, turbato juris ordine, ut ipsa patronis*



supellectilia redderent, denarios expetebant.

† **HABILITATES CONDITIONUM**, Conditiones propositæ. Albertus Mussatus de Gestis Ital. post Henricum VII. lib. 12. apud Murator. tom. 10. col. 720: *Interdum cum Spineta Lucensi Marchione in colloquia secreta in locis finitimis convenire, res novas tentare, coordinare, et per dies suspensos habere Habilitates conditionum*. Galli diceremus, le *Projet des Conditions*.

† **HABILITATIO**, Habilitas, capacitas, in honorem et gradum pristinum restitutio. Conc. Dertusanum ann. 1429. inter Hispan. tom. 3. pag. 650: *Et in eadem villa sancti Matthæi publice præstarent obedientiam, et consequerentur reconciliationem, absolutionem et Habilitationes eis necessarias*.

\* **HABILITATI**, Idem qui *Habituati* in ecclesiis cathedralibus seu collegiatis, canonici inferiores sive capellani. Bulla Innoc. VIII. ann. 1484. in Contin. magn. Bullar. Rom. pag. 289. col. 1: *Item statuerunt quod... solvat... pro suo jucundo adventu octo Habilitatis chori quatuor florenos*. Et col. 2: *Statuerunt quod nullus in dicta ecclesia, neque in civitate, portet armutiam de varis grisis, nisi sit canonicus aut prælatus, sive de octo Habilitatis*.

\* **HABILITER**, Opportune, commode. Charta ann. 1380. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 313: *Idem quod ipse dom. comes (Virtutum) teneatur et debeat... tenere suis expensis... lanceas quatuor centum... super riparia et territorio Januensis tanto tempore, quanto ibi Habilitate stare poterunt ad offensas Januensium*. Alia Alf. reg. Aragon. ann. 1440. ex Tabul. S. Mich. Calet: *Abbas et conventus venerabilis monasterii S. Angeli de Palanzana... majestati nostræ reverenter exposuerunt... quod... non possint in eadem ecclesia... divina mysteria Habilitate et commode celebrare*.

\* **HABILITUS**, Sufficiens, qui satis est; nostris alias *Habile* et *Habile*, eodem sensu. Charta Phil. IV. ann. 1338. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 89: *Concedimus præfatis consilibus... quod possint in dicta villa Narbonæ... unam domum sufficientem et Habilitam... pro una domo sufficienti faciendi pro eorum consulatu tenendo... acquirere vel edificare*. Charta ann. 1349. ex Chartul. S. Vinc. Laudun: *Li religius seroient tenu de laisier trente piés de lét, Habiles et suffisans pour charrier au lés devers nos bos de Crespy*. Alia ann. 1425. ex Chartul. Latiniac. fol. 240: *Fournil suffisant et Habille pour cuyre suffisamment leur paste*. Avable vero, pro *Habendus*, in Instr. ann. 1385. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 511: *Les choses qui au fait seront utiles, profitables, Avables et necessaires*.

† **HABILILLUS**, pro *Habilis*, aptus, gnavus, strenuus. Charta Henrici VIII. Regis Angliæ ann. 1540. apud Rymer. tom. 14. pag. 655: *Hominum Habillorum ad guerram, etc.*

† **HABITACULUM**, Habitatio, domus. Breviarium Pisanæ Historiæ apud Murator. tom. 6. col. 163: *Si quidem Græci duce prædicto Pelope, de Arcadia venientes et ad litora Pisanorum applicantes, inventiens postum et flumina, balnea et lapidicinas, cæperunt Habitacula in diversis partibus construere*. Occurrit apud Gellium et passim in Scripturis.

\* **HABITAMENTUM**, Instructus bellicus. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 19: *Supervenerunt viginti balisterii et septem homines eques*

(sic)... *Dicti homines sunt in Habitu et Habimento, in quo vos videtis; ideo quia vos insidiose me sequutus fuistis*. Vide supra *Habitamentum*.

1. **HABITANTIA**, Prædium rusticum, seu agri portio excolenda cum habitatione, idem quod *Mansus*. Vide in hac voce. Notit. jur. eccl. Aquilej. ann. 1386. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1665: *Tam nobiles quam alii cujusvis conditionis et status, obtinentes feuda, ministeria et Habitantias, et cujuscumque conditionis bona ab ecclesia Aquilegiensi, etc.*

\* 2. **HABITANTIA**, Obligatio, qua, qui jure alicujus civitatis frui volunt, in ea per certum anni tempus habitare tenentur. Charta ann. 1173. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 210: *Item illud juravit Ildeprandinus de Ozano, sed exceptavit Habitantiam*. Item illud idem juraverunt Albertus de Redaldo, Wido Baji, Grimaldus et Raphanellus, quod Gerardus de Montecuculo, et Habitantiam facere. Quæ juramenti formula sic incipit ibid. col. 209: *Ego juro esse civis Mutinæ semper et Habitor per unum mensem omni anno, etc.* Vide infra *Habiturium*.

\* 3. **HABITANTIA**, Familia. Charta ann. 1219. inter Monum. eccl. Aquilej. col. 687: *Quilibet illorum habitabit et stabit continue cum Habitantia sua in civitate Tarvisii, quolibet anno... per mensem unum. V. in Mansio*.

\* 4. **HABITANTIA**, Habitatio, domus. Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 62: *Si in villa aliqua, vel regulatu alicujus villæ, vel contratæ Cadubrii vel Capriliis, in qua sint ad minus decem Habitantia, commissum fuerit aliquod maleficium, etc. Maison ou Habitaige, in Libert. villæ d'Aigueperse ann. 1374. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 360. Habitement, pro Loco ubi quis habitat, in Bestiar. MS. :*

Une maniere est de serpent,  
Qui en l'ewe a Habitement. |

\* *Estre habité*, Sedem stabilem et domicilium habere, in Lit. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 381. art. 12: *Que se aucuns desdiz receveurs estoient bons et suffisans, et fussent bien Habitez et mariez, etc.* Vide infra *Hæredes 2*.

\* **HABITATIO**, Actio habendi. Charta ann. 1342. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 41. art. 15: *Exceptioni dictorum quingentorum florenorum auri non habitatorum et non receptorum, speique Habitationis et receptionis futuræ renunciants, etc.*

**HABITATORES HÆREDITARIJ**. Vide *Mansionarii*.

\* **HABITATORES**. Hoc nomine barbaros donatos, qui in provinciis Romani imperii occupatis urbes vel oppida incolebant, exemplis probat Savinius in Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. cap. 5. § 87. Romani distinguunt possessores ab habitatoribus civitatum, ita vero ut ubi de utrisque simul agunt, habitatores dicant. Vide Julian. Epit. Nov. const. 124. § 556.

† **HABITATURA**, ut *Habitaculum*. Acta S. Symeonis reclusi tom. 1. Junii pag. 105: *Reperit non tam magnificam et fortem structuram, quam mirificam et humilem anachoretæ Habituram*.

\* **HABITATUS**, Habitatio, domicilium. Sermo habitus in synodo Lemov. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 339. inter not.: *Et si esset Habituus vel natu Francus, eloquio tamen Romano clarus, etc.* Vide alia notione supra in *Habitamentum*.

† 1. **HABITIO**, De castro, vel urbe ab

hostibus capta dicitur. Breviarium Hist. Pisanæ apud Murator. tom. 6. col. 171: *Ad quod castrum vincendum Pisani fuerunt cum quinquaginta navibus, plattis et schafis, et cum XII. manganis ordinatis in plattis, cujus castri Habitio fuit anno Domini 1148*.

† 2. **HABITIO**, *Tenuta*, possessio, Gall. *Tenuë*. Tractatus confederationis inter Robertum Regem Siciliæ et Johannem Dalphinum ann. 1314. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 150: *Quod si dicta Habitio vel tenuta cessaverit, idem dominus Rex vel hæredes sui ad duplicatum subsidium astringeretur*. Vide in *Tenere*.

\* **HABITUALIS TUNICA**, Qua quis vestitur. Acta B. Joan. Firm. tom. 2. Aug. pag. 461. col. 1: *Nihil aliud ad usum habere voluit, nisi solam tunicam Habitualem, chordam et femoralia, etc.* Vide mox *Habituaire*.

† **HABITUARE**, Vestire, induere, Gall. *Habiller*. Instrument. ann. 1473. in Bullario Carmelit. pag. 301: *Et se talibus habitibus respective Habituare debeant*. Compendium juris et consuetud. Universit. Paris. per Robertum Goulet fol. 18: *Habituati capis doctoralibus aut aliis scholasticis indumentis, processionaliter ordine præmisso obviam corpori defuncto ituri*.

\* *Alias Habituare*. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 332: *Lors icellui suppliant estoit mal vestu et Habitué*. Alia ann. 1414. in Reg. 168. ch. 129: *Lequel compaignon... estoit vestu et Habitué en estat de gens d'armes. Ung grant compaignon Habitué d'un mantel noir, in aliis Lit. ann. 1469. ex Reg. 195. ch. 265*.

† **HABITUATIO**, *Habitus*, vestitus, Gall. *Habillement*. Acta S. Godelevæ tom. 2. Julii pag. 425: *Viduam, inquam, decet simplex Habituatio*.

† **HABITUATIO**, *Vestis Religiosæ* susceptio, Gall. *Véture*. Schramb. Chron. Mellicens. pag. 421: *De ejus (i. Novitii) rasura et Habituatio*. Deinde ejus perseverantia considerata raditur et rebus Monasterii vestitur, toto tempore probationis tunicam exteriorem ferens albi coloris.

† **HABITUATI**, In Ecclesiis Cathedralibus seu Collegiatis Beneficentis Canonici ordine minores; frequentius hodie de Presbytero intelligitur sive Clerico, qui ac alicujus Ecclesiæ servitium se mancipavit, absque ullius beneficii titulo, certis pecuniarum distributionibus, juxta locorum consuetudines, contentus. Litteræ Francisci I. Regis pro reformatione S. Capellæ Paris. : *Tenebitur Thesaurarius dictæ Capellæ committere unum bonum distributorem, videlicet unum de Habituatis in dicta S. Capella*. Ibidem iterum de *Habituatis* post Canonicos et Capellanos occurrit mentio. Obituarium MS. Ecclesiæ Morinensis fol. 30: *Item in conductu processionali feretri B. Mariæ et in ejus regressu quilibet Habituatus de gremio Ecclesiæ Morinensis, et omnes alii supra in articulo præcedenti declarati cum aliis servitoribus in viagio dicti feretri ordinatis per Capitulum, quilibet percipit tertiam partem quatuor denariorum*. Item presbyter, diaconus, subdiaconus, chorista et duo *Habituati deferentes feretrum, ultra distributionem præfatam quilibet percipit tertiam partem quatuor denariorum*. Rituale MS. Ecclesiæ Cathedr. S. Stephani Tolos. : *Et Sacerdos vadit ad aspergendum altare magnum, et deinde descendit ad aspergendum Canonicos et alios Habituatos*. Instrum. ann. 1551. tom. 1. Ma-

cer. Insulæ Barbaræ pag. 276: *Idem R. Abbas Decanus et prior sæcularis S. Re-  
neberti Lugdunensis Diocesis ejusque in  
dicta Ecclesia et prioratu successores, res-  
pective super Canonici, presbyteris et  
Habitatis dictorum Ecclesiæ collegiatæ.*  
Occurrit in Instrum. ann. 1480. apud  
Miræum tom. 2. pag. 1341.

\* **HABITURIRE**. [Habere cupere: desi-  
derativum ab *Habito*. Plaut. Truc. 1. 2.  
47. Si arationes *Habituris*, ad pueras ire  
melius est.]

\* **HABITURIUM**, Idem quod supra *Habi-  
tantia* 2. Stat. Pistor. ann. 1107. apud  
Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi  
col. 559. § 124: *Nobiles homines Pistorien-  
sis districtus, qui videbuntur mihi conven-  
nientes et idonei, faciam jurare Habitu-  
rium civitatis Pistoriensis sine fraude;  
ex quo Habiturium civitatis Pistorii jura-  
verint, eis faciam rationem, et laudatos  
usus nostræ civitatis observabo.* Italis,  
*Abituro*, habitatio, domicilium.

\* **HABITURUS**, pro Habendus. Annal.  
Fuld. ad ann. 865. tom. 7. Collect. His-  
tor. Franc. pag. 172: *Condictoque inter  
eos placito de supradicta conventione  
apud Agrippinam Coloniam Habituro.*  
Occurrit præterea in Charta ann. 878.  
inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 99.

† 1. **HABITUS**, nude, de iis dicitur qui  
Monasticum habitum induere. Vita S.  
Declani Episc. tom. 5. Julii pag. 601: *Ma-  
lita jam millia Habitus utriusque sexus  
in illis plurimis locis sub cura et regula  
sanctissimi patroni Declani in vita felicis-  
sima vixerunt.* [\*<sup>2</sup> Inde *Habitus mutatio*  
et *Habitum mutare*, Monasticum habi-  
tum induere, passim.]

† **HABITUS REGULARIS**, Monasticus, in  
Addit. 3. ad Capitul. cap. 52. *Habitus  
religionis*, in lib. 7. Capitul. cap. 338. in  
Addit. 4. cap. 88. in Canon. Isaaci Episc.  
Lingon. n. 9. et in Capitul. Caroli C.  
tit. 7. n. 67. *Habitus religiosus*, in Capit.  
ejusdem Caroli tit. 27. n. 8. Interdum  
*Habitus religionis* usurpatur pro eo qui  
Sacerdotem decet. Ita in Addit. 3. ad  
Capitul. cap. 109.

\* **HABITUS NUPTIALIS**, pro *Superpel-  
licium*, Vestis linea clericis propria. Stat.  
synod. Tornac. ann. 1366. cap. 39. pag.  
24: *Capellani ecclesiarum, habentes cap-  
pellanias in ecclesiis curatis, non inced-  
dant, dum divina celebrant, nisi in habitu  
nuptiali, scilicet cum superpellicio.* Vide  
infra *Vestis nuptialis*.

\* **HABITUS SANCTORUM**, Monasticus,  
in Charta ann. circ. 1183. tom. 1. Probat.  
Hist. Brit. col. 692: *Qui Herveus circa  
finem vitæ suæ ad abbatiam se contulit  
et Habitum sanctorum suscepit, et ibi  
finem vitæ sortitus est.*

**HABITUS VENERABILIS**, Imperatorius,  
apud Victorem in Epit. in Constante.

† 2. **HABITUS**, Mendose pro *Ambitus*.  
Monast. Anglic. tom. 1. pag. 25: *Unde  
etiam aulas suas cæterasque domos neces-  
sarias intra Habitum curiæ S. Augustini  
ipsi habebant, ibique frequentius commo-  
nebant propter aerem liberioorem.* [\*<sup>2</sup> Pro  
*Abitus*, in Ekkeh. Cas. S. Gall. Pertz.  
pag. 99. lin. 34.]

† **HABLUERE**, pro Abluere, in vetusto  
Ceremon. MS. B. M. Deauratæ: *Tamen  
hospitalarius tenetur postmodum Hab-  
luere predictos amictos, et restituere pre-  
dicto sacriste amictos mundatos.*

\* **HABLUM**, Portus, navale, a veteri  
Gallico *Hable*, pro hodierno *Havre*. Lit.  
remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph.  
reg. ch. 198: *Johanne et Richardo de  
Mortuo mari in villa de Hannefleuer exis-  
tentibus supra Hablum, Gallice le Hable,  
dictæ villæ, etc. Le Able qui vient à Ha-*

*refleu*, in Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordi-  
nat. reg. Franc. pag. 243. art. 10. *Ordinat.  
et pors de mer* in aliis ann. 1374. tom. 6.  
earumd. Ordinat. pag. 47. *Havaire*, ead-  
em acceptance. Le Roman du cuens de  
Ponthieu in Glossar. ad calcem Joinvil.  
edit. reg.: *Tant crut la nés k'ele vint de-  
vant Aumarie, et quant il eurent Havaire  
pris, galles vinrent encontre aux, etc.*  
Vide *Habulum* et *Haula*.

† 1. **HABOUTARE**, Constituere, assi-  
gnare, Gall. *Assigner*. Charta Curie Sues-  
sion. ann. 1273: *Et super prædictis vi-  
ginti solidis... solvendis assignaverunt et  
Haboutaverunt prædicti Johannes et ejus  
uxor, prædictos Abbatem et Conventum...  
ad quartam partem prædictæ domus.* Ead-  
dem notione *Faire about d'ouvrage*, in  
Consuet. Montensi cap. 12. art. 6.

† 2. **HABOUTARE**, et **HABUTARE**, Gall.  
*Aboutir*, Terminari. Charta ann. 1254:  
*Quod videlicet (pratium) situm est inter  
pratium dicti Prioris ex una parte et pra-  
tium Guillelmi Vaorsoris ex altera, et  
Haboutans territorio de atrio ex una parte  
et Communi Excluserum ex altera.* Charta  
ann. 1295: *Situm in parochia de Maintru  
inter masnagium Ricardi dicti suloris ex  
una parte et queminum regale ex altera,  
Habutantem ad aquam currentem ex uno  
capite, etc.* Alia ann. 1298: *Domus et ma-  
sura sita est in mesnillo Monachorum  
juxta domum et masuram meam ex uno  
latere, et masuram Petri ex alio, et Ha-  
butat ad terram Roberti Franchais ex uno  
bouto, et queminum regale ex alio.* Vide  
*Abbutare* in *Butum*.

† **HABRA**, Famula. Gloss. Anglo-Sax-  
on. Ælfrici: *Ancilla, serva, Habra, vel  
dula.* Vide *Abra*.

\* **HABRIGONARIA**, Vicus Parisiis, ubi  
*Halsbergarum* officines habitant, vulgo  
*Haubergerie*. Lit. remiss. ann. 1355. in  
Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 233: *Theo-  
baldus, dictus Champagne, sellarius Pa-  
risius, in vico Habrigeonariæ commorans,  
etc.* Vide *Halsberga*.

† **HABUDARE**, pro Abundare. Litteræ  
Johannis Reg. Franc. ann. 1361. tom. 3.  
Ordinat. pag. 505: *Nos vero dictos mer-  
catores beguno favore prosequentes, et ut  
affluenciam in regno nostro suas merces  
defferant, et per hoc regnum nostrum co-  
piosius Habudabit, etc.*

† **HABUGHUNT**, et **HAPICHUNT**, Canis  
qui cum accipitre venatur: *Hapich* enim  
seu *Habich* Germanis est accipiter:  
*Hund*, canis. Lex Bajwar. ex Edit. He-  
roldi cap. 27. § 6. Vide *Canis Accepto-  
ricus*.

\* **HABUISIA**. [Contractus Navigii D. Re-  
gis cum Venetis ann. 1268. tom. 5. Hist.  
Franc.: *Et pro quolibet alio peregrino  
habando placam ab arbore de medio ad  
proram cum suis viandis et Habuisiis  
marcham unam, etc.* Ubi pro *Habuisiis*,  
leg. *Harnesiis*, ut monet D. Cangius] in  
voce *Placa*.

\* **HABULUM**, Portus, Gallis *Hable* et *Ha-  
vre*. Tabularium Monast. Fiscanensis  
fol. 41: *Laxavi... et dimisi Dom. Abbati  
Fisc. quidquid juris habebam... in portu  
et Habulo et villa sua de S. Valerico, etc.*  
[Charta Henrici Malcoinduit Vicecomit.  
Blosse-villæ ann. 1240. apud Valesium  
in Notit. Gall. pag. 211: *Ego in portu  
sive Habulo suo de S. Walarico nullum  
jus sive libertatem aliquam habeo emendi,  
etc.*] Vide *Haula* et *Hablum*.

† **HABUNCOLUS**, pro Avunculus. Præ-  
ceptum Childeberti ann. 697. apud Ma-  
bill. Diplom. pag. 479: *Ibique veniens  
venerabilis vir Magnoaldus Abba de Mo-  
nasterio Thunsone-valle, quem Habun-*

*colus suos domnus Chardericus quondam  
Episcopus suo opere ædificavit.*

† **HABUNDA**, Abundantia. Computus  
ann. 1407. apud Kennett. Antiquit. Am-  
broden. pag. 548: *Propter Habundam  
casei maximam ubique in tota parochia  
hoc anno.*

† **HABUNDANTIA**, pro Abundantia, in  
Præcepto ann. 884. apud Mabill. Diplom.  
pag. 550.

† **HABUNDUS**, Largus, copiosus. Rat-  
bertus de Casib. S. Galli cap. 11: *Abba-  
tes cum fratribus eo die mensæ aderant,  
de communi et privatim collectæ fiunt, et  
Habundam caritatem faciunt.*

\* **HABUS**, Φαδός, in Gloss. Gr. Lat. MS.  
et edito, forte *apeæ*: nam id Φαδός sonat.  
[Suppl. Antiquarii: *Habus, φαδός, Ecclis,  
splendidus.*] [\*<sup>2</sup> Vide Scaliger. epist. 334.]

\* **HABYSE**. Benzo in Panegyri. Henr.  
IV. imper. apud Menken. tom. 1. Script.  
rer. Germ. lib. 4. cap. 22: *Non est, cui  
possim dicere: Stemus simul; quia si  
non omnes, plures tamen de ordine Ha-  
byse infecit pestis Patarie.* Ubi legen-  
dum *Abiæ*, ut sacerdotis indicentur  
secundum Evangelium Lucæ cap. 1.  
auctor est Muratorius tom. 5. Antiquit.  
Ital. med. ævi col. 86.

\* **HACCETENUS**, et **HOCCEIDIE** [Scri-  
bebant antiqui pro *Hactenus*, et *Hodie*.  
Ita *Mar. Victorin. p. 2457. Putsch.*]

\* **HACCUS**, perperam pro *Nactus*, Stra-  
gulum, quo totus equus insternitur, in  
Bulla Leon. IX. PP. ann. 1054. ex Con-  
tin. magn. Bullar. Rom. pag. 1. col. 2:  
*Confirmamus tibi omnia, quemadmodum  
in privilegiis patrum nostrorum apostoli-  
corum virorum sunt inscripta, crucem  
videlicet, et pallium suo tempore suoque  
loco ferendum, insigne quoque sustivi  
(leg. festivi) equi, quem Haccum vocant  
nostri Romani.* Non rectius editum *Nac-  
cum* apud Miræum tom. 2. pag. 1132.  
col. 1. Vide *Nactum*.

† **HACELELIA**, vox Hispanica, f. Fasci-  
ola, diminutivum a fascia, vel fascio-  
lum, operimentum capitis. Scriptura  
Principis Adalgastri pro Monasterio S.  
Mariæ de Obona tom. 3. Conc. Hispan.  
pag. 90: *Damus... sex sabanas, duas lite-  
ratas et quatuor sine serico, et tres Hace-  
lelias et duas stacatas et una cappa serica  
et tres calices.*

\* **HACETA**, Securila, Gall. *Petite ha-  
che*. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 126.  
Chartoph. reg. ch. 179: *Quandam Hacet-  
tam, quam habebat dictus reus, recepit.*

† **HACHERIA**. Vide in *Harmiscara*.

\* **HACHETA**, Eodem intellectu. Lit. rem-  
miss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph.  
reg. ch. 413: *Dictus defunctus Bernardus...  
misit quæsitum in domum suam  
quandam securim seu Hachetam, etc.* Se-  
cures propria, tam veterum, quam mo-  
dorum Gallorum, fuisse arma, ob-  
servare est non apud antiquos Scriptores  
duntaxat, sed et in recentioribus Ins-  
trumentis, in quibus pro variis formis  
regionibusve, ubi in usu erant, variis  
nominibus distinguntur. Lit. remiss.  
ann. 1399. in Reg. 154. ch. 532: *Portant  
une grande Hache à son col, laquelle avoit  
bien trente deux poses d'alemelle ou  
environ.* Alia ann. 1460. in Reg. 189. ch.  
485: *Une longue guisarme ou Hache,  
nommée Hache de Crequi. Un baston que  
l'en nomme ou pais (de Vimeu) Hache  
de Crequi, in aliis ann. 1467. ex Reg.  
195. ch. 2. Alia ann. 1461. in Reg. 198.  
ch. 119: *Le suppliant avoit une Hache de  
Crequi, qui est ung baston pointu  
comme une dague.* Rursum nostris *Ha-  
che Danoise*, Lorraine. Lit. remiss. ann.  
1375. in Reg. 108. ch. 120: *Le féry d'une**

*Hache Lorroise, tant que mort s'en ensui.* Aliae ann. 1390. in Reg. 138. ch. 266: *Gerard le frappa sur les épaules ou sur les bras un seul petit coup du plat d'une petite Hache Danoise qu'il portoit.* Vide *Hachia* 1. et *Secures*.

\* **HACHEYA**, **HACHIA**, Multæ honorariæ species. Gall. *Amende honorable*, quæ viris plebeis, ut *Harmiscara* militariibus, irrogari solebat. Arest. parlam. Paris. ann. 1313. in Reg. *Olim: Episcopus Belvacensis, ratione feodi sui et juris ecclesiæ suæ, dicebat ad se solum pertinere compellere homines de communia Belvacensi ad Hacheyam faciendam.* Aliud 16. Jan. ann. 1332: *Quandam pœnam imposuerant (major et pares Belvacenses) corporalem, quæ vulgariter Hachies nuncupatur.* Quæ conferenda omnino sunt cum iis, quæ leguntur in voce *Hachia* sub *Harmiscara*. Hæc vero multa honoraria Bellovacii olim fiebat Saxum quoddam ascendendo, unde reus ad forum publicum deducebatur ibi a majore et scabinis pecunia multandus.

† 1. **HACHIA**, *Securis*, a Gall. *Hache*. Instrum. ann. 1430. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 64: *Ictibus ensium et Hachiarum multiplicatis et resonantibus, sic quod erat quasi unum terribile nedum videre, sed audire.* Instrum. ann. 1282. apud Rymer. tom. 2. pag. 207: *Ita quod quilibet eorum (Coupiatorum) habeat unam bonam, magnam et fortem Hachiam vel securim ad grossas et parvas arbores succidendas.*

2. **HACHIA**, [Pœna quævis.] Vide in *Harmiscara*.

\* **HACHIATUS**. Decussatim delineatus. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg.: *Item duo alii morsus argenti deaurati et Hachiati ad vignetas.* Ibidem: *Item, una absconcia argenti deaurata operis Hachiati.* Aliud Gall.: *Item une esconce d'argent dorée Hachiée.*

\* **HACIATA**, *Mensuræ species*. Cbartul. S. Mart. Pontisar.: *Duas Hactatas salis, quas habetis in foro Pontisaræ unoquoque Sabbato, etc.* Vide infra *Haquetum*.

† **HACLA**, *Genus vestis*. Liber Representationum Historicarum in MS. Floriacensi XIII. sæculi, in Representatione peregrinorum Emmaüs: *Accedat quidam alius in similitudinem Domini, Hacla vestitus et tunica.*

\* **HACTARE**, pro *Actare*, Actionem intendere. Charta Gerardi episc. Camerac. ann. 1083. ex Tabul. S. Autb.: *Bernardus ejusdem ecclesiæ præpositus querelam quandam in præsentia mea pronuntiavit et Hactavit.*

† **HADA**, pro *Hida*, apud Th. Blount in *Nomolex*. Anglic.: *Sursum reddidit in manus domini duas acras terræ, continens decem seliones et duas Hadas.* Hinc

† **HADAGIUM**, pro *Hidagium*, in Charta Henrici VIII. Reg. Angl. ann. 1526: *De terragio, ac scotto et geldo, Hadagio, etc.* Vide in *Hida*.

**HADERUNGA**, *Vox Saxonica, Personarum acceptio, ab had, persona, et arung, honoratio, admiratio.* Leges Ethelredi: *Judicia debent esse sine omni Haderunga, quod non parcatur diviti alicui vel egeno, amico vel non amico jus publicum recitari.*

\* **HADES**, *Tortiles ex virgultis laquei, pro Harges.* Vide in hac voce. Charta Milon. de Marchais ann. 1210. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 122: *In nemoribus nostris poterit quilibet homo de tallia villæ de Marchais accipere Hades et chavignon, et quidquid necesse fuerit pro carruca sua.*

\* **HADOX**, *Piscis genus sale conditum.*

Tract. MS. de Pisc. cap. 119. ex Cod. reg. 6888. C: *Est aselli species, quem salitum a Britonibus Hadox quidam vocant.*

† **HADRIANEA**, **HADRIANALIA**, *Ludi in honorem Hadriani Aug. celebrati.* Vide Hofman. in hac voce.

\* **HADUBBA**, *Tubæ species, ut videtur.* Andr. Floriac. MS. lib. 1. Mirac. S. Bened.: *Satrapæ vero in centuriis et militibus cum innumerabili Argiraspidarum agmine cominus subsequentes æreis Hadubbis, nervis et manibus personabant.*

† **HÆCCEDORA**, **HÆCCEDOGE**, *Cantiones in carminibus.* Papias.

† **HÆDULARE**, *ἡλιζαῖν*, *Ludere.* Gloss. Lat. Græc.

† **HÆLIX**, *ἑλιξ*, *Elix, sulcus aquarius,* in Supplem. Antiquarii.

† **HÆMODIA**, *Infestatio dentium et gengivarum ob acida et austera.* Lex. med. in Amalth.

† **HÆMORRHUS**, Gr. αἱμορροῦς, *Viperæ species, colore arenoso, per corpus vero notis nigris et albis variegata, ut ait Aëtius, quæ morsu sanguinem elicit, a Gr. αἱμορροῦσῶν, sanguinem fundo.* Plura videtis apud Hofman.

\* **HÆNA**, *mendum pro Cauda, Pergameni scilicet pars resecta, cui bullæ cereæ ac sigilla, quibus Chartæ muniri solent, aptantur.* Vidimus ann. 1383. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 291: *Litteras regias in pergamo scriptas, sigillo magno regio cereæ communis cum Hæna dupplici impendenti, etc.*

\* **HÆRA** **FALCONI**. Vide supra *Æra* 4.

† **HÆREDARE**, *Jure hæreditario habere, possidere.* Charta Eduardi III. Reg. Angl. ann. 1342. apud Rymer. tom. 5. pag. 331: *Cum quædam conventiones inter nos ex parte una, et nobilem virum Almaricum de Clizon tutorem et curatorem Johannis de Britannia filii et hæredis Johannis Ducis Britannicæ et Comitiss de Monteforti, pro dicto Johanne filio, et de dicto ducatu Britannicæ Hæredato et seisisio.*

1. **HÆREDES** *nude, interdum feudi paterni appellatione addita, dicebantur apud nos, Nobilium filii ac hæredes, qui parentum hæreditatem, quoad feuda, adire non poterant, donec 21. annorum attigissent ætatem; cum interim eorum tutores, ac Custodes, prædiis pupillorum feudalibus fruerentur, et eo nomine militariibus obsequiis ac servitiis obnoxii hominia dominis præstarent. Quod potissimum inductum constat, in favorem dominorum feudaliū, quorum intererat vassallos habere, qui feudalia omnia servitia possent adimplere. Idque jus est tutelæ Nobilis, quæ in Gallia adhuc observatur, et in Anglia ac Normannia Regi defertur, censeturque inter jura regalia. Pupilli vero, minores ætate, quibus nullum fere jus erat in bonis paternis, quorum ususfructus erat penes tutores, qui eos alere et educare habita conditionis et dignitatis ratione tenebantur, eorumdem bonorum Hæredes tantum nuncupabantur, tanquam solum iis aliquando fruendi jus competeret, eorumque adipiscendorum, hæreditatis adeundæ instar, spe alerentur: quo etiam sibi iis in bonis, quorum dominos sese inscribebant tutores, jus esse indicarent, licet possessionem nondum adissent. Habetur in Tabular. Majoris Monasterii fol. 159. Charta *Gaufredi Comitatus Andegavensis naturalis Hæredis*, subscripta, a *Fulcone Vindocinensium Comite naturali.* Et fol. 118: *Auctoramentum super hoc expetivimus Fulconis, qui Vindocinensis comitatus naturalis Hæres est, obtinente eum avunculo suo**

*suprataxato Comite Gaufredo, honoris hujus aliquando experts remanserat.* Exstat in Archivo Ecclesiæ Ambianensis Charta ann. 1221. in qua Bernardus Hæres, Robertus vero de Bova, *Baillivus terræ de Morolio* inscribuntur. Nempe Robertus tutorio jure Morolium tenebat, Bernardo adhuc in pupillari ætate constituto. Hinc frequenter in Catalogo *Militum ferentium Bannerias*, Philippo Augusto regnante, *Hæredes* legitimus de *Veteriponte, de Vaurin, de Carency, de Roye, de Ponte S. Maxentii, de Triangulo, etc.* et apud Willelm. Britton. lib. 7. Philipp. pag. 171: *Et Hæres Hugo Novi castri.*

Hujus porro moris, quo *Hæredum* tutores dominos sese inscribebant feudorum pupillarium, complura exempla proferunt Scriptores. Lambertus Ardensis pag. 150. scribit Balduinum Bethuniensem, *mortuo Albemarlæ Comite, imprægnatam ejus viduam duxisse uxorem, et Albemarlæ factum fuisse Comitem et nominatum.* Idem Scriptor tradit, Arnoldum I. Ardensem Dominum, ducta Clementia Hugonis Comitiss S. Pauli vidua, ejus filiorum impuberum tutelam suscepisse, factumque S. Pauli Comitem. Robertus Ludovici VI. Regis Franciæ filius, ducta Rotrodi Comitiss Perticensis vidua, susceptaque filiorum Rotrodi tutela, Comes Perticensis dictus est. Idipsum de Edmundo Lancastricæ Comite prodit Pithœus, qui ducta in uxorem Blanca, Henrici III. Comit. Campaniæ vidua, Comitem se Campaniæ inscripsit, Joannæ *Hæredis* jure, cujus tutelam susceperat, et quæ postmodum Regi Philippo Pulcro nupsit. Exstat ejusd. Edmundi Charta ann. 1277. in Tabul. Eccl. Meld. hoc initio: *Nous Eymond sieuz le Roy de Engleterre, de Champagne Cuens Palasins, faisons à savoir, que come teñcons fut entre nous pour la raison de Voir de Champagne, que nous tenons en nostre garde, d'une part, etc.* Denique Ingelrannus Codiciaci Dominus, Comitiss Ruciæ. et Comit. Pertic. viduis in uxores ductis, Ruciæ, ac deinde Perticensis Comes appellatus est, quod utriusque hæredum tutelam nactus esset, ut refert Duchesnius in Hist. Codiciaci. lib. 6. cap. 6.

Sed et constat, servatum fuisse eum morem in ipsis Regnorum et Imperiorum successioneibus. Observant quippe nonnulli, atque in iis Beslius, Francicum Regnum delatum Pipino, quo illud regeret tutorio jure, Childerico III. adhuc impubere. Nec in alium finem data Odoni Aquitanicæ Duci Regia dignitas: tutela quippe Caroli Simplicis a Francis donatus, ut majori auctoritate Regnum gubernaret, in Regem coronatus est. Chron. Floriacense, Continuator Aimoini lib. 5. cap. 42. et Chron. Besuense pag. 526: *Ex his majorem natu Odonem Franci Burgundiosaque congregati in unum, licet reluctantem, tutorem Caroli pueri, Regnique elegere gubernatorem, quem unxit Galtherius Archiepiscopus Senonum.* Conditionem addit Albericus ann. 994: *Ad reprinendam quorundam insolentiam superbiorum, et retinendam late bacchantium rabiem Normannorum, de consensu Principum, consensus ad regalis coronæ gestamen concessus est Odoni, quousque spatia Regius Puer nondum ad regnum idoneæ percurrisset ætatis.* Chronic. breve ex Bibliot. Thuana: *Deinde inito consilio Francorum, electus Odo in regnum ad tempus.* Chron. Turon.: *Odonem... Regem sibi præficiunt, eique Carolum pue-*

*rum custodiendum tradunt tali pacto, quod post 7. annos Carolo puero regnum Franciæ relinqueret, et Odo Regiis insignibus depositis, Dux in posterum remaneret, retento nomine Regis et honore.* Ordericus Vitalis lib. 7. et Chron. S. Petri Vivi: *Ludovicus Rex Francorum, Caroli Calvi filius, reliquit filium suum parvulum Carolum, qui Simplex vocatur, cum regno, in custodia Odonis Principis.* Denique Philippus Mouskes, de eodem Odone:

Si fissent li François le don  
Del royaume al Conte Wedon,  
Pour garder en liu de droit oir,  
Ki la terre devoit avoir,  
Por çou con tenoit à sage,  
Tant que l'Enfes auroit eage,  
Et pour la terre conforter  
Li fissent couronne porter.

Balduino II. Imperatore CPolitano adhuc in puerili ætate constituto, necdum rebus gerendis, iisque difficillimis, idoneo, ut qui vix annum ætatis 12. attigisset, Galli, qui Constantinopoli, et in toto Imperio Orientali, sedem fixerant, consilio habito, eligendum Principem censuerunt, qui Imperium, quoad Balduinus legitimam esset consecutus ætatem, administraret, et contra hostium incursum et conatus fortiter tutaretur. Eam in rem delectus Joannes Briennensis Exrex Hierosolymitanus, qui et filiam Balduino pacisceretur, et Imperium tutoris vice administraret, concessio insuper Imperatoris titulo, eoque, ut mos est Imperatorum, solenniter coronato, hac tamen conditione, ut quando Balduinus suæ tutelæ factus esset, Imperio cederet, illudque genero resignaret: quod pluribus prosecuti sumus in Historia nostra Gallo-Byzantina lib. 3.

Nec alio denique jure Philippus V. et Carolus Pulcher Reges sese inscripserunt Navarræ, quæ erat Joannes eorumdem ex fratre Philippo IV. Rege Franciæ et Navarræ neptis, cujus, adhuc infra pubertatem constitutæ, tutelam et Regni curam suscipere, usurpato regio titulo, quo iis majus in administrandis Regni negotiis accederet pondus, uti observat Tillius. Exemplo quoque Francorum Arsenius Patriarcha CP. corona donavit Michaellem Palæologum, Joannis Lascaris Imperatoris tutorem a patre relicto, addita ea conditione, ut Imperium administraret et regeret, quoad Joannes suæ tutelæ factus esset, sicuti narratur a Nicephoro Gregora lib. 4. Verum ea fidei integritas, quam in nostris mire prædicat Nicetas Choniates, a Græcis nusquam servata fuit.

Prædictis addo solenne ea tempestate fuisse, ut legitimis Regnorum et possessionum hæredes eo hæredum titulo tantummodo donarentur, quamdiu in tutorem potestate essent, penes quos jure tutelæ nobilitas, quæ passim in nostris Consuetudinibus municipalibus *Garde* vel *Bail noble* appellatur, pupillarium possessionum, ut ita dicam, dominium, vel, si mavis, administratio remanebat: quorum etiam nomine hominia supremis dominis exhibebantur, non vero pupillorum. Unde et fluxit mos, diu apud nostros servatus, teste supra laudato Tillio, ut in Gallia litteræ omnes, quæ in Cancellaria conficiuntur, Tutorum Regni et Rectorum nomine inscriberentur, non Regis, ut qui nulla per ætatem fungeretur administratione: contentus ut plurimum sola hæredis Regni appellatione, quo legitimum in eo jus sibi esse cunctis notum esset. Ita Joanna Henrici Navarræ Regis et Campaniæ

Comitis filia, quamdiu in pupillari fuit ætate, Regnumque, quod ad eam jure hæreditario spectabat, a Philippo III. Francorum Rege administratum est, nulla alia quam ejusdem Regni hæredis donatur appellatione a Nangio in Gestis ejusdem Philippi pag. 529. 534. Sic apud Froissartem, *Hæredem Glocestriæ* legimus filium Ducis Glocestriæ, cujus tutela penes Angliæ Regem erat. Eo denique sensu Conradus junior, Friderici Imperatoris ex Isabella Hierosolymitana filius, *Hæres regni Hierosolymitani* nuncupatur in Chron. Elvangensi sub ann. 1246. Isabella quippe matre extincta, cum Conradus longe abesset, nec spes esset proxime affuturum, Franci Hierosolymitani, Regium titulum, et Regni curam Alisiæ et ejus marito Hugoni Cypri Regibus contulere, hominumque præstitere, salvo tamen jure Conradi, inquit Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 16. Ejusmodi porro *Hæredum* mentio est præterea in Quoniam Attachiam. cap. 91. 92. 93. 94. 95. et in Fleta lib. 1. cap. 9. 11.

SECUNDUS HÆRES, *Nepos*, in Glossis antiquis.

ULTIMUS HÆRES, JC. Anglis dicitur, qui ex legitimo matrimonio natus, moritur nullo post se legitimo hærede relicto. Illius porro successio non solum fisco, sed cuilibet capitali domino competit, ut est in Regiam Majestatem lib. 2. cap. 55. Id JC. nostri *Droit de desherence* vocant, cum scilicet nullus adest hæres, de quo ii passim.

\* *Her*, pro *Héritier*, Hæres, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 18: *La royne de Jérusalem, qui estoit droite Her du royaume, etc.* Libert. de Chagny ann. 1282. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 331. art. 7: *Deissent et affermessent lidiz pseudommes que il ne sont tenuz de sigre les Hers monsieur Philippe de Montagu.* Hinc *Hérage*, Genus, vulgo *Race*, extraction. Charta ann. 1445. in Chartul. Latiniac. fol. 42: *Que s'il est aucun qui se die noble et de noble Hérage... Or estoit ainsi que ledit Sasseville si estoit et est noble de noble Hérage.*

HÆRES, Is cujus hæreditas speratur. Acta Martyrii S. Vassii Santonensis n. 2: *Audivi de Hærede tuo Vassione, quod omnia per suam stultitiam pauperibus dispergere non cesset, et tibi, qui hæres ejus es, nihil reservet.*

HÆREDITAS LUCTUOSA, Quæ ad parentes ex morte filiorum obvenit, id est, quarta portio de rebus filiorum, uti est apud Anianum ad leg. 2. Cod. Th. de Inoffic. testam. [Judicium ann. 1030. in Append. Marcæ Hispan. col. 1045: *Tempore autem quo crevit prædictus Miro et voluit capere hereditatem sive immeliorationem, mater ejus jam dicta propter quasdam Hereditates Luctuosas filiorum suorum, quas relinquebat in rebus jam dicti Guillelmi, etc.] Vide Legem Wisigothor. lib. 4. tit. 2. § 18.*

\* 2. HÆREDES, Iidem qui *Hæreditantes*, libertate donati legitimam hæreditatem adire poterant. Charta ann. 1201. ex Chartul. Pontiniac. lib. 5. ch. 25: *Homines quidam de Venossa, qui vocantur Hæredes, vel alii, habent usagium in prædictis nemoribus.* Nisi, quod forte potius est, intelligantur ii, qui ex alio dominio alicubi sedem fixerunt, ibique bona immobilia possident. Vide *Hæreditagium* 2. Et certe *Héritié*, ea notione, occurrit in Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 374. art. 1: *Chacun an à certain jour, les chiefs d'ostel Héritez de ladicté ville* (de Tournay), etc. Charta

ann. 1481. in Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 318: *Considérans que icellui Jehan de Meritain escuier* (Bernois) *a entention de soy Héritier et demourer en nostre royaume, etc.* Vide supra *Habitantia* 4. [Confer de hisce vocibus Beselerum *über die Erbverträge* tom. 1. pag. 14. et Haltausii Glossar. German. col. 355. voce *Erbe*, etc.]

HÆREDIPETA, Hæres proximior. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 70: *Et nullus Hæredipetæ* (perperam hæredipede) *suo propinquo vel extraneo, periculosa sane custodia, committatur.* [Concilium Compostell. ann. 1114. can. 18. inter Hispan. tom. 3. pag. 324: *Cæterum ne quis Hæredipeta, ne quis sycophanta usurpative accedat, etc.* Jo. de Janua: *Hæredipeta, qui alterius hereditatem petit vel cupit.*]

1. HÆREDITABILIS, Qui rem avitam et hæreditariam possidet. Fulbertus Carnot. Epist. 96: *De te Domine mi, valde miror, qui me tam præpropere causa indiscussa tuo beneficio judicabas indignum. Nam si respiciatur ad conditionem generis, daret Dei gratia, quod Hæreditabilis sim. Si ad qualitatem beneficii, constat, quia non est de tuo fisco: sed de his, quæ mihi per tuam gratiam habui, etc.*

\* 2. HÆREDITABILIS, Dicitur de re, quæ ad aliquem spectare debet. Tabul. S. Sergii Andegav.: *Burchardus frater suus, cui causa Hæreditabilis erat, ad hanc causam auctorizandam vocatus non fuit.* Nostris *Rente hérédital* nuncupatur Pensio annua in prædiis et possessionibus assignata. Charta ann. 1366. in Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 200. vº: *Que yeulz héritages soient bailliez... à certaine rente Hérédital à vie ou à temps.*

† HÆREDITABILITER, Jure hæreditario. Charta ann. circ. 1140. apud Madox Formul. Angl. pag. 40: *Noverint tam præsentis quam futuri, quoniam molendinum de Lee, quod bonæ memoriæ Walterius Coventrensis Episcopus dedit Wilhelmo pistori et hæredibus suis Hæreditabiliter tenendum.* Ibidem recurrit semel et iterum. Vide *Hæreditaliter*.

\* Nostris *Héritablement*, *Héritablement* et *Irétaulement*. Charta Walt. comit. de Avesn. ann. 1238. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1007: *Trois cent livres de blancs cascut an à prendre Héritablement à men winnage d'Avesnes.* Alia ann. 1247. ex Tabul. S. Crisp. in Cavea: *Robert de Parnant chevalier soloit avoir à mon molin de Berzy demy muy de bled chascun an Irétaulement, que il tenoit en fié de mes ancesseurs.* *Hirétaulement*, in Ch. ann. 1293. ex Chartul. 21. Corb. *Héritablement*, in alia ann. 1332. ex Chartul. 21. Corb. *Héritablement*, in alia ann. 1332. ex Chartul. S. Mart. Pontisar. fol. 28. Vide infra *Hærediter*.

HÆREDITAGIUM, Pars, quæ hæredi obvenit. Charta Luitgeri postmodum Episcopi Mimigardens.: *Tradidi... pro remedio animæ... dimidietatem hæreditatis meæ, quæ mihi jure paterno et lege hæreditaria... contingit.* [Litteræ Philippi Reg. Franc. pro Guidone Episc. Lingon. ann. 1285. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 213: *Quia dicta villa cum suis pertinentiis de Hæreditagio carissimæ consortis nostræ Johannæ movere seu pertinere noscuntur.*]

HÆREDITAGIUM, Possessio, prædium, *Heritage*, in Constit. Sicul. lib. 3. tit. 8. [Statuta reform. S. Claudii sub Nicolao V. PP. ann. 1448: *Super quibus Hæreditagis vel personis, cujus conditiones, quando et qualiter solvere debeant, ulte-*

riorem declarationem faciendam ordinamus. Statuta Collegii Plesssei ann. 1466. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 986 : *Sed nec Hæreditagia, terras, dominia, vel jura ipsius collegii ultra novem annos ad firmam tradant, etc.* Apud Anglos, hæres is tantum intelligitur, in quem prædia et res immobiles transeunt : res enim mobiles executorum sunt. [Vide *Hæreditagium* 2.]

† **HÆREDITAMENTUM**, Id omne quod jure hereditario ad hæredem transit, ac præsertim res immobiles. Charta ann. 94. regni Henrici VIII. Regis Angliæ apud *Madox* Formul. Angl. pag. 288 : *Concessi, barganizavi, vendidi... teneamenta, prata... et Hæreditamenta mea quæcumque cum pertinenciis in Esthroppe prædicta.*

**HÆREDITANTES HOMINES**, [f. Manumissi, liberti, *Hæreditantes* dicti, quod eorum id præcipuum erat privilegium, ut succedere possint ; nisi iidem sunt qui *Heresiotæ* infra nuncupantur. Vide *Hæresis* 2.] Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis : *Terminatur ab uno latere terra franchilium hominum, et ab alio terra Hæreditantium virorum, a tertio vero latere una stricta via, sicut istis terminis concluditur.* [\* Vide *Hæredes* 2.]

† 1. **HÆREDITARE**, Succedere, hæreditatem obtinere, Gallis *Hériter*. Concilium Tolet. VIII. inter Hispan. tom. 2. pag. 546 : *Verum quæcumque ordinata fuerint, Hæreditabant gloriam successoris. Propria eorum* (leg. *successores propria eorum*.) Charta Caroli Regis Hungariæ ann. 1327. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 481 : *Si vero sæpe dictum filium nostrum habendo filiam vel filias mori contingeret, ex tunc ipsa vel ipsæ, juxta consuetudinem ipsius Hungariæ observatam, succedere et Hæreditare debent.* Vide *Hereditare* 1.

† 2. **HÆREDITARE ANIMAM SUAM**, In proprios usus reservare, Gall. *Reserver pour son usage, pour son entretien*. Charta 90. Chartularii S. Martini de Camarcio, vulgo *Chamars*, in territorio Dunensi : *Quando dedit filiam suam Gaufrido Normanno cum quadam parte terræ suæ, totam terram suam quæ est a loco qui dicitur Charistra usque ad molendinos de Morciis ad animam suam Hæreditandam retinuit.*

\* Vel potius, Piis donationibus animæ suæ salutis testamentum providere. Chartul. Celsin. ch. 862 : *Ego Oda dono... Celsiniensi loco omnem rectum et concensum, tantum quantum ipsa jure hæreditatis ex parentibus meis habebam in clausum, qui est prope ecclesiam, quæ est constructa in castello de Monteaucto, ut ab hodierna die fratres ejusdem ecclesiæ quitiam, et absque ullo contradicatore teneant, ... nullique amplius mortali hominum ex mea progenie ullum censum reddant, quoniam ego ad mortem meam Hæreditavi animam meam.*

3. **HÆREDITARE**, Possessionem dare rei alicujus : *Adheriter*. Anastasius in Hist. Eccl. pag. 58 : *Ab hora vero, qua promoverentur, neminem habere licentiam disponendi ; sed omnia ipsius venerabilem domum Hæreditari.* Theoph. *ἀρρονοπέτη*. Thwroczius in Petro Rege Hungar. cap. 38 : *Ac bona quantitate de terra eundem Hæreditare non omisit.* [Epistola Sanctimonialium Blasiliensium ad Urbanum II. PP. apud Mabill. tom. 5. An. nal. pag. 654 : *Temporibus igitur priscis, matrona quædam, nomine Ermergarda Comitissa... Monasterium Blasiliæ in prædiis suis constituit, atque circa adjacentibus campis et villis et Ecclesiis Sanctimo-*

*niales Deo servientes ibi unde viverent Hæreditavit.] Vide Adheredare, et Hereditare 2.*

\* *Nostris Ariter, Ayreter et Hériter.* Charta apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. pag. 206 : *Tunc utique jam fatus episcopus percunctavit quemadmodum oratorium præfatum Hæreditare præfiniret.* Charta ann. 1266. ex Chartul. S. Auberti Camerac. fol. 68 : *En laquelle terre li église devant dite est entrée et Arités bien et loyaument par nos et par nos homes et par nos volenté. Alia ann. 1293. ex Tabul. eccl. Camerac. : Jehans comme sires en Ayreta maistre Jakemon de Marli canone de l'église ;... et Michiel de Paillencourt... comme li secons sire græa et otria l'Ayretance et l'amortissement de cele disme. Alia Car. Valesii comit. Alenc. et Joan. ejus uxoris ann. 1330. ex Tabul. Carnot. : En saisissons, Héritons et revertsions et douons corporellement, réalement par le bail de ces présentes lettres, etc. Vide supra *Adheredare*.*

† **HÆREDITARIE**, Aliquid *Hæreditarie* possidere, i. e. ita possidere, ut filius tuus neposve, te mortuo, possideat : apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 544.

1. **HÆREDITARIUM**, Hæredes, *Héritiers*. Ditmarus lib. 6. pag. 77 : *Et nos in Ecclesia majore cum funere intrantes, amici cum Hæreditariis omnibus, elevatis cum luctu manibus, miserabiliter suscipimus.*

† 2. **HÆREDITARIUM**, Domini, quibus dominium, possessio alicujus rei competit. Charta ann. 1240. ex Chartul. S. Vandregesili tom. 1. pag. 11 : *Accepi a dominis meis viris Religiosis Roberto Dei gratia Abbate S. Vandregesili et ejusdem loci Conventu, quamdam masuram terræ... tenendam mihi et hæredibus meis de dictis Religiosis et Hæreditariis possidendam quiete et pacifice.* Litteræ Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1409. apud Rymer. tom. 8. pag. 611 : *Dicendo se Hæreditarium et Dominum dictæ placæ de Camarsac, placam illam fortificare incepit.* Vide *Consuetudines Insulens.* art. 232. Hannon. cap. 59. 69. etc. Montens. cap. 12.

† **HÆREDITARIUM**, Hæreditas. Charta ann. 1239. tom. 1. Chartul. S. Vandregesili : *Sciant omnes... quod ego... vendidi et omnino dimisi Roberto Dei gratia Abbati S. Vandregesili et ejusdem loci Conventui quidquid jure Hæreditarii habebam in molendinis de fontibus in Braio.* Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 127 : *Ipse dicit quod nunquam denarios illos, nisi de suis Hæreditariis venderet, reddere valeret.* Vide *Hereditarium*.

\* **HÆREDITAS**, Vide in *Hæredes*.  
† **HÆREDITAS**, pro *Alode* nonnunquam occurrit in Speculo Saxon. teste Calvino in Lex. Jurid. Vide *Hereditagium* 2. *Hoirrerie*, pro *Hoirie*, Hæreditas, in Libert. hominum de Boussac ann. 1427. ex Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 42 : *Par droit de succession et Hoirrerie, etc.*

\* **HÆREDITATUS**, Qui jure hereditario possidet, nostris *Hérité*. Arest. ann. 1355. 12. Mart. in vol. 4. arestor. parlam. Paris. : *Quod dicta filia erat Hæreditata de septentis* (leg. septingentis) *libratis terræ ex successione patris ejusdem.* Charta Phil. Pulc. ann. 1312. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 416. r. col. 1 : *De laquele rente nous voulons que desoren-droit ladite Jehanne soit doée, et li hoir, qui de eus naistront, Hérité.*

**HÆREDITORIA CHARTA**, EPISTOLA, qua scilicet quis filiam suam naturalem, quam ex ancilla suscepit, ingenuamque, ac *Denariam* ante Regem factam, ad hæreditatem suam vocat. Hujus formu-

læ exstant apud Bignonium in Formulæ vet. cap. 46. et 49.

† **HÆREDIUM**. Acta S. Marcelli tom. 2. Jan. pag. 12 : *Maecentius peior prioribus, regni infortunio sortitus imperium, ut regnandi, ita sæviendi in Christianos obtinuit Hæredium.* Quod nos Galli dicemus : *Il a hérité de sa haine contre un tel.*

\* **HÆRERE SE**, propius accedere. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 48 : *Locusta ambulatoria : intus homines ducentes eam, possunt se Hærere muro, aut prope murum castelli, et defendere se a saxis hostium ac missilibus.*

† **HÆRES**. Vide in *Hæredes*.

**HÆRESEUS**, HÆRESISTA, Hæreticus. Carolus M. de Cultu Imag. in Præfat. : *Nonnunquam incredulorum vel Hæreseorum impellitur infestationibus.* Occurrit et lib. 1. cap. 26.

**HÆRESISTA**. Henr. Knygthon. ann. 1383 : *Cæteri sui Hæresistæ discipuli et complices.*

**HÆRESIANUS**, apud Will. Briton. lib. 12.

† **HÆRESIARCHA**, Hæreticæ alicujus doctrinæ princeps et auctor. Epistola R. ad D. Episc. Viridunensem ann. 890. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 233 : *Gog autem tectum, Magog de tecto interpretatur. Et Gog quidem Hæresiarchas, id est, principis hæreseum ; Magog vero a Gog deductum nomen eorum sequaces et adjutores intelligimus.* Actio 2. Synodi Leonis PP. III. adversus Felicem : *Quia non solum Hæresiarcha dudum de adoptione in Filio Dei latrans factus est. Et alibi passim.*

† 1. **HÆRESIS**, Præstationis species, forte multa quæ ab iis qui hæreseos convincebantur solvenda erat. Compositio inter S. Ludovicum Franc. Reg. et Abbatem Crassensem ann. 1248. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1039 : *Quæ feuda novimus esse libere restituta Ecclesiæ predictæ, et concessa cum fæidimentis et Hæresibus quæ poterant evenire in domaniis et feudis ipsius ecclesiæ.* Ibidem : *Et omnia fæidimenta et Hæreseæ, etc.* Charta Philippo III. Regis Franc. ann. 1273. apud Stephanot. part. 1. Antiqu. Bened. Occitan. MSS. pag. 404 : *Hæresibus insuper et fardimentis* (leg. *fæidimentis*) *quæ inibi sicut in aliis villis monasteriorum terræ illius habemus, salvis quoque, etc.* Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex Lib. viridi fol. 53 : *Cum medietate jurisdictionis altæ et bassæ et cum incurso Hæresis et fæidimentorum.*

2. **HÆRESIS**, Ἀἵρεσις, Functio quævis. *Hæresis navalis*, in leg. 9. et 10. Cod. Th. de Præd. Navicular. (13. 6.) Hinc *Hæresiotæ*, functioni, conditioni obnoxii, maxime navali, leg. ult. D. de Collegiis. (47. 22.)

\* 3. **HÆRESIS**, Sortilegium, veneficium nostris *Héresie*. Lit. remiss. ann. 1446. in Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 46 : *Laquelle Jaquette et aussi son mary estoient notoirement et publiquement diffamez et accusez de cas de Héresie et faicturerie, et avoir donné, ou fait avoir plusieurs maladies à plusieurs personnes.* Aliæ ann. 1464. in Reg. 199. ch. 474 : *George Vernoyz fut accusé de crime de Héresie et de faire mourir et languir par sort et art magique plusieurs gens et bestail.*

\* **HÆRESIUM**, f. pro *Harnesium*, Vestimentum. Rather. Veron. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 921 : *Corpus vero totum tanto studio comitur, ut Hæresium ipsum, quod solo frigidis debuerat obtentu parari, etc.*



† **HÆRETICALIS**, Hæreticus, erroneus, in hæresim inducens. Bulla Johannis Episc. sub Eduardo III. Rege Angliæ ann. 1327. apud Rymer. tom. 4. pag. 323: *Velut sacræ Scripturæ contrarios, et fidei Catholicæ inimicos, hæreticos, seu Hæreticales et erroneos, Charta Philippi Regis Franc. ann. 1328. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 207: Præfatis hæreticis et eorum Hæreticalibus documentis.*

† **HÆRETICALIS**, Pertinens ad hæreticos. Codex MS. D. de Chalvet Senescalli Tolos. de Hæret. Albig.: *Cum dictus Berengarius vellet recedere flexit genua coram ipsis, et ter adoravit eosdem hæreticos modo Hereticali.*

† **HÆRETICARE**, HÆRETICATIO. Vide post Hæretici.

† **HÆRETICI**, ut est apud Papiam, dicuntur, qui de Domino vel creatura, sive de Christo vel Ecclesia prave sentiunt, ac dehinc conceptam novi erroris perfidiam pertinaci pravitæ defendunt. Iso in Glossis: *Hæreticus, qui sectam suam colit. S. Augustinus lib. de Utilit. credendi cap. 1: Hæreticus est, ut mea fert opinio, qui alicujus temporalis commodi, et maxime gloriæ principatusque gratia, falsas ac novas opiniones, vel gignit, vel sequitur. Ille autem, qui hujusmodi hominibus credit, homo est inaginatione quadam veritatis ac pietatis illusus. Facundus Hermianensis lib. 12. cap. 1: Scire igitur debemus, quod Hæreticum non faciat ignorantia, quæ doctrinæ veritatis contumax non est, sed potius obstinata defensio falsitatis. Ad hanc obstinationem pertinere dicimus, immo principatum in ea tenere firmamus, illas etiam doctrinas, quas quidam non minus intelligendo scripturas divinas, sed eis aperte resistendo, sola præsumptione spiritus condiderunt, sicut Manicheus et Origenes, et cæteri, qui non ut alii sequentes eorum intentionem, in abstrusis quæstionibus erraverunt, sed super illas elati, melius se crediderunt vel sapere, vel dicere. Eodem cap.: Non igitur hæresis dicenda est, nisi contradictio superbiorum pervicax, quæ sibi, ne aliud sapiat, interdicit, et admonita contemnit adquiescere veritati. Illa magis contumaciter ab Ecclesia separari diligit, vel in ea dolose latere, quam pravam mutare sententiam. Quippe, ut ait Vigilii Tapsensis lib. 1. contra Eutychem: Præventus falsæ opinionis errore humanus auditus, ad veri rationem percipiendam durus et perdifficilis invenitur, quantiscumque testibus urgeatur. Mauult enim pravi dogmatis sententiam, qua semel infectus est, perversus vindicare, quam hanc eandem tantis divinarum humanarumque legum auctoritatibus refutatam salubrius immutare. Hugo Rotomag. lib. 1. contra hæretic. cap. 6: Hæresis error ille vocatur, qui pertinax esse probatur. Petrus Damiani lib. 1. Ep. 13: Non error Hæreticum, sed pervicax obstinatio facit: nec omnes Hæretici dicendi sunt, qui opinantur errorem, sed qui pertinaciter et audacter prædicant falsitatem. Adde Ep. 16. lib. 5. Epist. 18. et lib. 8. Ep. 7. Robertus Episcop. Lincol. apud Maith. Westmonast. ann. 1253: Hæresis est sententia humano sensu electa, Scripturæ sacræ contraria, palam edocta, pertinaciter defensa: hæresis enim Græce electio est Latine. Concilium CP. can. 6: Αἱρετικοὺς δὲ λέγομεν τοὺς τε πάλαι τῆς ἐκκλησίας ἀποκηρυχθέντας, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα ὑφ' ἡμῶν ἀναθεματισθέντας, πρὸς δὲ τοῦτοις καὶ τοὺς τῆν πίστιν μὲν τῆν ὕγιη προσποιομένους ὁμολογεῖν, ἀποσχίσαντας δὲ καὶ ἀντισυνάγοντας τοῖς κανονικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις. Vide S. Augustinum lib. 18.*

de Civit. Dei cap. 51. et Epist. 162. legem 28. Cod. Th. de Hæreticis (16, 5.), Tsido-fum lib. 8. cap. 3. cap. 26. de Verbor. significat. etc. Quibus hæc addo ex Libello Precum Marcellini et Faustini pag. 70. de variis hæreticorum nominibus: *Quis nesciat illius cognomentum tribui sectatoribus, cujus, et nova aliqua doctrina transmissa est ad discipulos ex auctoritate magisterii?*

† **HÆRETICUS VESTITUS**, Convictus, qui palam hæresim proficitur: *Perfecti Hæretici seu Vestiti*, in Concilio Biterrensi ann. 1246. Statuta Simonis Comitis Montisfortis: *Nullus Hæreticus Vestitus et reconciliatus habeat licentiam remanendi in villa, in qua conversabatur, in illa perversa professione; sed extra villam poterit conversari, ubi Comes permiserit. Concilium Narbonense ann. 1227. can. 16: Hæretici Vestiti, vel notati, aut suspecti, etc. Adde Concilium Tolosanum ann. 1229. can. 10. et Biterrense, ann. 1246. can. 13. Guill. de Podio-Laurentii cap. 42: Comes et Episcopus pernocrantur pro capiendis exploratis sibi hæreticis in montanis, quibus Dominus tradidit 19. Hæreticos Vestitos inter viros et mulieres. Adde cap. 46. Hæreticis vestitis opponi videntur Hæretici crediti, seu qui creduntur hæretici, et hæresim palam non profitentur, apud eundem cap. 48. Vide *Credentes*.*

† **HÆRETICARE**, Hæreseos notam alicui impingere. Literæ Johannis de Thurina ann. 1429. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1725: *Ad incitationem seu requestam quorundam... eum (Benedictum) utique probum et sanctum virum verum summum Pontificem, ut præmittitur, criminantium et Hæreticantium de hæresi.*

† **HÆRETICARE**, Hæreticum facere. Guillelmus de Podio-Laurentii in Præfat. Chron.: *Et hæretici in tanta reverentia habebantur, quod habebant cæmeteria, in quibus, quos Hæreticaverant, publice tumulabant.* [Liber Sententiarum Inquis. Tolos. apud Philippum Limborc. Hist. Inquis.: *Tempore infirmitatis suæ de qua obiit, fuit per Petrum Auterii et Amelium hæreticos Hæreticata et recepta ad sectam ipsorum. Codex MS. e Biblioth. D. de Chalvet Senescal. Tolos. de Testimoniis in hæret. Albigenes: Tunc dicti hæretici eundem Raymundum infirmum Hæreticaverunt et in sectam suam receperunt.*]

† **HÆRETIZARE**, Hæretice sentire. Vita S. Aldhelmi tom. 6. Maii pag. 87: *Quidam Britonum nomine tenus Præsules Hæretizabant de paschali termino et de aliis pluribus ecclesiasticæ orthodoxitatis institutionibus. Utrum vero isthæc Britonum consuetudo ad hæresim pertineat, fuse disputant Bollandistæ ad Vitam S. Colmanni Episc. Lindisfarnensis 18. Febr. § 2.*

† **1. HÆRETICATIO**, Liber Sentent. Inquis. Tolos. pag. 5: *Prædicta Hæreticatio facta fuit circa instans festum S. Johannis Baptistæ. Est autem Hæreticatio Ratio aliquæ adscribendi in hæreticæ sectæ societatem, quæ apud Albigenes per manuum impositionem, quam vocant *Consolamentum*, fiebat. Erant et aliæ cæremoniæ quas nobis exhibet Codex MS. Biblioth. D. de Chalvet Senescal. Tolos. ubi de testimoniis in hæret. Albigenes: *Tunc dicti hæretici eundem Raymundum infirmum hæreticaverunt et in sectam suam receperunt; antiquiore hæreticorum videlicet R. Delboc tenente manus dicti infirmi junctas inter manus suas, et tenebant quandam caternum (i. e. librum) super caput ejus, dicendoque**

*verba quæ ipse non intellexit, ut dicit, et faciendo genuflexiones suas coram dicto infirmo. Et pag. 190: Petiuit ab infirma si vellet fieri bona christiana, et si volebat facere bonum finem, quæ respondit quod sic: et tunc dictus homo posuit quoddam manutergium supra pectus dictæ infirmæ, et tenuit quemdam librum supra dictam infirmam et legit in eo, et postea fecit aliquas genuflexiones coram dicta infirma super quandam bancam. Et pag. 249: Receptit ipsum et hæreticavit volentem et petentem... tenendo manus ipsius infirmi inter manus suas, et tenendo quemdam librum super ipsum infirmum, in quo legebat Evangelium B. Johannis. In principio erat Verbum, dictusque hæreticus tradidit eidem infirmo unum filum subtile quo pro heresi cingeretur. Et pag. 266: Facta Hæreticatione prædicta, ipse Guillelmus et omnes alii assistentes adoraverunt prædictos hereticos more hereticali dicendo, Benedicite, coram ipsis.*

† **2. HÆRETICATIO**, Convicium, exprobratio hæreseos. Laurentius Bizinius de Origine belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 152: *Quibus civitatem noctis tempore ingredientibus gens Montanorum ipsos diversis blasphemis et Hæreticationibus afficiendo, nec non facibus accensis in ipsos projectis, duræ mancipant captivitati, vinculis ac ferreis catenis astringendo.*

† **HÆRETICUS**, HÆRETICANS, Hæreticæ alicujus doctrinæ princeps et magister. Inquisit. ann. 1258. in Reg. Olim parlam. Paris.: *Comes Montisfortis propter Hæreticos hæredicantes in dicto castro, bis ipsum castrum cepit. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521: Hæreticus, Bougre, Gallice. Herite, eodem sensu, in Stabil. S. Ludov. cap. 85. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 175. Quo etiam nomine appellatus, qui rem cum bestiis habet. Lft. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Charthoph. reg. ch. 460: *Jehan Chevalier dist à l'exposant plusieurs paroles injurieuses... en l'appellant Hérite, et disant qu'il l'avoit trouvé avec une vache. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 52. rº. ad ann. 1315: *Jakemin Castris de Harmaile pour plusieurs larrechins, que il reconnut avoir fait, fu jugiés et menés as fourkes, et ileucques reconnut que il avoit esté bien et conversé à une vache, pour lequell larrechin il fu pendus tout vis; et pour che que il estoit Hérites, il tous vi vans fu ars. Quod ultimum crimen, peccatum Sodomie nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 190. ch. 215: *Le suppliant eut par tentation de l'ennemi voulenté d'avoir compaignie à une des vaches qu'il gardoit et d'accomplir avec elle le pesché de Sodomye.****

† **HÆSIMENTA**, Latrinæ, Gall. Aisements. Andr. Monach. lib. 1. de Vita Ottonis Episcopi Bambergensis cap. 44: *Pabula vero retro Hæsimenta omnibus convolvi jussit. Vide Aisantia.*

† **HÆSITANS**, Eutychiiani Hæretici. Vide Leontium de Sectis Act. 6. et 7.

† **HAFERBAN**, Obventionis genus apud Germanos. Literæ Friderici Ducis Austriæ et Styriæ pro Monasterio S. Floriani ann. 1243. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 226: *Quaslibet obventiones, scilicet lesunge, uberwaach, gramlos, nocturnos dolos, Hafurban in prædiis suis et personis Officialis ecclesiæ exequantur.*

† **HAFNE**, Societas hominum, qui tenentur servire navibus, interprete Ludewigo ad Jus Danic. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 187: *Item si rex duxerit expe-*

ditionem navalem redimendam tunc; de qualibet Haffne, solvantur tres marcae denariorum. Vide Hafnecourts.

**HAFNECOURTS**, Curia portus, seu *Cour d'Amirauté*, ex *Hafne*, portus Danis, et *Courts*, Curia. Litterae patentes Ricardi Ducis Glocestriæ Amiralii Angliæ super inquisit. in re Amiralitatis 14. Aug. ann. 5. Ed. IV: *Uterius dicunt, quod dicti Abbas et Conventus et prædecessores sui habent, et habere consueverunt idem tempus in prædictis villis, cum hulmo quasdam Curias portus vocatas Hafnecourts, tenendas ibidem ad placitum Abbatibus.*

**HAFUNNA**, [Certus ac determinatus agri modus.] Traditiones Fuldenses lib. 1. cap. 12: *Hoc est, quod donamus, quidquid in Vrithorphe proprietatis habemus, exceptis vero Haftunnis, et uno mancipio, etc.* Vide *Hobunna* in *Huba*.

**HAGA**, Sepes, sepes, sepimentum ex virgultis confectum, Germanis *Hage*, *Hagen*, et *Haegh*, Anglis *Hedge*, nostris *Haie*: denique Anglo-Saxonibus, *Hæg*. Alanus in Anticlaudianis lib. 1. cap. 3:

Ambit silva locum muri mentita figuram.

Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 273: *Quod totam dictam placeam... includere possint fossato et Haga, secundum assisam forestæ.* Vide *Jacobum Eyndium* in *Chron. Zeland.* pag. 100.

**HAGA**, seu *Gegin*, dictus etiam apud veteres Germanos, aliquot provincialium districtus, certo pagorum ac vicorum numero constans, quem et *Circulum* vocabant: quæ vox etiamnum hodie obtinet hac ipsa notione: nam *Circulos*, verbi gratia, *Westphaliæ* dicimus, ejusdem provinciæ conventus. Appellationem docet hisce pluribus *Monachus Sangalli* de *Reb. Caroli M.* lib. 2. cap. 2: *Terra Hunnorum novem circulis cingebatur. Et cum ego alios circulos, nisi vimineos cogitare nescius interrogarem, quid aliud miraculi fuit Domine? novem Hegin (al. haganis) muniebatur. Cumque et illos alterius generis esse nescirem, nisi quales segetibus solent prædendi, inquisitus etiam de hoc dixit: Tam latus fuit unus circulus, hoc est, tantum intra se spatium comprehendit, quantum est spatium de Castro Turonico ad Constantiam. Ita stipitibus quercinis, faginis, et abiegnis extractus, ut de margine ad marginem 20. pedes tenderentur in latum, et totidem erigerentur in altum. Civitas autem universa aut durissimis lapidibus, aut creta tenacissima replebatur. Inter quorum confinia plantabantur arbusculæ, quæ ut cernere solemus, abscessæ atque projectæ comas caudicum foliorumque proferunt. Inter hos igitur aggeres ita vici et villæ erant locatæ, ut de aliis ad alias vox humana posset audiri. Contra eadem quoque ædificata inter inexpugnabiles illos muros, portæ non salis latæ erant constitutæ, per quas latrocinandis gratia non solum exteriores exire solebant. Item de secundo circulo, qui similiter, ut primus, erat extractus, 20. miliaria Teutonica, quæ sunt 40. Italica, ad tertium usque tendebatur: similiter usque ad nonum. Quamvis ipsi circuli alius alio multo contractiores fuerunt. De circulo quoque ad circulum sic erant possessiones et habitacula undique versum ordinata, ut clangor tubarum inter singula posset cujusque rei significativus adverti. Ex Monacho Sangallensi hauserunt, quæ habent *Albertus Stadenis* ann. 768. et *Munsterus* lib. 4. *Georg.* cap. 2.*

**HAIJA**, **HAYA**, **HEIA**, Voces ejusdem notionis et originis, ac *Haga*, nostris

*Haie*. *Capitula Caroli C.* tit. 36: *Quicumque istis temporibus castella et firmitates, et Haias sine nostro verbo fecerint, etc.* Ubi *Haia* sumitur pro militari vallo, quod ex palis conficitur, *Palissade*. [Eadem notione usurpatur apud *Th. Blount* in *Nomolex. Anglic.* ex *Bracton.* lib. 2. cap. 40. § 3: *Vallatum fuit et inclausatum fossato, Haia et palitio.* Le *Roman de la Guerre de Troyes MS.*:

Haires, et lices, et fossez  
Poent avoir puis fet assez.]

*Charta Roberti Ducis Burgundiæ* ann. 1054. ex *Tabulario S. Germani Præsentis: Nec non insuper et calumniam silvarum et sepium, quas vulgo dicunt Hayas.* *Henric. Knyghton.* ann. 1271: *Arbores, vineas, et Haias subvertit.* [Index *MS. Beneficiorum eccles. et dioec. Constantiens.* fol. 17: *Dictum Capitulum et Abbas de Cereseyo percipiunt decimas iuxta Hayam de Rabeto.* Adde *Kennet. Antiquit. Ambrosden.* pag. 274. et 389.]

**HEYA**, apud *Bracton.* lib. 2. cap. 34. § 1: *Mesuagium, ... quod vallatur fossato vel Heyam.*

**HAIJA**, *Corveiæ* species, qua quis haias domini reficere tenetur, [vel Præstatio pecuniaria pro redemptione ejusmodi corveiæ.] *Charta Ottonis Comitis Viromandentis* apud *Hemeræum* in *Augusta Viromand.* ann. 1025: *Eo tenore, ut bannum et latronem, corveias, carrucarias, silvæ ad capiendam venationem ulterius non persolvant, etc.* Alia ann. 1168. ex *Tabulario Fossatensi* fol. 19: *Quingue solidos pro pastu, atque corveias bis in anno, quas vulgus Haias appellat.* Occurrit alibi in eodem *Tabulario. Tabularium S. Dionysii* ann. 1230: *Justitiam, et advocatiam, et omnia pertinentia ad ipsos, quæ habebat in Balliiva de Beloramo, ... et trossas fæni, et redditus, qui vocantur Hayes, et tensesamenta sita in avena, et denariis, et quasdam redditus, qui vocantur Buhors, etc.* Vide *Acta Murenensis Monasterii* pag. 45.

**HAYCIUM**, **HAIICI**, Idem quod *Haya*, *Sepes*. *Monasticum Anglic.* tom. 1. pag. 722: *Et de subbosco in dicta chactia quidquid eis necessarium fuerit ad arandum, et ad Haiacia claudendas, et platandas, etc.* Tom. 2. pag. 916: *In omnibus aliis terris et boschis, quæ sunt inter Haicium, quod includit prædictas terras.*

**HEYARE**, **HAWYARE**, *Sepire*, sepimento munire. *Fleta* lib. 2. cap. 48. § 3: *Cum quis in alieno solo opus fecerit magnificum, ut si Hawyaverit, fossatum fecerit, vel carucam immiserit.* Ubi *Bracton.* lib. 3. tract. 2. cap. 37. § 18. habet *Heyare. Hayer sa terre et la mettre en défense*, in *Consuet. Britann.* art. 405. Aliud est *Hayer*, in *Consuetud. Comitatus Burgundiæ* art. 106. ubi species venationis est, cum quis ad feras captandas silvam aut boscum *Hayis* sepit, ut eas ibi includat.

**HAYBOTE**, **HEIBOTE**, vel **HEDGBOTE**, est jus percipiendi necessarium lignum ad faciendas *hayas*, quod percipi potest in terris seu prædiis ad vitam, vel ad annos aliquot concessis, licet in *Chartis* donationis id concessum non sit. Ita *Rastallus. Charta Galeranni Comitis Mellenti* in *Tabular. S. Egidii Pontis Audomari*: *In nemoribus habebit pasuagium, et in vyleiga husbotam et Heibotam jussu Forestarii.* *Monasticum Anglic.* tom. 2. pag. 134: *Et concedo eis, ut de bosco meo... habeant Heybod et husbot.* Adde pag. 262. 874. *Bracton.* lib. 5. tract. 5. cap. 10. § 7: *Sicut habendi rationabile estoverium in bosco patroni, si-*

*cut ad housbote et Heybote.* Ubi *Husbote* est jus percipiendi lignum ad conficiendam domum, quod idem valet ac nostris *festagium*: *hus*, Anglis et Saxonibus, est *domus*; *bote* vero *mulcta*, emendatio: ita ut qui eo jure gaudet, quietus sit a mulcta, quæ infligi solet id agentibus. [\*\* *Bote* hic est *restaurantio*. Vide *Bot* 1. *Placit.* ann. 6. *Richard. I.* *Buck. rot.* 7. in *Abbrev. Placit.* pag. 1: *Habeat de prædicto bosco Haibote et husbote et ad ignem suum, sine wasto.*]

[**HOYBOLD**, Eadem notione, in *Monast. Anglic.* tom. 3. pag. 633. *Locus* est in *Housabold*.

**HATA**, *Silva*, *haiis*, seu *sepibus septa*, munita. *Vetus Consuetudo Normanniæ* cap. 10. de *Senescallo*: *Il visitoit les forestes et les Haias du Prince. Foresta nostra vive Haia*, in *Consuetud. Lorriaci* editis a *Morino* in *Hist. Wastinensi*, et *Gallando* in lib. de *Franco alodio. Haya Gisenensis*, in *Chronico Andrensi* pag. 463. [*Charta Ludovici VIII. Franc. Regis* ann. 1224. apud *Marten.* tom. 1. *Ampliss. Collect.* col. 1193: *Nos autem donamus et concedimus in perpetuum Abbati et Conventui prædictis pro quitatione usagii sui prædicta octingenta et octo arpenta nemoris ad partem nostram in Hata Lyræ, et in magno nemore tenente ad Haiam prædictam infra metas positas.*] *Charta Roberti Rotomagi Archiepisc.* ann. 1217. tom. 6. *Spicilegii Acheriani*: *Concessimus quod Haia Archiarum sit immunita ab his consuetudinibus, etc.* *Charta Milonis de Nantolio* in *Tabulario Campaniæ*: *Ab hac pactione excipitur Haia prope prædictum nemus sita, continens circiter centum arpenta.* Occurrit apud *Fletam* lib. 1. cap. 24. § 8. 11. lib. 2. cap. 41. § 15. apud *Math. Westmonast.* ann. 1260. [sæpius in *Charta Odonis Episc. Bellovac.* ann. 1148.] etc.

Proprie etiam *Haiam* nostri appellabant quamdam silvæ partem delectam, quam sepibus munebant ad feras includendas, aut ad alios usus: quod docent *Charta S. Bernardi Abbatibus* apud *Sammarthanos* in *Episcopis Autissiodor.* pag. 274. et *vetus Notitia* in *Hist. Monast. S. Nicolai Andegav.* pag. 53. [*Charta Philippi Aug. Reg. Franc.* ann. 1207. in *Tabul. Sangerm.*: *Eidem ecclesiæ confirmamus præterea quitationem illam quam petrus Miles de Samesio... fecit dicto Abbati Hugoni coram genitore nostro de jure fugationis, venationis et Haiæ.* *Charta Hugonis Abb.* ibid.: *Jus fugationis seu venationis et Haiam in nemoribus Samesioli.*]

**HAGIA**, Eadem notione. *Vetus Notitia* in *Tabulario Monasterii Fiscan.* fol. 82: *Et Hagia facta fuit per medium... bosci.*

**HAGA**, *Domus*, ex *vet. Saxonico haegh*, et *hagh*, inde forte dicta, quod ut plurimum domus agrestes ac casæ ex viminibus complicatis instar cratis ac sepi fabricatæ sint. [*Anonymus* apud *Th. Blount* in *Nomolexico Anglic.*: *Haga, Domum cum shopa.*] *Charta Ethelredi Regis Angl.* anno 996. in *Additam* ad *Math.* Paris pag. 156: *Cum novem præfatæ civitatis habitaculis, quæ patria lingua Hagam appellari solent.* [Index *MS. Beneficiorum eccles. et dioec. Constantiens.* fol. 22: *Item capitulum Constantiense percipit decimam grossorum fructum Haye dicte parochie.*] *Domesdei*, apud *Spelmannum*: *Radulfus tenet unam Hagam de 12. denar. Willelmus 5. Hagas de 5. sol. Nigellus 5. Hagas, quæ faciunt servitium.* Alio loco apud *Edw. Cokum* ad *Littleton.* pag. 142: *Walsing-*

ford continet 276. *Hagas, reddentes* 9. *libr. de gablo*. Charta ann. 811. pro Ecclesia Cantuar. : *Duas mansiones et dimidiam, quod Angli dicunt Thrida hialf Haga*. Ubi *Haga* videtur sumi pro *mansu*, seu modo agri. Adde Chronicon. Will. Thorn ann. 866. et 988. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 761. voce *Hac*. Confer. Anglosaxonicum t. n, infra in *Tungravius*.]

† *HAGHA*, Eadem notione. Descriptio bonorum D. de Eska ex Archivo S. Audomari : *Item in quodam angulo jacente juxta mansionem Henrici dicti Abbet tendente west-wart tanquam illa Hagha durat que est supra vicum qui descendit ad pontem*.

\* *HAGHA*, Locus tectus et ex omni latere apertus, vulgo *Hangard*. Comput. fabr. S. Petri Insul. ann. 1473. ex Tabul. ejusd. : *Item magistro N. Pallanc pro una Hagha, quæ erat ante domum suam, per appunctuamentum factum in capitulo, ut patet per cedulam, xij. lib. Hayon, eadem notione, ut videtur, in Reg. 13. Corb. sign. Habacuc ad ann. 1514. fol. 219 : Et sera tenu le dit preneur de tenir les Hayons, maisons et four ou fournot de pel, vergue, torcque, couverture et solivure*. Vide alia notione in *Haga*, pro Loco scilicet *hais* seu sepibus aut palis cincto ; unde *Hague* in Charta ann. 1341. ex Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 224 : *Le chevalier disoit et affermoit que toutes les choses venantes et arivantes à verec à la coste et à l'estande de la mer, en la parroisse d'Anderville, en la Hague, lui appartennoient ;... et ledit procureur disoit et affermoit que au duc nostre sire appartennoient lesdiz verex en certaines mettes en ladite parroisse*. Ubi *Hague* est Constan-tiensis agri portio. Vide Huet. Orig. Cadom. cap. 21.

† *HAGABULUM*. Vide *Gabulum*.

† *HAGIOGRAPHI*, Scriptores Sacri. Notkeri Balbuli liber de Interpret. Scripturæ apud Bern. Pez tom. 1. Anecd. part. 1. col. 3 : *De Hagiographis vero in sequenti doceberis, quorum primum est Psalterium*.

† *HAGIOLOGIUM*, Calendarium festorum, apud Stephanot. part. 1. Antiquit. Benedict. Vascon. MSS. pag. 58.

† *HAGION PNEUMA*, vox Græca, Spiritus sanctus. De S. Aureo tom. 3. Junii pag. 61 : *Sicut Hagion Pneuma olim de celo descendens, Apostolos omnium linguarum gentium glorificavit*.

† *HAGIOSIDERUM*, Græce ἅγιοςίδηρον, quasi sacrum ferrum, unum est ex illis tintinnabulorum generibus, quæ Græci hodierni campanarum loco habent. Est autem ferrea lamina 4. digitorum latitudine, 16. vero longitudine, funiculo in medio librata. Hæc ferreo malleolo ternis interpolatis vicibus ab homine pulsari solet, qui Sacerdotem Eucharistiam deferentem solet præcedere, ut inter transeundum quisque rei admoneatur. Ita Hofmannus.

† *HAIÀ*, *HAIOTE*. Vide *Haga*.

\* *HAIÀ* *CARRUCÆ*, Pars Carri forte lateralis, vulgo *Ridelle*; sic dicta quod res carro impositas contineat. Inquisit. forestæ de Lyons in Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 118. r. col. 1 : *Residua carpentariorum cum testi (f. resti) copellorum et duas furcas et unum feste ad hospitandum per libram (leg. liberationem) et Haiam carrucæ, etc.* Vide infra *Letis*.

\* *Haie* vero, Moneta est Hagæ Comitum cusa, unde nomen, in Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 457 : *Que ledit maire pour cascun de ses adjours*

*aux partyes ne puist demandeir que une demi Haye corante en bourse*. Lit. remiss. ann. 1426. in Reg. 173. ch. 533 : *Vingt-quatre solz de monnoie, tant en pataz, comme en Hates*.

\* *HAIARE*, Venari in *haia* seu silva, *hais* vel sepibus septa, nostris etiam *Haier*. Arest. ann. 1334. 28. Jan. in vol. 9. arestor. parlam. Paris : *In possessione et saisina chaciandi seu venandi et Haiandi, tendendi omnia genera florum et harneyorum, etc.* Charta Galch. de Castil. ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. 121. r. : *Ne puet contraindre nus de nos hommes, ne de nos subgés de Vilers, ne d'ailleurs, à Haier és bois, ne en la forest desuzdite*. Alia ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 98 : *Pourra la comtesse de Rouci Haier et faire faire haies pour la chasse esdiz bois*. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. ch. 224 : *Icellui chevalier donna congié et licence de chacier et Haier és garennes de nostre dit frere*. Vide in *Haga*.

† *HAI DROTII*. Vide *Heidoti*.

† *HAIMESUCKING*. Vide *Hamsoca*.

† *HAIMGART*, Hortus domesticus. Diploma Leopoldi Ducis Austriæ et Styriæ ann. 1202. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 181 : *Item juxta donationem ipsius avunculi nostri domini Otacheri Ducis Styriæ ortum domesticum, qui Haimgart communi vocabulo nuncupatur, confirmamus*.

\* *HAIMHALDARE*, Rem suam, vel animal aberrans rei vindicatione repetere, et suum vel quasi domesticum reposcere, seu potius ad domum reducere : est enim Scotis et Germanis *Haine*, domus, vel domicilium ; in Legibus Baronum Scotiæ, seu Quon. Attach. cap. 10. est de *Catallis Haymhaldandis*. Cap. 48. § 14 : *De animal invento wayff (i. errante) in territorio alicujus domini, potest dominus illius animalis venire, et Haymhaldare illud*. Vide *Skenaldus* de Verbor. significat. voce *Haimhaldarf*.

\* *HAIOTA*, diminut. ab *Haia*, Silva aut pars silvæ *hais* seu sepibus septa. Feuda Norman. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 163. v. col. 1 : *Quod dictus Amalricus habet in Haiotis de garenna, et hoc quod dominus Eustachius de Ruel habet in foresta de Ruel, etc.* Vide in *Haga*.

1. *HAIIRA*. [Vestis rufa, villosa et vilis, a Sax. hærr, Pilus, crinis, unde nostris *Haire*, Cilicium, Sax. hæra, quod ex pilis hircorum aliorumve conficiatur.] Vett. Schedæ Thuanæ : [In Christi nomine notitia de vestimentis domni Germani, quod accepit Winerandus diaconus in thesauro an. XLII. regnante domino Chlotario.] *Sagia fusca 1. caligas abbas 4. sagia de Haira 1. calcias filtrinas paria 1. etc.* Vide *Bigera*.

\* 2. *HAIIRA*, Tortilis ex virgultis laqueus, Gall. *Hart*. Charta ann. 1239. in Hist. Sabol. pag. 349 : *Ita etiam quod omnes transeuntis mercatores per cheminos forestæ supradictæ, qui costumus dicto Jacobo debuerint, poterunt capere in dicta foresta pro unaquaque quadriga duodecim Hairas eisdem necessariis, et essolium novum*.

† *HAI RBANNUM*. Vide in *Herebannum* et *Halbannum* 1.

† *HAIRED*, Cervus. Gloss. Lipsii : *Hiret, cervus*. Ubi Somnerus : *Sax. Heort, nobis Hart, Belg. Hert et Hirt, Teut. Hirsch, Hirtz, Danis Hiort*. Liber niger Scaccarii pag. 357 : *Venatores de Hairæd unusquisque III. den. in die, et magni Hairæd IIII. debent habere 1. den. et de parvis Hairæd VI. 1. den.*

\* *HAIRO*, Ardea, erodius, Gall. *Héron*, alias *Hairon*. Mirac. S. Helenæ tom. 3. Aug. pag. 619. col. 2 : *Advenientes ad loca sanctorum quidam peregrini in prato, quod eidem monasterio subjacet, consistentes, volucres sunt contemplati, quas Hairones nuncupat locutio vulgaris*. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 107 : *Le suppliant garde des bois du seigneur de Boubersch, et commis à garder les Hairons, etc.* Unde *Hayronniere*, Locus ubi ejusmodi aves nutriuntur, in aliis Lit. ann. 1480. ex Reg. 205. ch. 262 : *Icellui Chevalier estoit ung destructeur de garennes et Hayronniere du pays, et n'estoit gibier qu'il ne gatast à Verbaleste*. Haud scio an eadem notione *Hiere*, in aliis Lit. ann. 1453. ex Reg. 182. ch. 10 : *Le suppliant estant après vespre hors la place de Gardie, près de la Hier de l'abé de S. Hilaire, etc.* Nam ut *Hairo*, ita et *Hiero*, pro ardea, legitur. Vide in hac voce. An idem quod infra *Hara*, stabulum porcorum ?

† *HAISELLUS*, Ostii genus apud rusticos maxime in usu ex ramis confectum, quo curtis vel pomarii clauditur ingressus, Gall. *Haise* vel *Aise*. Instrumentum ann. 1303. ex Tabular. Corbeiensi : *Nolebat idem Major quod ante grangiam seu grangias fieret Haisellus*.

\* Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 286 : *Comme Pierre Playart pour laboureur, demeurant à Barrisy, ... voulsist mettre en une court de la maison, où il demeureroit, une Haise qu'il avoit faite pour obvier que le bestail de la ville n'entrast en sa court*. *Harsel, Hasel, et Hassau*, eodem sensu. Aliæ Lit. ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 82 : *Lequel Jehan estant sur ycelles sellettes pour advenir plus hault à forer un Harsel pour clorre sa court*. Infra : *Hasel*. Rursum aliæ ann. 1453. in Reg. 184. ch. 341 : *L'uyz d'icellui hostel estoit seulement fermé d'un Haseau, etc.* *Hese* vel *Heze*, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. ch. 371 : *Lesquelz arrivéz devant l'hostel eussent frappé des piez contre la Hese ou huis de la court dudit hostel*. Aliæ ann. 1432. in Reg. 174. ch. 187 : *Le suppliant ala à la Heze de son jardin pour la clorre, ... et appuya de sa hache laditte barre ou Hese*. Idem videtur *Haisin*, in Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1358 : *Item paiiet à Le Haye pour Haisin avoec kesteres pour le molin, vij. solz*. Ejusdem originis vox *Haison*, qua cratis species significatur, ubi merces venum exponitur. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. ch. 379 : *Comme icellui mercier eust levé ou drecié un Haison ou estal en la place de laditte ville de Bail-leul*. *Haion* appellatur in Stat. ann. 1355. pro pistor. Attrebat. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 511. art. 20. Haud scio an inde accersenda vox *Hayne*, qua cista ex viminibus complicatis contexta designari videtur, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. ch. 369 : *Lesquelz homme et femme menoiert un cheval devant eux, lequel cheval portoit Haynes et poullaille*. Cujus vocis alia notio exponitur in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 117. ch. 160 : *Nous a esté humblement exposé de la partie Hayne Harinc, qui vault en langage François Henry Harenc, marinier Ale-mant, etc.*

† *HAI STALDI*, Rustici, coloni, hospites, mansionarii, etc. qui in prædiis domini mansiones habent, et glebæ sunt addicti. Vox forte conflata ex *haie*, domus, et *stal*, sedes. Annales Francorum Bertiniani ann. 869 : *De centum mansis unum Haisaldum, et de mille mansis*

unum carrum cum 2. bobus... ad Pistas mitti præcepit: quatenus ipsi Haistaldi castellum... excolerent et custodirent. Charta ann. 858. pro Monasterio Deiparæ Sussion: In villa d'Effenboch mansiones dominicales cum castitia et omnibus appenditiis et Haistaldis viginti.... In villa Movendich mansiones dominicales cum appenditiis suis, ubi aspiciunt Hestaldi octodecim. In villa Martan mansiones dominicales, ubi aspiciunt quinque Hestaldi, etc. Tabularium S. Vitoni Virdunensis: Tantum terræ est ibi, quæ solviti 13. denar. in Nat. S. Joannis Bapt. Haistoldi vero solvunt censum capituli in festivitate S. Martini unusquisque 2. denar. etc. Ex quibus colligitur Haistaldos dictos, quos alii Hospites, Colonos, Rusticos, Manentes, etc. appellarunt. Sed et nostri etiamnum, voce apud vulgus recepta, pullos gallinaceos, qui in prædiis rusticis ab ejusmodi colonis aluntur, *Estaudeaux* appellant, ab eorum scilicet, a quibus aluntur, nomenclatura deducta. Vide *Hestha*.

\* Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Johan. Nic. ab Hontheim pag. 664. col. 1: *Haistaldi, id est, qui non tenet a curia hæreditatem; quia communionem habent in piscibus et aquis nostris*. Ubi Cl. auctor sic annotat: *Haistaldi, qui Germanis Haushälter, Hausgesessene, Eingessene, Incolæ, qui hæreditatem suam non a curia, id est in beneficium vel feudum, sed in allodium habebant; ingenui interim homines, Freye Bauern; neque ut Du Cangius putat, glebæ adscripti, quod ille ipse, quem allegat, locus Bertinianorum Annallum docet, ubi cunctodiendo castello ad Pistas destinantur, quod glebæ adscriptis, ab armorum usu tunc exclusis, non conveniebat. Verum vim vocis Custodire hic non satis attendit Vir eruditus: non enim armis, sed cultu custodiendum castellum iis committebatur; quod abunde indicat verbum *Eccolere* alteri additum. Cangiana præterea interpretatio firmatur ex aliis locis ibi prolatis, et maxime ex eo, ubi *Haistaldi* census capituli solvere dicuntur. Unde coloni videntur fuisse mediæ conditionis inter ingenuos seu liberos, et servos. Vide in *Colonus*. [\*\* Germanis hodie *Haggestolz*, cælebres. *Haistaldi* mediis temporibus iidem sunt qui *solivagi*, rustici mercenarii, non uxorati, neque plenum mansum ab curia aliqua recte pendentes excolentes. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 762. voce *Haga-stalt* et Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 313. et 484. ubi monet in chartis Sangallensibus non uxoratorum liberos naturales hoc nomine notari.]*

\* An inde *Hasez*, quasi rustici, Burgundiones appellantur, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 237: *Ardez, ardez, mettez tout à feu et à flambe aux Hasez, aux Hasez villains Bourguignons*. Aut mendum esse quis suspicabitur, pro *Salez*? Vide supra *Burgundiones*.

**HAISTERAHANDI.** Lex Aleman. tit. 10: *Si quis in curtem Episcopi armatus contra legem intraverit, quod Alamanni Haisterahandi dicunt, etc.* Ubi Editio Heroldi, *Haisterahanni*, præfert. Idem quod *Zitterhand*, id est, calida manu, ut habet Constitutio Frederici Imperat. lib. 2. Feud. tit. 27. ex Theutonico *hand*, manus. Vide Baluzium ad Capitul. pag. 1003. [\*\* Vide supra *Asto animo*, ubi adde Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 1062. voce *Hast*.]

† **Hausteranni** legendum videtur Schiltero in Gloss. Teuton. quod *Hausfrid storen*, i. e. turbare pacem domesticam interpretatur. Vide *Hamsoca*.

\* **HAISTRIA**, Fagus, Gall. *Hêtre*. Reg. forestæ de Broton. ex Cod. reg. 4653: *Monachi Gemeticis (habent)... ad louatus suorum bacorum vj. Haistriaux (sic) et duos furons: et rursus vj. Haistrias ad estalarium de Wigeria*. Vide infra *Hastra*.

\* **HAITA**, Frisonibus, Pater. Vide supra *Atta*.

**HAKEDUS**, Lucius, piscis, ex Sax. R. æced, hacod, lucius, vel mugil. Liber Rames. sect. 2. apud Camdenum in Ice nis, et Spelmannum: *Ibi admirandæ magnitudinis lucii, qui ab incolis Hakeds nuncupantur, persæpe extrahuntur. Haket*, in Vita S. Oswaldi Episcopi Wigorn. n. 6.

† Sæpissime etiam usurpatur pro quodam pisce exsiccato et sale condito, qui apud Anglos *Poorjohn*; in aliis vero ejusdem Angliæ provinciis *Hakot*, a Saxonico *Hacod*, appellatur: hinc tritum illud proverbium: *As dry as a Hake, Sec comme un Hake*. Computus ann. 1425. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 575: *Et in tribus copulis viridis piscis... cum una copula de Hake, etc.*

† **HAKENEIUS** et **HAKENETTUS**, Equus tolutarius, gradarius, Gallice *Haquenée*. Mandatum Eduardi III. Regis Angliæ ann. 1373. apud Rymer. tom. 7. pag. 27: *Et vobis Hakeneios, cariagia, et alia necessaria pro ductione filiorum prædictorum, in hac parte, pro denariis nostris, inde solvendis, habere faciant*. Charta ann. 1413. ibid. pag. 124: *Et quatuor equorum, et unius Hakenetti*.

1. **HALA**, Domus, domicilium, aula, palatium: sed proprie locus contactus *hallis*, id est, ramalibus siccis, unde etymon. Nam vix probem sententiam Goropii Bekani lib. 2. Francic. pag. 46. qui a voce prisca Germanica, *hal*, dedit, quod est *conservare*, quod iis in locis conserventur merces. Ut et Barthii, qui in lib. 42. Advers. cap. 6. a Græco, *ἄλς*, *sal* dedit, quod in *hallis* sal asservetur et distrahatur. [Et quidem Kiliano: *Halle, vetus German. Salina, Locus in quo sal coquitur. Hinc urbes eas ubi sal conficitur Germani Halas communiter appellant.*] Anglo Saxonib. *he alle*, aulam et palatium pariter sonat. [\*\* Germ. templum. Vide Grimm. Mythol. Germ. pag. 56. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 859.] Maxime vero ita appellant nostri aulas majores et publicas, in quibus *Communix* congregantur pro communibus negotiis, ubi etiam mercatores merces suas venum exponunt: [unde eidem Kiliano: *Halle, Taberna, domus mercium, forum rerum venalium.*] *Halle*, in Consuetudine S. Severi tit. 16. art. 6. et alibi passim. Rigordus in Philippo Aug. ann. 1183: *Duas magnas domos, quas vulgo Halas vocant, edificari fecit, in quibus tempore pluviali omnes mercatores mundissime venderent, et in nocte ab incursu latronum tute custodirent*. Adde Nangium eodem anno. Charta Communix Royensis in Picardia: *Hæc est voluntas nostra, ut in foro constituat Halas ad vendenda ibi mercimonia*. [Charta ann. 1218. ex Archivo Ecclesiæ de Colonanciis: *Dedi ob remedium animæ meæ dictæ ecclesiæ de Colonanciis decem solidos de singulis annis ad Natale Domini in Hala de Monte-mirabili percipiendos*. Instrum. ann. 1239. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1011: *Et in pecunia quæ*

*nobis singulis annis debetur in Hala Bruggensi, in qua panni venduntur die S. Donatiani, quæ est pridie Idus Octobris, assignavimus capiendas*. Occurrit etiam in Instrum. ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 98. et in Charta ann. 1421. apud Rymer. tom. 10. pag. 71.] [\* *Hale* occurrit in Lit. ann. 1366. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 649: *Ayons fait convenir et assembler pardevant nous en le Hale de Tournay les jurés, eschevins, massars et autres officiers de la dicte ville*. Ita et tom. 5. earum. Ordinat. pag. 374. et 377. Hinc *Hallepiguaille*, qui *Halas* seu domos diripit, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 304: *Lequel Estienne le appella hœrpaille, ribaudaille et Hallepiguaille, en disant plusieurs autres injures.*] *Tenir Halle*, Conventum habere, apud Robertum Gaguinum in Poemate *le Passe-temps d'oisiveté*:

Se j'ay tenu Halle de neant,  
Vous en estes trop consentant, etc.

Vide *Hallus*.

† **HALA**, apud Atrebatenses locus in quo jus olim dicebatur urbis Scabini. Chartularium V. S. Vedasti Atrebat. pag. 30: *Ivit ad Scabinas... in Halam et quæsiuit ab eis si eum judicaverant*.

**HALLA**, pro quavis domo. Domesdei tit. Chent: *In Newcerce hundredo, ipse Hugo (de Montfort) tenet unam terram, quam Azor Rot tenuit de R. E.* (Rege Edwardo) *sine Halla*. Vide *Hasla*.

**HALLAGIUM**, Tributum, quod exsolvitur pro licentia exponendi merces in *Halla*. Charta Willelmi Comitis Pontivi apud Ægidium Bry in Hist. Perticensi pag. 117: *Sint quieti et liberi de teloneo... Hallagio, havagio, bosselagio, reparatione viarum, etc.* Regestum 2. des *Mestiers*, in Camera Computor. Paris: *Quiconques ameine moruë à Paris, l'acheteur doit 5. sols de coustume, et 16. den. de congie et de Hallage*.

2. **HALA**, *Hircosus, olens*. Papias.

† **HALABARCHES**, Præfectus salis, id est, maris, apud Ruffinum. Vide *Alabarches*.

\* **HALACHIA**. Vide supra *Alosa*.

\* **HALÆ**, **HALAGIA**, **Aulæa**, ni fallor, quibus *Hala* seu aula ornatur, vel Linthea, quibus paratur mensa. Arest. ann. 1345. 6. Aug. in vol. 2. arestor. parlam. Paris: *Magistri quoque hospitii nostri omnia Halagia et omnes scutellas de quibus in comestione servitur... Dicti habitantes et scabini erant in possessione et saisina pacificis post prandium coronationis regum Franciæ... habendi et penes se retinendi vessellamenta... nec non Halas remanentes post prandium*. Vide supra *Alæ 2*.

† **HALARES**, ἡπείων ταξίαρχοι: *Alares equites*. Supplementum Antiquarii.

\* **HALATIO**, **Halitus**. Pontif. Ms. Senon. ad usum eccl. Paris. ubi de consecratione olei sancti: *Quilibet dictionum canonicorum assistentium singulariter, ut prælatus, præfationes, consecrationes, benedictiones, signa, cruces et Halationes, super ea facient voce submissa*. Infra: *Halent ter pontifex et sacerdotes assistentes in ipsam ampullam*.

1. **HALBANNUM**, Tributum species: vox formata ex *herebannum*, idemque quod *arbannum*, et *biennium*, Submonitio ad operas, vel ejus redemptio pecuniaria. Charta ann. 1269. ex Tabulario Fossatensi fol. 72: *Et retinent perpetuo omnem justitiam, magnam et parvam, bannum, sanguinem, Halbannum, foragium, ventas, etc.* Charta Ludovici VII. ann.

1145. pro Bituricensib.: *Præpositus autem atque Vigerius, quotiescumque volebant, Halbannum subponebant, et villanos sese redimere coarcebant: de quo quoque præceptum ab ipso est, ut illa redemptio Halbanni remaneat, et Halbanus tamen ter in anno fiat termino competentis, etc.* Charta Ludovici filii Regis Philippi, ex Tabul. N. D. de Campis: *Ab omni consuetudine videlicet tallia, seu equitatione, seu Halbanno, seu exemptione mei Præpositi liber permaneat.* Alia Lud. VII. ann. 1140. *ibid.*: *Ab omni datione et tallia, Albanno et exactione mei Præpositi.* Alia Caroli VI. ann. 1484. in Reg. Novo viridi Castellet Paris. f. 49: *Parpaiaint chascun an 3. sols de Hauban au Roy.*

2. **HALBANNUM** [et HAUBANNUM, Tributum, quod pecunia aut rebus ipsis a quibusdam artificibus pro licentia artes suas exercendi Regi exsolvebatur] apud nostros Parisienses, de quo vetus Charta descripta a V. C. D. Herouvallio: *In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francorum Rex. Noverint univervi præsentibus pariter et futuri, quod nos concessimus Burgensibus nostris Parisiensibus, ut quicumque integrum Halbanum nobis debebit, pro integro Halbano reddet nobis singulis annis sex solidos in die festi sancti Martini. Et si dimidium, vel integrum et dimidium Halbanum vel amplius debebit, secundum proportionem prædicti integri Halbani nobis reddet in prædicto festo, et sic de Halbano tantum liber erit et quitus. Quod ut perpetuum robur obtineat, præsentem paginam sigilli nostri auctoritate, et regii nominis karaktere inferius annotato præcepimus confirmari. Actum Parisiis anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo primo, regni vero nostri anno vigesimo secundo. Astantibus in Palatio nostro, quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. Signum Guidonis Buticularii. Signum Matthæi Camerarii. Signum Droconis Constabularii. Data vacante Cancellaria.* [Charta foundationis Capellæ B. M. in Palatio Paris. per Ludovicum VII. ann. 1154: *Pro vicualibus sacerdotis in Capella eadem servientis, dotem assignavimus... sex modios vini de Haubanno, 30. solidos Parisienses.* Alia pro Capella B. Nicolai in eodem Palatio inter Statuta pro Canonicis S. Capellæ Paris.: *Constituimus Capellano... Parisiis in trelia nostra retro Palatium sex modios vini, ubi si vinum defuerit, de Haubanno nostro præcipimus reddi.* Computus ann. 1202. apud D. Brussel Tract. de Usu feud. pag. CXLVII: *Dominus Evarardus Capellanus Regis XL. et VIII. s. pro VIII. Haubam.* Hoc est, ut puto, pro pensatione octo dierum, quibus annonam ex Haubanno assignatam non perceperat.] In Regesto Peagiorum Parisiens. lib. 2. est titulus *Des mestiers, que Hauban doivent au Roy, in cujus contextu hæc habentur: Haubens est un propres noms d'une coutume assise anciennement, par laquelle il fu establi que quiconques seroit Haubanniers, qu'il soit frans et à moins de troisures paiaus du mestier et de la marchandise dont il seroit Hautbannier, que cil qui ne sont pas Hautbanniers. Hautbannier furent anciennement establi à un muid de vin, paiaint en vendanges au Roy; et puis mist li bons Rois Phelipes ce muid de vin à 6. sols Par. pour le contens, qui estoit entre les poures Hautbanniers, et les Eschançons de Roy qui le muid de vin recevoient de par le Roy. Des mestiers Hautbanniers li uns doivent demy Hauben,*

*c'est à savoir 3. sols, et li autres plein Hauben, et demy, c'est à savoir 9. sols. Tous les mestiers de Paris ne sont pas Hautbanniers, ne nul ne peut estre Hautbannier, se il n'a esté, et est du mestier, qui ait Hauban, ou se li Rois ne lui otroie, par vente, ou par grace.* [Steph. Boileau ed. Depping. pag. 6.] Statutum de Juribus Camerarii Franciæ ann. 1410: *Le Hautbannier du Roy ne doit estre contraint de acheter ledit mestier de friperie dudit Chambrier, ne de son maire pour lui, puis qu'il soit fait Hautbannier du Roy, et que de lui il ait acheté ledit Hauban. Item qui ledit Hautbannier est tenu de acheter sondit Hautban du Roy, ou de ses Officiers pour lui, et non d'autre, et si est tenu de estre estagier dedans la banlieue de Paris, et de paier au Roy, ou à son Receveur pour lui, sitost qu'il est fait Hautbannier, 25. deniers et audit Chambrier 14. den. mais outre il est tenu de paier au Roy par chascun an 6. sols 8. deniers Parisis: et partant ledit Hautbannier peut vendre et acheter toute maniere de pellterie vieille et nouvelle, etc.* V. Brollium lib. 3. Hist. Par. pag. 307. 2. Ed.

¶ **Halbannum** igitur, ut ex præalatis patet, Parisiis ad decimum quintum usque seculum viguit; an vero Aureliani Bituricisique, quas solas civitates Halbanno subjectas novimus, idem jus ad hæc tempora obtinuerit, mihi prorsus incertum. Quod quidem jus ubi in redemptionem pecuniariam commutavit Philippus Augustus, hanc colligebat Præpositus urbis; exinde ad firmam datam fuisse probat Computus ann. 1265: *De stallagiis hallarum et Albanno, pro ultimo tertio. IIII: XXXIII. lib. VI. sol. VIII. denarios.* Quinam vero artifices Halbannum debuerint, si nosse volueris, consule Gloss. juris Gallici in voce *Haultban*. [Steph. Boileau pag. 297.]

¶ **HAUBANNUM**, pro **Halbannum**, in Litteris Philippi Aug. ann. 1182. tom. 3. Ordin. pag. 259: *Quisque carnificum debet nobis singulis annis, unum Haubentum vini, in vindemiis.*

¶ **HALBERG**, **HALBERGELLUM**, **HALBERGIUM**. Vide in *Halsberga*.

¶ **HALBERGARIA**. Vide *Hereberga*.

¶ **HALBERGET**. Vide *Haubergettus*.

¶ **HALBFRISCH**, Semifriscinga: vox Germanica, ex German. *Halb*, semis, et *frisch*, frisinga. Vetus Charta in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 319: *Solvit.... duos anseres, porcum sagin. fronchuse 62. Halbfrisch, vel 16. den.* Infra: *6. pullos, duos anseres, unum modium rap. porcum saginatum. 2. Halbfrisch, vel 24. den.* Habetur ibi pluries. Vide *Friscinga*.

¶ **HALCIDA**, Nomen anguis. Papias MS. Edit. vero: *Halcidia*.

¶ **HALECIUS SORRUS**, Harengus infumatus, Gall. *Haran soré*. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 38: *Concessi Abbatæ S. Vincentii... unum milliarium Halcii Sorri.*

\* **HALENSIS**, **HALERI**. Vide infra *Halenses*.

¶ **HALESONE**, [Conventio, pactum, compositio.] Consuetudines Arkenses ann. 1231. in Tabul. S. Bertini: *Si convictus fuerit de Halesone infra villam data vel accepta, tres libras emendabit.* [Consuetudines Furnenses ex Archivio Capituli S. Audomari: *Quicumque fecerit concordiam celatam, id est, Halesona emendabit Comitii 3. lib.* Vide *Concordia*.]

¶ **HALFEHANG**. Charta Canuti Regis de Forestis cap. 14: *Et pro culpa solvat Regi*

10. solidos, quos Dani vocant *Halfegang*, alias *Halsehang*. [Steph. Thorp. *Halseang* alias *Halsefang*. Vide *Halsfang*.]

¶ **HALFKINEG**, et **HEALFKONING**, Semirex, ex Saxon. *half*, dimidius, et *king*, Rex. Liber Rames. sect. 4. apud Spelmannum, de Æthelredo Duce Orientalium Anglorum, i. Norfolkciæ: *Quia ipsi Regi (Æthelstano) adeo officiosa erat ejus impensa sedulitas, ut ad arbitrium ipsius cuncta regni negotia tractarentur: idcirco ab universis Æthelstanus Halfkeneg, quod est semirex, dicebatur.* Ejusmodi sunt, quæ alibi de Carolo Martello observamus.

\* **HALGA**, pro *Algia*, Gall. *Auge*, pagi in inferiori Normannia nomen. Charta Phil. Aug. ann. 1207. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 115. vº. col. 2: *Nos terram, quæ fuit Ricardi de Belomonte in Halga, ... damus ... Roberto Crasso in feodum et homagium ligum.*

\* *Halgan* vel *Hargan*, Monetæ minoris speciei. Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 644: *Une piece de monnoye, appellée à Huise Halgan.* Aliæ ann. 1449. *ibid.* ch. 741: *Ung Hargan, qui vault ung denier et maille.* Vide supra *Arganum* 3.

¶ **HALGARDUM**, **ALGARDUM**. Charta Joann. Regis Angl. tom. 2. Monastici Angl. pag. 71: *Et unam virgatam, quæ fuit Ricardi, et totum Algardum ex parte Orientali iusta Monasterium.* *ibid.* pag. 114. 115: *Deciman de omnibus quæcumque ad Castellum de Chenilened pervenerint, sive ad lardarium, sive ad granarium, sive ad Halgardum, etc.*

\* *Locus tectus et undique apertus*, Gall. *Hangard*. Vide supra *Hagha* et infra *Hangardum*.

¶ **HALI**, *Sicci rami*. Sic vetus Gloss. a Lindenbrogio citatum. Vide *Hallus*.

¶ **HALIETUS**. Tabularium Abbatissæ Vilhelupensis pag. 125: *Et quitare fecit duos Halietos, quos ipsi de Chepdone debebant.*

¶ **HALIGEMOT**. Vide *Halimotum*.

¶ **HALIMOTUM**, Curia Dominica Baronis seu alterius domini, in villis suis et dominiis, in qua lites vassallorum agitantur: seu Curia tribunalum, wardarum, et societatum in burgis et urbibus. Vox Saxon. formata ex *hal*, Angl. *hall*, domus, aula, et *gemot*, seu *mot*, conventus. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 9: *Omnis causa terminetur, vel hundredo, vel comitatu, vel Halimoto socam habentium, vel dominorum curiæ, vel divisis parium, etc.* Adde cap. 20. 57. 78. Will. Thorn ann. 1176: *Ipsius Thanetensibus asserentibus se ad capitalem Curiam B. Augustini Cantuar. placitandi causa, vel judicium sustinendi, nullo modo debere accedere, sed in Halimoto suo in Thaneto omnia sua judicicia exerceri.* [\* Vide Phillips. *Histor. Jur. Anglic.* tom. 2. pag. 86.]

¶ **HALIGEMOT**, in veteribus Schedis apud Spelmannum.

¶ **HALLIMOTA**. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 140: *Teneant terram de Hollecumba, quæ liberata eis fuit per homines de Hallimota de Bensintune.*

¶ **ALIMOTUM**. Petrus Blesensis Epist. 95: *Accusatur.... quod undredo et Alimoto defuerit.*

¶ **HALMOTUM**, apud Will. Thorn ann. 1176.

¶ **HALITOR**, *Fortis vel olerum cultor*. Papias.

¶ **HALLA**, **HALLAGIUM**. Vide *Hala* 1.

¶ **HALLA HAUCABER**, voces Turcicæ, in Chronico Radulphi *Coggeshale*, apud Marten. tom. 5. *Ampliss. Collect. col.*



572: *Ascenderunt mundare aestimantes quod spurcitiis et mugitibus horribilibus legem Mahometi, pollutis labiis, vociferando Halla Haucaber, Halla Haucaber, polluerunt.*

**HALLEBIC**, Pensitatio pro piscibus, qui Parisios importabantur, sublata a Carolo Pulcro Statuto mensis Mart. ann. 1325. cujus loco duplicatum tributum, quod pro marinis piscibus præstatur. In Regesto *des anciennes Ordonnances* fol. 2. [nunc apud D. de Lauriere tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 586: *Nous faisons scavoir... que comme à la supplication et complainte de plusieurs marchands de poissons de mer constuans à Paris des parties de dessus la mer, sur ce qu'ils se douloient d'une fausse coutume estant à Paris sur le poisson appellé Hallebic, par laquelle les marchands établiers, par chacun panier, puis le prix fait, rabatoient à la fois douze sols, à la fois dix, à la fois huit, selon leur volenté.*]

\* **HALLEBOUT**, Vox ad impetum in aliquem faciendum excitatoriâ. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 42: *Comme aucuns d'iceulx compagnons eussent crié à haulte voix, Hallebout, Hallebout, sur les varlez de S. Denis les Resbés, etc.*

**HALLESENS**. Moneta Hallæ cusæ. Kilianus: *Haller, obolus, vulgo Hallensis*. Henricus Rebdorff. in Chron. ann. 1348: *Legavit pro constructione Chori... quadringentas libras Hallenses*. Adde ann. 1346. et vide Chartam Caroli IV. Imper. in Chron. Constantiensis pag. 626. Vitam Balduini Lutsemb. Archiep. Trevir. lib. 3. cap. 1. et Goldastum ad Hepidanni cap. 14. lib. 1. de Vita S. Wiboradæ, etc. Vox *Haller* occurrit in aliquot Chartis apud Fredericum Sandium in Consuetudines Feudales Gelriæ pag. 35.

\* Qui et *Haleri, Halleri* vel *Halenses* appellantur in Chartis laudatis a Christ. Schlegelio in Dissert. de Numm. antiq. edita Francof. ann. 1717. ubi docet *Halenses* ex ære et argento conflatos ab una parte cruce, altera manu signatos fuisse absque ulla inscriptione; postea manum et crucem una facie sistere; quæ mutatio circa ann. 1494. accidit. Hujus monetæ prima mentio, eadem teste, occurrit in Ch. ann. 1228. Consule præterea Bern. de *Breydenbach* Iter Hierosol. pag. 140. et 141.

**Halbling** interdum in vett. Chartis vocatur hæc eadem moneta, ut observat Schilterus in Gloss. Teuton. Hinc Anglo-Saxones *Halpenni* dixerunt seminummum, qui pro mensis aut tabernis erigendis in foro datur. Vide *Bordhalpeny*. Ab Hala urbe Sueviæ vocis originem accessit Freherus; Goldastus vero, qui et libram Hallensem et Hallerorum differre putat, a Latino obolus, quasi Hoboler, deducit. Hunc consule tom. 1. Rer. Alaman. pag. 254.

**HALLUS**, Ramus siccus, in Gloss. vet. apud Lindenbrog. Anglo-Saxones *healm e*, ramum, et frondes appellant, [Picardi nostri etiamnum, *Haille*, vocant sepimentum ex ejusmodi ramis confectum.] Lex Salica tit. 43. § 3: *Si autem de ramis, vel de Hallis, aut de qualibet re eum (interfectum) cooperuerit.* Et § 3: *Aut de Hallis, aut de ramis eum cooperuerit.* Aliud sonat in Gloss. Lat. Gr.: *Hallus*, ποδός μέγας δάκτυλος, Festo, *allus*: Isidoro *allex*.

**Mendosam** hanc lectionem putat Eccardus in Notis ad hunc titulum; nec immerito. Hinc enim particula vel disjunctiva est, non explicativa; non idem ergo ramis quod *Hallis* significa-

tur. Unde *callis*, voce ex calculus contracta, legendum docet vir doctissimus; veteres quippe Franci, inquit ille, facile potuerunt scribere *Hallis* pro *callis*, more, quo *h* ipsis et ceteris Germanis frequentissime pro *ch* vel etiam *k* ponebatur.

† **HALMOTUM**. Vide *Halimotum*.

\* **HALOSIS**, [ἁλωσις, captio, sive expugnatio. *Suet. Ner.* 38.]

\* **HALOTUS**, Gall. *Halot*, Caudex, stipites. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 114: *Prædictus Huardus quemdam daculum, Halot nominatum, accepit.* Aliæ ann. 1386. in Reg. 190. ch. 120: *Icellui Pierre prist les une cheminée une busche à metre ou feu, nommée Halot, que il trouva.* Aliæ ann. 1394. in Reg. 146. ch. 134: *Le suppliant print un baston de cerisier, que l'en appelle un Halot, etc. Une busche ou Halot, in aliis an. 1402. ex Reg. 157. ch. 244.*

\* Quæ eadem vox salictum vel dumetum etiam sonat. Charta ann. 1340. in Reg. 72. ch. 217: *Douze deniers à Baudoin le gondalier pour sa maison, ... vint soult pour les Hallos à l'encontre de cette maison.* Pactum ann. 1344. in vol. 2. arestor. parlam. Paris.: *La moitié de tous les aunois, sauchois, Halos, prez et rentes.* Lit. remiss. ann. 1424. in Reg. 172. ch. 470: *Comme le suppliant eust fait esmonder un Halot ou saulx, etc. Hasoy nostrisetiam dumetum significat.* Charta ann. 1403. in Chartul. 21. Corb. fol. 321 vº: *Item que les bos et espines ou Hasoy, etc.* Alia ann. 1430. ibid. fol. 330: *Et sera tenuz ledit Pierre de essarter et destruire les Hasoys, estans sur ladite mesure.* Vide supra *Habia*.

**HALSBERGA**, Lorica maculis contexta: *Cotte de mailles*, Germanis *Hals-bergh*, id est, munimen colli, ex *hals*, collum, et *berghen*, tueri, custodire; ut *beinbergha*, crurum munimen, de qua voce, suo loco. Ita Kilianus. Sic *λωρίκια μέγρη ἀσπράγγλων ἀνασπόμενα διὰ λωρίων καὶ χρυκελλίων* fuisse docet Leo in *Tactic.* cap. 5. § 4. At Beslius etymon accersit ex *al*, et *alla*, omnis, et *Berghen*, cooperire; ut *halsbergha* fuerit armatura integra. Fauchetus ab *albus* dedudit, quod maculæ thoracis expolitæ albedinem quandam præferrent: cui quidem conjecturæ, licet vero minus consentaneæ, favent Scriptores aliquot, qui *albas halsbergas* vocant. Le Roman de *Garin* MS.:

Le blanc Hauberc derompre et depaner.

Guill. *Guiart* ann. 1214:

Et couvertures freteler  
Sur blans Haubers brunis a mailles.

Testamentum Everardi Ducis Foroju. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21: *Et helmum cum Halsbergha.*

† **HUBBERGUEL**, Consuetudines Furnenses ex Archivo Audomar.: *Quicumque lorica, id est, Hubberguel, vel pileum ferreum tulerit, si convictus fuerit, perdet ea et emendabit Comiti tres libras.*

**HALSPERGA**, in Charta Caroli III. Imp. de Exped. Romana § 5: *Et hoc in arbitrio Dominorum pendeat, quos ducunt a quibus stipendia accipiant, quibus Halspergas concedant.*

† **HALBERG**, in Charta ann. 1049. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 510: *Accipit unum equum xxx. librarum, nec non unum Halberc septem librarum.*

† **HALBERGIUM**, Tabularium S. Sergii Andegav.: *Dedit autem D. Achardus Abbas Juhallo xxx. solidos, Merivo autem dedit quemdam Halbergium valens xl. solidos.*

**ALSBERGUM**. Charta Heccardi Comitiss Augustodunensis, apud Perardum: *Rotardo donate mea brunia cum Alsbergo.*

**HALSPERG** Germanis. Liber Rythmicus a Besoldo laudatus:

Da sprach der Lampartere:  
Ich bin noch ungewehrt,  
Geh und bring mir doch here,  
Mein Halsperg und mein schwerdt.

**HAUBERCUM**. Mandatum super Juratis ad arma, in Addit. ad Matth. Paris pag. 149: *Ad catella 60. marcarum unum Haubercum, capellum ferreum, gladium, et cultellum.*

† **HAUBERGUS**, in Charta ann. 1294.

**OSBERGUM**. Chronicon Besuense pag. 578: *Acceptis pro pretio duobus militantium instrumentis, quæ vulgo dicuntur Helmum et Osbergum. Hauberg, vel Hauberc, vulgo nostris. Gl. Lat. Gall.: Lorica, haubers. Ita passim apud Scriptores. Le Roman de *Garin*:*

Il ot vestu un Hauberc doblentins,  
Chauda est la maille, ne pot l'acier soffrir.

Guill. *Guiart*:

Haubers desmailent, lances fraingnent.

Chron. Bertrandi du Guesclin:

Vestir et eudossar maint bon Haubert doublier.

[Le Roman de *Partonopex* MS.:

Lances levées les galos,  
Heumes és chiefs, Haubers és cox.

Le Roman d'*Athis* MS.:

Haubers doubliers, Haubers notis.

Le Roman de la guerre de Troyes MS.:

Vestent les Haubers doblentins,  
Et craignent les brans acerins.]

Henricus de *Hauchi* in Versione Gallica libri *Ægidii* de Roma de Regimine Princip. lib. 3. part. 3. cap. 13: *Ceus qui sont esprouvés en bataille, disent que li Haubers doivent estre large, parce que les mailles sont plus empressées.* Chr. Fland. cap. 79: *Trois cens hommes couvers de Haubergie et de fianchieres.*

**ALBERGELLUM**, Minor Lorica. Rogerus Hoved. in Henrico II. pag. 611: *Omnis homo habens in catallo 40. vel 30. lib. Andegavensis monetæ ad minus, haberet Albergellum et capellum ferreum, lanceam et gladium.* Infra pag. 614: *Quicumque liber laicus habuerit in catallo ad valentiam 10. marcarum, habeat Albergellum et capelet ferri, etc.*

**HABERGELLUM**, in Statutis Roberti I. Reg. Scotiæ cap. 27. § 1. [Lex Henrici II. apud Roger. Hoveden. fol. 350: *Ceteri autem omnes haberent wambastiam et Habergellum.*]

**HALSBERGOL**, Teloneum S. Audomari in Tabulario S. Bertini: *Lorica, 4. denar. lorica minor, quæ vulgo Halsbergol, dicitur, 2. den.*

† **HAUBERGEOLUM**, in Charta Ludovici Philippi ann. 1269. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1090: *Induti Haubergeolo et capello ferreo poterimus illa (torneamenta) videre.*

\* *Haubergiolum* habet Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 102. rº. col. 1. ex ead. Ch.

**AUSBERGOTUM**, Ead. notione, in Statutis Massiliensibus ann. 1274. MSS. lib. 4. cap. *De garnizonibus in navibus portandis: Decernimus, quod omnes mercatores portantes in aliqua nave Massiliæ valens 100. libras Regales, vel amplius, habeant et portent ad minus loricaem vel Ausbergotum, etc.* Le Roman du *Renard*:

Ne fust le Haubercot vestu.

ALBERJOS. In Charta ann. 1255. in Regesto Carcasson. fol. 42 : *Præterea inveni in dictis bonis 5. Alberjos, et unum alberc, et tres balistas, et unam contrepointe.*

HAUBERGETTUM, in Fleta lib. 1. cap. 24. § 12.

HABERGETUM, in Mandato super juratis ad arma, in Addit. ad Matth. Paris pag. 149.

HAUBERGERON. Epistola Guidonis de Dampetra ad Philippum Aug. ann. 1113. apud Marten. tom. I. Ampl. Collect. col. 1114 : *Duas loricas, 11. Haubergons, IV. capella ferri.*

HAUBERJONIUS, in Charta ann. 1294. HABERGEON, in Statutis Willelmi Regis Scotie cap. 23. § 2. Guill. Guiart ann. 1304 :

Armez de cotes à leurs tailles,  
Et de bons Auberjons à mailles.

Guignevilla :

Adonc attain un Haubregon,  
D'une belle et plaisante fachen.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Haubergion, thorax. Le Haubergon doit iij. den. in Pedag. Peron. ex Chartul. 21. Corb. Alecret. in Chron. Caroli VIII. ad ann. 1515. fol. 120. v° : Plusieurs Alecrets et utencilles pour le fait de la guerre.*

HALSFANG, HEALFANG, HELFENG, HALFANG, HANLFANGE, Collistrigium, vulgo *Pilorium*, a Saxon. Hals, id est, collum, et fangen, comprehendere. Supplicii machina, quæ rei collum e pegmate sublatis, inter duas tabulas comprehendit, populoque ad ignominiam exponit. Dicitur et ipsa mulcta pecuniaria in commutationem hujusmodi pænæ Regi vel domino exsolvi solita. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 11 : *Qui falsum testimonium dicit, ... reddat Regi vel terræ domino Helfeng.* Infra : *Si liber festis diebus operetur, emendet suum Helfeng.* Ita in Legibus Canuti § 57. 67. et Edmundi § 7. In Legibus Henrici cap. 76. scribitur *Halfang* et *Hanlfange*, ubi dicitur esse verbum Anglicum, quod sonat apprehensionem colli. Adde cap. 14. et 90. Vide *Collistrigium, Pilorium.*

HALSPERGA. Vide in *Halsberga.*

HALTERISTÆ, Qui *Halteribus* ludebant. Erant autem *Halteres* massulæ ex plumbo, vel etiam leviori alia materia. His apprehensis utraque manu librare se certiores solebant, ut certius se saltu exererent. Ceterum non unius fuit *Halterum* usus. Consule Carolum de Aquino in Lex. milit. in voce *Halter.*

HALTIUS, pro *Aldius*, Libertus operas debens, *Haltien*. In MSS. est *Haltius*, id est, nutritus, alumnus. Ita Grotius in vocabulario Gothico apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 370. Vide *Aldius.*

HALTO, Spicæ non omnino triturae, et minora stramina quæ in area sub rastello remanent, Gall. *Hauton* vel *Aulton*. Charta ann. 1199. ex Tabul. Corbeiensis : *Easdem* (malas consuetudines) *in plena curia... quitas clamavit et in perpetuum guerpiuit, carionem videlicet bladi nostri in Augusto. . . gruinum, Haltionem, quod in ventilacionibus sub rastello remanet in area.* Vide *Hauto.*

\* HALVEHARE, Capitis census. Charta Margar. comit. Fland. ann. 1261. in Chartul. I. Fland. fol. 196. ex Cam. Comput. Insul. : *Conventi quod ad capitagium ipsi et prædecessores sui pertinebant, quod capitagium vulgariter nuncupatur Halvehare. . . Ipsas personas omnes et singulas, et earum hæredes in perpetuum*

*liberamus, et ab omni nota servitutis quitas clamamus in perpetuum, quantum ad capitagium, quod Halvehare dicitur, ut superius est expressum. Flandris, Halveeren, est per medium partiri.*

HALWIN, Tributum quod pro vino exigitur. Rerum Mogunt. tom. 1. pag. 649. col. 1 : *Partim emptione, partim donatione obtinuit omnes census, stivas sive exactiones precarias vini, vulgo Halwin nuncupari solitas, judicia, salinas, stupam baliniarem, et alia jura inferioris hallis.*

HAM, et HAMME, voces Saxonice et Theutonice : Domus, domicilium, habitatio. Interdum etiam

HAM, significat vicum, villam : unde apud Germanos et Anglos villæ et urbes sua nomina in *ham* desinentia passim habent. Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 807 : *Per silvam Hunelgehem, quam Latini malum callem vel vicum nuncupare possunt. Quasi humel-ge-hem.*

HAMELLUM, diminut. ab *Ham*, Villula a vico majori dependens, quæ Ecclesiam parochialem non habet : nostris *Hamel, hameau*. Willelmus Thorn : *Cum 11. sol. annui redditus in Hamello de Chetam.* [Charta ann. 1235. ex Hist. MS. Monast. Beccensis pag. 591 : *Abbas et Conventus dicto Ricardo concessere manerum quod vocatur Hamellum quod habebat juxta Livacout.* Litteræ Officialis Belvac. ann. 1263. ex Tabular. Calensi pag. 167 : *Percepibat ex propria hæreditate sua 4. modios et dimid. . . in Hamellis de Mesnilo et in villa de Camberona Belvac. diocesis, etc.* Index MS. beneficiorum Ecclesie et diocesis Constantiensis fol. 5 : *Item rector dicte Ecclesie percipit omnem decimam et allatagium, excepto quodam Hamello qui vocatur Valieres.*]

HAMELETTA, HAMELETTUM, et HAMELETUM, diminut. ab *Hamellum*. Nostris etiam *Hamelet*. Occurrunt hæ voces non semel apud Scriptores Anglic. Will. Thorn pag. 1956. 2092. Bractonum lib. 4. tract. 1. cap. 31. § 3. in Fleta lib. 2. cap. 54. § 13. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 298. 963. tom. 2. pag. 93. 94. 103. 209. etc.

Manifesta vocis *Hameletta* origo, ab *Ham*, nempe villa, et *Let*, membrum : unde *Hameletta* membrum, seu pars villulæ potius videtur quam villula : quod prius observavit Spelmannus ex statuto Exoniæ edito ann. 14. Eduardi I : *Lez nosmes de toutes les villes et Hamlets que sont en son wapentake, hundred, ou franchise. . . Que ils ordeinent et facent venir devant eux de chescune ville entier, 8. homes : et de demie ville 6. homes : et de Hamlette, 4. homes des plus sages et plus loyals, horsprises les Seignours des villes, demie villes, et Hamlets avant nosmes, etc.* Charta Joannis de Monteforti Ducis Britannie ann. 1360. ex Archivo castri Nannet. : *Simul cum membris, Hamelettis, pratis, pascuis, etc.*

HAMA, Mensura vinaria, aliorumque liquidorum. Charta Adelberti Mogunt. Archiepisc. ann. 1139. tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 584 : *Ut . . . dimidiam ipsius terre vini Hamam persolverent, sicque residuum sine aliqua exactione in pace possiderent.* Chron. Bonæ-Spei pag. 390 : *Donant in eleemosynam Hamam vini rubelli redditus annui super tres partes vineti, juxta buxetum in parochia, etc.* Et pag. 396 : *Duas Hamas vini, etc.* Instrum. ann. 1522. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 1050 : *Ac etiam pro quoque capite habere quatuor Hamas cerevisiæ, ex qua poterunt sumere tertiam partem ce-*

*revisæ bonæ, ac duas alias parvæ. Vide Ama 3. et infra, Hamelicus.*

\* Charta ann. 1047. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthheim* pag. 384. col. 1 : *Et qua novem mansionalia, quæ et curtilla vocitantur, hæreditarie dicuntur possidere, decretum est ut. . . Hamam vini, quæ dicitur Pippini, . . . persolvant.*

HAMALLUS. Lex Salica tit. 49 : *Ista omnia ubi suus Hamallus est, super quem res primitus agnita fuerit, aut intertata, fieri debet. Ubi variant MSS. Codd. Unus : *Ista omnia facere debet in mallo, ubi ipse Amallus esse dignoscitur, etc.* Alter : *Ista omnia in mallo debent fieri, ubi ille est Hamallus, id est, qui suscepit causam ad mallandum in vicem alterius. Ubi hamallus est advocatus illius, qui ad mallum citatus est.* [Guelferbytanus Codex, *Hamallus*.] Denique Eeditio Heroldi tit. 50 : *Ista omnia facere debet in mallo, ubi ipse Rhamallus esse videtur.* Quo loco Wendelinus *Rhamallum*, vocabulum ex Latino Romanico existimat, locumque esse, in quo judices considerant sub *Ramalibus*, seu in loco superne ramis tecto : [quam lectionem et sententiam secutus est etiam Eccardus ibidem.] [\* Glossa Cod. Estensis : *Hamallus, id est, Debitor*, ut monet Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 290.] Sed potior videtur *Hamallus*, ita ut is fuerit, qui ad mallum pro alio venit, illius causam suscepturus. Hinc*

HOMALLARE, vel HAMALLARE, apud Marculfum lib. 1. form. 36 : *Causas ipsius licentiam habeat absumendi vel Homallandi.* Et infra : *Cum equitatis ordine licentiam habeat respondendi vel Homallandi.* Ubi *homallare* non est *admallare*. *Hamallare* enim est patrocinium alterius suscipere : quique id suscipit muneris, *Hamallus* dicitur : quod omnino formulæ titulus evincit : *Ut causas auctorum adsumendi suorum aliquis licentiam habeas.* *Admallare* vero est ad mallum, seu in jus citare, vocare.

HAMARIUM, Modus agri, vel mansionalis, ab *Ham*, Germ. mansio. Habetur Charta in Tabulario S. Vitoni Virdunensis ann. 1229. qua *Comitissa Alverniæ remittit redditus ad ipsam spectantes trium Hamariorum et dimidii, quæ Gilbertus de Felines possidet, sub tali forma, quod terram præmemoratum legabit claustro de Gorzes, etc.* Vide *Hamma.*

HAMATA, Factionis nomen quæ in Belgio, excitante Margareta Ludovici Bavari Imperatoris uxore, exstitit, quæque Ludovici partes, contra Asellatam factionem quæ Willelmo ipsius Margaretæ filio favebat, tuita est. Vide *Asellata.*

\* HAMACGHE. Vide infra *Haminge.*

\* HAMATI, Factionis apud Hollandos nomen. Vide supra *Asselli.*

\* HAMATILE, Spiculum, apud Tertul. in Scorp. Gloss. Lat. Gr. : *Hamatilis, ἀματιλίτης.* Nostris *Hamée*, idem quod *Manubrium*. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 138 : *Le suppliant coppa une branche de bois pour faire une Hamée ou manche à sa faux.*

HAMATORES, Piscatores, in Gloss. Isidori, qui hamis piscantur.

\* *Hameur* inter instrumenta piscandi, ab hamo distinctum, recensetur in Stat. ann. 1326. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 793. art. 4. *Hain*, hamus, vulgo *Hameçon*, in Vit. SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 187. r°. col. 1 : *Uns peshierres geta iluec son Hain, et quant il cuida avoir pris un grand poisson, etc.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 :

*Ain à prendre poisson, hamus.* Hinc annulli ferrei, quibus consertæ erant lorice, *Ains*, appellantur, in Stat. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 432: *Item chascun maistres dudit mestier* (de hauberge) *pourront acheter fil à faire leurs Ains quelque part que il leur plaira.*

† **HAMAXURGUS**, Curruum faber, a Gr. ἄμαξα, currus, et ἔργον, opus, in Annalibus Novesicalibus ad ann. 1001.

\* **HAMBURGUS**, vulgo *Hambourg*, Cerevisiæ species, a dolio ejusdem nominis, quo infundi solet, fortean sic dicta; vel a civitate Hamburga, ubi primum est inventa. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 326: *Jehan Bui-gnet tavernier de cervoise et Hambours.* Aliæ ann. 1456. in Reg. 183. ch. 160: *Un lot ou autre quantité de cervoise ou Hambourg, etc. Embourghiebers, apud Gandavenses, ex Lit. remiss. ann. 1463. in Reg. 199. ch. 396: Après leur premier escot fait et païé, firent venir certains potz de keute et de Embourghiebers, etc. Oubourg, in aliis ann. 1473. ex Reg. 204. ch. 7. Sed forte legendum *Ambourg*, ut in Lit. ann. 1463. pro civitate Tornac. ex Reg. 199. ch. 54.*

† **HAMEDII**, *Id sunt conjuratores, quos nos Heidon dicimus.* Ita Glossæ Helmstadiensis laudatæ ab Eccardo in tit. 51. Legis Salicæ; ubi vir eruditus, pro *Hamedii* reponendum putat, *Samedii*. Hi etiam *Sacramentales* vocantur.

**HAMELETTA**. [Viculus, *Hameau*.] Vide *Ham*.

† **HAMELICUS**, et **HAMEKELLUS**, Mensura liquidorum, Gall. *Hamequin*. Charta ann. 1129. ex Tabulario sancti Richarii: *Camba Bernardi bubulci pro singulos quindecim dies debet tres Hamelicos cervisiæ.* Charta ann. 1279. ex eodem Tabular.: *Dicti magister, fratres et sorores dimittunt in perpetuum sexaginta Hamekellos cervisiæ quos ex domo Everardi, etc.* Cujus vero capacitatis fuerit hæc mensura, utcumque æstimari licet ex declaratione ejusdem feodi Gallice scripta ann. 1376. in Lib. rubro ejusdem Tabular. *C'est à savoir XII. lots de vin à la petite mesure, VI. pains tels que du Couvent, 11. cappons et 11. hastes de porc soit masle ou fumelle, trois Hamequins de servoise ou VIII. poitevins pour la valeur de cacun Hamequin, et les doit paier li hosteliers et VI. pains de maisme.* Vide *Hama*.

† **HAMELLUM**, Gall. *Hameau*. Vide *Ham*.

**HAMFARE**, ut et *Hamsocna*, Insultus factus in domo, apud Bromptonum pag. 957. ubi tanquam synonyma ponuntur, ut et in Legibus Henrici I. cap. 80: *Si quis alium in sua vel alterius domo,..... vel domum sagittet, vel lapidet, vel colpum ostensibilem undecumque faciat,.... hamsocnam est, vel Hamfare.* Inter Anglo-Saxones vocem non reperio, inquit Somnerus: effectam tamen puto ab *ham*, *domus mansio*, et *fri*, vel *fri* *ð*, *pax, quies*; quo *hamsocnæ* ad amussim quadrare quis non videt? nisi malis fare, sensu quo in *heresfare*, et *fyrdfare*, acceptum, quasi profectio in domum.

\* **HAMIDUM**, *Lo amido*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

\* **HAMINGE**. Charta commun. Mechlin. ann. 1316. in Cod. reg. 10197. 2. fol. 82. rº: *Item, officia quæ zamencoep, vertheeringhe et Haminge Teutonice nominantur, etc. Hamaghe*, apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1423. Vide *Ham*.

**HAMIS**, *Hamitis*, Johanni de Janua, est *justis aucupabilis, scilicet virgula,*

*quæ sustinet rete, quo capiuntur feræ: vel quod levat rete, in quo capiuntur aves, et dicitur ab hamus.* [Hinc Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Hamis, la perche ou la verge qui soutient la roiz à prendre bestes ou oiseauz.*]

**HAMMA**, **HAMME**, Portio et modus agri. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 210: *Terram suam... cum omnibus domibus, quæ in ea sunt, et cum duabus Hammis, quæ sunt juxta fontem Chante, et pertinent ad prædictam terram.* Rentale de *Wy* pag. 14. apud Spelmanum: *Tenet in dominico unum messuagium: et in le Hamme 16. acras.* Infra: *Tenet juxta Hamme duas acras.* [Ab *Hamme* quod Belgis etiamnum partem, segmentum significat. Kilianus: *Hamme, Pars abscessa rei cibariæ, frustum esculentum.*] Vide *Hammarium*.

† **HAMNUS**, Idem quod *Hallus*, ramus siccus. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 168:

De reliquis dumis, seu Hamno, sive rubetis Perflat in obstantes furiali mente phalanges.

† **HAMOCRISUS**, *Lapis arenis auroque intermixtus.* Papias Leg. *Ammochrysus* ab Ἀμμόχρυσο.

\* **HAMOTRAHONES**. [Piscatores, vel qui cadavera hamo in Gemonias scalas trahebant. *Festus*.]

**HAMSOCA**, **HAMSOCNA**, **HAMSOKEN**, Domus seu habitationis immunitas, a Saxon. *Ham*, domus, habitatio, et *sokne*, libertas, immunitas. [\* Inquisitio, consecratio. Vide Bosworth. in hac voce § 3.]: quasi *habitationis privilegium*, ita ut qui id effringit, *Hamsocnam* facere dicitur: [Kilianus: *Heym-soecken, Germ. Saz. Sicamb. Visere, invisere, visitare. Item, Invadere violenter alicujus domum, vi irrumperere in alterius ædes.* Vide *Hussuchung*.] quod crimen eo atrocius videri debet, non solum quod pax regia violetur: sed etiam quod domus regia (qua nihil est sanctius, nihil omni religione munitius) tutissimum sit unicuique receptaculum et refugium. Ideoque in eo nemini injuria inferri, neque quisquam de domo sua extrahi debeat leg. 12. de In jus vocando. (2, 4.) Vulgo autem definitur *Hamsocna*, *Invasio mansionis*, ut in Legib. Canuti Regis § 28. *Insultus factus in domo*, apud Ranulph. Cestr. lib. 1. cap. 50. et Bromptonum pag. 957. *Invasio domus*, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 23. § 3. Cujusquidem criminis mentionem agunt Leges Saxonice Edmundi Reg. Angl. apud eundem Bromptonum § 6. Leges Ethelredi § 25. Leges Henrici I. cap. 12. 59. 61. 80. Britton. pag. 72. etc. Hujus vero cognitio inter jura regia recensetur in iisdem Legibus Henrici I. cap. 10. 12. 35. 80. [\* Record. tempor. reg. Johan. Bedef. rot. 5. in Placit. Abbrev. pag. 94: *Henricus-Bunin appellat Ricardum Everard et alios de pace regis infracta, etc. et quod venit predictus Ricardus et alii ad domum suam et ostia domus suæ fregerunt et in pace domini regis et nequiter et in Hamsoka et extraxerunt eum et uxorem suam et pueros suos et in roberia ceperunt et asportaverunt unum pallium, etc.*]

**HAIMESUCKIN**, Eadem notione, in Regiam Majest. lib. 4. cap. 9. § 1: *Si quis aliquem calumniari velit de Haimesuckin, oportet quod propria domus, ubi calumniatus est manens, surgens et cubitans die et nocte, assaliata sit.* Adde § 2. et cap. 10. § 1. Ubi Skenæus vocem compositam ait, ex *haimæ*, domus, domicilium; et *suchen*, quærere, vel persequi.

**HAMSOCNA**, præterea duplici significatione usurpatur: scil. pro impunitate ob ejusmodi admissum crimen: et pro privilegio cognoscendi in Curia sua de eodem crimine. Utramque attigit Will. Thorn pag. 2030: *Homsokne, hoc est, quietus esse de americiamentis pro ingressu hospitii violenter et sine licentia, et contra pacem Regis, et quod teneatis placita de hujusmodi transgressione in Curia vestra.* Priorem Fleta lib. 1. cap. 47. § 18. ubi *Hamsokna* dicitur significare quietantiam misericordie intrusionis in alienam domum vi et injuste. Alteram liber MS. Coxfordiensis Monast. apud Spelmanum: *Hamsokene, quod Prior tenebit placita in Curia sua de his, qui ingrediuntur domum, vel Curiam alicujus ad litigandum, vel furandum, vel quicquid asportandum, vel aliquid aliud faciendum contra voluntatem illius, qui habet domum vel Curiam.* Adde Skenæum in *Haimsuken*, et Rastallum in *Hamesoken*. [\* Confer. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 639. Warnkœnig. Histor. Jur. Flandr. tom. 3. pag. 240.]

1. **HAMULA**, Fibula libri. Vide *Ligatores*.

2. **HAMULA**, Vas. Vide *Amula*, in *Ama* 2.

\* 3. **HAMULA**, Fuscina. Gloss. Bibl. Mss. anonymi ex Bibl. reg.: *Hamulas dicunt quidam esse fulcinulas de auricalco.*

**HAMUS**, Mensura liquidorum. Ephe-merides Monasterii S. Galli pag. 160: *Quindecim Hami cervisiæ.* Vide *Hama*.

† **HANAFAT**, **HANAPERIUM**, etc. Vide in *Hanapus*.

**HANAPUS**, **HANAPPUS**, **HANAPHUS**, Vas, patera, crater, ex Saxonico *hnæp*, *hnæppa*, calix, patera. Glossar. Ælfrici, cap. de Vasis: *Ciatius*, *Hnæp*. *Antlia*, *Hnæp*. Gloss. Lat. Gall.: *Scyphus, Henap*. [Aremoricis *Anap* et *Anaph*.] Hariulphus lib. 2. cap. 10: *Hanappi argentei superaurati* 13. Idem lib. 3. cap. 3: *Hanappi pendentes argentei tres.* Eodem cap.: *Hanappus ad bibendum argenteus unus.* Chron. Fontanelense cap. 16: *Hanappum argenteum optimo opere factum, habentem limaces aureos quatuor in fundo exteriori sibi annexos.* Infra: *Hanapum vitreum optimum unum.* [\* cap. 15. *Hanapas argenteos*.] [Edictum Philippi VI. ann. 1332. tom. 2. Ordin. Reg. Franc. pag. 86: *Item, que nuls orfevres, changeurs ne autres quiez que il soient, ne soient si hardiz de faire ni faire faire vessaille, ne grands vessaux d'argent, ne Henaps d'or, se n'est pour calices, ou vessiaux à saintuaire pour servir Dieu, et Hannaps dorés à couvercle.*] Ph. *Mouskes* in Hist. Fr. MS.:

Et apporteront estrelins, Hanas, coupes, et maserins.

Le Roman d'Athis MS.:

Parmi les renes le (vin) vont portant A pleins Hanaps à espandant.

Le Roman de Cortois d'Artois MS.:

Fait bon boivre à Henap d'argent.]

Chronicon Flandr. cap. 15: *Il fait apporter un grant Hanap de vin.*

**ANAPHUS**, in Brevilquo: *Cyphus deauratus, ab ana, sursum, et phos, i. lux, quasi in superiore parte vel superficie lucens.* Catholicon Armoricum: *Hanaff, Gall. Hanap. Lat. Cantarus, crater.* Poeta infimæ ætatis MS.:

Sunt Anaphos, piscina, batos, Abbatis, corus, orcham.

Ubi Glossa habet eadem, quæ auctor Brevilqui. Vetus Chronicon MS.: *Hæc sunt, quæ de S. Ansberti habemus reit-*

quiss... partem ipsius casulæ, marsupium vero et anaphum, seu pyxidem, atque cullellos. [Maceriæ Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 76: *Septimo Idus Decembris obiit Hillinus Comes, qui dedit Fratribus calcaria aurea valentia mille solidos, et S. Stephano unum Anaphum valentem centum sexaginta solidos.*]

ANAFUS, Historia Episcoporum Auliodorensium cap. 20: *Dedit et hincarios 2. anacteos pensantes libras 4.... Item dedit cochleares,.... dedit et Anafum unum pensantem lib. 2. habentem leonem et laurum deauratos.* Tabularium Brivatense Ch. 256: *Mapam 1. Anafo 1. etc.*

ANAPUS, Charta Eccardi Comitit Augustodunensis ex Tabular. Persiensis apud Perardum: *Anapos corneos meliores duos... et Anapo corneo majore, cum illo de mazarro. Infra: Cuppa una, et Anapellos de marmore duos.*

HANNIPA, Idem sonat apud Wolphardum Presb. lib. 3. de Mirac. S. Walburg. num. 7: *Vas, quod Hannipa nominatur, quo mixtio agebatur, ita exinanitum est, etc.*

\* Vas ansatum et pede instructum, quo a poculo distinguitur. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 290: *Il ne se recorde pas se ce fu Anap ou gobelet. Hanepel d'argent, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abba-vil. fol. 162. v. ad ann. 1391. Quorum vasorum conficiendorum ars, Hanapperie vocatur, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 370: *Le suppliant qui est ouvrier de orfavrerie et de Hanapperie etc. Henapier autem vel Hennapier, eorumdem artifex vel mercator.* Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 158. ch. 211: *Le suppliant vendi... le hannap de madre à bosse d'argent à un Hennapier.* Aliæ ann. 1407. in Reg. 161. ch. 393: *Trois hommes relieurs et vendeurs de henaps;... lesdiz relieurs ou Henapiers, etc. Henepée vero dicitur, quantum hanapo continetur, apud Fauchet. lib. 2. cap. 14. ex veteri Poeta Gallico:**

Ne de buens Parisiis une grant Henepée.

† HANAFAT MELLIS, Vas quoddam quo mel mensurabatur, Gall. *Une Hanapée de miel.* Charta ann. 1107. ex Tabulario Kemperleg.: *Ego Alanus D. H. Britannicæ Comes, dedi Monasterio S. Crucis terram Kilicaduc in Elgene, quatuor videlicet ciatos, id est, anafat mellis.* Idem Tabularium: *Quidam balistarius Constans nomine dedit Monasterio S. Crucis terram Kilperit, quæ est septem Hanafat mellis, quam acceperat ab Alano Comite.*

HANAPERIUM, Vas amplum, vel locus recondendis hanapis aptus. Chron. Will. Thorn: *Hi 4. bacini in uno Hanaperio.* Infra: *Item undecim cippi argentei plani de una fabricatura. Hæc omnia cum suis Hanaperiis.* Le Roman de Garin:

Li Rois Girar a pris le Hennepier  
Del viel Fromond, que il n'avoit point cher.

Statuta pro vaginarum confectoribus quos *Hainniers* et *Fourreliers* vocabant: *Nul menestrel dudit mestier ne peut, ne ne doit faire nul Hennepier, qui ne soit de trois cuirs neufs, etc.* Præsertim vero

HANAPERIUM apud Anglos, dicitur Fiscus vel sporta grandior in Cancellaria Regis, cui inferuntur pecuniæ sigillatione diplomatum, brevium, chartarum regiarum, etc. provenientes, cui qui præest *Clericus Hanaperii* appellatur. Charta Regis Ricardi II. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 943: *Rex.... cum de gratia nostra speciali, et pro quodam fine,*

*quem Elizabeth, quæ fuit uxor... nobis solvit in Hanaperio nostro, concesserimus, etc.* Adde tom. 2. pag. 23. Sic autem videtur primitus appellatus Fiscus regius apud Anglos, quod in eo recondentur *Hanapi*, et scutraræ, cæteraque vasa, quæ in censum ac tributum persolvi solebant. Guibertus lib. 3. de vita sua cap. 4: *Magnus ille census monetæ Anglicæ, Hanaporum, et scutrarum, qui male coaluerat, brevi dilapidatus est.* Vel etiam, quod quæ in pecunia numerata Principibus quotannis exsolventur munera, in *Hanapis*, seu pateris, præstarentur: quod monuimus ad Joinvillam pag. 86. de quo more Symmachus lib. 10. Epist. 28. ubi de strenis annuis Imperatori oblati: *Merito vobis solennes pateras cum quinis solidis, ut numinibus integritatis offerimus, quibus nec vester pudor, nec noster census oneratur.* Vide in voce *Cubitiorum.*

HANEPIER, Aliud sonat apud nostros, quibus ita appellatur pars quædam corporis, pectus forte, eadem notione, qua arcam appellari supra observatum. Le Roman de Roncevaux MS.:

Tout le pourfent descî en Hanepier.

Le Roman de Gaydon MS.:

Tout le fendi descî en Hanepier.

Chron. MS. Bertrandi du Guesclin:

A moitié le fendi chervelle et Hanepier.

Alibi:

Mais Charles de Dinant li ala si paier,  
Que tout li enfondra bacier et Hanepier,  
La cervelle en espant, mort le fit trebuchier.

☞ Ex allatis postremo verbis superior capitis pars voce *Hanepier* significari videtur: quod firmat le Roman d'Athis MS.:

Del branc lui va tel cop donner  
A mort parmy son heume cler,  
Et lui embarre si parfont,  
Le Hanepier dessous en ront,  
Que la chiere en couvre toute  
Dessous les yeux qui ne voit gouts.

\* Alteram interpretationem confirmat Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Craneum, Gallice Hanepier.* Hinc galeam, *Hanepier* appellat Mons-trel. vol. 3. ad ann. 1453. fol. 51. r. *Messires Jaques de Laling... fut attaint au chief d'une pierre de veuglere venant du chastel, et fut son Hanepier emporté du coup, si qu'il cheut mort illec.* Neque huic interpretationi omnino repugnare videntur, quæ hic proferuntur a Cangio.

† HANCHA, Coxendix, Gall. *Hanche.* Charta ann. 1275. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Et erat statura ipsius imaginis usque ad Hanchas tantum.* Vide Anca 1.

† HANCHA, Vervecis coxa, Gall. *Eclanche, Gigot de mouton.* Ordinarium Laudunense apud Marten. de Divinis Officiis antiq. Eccl. pag. 95: *Cantores prædicti cantant coram Episcopo dum epulatur. In secundo ferculo pulsatur campanula, et fit benedictio a sacerdote, et datur Hancha et magnus panis et dimidius sextarius vini.* Hemeræ Hist. Viromand. pag. 115: *Dominica, debet Dacanus 10. sextarios frumenti.... 5. Hancas, quarellum salsum, sex humeros salsos, minutam assaturam.*

\* Nostris *Hanchier*, est Crus cruce implicare: quod *Le tour de haute hanche* etiam vocabant. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 206: *Lequel Guillaume abati à terre ledit Laurens du tour d'une haute hanche.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 151. ch. 368: *Je gagerai à toy un pot de vin que je te abatray*

*dedens trois foiz, mais que tu me laisses Hanchier ou croquier à chascune foiz.*

† HANDBOROW. Vide *Headborow.*

\* HANDFESTE, Jus Danicum apud Ludewig. tom. 12. Reliq. Mss. pag. 176: *Item leges Erici regis bonæ memoriæ, quæ Handfeste dicuntur, servantur.* [☞ Vide *Haltaus.* Glossar. German. in hac voce col. 802. Rosenvingii Histor. Jur. Dan. § 88. 90.]

HANDGRITH, Pax manu data, ex Sax Hand, manus et gri, pax, quæ etiam cyninges hand gry, dicitur, i. pax manu Regis data. Leges Alfredi et Godrini § 1: *Et hoc est primum dictum Ecclesie, pax intra parietes suos, ut Regis Handgrith, semper inconvulsa permaneat.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 13: *Hæc mittunt hominem in misericordia Regis, infractio pacis, quam per manum suam dabit alicui.*

HANDHABENDA, Latro manifestus, in flagranti crimine deprehensus, Bractono, *Handhabend*, ex Saxon. Hand manus, et hæbbend, habens, quasi *furtum in manus habens*, ut est in Legibus Adelstani Regis apud Greatlevam § 1. ubi Editio Saxon. pag. 53. *Seof æt hæbbendre handa gefangen.* Leges Henrici I. cap. 59: *Ne forisbannitum, aut furem Handhabendam Francigenam, vel Anglicum, ultra duocimum ætatis annum, et 8. denarios valens, impunitum transeat.* Infra: *Si in mortificationibus Handhabenda sit, sicut liber moriatur.* Adde leges Adelstani Exoniæ editas § 6. *Fleta lib. 1. cap. 38. § 1: Furtum manifestum est, ubi aliquis latro deprehensus saisitus de aliquo latrocinio Handhabinde et backberynde, et insecutus fuerit per aliquem, cujus res illa fuerit, quæ dicitur Sacborgh, et tunc licet insecutori rem suam petere criminaliter ut furatum, etc.* Vide Bracton. lib. 3. tract. de Corona cap. 32. § 2. cap. 35. § 1. et Britonum pag. 72. v.

Est etiam jus quod Baroni competit cognoscendi de hoc crimine in Curia sua. *Fleta lib. 1. cap. 47. § 2.*

\* HANDHOUDER, Officii municipalis apud Flandros nomen, qui legibus servandis invigilat. Lit. ann. 1410. pro libert. Furn. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 588: *Savoir faisons... de par les Handhouders et cueriers de nostre chastellenie de Furnes, etc.* Infra: *Lan-dhouders.*

† HANDSEAX, Manualis gladius, pugio, Gall. *Dague, poignard*: Somero, sica: Kiliano, *Securicula*, securis manualis, a Sax. Hand, manus, et seax, gladius. Testam. Byrthrici apud Hicces. pag. 52: *Primum naturali domino suo Regi armillam auream quæ habet 80. mancas auri, et unum Handseax tantumdem auri habentem.*

\* Hinc forte repetenda origo vocis Gallicæ *Hendeure* vel *Hendure*, Capulum, vulgo *Poignée*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Scapulus* (l. capulus) *pars ensis, Gallice Hendure.* Rob. Bourron. in Poem. Merlini Ms: *En copa il l'espée le roi tout outre parmi par devant le heut, si que li brans l'en cheia à terre, et Hendure en remest le roi en sa main.* Le Roman d'Alexandre Ms. part. 1:

Mes l'espée li brise, si est en deux volée,  
Parmi la Hendeure ou denier fu quassée.

\* *Enhendeure*, eodem sensu, in Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 350: *Li dux dona une moult riche espée, dont li pomiaus et l'Enhendeure estoit de fin or.* Ubi Will. Gemetic. ibid. pag. 267: *Uni ensem ex auro quatuor*

*librarum in capulo fulgidum dedit.* Emendanda itaque eadem Chronica tom. 5. ejusd. Collect. pag. 270. ubi perperam *Enheudeure*. Inde etiam forte *Enhanté*, pro *Emmanché*, manubrio instructus, in Lit. remiss. ann. 1427. ex Reg. 173. ch. 705: *Une coignée Enhantée en guise d'une hache.* Vide infra *Scapulus*.

\* **HANEHOST**, apud Audomarenses, Delator. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 429: *Ung Hanehost, qui est à dire ung accuseur de gens.*

† **HANEKNECHT**, vel potius *Hancknecht*, quod proprie servum patibuli sonat: at pro homine *bannito* seu lege aliqua proscripto usurpatur in Consuet. Furnens. MSS. ex Tabular. Audomar. : *Quicumque receperit Haneknecht emendabit Comitibus 60. lib. Et qui receptus fuerit 10. lib.*

† **HANELLARE**, pro Anhelare, in Litteris Johannis Franc. Reg. ann. 1358. tom. 3. Ordin. pag. 264: *Nichilominus Consules de Tribus-bonis ad eorum propria commoda Hanelantes, non considerantes dampna illata nobis, etc.*

\* **HANELUS**: et inde *Hanelia*, æ, *Baiscelle*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521.

† **HANERATUS**, Inductus. Vetus Inscriptio: *Calce Hanerata lito politoque.* [\* Si Scriptum non est pro *Arenatus*, arena mixtus.]

\* **HANGARDUM**, Locus tectus et undique apertus, Gall. *Hangart*. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1492: *Datum extraordinarie pro reparationibus et ædificiis factis novis in domo clientis capituli a latere Hangardi scolarum, etc.* *Hangardium*, in altero ann. 1486. *ibid.*

**HANGWITH**, vel *HENGWITHA*, Mulcta, pro latrone præter juris exigentiam suspensus vel elapso: a Saxonico, *hangian*, suspendere, et vite, mulcta. Cum igitur in Chartis dicitur alicui remitti *Hangwithe*, intelligendum juxta *Rastallum*, esse quietum de latrone suspensus sine judicio, vel extra custodiam vestram evaso: hoc est, immunem esse de mulcta et pena pro hujusmodi delictis. Leges Willelmi Nothi vernaculæ cap. 5: *Cil ky prendra larrun sanz suite e sanz cry, que cil en laist à qui il aurad le damage fait, et vienge pois après, si est raison que il dunge 10. sols de Hengwite, e fin face la justice à la premerine devise sans le congé à la justice, si est forfait de 40. sols.* [Glossariolum Beccense: *Hengewyte, Quite de larron, pendu sans serjant le Roi.*] Vide *Fletam* lib. 1. cap. 47. § 17.

**HANIG**, Præstationis vel operæ species, apud Anglos. Charta Ricardi I. Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 261: *Et sint quieti... de operibus castellorum, parcorum, pontium, et de clausuris, et carræio, et sunagio, et Hanig, et regalium domorum ædificatione, et omnimoda operatione.*

† **HANIS**, Idem quod Rex vel Princeps Persis et Tartaris sonat. Vide in *Caganus*.

† **HANLFFANGE**. Vide *Halsfang*.

**HANNIPA**. Vide *Hanypus*.

**HANOK**, [Clamor militaris, provocatio ad arma.] Statutum Henrici V. Reg. Angl. tempore guerræ, apud Nicolaum Uptonum lib. 4. de Militari Officio: *Item si aliquis inventus fuerit, qui clamorem vocatum Hanok, aliquo modo sine nostra licentia inceperit, morte punietur, etc.*

**HANONES**, Piscium species, vulgo *Hanons*. [Litteræ Johannis I. Regis Franc. ann. 1551. tom. 2. Ordin. pag. 424: *Item Morues... moules, oistres, Hanons,*

*pourpois, crapois, payeront six deniers pour livre.*] Vide *Platesia*.

\* **HANNON** vero, partem quamdam aratri, quam vulgo *Coquille* dicimus, sonat, in Lit. remiss. ann. 1449. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 686: *Ainsi que le suppliant ahennoit sa terre, rompi ung Hannon ou piece de sa charrue.*

\* **HANOT**, MITTERE DOMUM AD HANOT, Idem quod *Condemnare domum*, Eam scilicet judicis sententia diruere vel incendio absumere; is enim in Francia mos invaluit, ut non corporis modo pœna, vel morte, multarentur rei, præsertim homicidæ, sed et eorum diruerentur vel comburerentur domus; nisi id pecunia data redimerent, ut dictum est in v. *Condemnare*; quod *Mettre à Hanot* et *Hanojt* vel *Hanoter* appellabant. Charta commun. Peron. ann. 1207. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 53. r. col. 2: *Si quis aliquem de communia Peronæ... occiderit, et captus fuerit, capite plectetur... et domus ejus, si aliquam habuerit, diruetur et mittetur ad Hanot.* Alia pro Atheis ann. 1212. *ibid.* part. 2. fol. 64. v. col. 1. eadem repetit, nisi quod pro *Hanot*, habet *Hanojt*. Ita quoque, pro *Havot*, legendum esse tom. 5. Ordin. Reg. Franc. pag. 159. præterea probat Charta ann. 1376: *Li maisons Alemand Aspers, pour l'homicide fait en le cité, ... sera abatuë et mise à Hanot, après le mort de le femme doudit Alemand, qui devant les espousailles en fu souffissamment doëe et en nom de doaire advestie.* Sentent. ann. 1445: *Nous adjugeons auxdits demandeurs le moitié en treffons et propriété de le maison et hiretaige où ledit Jehan demouroit au jour dudit homicide, ... et tout ledit hiretaige pour le vendre et adénérer selon les dictes clauses de le loy et le correction, qui par edict imperial pour non Hanoter les maisons de ledicte cité, depuis y a été mise.*

\* Ubi autem desiit hæc consuetudo, domus, quæ prius diruebantur, fisco dehinc assignatæ fuerunt atque ob id signo aliquo insignitæ, ut discimus ex Charta Caroli V. ann. 1368: *Domus cujusvis homicidæ, de qua diruenda fit in prima clausula dictarum litterarum mentio, propter hoc minime diruetur nec mittetur ad Hanot, sed in signum atque memoriam commissi delicti et acquisitæ seu confiscatæ nobis propter hoc domus prædictæ, volumus ibi signum poni palam et publice.* Quæ prima videtur esse hæc de re promulgata lex.

\* **HANOTUS**. Vide infra *Havotus*.

1. **HANSA**, Pensitatio pro mercibus exsolvi solita. Charta confirmationis Consuetudinum municipalium S. Audomari in Morinis a Will. C. Flandriæ ann. 1127: *Quisquis eorum ad terram Imperatoris pro negotiatione sua pervererint, a nemine eorum Hansam persolvere cogantur.* Alia Philippi Augusti Reg. Fr. ann. 1201. in Regesto Rerum Normannic. signato P. in Camera Comput. Paris. et in Regesto Philippi Aug. f. 81: *Notum facimus... quod homines nostri de Medonta habent ab antiquo omnes Hansas Medontæ, tam de villa, quam de aqua, suas proprias pro servitio, quod nobis faciunt et antecessoribus nostris fecerunt, scilicet quod adjuvant ad onerandas et ad exonerandas nostras macinas infra Meduntam, et quod reddunt Præposituræ 5. den. de Hansis aquæ. Pro hoc vero servitio et redditu, et quod eas ab antiquo habuerunt, concedimus in perpetuum universitati hominum nostrorum Meduntensi omnes Hansas Meduntenses,*

*tam aquæ quam villæ, sicut hactenus habuerunt.* [Meier. de Reb. Flandric. ann. 1164: *Ab omni telonio ac Hansa, quam vocant, fecit liberos.*] In Sacramento quod is, qui in Burgensem Insulensem involabat, præstabat, apud Haræum lib. 2. de Castellan. Insul. pag. 181: *Et devez paier 15. livres Parisies Comptes de la Hanse, en dedans le prochain jour de cloche.* [\* Vide *Lappenb.* Init. *Fœder. Hanseat.* tom. 1. Prolegom. pag. 18. et 19.]

**HANSIA**, Eadem notione. Charta Roberti Comitis Drocensis ann. 1220. apud Duchesium: *De Hansiis ita dictum est, quod licebit omnibus quibuscumque navibus, de quocumque loco venerint, ire sine conditione (f. conductione) ad quemcumque portum voluerint.* [Malim contradictione.]

\* *Hanses, coustumes*, in Lit. ann. 1405. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 704.

† 2. **HANSA**, Mercatorum Societas, collegium. Litteræ ann. 1407. apud Rymer. tom. 8. pag. 468: *Cum societate mercatorum de Hansa ipsorumque nunciis et procuratoribus quibuscumque.* Hinc

**HANSATUS**, In *hansam*, id est societatem, admissus, ex German. *Hansen*, in numerum sociorum recipere. Vetus Arestum apud Molineum: *Præceptum fuit Præposito Mercatorum Parisiensium, ut restitueret cuidam mercatori de Vasconia, qui Parisiis adduxerat quamdam navem vinis oneratam, quæ creverant in vineis suis, 60. solidos et 14. denarios Parisios ab ipso levaverat, pro eo quod non erat Hansatus Parisiis, id est, de Communia Parisiensi.* Notat Brodeus in Consuet. Paris. art. 173. hæc verba: *Marchand hansé, vel ansé, crebro reperiri in veterib. Statutis Parisiensibus cap. 1. art. 3. cap. 3. art. 4. 19. 20. cap. 12. art. 4. cap. 17. art. 2. cap. 22. art. 3. etc.* [Statuta Scabinorum Maceriarum ad Mosam: *Touchant la Hanse de harans. Tous marchans... qui ne seront point Hancés aud. Maisieres sur le fait de la marchandise de harans... Et loit au Prevot dud. Maisieres... les contraindre à Hancer au dit et ordonnance dud. Prevot... Et s'il est Hancé outrement, il payera du moins xx. s. p. et une livre de cire selon sa faculté et chevance et ne puelit estre Hancés à plus bas pris.] Hugo Plagon, vetus Interpres Gallicus Will. Tyrii lib. 20. cap. 25: *Usus habentes armorum familiarem, vertit bien Hanses d'armes.* Lib. 21. cap. 23: *Disciplina militari instruire diligenter... apprendre les font et Anser d'armes.* Et infra: *Armis strenuos, ... bien Ansez d'armes.**

\* Stat. ann. 1382. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 743. art. 6: *Quant aucun varlet voudra lever son mestier ou ouvroer de soy comme maistre, il sera premièrement Hansé, etc.* Hinc *Ansaige* et *Hance* nuncupatur, quod pro ejusmodi admissione exsolvitur. Stat. ann. 1301. tom. 6. earum. Ordin. pag. 608. art. 4: *Pourront lidit maistre et compaignon dudit mestier (de bouchers) faire paier à celui, qui aura fait ledit serement, ... son Ansaige raisonnable, selon son pouvoir et faculté.* Lit. remiss. ann. 1424. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 83: *Colin Banquelin paioit l'escot pour sa Hance ou bienvenue. Anser, Societas vel ejusdem præpositis opus examinandum exhibere, in Stat. ann. 1399. tom. 8. Ordin. pag. 336. art. 4: *Que tous tizerans en personne viengnent Anser, et apportent... avec eulx tous les draps qu'ilz aront tissu. Enhanser* vero, Insertare, Gall. *Enclaver*, so-*



nat, in Lit. remiss. ann. 1423. ex Reg. 172. ch. 348: *Le suppliant tenant en ses mains un baston, auquel il avoit Enhanssé trois aguz clouz de fer, etc.*

HANSEATICÆ CIVITATES. Ita appellatas censent Rutgersius Rulandus, et Wehnerus, quod earum maxima pars mari adiaceat, unde *Anseestatt*, et litera H. euphoniæ gratia successu temporis, adjecta, *Hanseestatt* fuerint dictæ. Besoldus a veteri Teutonico, seu Gothico *Ansi* deducit, quæ quidem vox eos, qui reliquos opibus et nobilitate præcellunt, significat, quasi eæ urbes præcipuæ fuerint, et negotiationibus, operibus, fœderibusque conspicuæ. Bekanus lib. 2. Francior. ab *Anse*, i. societas, deducit. Vide Cleyracum de Legib. maris pag. 193. et Chopinum lib. 1. de Dom. tit. 11. num. 22. tit. 15. num. 12. Cardinum Bretium in Orat. 28. Petrum Mersæum in Archiep. Coloniensib. [\* D. Dupuis in not. ad num. 8. lib. 51. Hist. Thuanæ.] etc. Eæ autem primum 7. fuerunt, quibus adjunctæ aliæ 70. quarum omnium nomenclaturas exhibet Pontanus lib. 7. Rerum Danicar. ad ann. 1364.

Primam circa hujusce vocis etymon opinionem multum juvat Hickeys horum idiomatum peritissimus, qui in 2. Præfat. ad Grammat. Anglo-Sax. docet apud Anglo-Saxones aliasque gentes Septentrionales *set* en an et *set* an incolas exprimi; atque adeo urbes *Ansetenses* vel *Aen-sætenses* non ab *Ans* vel *Anst*, neque ab *Hansa* ita dictas esse: sed a Cimbrico *Auna*, flumen, aqua, et *set* at vel *sæt*, sedes, habitaculum: unde in compositione *An-sæt*, *An-seat* nuncupata urbs maritima, vel fluminea, Latino-Barbare *Anseatica* vel *Hanseatica*. Nihilominus Fr. Jun. in Gloss. Goth. et Schilter in Teuton. *Hanseaticas civitates* sic appellatas volunt ab inhabitantium frequentia, ex *Hansa* nimirum, Multitudo congregata, concio, concilium. Ubi addit Schilter. *Anses* vel *Hanses* Gothis Proceres, communi fortuna majores significari: unde in compositione nominum propriorum, *Anselmus*, *Ansegisus* ex *Anse* et *Hæsus*, quo primas virorum fortium exprimitur. Vide *Anses* 1. [\* *Hansa* Gothis est Cohors, multitudo, mediis temporibus idem fere quod *Gilda*. Vide Lappenberg. Init. Fœder. Hanseatici in Prolegom. tom. 1. et passim.]

HANSE. Charta Caroli IV. Imp. ann. 1356. apud Maximilianum Henricum in Apolog. pag. 96: *Et si quis mercatorum secus fecerit... poterit ab eo licite arrestari, et puniri more antiquo, qui ut dicunt, Hanse vocatur, qui sic ut dicitur fieri consueverat, quod Civis Coloniensis mercatorem in tali excessu a se deprehensum calamo vel junco vel aliquo consimili ligamento ligabit, etc. Vide Harmiscara. [\* Vide Lappenb. in Prolegom. modo laudatis pag. 19. not. 1.]*

HANSESISIL. Vide *Assassini*.

HANSGRAVIUS, Comes vel præfectus societatis, vel confraternitatis: ex Germ. *Hanse*, societas, et *Grave*, Comes, præfectus. Fridericus II. Imp. in Privilegiis Ratisbonensibus ann. 1230: *Cives potestatem habebunt eligendi Hansgraviium, qui disponat et ordinet extra civitatem, et non infra, ea tantum, quæ respiciunt negotia nundinarum.* [\* Vide Lappenb. ibid. pag. 18. Haultaus. Glossar. German. pag. 223. 2207.]

HANTELOD. Decretum Tassilonis Ducis Bajwar. part. 2. § 15: *Qui manus inmissionem resisterit, quod Hantelod*

*vocant, 40. sol. solvat in publico, et ipsam rem quærenti tradat. Hant, et Hande, Germanis, ut Anglis Hand, est manus, load, al. laid, impositum. Ita Hantelod erit, quod vulgo avestum, seu manus inmissio, cum scilicet ex decreto judicis in quempiam manus injicitur. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 974. voce Hantalôn.]*

HANTER MINOT GUINITH, et HANTER MINOT KERCH, in Chartulario Kemperlegiensi. Voces Aremoricæ quæ semimodium frumenti et semi-modium avenæ significant.

HANTERIA, Urbis Parisiensis regio, vulgo la *Hanterie*. Vide supra *Alaanthéria*. Charta abbat. et convent. S. Germ. Prat. ann. 1276. in Reg. A. Chartoph. reg. ch. 20: *Cum ventis et saisinis et aliis proventibus ex eisdem locis et terminis inferius annotatis, videlicet in Hanteria Parisiensis ad festum S. Andreae apostoli, super domo Evarardi de Britannia,.... unum denarium. Item unum denarium pro domo, quam Elena tenet in vico S. Opportunæ in cuneo vici Hanteriz. Hantir, Invadere, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. ch. 317: Paroles contencieuses se murent entre icellui Aleaume d'une part et feu Jehanne Burelle... d'autre part... et se Hanti ladite defunccie audit Aleaume par plusieurs foiz, dont il fu esmeuz et courrociez.*

HANTESIA. Leges Henrici I. Angliæ Regis cap. 61. apud Spelmannum: *In Hantesia qui verborum jurat observantis, semel juret, et in eo lapsus vel elapsus judicetur.* Quod intelligendum existimat idem Spelmannus de Comitatu Hantoniensi, qui in Domesdei passim *Hantese*, quasi *Hant-scira*, more Saxónico, scribitur.

HANTRADA. Capitulare 3. ann. 813. cap. 10. Edit. Baluzianæ: *Qui per Hantradam hominem ingenuum dimittere voluerit, in loco, qui dicitur Sanctum, sua manu duodecima ipsum ingenuum dimittere faciat.* Et cap. 11: *Qui per chartam aut per Hantradam ingenuus est, etc.* Ubi per *Hantradam* manumissio ea videtur, quæ per *manum propriam* fiebat, ut est in Lege Ripuar. tit. 57. § 1. Est enim *Hand* Anglo-Saxonibus et Germanis, manus. Vide *Manumissio*. [\* et Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 179. not. et 332.]

HANTSACCUS, Idem quod supra *Handseax*, Manualis gladius, pugio, apud Roriconem initio lib. 5.

HANTUS. Charta Geraldii Abbatis Angeriac. ann. 1385. ex Chartul. ejusd. Monast. pag. 472: *Vigilia Nativitatis Domini, S. Stephani, SS. Innocentium, S. Thomæ Cantuariensis et Sylvestri Papæ, somma per octuaginta Hantus seu trenericis (leg. tricenariis.)*

HANULA. [Parva delubra, quasi *fanula. Fest.*]

HANUM, pro *Fanum*, Templum, delubrum, in Amalthea. Sic apud Festum: *Hanula, Parva delubra, quasi Fanula.*

HAOSEPEX, pro *Auspez*. Præceptum Caroli M. pro Monast. Prumiensi ann. 790. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 45: *Ut memoratus vir venerabilis Asoarivs Abba sui que successores... ad partem ipsius sancti loci nostris, Deo Hoespice, futurisque temporibus teneant atque possideant.*

HAPICH-HUNT, [Canis accipitrarius.] Vide *Canis Acceptorius*, et *Habughunt*.

HAPIOLA, Cognomen, quod datum legitur Balduino Comiti Flandriæ, Roberti II. Comitis filio, in Chronico An-

drensi pag. 409. qui Meiero et aliis, *Securis* dicitur. Bellocampus in Histor. Merovingica pag. 824. *Hapiolam* interpretatur vernacule, *Hapiette*, seu securiculam, Gallice *Hachete, petite Hache*. Ex *Hape*, securis, quæ vox occurrit in Consuetudine Insulensi tit. 1. art. 46.

\* Charta ann. 1358. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 157: *Et aussi poet coper lidiz censiers une fié sur temps les dessus diz héritages, partout si avant que Hape ou sermens a courut, à droit age et en saison.* Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. ch. 869: *Le suppliant fut treffort navré en la jambe senestre par l'une des filles de Jehan le Wactier d'une Hapiette. Lequel Arnoul... avoit une Hapiette en l'une de ses mains, dont il avoit couppe ledit frasnél, in aliis ann. 1475. ibid. ch. 1532.*

HAPSUM, Vellus lanæ, in Gloss. Isid. Caper de Verbis dubiis: *Hapsum, vellera lanæ, non hapsus.* Titular Celsus lib. 4. cap. 6. lib. 7. cap. 26. Kiliano teste *Haps* et *Hasp*, idem sonat Teutonibus.

HAQUE, EQUUS HAQUE, Semiexsectus, Gall. *A moitié coupé.* Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 334: *Oddo de Beuqua increpando Johannem de Forgis, quia sic tenebat unum equum Haque, quod est animal malitosum, juxta seu prope dictum jumentum.*

HAQUENEYA, Equus tolutarius, Gall. *Haquenée.* Comput. ann. 1402. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 169. col. 1: *A Johanne Arraudi, pro una Haqueneya morella, xxxij. francos valentes xxxij. libras Turon. Un Haubby d'Irlande, apud Math. de Couciaco in Carolo VII. pag. 593.*

HAQUETUM, Mensuræ species. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 211. rº: *Item decem et octo Haqueta salis.* Vide supra *Haciata*.

HARA, f. idem quod *Haracium*. Testamentum Henrici Comitis Ruthenensis ann. 1301. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 556: *Hæc omnia pertinere voluit dictus testator ad dictam Beatricem cum omnibus suis instrumentis, juribus et pertinentiis... ac cum omni integritate juris et status quæ prædictus testator habet et habere debet in prædictis locis et Haris et rebus a dictis locis, territoriis, pertinentiis, etc.*

HARA CUNICULARIA, Vivarium cuniculorum, Gall. *Garenne.* Charta ann. 1467. ex Tabul. S. Maurini: *Liberum erit omnibus jurisdictionis incolis vivaria, columbaria et Haras cunicularias habere.* Pro stabulo porcorum, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Hara, porcherie. Harans, Grex porcorum, in Charta ann. 1358. ex Bibl. reg. Vide mox Haracium.*

HARACIUM, Grex equorum, nostris vulgo *Haras*: ab *Hara* forte, stabulo, vel grege porcorum. Auctor Græcismi:

Est Hara porcorum brevis, et non ara Deorum.

Leges Burgorum Scotticorum cap. 89: *Non licet Burgensi... porcos tenere, nisi habuerit custodem eos sequentem, vel pascat eos in Hara, id est, styte, unde vicini sui damnun inde non incurrant.* Alii vocem ex Italico la *Razza*, seu Gallico la *Race*, formatam volunt, quod in ejusmodi *Haraciis* equi secundum ortus, generationis, et notionis speciem distinguantur. Nemesianus in Cynegético:

..... Delectus equorum,  
Quos Phrygiæ matres Argæaque gramina pasta  
Semine Cappadocum sacris præsepibus edunt.

Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 143: 10.

millia equorum... præter illos, qui erant in pascuis et Haraciis. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 337: *Universas decimationes de dominio meo in bladis, pratis, Harraciis, molendinis, etc.* Adde pag. 339. Idem Monasticum tom. 2. pag. 967: *Plenam decimam de... venationibus et venditionibus, et Araciis equorum et equorum.* Regestum Philippi Augusti Herouvallianum fol. 158: *Et possunt mitere per totam forestam... Haracia sua.* Adde Matth. Paris pag. 261. [et *Madox Formul. Anglic. pag. 27.*] Charta Philippi Regis Franc. ann. 1310. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 60: *Ut quandam congregationem seu armentum equorum et iumentorum, quod vulgariter Haracium nuncupatur, haberent et tenerent in foresta nostra Aurelianensi, etc. Greges dominici, Haracia dominica, in leg. 1. C. Th. de Grege dominico (10, 6.): Πρωτόφωβία βασιλική, Procopio lib. 1. Vandal. cap. 12. et lib. 4. Gothicor. cap. 27. de quibus consulendum omnino Jacobus Gotofredus ad dict. tit.*

Habuere etiam nostri *Haracia* sua, ut colligitur ex Gregorio Turon. lib. 8. cap. 40. ubi *iumentorum fiscalium* meminit, et ex Capitulari de Villis, quod Carolo M. adscribitur.

Habuere denique Imperatores CP. anterioris ævi, quibus præerat Magistratus, Λογούτης τῶν ἀγέλων dictus, cujus, præter Codinum, meminit Pachym. lib. 9. cap. 5.

Aliud porro est *Harasse*, in Assisiis Hierosol. MSS. cap. 94. ubi arma Militis duello pedibus decertantis pro causa *murdr* describuntur: *Il combat à pié avec une targue que l'on appelle Harasse, qui soit plus grand de lui de dempié, ou plain paume, en laquelle ait deus pertuis de commun au grant, en tel endroit que il puisse son adversaire veir par ceaus pertuis, etc.* Ex qua quidem ejusmodi ingentis scuti descriptione, satis liquet, gravissimum fuisse illius pondus, ita ut qui eo sese tuebatur adversus hostem, non minimum defatigaretur, ac proinde ortam vocem nostris familiarem videri, *Harasser*, pro fatigare, quomodo *Targer*, eadem fere notione, a *targia*, scuto perinde prægrandi, effectam suo loco doceamus. Rigordus ann. 1214: *Quidam de obsidione consueverat venire ad fossas parma prætenta, quam quidam famulus ante ipsum portabat, non manuali quidem parma, sed immensa, quales in obsidionibus deferri solent.*

\* An inde *Harcourt*, qui equos nutrit, in Gest. Brit. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1483:

Ce didrent troy, qui avoient non,  
Hanchelin, Brandes et Symon.  
C'estoient les troyz conestables;  
De bons chevaux en leur estables  
Plusours avoient assez toujours;  
Car ils estoient bons Harcourts.

An idem quod *Hardicort* infra in *Hardimentum*, Veles, procurator, vulgo *Escarmoucheur*?

† **HARAHUM**, Locus sacer, basilica. Vide *Araham*.

**HARAIIDUM**. Vide *Harireda*.

† **HARALDUS**. Vide *Heraldus*.

\* **HARAMEN**, *Lo sterco de colombi*. Glosar. Lat. Ital. MS.

\* **HARANEAE**, pro *Aranea*, Pannus seu tela subtilior, vel reticulata. Rubric. antiq. MS. ecll. Belvac.: *Accedunt magister matricularius et minister altaris, et flexis genibus in albis auferunt dictas Araneas, et chorus debet ornari. Paulo ante: Altare ornatur... pannis delicatis, qui dicuntur araneæ.* Vide *Aranea* 1.

† **HARANGUA**, Oratio publica, Gall. *Harangue*, Processus de B. Petro Luxemburgo tom. 1. Julii pag. 529: *Qui quidem D. Decanus inter alia, quæ dixit, faciendū Haranquam nomine Ecclesiæ Parisiensis prædictæ, recitavit, etc.* Vide *Arenga*.

**HARANSCARA**. Vide in *Harmiscara*.

**HARAUUM**, [Idem quod *Harahum*.] Vide *Araham*.

\* **HARBANNUM**, Idem quod *Herebanum*, Submonitio ad exercitum. Charta ann. 1137. ex Chartul. Med. monast. Bitur. fol. 4. vº: *Quicumque in tota terra illa habitabunt, ab omni consuetudine penitus immunes et quieti perpetuo habeantur, videlicet... ab omni expeditione, ab omni Harbanno, etc.*

† **HARBERGARIA**. Vide in *Hereberga*.

† **HARBERJAMENTUM**, Aedes, mansio, domus. Charta Petri Abbatis de Talmundo ann. 1366: *Perpetuo tenendum et explectandum, videlicet Harberjamentum nostrum de Olono vocatum, decimariam cum curtillagio, viridariis et pertinentiis suis.* Vide *Hereberga*.

\* **HARCIA**, Tortilis ex virgultis laqueus, Gall. *Harcelle*; qua etiam Gallica voce *Vimen*, vulgo *Osier*, significatur. Charta ann. 1205. ex Lib. albo episc. Carnot.: *Dictus Nevelo concessit hominibus de Deconfectura... Harciam de omni arbore, excepta quercu, ad filicem simul cum herba crescente ligandam.* Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 586: *Le suppliant... a mal prins certaines gaulles et Harcelles, que l'en nomme osier.* *Herchelle*, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1451. ex Reg. 184. ch. 154: *Laquelle femme s'aproucha près et frapa le suppliant par le visage d'une waulette ou Herchelle.* Vide *Hardes*.

**HARDACIUM**. Notitia ann. 1145. ex Tabulario Eccles. S. Laudi Andegav. fol. 90. verso: *Dedit præterea duabus Ecclesiis, videlicet B. Mariæ et B. Laudi Hardacium parvum, quod sub exclusa prædictarum Ecclesiarum communi in sabulo impulsu undarum ibi adunato adillando creverat, et cum ei nihil valeret, Ecclesiæ damnosum erat.*

† **HARDEIA**, Fasciculus, Gall. *Bote*, ab *Hardes* qua constringitur sic dictus. Chartularium Monast. Aquincinct.: *Tribus autem terminis in anno debet ei Monachus unam Hardeiam straminis sive stipulæ dare.*

\* Alias *Hardée*. Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 315: *Icellux significans ont prins six Hardées de lin.* Aliæ ann. 1394. in Reg. 146. ch. 351: *Le suppliant vendi vint Hardées de foings à Pierre le Queux.* Haud scio an eadem notione *Wardelle*, in aliis Lit. ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 427: *Après ce que ledit Simon eust chargé audit lieu de Masengarbe certaine quantité de Wardelle.* Sed legendum videtur *Waidelle*. Vide supra *Waida* in *Guaisidium*.

\* **HARDELLUS**, Nebulo, nequam, nostris *Hardel* et *Hardiau*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 66: *Iste Hardeillus est audacia magna motus, qui potavit de vino, postquam michi displicebat.* Aliæ ann. 1365. in Reg. 98. ch. 737: *Ita non fecit ille Hardeillus Colinus le parcheminier, cui tanta bona feci.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 152. ch. 67: *Icellui Yssebar, dit audit Goule qu'il estoit un mauvez Hardelt hayneux et brigueur. Laquelle Jehanne eust deslengies les dites trois jeunes filles, pour ce qu'elles mençoient du fruit de laditte Jehanne, et leur dist que elle les ferait battre, en les appellant sanglantes Hardeles, in*

alis ejusd. an ibid. ch. 290. Aliæ an. 1390. in Reg. 118. ch. 20: *Icellui Symon... dist à l'exposant plusieurs villenies et paroles injurieuses, en lui appellant Hardiau.* Hinc *Hardaille*, hujus farinae hominum turma, in Lit. remiss. ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 451: *Icellux Galots et Tourbier commencerent à dire... Montez amont Hardaille, alez à la landie vo mere.* *Hardel* vero, pro quadam vestimenti parte, in Mirac. B. M. V. MSS. l. 1:

N'ait cuevrechiés, manche ou Hardel.

† **HARDELONUS**, Fibula, seu fibulæ acicula, a Gall. *Ardillon*. Processus de Vita S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 565: *Et venter ipsius Blanchæ adeo inflavit quod Hardeilonus zonæ et tunicam quam habebat indutam circa ventrem ruperunt.*

† **HARDERE**, f. pro *Hurdare*, Cratibus munire. Computus ann. 1203. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. CLXXVIII: *Pro tachia turris Hardenda et plumbanda, et pro aliis tachis quas fecit apud Dunum, III. l.*

**HARDES**, Tortiles ex virgultis laquei, nostris *Hardes*, et *Harcelles*. Charta Gaufridi D. de Baucignies, fratris Ducis Brabantiae, in Tabulario Monasterii Thennaliensis fol. 27: *Alteras virgas colligere poterunt in memore supradicto: et si Hardes ruptæ vel fractæ fuerint, alteras Hardes colligere poterunt, sicut de virgis superius est expressum.*

Ab hac voce indita resti ac laqueo, quo furciferi suspenduntur, appellatio: forte quod ejusmodi tortilibus virgultis ad majorem ignominiam eorum colla innecterentur, iisque furcæ appenderentur: quod testatur Wippo de Vita Conradi Salici pag. 433: *Postera die Romani, qui seditionem commoverant, ante Imperatorem venientes, nudatis pedibus, liberi cum nudis gladiis, servi cum Torquibus vimineis circa collum, quasi ad suspensionem præparati, ut Imperator jussit, satisfaciebant.* Supra, pag. 432: *Mane autem facto Ravennates, qui remanserant, in cilicio et nudis pedibus, atque exertis gladiis, ut lex eorum præcipit.... omnibus modis satisfaciebant.* Adde Ottonem de S. Blasio cap. 11. extremo: *Imposer la Hard aux larrons, in Consuetud. Belloquercensi art. 1. ut Consuetud. Arvern. cap. 10. art. 4. et Marchensi art. 32. infractio assueveramenti dicitur emporter la Hart, et pœna capitali puniri.* Le Roman de *Parise la Duchesse* MS.:

Je te ferai la Hart autor lo col noir  
Et pandre as forches, et an aut ancroer.

Le Roman de *Vacces* MS.:

Je l'envoiero as forches entor le col la Hart.

Chronicon Flandr. cap. 90: *Six des bourgeois de Calais alerent au Roi Edoüart en leurs dras linges, deffulés et deschans, la Hart au col.* Guill. Guiartus de Veruolii incolis:

Qui les Hars au col se rendirent.

*Banni sor le Hart*, apud Bellomanerium et Butelerium, i. *sur peine de la Hart*, ut est apud Froissart. 1. vol. cap. 111. et in Consuet. locali Ambian. art. 19. Tradunt Historici, Philippum Pulcrum Joanni Comiti Hannoniæ, qui a fide defecerat, (utpote Regis vassallus propter Comitatum Austrevanti) indixisse, ut in curiam veniret, *pour amander à sa volonté ayant un fil de soie entour son col, en guise de Hart.* Vide *Retorta*.

† Haud scio an ab eadem origine, an a Lat. *Ardere*, repetenda sit vox *Har-*

diere qua nostri usi sunt pro hodierna voce Gall. *Cremaillere* vel *Cremaillere*, *Cremaithra*, ferrum suspendendis in foco lebetibus aptum. Vetus Poëta MS. e Bibl. Coislîn. :

Et met de l'euë en la Chaudiere ;  
Et la pendent à la Hardiere.

Hinc etiam *Hardiere*, Funis grossior ex aliis minoribus intextus, in Lit. remiss. ann. 1441. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 78 : *Lequel varlet print la Hardiere ou hemye faite de grosse corde, propre à mettre un verrin ou grosse cheville de bois, qui est mise parmi la viz du pressoir.*

\* **HARDIATA TUNICA**, Sagi vel tunicæ species, idem quod *Cotardia*. Charta ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 306 : *Presbyteri dicti hospitalis... defferre non audeant sive possint supertunicalia, aut tunicas pro supertunicabilibus Hardiatas, nisi clausa seu clausas ab anteriori parte. Robe hardie nuncupatur in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 398 : Une robe Hardie de pers à usage de femme. Vide infra *Hardita Tunica*.*

\* **HARDIMENTUM**, Audentia, Gall. *Hardiesse*, in Lit. remiss. ann. 1362. ex Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 204. Nostris *Hardement* et *Hardiement*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Animositas, Hardement*. Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 11. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 163 : *Il prist cuer et Hardement*. Christ. Pisan. in Carolo V. part. 1. cap. 16 : *Sa douceur et clémence donnoit Hardiement et audace, mesmes aux menbres de hardiement deviser à lui*. Lit. remiss. ann. 1446. in Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 108 : *Tant par temptation de l'ennemy et de jeunesse, que aussi pour le Hardement, foies et simples manieres que avoit et tenoit à l'environ d'icellui suppliant une jeune fille, ... il la cogneut charnement*. Vide supra *Ardimentum*.

\* Hinc *Hardier* et *Haridoier*, Verbis vel armis lacessere. Gesta Ludov. Pii cap. 5. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 135 : *Aucun des hardiz bachelers de Vost venoient trop près des murs pour Haridoier à ceus dedenz*. Guil. Tyrii contin. Hist. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 606 : *Mes sitost comme il murent, li Sarasins lor furent au devant por Haridoier*. Ibid. col. 721 : *Le Croc... i envoia cc. Turs por Hardier. Dont il avint que sitost que li Hardicort les aprochierent, il se mistrent au retraire*. Villehard. paragr. 207 : *Et furent mult Haridoié de la gent de la terre et des Græx*. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 238 : *Lesquelz en Hardoyant l'un contre l'autre, icelui suppliant donna audit Cerchemeau d'un petit coustel par le ventre*.

† **HARDINEA**, Sylva cædua, Gallis *Tailis*. Charta ann. 1255. tom. 1. Chartul. Vandreg. pag. 148 : *Dedi... unum pratrum quod habebam in parrochia S. Vandregesilli, situm intra Hardineas ex una parte et costuram S. Vandregesilli ex altera pro VII. solidis*.

\* Nequaquam ; est enim Locus arenosus vel glareosus, ut efficitur ex voce *Hardine*, qua *Arena*, sabulum, glareas, vulgo *Gravier*, significatur, in Charta ann. 1197. ex Chartul. priorat. Lehun. ch. 20 : *Et pro degrano illor, quod habet dictus Johannes (de Hapelincurte) in molendinis de Lehons apud Pontem, prior Lehuni et monachi de jure possunt et debent le Hardine accipere ad usus suos ubicumque voluerint, pro calciata reficienda et pro ponte reficiendo. Hardinam*

habet eadem Charta infra num. 34. Rursum alia ann. 1348. ibid. ch. 105. hæc Gallice ita reddit : *Et pour chel desgren, lidis sires et si successeurs seigneurs de me dite maison de Happlincourt doivent livrer Hardine en leurs yawes, près ou mares asdis religieus, pour refaire leur cauchie, leurs pons de Brye et les moelins dessusdis*.

\* **HARDITA TUNICA**, ut supra *Hardiata*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 113 : *Nisi mitteret sibi decem libras et unam tunicam Harditam, cum quibusdam caligis*.

\* **HARDICES**. Domesdei apud Spelman. : *In Wales sunt tres Hardwices : Lamecare, Potischmet, et dimid. ex his sunt 8. carucatus, et 2. villani*. Saxonibus herde est via, et vic, vicus, villa : sed an huc quadrent, alii viderint.

\* **HARE**, Vox quæ ad nundinas inlamar solebat. Charta ann. 1219. ex Bibl. reg. : *Tenetur integre sine difficultate persolvere, in proximis nundinis S. Johannis Trecentibus apud Trevas, quatuor diebus antequam clametur Hare, Hare, tringinta marcas bonorum novorum et legalium sterlingorum*. Alia Math. ducis Lothar. ann. 1230. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. : *De fidejussione 1725. librarum Pruviniensium solvendarum in proximo futuris nundinis Maii de Pruvino apud Pruvinum, octo diebus postquam clamabitur Hare, Hare, qua obligatus est pro me, etc. Au quatrième jour de Hare de dras de la foire S. Jehan à Troyes*, in Ch. ann. 1291.

\* **HAREBANNUS**. Vide *Herebannum*.

\* **HAREIMAR**, Lo sterco de asino. Glossar. Lat. Ital. MS.

† **HARELA**, **HARELLA**, Conjuratio, conspiratio, societas hominum conjuratorum. Regest. 80. Chartophylacii regii Charta 196. ann. 1350 : *Rebelliones et conspirationes per modum Harele et monopolii contra nos et gentes nostras... commississent*. Ibid. Ch. 545 : *Rebellium seu Harelatorum*. Vide *Manipolium*.

¶ Hinc eadem vox usurpata a Scriptoribus mediæ ævi, ut expeditionem militarem, in qua negotium Episcopi agebatur, significarent : ipsis quippe religio erat bellum pronuntiare, non vero inferre aut gerere. Charta ann. 1206. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 329 : *Quando negotium proprium Comitis est, et homines Episcopi cum Comite vadunt in exercitum, tunc Exercitus nuncupatur. Et quando negotium proprium est Episcopi, tunc Episcopus ballivum Comitum requirit de hominibus Comitum sibi in auxilium transmittendis, qui per suum submonitorem homines Comitum submonet ad auxilium domino Episcopo impendendum, et tunc dicitur Harella. Si vero aliquis hominum vel Comitum vel Episcopi remanserint ab exercitu sive Harella, emenda de hominibus suis ad Comitem, et de suis ad Episcopum totaliter pertinebit*.

\* Seditio, tumultus, nostris *Harele* et *Harella*. Arest. parlam. Paris. ann. 1308. in Reg. Olim fol. 125 : *Sic a dicto tempore citra per tales conspirationes illicitas et Harellas reprobatas, etiam juramento vallatas, consulatum et administrationem dictæ villæ inter se per circuitum tenuerunt. Sans faire aucun Harele, monopole, assemblée, in Lit. ann. 1343. ex Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 60. Stat. ann. 1424. in Reg. 173. ch. 118 : Et se nul est trouvé qui face quelquehan ne Harella, il sera pugny selon le cas. Neque alio sensu intelligenda hæc eadem vox infra ex Lit. ann. 1339. ubi pro *Avanies*, legendum *Aliances*. Hinc *Hareleux*, pro *Rebellis*,*

seditiosus. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. ch. 236 : *Icellui sergent dist que c'estoit grant dommage que lesdis de Dieppe n'estoient les testes coppées, ... qu'ilz n'estoient que Hareleux, traitres, rebelles à nous, et faultz maillés*. Unde *Hareusement*, Tumultuose, seditiose, in aliis Lit. ann. 1398. ex Reg. 144. ch. 155 : *Les habitans de Lucey alerent violemment à force d'armes, garnis de bastons moult Hareusement en la ville de Bruley, etc. Quæ non absurde deduci possunt a verbo *Harer*, In aliquem incitare. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 119. ch. 74 : *Huguenin et sa femme... Harerent et firent courir lesdis chiens ausdis moutons. Héraulder, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 190. ch. 9 : Le suppliant appella son chien, le Héraulda et mist après les pourceaultz estans en son jardin. Helle. f. abbreviate scriptum pro *Harella*, in Lib. rub. domus publ. Abbavil. fol. 82. r. ad ann. 1358 : *Jehan de la Mare pour plusieurs Helles, compilations ou paroles sentans commotion de peuple... fu jugié à avoir coppe-le-teste*. Hinc fortassis auxiliaries copæ, *Harella* appellatæ, quod ex collectiis militibus congregaretur. Vide Ducat. part. 2. pag. 445.**

¶ Ad hunc sensum proxime accedit vox Gallica, *Harellas*, vexatio, molestia, exactio, a veteri Gall. *Harier*, molestiam exhibere, gravare. Vide Skinnerum in Etymolog. Linguae Anglic. in voce *Hare*. Literæ Philippii VI. Regis Franc. ann. 1339. tom. 2. Ordin. pag. 136 : *Nous voulons et ordenons, et par ces lettres defendons, que les maistres de nefz et vessaux, et ceuls qui chargeront, ou deschargeront leurs danrées, ne puissent faire avanies ou Harellas de prendre ou avoir d'euls, plus excessif salaire qu'il ne appartientroit*. Nec aliunde repetenda videtur vocis *Harella* origo, qua seditio quædam seu factio quæ Rotomagi sub Carolo VI. commota est, designatur. Vide Juvenalem des *Ursins* in Hist. Caroli VI. ad ann. 1382. et *Menaigium* in Origin. Gall.

\* **HARELLA**. [Gall. « ensemble des juveurs d'une paroisse, des habitants prêtant serment devant la cour et devant lui faire connaître tous les crimes donnant lieu à une enquête judiciaire dans les placita corone : « Placita spade de presentacionibus *Harellarum*. (Rôle de Quernesey, 1299, 1, 87. »)]

\* **HAREMANNUS**. Vide *Herimanni*.

\* **HARENA**, pro *Arena*. Vide in hac voce.

\* **HARENAM**, vel **HERRENAM**, Unum e 12. auguriis, de quibus in verbo *Venta* : quando homo vel avis a dextro latere tui vadit in sinistrum, transiens post tergum tui, et eam vides alicubi repausare, tunc est tibi malum signum super negotio. Ita Michael Scotus de Physionomia.

† **HARENARI**, Eadem notione. Vide *Fert*.

† 1. **HARENARIUS**, Nervus instrumenti musici. Julius Firmicus lib. 6. cap. 31 : *Musicos faciunt, qui lyrae vel Harenarios, vel ærenervos dulci modulatione percutiant*.

† 2. **HARENARIUS**, Qui in arena pugnat. Acta Proconsularia sub Zenophilo de Traditoribus, apud Baron. ad ann. 303. num. 27 : *Nundinarius diaconus dixit : Campenses et Harenarii fecerunt illum Episcopum*. Mæcianus in Dig. fr. 5. lib. 36. tit. 1 : *Sed et qui magna præditus est dignitate vel auctoritate, Harenarii vel ejus mulieris quæ corpore quæstum fecerit, hereditatem restituere cogetur*. Vide *Arenarii*.

† 1. **HARENGA**, Oratio publica, declamatio, concio, Gall. *Harangue*. Statuta Academiæ Paris. art. 22. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 384 : *Item nota, quod bachalarum in decretis non debent recipi ad bachalarium, nec ad examen, nec ad dicendum Harengam, nisi quando Doctores legunt in decretis ordinariæ.* Adde Concil. Pisan. ann. 1409. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1102. Vide *Arenga*.

† 2. **HARENGA**, **HARENGIUM**, **HARENGUS**, Piscis species, Gallice *Haran*. Processus de Vita S. Thomæ Aquin. tom. 1. Martii pag. 689 : *Si haberem Harengas recentes, comederem.* Charta ann. 1324 : *Item tria millia Harengorum apud Pontaudomarum in Brotonia.* Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. CLXXXVIII : *Pro Harengio et sale emplo VIII. l. VIII. s. Andegav.*

† **HARENGARIA**, Tempus piscatum Harengorum, Gallice *Harangaison*. Polyp-tychus Fiscam. ann. 1235 : *Quandiu Harengariæ duraverint singulis diebus quibus ostiarius coquina allectia recepit, debet habere unum galonem vini et unum panem Monachi.*

\* **HARENGARIUS**, Officium monasticum, is, ut videtur, cui piscium cura vel administratio commissa. Charta ann. 1235. ex Chartul. Cluniac. : *Inquiratis etiam de domno Martino Harengario Cluniacensi, de beneficiis a dicto præposito nobis et domui nostræ fideliter impensis, et quomodo negotia conventus Cluniacensis et Harengario vestro procuraverit.*

\* **HARENGERIA**, Mulier, quæ pisces et Harengos vendit, Gall. *Harengere*. Arest. ann. 1384. in Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 88. rº. : *Certa lite... pendente inter procuratorem nostrum pro nobis ex una parte, et procuratorem mercaturæ et nonnullas mulieres aleca Parisiis in halis ad detaillum... vendentium ex altera... Dicto procuratore mercaturæ et Harengeriis prædictis dicentibus ex adverso inter cætera, quod ab omni tempore dictæ Harengeriæ pisces et aleca in dicto loco et platea libere... vendere consueverant.* Reg. sign. Paier ejusd. Cam. fol. 254. vº. : *Marchans et vendeurs de poissons et de harens de mer paieront, soient poissonniers ou Harengiers, ou autres, etc.* Charta ann. 1350. in Reg. 78. Chartoph. reg. 178 : *Thomasin Helies Harengier print sous l'ombre de nostre poissonnier... cinq barris de caqueharen à nostre pris.* Harengresse, in Stat. ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 454 : *Ordinons que les Harengresses dorsenavent ne vendent autres poissons que harens, bockhoux fendus, etc.* Harengerie, Forum piscium, in Charta Phil. Pulc. ann. 1297. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 18. rº. col. 2 : *La halle au blé, la draperie, la Harengerie, etc.*

\* **HARENGUADE**. Vide supra *Aphyæ*.

† **HARENIFODINA**, Arenaria, Gall. *Sablioniere*. Mæcianus in Dig. fr. 13. § 5. lib. 7. tit. 1 : *Inde est quæsitum, ut lapidinas vel cretifodinas, vel Harenifodinas instituere possit.*

† **HAREOLUS**, *Jocundus*. Papias et vetus Gloss. MS. Sangerman. num. 501.

\* **HARETALOGUS**, pro *Aretalogus*, *falsidicus*, Papiæ. Benzo episc. Albens. de Reb. Henr. III. imper. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 351 : *Balaam hæc deludendo fecit Haretalogum, ideoque cum prophetis non habet catalogum.*

\* **HARETH**, Jus Danic. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 169 :

*Item in quocunque Hareth vel villa forensi facta fuerit rapina, etc.*

† **HAREU**. Vide *Haro*.

† **HARFFE**. Vide *Harpa*.

† **HARBANNUM**. Vide *Herebannum*.

\* **HARIDA**, Onus carri. Charta Gerardi de Vanco ann. 1491. ex Bibl. reg. *Unum pratum continens unam Haridam seu vecturam feni vel circa.* Vide *Here-dum*.

† **HARIETUM**. Vide *Heriotum*.

† **HARIGOLA**, Vestis species. Statuta Waltheri Episcopi Dunelmensis ann. 1255 : *Ut Sacerdotes qualitercumque celebrantes, Harigolis aut capis manicatis in locis publicis non utantur.*

† **HARIMANNUS**. Vide in *Herimanni*.

† **HARINC**, Halex, Gall. *Haran*. Custumar. de Hecham : *Ad nonam 4. panes, et 7. Harincs, vel aliud companagium quod tantum valet.*

† **HARINKIDA**. Vide *Harireda*.

† **HARIOTUM**. Vide *Heriotum*.

\* **HARIQUIDAM**, Quod a tironibus cuscumque artis in eorum admissione exigebatur. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1043 : *Hariquidam ou bienvenue, que tous les apprentifs paient chacun en droit soy. Hastellier, eadem acceptione, occurrit in alijs Lit. ann. 1426. ex Reg. 173. ch. 459 : *Icellui Perrot devoit sa bienvenue en la vente, selon la coutume des boscherons, et quant vint à l'escot paier... icellui Perrot ne vout paier son Hastellier, c'est assavoir un galon de vin.**

† **HARIREDA**, **HARIRAIIDA**. Lex Ripuar. tit. 64 : *Si quis hominem in domo propria cum Hariraida interfecerit.* Edit. Heroldi tit. 65. *Hariraida* præfert, Codices alij *Ariragida*, *Harinaida*, et *Harroida*, ut monet Steph. Baluzius. Idem videtur quod

**HARAIIDUM**, in Legibus Henrici I. cap. 80 : *Si quis alium in sua vel alterius domo cum Haraido assaliaverit, vel persequatur, ut portam, vel domum sagittet.* De vocis utriusque notione mihi non liquet. [\*] Vide *Herireta*, Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 2. col. 479. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 635. et Thorp. Glossar. Leg. Anglosax. voce *Haraidum*.]

Utramque nobis interpretari tentat doctissimus Eccardus ad hunc Legis Ripuar. tit. *Hari* est *heer*, exercitus, inquit, et *raida* idem ac *ræthe*, vel quod usitatius, *geræthe*, utensile, supellex militaris. Nos suppellectilem militarem, quæ in hæreditate paterna filii primogeniti est, eodem fere nomine adhuc *Heergeræthe* appellamus. Forcipem his vocibus significari opinatur Schilterus in Gl. Teuton.

† **HARISLIZ**. Vide *Herisliz*.

† **HARITRAIT**, [vox Longobardica, Pars tertia.] Vide *Aratraib*.

† **HARMA**, Currus, a Græco ἄρμα. Relatio corporis S. Venantii tom. 4. Mail pag. 137 :

Egregium corpus jam clarum Martyris almi, Quod tulit ad Siculas magno super Harnate partes.

† **HARMANNUS**. Vide *Arimannus*.

† **HARMELLINUS**. Vide *Hermellina*.

† **HARMISCARA**, **ARMISCARA**, Gravior multa, quæ a Principe viris præsertim militaribus, atque adeo magnatibus irrogari solebat. [\*] Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 681. Haltax. Glossar. Germ. pag. 825.] Varie autem hæc vox scribitur : ac primo quidem

**HARMISCARA**. Capitulum Wormatiense ann. 829. cap. 1 : *Aut illum barnum persolvant, aut aliam Harmiscaram susti-*

*neant.* Capitulum Caroli C. tit. 43. cap. 9 : *Et nostram Harmiscaram secundum modum culpe, et ut nobis placuerit, sustineat.* Adde pag. 446. [\*] ap. Carisiac. cap. ult.] præterea Capitulum Carlom. tit. 1. c. 3. et Capitulum Compendiense ann. 877. Caroli cap. 9. Hincmarus Laudun. Episc. : *... Per wadia emendaverit, quod misfactum habebat, mandaveritque mihi, se velle ad meam mercedem venire, et sustinere, qualem illi commendasset Harmiscaram, etc.*

**ARMISCARA**, in Capitulum Caroli M. lib. 5. cap. 43. [\*] 98.] Concilio Suess. apud Baron. ann. 853. n. 30. et Concilio apud Carisiacum, apud eundem, ann. 856. n. 16. Decretum Ludovici II. Imp. quod exstat in Historia Longob. Ignoti Casinensis, edita a Camillo Peregrino : *Quod si clamor ad seniores venerit, et ipsi talia non emendaverint, tunc horum seniores ipsam compositionem faciant et eadem Armiscara, quamdiu nobis placuerit, sufficere compellantur.*

**HARMSCARA**. Capitula Caroli Calvi tit. 9. cap. 9. *Et simul cum excommunicatione Ecclesiastica, nostram Harmiscaram durissimam sustinebunt.* Tit. 20. cap. 9 : *Et illa omnia, quæ male egerant, legaliter emendare, et talem Harmiscaram... aut judicium... sustinere.* Tit. 31. cap. 21 : *Quatenus per nostram Harmiscaram ita castigentur, etc.* Tit. 34. cap. 9 : *Ac post debitam emendationem, dignam Harmiscaram a nobis dispositam sustineant.*

**HARNISCARA**, in Legge Longob. lib. 3. tit. 1. § 43. [\*] Lothar. I. cap. 43.]

**HARANSARA**, perperam in Constit. Henrici IV. Imp. ann. 1056. apud Goldastum tom. 1. Constitut. Imper. pag. 281 : *Petens venit, ut sibi illam Haranscaram cum vadimonio, quam vobis iurejurando promisit, nostri amoris et rogatus causa dimittatis.* Ita etiam scribitur in Charta Henrici Imp. apud Gretserum de Divis Bambergensibus pag. 461.

\* **HARNESCHAR**, Pactum ann. 1222. apud Steyer. in Addit. ad cap. 2. Hist. Alberti II. ducis Austr. pag. 205 : *Ad emendationem vero et satisfactionem tanti sceleris (Henrici episcopi Basileensis in carcerati) comes (Phirretensis Fredericus) et cum eo ministeriales pœnam, quæ vulgo Harneschar dicitur, sustinebunt ; quam ante portam civitatis, quæ Spalon dicitur, unusquisque, prout sui sanguinis nobilitas et generis conditio et terræ consuetudo in talibus requirit, assumptes et per civitatem via publica usque ad valvas basilicæ B. Mariæ deferentes, ibi se prosternent, et ab ipsis et pro ipsis oratione effusa surgentes, et ad pedes episcopi, ubicumque locorum in civitate fuerit, semel, secundo et tertio prostrati, veniam de tanto commisso humiliter postulabunt.*

**ALISCARA**. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 2 : *Si (Miles) solummodo captus et custoditus, et nullam calumniam, pœnam, vel contumeliam passus, nec longo tempore retentus, emendetur per Aliscaram, aut per hominaticum, aut per talionem, si videtur sibi esse similis. Et si major est ille, qui ceperit, quam qui captus fuerit liberet ei Militem de suo valore, qui faciat et Aliscaram, et hominaticum, aut recipiat talionem.* Cap. seq. : *Aguyat et Encalz de cavallario, et assalt de castello, emendetur per hominaticum et per Aliscaram.*

**HASCARIA**, Vox effecta et contracta ex *Harmiscara*, vel *harmiscara*. Vita S. Mengoldi Mart. cap. 2. n. 11. de homicida : *Hascariam, hominum emolumen-*

tum, ad placitum obtulit. Nec scio, an etiam vox

HACHERIA, ejusdem sit originis. Placitum Parisiense anno 1308. apud Loissellum in Hist. Bellovac. : *Quibus ipsi juxta morem consuetum Hacherias imposuerunt pro delictis.* Chron. Bertrandi Guesclini :

Au Prince vous rendés, ou vous aurés Gaschiere.

Ex Hascaria denique, et Hacheria, abbreviata videtur vox

HACHIA, Pœna quævis aut mulcta. Charta G. Episcopi Silvanectensis Cancellarii Franciæ ann. 1224. in Tabulario Abbat. Frigidi montis f. 14 : *De pœnis autem et Hacheiis dicto Roberto et coadjutoribus suis infligendis pro injuriis, quas ipsi dicto conventui Frigidimontis intulerant, etc.* Charta Philippi Regis Fr. ann. 1276. apud Loissellum in Histor. Bellovac. pag. 291 : *Nec eidem poterunt auferre membrum, sed poterunt dictum malefactorem punire gravius in denariis, vel Hachtis, tanquam si simplicem juratum percussisset.* Placitum Parisiense ann. 1321. apud eumd. : *Quod dicti Major et Pares contra puncta cartæ suæ abulendo privilegiiis suis certas pœnas, vulgariter nominatas Hachias, imposuerunt.* Tabular. Altæripæ in Diœcesi Lingon. ann. 1331 : *Cum talliis, censivis... corveis, Achis, et justitiis.* Philipp. Mouskes in Carolo M. de Leone PP. :

Et si ot la langue trancie,  
Por soffrir plus grande Hachie.

Le Roman de Garin :

Là soffrèrent dolleuse Hachie.

Alibi :

Peisme chai, mult parot grande Haschie.

Will. de Guignevilla in Peregr. animæ :

Tous devez brisier et casser,  
Par menus tiés, et par partie  
En grans sospirs et grans Hasquies.

Chron. Bertrandi Guesclini :

Vous en serez océs à deuil et à Hachie.

Mox :

Il en sera pendus à deuil et à Hachie.

[Le Roman d'Athis MS. :

Passer les font à grant Haschées,  
Et par mal pas et par chaucées.]

De horum vocabulorum etymo vix certum quid traditur. Amerbachius in Notis ad Cap. Car. M. *Harmiscaram* putat significare pœnam, quam Germani *Armscheer* vocant, hoc est, *brachii forcipem aut vinculum*, ex *arm*, armus, brachium, et *scheer*, vinculum. At non videtur *Harmiscara* fuisse pœna corporalis; sed quævis mulcta ad libitum, et pro modo culpæ inflicta, quod ex præalatis omnino patet. Proinde ad hujus vocis notionem referenda puto, quæ habet Browerus lib. 8. *Annal. Trevir.* pag. 473. l. Edit. ex Cæsarii Abbatis Prumiensis Glossario, ubi ait, *scaram facere*, esse *domino, honesta jubenit, servire*, et *nuncium ejus, mandatum, seu litteras perferre quocunque vellet* : *scaram autem hanc vel pedestrem, vel navigio vel caballo fieri, unde Scararii, qui postea dicti Ministeriales, vocæ non minus obvia, quam incomperata.* Quæ postrema Broweri sunt, nam scivit Cæsarius, qui essent *Ministeriales*, de quibus suo loco.

Sane ad *Harmiscaram*, vocis *scara* hanc significationem referri debere, tametsi *Harm* notio incerta maneat, pro-

bat etiam Capitulare Ludovici II. Imp. editum a Camillo Peregrino, in quo *Liberum Armiscara* dicitur ea pœna, quæ viris militaribus irrogabatur, quæ sellam supra dorsum deportare per definitum spatium jubebantur. Ita si *scara*, hoc loco *deferre*, seu nuntium, vel aliud quodpiam, denotat, uti vult Cæsarius Prumiensis, vox *arm*, quæ *scara* præcedit, erit ea vox Germanica, quæ *armum* sonat, ita ut *arm-scara*, fuerit *armis*, seu *humeris canem* aut *sellam deferre* : nam *sellæ vel canis delatio* pœna militaris fuit, et proprie *Harmiscara* dicta est, ut docet laudatum Capitulare Ludovici III. quod præterea omnino firmat Innocentius III. lib. 13. Epist. 135. ubi quemdam nobilem Germanum, qui Subdiaconum male acceperat, et incarceraverat, pro satisfactione eidem præstanda, ad hujusmodi compositionem cum eodem Subdiacono devenisse ait, ut *videlicet idem nobilis honorificentiam illi, et sibi verendum faciendæ, cum ducentis Militibus, a loco, in quo præfatum Subdiaconum captivaverat, usque ad civitatem Magdeburgensem, et per omnes conventuales Ecclesias portare opprobrium, quod Harmiscare vulgariter appellatur.* Ubi *portare opprobrium*, nihil aliud est, quam *portare canem vel sellam*, ita ut hæc pœna militaris proprie *Harmiscara* appellata fuerit. Quo etiam referenda Charta ann. 1246. ex Tabulario S. Petri Carnot. quam mecum communicavit V. C. Jo. Mabillonius : *Noveritis, quod cum mors religiosi viri Joannis quondam Prioris de Hisiaco imponeretur Roberto de Villeta Militi, et Guillelmo Perier Armigero, et propter hoc essent de terra Domini Regis banniti, tandem ab hac impositione sibi facta, ad hanc pacem coram nobis devenerunt. Prædicti Milites ac Armiger facient processiones, quæ vocantur vulgariter Hachées : unam et primam a loco, in quo dicuntur maleficium perpetrasse, usque ad sepulturam prædicti Prioris, aliam in Ecclesia Rotomagensi, et alias in Ecclesiis Cathedralibus Provinciæ Rotomagensis, singulas in singulis, et unam in Parisiensi, et aliam in Ecclesia Carnotensi, aliam in Ecclesia sancti Petri Carnotensis. Alias processiones facient in diebus dominicis, vel in solennibus festivitibus, si inciderint, nudis pedibus, induti braccis et camisiis de grossissimo sacco : et prædictus Armiger habebit in collo suo panellum suum perforatum, et caput suum emittent per foramen, et virgas deferent in manibus suis, et sic facient in singulis processionibus prædictis, quousque singulæ compleantur omnino ; et in singulis processionibus dicent sic alta voce : Nos facimus hoc pro facto, quod imponebatur nobis de morte Joannis quondam Prioris de Hisiaco, et pro bono pacis, et de singulis Ecclesiis referent litteras certificantes, quod fecerint processiones, modo, qui est expressus. Habetur insigne aliud ejusmodi processionum, in mulctam et pœnam indictarum exemplum apud Maximilian. Henricum in Apologia pro Archiep. Colon. in Probat. pag. 52. 53. ex laudo, seu sententia lata in cives Colonenses ann. 1264. cujus verba hæc sunt : *Item ordinamus et pronuntiamus, ut ex prædictis triginta septem viris vadant decem et octo Leodium, et ibi moram faciant per tres Dominicas : ita quod prima Dominica apud S. Lambertum, secunda apud S. Petrum, tertia apud S. Martinum præcedant processiones nudis pedibus et capitibus, et discincti, portantes vir-**

*gas in collis suis, et ibidem veniam quærant prostrati super terram. Quarta Dominica vadant Tungrim, quinta Trajectum, sexta Aquisgranum, et ibi præcedant processiones in majoribus Conventualibus Ecclesiis, eo modo, quo superius est expressum.* Mitto similem pœnam, aliis inflictam, hic descriptam : cujus exempla alia subministrat præterea Tabular. Episcopat. Ambian. ex Bulla Alexandri IV. Pap. de quodam Præposito Ambianensi, qui Clericos suspenderat : *Sacco indutus, nudis pedibus, discooperto capite, furcas super humeros suos et laqueum suspensorum circa collum suum, qui in ipsis furcis pendebat, quinque diebus per Civitatem Ambianensem ac etiam per omnes Cathedralis Ecclesias Remensis Ecclesiæ deportavit.* Charta alia ann. 1322. ex eod. Tabul. fol. 175. continente sententiam, latam ab ipso Episcopo Ambianensi in Joannem de Pinconio Militem Dom. de Saintuin : *Dicimus et pronunciamus, quod dictus Dominus Joannes sub pœnis prædictis, existens in pura tunica, sine fraude, non accinctus corrigia, sine caputio, in caligis sine sotularibus, faciet et facere tenebitur unam solemnem processionem circa claustrum Ecclesiæ Ambian. ubi morantur Canonici, in proximo futuro festo S. Fusciani, una cum Canonicis, clero et populo, tenens dictus Miles in manu unum cerinum ponderis 2. libr. etc.* Huc etiam referunt Epistola, ut videtur, Petri Abbat. Cisterc. ex Cod. Victorino, ubi de quodam Petro magnate Albigensi : *Interim vero singulis diebus Dominicis Ecclesias Tolosane Urbis nudus et discalciatus cum disciplinalibus virgis jussus est circuire, etc.* Vide Regest. Temporalitat. ex Camera Comput. Paris. fol. 33. v. A Græcis Byzantinis infligi solitam hanc pœnam videtur innuere Continuator Theophanis lib. 4. cap. 10. et ex eo Scylitzes pag. 539. Hæc porro processiones in pœnam indictæ prohibentur in Statutis Synodalibus Nicolai Episcopi Andegav. ann. 1271. cap. 2. [\*] Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 713. sqq.]

Cur vero ejusmodi *Harmiscaræ*, seu *Hachæ*, ut ibi vocantur, *Processionum* vocabulo donarentur, id causæ est, quod eæ criminum emendationes, reis in mulctam impositæ, ab eis, solenni indicta processione Ecclesiastica, peragebantur : cujus moris aliud lubet exemplum proferre, ex Charta ann. 1296. ex Hist. MS. Remensi Joannis Rogerii, ubi de præposito Remensi, qui Canonicum Remensem male acceperat : *Item dictus Petrus le Gouverneur chorum Remensem euntem processionaliter sequatur in camisia et brachis, capite, pedibus, et tibiis denudatis, Remis, in duabus processionibus solennibus, quæ infra annum Remense Capitulum indixerit eidem. Et insuper idem Petrus le Gouverneur sequatur choros trium Cathedralium suffraganeorum Ecclesiæ Remensis euntis processionaliter in qualibet Ecclesia quemlibet ejus chorum una vice tantum, si ubi et quando Remense Capitulum prædicto Petro le Gouverneur infra annum prædictum duxerit indicendum, etc.* V. Canem ferre, Sellam ferre.

\* Quam pœnam et ad mulieres spectasse, docet Arestum ann. 1330. 8. Febr. in Reg. Olim parlam. Paris. : *Homines in braccis et camisiis, et mulieres in tunicis achevelatis, nudis pedibus et capitibus, et in introitu ecclesiæ dictæ abbatiæ inclinabunt se ad terram, et ibunt flexis genibus et cubitis usque ad altare, etc.*

† Haud absimilis pœna irrogaba-



tur iis qui festis diebus a consuetis operibus non abstinebant. Statuta Eccl. Trecor. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1109: *Si atiquem in aliquo prædicatorum festorum, vel die Sabbati post vespere viderint vel sciverint relatu fide dignorum opera ruralia facere; si divites sint, solvant quinque solidos ad luminare suæ Ecclesiæ; si pauper, quinque dies Dominicos sequatur processionem in camisia et femoralibus, habens super collum instrumentum cum quo operabatur. Vide Festum 1.*

\* 1. **HARNA**, Arabice, procelliones, vermiculi sunt qui morantur sub vasis aquariis; et sunt perruati, qui tacti inflectuntur, et fiunt ut pullula. Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* 2. **HARNA**, Vulnus, plaga gravior, vel etiam homicidium. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. Brugens. ex Cam. Comput. Insul.: *Protractus de dontslaga sive Harna, dabit homini Ecclesiæ unam libram... Quicumque de vulneribus, sive de Harna, sive de dontslaga, in causam tractus fuerit, etc.*

**HARNASCHA**, Armatura, lorica, thorax; sed proprie apparatus omnis bellicus: German. *Harnas, Harnasch*, Anglis *Harnisch*, Gallis *Harnois*, Italis *Arnese*. Radevicus lib. 8. cap. 26: *Si Miles vociferatione signi litem commoverit, aufertur ei omne suum Harnascha, et ejicietur de exercitu. Infra: Et ejicietur de exercitu, nisi domus redimat eum* (servum) *cum omni suo Harnasch*. Hinc *Harnascher* un cheval, proprie dixere nostri, de equo militari, qui armaturis ferreis munitur, et instruitur. Sed et pro apparare, instruere, usurpat Petrus de Fontaines in Consilio cap. 3: *Nekedent teus espase n'est mie pour plaidier, mais pour lui Enharnesquier, et à che repair cois*. Hinc

**HARNESIUM**. Eadem notione; cujus vocis etymon frustra a Latinis et Græcis quærent Pergaminus, Castelvetrus ad Bembum, et alii. [Nec mirum, si fides D. Lud. le Pelletier; est enim prisca vox Britannica, *Hoarn*, et *Haiarn*, quæ ferrum sonat; unde *Harnés* lorrica ferrea, et *Harnésa* lorricam induere.] Gauterius Cancellarius de Bellis Antioch. pag. 454: *Hæc inter discrimina, conventus nostri Harnesii, cum totius exercitus suppellectili, in quodam monte prope existente se locavit*. Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 27. § 2: *Quilibet paratus sit cum aciliis et Harnesiis, etc.* [Tractatus inter Eduardum Reg. Angl. et Franciscum Ducem Britan. ex Archivis castri Nannet.: *Iisdem sagittariis redire volentibus, dominus Dux tenebitur tradere passagium, seu naves ad transeundum mare, pro personis, rebus, armaturis, Harnesiis, bagagis et aliis necessariis*. Litteræ Henrici V. Reg. Angliæ ann. 1416. apud Rymer. tom. 9. pag. 400: *Exceptis semper armaturis, artillariis et omnibus aliis Harnesiis.*] Le Roman de Garin:

Qui n'ot Hernois, son flé en gage mist.

† **HARNESYUS**, in Litteris Johannis Fr. Reg. ann. 1351. tom. 3. Ordinat. pag. 444: *Capere seu arrestare equos, Harnesyos, pisces et alecia predictorum mercatorum, etc.*

**HARNASIUM**, apud Rogerum Hovedenum pag. 725: *Missus ab eo cum Harnasio suo in Angliam*.

**HARNESIUM**, apud Matthæum Paris in Vitis Abbat. S. Albani pag. 98. etc. [Litteræ ann. 1277. apud Rymer. tom. 2. pag. 84: *Vobis mandamus, quod eisdem nunciis... in veniendo ad nos, cum fami-*

*lia, Harnesiis et rebus suis... non inferatis vel inferri permittatis injuriam. Et alibi passim.]*

**HARNESIUM**, eorum, in Charta anni 1217. in Hist. Drocensi pag. 246.

**HARNESIUM**, apud Anonymum de Gest. FridERICI II. Imper. pag. 776. Vide suo loco.

**HARNESIUM**, seu *Harnois*, in Consuetud. Bayon. tit. 26. et de *Labourt* tit. 19. art. 8. sumitur pro ense seu gladio, quo quis alium ferit. [Statutum Cortis communis Pontis Spiritus S. ann. 1486. ex Schedis D. Lancelot: *Item, que nulle personne ne soit si ousté de Harnois de jour ne de nuit sans licence de la Cort, sur peine de... et confiscation du Harnois.*]

**HARNIZATUS**, Armatus, instructus, ex Anglico *Harneshed*. Monasticum Anglic. tom. 3. part. 2. pag. 85: *Duo baculi Harnizati, cum verillo*.

† **HARNESIATUS**, Eadem notione. Instrum. ann. 1322. apud *Madox* Formul. Angl. pag. 431: *Item lego Nicholao Renavod... meliorem zonam meam argenteam, ac dagam meam meliorem Harnesiata. Et infra: Cum una zona rubea de serico non Harnesiata*.

\* **Harnas**, Eadem acceptione, in Testam. Adami de Insula ann. 1295. ex Chartul. Vallis N. D.: *Item je lés à Adan de Cocuce mon cousin mon meilleur Harnas. Item je lés à Anselet de Brécourt morel mon sommier et mon autre Harnas*. Hinc *Enharnesquier un cheval*, Equum instruere, in Charta ann. 1357. ex Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 103: *Six autres quevaux traitanz à carue touz Enharnesquiés de le valeur de lxx. escuz ou environ*. Unde *Harnicheur* appellari videtur, qui carro merces ducit, Gall. *Voiturier*. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. ch. 306: *Guiot, dit Rolot, Harnicheur et gourmet de vins demourant à Bruieres en Laonnois, etc.*

\* Aliud vero sonat *Harnois*, Tumultum nempe, querelam, rixam, jurgium, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. ch. 50: *Faut-il faire si grand Harnois, s'il a donné une buffe ou deux au tabellion de la ville*. A verbo fortean *Hergner*, Luctuosos clamores edere. Lit. remiss. ann. 1426. in Reg. 178. ch. 432: *Ung enfant agié de deux ans ou environ, qui plouroit et Hergnoit par force de maladie*.

† **HARNASIUM**, Rete piscatorium, Gall. *Harnois*, vulgo *Harnas*. Litteræ ann. 1331. ex Tabular. Corbeiensi: *In qua consueverant et poterant piscare seu piscari facere de omnibus Harnasiis in qualibet septimana per tres dies cum dimidio*. Privilegia Gallico idiomate scripta pro habitantibus Maceriar. ad Mosam: *(Il peut pecher) à tous autres Harnas et manieres quelzconques resques, les rois, perrieres, etc.* Atque hinc est quod eadem vox, *Harnas*, quibuslibet utensilibus et instrumentis significandis accommodata est. Chartularium Compendiense: *Li Harnas de Rumigni baillié à Jaquier et Rogier de Houcencourt. Hæc sunt nomina utensilia de Ruminaco quæ tradidimus domino Odoni de Vilrames... tria patria lintheaminum servientibus, dux mapæ, etc.*

\* **HARNESCHAR**, Mulcta seu pœna in satisfactionem criminis inflicta, idem quod *Harniscara*. Vide in hac voce.

\* **HARNESIATUS**, Armatus, instructus. Lit. Ludov. IX. ann. 1247. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 464: *Cum viginti balistariis equitibus bene Harnesiatis et centum peditibus... Cum prædictis gentibus bene Harnesiatis venient*. Vide in *Harnascha*.

\* Haud scio an inde *Harmeré*, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 245: *Un nommé Regino d'Albin-hac bastart, homme Harmeréz de sa mauvaistié, etc.* Id est, de sua malignitate et nequitia commendatus. *Harmier* vero, ut videtur, est *Vibrare*, succutere, vulgo *Brandir*; nisi idem sit quod supra *Esmerare*. Vide ibi. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 112. ch. 195: *Ainsi que Pierre Blindel Harmioit son coustel ou bazelaire au devant de son dit frere par jeu, comme dit est, et en disant, mon frere, tu n'en aras pas, etc.*

† **HARNISCARA**. Vide in *Harniscara*.

**HARO**, *HAROU*, seu *Clamor de Haro*, qui in Normannia potissimum obtinet, et in clamari solet, dum crimen aliquod capitale perpetratur, verbi gratia, furtum, incendium, homicidium, etc. Tum enim ii, quorum ea vox aures verberat, ad reum persequendum foras exire tenentur, eumque detinere, si possunt, ac iudicibus tradere: quod si id negligant, Principi, aut domino feudali, qui jus gladii habet, in cujus territorio crimen commissum est, emendam præstant et exsolvent. Igitur jus habere dicitur clamoris de *Harou*, qui alta, ut aiunt, justitia gaudet. Aresta ann. 1282. in Regesto Parlam. B. f. 63: *Abbas S. Petri super Dviam... non habebit cognitionem seu justitiam de sanguine et plaga cum clamore de Harou, nec de Harou sine sanguine et plaga, imo remanebit Regi, etc.* Et fol. 73. inter Aresta cap. 55. ann. 1286: *Deliberata fuit Guillelmo Crespin saisina justitiæ sanguinis et plagæ sine morte, et mehaigno, cum clamore et sine clamore de Harou in Baronia sua de Estrepigniac, etc.* [Charta ann. 1328. ex Archivis S. Lazari Montisfort.: *Ipsum guardiatorem clamantem in plenis nundinis: Haro; violentia fit domino Regi, turpiter per nundinas trainasse, etc.*] Adde Synodos Rotomagenses ann. 1299. cap. 4. et 1315. cap. 3.

\* In clericos etiam olim in clamatum, illiusque clamoris emendæ ipsos obnoxios fuisse, discimus ex Arest. scacar. Paschæ ann. 1276. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 36. vº. col. 2: *De habendo consilium utrum clerici capti ad præsens clamorem Harou, solvent emendam. Concordatum fuit quod solvent, propter hoc quod rex est in saisina, et quod est fractio pacis; quam quidem pacem tenetur dominus rex observare in tota terra sua*.

Verum quidem omnino est quod modo observabat D. Cangius, *Haro*, tantum in clamari dum crimen aliquod capitale perpetratur; modo tamen de hujus clamoris origine id intelligas: nec minus quippe certum est exinde in aliis causis minoris momenti locum habuisse. Sic ex hodierno usu in clamatur quoque cum de bonis hæreditariis agitur, adeo ut si is, quem ab hæreditate repellere tentas, *Haro* in clamaverit, rem infectam relinquere cogaris, ni velis rebellionis crimen incurrere.

Cujusmodi autem fuerit, vel sit clamor de *Haro*, et clamoris istius cognitio, aut jurisdictione, pluribus docet vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. 5. distinct. cap. 5. hocce verborum contextu: *Le Duc de Normandie a la Court du cri de Harou, et en doit fere venir enqueste, assavoir mon se il fut criez à tort ou à droit: quer nus ne doit crier Harou fors par trop grant besoing, si comme par feu, par larrons, et par homicides, pour roberies, etc. més quiconque crie Harou sans peril apert et manifeste, il le doit*

amender au Prince, et se il nie, que il ne le cria pas, le Prince en puet enquerre par les plus prochains voisins du lieu où le Hareu fu criez par ceus qui l'oïrent, asavoir mon se il oïrent ce Hareu crier que celui nie : et se il en est ataint, il l'amendera. Et se l'enqueste le met en non savoir, cil qui en est accusé, s'en puet desresnier, etc. Au cri de Hareu doivent issir tous ceus qui l'oïront, et se il voient meffet où il aet peril de vie ou de mort ou de larrecin, par quoy le malfeteur doit perdre vie ou membre, il le doivent prendre et retenir, et crier Hareu après lui, autrement seront-ils tenus à amender le au Prince, ou au desresnier cen que il n'avoient pas oi le cri, se accusez en estoient ; se il ont pris et retenu le malfeteur, il sont tenus à le rendre à le Justice. Car il ne le doivent garder que une nuit, se se n'est pour apert peril, etc. Vide Consuetud. novam Normam. art. 5. 54. 55. 58. 59. Hinc

HARO interdum usurpatur pro quovis clamore, qui in tumultibus excitari solet, apud Froissartem 1. vol. cap. 49. 220. vol. 2. cap. 113. 119. [Adde Literas Philippi Regis Franc. ann. 1320 : *Ad tumultum et clamorem dicti Reliqui conveniunt in villa de Kala cum armis qui dictum reliquum clamando Haro Haro, ad focum ad focum, de prædictorum servientium manibus per armatam eorum potentiam abstulerunt.*] Sed et in prælio Bovinensi inclamatam hanc vocem a feciabilibus, auctor est Willimus Guiartus :

La vois de nul n'est oïe,  
Fors des Heraux, qui Harou crient,  
Et par le clamp se crucifient,  
Harou, dient-il, quel mortaille,  
Quelle occision, quelle bataille, etc.

\* Sed et quoties quis a populo auxilium obtinere volebat, aut luctuosam rem nuntiare, Haro inclamabat. Id docet factum relatum in Cod. privil. curiæ Rem. ex Bibl. reg. fol. 2. r. : *Juhellus archiepiscopus Remensis quadam die Dominica in mane, indutus pontificalibus, quibus erat in morte sepeliendus, omni de ejus familia ignorante penitus, nudis tamen pedibus clam de porta Martis domo sua solus exiit, et quasi desperatus, imo demens, mitra in capite, baculo pastoralis in manu a parte cuspidis sive caudæ tenens illum, capite in lutum ad terram perlutosam stratum et vicus civitatis tempore hyemali, frigido ac pluvioso sic procedens usque ad forum clamando Harou, ad populares se vertit, apud quos, suum plangens dolorem, clamorem deposuit et ad hospitium se recepit.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 84 : *Les exposants emmenerent ladite fille, senz cri de Haro ne de haultbret.*

Clamoris istius origo probabiliter conjectura Rolloni primo Neustriæ Duci ascribitur, qui, ut ait Dudo lib. 2. de Morib. et Actis Norman. *In terra suæ ditiosis banum, id est interdictionem, misit, ut nullus fur vel latro esset, neque assensum malæ voluntatis ei præberet*: quod si quispiam inveniretur vel homicida aut incendiarius, aut gravioris alterius criminis reus, statim clamore sublato, indigenæ ac vicini in eum irruerent, captumque judici exhiberent. Erat autem clamor iste : *Ha Raoul*, qui ab iis primum edebatur, quibus vis illata erat, aut ab eorum agnatis et affinis, tanquam Rollonis Ducis auxilium implorantibus.

¶ Quam opinionem firmare licet versibus qui in Capella S. Romani, in qua Rollo sepultus est, leguntur :

Dux Normanorum conctorum norma bonorum Rollo ferus fortis, quem gens Normannica mortis Invocat articulo, hoc jacet in tumulto, etc.

Aliter de clamoris istius origine scribit Guiartus, in Histor. Francor. MS. sub ann. 1206. vers. 4714. ubi de Rotomagi expugnatione, cujus sententiam, quam tamen non probat, producit sequentes versus :

Ainsi fu Normandie prise,  
Et tous les porz de cele marche,  
C'un Roi paien de Danemarche  
Ot par guerre soudainement  
Trois cens et seize ans droitement,  
Ains la saison ramentue,  
A Challes le Simple tollue.  
Cis Rois iert Rous, pour ce crioient  
Normans, qui en son tans fuoient  
Droit vers Chartres comme garous,  
De toutes pars, Ha Rous, Ha Rous,  
Con tu nous mainnes malement !  
Par quoi accoustumément,  
Celes gens quant aucun mal sentent,  
En criant Harou se dementent.

Alibi describens, ut Philippus Augustus Normanniam ingressus sit :

Fames dont les voies sont plaines,  
Crient Harou à grant alaines.

¶ Tertiam originationem proponit Hiccesius in Grammat. Franco-Theotisca pag. 93. Haro a Cimbrico Hior, Gothice Hairus, gladius ; quod persecutio malefactorum, contra quos inclamari solebat Haro, vocata erat spada, id est gladius, nempe quia gladio et armis erant reprimendi. Et quidem in Consuetud. Norman. vocatur Placitum spadæ seu ensis jurisdictionis cui hujus clamoris cognitio competit. Hæc omittere nolimus, quamvis prior sententia magis nobis ardeat, ut quid de hac notissima voce dici solet curiosus lector perspicere habeat.

¶ FEUDUM DE HARO. Vide in Feudum. Eiusdem usus fuit apud nostros vox Haha vel Hahay. Lit. ann. 1354. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 295. art. 9 : *La justice et jurisdicions... de cri et de Haha neuciantement faiz, etc.* Charta ann. 1331. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 570 : *Se aucun fait Hahay en ladite ville ou en terroir, etc.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. ch. 69 : *Y eust grand noise, cry et Hahay. Auquel cry ala ledit suppliant et y survint d'aventure pour veoir que c'estoit ; car il ne savoit pourquoy l'encrioit ledit Hahay.* Aliæ ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 464 : *Pourquoy ladite femme cria à la mort par plusieurs fois, et y ot grand Hahay et cry.* Hay nude, in Lit. remiss. ann. 1332. ex Reg. 121. ch. 60 : *Une fillette, appelée Jehannette, volt issir hors de la maison, criant le Hay, etc.* [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 876.]

\* Hinc fortean Haroublettes vel Haroulletes, appellatæ inconditæ illæ vociferationes et vasorum æneorum pulsationes, quæ in nuptiis vetularum seu viduarum excitari solent, vulgo Charivari. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 427 : *Icellui Thibaut avoit dit qu'il iroit (à Roquecourt en la prévôté de Montdidier) à un esbatement, que on dit Haroublettes ou charivari.* Haroulletes. in Reg. 161. ch. 71.

¶ HAROEP et HAROP, voces Belgicæ ejusdem notionis, ni fallor, atque Haro supra, quæ et clamorem ob crimen perpetratum, jurisdictionem cui illius cognitio competit, atque locum ubi sedent qui jus habent de eo judicandi significant. Consuetud. Furn. in Tabular. Audomar. : *Quicumque pugnaverit in vierscara, vel Haroep, vel doustlach emendabit*

Comiti xxx. lib. adversario suo IV. lib. Ibidem : *Convictus ex dontslach et Harop emendabit Comiti tres lib. et ei qui maletractatus est xx. sol.* [\*\* Idem quod sequens. Vide Warnkœnig. Histor. Flan. d. tom. 3. pag. 238.]

HAROPEN, [Capillorum avulsio, a Germ. Haar, capillus, et Open, discernere, avellere : quo etiam intelligi potest quodvis capitis ornamentum.] Consuetudines Arkarum ann. 1231. in Tabulario S. Bertini : *Similiter Haropen et scissio vestimentorum cum eorum restitutione, emendabitur.*

¶ HAROUVENUM. De Harouveno. Ita inscribitur apud Eccardum tit. 64. Legis Salicæ ubi tamen legendum putat idem Eccardus Charouvenum. Est autem hoc, addit ille, idem ac Saxonicum *gerouven*, vel Germanicum *Herauben*, et rapinam designat.

1. HARPA, ARPA, Instrumentum musicum, cujus figura et forma Delta Græcum efficit, sequioribus sæculis notum, Germ. *Harppf*, nostris *Harpe*. Glossæ Isonis Magistri : *Testudo, Musa vel Cythara magna in celo, Harffe*. Papias : *Harpa, dicta a gente Arporum, qui hoc instrumentum musicum invenerunt.* [Insulse omnino, si fides Hiccesio pag. 96. Grammat. Franco-Theotiscæ ; a veteri quippe Septentrionali, quod Saxonice scribitur *Heappa*, Cimbrice *Harpa*, cithara, deducenda hujus vocis originatione.] Infra : *Arpi, populus Italicus*. Gloss. Lat. Gall. : *Lira, Harpe, Liricen, Harpeur*. Hanc a lyra distinguit Fortunatus libro 7. Carmine 8 :

Romanusque Lyra, plaudet tibi Barbarus Harpa  
Græcus Achilliæ, Chrotta Britanna canat.

Idem in Præfat. Carm. : *Sola sæpe bombicans Barbaros leudos Harpa relidebat.* De Harpa, musico instrumento hoc Martiani Capellæ lib. 2. accipiendum censuit olim Josephus Scaliger : *Denique Arpis, bombisque perterrita tam intoleranda congressione virgo diffugit.* Dantes in Paradiso cant. 14 :

E come giga, e Arpa in tempra tesa  
Di molle corde fan dolce tintino, etc.

Vossius lib. de Poëmatum cantu et viribus Rythmi pag. 118. illud fuisse instrumentum existimat, quo Bardi Gallorum olim uterentur Sacerdotes, quod lyra non absimile fuisse testatur Dioscorus Siculus. Vide Menagii et Octavii Ferrarii Origines Italicas.

\* Herpe, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 62 : *Lesquelz deux compaignons portoient une Herpe, dont itz s'esbatoient.*

HARPATOR, qui harpat, seu Citharam vel Harpam pulsat, Lyricus, citharæodus. Leges Angliorum et Werinorum tit. 5. § ult. : *Qui Harpatorem, qui cum circulo harpare potest, in manum percussit, componat illum quarta parte majori compositione, quam alteri ejusdem conditionis homini, aurifices similiter.* Le Roman d'Aubery MS :

Cil violeur, et tuit cil Harpeor.

Philippus Mouskes in Henrico I. Rege Franc :

Robert Crespins entre el Palais,  
U on cantoit et sons et lais,  
Li uns une Harpe, li autre vijelle.

2. HARPA, Falx, et Græco ἀρπη. Andr. Monach. lib. 2. Vitæ S. Ottonis Bamberg. cap. 30 : *Armati securibus et Harpis.*

¶ HARPIS, Eadem notione, seu potius

ensis ad modum falcis reflexus : unde milites qui eo utebantur *Harpigeri* dicti. Papias : *Harpe, genus gladii*. Albertinus Mussatus lib. 6. de Gestis Henrici VII. Cæsar. rubr. 10 : *Is enim præfato Ricardo fratri per eosdem pene dies per ignotum ruralem virum agresti Harpe nequiter interfecit successerat*. Vox haud ignota. Ovid. Metam. lib. 5. et Lucan. lib. 9. *Falcem supinam vocat* Juvenalis Sat. 8.

\* **HARPACTICON**. [Dicitur genus quoddam sulphuris, a celeritate avellendi : avelli enim subinde debet, cum in aliqua parte corporis medicinæ causa imponitur. *Plin.* 35.]

**HARPAGARE**, ἄρπαζειν, Rapere, diripere : vox Plauti familiaris. Victor Uticensis lib. 3. de Persecut. Vandalica pag. 50 : *Dimitavit contra innocentiam cupiditas furoris, et avaritia crudelitatis, ut et animas perderet, et substantiam Harpagaret*. Althelmus de Laude virg. cap. 43 :

Cæcula sanguineis Harpagans vulnera rivis.

\* Hinc *Harpaille*, pro Raptorum seu nebulonum turma, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 304 : *Lequel Estienne les appella Harpaille, ribaudaille, etc.* Aliud vero sonat *Harpere*, qui nimirum in piscando harpagone utitur, in aliis Lit. ann. 1361. ex reg. 91. ch. 153 : *En ce mesmes hostel se herbergast Jehan de Villepointe, Harpere de marée*. Vide supra *Arpacare*.

**ARPAXARE**, Eadem notione dixit Petrus Damiani lib. 2. Ep. 18. lib. 5. Ep. 16. lib. 6. Ep. 22. lib. 8. Ep. 10. *Harpaxare*, lib. 4. Ep. 3.

\* **HARPAGINETULUS**. [Vitruv. 7. 5. Pro columnis enim statuuntur calami, pro fastigiis *Harpaginetuli* striati, cum crispis foliis, et volutis, h. e. parvæ harpagæ; seu opera in modum harpagæ recurva.]

\* **HARPALUS**. [Canis rapax. DIEF.]

† **HARPARE**, HARPATOR. Vide *Harpa* 1.

† **HARPENI**. Vide *Harthpenny*.

**HARPIGERI**. Albertinus Mussatus lib. 1. de Gestis Italicæ. post Henricum VII. rubr. 1 : *Per latera distinctis Harpigeris, lanceariis, fundibulariis, etc.* In Glossis MS. *Arpis, falcastrum* exponitur. Ita *Harpigeri* fuere milites *harpis* seu falcibus instructi. Vide *Harpa* 2.

\* **HARPINUS**. Charta Phil. Aug. ann. 1181. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 146. pro monast. S. Ambr. Bitur. *Omnia quæcumque habet concedimus... eo videlicet tenore, quo ipsa tenuit tempore Harpini prædecessoris nostri et Ludovici patris nostri, etc.* Quisnam hic Harpinus Philippi Augusti prædecessor ?

† **HARPIS**, HARPE. Vide *Harpa* 2.

**HARPONES**, Spicula ferrea longa 6. pedib. quibus balænæ in mari configuntur : Gallis *Harpons*, unde *Harponarii, Harponeurs*, Balænarum piscatores. Vetus Charta ex Regesto Constabulariæ Burdegal. f. 221 : *Unam balænam, cujus Harpones, cum quibus interfecta fuerat, fuerunt positi ad trabem unam magnæ aulæ castri Burdegalæ*. Describuntur Harpones a Cleiraco ad Leges maris Oleron. pag. 149.

† **HARPYIÆ**, Isidoro in Glossis, *Virgines volaticæ*. Intelligit *Harpyias* Poetarum. Tralate Sidon. lib. 5. Ep. 7 : *In foro Scythæ, in cubiculo vipereæ, in convivio scurræ, in exactionibus Harpyiæ*.

**HARROIDA**. Vide *Harvredia*.

\* **HARSA**, Candelabrum ecclesiasticum in modum *ocææ*, seu trigoni confectum, Gall. *Herce*. Necrol. eccl. Paris. MS. : *Hac sacra nocte vigiliæ nativitatæ Domini,*

*Jacobus Divitis decanus fundavit unam Harsam cereorum de viginti quinque libris cereæ recentis atque bonæ*. Ubi semel et iterum occurrit. Vide *Hercia* 2.

**HART**. Henricus Rosla in Herlingsberga :

Saxonia nemus est viginti millibus et sex Porrectum, dicit quod Theutona lingua vocans Hart, Esse potest majus, sed non præstantius ullum Silvis, sive feris : hoc autem dives habetur, Quod municipiis et pagis pullulet. Hart est Hinc ideo dictum, quia durius omnes, quod illud Educat, est aliis.

*Hart* quippe Germanis est durus, asper.

† **Hart** Teutonibus vox generica quæ silvam significat ; specialius vero eam quæ per totam Germaniam a Rheno usque ad Vistulam porrecta, Hercynia dicitur, Germanis *Harzin*, vel *Harkin, Horkün*, quod ab *Hart* et *Kün* derivatum existimat Schilterus, et in compositione silvam seminariam seu aliarum matricem sonare ipse auctor est in Glossario Teutonico.

\* **HARTEX**, *Lo pomo grana*. Glossar. Lat. Ital. MS.

**HARTH PENNY**, Denarius S. Petri, seu *Romescot*, in Legibus Edgari Regis cap. 4. qui scilicet singulis focis, hoc est, domibus imponebatur : ex Saxon. He or 8, focus, locus, quo ignis fovetur, domus, et peninge, denarius. [*Harpeni*, perperam pro *Harthpenny*, in Litteris Henrici Reg. Angl. ex Regest. 92. Chartophylacii regii Ch. 58.] Vide *Heorðpeni*.

\* **HARTMUTTO**. Tradit. 53. Ebersperg. apud Oefellium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 26 : *Cunctis etiam, qui propter cædenda ligna in ipso foresto avenæ modium, quem dicunt Hartmutto, solvebant, ob remedium animæ sui mariti Adalberonis, mediam partem idem usque ad usualem modium remisit*. Vocis origo ab *Hart*, silva et *Mutt*, vectigal ; præstatio itaque est pro usu silvæ exsoluta. [\*Vide *Marchmutte* apud Graff. in Thesaur. Ling. Franc. tom. 2. col. 700. *Mutte* est Modius.]

\* **HARUBUL**, *Quello de cani*, in Glossar. Lat. Ital.

† **HARUS**, vox Teutonica quæ arborum folia, ramos, frondes significat. Kilianus : *Haer der boomen, Comæ arborum, rani et frondes*. Diploma anni 1290. apud Schilterum : *Item in silva Eckerene de Haro et de pascuis medietatem den.*

\* **HARUSCA**, *La mandragora*, Gloss. Lat. Ital.

\* **HASBANUM**, Idem quod *Halbanum* 2. Tributum, quod a quibusdam artificibus pro licentia artes suas exercendi et eorum opera vendendi, regi exsolvebatur. Charta Ludov. VI. reg. Franc. ann. 1129. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 428 : *Confirmamus quidem quod hospites jam dictæ ecclesiæ, qui mercatores sunt et in foro nostro opera venalia exercent, Hasbanum, quod cæteri mercatores præposito nostro persolvunt, ipsi ecclesiæ persolvant*. Eadem rursus leguntur in alia ann. 1190. ibid. col. 444.

† **HASBARDUM**, Alea, Gall. *Hazard*. Statuta Ecclesiæ Argentinensis ann. 1435. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 539 : *Usus tabernarum præterquam in itinere constituti et ne tabernas in domibus suis teneant, ludos quoque tacillorum ad Hasbardum*.

**HASCARIA**. Vide *Harmiscara*.

\* **HASCLEA**, Fustis species, hostile, nostris *Hampe* vel *Hante*. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 372 : *Idem Johannes auriga quendam magnam Hascleam fusteam seu baculum cepit;... et de dicta Hoscla (sic) ipsum*

*significantem percussit*. *Haulte*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1480. ex Reg. 206. ch. 512 : *Des Haultes de leurs javelines fut frapé les ungs sur les autres*. Vide supra *Ascla*.

† **HASCO**, Idem videtur quod Saxon. *Hacod*, Mullus, Gall. *Mulet*. S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. cap. 8 : *Pro signo piscis, qui Hasco appellatur, generali præmisso, hoc adde, ut summitatem indicis super pollicis unguam in manum prosilire facias, ac si similes auferentem ipsius squamas : ipse enim cæteris amplius abundat squamis*.

\* **HASENA**, *Harena aut hasas, quas nos aras et lases, quasi lares, dicimus*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

**HASLA**. Lex Ripuariorum. tit. 67. § 5 : *Si quis pro hæreditate et vel pro ingenuitate chartam receperit pro malo ordine, cum sex in Ecclesia conjuret, et cum duodecim ad scapulum Regis, in circulo et in Hasla, hoc est, in ramo, cum verborum contemplatione conjurare studeat*. Hæc paulo secus habentur in Edit. Heroldi tit. 69. § 4. Hic autem *Haslam* idem valere ac *Hallam* plerique existimant : nam et *halthus* ramum sonat. Vide in his vocibus.

† *Haslam* minime confundendam esse cum *halla* monet Schilterus in Glossar. Teuton. ubi addit idem potius esse quod *Rama*. Vide *Ramale*. Eccardus vero *Haslam* hic speciatim pro *Ramo* ex corylo deprompto sumi existimat, qui ramus tanquam signum rei vere gestæ in judiciis adhibebatur, inde apud plebem veritatis index habitus est, et pro virgula divinatoria in usum venit. Et certe *corylus* in Gloss. Ratisbon. *Hasal*, in Bensonii Vocabul. Anglo-Saxon. *Hæsl*, Angl. etiamnum *Hasle* vocatur. [\*Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 810.]

**HASPA**, Cowello est id, quod ostium posti annectit, Anglis *Haspe*, fibula. Bracton lib. 2. cap. 18. § 1 : *Fieri debet traditio per ostium, per Haspam vel annulum, et sic erit in possessione de toto*. Adde lib. 5. tract. 4. cap. 15. § 14. et Fletam lib. 3. cap. 15. § 5. Vide *Firmatura* in *Firmare*. In formulis Anonymi, form. 20. et 48. traditiones fieri dicuntur *per ostium*, hoc est, *per Haspam* : *Per illud ostium de ipsa casa, per herbam vel terram, ipsum mansum... visus fuit tradidisse*.

**HASPACIUM**, Præstationis species. In Charta ann. 1233. ex Tabulario S. Dionysii Rex dicitur *habere in villis et territoriis de Belna de clauso Regis, ... octo libras pro mengerio... hichenagium, vinnagium, Haspagium, bannum pro vino vendendo, etc.*

**HASPALICI**. Miracula S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticens. n. 7 : *Tunc piratæ non erant, neque sicarii, neque qui nunc confuso nomine dicuntur Haspalici, quorum numerus modo ubique locorum pene innumerabilis est, qui diurni nocturnisque raptores semper incumbunt et infensissimi sunt*. Ubi doctissimus Henschenius, forte, inquit, *Haspalici* : hoc enim vocabulo faciem hominum undique collectorum appellari apud Flandros auctor est. Quid si ita dicti, quod *haspas* seu ostia effringunt, ut *Haspalici* legendum sit, fuerintque, qui Latine *Derectarii* ?

† **HASSASERI**, Idem qui *Assassini*. Jacobi de Vitriaco Hist. Orient. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 272 : *Et nota quod in terris Damasci et Antiochiæ est quoddam genus Sarracenorum, quod vulgariter Hassaseri vel Egsseri dicitur, et alio nomine veteres Promontani appel-*

lantur; et hoc genus hominum sine lege vivit.

† HASSATUTI, Eadem notione. Vide *Assassini*.

\* *Hasesins* et *Hasesis*, in Contin. Hist. Guill. Tyrri apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 639: *Le sire des Hasesis li remanda autre fois qu'il li rendist l'avoir de ses gens, et seust bien s'il ne li rendoit, qu'il lui en nuieroit. Le marchis dist qu'il ne le rendroit mie. Lors commanda le sire des Hasesis à deus de ses homes qu'il alassent à Sur, et occissent le marchis. Infra: Hasesins.*

HASSBERGH. Vide *Halsberga*.  
HASSOCUS, [f. Tofus, Anglis *Hassock*, Gall. *Tuf*, lapidis species.] Monasticum Angl. tom. 1. pag. 850. 852: *Ab illo vero exitu de Birchmere indirecte per transversum marisci usque ad tertium Hassocum a firma terra in aquilonali fine de Higgenie, et sic deinde per omnem tertium Hassocum, etc.* Infra pag. 853: *Pastores vero nostri super exteriores Hassocos versus Walton, inter pratium et mariscum debent stare, et animalia sua usque ad pedes suos venire permittere.*

1. HASTA. Hastæ Francorum potissimum fuere arma, quos probissimos belatores, et mirabiles de lanceis percussores fuisse ait Fulcherius Carnot. lib. 2. cap. 41. quod et firmant Græci Scriptores ævi inferioris, Anna Comnena, Nice-tas, et Cinnamus, locis indicatis ad Joinvillam pag. 167. Ita porro Francorum hastas describit Albertus Aq. lib. 4. cap. 6: *Hastæ fraxineæ in manibus eorum ferro acutissimo præfixæ sunt, quasi grandes peticæ. Et Will. Brito lib. 11. Phil-lippid.:*

Mox Hastas hastata manus configit in illum,  
Quorum cuspis erat longa, et subulæ instar acuta,  
Et nonnulla velut verubus dentata recurvis,  
Cuspida in medio uncos emittit acutos.

[Le Roman de la guerre de Troye MS.:

Li Dux d'Athènes à tant premier  
Que la Haste gresce de pomier  
Li fist parmi l'esce passer.]

Vide *Lancea*.

† HASTA frangatur in dorso ejus, Poena servorum qui cum lancea inveniebantur, in Capitul. lib. 5. cap. 247: *Et ut servi lanceas non portant. Qui inventus fuerit post bannum, Hasta frangatur in dorso ejus.*

\* *Hate*, pro *Haste*, eo sensu, in Charta ann. 1363. ex Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 433: *Pourveu de espée, Hate, qui sont armes défendues.* Hinc *Haste* appellatur Stimulus, quo boves punguntur et incitantur, in Lit. remiss. ann. 1479. ex Reg. 206. ch. 263: *Durand Jarrie portant à son col une Haste ou aguillade pour toucher les beufz.*

† 2. HASTA, Veru, vernacule *Haste*. Vox Occitanis etiamnum notissima, quemadmodum et nostris olim: nunc vero Broche. Privilegium Leduini Abb. S. Vedasti Atrebat. ann. 1036: *Stallus cultellorum in anno 1. cultellum. Qui vendit Hastas in anno 1. Hastam.*

\* Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 158: *Icellui de la Ronce prist un Haste ou broche de fer, etc. Hastere!, eodem sensu, in pedag. Peron. ann. 1295. ex Chartul. 21. Corb.: Chacun Hasterel, j. ob.*

3. HASTA, Pars corporis, qua viri sumus, quemodo βέλο; Græci dicunt. Michael Scotus de Physiognomia cap. 22: *In viso nasus longus et grossus, significat præputium magnum, et e converso: et super hoc dixit quidam et bene: Ad formam nasi dinoscitur Hasta baiardi. Cap.*

100: *Statura hominis multum nuntiat de illo: nam si Hasta fuerit longa et bene recta, ac plus macra quam pinguis, significat hominem audacem, crudelem, etc.... cujus Hasta est longa et crassa.... significat hominem fortem, etc.* Ita hastam usurpavit Ausonius in Centone:

Intorquet summis annixus viribus Hastam.

Græcos hac notione δόρυ usurpasse, observavit Jan. Rutgersius lib. 2. Var. Lect. cap. 2.

† 4. HASTA, Recentis suillæ frustum; unde rusticis nostris: *Je vous enverrai de la Hastille et du boudin.* Ordinarium Laudunense apud Marten. de Divinis Officiis antiq. Eccles. pag. 95: *In alia benedictione data ab Hospitalario similiter pulsatur campanula, et benedicti datur Hasta cum cibo, et hæc dantur pro præbenda presbyterii. Decanus dicit Tu autem, lectori dantur tria jecora cum cibo.* Charta ann. 1339. apud Kennett. Antiq. Ambrosden. pag. 450: *Jurati dicunt quod Johanna... tenuit medietatem unius messuagii, et unam carucatam terræ in Blechesdon de domino Rege per servitium deferendi domino Regi unam Hastam porci pret. 11. cum fugaverit in parco suo de Cornbirie.*

\* *Une Haste de porc à quelque jour que la feste soit, nêis se elle estoit au Vendredy, in Lib. 2. statut. artif. Paris. ubi de Pedag. regi debitis fol. 5. Hatemenue, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 273: Quel ostel ilz eussent fait cuire et appareiller une Hatemenue de porc que le suppliant avoit apporté d'Estampes. Vide supra Astis.*

5. HASTA, Modus agri. Charta Hugonis Archiep. Senonensis ann. 1154. in Tabul. Ferrariensi: *Et 5. den. de censu, quos Isambardus tenebat de Alberico de una Hasta terræ arabilis, etc.* Tabular. Albæripæ: *In duabus hastis pratorum.* Tabular. S. Albini Andegav.: *Concessit etiam de silva, quæ juxta est, quantum opus erit ad claudendum ipsa prata, spatium 3. Hastarum in latitudine, etc.* Liber Chirographorum Absæ fol. 15: *Ut omnes hajæ et defensabiles habeant in universis terris Monachorum circa omnes aquas et rivos unam Hastam hinc et inde.* Vide Asta 3. *Lancea.*

\* Nostris *Haste*, eadem acceptance. Charta ann. 1395. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 56: *Item un Haste sus la voie de Berseneetes, etc.* Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 195. ch. 141: *Icellui Jehan avoit cuilli ou fait cuillir et moissonner deux Hastes de terre, que le suppliant extimoit à la somme de deux boyssaux.... Le suppliant se coucha au long d'une Haste de vigne. Sic forte appellata quod certis passibus, Has nuncupatis, constaret. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 142. ch. 44: *L'uyz dudit Basin, qui est près de la maison ou demouroit ledit Colin, à huit ou dix Has.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 381: *Lequel Henrion chancela et chut si comme à trois ou quatre Has de là, ou il eut le cop. Hax et Haz, eodem intellectu.* Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 130. ch. 7: *A trois Hax ou environ près dudit hostel, Bezançon Darboys a esté trouvez navrez.* Aliæ ann. 1418. in Reg. 170. ch. 211: *Avant que le suppliant et son frere feussent près d'icellui Robert d'environ soixante Haz, autrement enjambees, etc.**

HASTILIS, Eadem notione. Testamentum Sancii II. Reg. Portugalliæ, ære 1286. apud Brandaonum in Monarch. Lusitana tom. 4. pag. 379: *Item mando Isidoro Petri homini meo præstimonium,*

quod ipse consuevit de me tenere in Cortigia, et sex Hastiles hæreditatis in Valladolid, etc.

6. HASTA REGIA, [Imperii insigne.] Charta Henrici III. Regis Angl. apud Prynneum tom. 2. Libertat. Angl. pag. 1046: *Crucem portatilem argentam.... cum Hasta sive baculo, etc.* [\* Adde Thietmar. lib. 6. cap. 3.] Vide *Baculus* 2.

7. HASTA, Vestis Monachica. Vide *Supperpellicium*.

\* 8. HASTA, Stipes, palus, hostile, nostris *Hastelle*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 52. ex Cod. reg. 4624: *Si aliquam arborem grossam vel parvam seu planzonum, vel Hastam seu paronum sciderit, vel pelaverit, seu eradica-verit de die, solvat.... solidos decem.* Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 161: *Le suppliant print un tison de feu, appelle Hastelle au langage du pays (d'Auvergne). Aliæ ann. 1475. in Reg. 195. ch. 1525: Icellui prestre tenant en sa main une busche de bois, qui se nomme au pais (Normandie) une Hastelle. Hinc Enhaster, Palo infigere. Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 14. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 231: *Puis la fist Enhaster en un pel et ficher en terre. Ubi Aimoin. lib. 3. cap. 42: Palo præcepit infigi. Lit. remiss. ann. 1471. in Reg. 195. ch. 608: Les supplians prindrent en l'hostel d'icellui mosnier.... trois pieces de chair, qu'ilz Enhasterent en un baston. Guignevilla in Peregr. hum. gener. Ms.:**

L'autre vielle en sa main tenoit  
Un glave, qui tous plains estoit  
D'orelles d'ommes trefroées,  
Qui y estoient Enhastées.

\* HASTALLARE, Differre, tempus prorogare; unde *Hastallatio*, Dilatio, mora, induciæ. Vide supra *Astallare*.

\* HASTARE, Hastis pugnare. Virgil. Grammat. pag. 80: *Magno impetu facto Hastavere se omnes et calcia-verunt et scutantes se inruerunt.*

1. HASTARIUM ARGENTUM, apud S. Augustinum Ep. 124. opponitur *argento proprio*: ubi Filesacus lib. 1. Selector. *Hastarii* nomine intelligi existimat, pecuniam ex rebus propter debita fiscalia divenditis, ipsi fisco acquisitam. Quippe hasta in foro posita venditione a fisco celebrabantur. Vide Cod. Th. De fide et jure hastæ, lib. 10. tit. 17.

† 2. HASTARIUM, Alia notione, apud Tertul. Aphloget. cap. 15: *Quos (Deos) in Hastario vectigales habetis.* Et lib. 1. ad Nat.: *Quos (Deos) in Hastarium regessistis.* Hinc recte Rigaltius: *Hastarium* igitur est Liber Hastarium, seu Tabularium et Regestum vectigaliorum, quæ sub hasta et voce præconis quinquennio quoque addici redemptoribus solebant.

HASTATOR, Officium in coquina regia, in Ordinat. Hospitii S. Ludovici Reg. ann. 1261. vulgo *Hasteur*, qui veru ad focum versat: est enim nostris *haste*, veru, quod *hastæ* speciem referat, apud Froissartem 1. vol. cap. 181. *Hastier*, in Gloss. Gall. Le Roman de Parise la Duchesse MS.:

Si un porte un paon rosti an un Astier.

Le Roman de Garin MS.:

Et Bue ot un grant Hastier sessi,  
Plein de bons Hastes, qui sont bons et rostis.

Alibi:

Pardevant lui trova uu Escuier,  
Qui en sa main portoit un grant Hastier,  
Prent-le à deus mains car il en ot mestier.

Ita etiamnum Arverni veru *Aste* et *Ate* vocant.

Hæc a Latino *Assare*, Gall. *Rotir*, deducenda existimo : unde etiam *Hastes* vocarunt carnes ad focum versatas atque assatas. Le Roman de Guillaume au Faucon MS. :

Et les tables basses assises,  
Et les blanches napes sus mises,  
Et après les mez apotez,  
Pain et vin et Hastes tornez.

Le Roman d'Athis MS. :

Et de beaulx Hastes de lardez,  
Et roisollez, et puis pastez,  
Servent partout à tel plenté,  
Comme s'il n'eust riens costé.

† **HASTATOR**, Assarius coquus, obsonator, Gall. *Rotisseur*, *Cuisinier*. Laurentius Bizinius de Origine Belli Hussitici apud Ludewig, tom. 6. Reliq. MSS. pag. 175 : *Ad quæ civitatis Hastatores aiunt se non posse sine consensu aliarum civitatum, cum quibus sunt ligati, aliquam inire concordiam.*

\* **HASTARIUS**, Officium in coquina regia, nostris *Hateur*, idem qui *Hastator*. Charta Phil. Pulc. ann. 1304. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 431. r. col. 2 : *Theobaldus de Bolumvilla Hastarius Johannæ reginæ, etc.* Lit. remiss. ann. 1425. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 344 : *Comme le suppliant ait esté... en office de souffleur de la cuisine et depuis Hateur, etc.* Vide supra *Asterius* et *Hasta* 2. [et Guerard. in Prolegom. Chartul. S. Petr. Carnot. pag. 57.]

**HASTEDUM**, **ASTEDUM**, [Villa, prædium rusticum, ac præsertim agri qui a villa dependent.] Tabular. S. Petri Celsenis Diocesis Trecentis, ann. 1089 : *Præterea... totum Hastedum, quem possidebat apud Fontanetum villam, quantum scilicet possent colere, quicumque in ejusdem villæ potestate essent mansuri, B. Petro concessit ; ipsiusque Astedi justitiam ac terragium tam in terra quam in pastura seu pratis concessit.* Apud Duchesnum in Histor. Castrovillana pag. 10. [Vide *Hasta* 5.]

† **HASTELARIA**, Locus ubi *hastæ* coquinariæ asservabantur. Liber nig. Scaccarii pag. 348 : *Hostiarius Hastelariæ consuetudinarium cibum, homini suo tres obol.* [? Legendum fortean *Hostelaria*. Vide *Hostellaria*.]

\* **HASTELUSIO**, [Ut *Hastiludium* : « Feria secunda, 26. februarii, in carnisprævio, in platea S. Petri *Hastelusio* more italico. (Diar. Burchardi, I, 242. an. 1487). »]

† **HASTENDITIUM**, Servitium quod domino capitali proficiscenti ad exercitum debetur, et ejusdem redemptio pecuniaria. Vide *Hastis*.

\* **HASTERELLUS**, Collum, jugulum, cervix, nostris *Hasterel* et *Haterel*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Haterel, cervix, i. posterior pars colli.* Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 897 : *Dictus cutellus in dicta corneta existens intravit Hasterellum seu cervicem dicti defuncti ita profunde, quod mors extitit incontinenti vel paulo post subsequuta.* Charta ann. 1346. in Reg. 75. ch. 530 : *Icellui prinnent par la poitrine et li donnerent un cop ou Haterel.* Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 209 : *Il tira un petit coustellet qu'il avoit et frappa ledit d'Aubencheul, que ou visage, que autour du Hasterel.* Aliæ ann. 1467. in Reg. 194. ch. 266 : *Ung gigot de mouton routy et ung Haterau ou col de veau aussi routy.* Chron Bertr. Guesclini Ms. :

De sa broche de fer lui a trois cops donnez  
Parmi le Hasterel, lui est le sanc coulez.

Guill. Guiartus ad ann. 1298 :

Aux destriers donnent tiex meriax  
Amont parmi les Hateriax,  
Que de pensans cops qu'ils ourdisent,  
En plusieurs lieus les estourdisent.

\* **HASTERIUS**, ut supra *Hastarius*, in Distribut. quotidianis ecel. Lugdun. Mss. Officium in coquina canonicorum.

\* **HASTIFRAGUS**, Hujus cognomenti rationem docent Acta B. Lucae abb. Cuisiac. tom. 2. Monum. sacr. antiquit. pag. 6 : *Hualterus Cuisiaci simul ac Juminiaci dominus, quem ob actus bellicos, armorumque et lanceæ potissimum peritiam, vulgus nobilium nuncuparat Hastifragum, etc.*

\* **HASTILE**, Pars candelabri a stipite directe procedens, Jo. de Janua. Vide Exod. cap. 25. et 1. Reg. cap. 17. 2. Reg. cap. 21.

† **HASTILIS**, Modus agri. Vide *Hasta* 5.  
\* **HASTILIA**, *Jouste*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Vide *Hastiludium*.

**HASTILUDIUM**, Quod vulgo *Torneamentum* vocant. Joan. de Janua : *Hastiludium, quiddam ludus militum, cum hastis : scil. quando equites currunt et frangunt hastas.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] *Hastiludium, Jeu ou jouste de lance.* Synodus Herbipolensis ann. 1287. can. 4 : *Hastiludia et torneamenta, etc.* Matth. Paris ann. 1256 : *Circa Pentecosten apud Blie commissum est Hastiludium prospere et generaliter secundum legem et disciplinam Militarem, etc.* Chronicon Aulae Regiæ : *Per torneamenta et Hastiludia vestra diffundetur gloria.* Occurrit passim. Vide Dissert. 5. 6. et 7. ad Joinvillam.

**HASTILUDIARE**, *Hastis* configere in hastiludiis et torneamentis. Ægidius de Roya ann. 1386 : *Ubi facta sunt solemnia magna, et hastiludia, ubi Rex Franciæ Hastiludiavit.*

**HASTILUDERE**, Eadem notione, apud Albertum Argentinensem pag. 144. [et in Chron. Estensi apud Murator. tom. 15. col. 390.]

† **HASTILISARE**, Eodem significato, in Annal. Mutinens. apud Murator. tom. 11. col. 70. ad ann. 1270 : *Multæ fuerunt societates Baronum Hastilisantium, etc.*

† **HASTILUDUS**, in Regimin. Paduæ ad ann. 1300. apud Murator. tom. 8. col. 450 : *Hoc anno milites et nobiles et alii judices Paduæ, et fratres Paduæ fuerunt in Hastiludiis et aliis solacis cum pulchris vestibus.*

**HASTILUSUS**, apud Ericum Upsaliensem lib. 3. Hist. Suecicæ pag. 95.

\* **HASTILUSOR**, Qui *hastiludio* decertat. Annal. Estens. ad ann. 1397. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 998 : *Hastiludentibus continue ante ipsam supradictis societatibus Hastilusorum, cum vestibus de syndone cooperitis... Quibus intrantibus portam Leonis, Hastilusores de societate notariorum, etc.*

**HASTINA**, Gloss. : *Hasta, δρόψ. Hastina, δρόψ, ἀκόντιον.* Leg. forte *Hastula*, vel *Hastile*.

\* **HASTINGA**, Navium statio, ut videtur, Gall. *Rade*. Chartul. Fiscam. fol. 4. v. : *Ipsæ abbas (habebit) reliquam medietatem et hanc consuetudinem ita divisam de omnibus navibus, quæ ibi applicuerint, exceptis solis navibus hominum residentium in Hastingis, quæ vi tempestatis ibi applicare compulset fuerint.*

**HASTINGI**, Normanni, Dani, ab Has-

tingo eorum Duce primario, de quo Scriptores passim ; et quem natione Gallum, ac in pago Tricassino ex infimo rusticorum genere ortum asserit Glaber Rodulfus lib. 1. cap. 5. Charta Guidonis Episcopi Belyacensis ann. 1075. apud Loiselum : *Sed postmodum barbarorum incursione, et impiorum, id est, Hastinorum pervasione cuncta perdidit.* Idem *Hastingenses* dicuntur Simeoni Dunelmensi ann. 1049.

† **HASTITENENS**, *Hasta* armatus. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 133 : *Aliam Turcus ensis dimidiat, ut Hastitenens putetur potius venisse armatus sude pedes, quam lancea miles.*

\* **HASTIVIA**, Animi impetus, nostris alias *Hastiveté*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 492 : *Cum dictum delictum, ad quod si aspiraverint per simplicem Hastiviam, grassante stultitia aspirarunt, pretium quinque solidorum non ascendat.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 137. ch. 107 : *Benat considérant que autant valoit dire touchin, comme rebelle et traitre, meu de chaude cole et de Hastiveté fery d'une dague qu'il portoit ledit Provensal.* Hinc *Hastis*, fervidus, iracundus, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137. ch. 10 : *Doubtant qu'il ne les villenast et tuast, parce qu'il estoit homme moult perilleux et Hastis, etc.* Unde *Hativatus*, cognomentum cujusdam Gausfredi, in Charta ann. 1234. Gall. dicimus, *Qui a hate.*

† **HASTO**, *Jurare sine Hasto*. Vide *Asto*.

\* **HASTRA**, Arboris species, quam *Hêtre* appellamus, a fago nihilominus distincta. Rrg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 12. v. : *Diximus quod habeat unum fagum cum una Hastra ad natale Domini per liureiam servientis nostri.* Vide supra *Hastria*.

\* **HASTRUS**, Mensura frumentaria. Charta Walt. dom. de Sothengien ann. 1208. in Chartul. abbat. Montis S. Mart. part. 1. ch. 54 : *Particula ejusdem decimæ, quam... tenebat ad censum annum decem et octo Hastrorum avenæ ad mensuram, quæ dicitur scolthastre, in Natali solvendæ.*

1. **HASTULA**, Modus agri, pertica. Gregorius M. lib. 8. Epist. 61 : *Hastulas vinearum numero quatuor.* Vide *Hasta* 5.

† 2. **HASTULA**, diminut. ab *Hasta*. Glaber Rodolphus Hist. lib. 1 : *Alius quoque Saracenorum eorumdem cultro deplanans ligni Hastulam, etc.* id est, *Hastulæ* lignum.

† 3. **HASTULA**, Assula, Segmentum, in Glossario Gasparis Barthii apud Ludew. Reliq. MSS. tom. 3. pag. 441. ex Guiberti Hist. Palæst. Occurrit etiam in Miracul. S. Bertini lib. 2. cap. 3. Vide *Astula*.

† **HASTULARE**, [Rescindere. DIF.]

\* **HATIVATUS**, Vide supra in *Hastivia*.

† **HATUBUS**, μαγάλος, Qui ægre loquitur. Gloss. Lat. Græc. Sangerm.

\* **HATYA**, Odium, invidia ; ita aliquando scribitur testatur Spelmannus. Vide *Atia*.

\* **HAVA** vel **HAVUS**, Mensura frumentaria, eadem forte quæ *Havotus*. Vide infra in hac voce. Charta ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 410 : *Deductis sex Havis, tribus carregonibus et dimidio frumenti, valoris octo solidorum Parisiensium annuatim vel circa, quæ nobis super ipsa terra debentur.* Vide infra *Havæia* 1.

**HAVADIUM**, **HAVAGIUM**. [Tributum, ni fallor, quod pro mensura aridorum exitur, Gall. *Havage*, *Havée*, forte a men-



sura quæ *Havata* vel *Havotus* dicitur, vel a veteri Gall. *Havir*, Capere, ducta origo.] Charta Gaufredi Comitis Mauritanie in Biblioth. Clun. pag. 513: *Havadium quoque, et omnes alias consuetudines, quas in burgo S. Dyonisii accipiebam, omnes dimitto. Idem esse videtur quod*

HAVAGIUM. [Charta ann. 1276. in Chartular. Domus Dei Pontisarr. : *Dicebant nos debere sibi quasdam consuetudines, vulgariter nuncupatas Havagium et criagium apud Pontisarram, ipsosque ac eorum prædecessores esse et fuisse in possessione vel quasi percipiendi prædictum Havagium et criagium nomine annui redditus sibi a nobis debiti. Alia vernacula ibid. de ead. præstatione: Sachtent tuit que comme content fust... d'un Havage et d'un bufetage de Pontoise, etc. Charta ann. 1288: Cum Normannus de Clelennec armiger tradidisset alias illustri vero D. Johanni Duci Britannie L. libras annui redditus ratione cujusdam emendæ, et nos requisiti fuisset de assidenda prædicta summa; assignavit duas partes Havagii villæ de Lannuyon.] Charta Willelmi Comitis Pontivi, in Hist. Perticensi pag. 117: *Sint quieti et liberi de teloneo,.... hallagio, Havagio, bosselagio, etc. Ubi perperam editum Hanagio. Regestum Philippi Augusti Herouvallianum f. 142: Præpositura Vernonis... avenæ 6. mod. Havagium 30. lib. halæ 60. lib. etc. Regestum censuum et feodorum Comitatus Carnotensis f. 16: Le Havage de chascun sestier de blé vendu en la ville de Chartres hors franchise, se cil qui le vent, l'a acheté, il doit un Havagiau; se il a cru en sa terre, ou en son gaaignage, il doit dou sestier demy Havagiau, et de tout grain autressi, fors que d'avoine, et l'avoine paie au double.**

† 1. **HAVATA**, Mensuræ genus. Charta ann. 1315. ex Chartul. S. Martini Pontisarr. : *Abbas et Religiosi S. Martini Pontisarrensis sunt in possessione pacifica percipiendi qualibet die Sabbathi duas Havatas salis in foro Pontisarrensi a vendentibus sal.*

\* Quantum scilicet pugillo seu manu contineri potest, nostris *Havée*; qua etiam voce significatur Jus percipiendi certam quantitatem ex rebus, quæ in foro dividuntur. Charta ann. 1337. in Reg. donor. Caroli IV. et Phil. VI. fol. 182. vº. ex Cam. Comput. Paris. : *Item la Havée des fruitz qui sont venduz à jour de marchié à Chauny, dont chascun, sur qui l'en prendra la Havée, se pourra rachater parmi une obole paiant, et partant sera quicte de ladite Havée. Chartul. Latiniac. fol. 210. vº: Ly savniers doit une obole d'estallage et une Havée de seel. Havongnie, eodem significatu, in Consuet. Camerac. Mss. : Li caretée de sel, une Havongnie à dois clos de sel, etc. Avedier nuncupatur, in Lit. admort. pro eccl. Vivar. ann. 1445. in Reg. 177. Chartoph. reg. ch. 151 : *Item trois Avediers de sel, que soloit prendre Guillaume de la Roche sur chacun voiage de sel passant par la riviere du Rosne.**

\* 2. **HAVATA**, Candelarum fasciculus, qui pugillo apprehendi potest. Gall. *Poignée*. Charta ann. 1232. in Chartul. S. Petri Carnot. : *Dedi in perpetuum elemosinam monasterio S. Petri Carnotensis tres gallos et unum pugillum sive unam Havatam candelarum, quas percipere solebam annuatim in altaritagio S. Christophori. Vide infra Haveia 2. et Puginata.*

**HAUBA**. Vide *Huba*.

† **HAUBANNUM**, **HAUBENTUM**. Vide supra in *Halbannum* 2.

\* **HAUBERGARE**, Hospitari, habitare, diversari, Gall. *Loger*. Reg. feud. Aquit. sign. JJ. rub. ex Cam. Comput. Paris. fol. 9. rº. : *Si ipse locumtenens non Hauberget cum dictis hominibus in anno, etc. Vide in Hereberga.*

\* **HAUBERGERIUS**, Loricarum artifex. Lit. remiss. ann. 1336. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 626 : *Dictus nepos Stephani Haubergerii de quadam pecia maclearum ferri, quam in manu tenebat, dictum servientem in vultu percussit. Vide Halsberga.*

† **HAUBERGETTUM**. Vide in *Halsberga*. **HAUBERGETTUS**, Panni genus apud Anglos, *Haberjects*, apud Stephan. Skinnerum in Etymol. Angl. Charta Libertatum Angliæ cap. 26 : *Una sit latitudo pannorum, tinctorum, russetorum, et Haubergettorum, scilicet duæ ulnæ inter listas. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 831 : Vestimenta autem dabunt mihi de griseng, vel Halberget, et pellibus agninis.*

\* Hanc eandem Libertatum Angliæ Chartam mire depravatam ex Reg. S. Justi fol. 35. vº. col. 1. profert *Brussel* tom. 2. de Usu feud. pag. v. art. 32. iis verbis : *Et una latitudo pannorum cuncutorum et ruisetorum et Haubergettorum, scilicet duo ulnæ infra listas. Qui codex, quem perlegi, nihil tamen differt a verbis editis in Glossario, præterquam quod pomorum mendose habet, pro pannorum,*

\* **HAUBERGOLUM**. Vide supra in *Halsberga*.

† **HAUBERGUS**, **HAUBERJONUS**. Vide *Halsberga*.

\* **HAUCARIUS**, Aucarum seu anserum custos. Vide supra *Aucurius*.

\* **HAUCIRE**, Attollere, Gall. *Hausser*, alias *Haucer*. Reg. 34. bis Chartoph. reg. sub Phil. Aug. part. 1. fol. 95. vº. col. 2 : *Magister Matheus et Alardus habebunt iis. libras Paris. pro facienda nova turricula et pro aliis Haucendis. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 147. ch. 134 : Le suppliant trouva ledit Cousin, lequel il print par le visaige de son chapperon, et en le Hauchant ascz courtoisement, etc. Haulse, Pars vestis videtur, in aliis ann. 1460. ex Reg. 192. ch. 76 : *Le suppliant d'ung baston donna un cop sur une des Haulses du porpoint d'icellui Colin. Vide infra Houpeta.**

† **HAUCTUS**. Vide *Havotus*.

\* **HAUDRAGUA**, Gall. *Haudrague*, Instrumentum, quo herbæ in fluviis secantur vel eradicantur; unde *Haudrager* et *Haudraguer*, id præstare. Lib. rub. fol. parvo domus publi. Abbavil. fol. 23. vº. ad ann. 1365 : *Il est bien sceu que les devanchiers dudit Fremin... ont leditte riviere fait netier de Haudrague, de faux et de rastel; ledit Fremin dores-en-avant sera tenu de y faire netier et Haudrager souffisamment. Netoier et Haudraguer les fossez, in Ch. ann. 1448. ex Chartul. 23. Corb.*

**HAVE**, pro Ave, Salutationis formula, crebra in Constitutionibus Imperatorum de qua videndus *Brissonius* in *Formul. lib. 3. pag. 351. Vide Habe*.

† **HAVEDELONDS**, Agrorum anguli, a Saxonico *Hea fod*, Anglis *Head-land*. Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 535 : *Item una pecia terræ jacet ibidem cum Havedelonds, et jacet pro duabus acris et dimidia.*

\* 1. **HAVEIA**, Mensuræ genus, eadem quæ supra *Hava*. Charta Hugon. comit. Trecons. ann. 1114. ex Bibl. reg. : *Salagium... scilicet Haveias et boissellos, tam in foris quam in nundinis Treucarum, concedo. Vide supra Havata 1.*

\* 2. **HAVEIA**, Idem quod supra *Ha-*

*vata* 2. Charta ann. 1247. in Chartul. prior. de Guilecio fol. 45. vº : *Petrus de Rupe miles asserebat sibi deberi a priore de Goiz quandam trossam palææ et aliam feni, et unam Haveiam candelarum ceræ.*

\* **HAVENEGHELT**, Quod pro religatione seu statione navium in portu penditur, ab *Haven*, Flandris, *Havre*, et *Ghelt*, pecunia. Comput. Watergravi ann. 1389. ex Cam. Comput. Insul. : *Les eschevins de Hulst, qui ont prins à ferme le Haveneghelt de laditte ville. Vide Haula.*

**HAVER**, Idem quod *Averium*, [et *Habere* 2.] de quibus supra, in *Foris Oscæ* ann. 1247. f. 4. Vide in *Pignale*.

† **HAVERE**, Eadem notione. *Breviarium Hist. Pisanæ* ad ann. 1172. apud *Muratorem*. tom. 6. col. 185 : *Et naves, galeas, galeones, Havere et homines diversa per loca maris ceperunt, et vivam guerram fecerunt. Occurrit non semel apud eundem tom. 12. col. 326. 406. et 1128. Vide Habere 2.*

\* Stat. Cadubr. lib. 1. cap. 1 : *Item Havere dicti communis custodiri faciam per massarium sive massarios communis... nec de dicto Havere permittam expendi, nisi pro evidenti utilitate et necessitate communis. Et cap. 32. pag. 58. rº. : Et totum Havere communis Cadubrii et specialiter denarii, etc.*

\* **HAVETUS**, Uncus, Gall. *Crochet*, alias *Havet*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Havet, croc, crochet, fuscina. Arest. ann. 1344. 23. Febr. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : Dicti officiales nostri jura et utilitates habent et consueverunt habere in die coronationis nostræ, necnon quandocumque et ubicumque nos contingit comedere coronam regiam portantes;... cocus vasa, scilicet calderias, calderonos, Havetos et cæteras res ad coquinam pertinentes. Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 163 : *Un crochet ou Havet d'argent pour courroye, du pris de quatre blans ou environ. Hinc Haver, unco arripere, in Charta ann. 1407. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : Nulz ne puet, ne ne doit aler, chever, Haver, faire pierres, ne autre quelque chose en une certaine quarriere. Vide supra Creaga.**

† **HAUFARE**. Vide *Heinfare*.

† **HAVIA**, pro *Haula*, de quo mox. Mandatum Henrici V. Regis Angliæ ann. 1420. apud *Rymer*. tom. 9. pag. 854 : *Publicari faciant in portibus et Haviis, etc. Ubi littera i errore typographico perperam pro l edita est.*

**HAULA**, Navium statio, portus, hodie *Havre*, olim *Hable*, vel *Havle*, ex quo *Habulum*, de quo supra. Occurrit non semel in Charta Radulfi Paganelli, in *Monastico Anglic. tom. 1. pag. 564 : Duas partes decimarum de Haulis de Asceletria... quidquid ad eam pertinet in omnibus rebus et decimis Haulæ, etc. Regestum Philippi Augusti Herouvallianum fol. 29 : Tenet de Domino Rege S. Walericum et advocatiam terræ S. Walerici et le Havle pro 10. libris de redditu. Willel. Guiart in Histor. Francor. MS. ann. 1304 :*

Et grans nez profondes et larges,  
Chascune fermée à chable,  
Plus de cinq cens dedans le Hable.

Alibi :

Mariniers esloignent de Hable.

Reperitur etiam in Statuto ann. 27. Henrici VI. cap. 3. et in Consuet. urbis Bononiæ art. 22. 23. 24. Portus vero sic nuncupati, quod in iis religuntur naves: Arabes enim *habala* vincire et nectere dicunt. *Habl* iisdem est funis, unde

forte nostrum *Chables*, pro spissioribus funibus, quibus naves ad portus religantur. Sunt, qui putant vocem *Havre*, ab *Aber* Britannica ortam, quæ ostium fluminis sonat, apud Giraldum Cambrensem lib. 2. Itiner. cap. 2: *Versus Aberteivi, id est, casum Teivi fluminis in mare. Havene d'Acree*, pro *Havre*, habetur in Itinerario MS. Comitum Pontivi.

† **HAULLA**, pro *Halla*, Domus, aula, palatium, Germ. *Hauss*. Anglis *Haw*. Charta ann. 1267. ex Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 994: *Vendidi... unam pechiam terræ cum domo quadam supra positam apud Caudebac intra Haullam domini Abbatis S. Vandregesilli supra dicti ex parte una.*

\* Vel potius, Locus, ubi merces venum exponuntur, nostris etiam *Hauile*; unde *Haulage*, pro *Hallage*, Tributum, quod exsolvitur pro licentia exponendi merces in *Haula*. Charta ann. 1310. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 174: *Avons baillié en perpétuité et à héritage à tous-jours à Pierres Briefer bourgeois de Harrefeu et ses hoirs la Haule de la ville de Harrefeu haut et bas, et tout le Haulage de ladite ville appartenant à ladite Haule.* Alia ann. 1364. in Reg. 98. ch. 596: *Comme Regnault Briefer tiegne de nous en fleuferme la Haule et le Haulage de la ville haulte et basse de Harrefeu, en quelconques lieu que ce soit en ladite ville, etc.* Privil. S. Valer. ann. 1376. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil.: *Item les bourgeois n'aront point de justice et de sergent au Haule du seigneur.* Lit. ann. 1358. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 660. art. 13: *Chacun des habitans vendant par destail sel ou marchié le samedi desoubz nostre Haule ou en nostre place, etc.* Les Aules de Grancey, in aliis ann. 1348. tom. 9. earumd. Ordin. pag. 160. art. 3.

\* **HAULTURA**, Locus editus, Gall. *Hauteur*, Provincialibus *Auturo*. Charta ann. 1517. ex schedis Pr. de Mazaugues: *A quodam monticulo sive Haultura, etc.*

\* **HAUNAIGIUM**, an Præstatio pro mensione ad *aunam* seu *ulnam*? Vide supra *Almagium*. Assignat. dotallitii Johanne reginæ Franc. ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69: *Item pro Haunaigio de Vernone centum quatuor viginti libras. Haunier* vero, nomen artificii videtur, in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 122. ch. 176: *Un Haunier, nommé Jaquot Gaugnier, et un autre Haunier avec lui, etc.* Nisi forte legendum sit *Hannier*, qui aratro terram proscindit et colit, a voce *Hannon*, pars aratri. Vide supra *Hanones*.

**HAVO**. Odo de Diogilo lib. 4. de Ludovici VII. profect. in Orient. pag. 42: *Veniunt de exercitu, qui cambiunt necessaria, junguntur et illis, qui ambiunt non sua. Igitur una die Flandrensium quidam dignus flagris et flamma, cernens immensas divitias, et immoderata cupiditate cæcatus, clamat, Havo, Havo, rapiens, quod cupivit, etc.* Flandris, *Havo*, sunt divitiarum, opes, pecunie, etc. ex Lat. *Habere*. Sic clamabat ille: *Quot bona, quot bona!* ut alios ad prædam invitaret.

\* **HAVOARE**, pro *Avoare*, fateri, agnoscere, clientelam profiteri, in Charta ann. 1332. ex Tabul. Carnot.

† **HAVOTUS**, Mensura frumentaria apud Belgas, quæ ad modum revocari posse videtur. Charta Stephani Episc. Tornacensis ann. 1198. tom. 3. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 52: *Præterea quosdam redditus quos emimus, apud Markain, videlicet quinque Havotos frumenti, duas raserias avenæ, quatuor capones, et viginti et octo denarios præfato*

*Capellano assignavimus in perpetuum. Perperam editum apud Miræum tom. 2. pag. 962. Havotos.* Tabularium S. Bartholomæi Bethuniensis fol. 66: *Hii sunt redditus qui debentur S. Bartholomæo et S. Præjecto apud Herlies. Johannes Hailles... terciam partem unius Havoti frumenti de redditu ad mensuram de Basleia... Emma Bernaus et heredes de tribus Havotis terræ sitis apud Wailli 7. den.... Beatris de atrio de 10. Havotis terræ sitæ... 2. sol... Hanaderlus del Mortier 11. Havotos terræ. Erat ergo Havotus etiam mensura agraria, quæ haud scio an referri possit ad vocem, *Actus quadratus*, quæ apud Columellam significat portionem agri 125. pedum.*

\* Nostris *Havon* et *Havot*. Comput. ann. 1365. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Item receptum pro xiiij. panibus de Anapia et de Aneliens in Melentois, de quibus tres faciunt Havotum, tantum pro Havoto v. sol. iij. den. ob. Flandrensium, valent xxiij. sol. iij. den. ob. Fland. Pactum inter Phil. reg. et episc. Tornac. ann. 1320. ex Bibl. reg.: Item pour vint sept deniers Paris de taille que on devoit pour le manoir, et se le devoit on pour deux bonniers de terre et pour huit Havos d'avoine et deux chapons.* Charta ann. 1344. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 328: *Nous quittons aus pouses de la charité de la paroisse S. Estienne en nostre ville de Lille quatorze rasieres, troy Havons, quareignon et demy de blé, troy Havons et demy quareignon d'avoine.* Hinc *Havotée*, Modus agri, cui seminando satis est *Havotus*. Charta ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 413: *Item de neuf Havotées de terre, séans devant le moustier de ladite ville de Villainnes.* Pluries ibi. Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 195. ch. 197: *Le suppliant achepta une Havotée de terre, qui estoit entre les siennes.* Ubi perperam *Hanotée* scriptum est. At vero *Havos*, Director significari videtur, a Flandrensi voce *Havik*, Gyrofalco, avis rapax, apud Philippum *Mouskes*:

Et tout, si com çou fust Havos, Prendoit et reuobit le pais.

Est præterea *Havotus*, Mensura liquidorum. Libert. villæ Domnied. ann. 1246. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 692. art. 24: *Dominus habet Havotum cervisæ pro uno obolo minus quam venditur per villam.* Ubi perperam editum *Hanotum*.

\* **HAUPTRECHT**, *Corvatæ* capitalis species, quæ cum carro præstatur, forte a Flandrico *Haupt*, caput, et *Trekken*, trahere. Charta ann. 1317. ex schedis *Mabil*. In quibus bonis prædictis dominus abbas monasterii in *Banth* conventusque ibidem tale jus habent, quod vulgariè *Hauptrecht* vocatur, et quilibet rusticorum in prædictis bonis residentium de manso integro, quem possidet cum tribus aratris, tribus temporibus annuatim debet ministrare ad curiam, in majori villa *Gamstadt* sitam, pertinentem ad cœnobium *Banzense*. Rürsum occurrit in Ch. Bertholdi comit. de *Henneberg* ann. 1322. ex iisdem schedis.

\* **HAUQUETO**, Sagum militare, nostris *Hoqueton*, idem quod *Gambeso*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 372: *De quodam Hoquetone, quem induerat, etc.* Aliæ ann. 1478. in Reg. 206. ch. 370: *Lequel Perrin bailla à icellui Mace unq cop de la fourche en la poitrine, dont il le navra, et l'eust tué n'eust esté son Houqueton d'argent.* Ubi Collare argenteum, Gall. *Haussecou*, si-

gnificari videtur. Vide supra *Auquetonnus*.

† **HAVRA**, Navium statio, portus, Gallis *Havre*. Charta S. Ludovici ann. 1231. ex Archiv. castr. Nannet.: *Ludovicus D. G. Francorum Rex, etc. Promissimus Petro de Drosco alias de Brenne Ducis Britannicæ, et ejus successoribus omnia sua jura illæsa servare... cum forefactis et emendis et fractura navium, et ratione præmissorum pecciorum ob defectum brevorum seu sigillorum marinorum capiendi in villis, Hauris et portis sui Ducatus et in mari obvenerit quoquomodo percipiendi.* Instrum. ann. 1419. apud Rymer. tom. 9. pag. 760: *In partibus, portibus, ripariis, Hauris, etc.* Et infra: *In portus, Havras, riparias, etc.* Vide *Havla*.

**HAURITORIUM**, Locus de quo hauritur, vel ubi hauritur, vel instrumentum hauriendi. Ugutio. [Glossar. Lat. Gall. Sangerm.: *Hauritorium, vel Haustorium, Instrumenti ad puiser, ou lieux ou l'en puiser yave. Hausorium, idem.*] Gloss. Isid.: *Haustrum, rota, Hauritorium, qui et girgillus.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Haustra, vel Haustrum, Puisouer, roë à puiser, quod girgillus dicitur.* Guillelmus Paris. de Rhetor. div. cap. 40: *Homo ex stultitia laborat, ut qui viderit Hauritorium suum vacuum, ad fontem vel fluvium pro haurienda aqua ire contemnet.*] Tabular. Episcop. Ambian. ann. 1236: *Super quodam planqueto seu Hauritorio facto subtus vicum, etc.*

† **HAUSSASIS**. Vide *Assassini*.

\* **HAUSTIO**, [Actus hauriendi. (Prisc. p. 623.)]

\* **HAUSTORIUM**, Puteus, putealis fossa, Gall. *Puisard*. Charta Gaufr. episc. Ambian. ann. 1236: *Per arbitrale sententiam pronuntiamus Haustoria, ... pontes fieri debere de licentia decani et capituli Ambianensis in rivis Ambianensibus, a ravina usque ad Goudran.* Vide *Hauritorium*.

\* **HAUSTRA**, La rota da tirare l'acqua. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Hauritorium*.

† **HAUSTUS**, Est jus hauriendi aquam de puteo vicini, cui eo invito jure servitutis ascribitur. Vocabul. juris utriusque.

† **HAUT ET BAS FORISFACTA**, Quorum cognitio ad dominum, qui altam justitiam habet, spectat. Libertates villæ de *Villereys* tom. 9. Spicleg. Acher. pag. 192: *Nisi pro furto, homicidio, raptu vel adulterio, quæ quatuor forisfacta Haut et Bas ad nostram remanent voluntatem.* Vide *Alte* et *Basse*.

† **HAUTA JUSTITIA**, pro *Alta justitia*, Gallice *Haute justice*, in Charta ann. 1239. e Tabulario Corbeiensi.

† **HAUTO** Spicæ non omnino trituratæ minoraque stramina quæ ventilatione a tritico separantur, Gall. *Hauton* vel *Auton*. Charta ann. 1239. ex Tabular. Compend.: *Recognovit D. Alernum patrem suum quondam Majorem Ecclesiæ Compendiensi de Nigella vindidisse bene et legitime supradictæ Compendiensi Ecclesiæ Hautonem et rehautonem, etc.* Literæ Curie Ambian. ann. 1244. ex eodem Tabul.: *Recognoverunt se Abbati et Conventui Compendiensi totum carionem, totum pastum, totum Hautonem... et omnia alia quæ habebant... in grangia dictorum Abbatis et Conventus.* Vide *Halto*.

\* Charta ann. 1269. ex Chartul. 21. Corb. fol. 124: *Tout le Hauton du secourion, etc.* Trois quartes de Hauton, in Lit. remiss. ann. 1369. ex Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 315.

† **HAUTONNUM**, Idem quod *Hauto*.

Charta Decani et Capituli Rosetensis ann. 1240. ex Tabular. Compend.: *Sciendum est insuper quod in tota decima su-  
producta tam in grano quam stramine,  
foragio, palea, et Hautonno Abbas et Con-  
ventus habent duas partes.*

† HAUTUMNA, HAUTUMNIA, Eadem notione. Charta ann. 1221. Ex Tabul. S. Richarii: *Pro straminibus, Hautumnis et omnibus excandentiis, et quidquid in grangia reclamare poterat, novem sextarios bladi et octo avenæ percipiet.* Charta Adami Morinorum Episc. ann. 1228: *Recognovit dominum Arnulphum militem... contulisse Ecclesie Compendiensi farraginem, paleam, Hautumniam, pas-  
tum et omnia alia jura.* Vide Autumpnia.

\* HAVUS. Vide supra Hava.

\* HAWARE, Fodere, seu terram ligone versare, Gall. *Houer*, alias *Heuer* et *Heuher*. Charta Ludov. VIII. reg. Franc. ann. 1218. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 410: *Ita tamen quod nemus illud neque sartare, neque Haware poterunt, eo quod in residuo nemore nostro de Ruhoth nihil juris omnino de usuario clamare poterunt in posterum.* Chartul. 23. Corb. ad ann. 1480: *Lequel demandeur concluoit à l'encontre du défendeur à ce qu'il fut condamné envers lesdits religieux en la somme de 60. sols Parisiens d'amende, pour avoir piqué ou Heué sur les frogs, flegars et volières de Musarville.* Chartul. ejusd. monast. sign. *Cæsar* fol. 58. vº: *Fut donné congié... pour picquer et Heuher et prendre terre, etc.* Vide Hoare.

\* HAUVEDUCHE, quid hac voce intelligendum sit, utcumque colligitur ex Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 260: *Jehan le Picart qui portoit un grant chapeau à grant bord sur la teste, et en estoit telement embrunchié, qu'il ne sembloit qu'il ne dangnoit regarder que par maniere d'orgueil, ... le suppliant fit cheoir sondit chappel hors de la teste, en lui disant qu'il le portoit trop sur le Hauveduche.*

† HAUYYARE. Vide in Haga.

† HAYA, HAGBOTE, HAYCIUM, etc. Vide in Haga.

\* HAYRELIUM, HEYRELIUM, Domus rustica cum ædificiis, quæ ad eam pertinent, nostris *Hevrau*. Charta ann. 1295: *Item tres fessoriatas prati cum verneto, sitas in yllas retro molendinos suos, et fuit aqua de Breyda ab una parte, et Hayrelium molendinorum dicti Hugonis ab alia parte, dictum Hayrelium et eolomast molendinorum suorum usque ad chenaes dictorum molendinorum.* Item unam *seyloratam prati sitam inter pratum quondam Arueti et Heyrelium molendinorum dicti Hugonis.* Recognitio feud. dom. de Veteri-ponte pro castel. de Buri ann. 1366: *Onze eireaux assis à Ville-rusche, ou les estagiers qui y demeurent... Item l'eirau qui fut Perrin Chenau.* Infra: *Heireau* et *Hereau* non semel. *Hel* vero significare videtur Agrum domui rusticæ contiguum sepimentoque clausum, in Charta admort. ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272: *Une maison, un ort et une court contigus avecques certains Helz et autres appartenances.* Unde *Helle*, pro Repagulo ad quod vectigalia exiguntur, vulgo *Barriere*. Pedag. Peron. ann. 1295. in Chartul. 21. Corb.: *Item tous vins de France et de Bourgoigne allans desdits lieux en Flandres doivent chemin à Péronne et aux Helles dudit péage.* Vide supra in Haisellus.

† HAYUM, Pratum, ab Angl. *Hay*, Fenum. Charta apud *Madox* Formul.

Anglic. pag. 257: *Et in pratis de Benigton, ex orientali parte de Rieholm sex rodas prati: concessi etiam præfatis Monachis claudere prædictum Hayum et defendere.*

† HAZARDOR, Aleator, Angl. *Hazarder*. Placitum sub Henrico IV. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic.: *Hazardor communis ludens ad falsos talos adjudicatur quod per sex dies in diversis locis ponatur super collistrigium.*

\* *Hazart*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 281: *La femme dudit Henry dist aux-diz Robin et Gossellin, alez vous hors de ceans, vous n'etes que un Hazart; et ledit Robin dist, je ne suis point Hazart, cellui est Hazart, qui joue sa femme aux dez.* A verbo *Hazarder* nude, pro Aleas sectari. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. ch. 260: *Jehan le Picart qui ne servoit (l. scavoit) d'autre bien que de Hazarder, laverner et borderler, etc.* *Hazardé* vero, pro Audax, temerarius, in Stat. ann. 1388. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 262. art. 22: *Que lesdits douze clers... tiennent les écrits de ladite Chambre (des Comptes) secrets; ... et qu'ils ne soient si Hazardez de les porter hors de ladite Chambre.*

† HC, pro K. non semel occurrit, præsertim in Chartis Longobardicis. Ita in Leone Ostiensi edito ab Angelo de Nuce *HCarolus*, semper scribitur, pro *Karolus*, *HCalendæ*, pro *Kalendæ*. Epitaphium Aligerii Abbatis Casinensis:

Conditur his septis ter ternis rite HCalendis, etc.

Vide supra H.

\* HCLRAM, Vox contracte scripta, quæ contemptum sonat, in Mirac. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 500. col. 1: *Ob cuius (Sancti) venerationem inter se cunctis osculum dantibus, et invicem ad potum charitatis se cohortantibus, unus hanc superbe respuens, dixit: Hclram in ventre meo non habet locum: quia cibus et potus jam intrantes præocupaverant illum.* Potionis vilissimæ genus forsân indicatur.

HEADBOROW, Capitalis plegius, primarius: ex Saxonicæ heafod, caput et borgh, vas, fidejussor: in decuria enim seu decemvirali collegio decimus ipse novenis præfuit: qui quod minus essent capitales, *Handborowes*, quasi plegii manuenses, seu manuales, hoc est, inferiores appellantur. Vide *Friborga*.

\* HEAGIUM, Præstatio pro habitatione, nostris *Heage*. Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 392: *Item pro Heagio in parrochia de Biars xij. solidos collectos sub domino de Ysniaco pro manum primogeniti.* Recognit. feud. dom. de Veteri-ponte pro castel. de Buri ann. 1366: *Item deux nuis ou environ d'avoines, deux chacun an entre Noel et Quaresme prenant, estre renduz au chasteau de Buri de plusieurs habitans de la paroisse de Coulanges, pour leur demourance que il: font esdites mesons, appellé celui devoir Heage.*

HEALGEMOT. Vide *Halmot*.

† HEARPA, Cithara. Vita S. Dunstani tom. 4. pag. 350: *Sumpsit secum ex more citharam suam, quam lingua paterna Hearpam vocamus.* Vide *Harpa* 1.

HEASTINGENSES. Vide *Hastangi*.

\* HEAUMERIUS, a Gall. *Heaumier*, Galearum artifex. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 280: *Herminus de calciata galearius seu Heaumierus, etc.* Vide *Helmus* 1.

HEBDOMADA, Septem dies totius septimanæ: vox nota. Anastasius Bibl. in

S. Simplicio PP: *Hic constituit ad S. Petrum Apostolum, et ad S. Paulum Apostolum, et ad S. Laurentium Martyrem, Hebdomadam, ut Presbyteri manerent ibi propter penitentes et baptismum.* Ubi per *Hebdomadam*, intelligit *Hebdomadarios* Presbyteros, qui ob ingruentem populum vicissim succedere solebant, qui penitentes ad reconciliationem, et paganos ad baptismum præstarent. Ita Baron. ann. 483. num. 5. Vide *Hebdomadarius*.

HEBDOMADA IN ALBIS, Quæ hebdomadam Paschalem et Dominicam in Albis, subsequitur. Incipit autem illa a Sabbato in Albis, et terminatur in alio Sabbato, et sic durat per octo dies. Ita Beletus cap. 130. et Durandus lib. 6. cap. 81. n. 16. cap. 89. n. 1. Vide in Alba 3.

HEBDOMADA AUTHENTICA, quæ *Major*, de qua mox, in Suggestione Dioscori Diaconi, quæ exstat inter Epistolias Hormisdæ Papæ, [in Liturgia Gallicana apud Mabill. pag. 127. et 128.] et in Charta ann. 1075. apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 461. vº: *Propinquante sanctissimo Paschæ festo, secunda videlicet Hebdomadis Authenticæ feria, etc.*

† HEBDOMADA CASTA, Ineuntis Quadragesimæ hebdomada dicebatur apud veteres, ut castimonia per Quadragesimam servanda significaretur.

† HEBDOMADA CRUCIS. Sic apud Teutonicos Rogationum hebdomada appellatur, teste Macro in Hierolexico.

\* HEBDOMADA DUPLEX, Quæ sequitur *Dominicam Duplicem*. Vide mox *Hebdomada Trinitatis*.

† HEBDOMADA DE EXCEPTO, dicitur in ritu Ambrosiano ultima hebdomada Adventus: quia in ea excluditur omne aliud officium, ut docet idem Macer.

HEBDOMADA EXPECTATIONIS, Sexta septimana post Pascha, quæ scilicet est post Ascensionem, quoniam representat illud tempus, quo Apostoli expectaverunt adventum Spiritus sancti, quibus Dominus dixit: *Manete in hac civitate, et Expectate usquedum induamini virtute ex alto.* Ita iidem Beletus cap. 130. et Durandus.

\* HEBDOMADA GRASSA, *La semaine grasse*, Quæ Dominicam *Quinquagesimæ* præcedit, qua scilicet carnis uti licet. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 331: *Un peu de temps avant Caresme-prenant derrenement passé en la grasse Semaine, ou environ, etc.*

HEBDOMADA INDULGENTIÆ, dicitur Hebdomada major, seu sancta, quia in ea penitentes absolvuntur, inquit Honorius Augustod. lib. 3. cap. 72.

HEBDOMADA MAJOR, Quæ diem Resurrectionis Christi præcedit, ἑβδομάς; μεγάλη, Græcis. Ideo autem *Major* dicitur, inquit Honorius Augustod. lib. 3. cap. 72. quia ob maxima officia insignis habetur. Eadem habent Micrologus cap. 50. et 52. et Beletus cap. 88. Monachus Sangall. lib. 2. cap. 11: *Venerunt illuc in majoris Quadragesimæ Hebdomada majore, etc.* Vide Chrysostomum Homil. in Magnam hebdomadam. [2º et Glossar. med. Græcit. voce ἑβδομάς; μεγάλη, col. 339.]

\* HEBDOMADA MAGNA, appellata etiam quæ Pentecosten præcedit, in Arest. ann. 1398. 24. Maii ex vol. 9. arestor. parlam. Paris.: *In septimana magna ante Pentecostes, etc.*

HEBDOMADA MEDIANA, Quadragesimæ hebdomada quarta. Pelagius PP.

in Epist. apud Holstenium in Collectione Romana pag. 241: *Veniente Mediana Septimana Paschæ, unumquemque per officia, quæ prædicimus, promovere non differas.* Gelasius I. PP. Epist. 9. cap. 11: *Ordinationes etiam Presbyterorum et Diaconorum, nisi certis temporibus et diebus exercere non debent, id est, quarti mensis jejunio, septimi et decimi; sed et etiam quadragesimalis inii, ac Mediana Quadragesimæ die sabbati jejunio circa vespem noverint celebrandas.* Eadem habet Nicolaus I. apud Sammarthanos in Episcopis Sistaricensibus n. 18. ut et Liber Diurnus cap. 3. tit. 9. Gesta Innocentii III. PP. pag. 102: *Idem igitur Dominus Innocentius præfatum Constantinopolitanum Electum sabbato quatuor temporum Quadragesimæ in Diaconum ordinavit, et in sabbato Hebdomadæ medianæ in Sacerdotem promovit, ac sequenti Dominica Romæ apud S. Petrum in Episcopum consecravit, etc.* Sugerius in Ludovico VI: *Sequente die, sabbato scilicet Medianæ, me indignum ordinavit Presbyterum.* Vide Durandum lib. 6. Rational. cap. 59. num. 2.

HEBDOMADA MUTA, seu Sancta, quando campanæ adstringuntur, ut est in Legibus Ostrogothicis de Jure Ecclesiast. cap. 22. Vide Joannem Loccenium lib. 1. Antiquit. Suecic. cap. 5.

MEDIA JEJUNIORUM PASCHALIIUM SEPTIMANA, apud Marcellinum Comitem, in Chron. ubi de Inventione capituli S. Joannis Baptist. quæ in Tractatu Græco a nobis edito μέση των νηστειών ἑβδομάς dicitur, et apud Cedrenum in Leone Copronymi F. μέση ἑβδομάς in Concilio Calchedonensi act. 11. μεσονήστιας; Joanni Chrysostomo, Theodoro Studitæ, Theophylacto, Germano Patriarchæ CP. et aliis, est quarta Quadragesimæ hebdomada juxta Græcos, tertia vero secundum Latinos, ut pluribus docet Allatius de Dominicis et Hebdomadibus Græcorum.

HEBDOMADA PASCHALIS, quæ Festum Paschatis subsequitur, et protenditur usque ad sabbatum in albis exclusive, et sic Pascha sex dies tantum habet pro octavis. Ita Durandum lib. 6. cap. 81. n. 16. Hanc Græci διακαινισμὸν vocant, quod ex sanctissimo Christi triumpho omnia renouventur, instaurentur, et in meliorem statum reducantur. Vide Allatium de Domin. et Hebdom. Græcor. cap. 23.

HEBDOMADA PASSIONIS, quæ Dominicam Palmarum præcedit. Vide notas ad Villharduinum num. 129.

Pro hebdomada majori, quæ est post Palmas accipi videtur a Bartholomæo Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1227. apud Murator. tom. 6. col. 445: *Sed quia quadragesima erat et Passionis Hebdomada imminabat, ob illius reverentiam qui pro redemptione humani generis passus est patibulo crucis affigi, dictus dominus Lazarus distulit usque post octavam Paschæ resurrectionis morere.*

HEBDOMADA PENTECOSTES, quam Græci τοῦ ἁγίου πνεύματος ἑβδομάς vocabant, ut est apud Morinum. Vide Jo. Bapt. Cotelerium ad Constitut. Apost. pag. 253. [\*] et Glossar. med. Græcit. Append. col. 62. d.]

HEBDOMADA POENALIS dicitur illa, qua Christus Crucem subiit, et quod jejuniis et laboribus transigatur ad memoriam Passionis Christi. Laboriosam Hebdomadam vocant Latini Patres, nos etiamnum la semaine peneuse: Nicetas, τοῦ Χριστοῦ παθημάτων ἡμέρας. Hugo Francigena de excidio Salvaniensis Monas-

terii n. 6: *Altera autem die est secunda poenalis Hebdomadæ.* Charta ann. 1247. in Hist. Monmorenciaca pag. 410: *Doub. sol. .... annui redditus de elemosyna in Ebdomada Pœnali annis singulis persolvendis.* Hebdomada Pœnosa, in Chronico Archiep. Upsaliensium pag. 216. [et apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 353.] Septimana Pœnosa, in Tabular. Monasterii Hederæ, anno 1197. fol. 24. Vide Josuam Arndium in Lexico Antiquitatum Ecclesiasticarum pag. 409.

\* HEBDOMADA POENITENTIALIS, Eadem quæ Pœnalis, ut videtur. Stat. collegii de Marchia ann. 1423. fol. 76. ex Bibl. reg.: *In quinta feria et sexta, similiter Sabbato Hebdomadæ penitentialis... cantentur in eodem collegio solenniter et devote matutinæ, missa, vespere et completorium.*

\* HEBDOMADA REMISSIONIS, in qua a præstatione aliis hebdomadis solvenda quis eximitur. Charta ann. 1230. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. Mss. pag. 571: *Dicti solidi persolvantur, quatuor septimanis in anno exceptis, videlicet natalitatis Domini, pascha et pentecosten, quæ Septimanæ remissionis appellantur.*

† HEBDOMADA SANCTA, QUÆ PASCHA præcedit. Statuta Ecclesiæ Nemausensis circa ann. 1364. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1026: *Præcipientes, ut singulis annis in Hebdomada sancta Presbyteri parochialium Ecclesiarum, per se ipsos, aut Diaconos, aut Subdiaconos, vel per Clericos adultos chrisma novum et oleum a nobis, vel ab Archipresbyteris nostris suscipiant sicut est consuetum.* Placidi Diaconi Supplementum Virorum illustrium Casinens. cap. 8. apud Murator. tom. 6. col. 68: *Scriptis innumera pene opera... speculum peccatoris; paræneses sex in Hebdomada Sancta. Gall. Semaine sainte.*

\* HEBDOMADA TRINITATIS, QUÆ hoc festum subsequitur, Duplex etiam nuncupata; forte quod duplici nomine donetur Dominica quæ illam præcedit; nam et Dominica Trinitatis simul et Dominica prima post Pentecosten dicitur. Lit. baillivi Rotomag. ann. 1377. in Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 76: *Item la coutume de la double Sepmaine, toutefois que elle chiet disiesme, avecques la pecherie de laditte riviere, laquelle Sepmaine chiet la Sepmaine de la Trinité.*

† HEBDOMADALIS, Dominicalis. Statuta Canonice Regul. S. Augustini art. 19. apud Raim. Duellium Miscell. lib. 1. pag. 89: *Officium plenum de Sanctis si peragatur, solaque Missa choro fit, tunc in ea recitatur semper Collecta, quæ dicitur Hebdomadalis, id est, Collecta Dominicæ præcedentis.*

† HEBDOMADARIATIM, HEBDOMADATIM, Ordine septimanario. Chronic. Mellicense in Regula reform. ann. 1451. pag. 418: *Officialium principalium scilicet domni Abbatis, Prioris et Subprioris ac aliorum fixorum non Hebdomadariatim sibi succedentium... officia describere... omitimus.* Consueta regula Toribii Archiep. Limæ tom. 4. Concil. Hisp. pag. 677: *Facient suum officium Hebdomadariatim per vices.*

HEBDOMADARIUS, Frater, vel Monachus, qui suas vices in ministeriis monasticis per hebdomadam exequitur. Ugutio: *Hebdomadarius, qui per hebdomadam curam gerit pro sociis super cibus.* S. Hieronymus Epist. 22. cap. 15. de Cœnobitis: *Et unaquæque decuria cum suo parente pergit ad mensam, quibus per singulas hebdomadas vicissim*

ministrant. Cassianus lib. 4. de Instit. Cœnob. cap. 19: *Singulis hebdomadibus vicissim fratres ad hæc officia sibi reddenda succedunt.* Et cap. 22: *Hebdomadarum mutua vicissitudo.* Concilium Aquisgran. cap. 123: *Vicissim in refectorio et cæteris communibus necessitatibus sibi fraternitatis officio fungantur.* Regula SS. Patrum cap. 12: *Debet is, qui præest Pater disponere Hebdomadarios, et ordinem officii, quo sibi invicem succedant ad ministrandum.* Vide Concil. Tarracense sub Hormisda PP. can. 7. Concil. CPol. sub Menna act. 5: *Τότε διάκονος τυγγάων, μετεδίδων εἰς τὸ ἅγιον φωτιστήριον τοῦ εὐκταρίου οἴκου τῆς ἁγίας Μαρίας, ἑβδομάριος ὢν. Septimanas facere, hebdomadarii munus implere, in Regula S. Fructuosi cap. 23. Novatus Catholicus Homilia ad Fratres: *Cruciari, jejunare biduo, triduo, aut quadriduo, Septimanas facere, frequenter inde superbiunt fratres.* [Hebdomadam facere, in Charta ann. 1366. de officio Aquariatus de Talmundo.] *Hebdomadas tenere, custodire.* Relatio Fr. Joannis de Monte Corvino, Ord. Frat. Minorum apud Waddingum ann. 1035. n. 10: *Pueri jam sciunt officium nostrum, et tenent chorum, et Hebdomadas, sicut in conventibus fit.* Charta ann. 908. apud Ughellum in Episcopis Bergomens.: *Ea vero ratione, ut singulis diebus refectio fiat Presbytero et Diacono et Ostiario, qui Hebdomadam in ipsa custodierint Ecclesia.* Vita sancti Adalberti Episcopi Pragensis apud Surium: *Coginas purgat, Hebdomadas intentissime procurat, scutellas lavat, etc. Hebdomadale servitium, in Charta Araldi Episcopi Carnotensis pro Monast. Cluniac. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 451. Observat Molanus lib. 2. de Canon. cap. 15. Thesaurarium in Ecclesia S. Petri Lovaniensis, eundem et hebdomadarium a trecentis annis et amplius fuisse, cui incumbit quotidie summum sacrum canere, seu omnium horarum officium inchoare, licet nomen ipsum indicet hoc onus per hebdomadas solitum fuisse dividi. [\*] In ecclesia Aniciensi, idem forte quod in ecclesia S. Petri Lovaniensis. Charta ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 336: *Item Petrus Raymondus Ebdomadarius ecclesiæ Anicii pro anniversario quinquaginta sex solidos Turonenses.*] Quot igitur erant officia in Monasteriis, totidem erant Hebdomadarii. Verbi gratia**

HEBDOMADARIUS SACERDOS, apud Udalricum lib. 2. cap. 30. Lanfrancum in Decret. pro Ord. S. Bened. cap. 11. Leon. Ost. lib. 3. cap. 21. et Gaufr. Volsiensem cap. 59. Idem qui

HEBDOMADARIUS SACRI ALTARIS, in Vita Joannis Gorziæ Abbas pag. 745.

HEBDOMADARIUS MAJORIS MISSÆ, apud Lanfrancum cap. 13. in Statut. Ord. de Sempringham cap. 735. [Consuetud. antiquæ Canonice Regular. Monast. S. Jacobi de Monteforti apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1217: *Sed et sacerdos et subdiaconus qui in præterita septimana majoris Missæ Hebdomadarii fuerint, parati Missam pro defunctis ex more persolvant.*]

HEBDOMADARIUS LECTOR AD MENSAS, in Regula Magistri cap. 24. in Statutis Ord. de Sempringham pag. 735. [Charta ann. 1380. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 510: *Præcipimus quod omne silentium sit inter illos in mensa, et quod ex ipsis sit unus Hebdomadarius successive qui Bibliam legat intelligibiliter et succincte.*]

HEBDOMADARIUS CANTOR, apud Udalricum lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 29.

HEBDOMADARIUS INVITATORII, cui Invitatorum præcinendi onus incumbit, apud Udalicum in Consuet. Cluniac. lib. 2. cap. 29. et in Statut. Ord. de Sempringham.

HEBDOMADARIUS PSALTERII, ibid. pag. 764.

HEBDOMADARIUS CHORI. Beletus cap. 24: *Hebdomadarius, ita eum appellamus, cujus est tota Hebdomada in Choro administrare officium.*

HEBDOMADARIUS DEFUNCTORUM, in Statutis Ordinis de Sempringham pag. 780. qui curat officia defunctorum.

HEBDOMADARIUS COQUINÆ, apud Regionem anno 741. Cæsarium lib. 1. cap. 85. lib. 11. cap. 11. Vita S. Adalberti Episcopi Pragensis cap. 13. apud Sur. 23. April.: *Coquinas purgat, Hebdomadas nitidissime procurat, scutellas lavat, et ad coorum necessaria cuncta cursu pervolat.* Vita S. Thomæ Abb. Farfensis cap. 9: *Hebdomadas suas in coquinæ officio, sicut et alii fratres, in ipso faciebant Monasterio.* Adde Regulam S. Benedicti cap. 35. Regulam S. Isidori cap. 19. Udalicum lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 35. Regionem ann. 746. Lanfrancum in Statut. Benedict. cap. 1. Regulam Magistri cap. 18. 21. etc. De ejusmodi Hebdomadariis, vide S. Hieron. in Præfat. ad Regulam S. Pachomii cap. 2. ipsam Regulam cap. 24. Regulam S. Fructuosi cap. 9. etc.

HEBDOMADARIUS MINOR, in Statutis MSS. Capituli gener. ann. 1294. S. Victoris Massil.: *Item statuimus quod Minor Hebdomadarius videat ea quæ in coquina pro Conventu ministrantur... ne Conventus valeat in aliquo defraudari.*

HEBDOMADARIUS, idem qui alibi Cellarius, Cui potus et escæ cura est. Charta ann. circ. 1300. apud Cl. V. Garmp. in Dissert. 9. ad Hist. B. Chiaræ pag. 292: *Carnes, pisces et cetera, quæ pertinent ad edendum, venire faciat in commune cellarium annuatim, quæ libere perveniant ad communis Hebdomadarii manus, inter ipsum episcopum et canonicos sæpeditos consueto moderamine dividenda.*

HEBDOMADARIUS KALENDÆ, Qui Kalendas pro hebdomadam annuntiat seu martyrologium legit. Ordinar. Ms. S. Petri Aureæ-vallis: *Post matutinas, quando ad finem appropinquat, frater ille, videlicet unus de pueris, ille scilicet qui erit Ebdomadarius Kalendæ, etc.*

ARCHIHEBDOMADARIUS, Qui his omnibus præerat, Ἀρχιἑβδομαρίας dicitur in Concilio CP. sub Menna Act. 7. qui hebdomadariis præsit, ut singuli sua officia rite exequantur. Archihebdomadarii mentio etiam occurrit apud Anonymum περὶ ἐπιτηδίων, inter Opera Basilii editum.

Ceterum ut super hebdomadarios, priusquam septimanas suas inciperent, ita et cum eas absolverant, orationes fundebantur. Utraque habetur inter Opera Alcuini pag. 1194.

HEBDOMADARI, Dicti in Ecclesiis Cathedralibus sicut et in Monasteriis quibus majus Sacrum canere, omniumque horarum officium inchoare incumbat. Statuta Ecclesiæ Barchinonensis ann. 1288. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 609: *Illam (pecuniam) distribuat, et distribuere teneatur de assensu illius qui tenebit sacristiam majorem, et Hebdomadarii qui faciet septimanam, ut juxta Apostolum, sint consolationum socii, qui fuerint passionum.*

HEBDOMADARIA, Munus Hebdoma-

darii. Constitut. Dominican. per Vincentium Mariam part. 1. col. 305. ex Capitulo ann. 1417: *Nullus ab Hebdomadaria munere subeundo est exemptus præter Magistros in sacra Theologia, Lectores actuales et Prædicatores actuales.*

HEBDOMADARI præterea dicebantur, qui per vices septimanam ad cubiculum Imperatoris excubabant. Vide Codinum de Orig. CP. pag. 20. Meursium [et Gloss. mediæ Græcit.] in ἑβδομαρίας.

HEBDOMADARIUS, Qui singulis septimanis recurrit. Epistola ad Archiducem Austriæ ann. 1589. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 333: *Per hanc totam septimanam, excepto Veneris die, qui Turcarum Hebdomadario festo sacer est, etc.*

HEBERGAGIUM, HEBERGAMENTUM, HEBERGIARE, etc. Vide in Hereberga.

HEBERGARE, Hebergamenta seu ædificia construere vel reparare, nostris Héberger, eodem significatu. Charta Raym. episc. Aniciens. ann. 1219. in Reg. feud. senescal. Carcass. etc. fol. 325. vº: *Mihi et successoribus meis licet firmare castrum meum de Charbonero, Hebergare et augmentare pro voluntate mea.* Infra Herbergare. Alia ann. 1316. ex Tabul. S. Petri Carnot.: *Qu'il n'avoit droit en aucunes édifices faites sur les murs de la clousture dou chastel, c'est asavoir une tourele Hébergée sur iceles murs et autres édifices.* Alia ann. 1322. ibid.: *Si lesdits religieux veulent icele tourele Hebergier en quelque maniere que il leur plaira, que il le puissent fere sans dangier. Et ladite tourele metent en estat, in alia ejusd. anni ex eod. Tabul. Vide Herbergare.*

HEBERGIARE BOSCOM, Loco bosci, hebergamenta seu villam construere. Charta Guill. comit. Nivern. ann. 1161. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 19. col. 2: *Canonici B. Stephani prothomartyris in bosco de Tul usuarium suum habebant, et placuit patri meo boscom Hebergiare, et sic factum est. Canonici vero usuarium, quod in prædicto bosco habebant, tali modo amiserunt.* Chartul. S. Steph. Autiss. habet, Herbergiare. Vide in hac voce.

HEBIDUS, pro Hebes. Vita S. Guthlaci cap. 21: *O mi Becceline, et quid Hebido sub pectore antiquum hostem occultas?*

HEBITA, Lorica. Gloss. Isidori et vetus Glossar. MS. Sangerman.

HEBONA. Sic Liberum barbatum seu ejusdem simulacrum vocabant Neapolitani in Campania, teste Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 18.

HECATONPENTA. Anastasius Bibl. in S. Hilario PP.: *Ubi sunt columnæ miræ altitudinis, quæ dicuntur Hecatonpenta: altæ scilicet 105. pedibus.*

HECATONTAS, [Centenarius numerus. (Capel. 7. p. 244.)]

HECATOVERY, an Æqua partitio? Comput. ann. 1332. fol. 6. vº. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil.: *Pro vino minorum meorum qui fuerunt ad Hecatovery præbendarum, x. solidos. Item pro ponderando lanas in granario capituli partitas dominis; et pro illo qui adhecatavit partes, etc.*

HECHOITA, Escaeta. Perardus in Burgund. pag. 350: *Dedi etiam eis... et omnes Hechoitas in hominibus quæ ad me devenire debent.* Vide Escaeta.

HECK, Retis genus, quo utuntur piscatores, fluvii Isidis Eboracensis accolæ. Statuta ann. 23. Henrici VIII. cap. 18. apud Spelmanum.

Nostris Heoque, quo in aucupando etiam utuntur. Stat. pro Bono publico

ex Lib. rub. fol. magno domus publ. Abbavil. art. 50: *Que nulz prende coulons as rois, ne aux Heoques.*

HECTA. Vide supra Ecta.

HECTHECA, Solarium: unde dicit Papias: *Hecthecas Romæ appellant solaria de cenaculorum parietibus eminentia, sive meniana, ab eo qui primus ea invenit.* Anonymus in Gloss. Bibl. Mss. ex Bibl. reg.: *Hectheca dicitur solarium, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.*

HECTICA, Febris Hectica, Gall. Fievre etique. Vita S. Celestini PP. V. auctore Jacobo Cardinali: *De miraculo mulieris curatæ ab Hectica.*

HECULANUS, Eunuchus, Papias. In MS. Bituric. Heculaneus. Amalth. Heculanus, sulcus. Idem Papias suo ordine legit: *Heculaneus, Eunuchus.*

HECURA, Sulcus, αἰλαξ. Gloss. Lat. Græc. MS. Sangerman.

HEDA, HITHA, Portus. Domesdei, in Descriptione terrarum Regis, Tarenfordiæ, in Comitatu Cantii: *Ibi sunt duo Heda, id est, portus.* Et tit. Chent. Episcopus Bajocens. Meletune, Heda de 20. sol. Ubi Spelmannus Hedam intelligendam censet de portu minori et minus celebri, et ex Saxon. hæð, Fovea, deducit. Ex hoc, inquit, Lamb-hit, Quenehit, Oxburg-hit. [Monast. Anglic. tom. 2. pag. 143: *De tota medietate Hithe suæ apud Hengestesey, cum libero introitu et exitu, etc.*]

HEDEBRENNE, Qui silvam incendit, interprete Ludewigo ad Leg. Danicas tom. 12. Reliq. Mss. pag. 175.

HERERA. Hederam in Pascha, in Choro administrare. Vide Hemeræum in Augusta Viromand. in Regesto pag. 42. in Charta ann. 1130.

HEDIFICAMENTUM, Eo nomine significatur id omne quo res aliqua melior fit, Gall. Amelioration: quod de domo reparata, vel ædificiis quibusdam aucta, et de agro diligentius cultu intelligi potest. Charta ann. 1286. ex Tabular. D. de Flamarens: *Recipienti totam illam domum et localem in quo est, cum introitu suo et exitu et omnibus suis juri-bus et pertinentiis et Hedificamentis in dicta domo factis.*

HEDIFICARE, pro Ædificare, construere, in Lit. ann. 1357. tom. 4. Ordinar. reg. Franc. pag. 448.

HEDIFICARE, pro Ædificare, Ad pietatem movere, impellere. Capitula gener. MSS. S. Victoris Massil.: *In illa hora dicta enrabiada... que non Hedificabat, sed potius Fratrum animos conturbabat.*

HEDIFICARE VINEAS, Plantare. Ins-trum. ann. 878. tom. 1. Hist. Occitan. pag. 135: *De illas vero vineas et malios, quos jam dictos Fulcrada Hedificavit super ipsum territorium, a suis partibus oblineat.*

HEDIFICIUM. [Ut ædificium: « Honorem cum omnibus Hedificiis et bastimentis que ibi sunt vel pertinent. (Arch. Tolos. ser. E. I. 39. an. 1206.»)]

HEDINUS, apud Hispanos, dicitur Justitarius Judæorum, qui exercet compulsionem, et mandat sententias executioni, et cognoscit de minoribus causis, etc. Ita Vitalis Episcopus Oscensis, apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 784. [ab Hebr. הדין, Judicium, et articulo præposit. ה]

HEDIUM, Præsidium. Hedium, Prædium. Ita vetus Gloss. MS. Sangerman. f. ab ædes voces fictæ.

HEDRA, Sedes, lectica, ex Gr. ἑδρα. Bonitus Subdiaconus in Actis S. Theo-



dori Ducis Martyr. n. 12 : *Dispositis equitibus, ipse Hedram auream considens, Heracliam veniebat.*

**HEDROTI**, HEDROTES. Vide *Heideoti*.  
\* **HEDUS**, Aries, machina bellica, Gall. *Bélier*. Charta S. Ludov. reg. Franc. ann. 1243. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 75. col. 2 : *Fortericiam Rocaduni eidem Petro, Hedos et balistas nostras et alias armaturas, quæ sunt ibidem, penes te retineas.*

**HEERE-SCHILD**, Vox Saxonica et Germanica, composita ex heer, exercitus, et schild, vel scyld, clypeus. Gloss. Ælfrici pag. 66 : *Scutum, clypeus, scyld*. Proprie autem est obsequium militare, quo quis Principi obnoxius est : quod *Scutagium* vocant Angli. In Constitutione Friderici I. ann. 1158. apud Goldastum tom. 3. Constitut. Imperial. § 8. est de *Abbatissæ et Episcopi Hereschildo*. Mox : *Si Monialis in Abbatissam, aut Monachus in Episcopum eligatur, per hoc in Imperio Militiæ cingulum, et non jura civilia acquirere possunt, id est, eo ipso, quo Abbatissæ et Episcopi eliguntur, Regalium quæ tenent jure, militares functiones obire tenentur.* Vide *Scutagium*. [\* Specul. Saxon. lib. 1. cap. 3. et Specul. Suevic. art. 8. Auctores qui de *Heerschild* egerunt, enumerat Mittermaierus Princip. Jur. German. § 48. not. 22.]

Neque alterius sunt originis voces *Arascild*, *Arachild*, et *Arischilit*, quæ prave editæ leguntur, pro *Hereschild*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 17. § 4. [\* Luitp. 134. (6, 81.)] : *In collectione habitantium in uno loco, pro vi inferenda alicui, si plaga illata, aut homo mortuus fuerit, de ipsa collectione compositio fit 20. solidorum ei, qui vim passus est.* Statuti rationem reddit Princeps : *Quia non potuimus causam istam assimilare ad Arascild, nec ad Concilium (ita leg. pro Concilium) rusticorum, vel ad seditionem : et plus nobis potuit congruum esse de consilio malo, id est, consilio mortis.* Quo verborum contextu Legislator innuit, ejusmodi conventus illicitos accipi non potuisse pro legitimis conventibus, verbi gratia pro *Hereschild*, id est, conventu ad militiam, vel conventu pro rebus publicis, vel denique conventu pro seditione vel tumultu aliquo pacificando ac sedando. Ita § 5. vis a feminis, maritorum impulsu, illata, ab ipsis maritis emendatur : *Quia, inquit idem Legislator, non possumus mulierum collectionem ad Arascild assimilare, neque ad seditionem rusticorum, quia viri istam causam faciunt, non mulieres.* Ubi paulo secus Editio Heroldi pag. 249 : *Quia non potuimus mulierum collectionem ad Arscild consimilare, neque ad seditiones rusticorum, quia istam causam viri faciunt nam non mulieres.* Hoc est, ea mulierum collectio, vel is conventus, capi non potest pro militari collectione, nec pro seditione pacanda, cum res hæc (causa) viros spectet, non mulieres. Id autem hoc loco *Hereschild* sonat, quod prave, ut diximus, *Arischilit* vel *Arscild*, locis iis dicitur, ut apud Papiam *Arachild*, qui *cavalcadam* recte interpretatur : ut et apud Ugutionem, *Arischilit*, qui *adunationem* perinde recte vertit. Atque inde

**HERESCHILD**, ut habet Kyllanus, dicitur dignitas originis, clypeus patris ac matris, feudum et clypeus, clypeus feudalis, nobilis prosapia paterna, clypeus militaris insignia. Chronic. Laurishamense pag. 88 : *Nam septem principalia beneficia... ad generum ejus Ducem Welpho-*

*nem transierunt, maximo videlicet Ecclesiæ detrimento. Exinde siquidem militaris clypeaturæ, scilicet Hereschilt, integritas confusa, atque in diversa distracta est, et Ecclesiæ status tam in militari frequentia, quam in re stipendiaria, in suis opportunitatibus et regalibus expeditionibus imminutus est, multorum servitiis in unam personam collatis, solumque remansit inane nomen domini et hominii.* Supra pag. 78 : *Qui communicato 12. illustrium fidelium suorum consilio, quo numero etiam beneficalis summa militaris clypei, qui vulgo dicitur Hereschild, Laureshamensis Ecclesiæ attinens includitur, singulis pro quantitate beneficis centenos Milites (ut traditur) assignavit.* Idem Chronicon pag. 91 : *Quæ idcirco Rex remisit, ne forte dignitas regalis Abbatie militari clypeo, qui vulgo dicitur Hereschild, substracto diminueretur.* Vide *Clypeus*.

[**HEERESTRETE**], HERESTRETE, Viæ regiæ, seu militares, uti appellantur ab Eumenio in gratiarum act. sect. 7. et aliis, ab *Here*, exercitus, et *Strete*, seu *Strata*, via. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 10 : *Omnes Herestrete omnino Regis sunt, et omnia qualstovna eis, id est, non modo viæ ipsæ, sed et delictorum, quæ in viis regiis committuntur, cognitio Regis sunt.* [Consuetudines Furnenses ex Archivio Audomar. : *Si quis rapinam fecerit aut in via aut in Heerstrata super mercatores vel quoscunque alios et in hoc maleficio captus fuerit suspendetur.*]

[**HEERETOCHIUS**], HERETOCHIUS, Ductor exercitus, Magister militum : ex Saxon. heretoga, voce conflata ex *here*, exercitus, et *togen*, ducere : unde Germanis *Herzog*, Dux dicitur, quasi *Dux exercitus*. Qui autem *Heretochii* potissimum fuerint apud Anglos, sic pluribus prosequuntur. Leges Edwardi Confess. cap. 35 : *De Heretochiis : Erant et aliæ potestates et dignitates per provincias et patrias universas, et per singulos Comitatus totius Regni prædicti constitutæ, qui Heretoches apud Anglos vocabantur, scilicet Barones, nobiles, et insignes, sapientes et fideles et animosi.* Latine vero dicebantur Ductores exercitus, apud Gallos Capitales Constabularii, vel *Marescalli exercitus*. Illi vero ordinabant acies densissimas in præliis, et alias constituiebant, prout decuit, et prout eis melius visum fuit, ad honorem Coronæ et ad utilitatem Regni. Isti vero viri eligebantur pro communi Concilio pro communi utilitate Regni per Provincias et patrias universas, et per singulos Comitatus in pleno folcmote, sicut et Vicecomites Provinciarum et Comitatum eligi debent : ita, quod in quolibet Comitatu semper fuit *Heretochius* per electionem electus ad conducendum exercitum Comitatus sui, juxta præceptum Domini Regis ad honorem et utilitatem Coronæ Regni prædicti, semper cum opus adfuerit in Regno. Item qui fugit a Domino vel socio suo pro timiditate belli, vel mortis, in conductione *Heretochii* sui, in expeditione navali vel terrestri, perdat omne, quod suum est, et suam ipsius vitam, et manus mittat Dominus ad terram, quam ei ante dederat. *Heretochii* in Legibus Henrici I. gradu Vicecomitibus inferiores ponuntur : ubi enim de Placitis generalibus Comitatum : *Intersunt Episcopi, Comites et Vicecomites, Heretochii, Trithingreivi, Ledgreivi, etc.* Ita habet Spelmanus : nam in Editis cap. 7. vox *Heretochii* abest.

† **HEERGEWETHE**, in Speculo Saxon.

*Vestitus militaris*, ab *Heer*, exercitus, et *Geræthe* vel *Gewethe*, supellex. Quænam vero ad illum vestitum pertineant, ibidem distincte describuntur. Vide *Hergeth*.

† **HEERGRAVIUS**. Vide *Heregravius*.  
† **HEERWADIUM**, HERWEDIUM, Militare vadium, a Sax. *Heere*, exercitus, et *Vadium*, pignus. *Relevii* species quod ab hærede ad rehabendum feudum paternum vel bona hæreditaria domino præstabatur. Leges feudales Ottonis Comitis in Tecklenburg. apud Ludewig. tom. 2. pag. 301 : *Si filius ministerialis nostri, vel hæres legitimus, si filius non est, patre præmortuo intra annum et diem jus quod Herwede dicitur, in castro nobis vel Camerario nostro presentaverit, jus bonorum suorum per hoc salvabit. Si vero presentatum, nec per nos nec per Camerarium nostrum recipere vellemus, sub testimonio Castellanorum hoc relinquet, et sic iterum jus bonorum suorum salvabit. Per equum meliorem præmortui, vel cum dimidia marca, si equus non est, Herwedium exsolvit, dummodo loco et tempore hoc exhibeat, sicut prædictum est. Si vero intra annum et diem exhibere hoc noluerit, bonorum suorum jus perdet. Qui vero propter legitimam necessitatem exhibere non potuerit, vel quia est peregrinus, vel ex legitimis causis detentus, si necessitatem eadit, qua hora sibi de præmortuo innouerit, ab eadem prædictum anni et diei competit ad Herwadium exhibendum. Item si ministerialis noster moritur sine legitimo hærede, et unus ex cognatione, de qua plures agere possunt pro hæreditate, alios in dolo prævernerit, equum præmortui pro Herwadio exhibendo ; si quilibet aliorum, quibus hæc actio competit, dimidiam marcam exhibuerit nobis debito loco et tempore, sicut prædictum est, eodem modo illos audiemus, sicut eum qui primo loco nobis exhibuit equum. Item exhibitio Herwadii per tutores eorum qui sunt minorenes eodem modo, loco et tempore completur, sicut per hæredes ipsos, qui sunt legitimæ ætatis.* Vide *Heriotum*, *Cattallum*, *Relevium*.

\* **HEF**, quid sit nostris, docent Lit. remiss. ann. 1420. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 25 : *Un baston, dit Hef, qui est en maniere de fauchon, que les charretiers ont accoustumé de porter.*

**HEGELWITE**. Charta Henrici I. Regis Angl. pro Abbatia S. Catharinae Rotomag. in Regesto Camerae Comput. Paris. signato P. : *Quietas, liberas... et de lervite, et de Hegelwite, et de fleanteineswite, etc.* Anglo-Saxonibus *hege* et *hegge*, est sepes, septum, wite, mulcta.

\* **HEGEMITUS**. [Interjectio dolentis. DIEF.]

**HEGIN**. Vide *Haga*.

**HEGIRA**, Muhamedanorum æra, quæ a Muhamedis pseudopropheta fuga initium habet. Nam cum is ob erroris novitatem de vita periclitaretur, ex Mecha Medinam fugam arripuit. Quia vero Muhamedes, ait Scaliger lib. 2. de Emendat. temp. pag. 136. simia Christianorum est in multis, is principium æræ suæ eadem appellatione donavit, qua Christiani suam a Diocletiana. Ut enim æra Diocletiani dicta est æra Martyrii, ita etiam Muhammedis dicta est *Hegira*, a voce Arabica *Hegirathi*, seu *Hegerata*, ut habet Johan. Hesronita post Geographiam Nubiens. cap. 8. hoc est, δωγγμός ὑπὲρ τῆς θρησκείας. Cujus quidem auspiciatissimæ fugæ tempus incipit in 16. Julii A. Chr. 622. feria 5. secundum medium calculum, seu 6. secundum phasin

lunæ, uti habet Ulug-Beig. lib. de Epoch. cap. 1. Muhammetani menses hujus epochæ a phasi novilunii ad phasim sequentis novilunii numerant: atque hoc intervallum nunquam 30. dies excedit, neque minus est 29. ita ut 4. menses alternatim consequentes 30. dierum sint, et tres 29. sine ullo utrimque excessu e 12. mensibus annum constituunt. Anni itaque et menses secundum eorum usum sunt lunares veri. Sed de hujus epochæ ratione plura habent idem Ulug Beigus, Scaliger lib. 7. pag. 763. Leunclavius in Pand. Turc. n. 11. Petavius de Doctr. temp. et alii Chronographi. Vide *Annus*.

† **HEGUMENIARCHA.** Vide *Hegumenium*. **HEGUMENI,** Ἡγουμένοι. Ita Græci Abbatibus passim vocant, qui *Primates Monasterii*, Juliano Antecessori cap. 19. *Principes Monasterii*, in Regula S. Pachomii § 7. 22. dicuntur. Thiofridus Abbas Epternacensis in Proemio libri, cui titulus: *Flores Epitaphii: Olivæ uberi, pulcræ, speciosæ, fructiferæ in domo Domini, sanctæ Trevericæ sedis Archipræsuli Brunoni, Oleaster aridus Epternacensis Cœnobii Hegumenus Thiofridus*. Ita idem Julianus Antecessor cap. 264. Anastasius in Leone III. pag. 124. etc.

EGUMENUS, absque aspiratione. Ugu-tio: *Egumenus, i. Dominus*. Liberatus Diaconus cap. 18: *Egumenus Monasterii Diolchon*. Sic usurpat Leo III. PP. Epist. 10. Paulus Diac. in Miscella, etc.

EGUMENUS, perperam apud Guil-ielm. Biblioth. in Hadriano II. pag. 228. et eundem Diacon. pag. 762. Edit. Canisii.

EGUMENARCHIUM, id forte quod Ἡγου-μενων vocat Alexii Comneni Novella: Monasterium, vel potius domicilium Hegumeni, ut *Patriarchium*, Patriarchæ. Anastasius in Hadriano I. pag. 119: *Basilica vero Monasterii S. Anastasii Martiris una cum baptisterio et Egumenar-chio, etc.* Alii Codd. habent *Igumenar-chio*.

† **HEGUMENIUM,** Ea Monasterii pars quæ peregrinis recipiendis propria erat. Passio SS. 20. Martyrum tom. 3. Martii pag. 171: *At Hegumeniar-cham, id est, eum qui peregrinis præpositus erat in Hegumenio commemorantibus, Joannem nomine, compositis optimisque moribus adolescentem ubi diaboli satellites agnoverunt, mille affectum plagis... non permiserunt pedibus introire in Ecclesiam*.

**HELA,** HELARE. Vide *Haga, Hercia*.

† **HEIBOTE.** Vide in *Haga*.

**HEIDEOTI,** Factio quædam in urbe Leodiensi, de qua magnum Chronicum Belgicum ann. 1403: *Cæperunt certi cives Leodienses, qui seipsos nominabant Heideotos, (quod interpretantur multi de Gallico in Latinum, Osoros justitiæ) rebellare D. Joanni de Bavaria, Electo Leodiensi*. Vim vocis Gallicæ non omnino percipio. *Hair*, et *Heir*, est odisse: verum *Heideotos* potius nominasse se, quasi *Idiotas*, censerem, nisi non *Heideotos*, sed *Hædrotios* appellatos scriberet Suffridus Petri in eodem Joanne Episc. cap. 4. qui vocis hujus posterioris vim pariter attigit: *Erat illic genus hominum factiosorum, qui ob effrenem linguæ petulantiam, qua sine pudore legiimis suis magistratibus ad captandam auram popularem obtrudebant, Hedroten, sive Hedrotii vocabantur*.

† **HAI DROTII,** in Chron. Cornelii Zant-siet apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 361. ubi et de vocis etymo di-serte docemur: *Anno 1403. quidam filii iniquitatis, Gallicæ Haidrovis id est, odientes jus et æquum, cives Leodienses*

*cæperunt rebellare contra dominum Leodiensem Electum inlyctum Johannem de Bavaria, nitentes contra Deum, justitiam et rationem posse tenus destruere jurisdictionem ecclesiasticam in plerisque modis et formis, etc.* Ibidem col. 362: *Odiunt tamen quod in cordibus ditorum Haidro-tiorum suscitatum fuerat, nondum poterat radicitus extirpari ab eisdem*.

† **HEIDONES,** Gentiles, pagani, idola-træ, a Germ. *Heyde*, Gall. *Gentil*, *Payen*. Epistola ad Archiducem Austriæ ann. 1589. apud Ludewig. tom. 6. pag. 328: *Quidam ex nostris Heidonibus trans-fuga factus est*.

† **HEILIGOWE,** Sacer pagus. Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 12. ubi de B. Notkero Balbulo: *Igitur beatus Notkerus de pago, qui Turgowe dicitur, oriundus fuit, et in vico qui Sacer-pagus Latine, vulgari-ter Heiligowe appellatur, etc.* Teutonibus *Heilac*, Sanctus. Vide Schilter. in hac voce et infra *Elschvelt*.

† **HEIMBURGIUS,** **HEIMBURGIUS,** Apparitor, præco. Jus Argent. lib. 1. cap. 1. apud Schilter. in Gloss. Teuton.: *Ad scultetum pertinet statuere tres perso-nas (precones) quos Heimburgenses dicitur, unum in interiori scilicet veteri urbe, duos in exteriori*. Chronicon Wormat. apud Ludewig. tom. 2. pag. 78: *Apud Wormatiam seu Vangiones, supremus olim judex erat camerarius tempore adhuc Francorum Regum; mansitque etiam succedentibus Episcopis, quorum nomine tres singulis annis placita in curia Episcopali exercebant, Januario, Aprilis et Junio*. *Judici Camerario XVI. apparitores præsto erant, quos Heimburgios appellabant*. Si tamen vim nominis spectes, idem est qui judex, Præfectus vici, a Teuton. *Heim*, Vicus, villa. [\*] Vide *Halt*. Gloss. Germ. col. 856.]

**HEIMERE.** Chronicon Montis-Sereni ann. 1218: *Fames magna facta est, quæ priori anno inchoata tantum invaluit, ut modius siliginis, qui vulgo Heimere dicitur, 3. marcis, et nonnunquam carius venderetur*.

**HEIMSÜCHUNG.** Jura Ecclesiæ Bambergensis pro advocatia, in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 50: *Quandoque vero non solummodo causæ ad ejus (Advocati) examen spectant, id est, vehtat, notnunft, nahprant, Heimsuchung, et furta: horum reus vadiabit Advocato 60. nummos pro pelle et capillis suis*. Vox ejusdem originis, forteam etiam notio-nis, ac ea, quæ sequitur.

**HEIMZUHT,** Expeditio hostilis, Germanis *Heimzuch*, ut vult Lindenbrogus. Lex Bajwar. tit. 3. cap. 8: *Si quis libe-rum hostili manu cinxerit, quod Herireita dicunt, id est, cum 42. clypeis, ... si autem minus fuerint scuta, veruntamen ita per vim injuste cinxerit, quod Heimzucht vocant, componat, etc.* Theutonibus *Heymen*, est seipre, obvallare: *Heyminghe*, sepimentum, a quo potius ducendum videtur vocis etymon. Vide *Hamsoca* et *Hussuchung*.

**HEINFARE,** **HEINFARA,** et **HAINFAR,** Discessio, fuga, lapsus servi, ex Angl. *Hein*, famulus, servus, et *Far*, iter, transitus. Dicitur et mulcta, quæ hoc nomine penditur, et ipsa jurisdictio animadvertendi in servos fuga lapsos. *Domesdei: Heinfaram qui fecerit, 100. sol emendet*. Alibi: *Si quis occiderit hominem Regis, et facit Heinfaram, dat Regi 30. sol. de solutione hominis, et de forisfacto 100. sol.* Rursum alio loco: *Istæ consuetudines pertinent ad Tantonæ, Burghersich, latrones, pacis infractio, Hainfare, etc.* Ex Spelmano.

† **HAUFARE,** Eadem notione. Consue-tud. antiquæ Norman. in Concilio apud Lillebonam ann. 1080. celebrato confir-matæ apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 118: *Nulli liceat in Normannia Haufare facere, vel incendium, vel raptum mulieris, vel mammam capere, quin fieret inde clamor apud eum, qui clamorem inde habere debuit*.

**HEIRONES,** Ardeæ, erodii, *Herons* nos-tris, accipitrum nobilium species pri-maria. Charta Anglica de Forestis, apud Matth. Paris, et in libro inscripto *Pu-pilla oculi: Arias accipitrum, falconum, aquilarem, et Heironum*.

\* **HEISA,** **HEISIA,** f. Silva sepibus septa, idem quod *Haga*. Vide in hac voce. Charta Henr. Hosati inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 535: *Dedit... unam croftam, quam Robertus filius Se-man tenuit juxta Heisiam de Demesford*. Infra semel et iterum *Heisa*. *Heas* vero Virgam sonat, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 188. Chartoph. ch. 114: *Le suppliant print ung Heas de hayes d'environ la grosseur d'une verge d'aiguillon*.

† **HEISSESIN.** Vide *Assassin*.

\* **HEKET** vel **HECQUET,** nostris Ostium cohortale. Vide supra *Haisellus*. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 95. r. ad ann. 1265: *Tempore refec-tionis et fimationis ortorum, debet idem Radulfus ibidem facere hostiolum, Gallice dictum Heket, per quod homines cum vehiculis finum et sabulonem ad ortos defe-rentes... transibunt*. Lit. remiss. ann. 1427. in Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 2: *Le suppliant ouvrir le Hecquet de la court et entra eu icelle court*. *Hec* vero est di-midia porta, qua pars inferior introitus clauditur. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 97. ch. 427: *Le suppliant estoit à son huis appoié sur son Hec, qui fait aussi que demi closure d'un huis*. Aliæ ann. 1400. in Reg. 155. ch. 292: *Ilz alerent ensemble heurter au Hec de l'uis de l'ostel dudit Obery, duquel Hec ilz rompirent un ais ou deux*. *Héquet*, Nomen cujusdam carceris apud Rotomagum, f. ab *Henghen*, carcer, custodia. Vide in hac voce. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. ch. 105: *Icellui Roulant se muça et tapy derriere un pilier ou post de bois en un cornet près d'une prison, appellé Héquet (a Rouen)*. *Hecquer* vero est cultro baculum acuere, ut videtur, in aliis Lit. ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 194: *Le suppliant s'esbatoit avec les compaignons et Hecquoit d'un petit coustel qu'il avoit à sa dague un baston*.

† **HEKFORE,** Juvenca, Anglis *Heifer*, Gall. *Genisse*. Computus ann. 1407. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 548: *Et de XII. den. receptis de debili vitulo cujusdam Hekfore vendito prædicto Jo-hanni hoc anno*.

† **HELBLING,** Monetæ genus. Vide *Hallenses*.

† **HELCHIA.** Charta Walteri Abb. S. Quintini de Monte ann. 1214: *Sciat universitas vestra quod cum nos... in aqua communi de Buiescourt supra molendinis de Fullieres crustam unam cum Helchia et furnum de Biescourt cum mansura ejusdem furni longo tempore possedissemus, etc.* Quæ verba in Regesto ann. 1665. Gallice redduntur, *une Crouste avec une Huche*, quo significatur Arca lignea major ubi pisces in aqua servantur.

**HELICIENTES.** Charta Theodorici Comitibus Flandr. ann. 1151. in Tabulario Monasterii S. Bertini: *Non solum quidem terrarum, sed et omnium rerum, quarum decima in sancta Ecclesia per-solvitur ab Helcientibus (sic) et subma-*

nentibus ex integro decima S. Bertino persolvatur.

† **HELECHVELT**. Iperius in Chron. cap. 20. part. 3: Sanctus campus vulgariter Helechvelt, nunc vero corrupto nomine Hellefaut nominatur. Locus-Ecclesie dicitur in Mirac. S. Bertini cap. 7. Vide Heligowe.

\* **HELECTUS**, pro Electus, in Sentent. arbitr. ann. 1302.

† **HELEFURLUNGA**. Vide Furlongus.

† **HELE MOSINA**, pro Eleemosyna. Charta Goffridi Comitiss Alisinae ann. 1177. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1012: Pro fidelium defunctorum anima Helemosinam dari precipiatur. Syllabus Rubricarum ad Leges palatinas Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. SS. Junii pag. VIII: De Helemosina per helemosinarios prestanda.

† **HELEMOSENIARIUS**, et HELEMOSENIARIUS, pro Eleemosynarius. Syllabus Rubricarum ad Leges Palatinas Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. SS. Junii pag. VIII: De Scholari capellæ, de Helemosenariis. Constitutiones MSS. Ordinis Cluniac. Nullus Monachus infra bannos exemptionis nostre comedat aut bibat.... videlicet in grangia Helemosinarii, etc.

† **HELEMO SINATOR**, Qui dat in eleemosynam ecclesie, monasterio vel pauperi. Charta ann. 1030. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 407: Hæc sunt nomina Helemosinatorum, cum eleemosinis suis: Domnus Imperator Chaoradus, libras XV. et auri uncias IV. Domna Imperatrix, etc. Vide Eleemosynarii 3.

† **HELERA**. Testamentum Armandi d'Alegre ann. 1263. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1119: Item volo et precipio quod dicta domus de Camps percipiat in solum pro mille solidis Podiensibus quos debeat eidem prædicta Helera dictæ Catherinæ filie meæ tertiam partem proventuum dicti mercati d'Alegre. Locus perobscurus. An legendum Heredia?

† **HEL FENG**. Vide Halsfang.

† **HELIGEVORST**. Vita S. Deodati Nivern. Episc. sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 473: Beatus Deodatus ad quemdam locum pervenit, qui Teutonico idiomate Heligevorst, Latino Sancta-silva vocitatur, juxta opidum quod Hegenovia dicitur, in Alsatiæ finibus situm. Vide Heligowe.

† **HELIOGABALUS**, ita Sol dictus apud Galabitanos. Vocem Arabicam esse contendit Scaliger, *Alagabal*, ut præferunt aliquot nummi, i. e. *Deus Habalitarum*. Sed de Heliogabalo, et Antonino Imperatore ita nuncupato, multa congressere idem Scaliger in Notis ad Eusebium pag. 231. ult. Edit. lib. 1. Epist. pag. 209. Casaubonus et Salmasius ad Lampridium, Fullerus, lib. 1. Miscell. cap. 14. et alii.

† **HELITIATUS**, Extra omnem litem positus. Præceptum Childeberti III. Regis Franc. ann. 697. apud Mabill. Diplom. pag. 480: *Omni tempore contra ipso Drogone et conjuge sua Adaltruta aut heredes eorum, vel cujuscumque libet de parte eorum omni tempore habiat evindicatum adque Helitiatum*. Vide Elitigare.

\* **HELLEBIC**, Præstatio pro piscibus, qui Parisios importabantur. Lit. Caroli VI. ann. 1403. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 614: *Certain tribut ou impost sur leurs denrées, appellé Hellebic, c'est assavoir sur chascun pennier de poisson de mer... vendus esdictes halles, deux deniers Parisis, etc.* Vide Hallebic.

\* **HELLEBIT**, Ludi genus. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 227: *Icellu Fouquaut et autres avoient joué au Hellebit audit Cayeu, et après alerent boire en la taverne.*

\* **HELLEMPARTA**, Hastæ species, quam *Hallebarde* dicimus. Sic Latine reddit *μαχάρα* Nicet. in Andronico lib. 2. ut observat ipse Cangius pag. 296. in Vilehard.

\* **HELLEQUINUS**. Guill. Paris. in Tract. de Universo part. 2. cap. 12: *De equitibus vero nocturnis, qui vulgari Gallicano Hellequin, et vulgari Hispanico Exercitus antiquus, vocantur, nondum tibi satisfeci, quia nondum declarare intendo qui sint, nec tamen certum est eos malignos spiritus esse*. Radulf. de Presles ad lib. 15. cap. 23. de Civit. Dei: *La mesgnée de Hellequin, de dame Habonde et des esperis qu'ils appellent Fées, qui apperent es estables et es arbres, etc.* Vide Fadus.

† **HELLINGUS**. Vide Hallenses.

† **HELLIRUNA**, Maga. Vide Alyrumnæ.

† **HELLOUS**, *Vorax, insatiabilis*, pro Helluo, in Gloss. MS. Sangerm. n. 501.

† **HELLUABUNDUS**, *Multum bibens, ebriosus*. Id. Gl.

\* **HELLUARI**. [Superflue bibere. DIF.]

\* **HELLOUS**, *Rufus, pallidus, vel navis*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

† **HELMARC**, Dimidia pars marcæ, a Germ. *Hel* vel *Half*, dimidium; et *Marc*, marca. Consuetudines antiq. Norman. in Conc. apud Lillebonam celebrato ann. 1080. confirmatæ apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 119: *Nulli licuit in Normannia monetam facere extra monetarias domos Rothomagenses: et Bajocenses: et illam mediam argenti et ad justum pensum, scilicet VIII. solidorum in Helmarc.*

† **HELMBARTE**, Kiliano, *Quiris, bipennis, securis Romana, securis Amazonia*. Barde i. dolabra, quod scilicet cassidem dolare, et galeam asciare possit aciei duritia.

† **HELMVARIPHA**, Vox Arabica, Quadrangulum irregulare seu inæquale, quod vel duos obtusos habet angulos, et duos acutos, vel rectos duos, unum obtusum, et unum acutum. Goclenius in Lexico Philos.: *Impossibile est Helmvaripham aut tres rectos aut tres obtusos angulos habere.*

1. **HELMUS**, Cassis, galeæ conus, *Heaume*, Gallice, *Helmo* Italis. *Helm* Cambro-Britannis. Glossarium Theoticum: *Cassis, Helm, (Heldenbuch)*. Lindenbrogius a Germanico deducit, Spelmanus a Saxonico, Gloss. Ælfrici: *Galea, læfel, helm*. [Gloss. MSS. ad Bedæ Gutbertum: *Cono, i. e. Helme*. Ab *Helen*, celare, accersit Eccardus, quia caput galeæ celat: unde *Celata* Italis dicitur.] [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 856.] Occurrit in Legibus Ripuariorum tit. 36. § 11. in Chronico Besuensi pag. 578. in Testamento S. Everardi Ducis Forojul. etc. *Heaume* in Legibus Norman. Guill. Nothi cap. 22. 23. 24. quam vocem non percepit Seldenus. *Heaume à broces*, apud Bellomanerium cap. 62. *Heaume à visiere*, in Assisiis Hierosol. cap. 95. [*Heaume à visiere*, in Testam. Odonis de Rossillone ann. 1298.] *Gelmus Silvanectensis*, in Poem. de Garin:

Puis lace l'heaume, qu fut fait à Senlis.

*Helmus gemmatus*, ibidem:

L'auberc vestu, lacié l'heaume gemé.

[Le Roman d'Athis MS.:

D'Eaumes gemés, blans et fourbis.]

Poeta vernaculus MS.:

Parmi son Elme agu qui fu à or portrais,  
Feri Clarjus l'Indois qui d'amour faisoit gais,  
Pour la tres-grant beauté la belle Fezenais,  
Trestut en abati bericles et balais.

*Herme* etiam pro *Helme* dicebant. Idem Poeta:

Mil Chevaliers à haubercs et à Hermes.

Alibi:

L'en le desarme de l'hauberc et de l'Herme.

*Elmete*, in Consuetud. Hannon. cap. 79. Vide Gloss. ad Villard. verbo *Hielme*.

\* *Aiume*, apud Guill. *Plagon* in Hist. contin. Guill. Tyrii tom. 5. Ampl. Collect. Marten. col. 622: *Il (le Chevalier d'Espagne) portoit une chaîne de fer sus son Aiume*. Forte pro *laume*, ut in Poem. Garini.

\* *Hyalme* et *Ielme* præterea nostri dixerunt. Munit. castror. dom. reg. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 93. rº: *iiij. Helmes duplices, xvij. capellos ferri*. Froissart. vol. 1. cap. 29: *Is eurent convenant de défer le roy de France, et d'aller avec le roy d'Angleterre quand il lui plairoit, et que chacun le serviroit à un certain nombre de gens d'armes, à Heaumes et timbres couronnées*. Pedag. Bapalm. in Chartul. 21. Corb.: *Le Hyalme, un denier*. Le Roman de Robert le Diable MS.:

Es escus qui bien est clavés  
Ne fust il mie mieulx froés,  
Ne ses helmes mieulx detrenchiés, etc.

☞ Circulo aureo cassides, Regum præcipue, ornabantur. Testis est le Roman d'Athis MS.:

O les especes se requierent,  
Es Heaumes poins grans cops fierent,  
Trenchent les cercles ormier,  
Et par dessus trenchent l'acier.

Infra:

Sur le Heaume fier le Roy  
Du cop le mist en grand effroy,  
L'acier en faulse, brise et ront,  
Et le cercle d'or tout en confont.

**GELMUS**, ex Hispanico *Hyelmos*, in Testamento Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. in Hist. Pinnatensi lib. 2. cap. 38.

2. **HELMUS**, Culmen, tectum, Anglo-Saxon. *Helme*. Verellus in notis ad Herreds Saga pag. 83. observat, suis *Hialm* esse tectum quatuor perticis affixum feno vel segetibus tegendis aptum. Tabular. Abbatæ SS. Trinitatis Cadom. fol. 21: *Ricardum etiam de Gracio qui habet duos bordarios, et horreum suum et Helmos, et hoc totum quod habet Helto Dapifer in eadem villa.*

3. **HELMUS**, Gall. *Heaume*, Monetæ species, a casside ibi sculpta sic haud dubie dicta. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 151: *Se chascun d'eulz vouloit paier une somme d'argent, appellé au pais (Tournay) Heaume, ilz auroient ju vin assez.*

† **HELNA**, Helenium, enula campana, species plantæ, Gall. *Aunée*. Hinc

† **HEL NATUM VINUM**, Hac scilicet herba conditum. Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 8. in vet. Discipl. Monast. pag. 151: *In vindemiis collecta Helna a famulo suo, qui doctus est inde, et ex altera parte aliis herbis quæ huic negotio aptæ sunt, facit in uno vase unum (leg. vinum) Helnatum, in altero herbatum.*

\* **HELOTIS**, Sarmatica lues, sive plica Polonica. De ea Joan. Agricola, Joan. Th. Minadous, et alii, ut monuit D. Falconet.

† **HELOVITREUM** VAS, pro *Holovitreum*, totum vitreum. Vox ibrida. Vita S. Odilonis Abb. Cluniac. auctore Petro Damiano tom. 1. Januar. pag. 74: *Aliquando Imperator Henricus dum apposita mensa discumberet, vas illi Helovitreum*

valde pretiosum et Alexandrini operis arte compositum, cum tritis et pigmentis allatum. Vide *Holocitreus*.

† **HELOWE-WALL**, Domus fastigium, ut videtur, Gall. *Pignon*, a Saxon. *Helan*, operire, et Angl. *Wall* domus. Computus ann. 1425. apud Kennet. Antiquit. Ambrosen. pag. 573: *Et in solutis eidem dominæ (Reginæ) pro quodam Helowewal unius domus apud Curlyngton annuatim II. den.*

**HELP**, Piscis majoris species. Charta Guidonis Comitis Pontivensis in Tabul. Abb. S. Judoci: *Ita quod si quis piscator cepert infra terminos maris circumadja-centis sturjonem et salmonem, et porcum marinum, et Help, in jus cedit Ecclesiæ totaliter et integre. Vide Craspiscis.*

\* *Helpinum* ediderunt Benedictini tom. 10. Gall. Christ. col. 336. inter Instr.

† **HELPEROUP**, Subsidiium, snppetiæ, Belgis *Helpe*, Gall. *Secours, aide*. Consuetud. Furnenses ann. 1240. ex Archivo Capituli Audomar: *Qui de nocte ad Helperoup cum armis venerit, excepto canipulo et tortuosa nichil emendabit, nisi cum armis alio modo fofecerit. Similiter qui de die venerit ad Helperoup contra bannitos vel latrones, etc.*

**HELWINDE**. Vide Hermannum Contractum pag. 562. Edit. Canisii.

† **HELUCUS**, pro *Elucus*, Capitis gravitas a vino creata. Tertullianus de Corona cap. 7: *Harpocratation industria hederatum argumentatur, quod hederæ natura sit cerebrum ab Heluco defendere.*

\* **HELVESUATENSES**, Idem qui Helvii seu Vivarienses. Stat. eccl. Tullens. MSS. fol. 76. r: *Sunt autem alii (Confratres ecclesiæ nostræ) extra diocesim ab antiquo, videlicet . . . Helvesuatenses, pro quibus tenemur semel in anno solemniter missam celebrare pro defunctis.*

\* **HELVIDUS**. [Helvus. (Isid. Or. 19. 28.)]

**HELVITICE**. Liber 3. Miraculor. S. Dionysii cap. 14: *Haud Helvitice habeo, quod loquar pro Dionysio, cum qui jam Sanctorum sociatus in celo pollet exercitiibus, apologia nostra minime indigeat.*

**HEMERO**, ἡμερα, in Gloss. Lat. Græc. ubi Goldastus ad S. Valerianum emendat *Hamero*: hunc vide pag. 63. [Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Hemerocoetus*, ex Gr. ἡμεροκοιτος.]

\* **HELUS**. Virgil. Grammat. pag. 138: *Sunt (pronomina) quæ tetracasis declinantur, ut Helus, helius, heli, helium; helia, etc.; helum, etc.*

† **HEMERODROMI**, Quasi diurni cursores, tabellarii, a Græco ἡμερα, dies, et δρομος, cursus. Historia cædis SS. in Sina auctore S. Nilo tom. 1. Januar. pag. 962: *Et ad eum quidem mittunt duos ex iis qui apud ipsos vocantur Hemerodromi accusantes quod inita fregissent federa.*

\* **HEMEROTROPHUS**, Diurnus cibus, Gr. ἡμεροτροφος. Vide supra *Chænikæ*.

\* **HEMICYCLUS**, Semicircularis. ἡμικυκλος, semicirculus, in Gloss. Gr. Lat. Occupante locum fornice *Hemicyclo*, apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 50.

† **HEMIGRANA**, HEMIGRANIA. Dolor mediî imo et totius capitis. Gall. *Migraine*, a Græco ἡμεις; et πρᾶνον. Vita S. Bernardini Senensis tom. 5. Maii pag. 285. \*: *Doloremque totius dextræ partis capitis patiebatur continue, quod Hemigranea a medicis nuncupatur.* Miracula B. Coletæ tom. 1. Martii pag. 596: *Ad minus semel in mense pati consuevit gravem et acerbam valde capitis ægritudinem*

*cum ejusdem maximo dolore, quam medici Hemigraniam vocant.*

**HEMINA**, in Regula S. Benedicti cap. 40. est certa vini mensura, quam Monachis sufficere per diem existimavit, de cujus quantitate multa habent Regulæ Interpretes, quæ collegit Hæftenus lib. 10. Disquis. Monast. Tract. 4. disq. 2. ac præsertim nuperus Scriptor in Dissertat. Gallica de vini hemina et libra panis in Regula S. Benedicti, edita ann. 1667. [Adde Menardum in Concordia Regularum, Martenum in Commentario ad Regulam S. Benedicti et Johannem Pelletier in Dissertat. Gallica de libra panis et de vini hemina S. Benedicti ad calcem Dissertat. de Arca Noe. *Emina appendit libram unam, quæ geminata sextarium facit; habet drachmas centum.* Papias. Epistola Theodemari Abb. Casinensis an. circiter 790. ad Carolum M.: *Quas duas mensuras æstimaverunt majores nostri Eminæ mensuram esse.*] Charta anni 858. pro monasterio Delparæ Suession: *Vini modii 600. et mellis modii 10. ad dandas omni tempore regulares Eminas, vel in solennitatibus mixtas purasque potiones propinandas.* Alia Caroli C. ann. 872. in Hist. ejusdem Monasterii pag. 435: *Ad cotidianum vero vel festivum potum a Præposito loci annuatim 250. modii eis dabuntur, quando plena fuerit vini abundantia; et hæc mensura per dies singulos, Sacerdotes Eminam, id est, tres libras; Diacones duas; Subdiacones, vel minorum ordinum Clerici, unicas vini libras accipiant.* Apud Palladium de Architectura: *Cyathi novem Heminam faciunt. Heminæ duæ sextarium complent. Sextarii sex congeum reddunt.* Scriptum de ponderibus et mensuris, laudatum a Mabillonio: *Libra una et semis Heminam facit: duæ Heminæ sextarium reddunt.* Vide Gloss. med. Græcit. in *Huiva*, col. 478. et Append. col. 80. et quæ in hanc rem commentatur idem Mabillonius in Præfat. ad tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Bened. num. 158.

¶ Quidquid sit de celebri controversia quæ circa heminam vini inter eruditos viros olim versata est, certum omnino est non ejusdem capacitatis ubique existitisse hanc mensuram, etiam in Galliis nostris. In quibusdam locis circa Bellijocum Hemina vini eadem est ac semi-asinata; Asinata vero valet octo quartas vini. In Delphinatu Hemina vini æquivalet sextario; utraque enim mensura 2. s. perinde æstimatur in Tractatu D. de Boestieu. Aliæ autem differentia colligi possunt ex auctoribus a D. Lancelot in Dissert. de Hemina vini laudatis; plerosque licet illorum in æstimatione hujus mensuræ, potius ad usus suos respexisse, quam ad intimum illius capacitatem, mihi vix dubium sit.

\* *Vocabul. Cassin. ann. circ. 700: Emina vini habet uncias xvij. Emina olei habet uncias xvij. Emina mellis habet uncias xviiij.*

**EMINA**, [et **EYMINA**]. Mensura frumentaria. Charta Rogerii Vicecom. Biterrens ann. 1149. apud Catellum lib. 4. Rerum Occitan: *Et si forte aliquis homo vel femina Biterris vendiderit suum bladum ad suam Eminam vel sextarium, etc.* In Consuetudine Divionensi dicitur Emina constare 2. bichetis: *En l'esmine de grains mesure d'illec a 2. bichots, etc.* Vide eundem Catellum in Hist. Comitum Tolos. pag. 218. [Capitul. gener. MS. S. Victoris Massil. ann. 1227: *Statuimus quod census bladi qui debent solvi*

*Monasterio de Prioratibus, ad Eminam Massiliensem quæ nunc currit solvant de cætero.* Instr. ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 86: *De quacumque quantitate bladi venditi, videlicet de una Hemina, ut supra, capitur una cazoola pro qualibet Hemina.* Inventarium MS. ex Archivo Principis de Rohan: *Item unam Eyminam frumenti et 5. pictas quas serviunt Petrus Verderii, etc.* Saisimentum Comitatus Tolosæ apud D. la Faille tom. 1. Annal. Tolos. inter Probat. pag. 17: *Et unam Eminam bladi de quolibet foco habente bestiam carregii, etc.* Tabular. Casæ-Dei: *Et dono ad Bonam-fontem 1. Eminam de segle.*]

¶ Nec minus variavit Hemina solidorum quam liquidorum: pro sextario interdum accipitur. Charta ann. 1242: *XVI. Emynas seu sesteria annonæ ad mensuram Aquis... Unum modium seu XVI. sesteria.* Ita etiam in novo Customar. tom. 4. part. 2. pag. 1008. art. xi. ubi *Heminam* per vocem *Setier* reddidit Gallicus interpret. Alibi *Hemina* duos bichetos valet: cujus ponderis fuerit apud Massilienses utcumque æstimare licet ex Statutis ejusdem civitatis lib. 1. cap. 53. num. 4: *Decernentes similiter quod nullus faciat saumatam portandam ad molendinum in qua sint plus quam septem Eminæ annonæ.* Alicubi *Hemina* Massiliensis 8. civaderias continere dicitur; civaderia vero fere æquiparatur modio Parisiensi.

\* *Emina bassa*, eadem atque *rasa*, quæ cumulata opponitur. Charta ann. 1344. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 45: *Item relicta Simonis Bernerii unam Eminam bassam . . . Item Matheus Marmerti unam Eminam avenam ad mensuram bassam.* *Ymal*, in Testam. Isabellæ dom. de Bazemont ann. 1407. ex Bibl. reg.: *Je donne aux quatre ordres mendians . . . chascun vint Ymal de froment.* Pluries ibi. Apud Castellionem ad Sequanam sextarius constat duabus heminis, hemina vero duobus bichotis, ex Terrearario ejusd. in Cod. reg. 9898. 2: *Les deux bichots font une Emine; les deux Emines font ung setier; douze setiers font ung muy de blé.*

† **EMINALE**, Eadem notione, idem ac Sextarium, Gall. *Setier*. Charta Wilhelmi Montispressul. domini ann. 1103. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 728: *Sestairalaticum dono vobis de omni blado, et de omni legumine, et de farina, . . . si mensurantur cum sestairale vel Eminale.* Ubi particula *vel* explicativa est, non disjunctiva: utriusque enim mensuræ eadem est præstatio. Tabular. B. M. Accinct: *Remisit etiam ix. denarios censuales et unum Eminale avenæ.*

† **HEMINALE SALIS**, Mensura unius heminae salis capax, simul et præstatio quæ pro distractione salis exsolvitur, duodecima scilicet heminae pars de unaquaque vectura. Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 91: *Joannes de Auris... dedit, vendidit... quidquid juris... habebat, et in rebus quæ inferius subsequuntur; videlicet in Heminali salis de Mura, cum quo Heminali mensurare consueverunt et debent, et dictus Joannes venditor pro dicto Heminali accipere debebat et consuevit, ut inferius sequitur, videlicet pro quolibet animali portante sal ad vendendum in dicto mandamento, unam moydam, de quibus valent duodecim unam Heminam salis.*

\* **HEMINATA**, Modus agri unius heminae capax. Stat. Avention. lib. 1. rubr. 18. art. 1. pag. 52: *Ad rationem certæ pecuniæ pro qualibet Heminata prædio-*

rum. Ibid. rubr. 48. art. 1. pag. 133: *Ad solutionem pro modo jugerum seu numeri Heminarum.*

EMINATA TERRÆ, Modus agri unius heminæ capax, ut modiciata, unius modii, etc. *Eminée de terre*, Arvernensis, *Eminada terræ*, in Charta Raimundi Comitis Tolosani ann. 1248. in Regesto Tolosano Camera Comput. Paris. f. 46. Charta ann. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Regis Fr. ann. 1299. Tabularii Regii n. 47: *Tres cartonatas, et unam Eminatam terræ, cum quodam pradello, etc.* Alias vide in Tabulario S. Dionysii de Capella Diocesis Bituric. Ch. 104. et in Tabulario Absiensis Monasterii apud Duchesium in Hist. Castanerensi pag. 3.

EMINAGIUM, Præstatio ex quacumque emina frumenti, aut alterius grani. [Charta Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1183. in Chartophylacio regio Regest. 91. Ch. 448: *Dedit etiam eisdem unum modium frumenti ad mensuram Parisiensem in granchia sua Compendii, vel Eminagio illius oppidi. Sisa heminarum, Impositio, præstatio Eminagii, in Charta ann. 1251. Vide Sisa. Aminage, in Charta Johannis Reg. Fr. Regest. 91. Chartophylacii regii num. 502: *De lever aussi Aminage de boulangiers faisant ou vendans pain de leur labour. Ibidem: Item, quant à l'Aminage que le vectier demande aus Talemeiers de blef que is cuient, qui est leur labour et heritage.*] Charta ann. 1278. Joannis de Vergeio Senescalli Burgund.: *Item volo et concedo, quod si ego vel hæredes mei in villa seu castro de Fontisuenne... aliquod forum seu nundinas... faceremus vel institueremus, quod dicti Religiosi totum Eminagium dictarum nundinarum... habeant et percipiant.* In Regesto feodorum Burgundie 2. part. fol. 97. fit mentio *Eminagii Divisionensis*, in Charta anni 1245. Vide *Pisa*.*

\* Charta ann. 1197. ex Tabul. S. Petri Carnot.: *Concessi insuper eisdem theloneum et Eminagium singulis diebus, hominum scilicet in burgo S. Romani et in ipsius parochia residentium: Eminagium etiam extraneorum, qui annonas suas habebunt in terris monachorum, ipsis concessi diebus singulis habendum. Esminage, in Libert. villæ de Grancey ann. 1348. tom. 9. Ordinatio. reg. Franc. pag. 160. art. 3.*

† HEMINA, Eadem notione, ni fallor, qua *Eminagium*. Testam. Guinardi Comit. Ruscini. ann. 1173. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1360: *Relinquo etiam eis (Templariis) ipsas Heminas de Perpiniano.*

IMINA, pro *Emina*, in Charta ann. 1136. apud Joffredum in Nicænsibus Episcopis pag. 167.

† EXEMINA, Eodem significato. Charta Borelli Comit. Barcin. ann. 964. in Append. ad Marcam Hispan. col. 884: *Dono ego Borellus Comes et Marchio... sestarium de civada, et Exeminam unam de vino.*

\* HEMIOLIUM, Sescuplum. Glos. Gr. Lat.: *ἡμιόλιον, Sescuplum*. Pœnit. vetus MS. ex Conc. Nicæno cap. 17: *Si quis inventus fuerit... usuras accipiens aut ex inventione aliqua, vel quolibet modo negotium transiens, aut Hemiolia, id est sescupla, exigens, vel aliquod tale prorsus execogitans turpis lucri, deiciatur a clero, et alienus existat a regula.* Eadem habet Concil. Aquisgr. cap. 40.

\* HEMIOLIUS, Numerus sesquialter, apud Gell. lib. 18. cap. 14. Glossar. Lat. Ital. MS.: *Hemiolus, che tene tulo, e poy mezo.*

\* HEMIPLEXIA, Paralysis, qua dimidia pars corporis laborat, in Epist. Andr. Morelli ad Jac. Perizon. ex edit. Amstel. ann. 1702. pag. 8.

\* HEMIPODIUS. [Qui est semipes. (Mar. Vict. p. 2615.)]

† HEMISIUM, Species monetæ, dimidia pars assis. Hist. Miscell. apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 162: *Et ita processerunt jactantibus Imperatoribus hypatiam et trimisia et Hemisia et numismata nova usque ad magnam Ecclesiam.*

† 1. HEMISPERIUM, pro *Hemisphaerium*, Ugutioni.

† 2. HEMISPERIUM, Instrumentum vitreum in modum spheræ dimidiæ, vel in orbem efformatum, quo ad lintea leviganda utebantur. Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 54: *Quando vero levigantur eadem corporalia cum vitreo Hemisperio, unus eis substernitur pannus, nec ponuntur unquam super lignum nudum.*

\* HEMISPHERIUM CONSUMMARE, Tempus terere, interpretibus doctis Editoribus ad Mirac. S. Bertini tom. 2. Sept. pag. 599. col. 1: *Sed cum Hemisphaerium, nihil ibi prævalentes, consummant, et, nedum dicamus, aliquid proficerent, etc.*

HEMISSECLA, Dimidium sicli, Germanis *secl*, sive *sicel*, quod est quarta pars uncie apud Græcos et Latinos. Hepidannus de Vita S. Wiboradæ lib. 1. cap. 14: *Cum nesciant de tot talentis Hemisseclas vel obolos observare.* [Vide *Emissecla*.]

† HEMITOGIUM, Papias MS. Bituric.: *Emitogium, dimidia toga; Hermitogium, Johanni de Janua.*

† HEMITRITÆUS, Semitertiana febris, Gallice *Fievre double tierce*. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Hemitritæus, Fievre ague*. Acta S. Raynerii tom. 3. Junii pag. 454: *Enricus quondam Romellæ habens Hemitritæum, posuit corrigiam B. Raynerii sub capite suo, et continuo dimisit eum febris.* Eadem notione Martialis Epigram. 91. lib. 12:

Pro sene, sed caro, votum Maro fecit amico,  
Cui gravis, et fervens Hemitritæus erat.

Vox ducta a Græco ἡμιτρίτατος, Semitertianus.

HEMMETHE, Modius, mensuræ frumentariæ species, apud Holsatenses. Helmodus lib. 1. Chronici Slavorum cap. 92: *Et solverent de manso sex modios siliginis, et octo avenæ, illius, inquam, modii, qui vulgo dicitur Hemmethe.*

† HEMOSUS, Odium, Gloss. Isidori. Ita etiam in Exceptis Pithæi. Bonaventura Vulcanius suspicatur legendum, *Heinosus*, odiosus, unde forte Gall. *Haineux*.

\* HEMUM, *Lo parlamento, e modulacione*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

† HENAPHUS, Vas, patera. Tabularium Majoris Monast.: *Accepit de substantia S. Martini optimos Henaphos corneos et unum equum.* Vide *Hanapus*.

† HENATINI, Gigantes sive robusti sive potentes, aut humiles convergentes, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS. et in Amalthea ex Catholico Joh. de Janua. Vox procul dubio detorta ab *Enac* vel *Enacim*, de quibus num. 13. 34: *Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur;* et Deuter. 2. 11: *Quasi gigantes crederentur, et essent similes filiorum Enacim.*

\* HENEGARIUS, Machina bellica. Stat. Ferrar. ann. 1279. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 508: *Quod quotiescumque mutabuntur capitanei et cus-*

*todes castrorum, ... potestas teneatur mittere ad prædicta loca unum bonum notarium, ... qui scribat statum cujuslibet loci, scribendo solarria, assides, ... scalas, Hendegarios, funes, balistas, etc.*

† HENDEM, *Eque, similiter*. Gloss. Sangerm. MSS. num. 501.

HENEDPENY, Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 827: *Sint quieti... de chevagio, et Henedpenny, et bucastall, et tristris, etc.* Forte gallinagium, ex Saxon. Hæn, vel Henne, gallina, et Peny, denarius. Vide *Gallinagium*.

† HENEUNTE, pro Ineunte. Præfatio Francisci Bianchini apud Murator. tom. 3. pag. 81: *Epitaphium: Hic requiescit in pace Eusebia religiosa magna ancilla Domini, qui in sæculo ab Heneunte etate sua vivit seculares annus XIII. et ubi a Domino electa est in Monasterio SS. Cyriaci servivet annus quinquaginta, recessit sub die pridie Kald. Octobris indictione sexta.*

HENGHEN, Carcer, custodia, ergastulum: ex Saxon. Henghen, et Hengenne, quod idem sonat. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 65: *Si quis amicis destitutus, vel alienigena, ad tantum laborem veniat, ut amicum non habeat, in prima accusatione ponatur in Henghen, et ibi sustineat, donec ad Dei judicium vadat.* In Legibus Politicis Saxonice Caputi cap. 32. quæ eadem habent, Henghen, per *carcannum*, id est, carcerem redditur.

HENGHWITA, Vide *Hangwith*.

HENGISTE, Charta Arnulfi Imp. ann. 898. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 62: *Cum curtibus et ædificiis, ... agris, pratis, pascuis, silvis, foresto ad Hengiste, aquis, aquarumque decursibus, etc.* Kiliano, *Engist*, est equus, caballus: igitur *forestum ad Hengiste*, fuerit forte usus silvæ ad pabulandum equos.

\* HENGISTFUOTER, Cui cura equorum demandata est, maxime qui eorum pabulum curat, a Germ. *Hengst*, equus, caballus, et *Futter*, pabulum. Charta Ludov. reg. ann. 903. apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 151: *Delegavimus cum curtibus et casis aliisque ædificiis, familiis, et utriusque sexus mancipiis, parscalchis, sindmannis, Hengistfuotris, etc.* *Hengistvotris*, in alia ann. 1057. apud eumd. tom. 2. pag. 516. Hinc emendandæ videntur Chartæ laudatæ in voce *Hengistnotus*.

HENGISTNOTUS, Charta Ludovici Regis ann. 892. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 130: *Cum... familiis utriusque sexus, mancipiis, parscalchis, sindmannis, Hengistnotis, censibus, campis, etc.* Alia Henrici Imp. ann. 1039. pag. 147. habet *Hengisvoteris*, alia denique ann. 1057. pag. 151. *Hengisturtis*. Vide *Hengistfuoter*.

† HENGLBITA, perperam pro *Hengwitha*, in Litteris Henrici Reg. Angl. ex Regest. 92. Chartophylacii regii Ch. 58. Vide *Hangwith*.

HENKINI, dicti per contumeliam Rheni accolæ. *die Henchen*, vel *Hencken*, carni-fices, furciferi. In Vita Caroli IV. Imperat.: *Si pater noster arripuerit istas pecunias, disperget eas inter Rinenses Henkinos, et sic decepti manebimus et illusi.*

\* HENOSIS, [Adunatio, unio, ἑνωσις: ab ἐνωω, aduno: unus est ex æonibus Valentiniani, apud Tertull. *advers. Valentinian.* 8.]

\* HENOTAS, [ἐνωτης, Unitas. Unus ex æonibus Valentiniani, apud Tertull. *advers. Valentinian.* 37.]

HENOTICUM, ex Gr. ἐνωτικόν, Edictum de unitate Ecclesiæ, quomodo appella-



tum illud, quod Zeno Imper. sanxit. Victor Tunnensis : *Anastasius Imp. hæreticorum Synodum faciens Henoticum Zenonis confirmat.* Habetur illud apud Evagrium. Vide *Unitivum*.

† **HENRICI**, Dicti denarii aurei ab Henrico II. Rege cusi. Vide in *Moneta*.

**HENRICIANA** HÆRESIS, dicitur Simonia, ab Henrico IV. et V. Imperatoribus, qui Episcopatum et Ecclesiarum investituram pretio accepto conferre solebant. Guillelmus Apuliensis lib. 3. de Gest. Norman. :

... Quia Rex Henricus ab illo Damnatu fuerat, propter commissam nefandis Accumulata modis : nec enim venundare sanctas Ecclesias veritus, perversum dogma colobat Simonis, et nullum donabat pontificali Culmine, præter eos, qui maxima dona tulissent.

Vide Gaufridum Vindocinensem lib. 3. Epist. 11. et Notas ad Alexiadem pag. 536.

**HENSA**, HENSATA LIGA. Vide *Hansa* 2.

\* **HENTICH**, Picardis, Sepimentum ex palis, ut opinor : nisi legendum sit *Heutich*. Vide in *Hutten*. Sentent. arbitri. ann. 1813. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 53 : *Et volons . . . que lidit religieus ne puissent enclore ledit fossé, ne deseurer audit vivier par Hentich ou clouture autre. . . Lesqueis (acort) fait mention des Hentis, des voies, des nets, des ouvretures et des resures.* Forte ab *Henel*, Palus, stipes. Chartul. magn. nig. Corb. ch. 65. fol. 59. r. : *Jehans Pains faisoit amener à Corbie, bos à voiture qui devoit fouée ; par raison de la voiture le gent de l'église present un Henel en le carete : Jehans Pains devantdis s'en dolu à le gent le roy, et disoit que li Henyaus estoit siens ; et li fu li Henyaus recreus.*

**HEORDFEST**, Mansionarius : ex Saxon. *heord*, focus, domus, et *fæst*, fixus. Unde Lambardus vocem hanc per *astro astrictus* reddit : est autem astrum idem quod domus, ut suo loco dictum est. Leges Canuti Regis cap. 40 : *Non sit aliqua liberorum rectitudine dignus, sit Heordfeste, sit folgarius, sit in hundredo et in plegio constitutus.* Vide *Huiderefest*.

**HEORDPENI**, Præstatio pro quolibet foco : ex Saxon. *heord* pening, voce conflata ex *heord*, domus, focus, et *pening*, denarius, proprie autem is, qui vulgo *Romescot* dicitur, et Romano Pontifici pendebatur. Leges Edgari Regis cap. 5. apud Bromptonum : *Omnis Heordpeni reddat ad Festum S. Petri, et qui non persolverit ad terminum illum, deferat eum Romæ, etc.* Vide *Denarius S. Petri* et *Harthpenny*.

† **HEORTHPENING**, Eadem notione. Vide in *Almesfeoh*.

\*\* **HEPA**, Coxendix, Angl. *Hip*. Chart. ann. 1252. apud Lappenb. Init. Fœder. Hanseat. pag. 57 : *Baco sive flek, obolum ; Hepa 1. denarium.*

† **HEPTADOGMA**, Sermo de septem artibus. Compendium iurium et Consuetud. Universitatis Paris. per Robertum Goulet. Edit. 1517. fol. 17 : *Præterea supplementum de duabus artibus et Heptadogma pro erigendo recenter gymnasio, multis cum aliis utilibus documentis.*

† **HEPTAMARON**. Donatio S. Rudesindi pro Monast. S. Salvatoris de Cellanova : *Heriaz, historia ecclesiastica, Heptamaron, geronticon, expositio Trinitatis, et collationum.* Forte legendum *Hexaameron* a Græco ἑξάμηρον, Liber satis notus de sex diebus quibus mundus conditus est.

† **HEPTAMYXOS**, Lucerna septem myxos seu nares, ut alii vocant, habens. Hegesippus lib. 5. cap. 10 : *Lucerna quæ sub candelabro ponitur, ante sub modio*

*erat, id est, sub legis mensura, nunc est sub gratiæ plenitudine, Heptamyxo frequens lumen effundens.* Ita Hofmannus.

† **HEPTAPHONOS**, ἑπτάφωνος, Habens voces septem. Theogerus Episc. Metensis apud Bernardum *Pez* tom. 1. Anecd. Præfat. pag. xv :

Is (Christus) in ævum sit benedictus, Heptaphonos, strophicus, punctus, porrectus, oriscus, Virgula, Cephalicus, clinis, quilisma, podacus.

**HEPTATICUS**, EPTATICUS, corrupte, pro Heptateucho, seu tomo sacrorum Bibliorum primo, continente *Pentateuchum* Moysis, et sequentes 2. libros Josuæ et Judicum. Ugitio : *Eptaticus, vetus est Testamentum, quinque libri Moysi, sex Josuæ, septem libri Judicum.* (Sic in MS.) Occurrit apud S. Hieronym. in quæst. in libr. 1. Paralipom. cap. 2. in Regula S. Benedicti cap. 42. in Vita B. Joannis Abbatis Gorziensis n. 81. apud Aratorem lib. 1. Hist. Ecclesiast. cap. 17. Gregorium M. lib. 12. Ep. 30. Alcuinum Ep. 27. in Statutis Guigonis Cartusiensis Ord. cap. 4. in Antiq. Statutis ejusdem Ord. 1. part. cap. 9. Ordericum Vitalem pag. 470. etc. Vide Juretum ad Epistolas Ivonis Carnotensis. Ex his emendandum Poema Alcuini præfixum Bibliothecæ, seu libris sacris, editum lib. 2. Commentar. Bibl. Cæsareæ pag. 406 :

Eptaticus enim librum decurrit in istum, Quem Ruth consequitur femina clara satis.

Ubi vir doctissimus ad marginem : *Locus mendosus, de cuius emendatione nondum mihi liquet.* At facilis nunc emendatio ex præallatis : legendum enim *Eptaticus*.

† 1. **HERA**, HEREA, Ager, aut locus, qui nec colitur, nec aratur. [\* Vel potius idem quod mox *Heralis*.] Charta ann. 1206. in Tabular. Calensi pag. 190 : *Recipiant de cætero . . . unum obolum super suis Heriis de Beomonte, et sex denarios super quadam Hera de Buseviaco . . . quinque denarios de duobus Heris de Gromont et 11. den. de prato suo de Gromont.* Vide *Area* 1.

† 2. **HERA**, Juno, Græc. Ἥρα. Gobel. Persona Cosmodr. æt. 6. cap. 38 : *Quod Hera colebatur a Saxonibus videtur ex eo, quod adhuc quidam vulgares recitant se audivisse ab antiquis, prout et ego audivi, quod inter festum Nativitatis Christi et festum Epiphaniæ Domini, Domina Hera volat per aera, quoniam Junoni apud Gentiles aer deputabatur. Et quod Juno quandoque Hera appellatur, et depingebatur cum tintinnabulis et alis, dicebant vulgares, prædicto tempore Vrowe Here seu corrupto nomine Vro Here de ulughet, et credebant illam sibi conferre rerum temporalium abundantiam.* Huc spectant quæ de nocturna quarumdam mulierularum equitatione retulimus in voce *Diana* : ubi *Dianæ* Herodiadem adjungi apud recentiores, qui de hac superstitionis specie scripserunt, observare cuique promptum est : quænam vero sit illa Herodias definire haud ita facile. Rem illustrat Gobel. Persona loco mox laudato, unde Herodiadis cognomen Junoni, quæ *Hera* vocabatur, tributum esse putat Schilterus, quem videsis in Glossar. Teuton. v. *Chervioburge*. Quid si ex *Hera Diana*, uti scriptum erat, *Herodiadem* facili lapsu finxerunt.

† 3. **HERA**, Caputum sectio. Vide *Æra* 1.

**HERACLEA**, Statua Herculis, Sic Glos-sæ MSS. ad illud veteris Interpretis Ale-

xandri Iatrosophistæ lib. 2. *Passion. ubi de Ligaturis et Characteribus : Aliud de lapide medicamentum : sculpens in eo Heracleam rectam suffocantem leonem includens in annulo aureo, et dabis ad utendum in digito, et sanus erit.* Vide l. 10. pag. 592. Edit. Græc. Lat. Joan. Guintarii. Nam dum nude in hoc Glossario Alexandrum Iatrosophistam laudamus, ejus veterem Interpretem intelligimus, pridem editum, et quem MS. cum Glos-sis legitimus ex Bibliotheca Regia. Ejusmodi forte est gemma, quam servat Gazophylacium RR. PP. Canonicorum Regular. S. Genovefæ Parisiens. in qua sculptus Hercules leonem suffocans, cum hisce characteribus sat male formatiς KTYAΘPON. Hanc propediem vir doctissimus C. du Moulinet, Ordinis Procurator Generalis cum aliis rarioribus ejusdem Gazophylacii monumentis publicabit. [Rem feliciter præstitit.]

† **HERACLIA**, vox Architectonica, Gall. *Terme*, Telamon. Gregor. Turon. de Glor. Mart. l. 1. cap. 65 : *Erectis tamen parietibus super altare ædis illius, turrem ac columnis, pharis, Heraclisique, transvolutis arcubus ereverunt.*

**HERALDUS**, vel **HERALDUS**, Fecialis, vulgo *Herault*, de cuius officio, sic Nicolaus Uptonus lib. 1. de Militari officio cap. 12 : *De Heraldis. Ex quibus quidem Prosecutoribus (de quibus suo loco) creati debent, postquam autem exercuerunt per septennium, alii nuncii majores, qui Haraldii armorum nuncupantur. Quorum officium est minores nuncios creare, ut superius dictum est, multitudinem populi faciliter numerare, tractatus inter Principes matrimoniales et pacis inchoare, diversa regna et regiones visitare, Militiam honorare, et singulis actibus Militaribus interesse desiderare, clamores publicos et proclamationes in torneamentis et similibus actibus Militaribus ordinare, fidelem negotiorum relationem inter hostes deferre, et neutri favere parti in actibus bellicis, aut in pugna, quæ inter duos aliquando nobiles geritur inclusos ; sed omnia per superiorem partem vel partibus mandata, seu a parte parti, fideliter et sine palliatione nuntiare.*

Et isti debent portare tunicam armorum dominorum suorum, et eisdem indui eo modo sicut domini sui, cum in conflictibus fuerint vel torneamentis, aut aliis periculis bellicis, vel cum per aliquas regiones equitaverint extraneas. Item in conviviis et maritagiis, ac Regum et Reginarum coronationibus, et Principum, Ducum, et aliorum magnorum dominorum solennitatibus, dominorum suorum tunicis uti possunt ; et tenentur in regionibus ut regnis, licet extraneis, ad honorem suorum et magnificentiam dominorum.

Qui quidem Heraldii aliquando creantur in actibus bellicis, ut aliquis Rex vel Princeps cognoscens industriam Prosecutoris sui, antequam cum hostibus congressum habeat, Prosecutorem suum in presentia commilitonum novo nomine nominabit, industriam, fidelitatem, diligentiam, honestatem, et taciturnitatem prædicti sui Prosecutoris commendando, eumdem nobilitabit, ipsamque vel terris aut feodo sufficienti dotabit, et arma congruentia eidem et suis hæredibus assignabit.

Creantur insuper Heraldii aliquando in Regum vel Reginarum coronationibus, seu torneamentis, eodem tamen modo, ut supra. Et est sciendum, quod Heraldus, ut supra dicitur, creatus jurare debet, ut sequitur, alio Heraldio veterano sic dicente : *Tu jurabis, quod omnia capitula in jramento Prosecutoris contenta fideliter ob-*

*servabis, tractatus et negotia quæcumque tibi commissa secundum nudam et planam veritatem exequeris. Non eris in damnum domino tuo speciali in suis secretis, quæ tibi sunt secreta ab eo committantur, vel de suis munitionibus, per quas tutus esse potest. Nec eris domino tuo in damno de suis possessionibus: Sic te Deus adjuvet, et sancta crux Dei.* Sed de Heraldorum sacramentis et creatione, audiendus in primis Philippi Burgundiæ Ducis Heraldus, dictus Toison d'or, ex Tractatu MS. cui titulus ejusmodi est: *Comment le Roy d'armes des François fust premierement créé, et puis nommé Monjoye, et la fasson de son noble couronnement, les sermens qu'il doit faire, ses droits aussy, et tout ce qu'il est tenu de faire.*

Quant le Roy est conclud et par son Conseil délibéré de faire son principal Roy d'armes des Franchoyz, nommé Monjoye, il dist à son Connestable, qu'ilz le mettent à son Conseil, se le Connestable y est comme chief des armes, ou autrement à son premier Marissal, où seront pour celle cause seulement plusieurs Princes, Seigneurs, Barons, et gens d'Estat, qu'ilz nommeront sur le serment qu'ilz ont au Roy, celluy qui mieulx et souffisant leur samblera. C'est assavoir tout premier noble, saige et vaillant Chevalier ou Escuier sans repreneche de son corps, et qu'il ait tant exercité les armes et les loingtains voïages, sy ancien que bonnement ne puist les armes porter, sachant lirre et escrire necessairement, et autrement non, pour les charges et ambassades secretes, que on lui porroit donner. Et de tous ceux qu'ilz seront nommés, en sera esleu un, qui samblablement pour la tres-noble excellence de la Couronne fault qu'il soit Chevalier, ainsy qu'il s'enssuït.

Et quant il est esleu, le Connestable ou premier Marissal le fera à luy venir, et s'il n'y est, lui sera tantost escript: lors luy dira la nouvelle de son election. Savoir de luy se il porra ou voudra exercer et servir ainsy qu'il appartient, loyalement, dilligamment, et honestement à son poïr; et s'il l'accorde, on le fera venir devant le Roy, et son conseil. Et lors le Roy luy dira, ou fera dire par son Connestable, ou premier Marissal, et généralement en recitant l'honneur, les vaillances, et aultres biens, qui sont en luy. Et pour ce le Roy l'a esleu en l'office de son premier Roy d'armes de Franchoyz. Et lors le Chevalier ou Escuier tres-humblement l'en remerchie. Alors luy sera donné pour prefix et terme de aulcune sollemnelle feste, la plus prochaine qui viendra, se aultres grans affaires ne anticipoient celluy jour auquel il se trouvera.

Et quant celluy jour sera venu, ledit Esleu ce matin s'en ira en une chambre à ce ordonnée en l'ostel du Roy, et là seront les varlés de Chambre, qui le vestiront, de tous les habits royaux, comme la personne du Roy proppre, qu'ilz seront d'escarlatre et tous fourrés de menu vair que le Roy luy donnera.

Et quant le Roy sera presque prest pour aller à la grand Messe, alors viendra le Connestable comme chief des armes et les Maressaulx ainsy accompagnés de plusieurs Chevaliers et Escuiers, Capitaines de guerres, et aultres, le mieulx que on pourra pour accompaignier l'Esleu à la grand Eglise ou Chapelle, là où le Roy voudra oyr le saint service celluy jour.

Alors se partiront premier deux à deux tous poursievans, puis les Heraulx, puis les Roys d'armes des marches, puis des aultres Princes subgetz. Et puis ceulx du Roy tous les desrains, selon l'ordonnance

de leurs anciennes et nobles marches, et des Heraux les premiers créés. Et se aucun Roy d'armes ou Herault d'autre Roy ou Prince estrange y estoit on le mettra au reng des Roys d'armes ou Herault du Roy, en leur disant, que c'est pour l'honneur de leur Seigneur.

Après ces Officiers d'armes se l'Esleu n'est Chevalier, il viendra ung Chevalier tout seul, qui portera une espée de Chevalier en son fourreau la croix contre mont, de laquelle il sera fait Chevalier s'il ne l'est; et s'il l'est, il n'en fault point.

Après ces Officiers d'armes et Chevaliers pour la dignité et excellence des armes du Roy viendra ung autre Chevalier, qui sur une lance croïse en fachon d'un confanon portera la tournicle ou cotte d'armes du Roy, en laquelle sera fichie en la poitrine une couronne d'or et chargie de fines pierres precieuses, ou sera seulement esmaillet le blason du Roy: et sera tenu de jamés en porter nul de quelque autre Seigneur que ce soit.

Après ce Chevalier de la cotte d'armes viendra ung autre Chevalier, qui en ses mains portera la couronne telle, et à l'honneur du Roy, que son bon plaisir sera.

Après ce Chevalier à la Couronne viendra le Connestable s'il y est, qui tiendra l'Esleu à sa dextre main, et s'il n'y est, il sera menés entre deux Maressaulx premiers.

Après le Connestable ou Maressaulx et l'Esleu viendront les autres Seigneurs et Capitaines de guerre, Chevaliers et Escuiers, qui pour l'honneur sont là venus, comme dit est.

Après cette ordonnance ledit Esleu sera mené en l'Eglise ou Chapelle, où que le Roy voudra le service de celluy jour oyr. Et là vis-a-vis du grand autel plus bas que l'oratoire du Roy sera sur une chaire mise le tapis vellu couverte moult hounorablement, en laquelle ledit Esleu sera assis; et à ses deux léz, les deux ou troys Chevaliers, qui porteront la Couronne, la cotte d'armes et l'espée, s'il n'est Chevalier, tant que le Roy soit là venu.

Et quant le Roy est arrivés, l'Esleu se levera de sa chaire en laquelle le Roy s'assiet. Alors le Connestable ou le premier Marissal prend l'Esleu, et estant à genoulx dist au Roy, Mon tres-excellent Prince et Souverain Seigneur, vey mesire tel, ou tel, s'il n'est Chevalier, votre Esleu qui est cy venu et se presente pour vous obéir. Et l'Esleu dist après: Notre Souverain Seigneur, il est ainsy. Après ce le Connestable ou Marissal se lieve sur piés, auquel il dist qu'il die ce qui luy a dit.

Alors luy dit, Mesire tel, ou tel, s'il n'est Chevalier, le Roy nostre Sire qui cy est, m'a commandé vous dire, que pour le preudhomme, honneur, vaillance, et aultres biens qu'ilz sont en vous, il vous a esleu pour son Roy d'armes, vous nommant son tres-noble et victorieux Roy d'armes et de Messigneurs de son Sang, qui dit est Monjoye. Auquel Seigneur presentement vous comme vray Chrestien jurés et prometés sur Dieu et les saintes Ewangiles, escriptes cy-dedens en ce Messel, sur lequel à genoulx il tiendra à ses deux mains.

Et premierement que sur tout vous servirés le Roy de tout vostre pouvoir et savoir, et loyalement luy garderés en tous lieux son honneur et son bien là où vous serés, et de Messigneurs ses enfans, s'il en a, et luy revellerés son contraire, se le savés, ou à ses officiers, à qui il appartient, le plusost que porrés, se autrement par vous n'y est pourveu. Laquelle

chose ja pour ce que dist est, ne chellerés ne retiendrés, comme le tres-houneste et hounorable office le requiert. Car celluy, à qui ceste office appartient, est et doit par tous les Princes Chrestiens estre faite ceste ordonnance en vostre office de Roy d'armes des Franchoyz dit Monjoye, et de tous aultres Roys d'armes, des marches et Heraulx, et aussy poursuiuans d'Empires et des Royalmes et Seignouries Chrestiens comme aux personnes publiques que vous serés, et les aultres sont, se faussement ils ne se parjurent de ce qui s'enssuït.

C'est assavoir, que vous ne dirés ne revellerés les choses secretes, que vous porrés oyr ou presenter au Conseil du Roy ou aultre Seigneur, qui se fiera en vous, sans commandement ou ordonnance, ou de celluy ou ceulx, à qui il sera commis à le vous dire ou chargier, et ce par nulle voie directe ne indirecte qui soit dit ou seu.

Item, que vous ne revellerés en quelque fasson que ce soit emprinsés secretes d'armes d'amis ou ennemis, ne d'ennemis à amis Chrestiens, quant au regard de vostre office de personne publique, quant ils se fieront en vous, se par eux n'en estes commis.

Item que toutes charges d'ambassades, de rappors, et de commissions, qui vous seront par le Roy ou ses Conseillers enchargies, dictes et commises loyalement et dilligamment à vostre leal pouvoir vous le dirés, les ferés et vous en acquitterés, soient d'amis ou ennemis, et d'ennemis à amis, se des ennemis vous ne prenez la charge totalement.

Item, que pour amour ne pour haine, pour don ne pour promesse, ne en faveur de nulluy, ne blasmerés ne amendirés l'honneur de nul, quelqu'il soit, pour le donner, estre porté ne accroïstre à nul autre, ne aussy en fait d'armes blasmerés nulluy, s'il ne vous en est demandé par le Roy ou par ceulx, à qui il appartient ou ara commis, s'il ne l'a par trop deshonestement, et trop evidamment destruy.

Item, que par vous ne sera fait raport, ne à vostre pouvoir souffrirés qu'il soit fait nul poursuwant, s'il n'est premier noble, honeste, habille, sain et entier des choses evidentes de son corps, et sachant lirre et escrire necessairement, et autrement non, et non pas par necessité.

Item, par la requeste de nul, quel qu'il soit, ne sera fait par vous raport à quelque Seigneur ne aultre que son poursuwant soit fait Herault, s'il n'est noble, saige, habille, honeste et souffisant pour ce faire, aiant servy l'office d'armes à l'honneur, c'est assavoir servy les frontieres, les fais d'armes en la guerre en ce Royaume, s'elle y est, ou aultres Seigneurs en leurs guerres ou voïages, desquelz il doit porter comme il soit aussy enseignement, et ce par l'espace de sept ans, s'il n'a grace de son Prince d'un an sans plus.

Item, que par vous ne sera fait raport à petition de quelconques il soit de tesmoigner que ung Herault portant vice deshoneste sur lui, soit digne et souffisant d'estre Roy d'armes de aulcunes marches; et se son Prince le veult faire, vous en acquittés paisiblement à luy.

Item, vous savés certainement que aulcun Roy d'armes, Herault ou poursuwant se fust deffait en son honneur, que Dieu ne veulle, à sa requeste ne d'aultre quelconques, soit par faultz rapport ou autrement, par aulcun vice detestable contre les Commandemens de sainte Eglise, vous le dirés au Roy ou au Connestable ou à son Conseil, se sera le plaisir du Roy.

Item, que se certainement vous savés

que unq poursievant, quelque notable qu'il fust, continuast, ce que par vous ou par aultre Roy d'armes ou Herault seroit de par vous reprins et deffendus chelle deshonnestie vie en laquelle il continuast, vous le dirés à son Seigneur et Maistre, qui luy deffende de ce jour en avant, et de plus porter son blason ne d'autre, et qu'il le rende courtoisement, au aultrement, vous luy ferés honteusement esrachier de sa poitrine; et semblablement le ferés d'un Roy d'armes ou d'un Herault, après ce que le Roy, le Connestable et le Marissal en aroient eu la connoissance.

Item, que de tout vostre sens et pouvoir vous exaucherés l'honneur et les proesses sans rien cheller de tous les bons et vailans hommes, soit par journées, ou par continuer, riches ou pources quelz qu'ils soient.

Item, vous garderés l'honneur de toutes Dames et Demoiselles riches ou pources quelles qu'elles soient, especialement sans certaines repreches. Et se par aucuns vous oyés blamer aucunes, vous honnestement les reprendrés ou ferés taire, ou aultrement, monstrant que telles choses mal dictes vous desplaissent, et vous en departirés.

Item, et que de tout vostre pouvoir vous aiderés, conseillerés et emploirés aux justes et raisonnables querelles, que certainement vous serés en la faveur desdites Dames et Demoiselles sans nulles evidentes repreches, et de tous les enfans orphellins.

Item, le bon plaisir du Roy sera, que vous yrés par toutes les provinces et marches de ce Royalme, ainssy que on le vous donnera par escript, en la compagnie de notables Roys d'armes et Heraux avec la commission du Roy par ses Lettres Patentés à tous les Princes, Contes, Vicontes, Barons, Banerés, Bacellers, et aultres notables hommes tenans dignités et aultres fiefs nobles quelz qu'ils soient, desquels par leurs docibles instrumens et privileges, seulement pour savoir la noblesse de son Royalme, et lesquelles sont les plus anciennes, et de ceulz faire un extrait à fasson d'un livre à par soy de chascune marche, ou seront leurs noms et surnoms, les crois et leurs armes, blasons, et titres naturels.

Item, que depuis ce que de trois ans en trois ans une fois vous acquitterés de faire assambler tous les Roys d'armes de ce Royalme en un lieu par Connestable ad ce ordonné. Et avec ce devés avoir par escript la congnoissance de tous les Nobles chascun de sa marche, tant Princes que Seigneurs et aultres pour lors vivans, et comme dit est, leurs noms, surnoms, blasons, timbres et nobles fiefs, tant de par eulx, que de par leurs femmes, adfin que le Roy soit souvent informé de la Noblesse de son Royalme.

Item, se aucun faisoit aulcune infame, ou deshonesté, ou de coustume au prejudice d'honneur de Chevalerie ou d'Escuierie ou de Noblesse, s'engendrast ou se prinist la coustume en aucunes marches ou estours de Seigneurs de ce Royalme, dont la verité de la congnoissance veinst à vous pour y pourveoir, vous le dirés au Roy, ou s'il luy plaist en son Conseil, là où il sera proprement assigné.

Item toutes ces choses de rechief que j'ay dictes, vous jurés et promettés sur la foy de bon Chrestien et sur, etc., et sur la foy, que devés au Roy, les tenir et entretenir entierement, et à vostre leal pouvoir acomplir sans enfreindre, le plus que vous porrés.

Cy commence le Couronnement de Mesire Monjoye.

Alors luy estant à genoux, les sermens fais, le Connestable le despouille de son royal mantel, puis le Chevalier, qui aporte l'espée, baise la croix, et le Connestable la trait, puis baise la croix, et le bailla au Roy, qui en fait son esteu Chevalier, puis la rend au Connestable qui la luy chaint.

Lors l'autre Chevalier qui aporte la cotte d'armes, la bailla au Connestable qui la bailla au Roy, qui en la vestant audit Esleu luy dit: Mesire tel N. par ceste cotte et blason couronné de nos armes, lequel blason sera une couronne d'or et de fines pierres, soubz laquelle le blason est esmaillé aux armes du Roy accrochié en la poitrine, en luy disant: Nous te establisons perpetuellement en l'office de Roy d'armes. Et ces paroles dictes, le Chevalier viendra qui porté ara la couronne, et le baillera au Connestable, qui en la baisant la baillera au Roy, lequel le prendra à ses deux mains, et en le assent sur le chief de son Roy d'armes luy dist: Nostre Roy d'armes, par ceste couronne, nous te nommons par nom Monjoye, qui est nostre Roy d'armes, ou nom de Dieu, de nostre Dame sa benoite mere, et de Monseigneur saint Denis nostre patron; en disant ces paroles, il la luy assiet. Et ces paroles dictes, alors tous les Roys d'armes, Heraux et poursievans ayans leurs cottes d'armes vestues estans illec crironent par troyis fois à haulte voix tous ensemble: Monjoye saint Denis, Monjoye saint Denis, Monjoye saint Denis, au tres-excellent et noble Roy de France. Et ce fait le Roy entre en son oratoire pour oyr le service divin, et ladite chaire tout ainssy qu'elle est, sera portée à l'autre lés, vis-à-vis de l'oratoire du Roy, en laquelle Mesire Monjoye, tant que le service durera, sera assis. Alors le Connestable ly fera tenir son mantel royal durant tout le service estendu en la fasson d'un dossier entre le mur et luy par deux ou troyis Roys d'armes ou Heraux, qui pour l'anuy de foy à aultre seront changrés. Et quand le service sera fait, l'un des Roys d'armes prend son mantel et l'emportera sur son bras, qu'il gardera jusques à l'hostel, que Mesire Monjoye se despouillera de tous ses habits Royaux.

Alors le Roy se part après le service pour aller disner, et Mesire Monjoye le suit, qui est conduit de pluseurs Seigneurs. Et quant le Roy est assis à table, on fait au hault hout de la seconde table asseoir Mesire Monjoye, qui est servy de deux Escuiers de coupe dorée decouverte et à par soy, et puis ceulx qui seront ordonnés pour celle fois. Et tel pourroit-il estre, que pour ia dignité de la Couronne, et pour les biens, qui seroient en luy, il seroit pour celle fois assis au bas bout de la table du Roy: comme furent Mesire Robert Dorfin, quant le Roy Dagobert le fist son Roy d'armes, et aussi fist le Roy Phelippe le Conquerant à son Roy d'armes Franchoy de Roussy, mais d'autres je n'en treuve plus.

Et quant la table est toutes desservie, le Roy luy fait presenter la coupe dorée couverte où ledit Mesire Monjoye ara beu, et mettera dedens en or ou en monnoye, ce qui luy plaira ordonner.

Après ce, espices seront prinnes et vin de congié avant que le Roy se retraie, Mesire Monjoye luy viendra à genoux très-humblement remerchier. Et en ce faisant il tiendra par la main aulcun noble et honnourable Roy d'armes ou Herault, disant au Roy: Sire, par le serment, que

je vous doy et aux armes, veycy le tel Roy d'armes ou Herault, qui a très-grand et bonne renommée de preudhomme, saige et souffisant, lequel je vous presente pour mon Marissal d'armes et Lieutenant. Et lors il offre au Roy une vergette de boys pelée que le Roy prend, et le bailla audit Roy d'armes ou Herault, luy disant telles parolles: Par ceste verge nous te consentons estre Marissal d'armes et Lieutenant de Monjoye nostre Roy d'armes des Franchoyis. Et ces parolles dictes le Roy se départ.

Alors Mesire Monjoye couronné, et la cotte d'armes dessus l'habit royal, après ce qu'il a disné, se part en la compagnie de deux Maressaulx, et de ceulz, qui pour l'honneur du Roy le vont accompagner à son hostel, les Roys d'armes, Heraux, et poursievans, ainssy que dit est, seront les premiers.

Au despouillier de sa couronne, de sa cotte d'armes, et de ses habis royaux, sera unq des varlets de chambre, qui luy apportera une robbe et une couronne de Chevalier, que le Roy luy donnera, en laquelle se fichera la couronne du blason en la poitrine qu'il portera; et sera tenu de jamés plus autre blason porter.

Cy fine le mistere du noble Couronnement de Messire Monjoye le noble Roy d'armes des Franchoyis.

Cy-après s'ensuit ses droits et ses ordonnances, et ce qu'il est tenu de faire et de soy gouverner.

Ce jour passé ledit Mesire Monjoye pour soy acquitter ira de Seigneur en Seigneur en leurs hosteulx, les remerchier des honneurs, qui luy aront fais, soy recommandant à eulx, en leur suppliant, acompaignié de plusieurs Heraulx, que l'office d'armes leur soit recommandée.

Ledit Mesire Monjoye tiendra en tous honneurs son lieu de Chevalier comme pardevant il estoit, ou à present est, excepté aux solemnelles et royales festes que le Roy tiendra estat royal, couronné ou non. Premièrement tous les poursievans, puis les Heraux, puis les Roys d'armes deux à deux, et Mesire Monjoye tout seul et le desrain en habit royal, couronné se le Roy est, se ilz ne sont ordonnés sur l'eschaffault, iront devant les maistres d'ostelz au partir du dresoir. Et quant les metz seront mis sur la table, ledit Mesire Monjoye ira seoir au hault front de sa table, qui sera vis-à-vis du Roy, et la sera servy d'un Escuier à par soy. Et après luy le Roy d'armes, et la plus ancienne marche qui y sera, et une place entre deux, et puis les autres Roys d'armes selon les anciennetés de noblesses de leurs marches, et puis les Heraux, et ainssy qu'ilz seront premiers créés, et les poursievans à l'autre table derriere eux.

Item le Roy à cause de l'office le logera près de luy pour tenir son maisnaige, s'il ne l'est, et luy sera tenu de donner pension pour chascun an, telle et sy bien assignée, que il porra bien et honnourablement tenir son estat de Chevalier et de Roy d'armes toute sa vie.

Item le Roy sera tenu de luy donner tous les ans sa robbe, telle comme il le portera le jour de Noel.

Item le Roy luy paiera ses despens toutes les fois, qu'il l'envoiera en ambassades et commissions.

Item la couronne, dont il sera couronné, et l'autre du blason seront siennes, pour servir son ame à la fin de ses jours.

Item à cause de son office ara lettres patentés du Roy, adressans à tous les Seigneurs, Capitaines de gens d'armes et de

trait de bonnes villes, de chasteaux, gardes de ports, de ports et de passagés, et à tous autres Officiers, pour luy faire ouverture de jour et de nuyt ; luy donner guides condignes, et toutes aultres choses nécessaires, en les payant, se par luy en sont requis.

Item ara du Roy lettres patentes et privilèges d'estre franc de tous quets et gardes de portes, tant de jour comme de nuyt, de tailles, de gabelles, d'impositions, et de toutes autres subsides mis et à mettre, quels qu'ils soient, comme à noble homme appartient, et luy estant en l'office royal pour l'estat de sa maison, quelconques gens d'Eglise et nobles y fussent contrains.

Item ara de tous les Princes et Seigneurs, qui porteront cry de Monjoye, lettres de pension ordonnées du jour de sa creation, telle qu'il leur plaira ordonner à leur honneur et à leur condition.

Item de tous les Chevaliers nouveaulx, Princes, Seigneurs, et autres, qui nuement porteront leurs surnoms et armes soubz la demaine du Roy seulement, luy seront tenuz de donner une robe en la valuë de leur honneur.

Item de tous les dons et largesses, qui seront données tant à sa creation, se le Roy les donne, comme à toutes les aultres festes royales et solennelles, que le Roy tiendra : et aussy des aultres festes armigeres ou courtoises, luy present ou non, par le privilege du Roy d'armes, il partira en la cinquiesme partie des drois des autres Roys d'armes et Heraulx.

Ejusmodi fere sunt, quæ habet haud inficetus liber Gallicus, cui titulus *le Heraud de la Guerre* edit. Parisiis ann. 1610. a pag. 59. ut omittam nuperum Scriptorum Columberium. De vocis vero etymo multa haectenus viri docti commentati sunt, quorum plerique eo concessere, atque imprimis Pithæus, Skinnerus, et alii, ut accessendum existiment ad heremum Anglo-Saxonicum, et Germanicum *Heer*, exercitus, et *Aid*, servus vel famulus, quod Feciales exercituum ministri habeantur, sicutque belli denuntiatores. Nam jure exploditur eorum sententia, qui *Heraux*, quasi *Heroes* dictos volunt, de qua plurimus agit Æneas Silvius Epist. 126. Alia profert Spelmanus, præsertim de Heraldicis Anglicis.

† HARALDUS, in Instrum. ann. 1520. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 687: *An de novo velit urbem ingredi, et quando, et qua die, an habeat Haraldum*. Occurrit iterum in Diplomate Maximiliani I. Imperatoris ann. 1486. apud Miræum tom. 1. pag. 232. et alibi.

HEROUDES. Henricus Knyghton pag. 2571: *Et assistebant eis quatuor Duces, tres Archiepiscopi, de Baronibus et aliis advenientibus, bene ad æstimationem des Heroudes 17000.*

\* *Her*, in Assis. Hieros. cap. 223: *Se le seignor le fait semondre par le Her ou par le banier, etc.*

\* HERALIS, Domus rusticana, cui adjunctus est hortus, idem quod *Curtile*. Vide in *Cortis* 1. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthaim* pag. 678. col. 1: *Engilardus tenet Herallem unam, id est curtilem; solvit denarios quatuor*. Vide supra *Hera* 1.

\* Aliud sonat *Herau* in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 166: *Le suppliant donna à icellui Johanneaux ung cop sur la teste du serceau d'un Hèreau qu'il trouva*. An dolii cujusdam nomen?

1. HERBA. *Herba aluminis*, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 84: *Granaterias, piscar-*

*rias, Herbas aluminis, et generaliter omnia, quæ per nostram curiam procurantur.*

INVESTITURA PER HERBAM ET TERRAM, in Formulis veteribus Lindenbrog. 153. 154. Vide *Investitura*.

† HERBÆ DOMESTICÆ, Olera, legumina, Gall. *Herbes potageres*. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1851. ex lib. viridi fol. 52: *Debet dare dictus hortulanus quotidie Conventui... de Herbis domesticis horti, aliquando de bonis, aliquando de aliis, sicut sunt caules, spinargia, porri, etc.*

HERBAS DARE, Veneficis, seu veneficis potionibus, alicui vitam, vel mentem auferre. Quintilianus declam. 350: *Venenorum plura sunt genera, plura nomina sunt, diversi etiam effectus. Aliud ex radicibus Herbarum contrahitur, aliud ex animalibus mortiferis reservatur, etc.* Lex Salica tit. 21. § 1: *Si quis Herbas alii dederit bibere, et mortuum fuerit. Herbas haurire*, apud Gregorium Turon. lib. 6. cap. 35. Formulæ veteres cap. 34: *Ego Herbas maleficas, nec potiones malas nunquam temperavi, nec bibere dedi, per quod ipse infirmus, vel insanus fuisset, aut vitam suam perdere debuisset. Herbarum venena apud eundem Gregorium Turon. lib. 2. Hist. cap. 9. lib. 4. de Mirac. S. Mart. cap. 36. Herbas incantare*, apud S. Audouen in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 15. *Herbas, quæ ad maleficia pertinent, super se habere vetantur campiones*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. § 11. S. Anselmus lib. 3. Epist. 28: *Qui Herbas quæsierit mulieri, quibus virum suum interficeret*. Pirminius in excerpt. de libris canonicis: *Characteres, Herbas, succinum, nolite vobis vel vestris appendere*. Sic lego. Claudianus lib. 1. in Rufinum:

. . . Nec me latuere fluentes  
Arboribus succi, funestarumque potestas  
Herbarum, etc.

Vide Concilium Triburense ann. 895. can. 50. Martin. Barensem pag. 74. Reginonem lib. 2. cap. 5. § 8. etc.

† *Herbam dare, porrigere*, veteres dicebant alia omnino notione, de qua sic Festus: *Herbam do, cum ait Plautus, significat, victum me futor: quod est antiquæ et pastoralis vitæ indicium; nam qui in prato cursu aut viribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decertam herbam adversario tradebant*. Vide Erasmus Centur. 9. Adag. 78.

INHERBARE, Idem quod *herbas dare*. Lambertus Ardensis pag. 80: *Veneno in cibis accepto, vel potibus Inherbata, ibi statim mortua est*. Le Roman de *Gaydon* MS.:

Et Enherberent maint chevalier vaillant.

Le Roman d'Aubery MS.:

Un de ses jors vous fera Enherber.

Le Roman de *Parise la Duchesse* MS.:

Et le fist vostre frere mortir et Enherber.

*Mori ab Herba*, in Chron. Petri IV. Reg. Arag. apud Carbonellum fol. 199. v. Alius Poëta:

Sous gist le frais serpent en herbe,  
Fûiez enfans, car il Enherbe.

\* *Enierber*, eodem sensu, apud Phil. Mouskes:

Li buens empereres hardis  
De Constantinoble Henris,  
C'on avoit appelliet Dango,  
Fu Enierbés et vesqui po.

HERBARIUS, Veneficus, Helvetiis *Her-*

*berger*. Gloss. Lat. MS. Reg.: *Veneficus, qui venenum dat, Herbarius*. Fredegarus in Hist. Epitom. Francor. cap. 56: *Clamant et filii negligentes matrem Herbariam et meretricem*. Halitgarus in Penitent. cap. 10: *Herbarius vir aut mulier, interfectores infantum, etc.* [Judicia sacerdotalia de crimin. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 32: *Si quis ariolos, id est, sortilegos, prædicales vel Herbarios veneraverit, aut secutus fuerit, tribus annis pœniteat et eleemosynas faciat.*]

HERBARIA, Venefica. Capitula ad Legem Alamanor. cap. 22. Edit. Baluzii: *Seu stria, aut Herbaria si sit.* [Vide Grimm. Mythol. German. pag. 631.]

HERBARIA, Ipsum veneficium. Liber promissionis Maleficii, in Statutis Venetis, cap. 17: *Si aliquis vir vel mulier alicui maleficium aliquod, vel Herbariam dederit manducare vel bibere, vel fecerit aliquid, quod perire debeat, aut amens esse, etc.* Adde Decreta Veneta fol. 41. verso. Alias

HERBARIUM, sunt ἑρβῶτοιοι, et βοτανολόγοι Græcorum. Firmicus lib. 8. cap. 13: *Herbarios faciet, qui scilicet herbas solerti arte colleclias ad medelam laborantium servant*. Plinius quoque *Herbarios* vocat, qui medicas herbas legebant ac vendebant. [Præceptum Johannis Reg. Franc. ann. 1352. tom. 2. Ordinationum pag. 609: *Quam plurimi utriusque sexus, mulieresque, aliquæ et vetulæ, et conversi, rustici, nonnullique apothecarii et Herbarii quamplures. . . venientes ad villam Parisiensem gratia praticandi, etc.*]

\* Hinc *Herbelée* vocabant nostri potionem medicam ex herbis confectam. Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2. ubi de Medicis:

Bon pain, bon vin et le bon air  
Aim' assez mieux, par S. Wistasse,  
Que tous lor orinaus ne face,  
Ne que toutes lor Herbelées,  
Qui tantès bourses ont boulées.

† 2. HERBA, Tributum, seu census pro jure et facultate succidendi herbas in pratis vel in silvis, atque animalia in iis pascendi: accipi etiam potest pro servitio quod subditi ac rustici domino suo in herbis ipsis succidendis præstare tenentur. Charta Balduini Comitiss Flandriæ ann. 1116. apud Miræum tom. 2. pag. 1153: *Almanus quasdam sibi injustas consuetudines usurpavit: quibus se deliquisse cognoscens. . . prorsus abdicavit, videlicet, exactionem quam vulgo Tolpri vocant, sive Herbam aut corvedas*. Vide *Herbagium*.

\* HERBACIA, Pratum, locus ubi herbarum abundant. Charta ann. 1108. ex Chartul. S. Hugon. Gratianop. episc.: *Gaufredus habet. . . vernetum juxta Herbaciam*. *Erboie*, in Bestiario MS.:

Iceil les femeles mestroie  
Et en la plaine et en l'Erboie.

*Herbu* vero, pro *Herbosus*, ibid.:

L'oliphant est moult corporu,  
Quant il vient en paistis Herbu.

\* HERBAGIUM, Domicilium, ædes, domus. Charta ann. 1217. ex Chartul. 21. Corb. fol. 322 vº: *In elemosinam dederunt Herbagagia, mansiones, ædificia, et alia quæ in curia de Bentencourt. . . facta sunt*. Alia Guill. de Valle-grign. ann. 1224. ex Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 61. vº: *Herbagium meum, quod fuit quondam domini Hugonis Guericci de Salicibus in parte hereditatis habuerit, vel quicumque alius ipsum hoc*

*Herbagium tenuerit, etc.* Vide in *Herberga*.

\* **HERBAGIA**, Censu, qui pro facultate succidendi herbam penditur. Charta Nivelon. episc. Sussion. ann. 1192. ex Tabul. S. Crisp. in Cavea: *Dedit etiam dictæ ecclesiæ Gilo miles de Juvegniaco duos solidos censuales apud Loiry et minimam Herbagiam ejusdem villæ.* Vide in *Herbagium*.

**HERBAGIUM**, Herba in pratis succisa: *Herbage*, in Consuetud. Norman. art. 30. Bracton. lib. 4. tr. 1. cap. 37. § 1: *Hæc esset potius emptio Herbagii, quam pastura.* [Charta ann. 1344. apud Kennet. Antiquit. Ambrosden. pag. 458: *Dicunt quod est communis via ac sua communis pastura, quum fenum et anterius Herbagium amoveantur.*]

**HERBAGIUM**, Jus seu facultas succidendi ejusmodi herbas in pratis, aut in Communiis, vel etiam in silvis, [aut animalia in iis pascendi.] Regestum censuum et feodorum Carnoti f. 57. ex Camera Comput. Paris. fol. 57: *L'herbage d'ilec, c'est asavoir l'usage, que les bestes d'ilec prenent es bois d'ilec, quant lesdits bois sont en aage, qui il se puent deffendre.* Idem Bracton. cap. 38. § 12: *Notandum, quod sub nomine Herbagii non continetur glans, et ideo tempore glandis et personæ, excluduntur porci et capræ, nisi ad hoc specialiter agatur, quod talem habeant communitiam.* Adde § 1. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 90: *Inde pensandum de eo, cui hoc licuit, an qui læsus est, Herbagium, vel lignagium, vel causam aliquam in nemus habeat.* Ordericus Vit. lib. 5: *Concesserunt etiam totius villæ Herbagium.* Charta Odonis Episcopi Parisiensis ann. 119. ex Tabulario Episc. Paris.: *Terram nostram de Marna, in qua nemus olim fuisse dinoscitur, ad hostias dedimus et ad censum, tali modo, quod quælibet hostisia habeat 8. arpennos terræ cultibilis, et unum arpennum ad Herbagium faciendum.* Quoniam Attachiam. cap. 48. § 6: *Escheta de mobilibus sunt, utpote pro impasturationem animalium in dominiis et Herbagiis dominorum, etc.* Charta Balduini Episc. Noviom. apud Vassorium in Hist. Noviomensi pag. 895: *Herbagium vero de Canectencourt, nostræ Ecclesiæ est proprium, etc.* Charta ann. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1299. n. 38. ex Tabulario Regio: *Et franchisiam Herbagii pro sex vaccis, et pasnagii pro sex porcis.* Jacobus I. Rex Aragon. in Foris apud Exam. ann. 1265: *Richi homines, Milites, nec etiam Infantiones Aragonum teneantur dare sibi vel successoribus suis boilage, nec Herbage.* [Charta Hugonis Vicecomitis Castriduni ex Chartul. B. Magdalenæ de Castro duno fol. 17: *Facta fuerit compositio, scilicet ut ipsi libere mortuum nemus ad usus suos et Herbagium ad pecora sua alenda in nemoribus meis caperint.* Charta apud Madoc Formul. Anglic. pag. 250: *Canonici regulares de Chaucumbe habeant tres equos in Herbagio cum equis meis dominicis.*] Adde Augustinum du Pas in Stem. Armoric. pag. 823. et Foros Beneharn. Rubr. de Herbage.

† **HERBAGIA**, Eadem notione. Charta ann. 1208. ex Chartul. S. Nicasii Remens.: *Quantum ad Herbagiam et pascuam, etc.*

† **HERBERGIUM**, Eodem significato. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 71: *Habebat illa Alesia in hortis de virgullo monachorum, et Herbergium, et repercussionem arborum de virgullo illo, quæ emit idem Miles.*

**JUS VIVI AC MORTUI HERBAGII**, Gall. *Droit de mort et vif Herbage*, in Consuet. Ambianensi Monstrol. Vimacensi, et aliis. [Litteræ ann. 1291. tom. 3. Ordinat. pag. 194: *Si retiang mes Herbage et mors et vis; et l'amende des mors, se paie n'étoient au terme deu. Herbagium vivum vocant quod in pecude, mortuum quod in pecunia numerata exsolvitur.*] Vide *Raguellum*.

\* **HERBAGIUM VIVUM**, Gall. *Vif herbage*, dicitur Censu, qui pro facultate succidendi aut depascendi herbas in pecude exsolvitur, ad discrimen mortui, qui in numerata pecunia. Arest. ann. 1395. 21. Aug. in vol. 8. arestor. parlam. Paris.: *Quod episcopus Ambianensis et ejus successores levarent jus Herbagii mortui et vivi ab omnibus tenentibus animalia lanigera in predictis villa, banteuca et metis earum.* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 34. vº. ad ann. 1287: *Li stres de Demenchecourt demandoit à avoir vif Herbage de xvj. bestes que chil Ernouls avoit en se maison; et chil Ernouls disoit que il ne devoit fors que mort Herbage, pour chou que se fille avoit vij. bestes en ches xvj. bestes. Il fu rendu par jugement que lidis Ernouls devoit paier vif Herbage, pour chou que se fille estoit à sen pain et à sen pot.* Unde ejusmodi præstationem locum non habuisse colligitur, nisi ubi esset certus pecudum numerus. Charta ann. 1253. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 256: *Item les mors et vis des herbage d'Ault et de la chastellerie, pour la. solz Paris. de rente par an.*

† **HERBAGIUM**, Censu annuo domino debitus pro facultate succidendi herbas, etc. Charta ann. 1217. ex Chartul. S. Nicasii Remens.: *Radulphus de Betignicurtæ vendidit Ecclesiæ S. Niciasii quidquid habebat . . . tam in mansionariis quam in Herbagio et censu.* Diploma Jacobi I. Aragon. Regis ann. 1264. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1121: *Quod ipsi, nec homines eorum, nec etiam extranei qui non essent eorum, qui animalia ducerent ad terminos et pascuam castrorum, locorum et villarum eorum, non teneantur dare nobis, nec successoribus nostris, Herbagium, nec aliquid ratione Herbagii de animalibus quæ in terminis prædictorum pascentur. Item quod si eorum Clerici habitent in villis et locis eorum, ab ipsis Herbagium non recipiant de animalibus ipsorum quæ pascentur in pascuis nostris.* Charta ann. 1269. ex Archivo S. Albini Andegav.: *Fulco de Torallo minor miles . . . vendidit et concessit . . . omnes fructus quos habere poterat . . . in censibus, supercensibus, hominibus, . . . pratis, insulis, herbis, Herbagiis.* Adde Constitut. Frederici Reg. Siciliae cap. 23. Vide *Herba 2*.

† **HERBAGIA**, Eadem notione. Bulla Paschalis PP. II. ann. 1114. ex Chartul. S. Nicasii Remens.: *Habitatores S. Martini debent B. Niciasio Herbagium.*

† **HERBARIUM**, Eodem significato. Charta ann. 1115. apud Stephanot. Antiquit. Bened. Petracor. MSS. fol. 171: *Dederunt Deo et beatæ Mariæ (de Liguria) . . . decimam partem pasquerii et decimam partem Herbarii de omni silva et de omnibus bestiis porcorum vel pecoribus qui de ipso loco fuerint . . . Similiter datum est ut reddant pasquerium, alias Herbarium Deo et servitoribus ejusdem Ecclesiæ.*

† **HERBATGIUM**, in Charta Guidonis domini Montislauri ann. 1387. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arverna. pag. 610: *Homines, homagia, pedatgia, Herbatgia, quæstus, proventus, tallia, etc.*

**HERBATICUM**, Idem quod *Herbagium*.

[\* **Guerardo** in Glossar. Polypt. Irminonis: Censu tertio quoque anno domino debitus pro herba succidenda vel depascenda. Vide ibi Indic.] [Diploma Ottonis II. ann. 981. apud D. Le Blanc Dissert. de Monetis pag. 88: *Per hoc nostrum perdonamus præceptum, ut nullus eorum aut suorum hominum deinceps . . . in aliquo loco donet portonaticum, aut ripaticum, vel Herbatium, vel glandaticum.*] Charta Rogerii Ducis Apuliae ann. 1110: *Ut de omnibus Monasterii animalibus per totam terram meam nemo Herbatium tollat.* Charta exarata Constantino et Basilio regnantibus anno mundi 6532. Indict. 7. apud Ughellum tom. 7. pag. 1362: *Communem pascenti animalia habeant locum, . . . nec Trojani Vaccariensibus Herbatium, vel dent, vel accipiant.* Adde pag. 1434. Charta Caroli M. in Actis Episcop. Cenoman. pag. 266: *Tam de sua dominicata, quam et de Vassallorum suorum, de vinericiis quoque et perdonato, et pastionibus et pascuriis, de Herbatibus, et pullis, de piscationibus et pastionaticis, id est glandaticis, etc.* [Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 20: *Ad alium annum (solvit) multones 11. ad tertium annum propter Herbatium germa 1. de vino in pascione mod. 111.* Quod ibidem sæpius occurrit. Vita S. Guillelmi tom. 5. Junii pag. 129: *Nullus Herbatium aut aquaticum tollat vel exigat aut aliquam aliam faciat exactionem.*] Adde Chartam Rogerii Regis Siciliae ann. 1137. apud Falconem Benevent. Chartam Sanctii Regis Aragon. æræ 1158. apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 607. Suritam in Indice æræ 1160. Chronic. Farfensis Monast. pag. 657. 664. Chronicon Richardi de S. Germano ann. 1232. Ughellum tom. 1. Ital. Sacr. pag. 117. 915. tom. 8. pag. 201. etc.

\* **HERBATICUM**, Censu pro facultate succidendi vel depascendi herbas, ut infra *Herbantum*. Charta Jacobi reg. Aragon. ann. 1232. ex Chartul. Campan. fol. 549. col. 2: *Damus etiam . . . quod in aliquo terræ nostræ non donent umquam Herbatium vel carnaticum de suis bestiariis seu ganatis grossis vel minutis, ymnos (l. immo) ubique sui bestiarii et ganati franche et libere et salve ac secure pascantur.*

\* **HERBATIUM**, Jus exigendi *Herbatium*. Lib. cens. eccl. Rom. MS.: *Cum placito et districto eorum et glandatio et Herbatio, tam de eodem castello quam de villis.*

**HERBAJARE**, Herbas depascere. Observantia Regni Aragon. lib. 7. tit. de Pascuis. § 7: *Si aliquæ oves Herbajantur in aliquo loco, non possunt pascere talia animalia in loco seu termino convicto.* Nostri *Herber* dixerunt. Charta ann. 1290. ex Tabular. S. Quintini in insula fol. 7. vº: *Et en empeschant le chemin des nés pour aller pasturer et Herber es lieux dessusdits.*

\* Et *Herbager*, Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 188: *Le suppliant mena quatre bestes aumailles qu'il avoit engræssées et Herbagées.* Alia ann. 1480. in Reg. 207. ch. 367: *Ouquel villaige de Custrac (en Auvergne) a ung terrouer, appellé l'Aste de Custrac, et autres deveses ou pasturaiges, . . . lesquelz . . . sont ordonnez . . . à faire paistre et Herbager les beufs arans dudit villaige.* Charta ann. 1343. ex Chartul. S. Vincent. Laudun.: *Item li habitant de Bucy . . . doivent avoir aisement de Herber en notre terroir, es lieux où il ont aisement de pasturage.* Ubi *Herber* est Herbam succidere et colligere: eam vero depascere



sonat in Lit. remiss. ann. 1442. ex Reg. 176. ch. 161 : *Comme le soufflant eust vendu certaine herbe ou fourrage pour Herber ung poulain, etc.*

HERBAJARIUS. Qui pascuus invigilat. Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oscæ ann. 1247. ubi de pascuus et gregibus : *Quotiens Merinus vel Herbarius Domini Regis ad capannas venerit Infancionum, etc.*

† HERBANNUM. Vide in *Herebannum*.

\* HERBANTUM, Censu pro facultate succidendi vel depascendi herbas. Charta ann. 1153. in Chartul. Pontiniac. ch. 15 : *Willelmus comes Nivernensis contulit in mutuo et elemosina suum Herbantum, quod habebat in Truncheio. Vide in Herbagium.*

HERBAPERIARUM. Thwroczius 2. part. cap. 3 : *Kusid autem de aqua Danubii lagenam implens, et Herbariarumponens in ulrem, et de terra nigri sabuli accipiens ad suos reversus est. Sed ex iis quæ subduntur, legendum indubie Herbam pratorum, quod non vidit Editor.*

HERBARE, *Herbam pascere, [vel herba ornare, induere,] Joanni de Janua [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : Herbare, Herber, glager d'herbe.]*

\* HERBARIA, Forum herbarium, Gall. *Marché aux herbes*. Stat. Montispass. MSS. ann. 1204 : *Acta sunt hæc et publicata in solerio Herbariæ, ubi erat domus duodecim consulum, etc.*

HERBARIUM, Joanni de Janua, *Locus, ubi herbe abundant.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Herbarium, Herbier, lieux où herbe croist.*] In Glossar. Isidori : *Herbitium, locus in quo herbe nascuntur.* Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 8 : *Quos tamen (pannos) non suspendant ad siccandum in herda, ut alii fratres, sed tantum deponant in Herbario claustrii. Le Roman de Garin MS. :*

*Mort le trebuche devant lui en l'Erber.*

[Le Roman de la guerre de Troye MS. :

*Se ferirent de plain eslais...  
Si que ambdos chient en l'Erbois  
Après comenciant li tornoi.]*

Aliud porro est *Herbarium* apud Henricum Knyghtonum lib. 2. cap. 7. de Willelmo Rufo Rege Angl. : *Fecit de loco illo Forestam novam, quam vocavit suum novum Herbarium, et replevit eam cervis, damis, etc.* Quippe hoc loco in voce *Herbarium, ju*, consonantem efficiunt : idemque valet hæc vox, ac *herbergium*, seu domicilium. Tabular. Absiense fol. 171 : *Edificare, secare, plantare in Auberiis, pratis, exclusis.* Rursus fol. 199 : *Partem meam Auberiæ, quam habeo in Martreio, etc.* Vide *Hereberga*.

† HERBARIUS, HERBARIUM. Vide *Herba*.

\* HERBAROLUS, ERBAROLUS, ab Ital. *Erbarolo, Erbauolo*, qui emit et vendit herbas, Gallis *Herbier*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 126 : *Addimus huic statuto quod nullus Herbarolus (Erbarolus '64), vel aliquis alius debeat emere erbam in curia comunis, vel in trivio porte ravignane causa revendendi.* (FR.)

† HERBASCUM, *Ellychnium*, in Amalthea.

HERBATICUS. Gloss. Gr. Lat. MS. et Editum : *Ἄλητης, Herbatiscus, vagus, erroneus.* Sed legendum *Erraticus*.

HERBATICIA ANIMALIA, *πορφύρα*, apud Vopiscum in Probo, ubi quidam restituit *Erratica*, quod improbant viri docti.

\* HERBATUM, Pratum. Charta ann. 1206. tom. I. Probat. Hist. Brit. col. 806 :

*G. capellanus dedit vineam Pilardi Doucastenir, terram et Herbatum in Bletheria. Hinc, ut videtur, quod herba seu pratum lascivie accomodatam sit, Herbaument, pro Læte, hilariter, vulgo Gaillardement, en folâtrant, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 16 : Laquelle (femme) avecques eulx s'en ala Herbaument, et telement que depuis ilz furent bien d'accort.*

† HERBATUM VINUM, Vinum herbis aromaticis conditum. Usus Custuræ Cenoman. : *In festo Sanctorum Simonis et Judæ, caritatem de vino Herbato.... In nocte S. Martini debent habere botas, caritatem de vino Herbato in refectorio.* Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 8 : *Facit in uno vase vinum helnatum, in altero Herbatum.*

† HERBEGAGE, Jus depascendi herbas in foresta. Literæ Geraldii Tornacensis Episc. pro Monast. Elnonensi ann. 1152. apud Marten, tom. I. Anecd. col. 431 : *Ministerialis in silva nihil juris habebit excepto Herbegage et usu ignis necessarii.*

\* Nequaquam ; est enim eo loci Jus capiendi ligna domibus construendis vel reparandis necessaria ; interdum etiam Præstatio, quæ pro ejusmodi jure exsolvitur, ut in Charta ann. 1270. ex Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 51 : *Pour et à cause duquel office (de sergenterie) il est frans de pasturage, ardoir, herbage, panage, Herbegage, etc.* Hinc *Une mesure séant en Herbegage*, quæ huic juri obnoxia est, in Charta ann. 1372. ex Chartul. 21. Corb. fol. 266. Inde etiam *Herbegage* nuncupatur Tributum, quod penditur domino loci pro reponendis doillis vini in domibus vel cellis vinariis, in Charta ann. 1408. ex schedis meis : *Tantost que les vins amenez par ladite riviere (d'Oise) et arrivez audit port (du Pont l'Evesque) sont tirez et mis hors des nefes, ... et quant dudit port ilz sont vieutrez et transportez, mis et herbegiez en maisons ou celliers en la terre d'icellui nostre conseiller (l'Evêque de Noyon) il en doit avoir et à accoustumé recevoir pour chacune piece de vin un denier de Herbegage, que on dit issue de terre.* Vide infra *Herbergatum* et *Hospitatum* 3.

† HERBEGARE. Vide in *Hereberga*.

\* HERBERA, Venefica. Vide infra *Herberia*.

\* HERBERAGIUM, Domicilium, ædes, mansio. Charta ann. 1177. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 697. art. 3 : *Vendiciones omnium possessionum suarum, præterquam de domibus suis et Herberagiis, reddent.*

\* HERBERGACHIUM, Eodem intellectu. Locus est in *Hereberga*. Vide ibi.

\* HERBERGAGIO DECIMÆ, Horreum, ut videtur, seu locus ubi decima reponitur. Charta ann. 1227. ex Chartul. B. M. de Josaphat : *Cum querela verteretur inter me et fratres meos... ex una parte, et priorem et monachos de Cornelera ex altera, super Herbergagione decimæ de Ves, quam prædicti monachi habent apud Ves, etc.*

\* HERBERGAGIUM, Jus gisti ac procurationis, seu divertendi in domum vassalli et in ea hospitandi, vel censum eam ob causam percipiendi. Charta Ludov. Jun. ann. 1153. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Venerabilis abbas S. Petri Carnotensis Fulcherius et donnus Radulfus prior Leonis-curia nos humiliter adierunt, et dictæ domus paupertatem et gravamen ostenderunt, ubi nos Herbergagium habebamus, et in domo monachorum et quorumque hominum ibidem manentium.... A consuetudine jacendi totam cellam de*

*Leonis-curia absolvimus, retento Herbergagio nostro super rusticos villæ et quocumque sive ecclesiæ sive militum hospites, Herbergaria consuetudo, in Charta Willel. comit. Nivern. ann. 1143. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 114. Pro domo seu mansione, vide in *Hereberga* ; quo sensu *Hebergement*, in Chartul. episc. Paris. fol. 120. et *Herbergaje*, in Cantil. 4. tom. 2. Poem. reg. Navar. pag. 9 :*

*A amors pris en moi son Herbergsaje.*

\* HERBERGAMENTUM, Gall. *Herbergement*, Censu, qui pro facultate succidendi vel depascendi Herbam exsolvitur ; unde *Herbaiger*, de ejusmodi censu pacisci. Charta ann. 1325. ex Bibl. reg. : *Recognurent... avoir vendu... le Herbergement des prez lèz Courtenay, si comme il se comporte o toute la pourprise et l'enceinte. Alia Renati Alenconii ann. 1480. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco : Les religieus... ont droits de franchises et libertez, tels que nous avons en nostredite forest de Charnie, et entr'autres sont en possession de prendre et à eux apartenir toutes les bestes porchines, aumailles et autres qu'ils treuvent au dedans de leurdit parc non Herbaigées et apparnaigées, comme à eux appartenans par confiscation.*

† HERBERGARE, Domum construere, ædificare, reedificare, suppellectili instruere. Charta XII. sæculi ex Tabulario B. M. de Bono Nuntio Rotomag. : *Licet siquidem eidem Gilleberto et heredibus suis hanc prædictam terram et domum Herbergare de ligno et lapide, aut vendere vel invadiare, sive donare cum voluerit aut inde facere totam voluntatem suam sicut de suo proprio.* Charta Roberti Lingon. Episc. ann. 1234. tom. 4. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 207 : *Quod si inter ipsorum Abbatis et Conventus homines invenerit mansum vacuum idem Johannes, et voluerit Herbergare de aliquo, sine aliqua contradictione poterit.* Charta ann. 1280. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1453 : *Tenetur dictus Nicholaus dictam masuram ita bene et sufficienter secundum consuetudinem patriæ Herbergare, quod dicti Religiosi pro dicto reddito et emenda supra dictam masuram ædificatam suam possint justitiam facere ac etiam adimplere.* Charta Poncii de Montelaury apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 86 : *Dicto Episcopo Anticiensi... licet firmare castrum suum de Charbonneriis, Herbergare et augmentare pro voluntate sua.*

\* HERBERGATUM, Jus in foresta excidendi ligna domui construendæ vel reparandæ necessaria. Charta ann. 1206. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 806 : *V. Berrun dedit... dictam (l. dietam) prati et Herbergatum in foresta cum pratis.* Vide supra *Herbegage*.

\* HERBERGEGIUM, Domicilium, mansio, ædes, hospitium, *Hesbergege*, nostris, habitatio. Chartul. feud episc. Aurelian. sub finem xiiij. sæc. fol. 272 : *Item Guillelmus de Marvillier miles tenet a dicto Petro de Varannis Herbergegium de Marvillier.* Ordin. hospit. reg. ann. 1285. in Reg. sign. Noster Cam. Comput. Paris fol. 51. vº : *Item Galeran des nappes, qui fait le figé le roy, prendra par jour une provende et vj. deniers pour son cheval, pour fein et pour Hesbarryege.*

\* HERBERGERIA, Diversorium, Gall. *Auberge*, alias *Herbergerie*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 489 : *Cum Johanna la Maçonne in quadam Herbergeria Parisius seu hospitio, vocato l'ostel du Bacin, serviret, etc.* Aliæ ann. 1374. in Reg. 105. ch. 503 : *Comme ledit*

escuier et une sienne serourge aprez la messe se feussent trait à une Herbergerie pour prendre refection, etc. Vide alia notione in Hereberga.

**HERBERGIARE**, *Herbergia* seu mansiones aedificare, villam construere. Charta Phil. Aug. ann. 1187. pro habitantibus villæ de Capella reginæ in Wastinedo ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 475: *Quoniam genitor noster venerandæ memoriæ rex Ludovicus hominibus de Capella et de villis ad bailliam illam pertinentibus concessit easdem consuetudines, quas pater suus avus noster piæ recordationis rex Ludovicus eis concesserat, quando fecit Herbergiari Capellam.* Vide supra *Herbergiare*. *Herbergier* vero, pro *Habitare*, in Charta Auberti abb. Castr. ann. 1247. ex Chartul. Campan. fol. 343. col. 2: *Et se aucuns tient mesure an la ville, qui ne soit Herbergié dedanz un an, li prevoz la puet bailier qui il vorra por Herbergier.* Hinc *Herbergaut*, *Habitabilis*, commodam habens habitationem, vulgo *Logeable, habitable*. Charta ann. 1374. in Reg. 106. ch. 202: *Item deux maisons Herberguales pour deux moitioiens.* Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. ch. 21: *Le suppliant hôte d'un hostel en la ville de Chasteauthierry; lequel est Herbergaut et grant.* Vide alia notione in *Hereberga*.

† **HERBERGIUM**. Vide *Herebagium* et *Hereberga*.

\* **HERBERIA**, *HERBERA*, Venefica. Correct. stat. Cadubr. cap. 60: *De Herberis et veneficis denunciandis.* *Herberas* et *veneficas*, et omnes maleficus generis cujuscumque denunciante et accusante, etc. Vide *Herbaria* in *Herba* 1.

\* 1. **HERBERJAGIUM**, *Habitatio* cum certa agri portione, prædium rusticum. Charta ann. 1188: *Ut anniversarium ejus in ecclesia beati Maximini quotannis celebraretur, Herbergium duobus monachis congruum et granchiam... promissit.* Alia ann. 1208. ex Chartul. S. Maglor. Paris. ch. 254: *Concessimus etiam pro eschangio terræ de Chatpendu Herbergium suum de Panfoul liberum tamquam feodum, et terram ad idem Herbergium pertinentem similiter liberam.* Vide in *Hereberga*.

\* **ARBERGIUM**, eadem notione. Charta ann. 1318. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 405: *In mansis seu hereditatibus quas ibi possident in præsentis homines infra scripti, videlicet Arbergium Rodulphi Marii, Arbergium Jacobi Marii, Arbergium Marcheti Baptistæ, Arbergium liberorum Ansermi Boegz, Arbergium Johannis Harctonis et Arbergium liberorum Mermeti Borelli.*

\* 2. **HERBERJAGIUM**, ut supra *Herbergium*. Charta ann. 1226. ex Chartul. Campan. fol. 436. col. 1: *Johannes Braiacensis ecclesiæ cantor recognovit coram nobis illustrem comitem Campaniæ commodasse sibi domos suas apud Braiam sitas... ad vitam suam possidendas, salvo tamen Herbergio dicti comitis et hæredum suorum.*

\* **HERBEUS**, Coloris viridis. Inventar. ann. 1497. tom. 2. Hist. Cassin. pag. 600. col. 1: *Reperiuntur duæ tunicellæ Herbæ et una antiqua ex purpura alba cum planeta.*

† **HERBIAGIA**, Idem quod *Hereberga*, Domicilium, domus. Enumeratio feodorum Norman. apud Duchesium Hist. Norman. pag. 1044: *Hugo presbyter Herbiagam suam, mappis quirendum Parisius tota Gravia, et moncellum S. Gervasii.*

† **HERBICARE**, Herbas evellere. Descriptio censuum Monast. S. Emmerammi

apud Bernardum Pez. tom. 1. Anecd. part. 3. col. 76: *De Talahova Lxx. denarii... arat in hebdomada III. dies, Herbicat, secat, inducit carradium unum, fennum secat et inducit.*

† **HERBICE**. Vide *Herpicæ*.

**HERBIDARE**, Herbam seu gramen proferre, apud Colvenerium in Gloss. ad Baldricum. [*Herbidare terras*, Herbas serere, Martino Cappellæ lib. 1.]

\* **HERBIGRADUS**. [Qui inter herbas graditur. Pacuv. apud Cic. 2. Divin. 64. Terrigenam, *Herbigradam*, domoportam, sanguine cassam. Al. leg. *tardigradam*.]

† **HERBILEGUS**, Messor, Gall. *Moissonneur*. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 146: *Primo die paucos ipsos a longe emittunt messoros... fecerat eos jam tutiores dies hesternæ, quæ transierat tuta, Herbilegos incolumes ducens ac reducens.*

**HERBILIA**, Leguminis species. Miracula S. Columbanii cap. 5: *Legumen Pis, quod rustici Herbiliam vocant... sponte nascitur per illas rupes (in Italia.)*

\* Italis *Ervelia, Erveia* aut *Arveia*, ex Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 350. Vide *Herbum*.

† **HERBITIUM** Vide *Herbarium*.

† **HERBITUM** dixerunt pastores, eo quod herbæ vice præbeatur pecoribus cum pascula desunt. Papias.

† **HERBOLASTA**, Panificum herbis farum et conditum. Ordinatio super numero et ordine mensarum in hospitio Dalphini tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 313: *Item, volumus quod fiat unum intromesium pro nobis in dicta die Sabati in prandio de tartis aut de Herbolastis.*

\* **HERBOLERIUS**, *Herbarum* seu pratorum custos. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Item dicit quod Artigua emerat quondam herbam territorii prædicti a domino Barralo... et quod ipse fuit Herbolerius dicti Artiguz et Hugo Russus et Guillelmus Campagnola, et pro custodia dictæ herbæ habuerunt septem solidos Raymundenses inter ipsos tres.*

† **HERBUM**, *Ervum*, ut videtur, species leguminis, Gall. *Ers*. Pallad. lib. 1. cap. 24. de Columbibus: *Fætus frequentant, si ordeum torrefactum, vel fabam, vel Herbum sæpe consumant... Herbum fætus gratia mensibus præbeamus hibernis.* [\* Vide supra *Herbilium*.]

\* **HERBURGIUS**, Veneficus, in Lege Salica tit. 67. edit. Eccardi. Vide *Cheruioburgus*.

**HERCALE**, *Strumæ*, ex Gall. *Escrouelles*. Gaufridus de Belloloco, de Vita et conversat. S. Ludovici Reg. Fr. cap. 35: *In tangendis infirmitatibus, quæ vulgo Hercalæ vocantur, super quibus curandis Franciæ Regibus Dominus contulit gratiam singularem, etc.*

† **HERCEARE**, etc. Vide in *Hercia* 1.

† **HERCHIA**. Vide in *Hercia* 2.

1. **HERCIA**, *Occa*, instrumentum rusticum, quo terræ proscissæ occantur, et teruntur, vulgo *Herce*: ex *herpex, herpicis*, quasi *herpicia*, et contracte, *hercia*. Fleta lib. 2. cap. 77: *Carucas et Hercias reparare.* Adde cap. 84. Charta Petri Episcopi Meldensis ann. 1229. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ pag. 36: *Consuetudines nemoris... videlicet omnem arborem præter quercum et fagum... ad edificandum, et aratoria carrucarum, et ad charterios, et Hercias, et ad duas perlicas ad ligandum quadrigas oneratas, etc.* Rodolphus Tortarius lib. 5. Miracul. S. Benedicti n. 12: *Eum quem in hieme prosciderat gliscens rescindere campum, ut tam æstatis calore, quam hie-*

*mis rigore decoctus, et sementis tempore, dentata crata glebis attritis, in pulverem redactus, semine suscepto, abundantiore diebus messis suo cultori exhiberet frugem.* Charta Philippi regis Franc. ann. 1310. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 36: *Item ita esdites fermes brebiage de tiers ans en tiers an, services de seonneurs en Aoust, services de Herces et de charues, et la court, et leisage, qui sont prisiez esdites fermes 40. sols.*

† **HERCIS**, Eadem notione. Chartularium SS. Trinitatis Cadomens. fol. 46. vº: *Hedricus xxx. den. et præter hæc hostia et Herces quæ pluris facio.* Et fol. 48: *Godricus Mol. 40. denar. et unam Hercem et 4. gallinas.*

\* Eodem nomine nuncupatur *corvatæ* species, qua vassalli tenentur domino rum terras occare. Charta Phil. Pulc. ann. 1306. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 494. vº. col. 2: *Duas Hercias, unam ad tremesium et aliam ad yvernagium.* Alia ann. 1308. ibid. fol. 338. vº. col. 1: *Devechief huit corvées de Hercier à un cheval.*

**HERCEARE**, **HERCIARE**, *Occare, Hercer*. Concilium Rotomagense ann. 1036. apud Ordericum Vital. lib. 9. pag. 271: *Equi arantes, et homines carrucas ducentes, et Herceatores, et equi, de quibus Herceant... perpetua sint in pace.* [Chartular. SS. Trinitat. Cadom. fol. 48: *Et (debet) Herceare eas cum equo suo, et in quadram unam acram et Herceare eam.*] W. Thorn ann. 1364: *Herciare, sarculare, metere, etc.* Consuetudinarius Monasterii de Bello in Anglia: *Et debet invenire unum hominem cum uno equo ad Herciandum qualibet septimana ad unum diem ad utrumque semen hiemale et quadragesimale, dum aliquid fuerit ad Herciandum de terra domini, etc.*

† **HERCER**, **HERCHARE**, Eadem notione. Charta ann. 1181. ex Archivo Eccles. Dolensis: *Vidit Baldricum Archiepiscopum sedentem super campum et facientem terram arari et Hercer cum suo palefrido.* Polyptychus Fiscamensis ann. 1235: *Et debet dimidium acram aratare ad hiemalia et dimidium acram ad tremes, et serere et Herchare de blado domini Abbatis.*

† **HERCHATURA**, *Occatio*, Gall. *Hesage*. Chartularium SS. Trinitatis Cadom.: *Omnes isti faciunt precarias bis in anno de aratura et Herchatura, et vadunt ad fena.*

2. **HERCIA**, *Candelabrum* Ecclesiasticum in modum *occe*, seu trigoni, confectum, nostris *Herce*. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MS. cap. 77: *Patia super altare non ponuntur, et Hercia non illuminatur.* Charta Odonis Episcopi Parisiens. ann. 1198: *Luminaria Herciarum.* Apud Will. Thorn pag. 2152: *In primis pauperibus die sepulturæ, et die mensis, et pro corpore ficto, cum Hersia. Ubi corpus fictum, est tumba cenotaphii, seu cenotaphium ipsum: Hersia vero, candelabrum in Herciæ modum confectum, luminibus variis instructum, quod ad cenotaphii caput erigi solet. [Id aperte docet Testamentum Richardi II. Regis Angliæ apud Rymer. tom. 8. pag. 75: *Cujus quidem sepulturæ seu funeris nostri exequias more regio volumus celebrari; ita quod pro prædictis exequiis, IV. Herciæ excellentiæ convenientes regali, pro eodem funere nostro honestius exequendo, in locis subscriptis, per executores nostros præparentur.*] Errat ergo Somnerus qui *Hersiam* hoc loco ipsum cenotaphium intelligi vult, quod Angli a *Hearse* vocant, ab ipsa *Hercia* i. partem pro toto. Nam quod a Saxonico vo-*

\* ffigye herceare etc.

cis etymon accersit, nihili, opinor, est. Vide Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 332.

\* Obituar. Ms. eccl. Camerac. fol. 6. v<sup>o</sup>: *Ornantur luminari quinque Herciæ sine coronæ, prout fit in aliis solemnitatibus B. Virginis.*

† HERCHIA, Eadem notione. Spicileg. Fontanell. MS. pag. 394: *Feria quinta Parasceve et feria sexta et sabbato Herchia debet esse ad dextrum cornu magni altaris, et ibi debent esse 26. cerei illuminati ad matutinas, et inde extingui a famulo sacriste unus post alium ad quemlibet psalmum et lectionem, videlicet sex in 1. Noct. sex in 2. et sex in 3. Statuta antiqua Capituli Senon.: Item in utroque festo S. Stephani debet centum cereos pro una Herchia. Ordinarium Lexoviense MS.: In prima nocte Tenebrarum et duabus sequentibus accenditur luminare sicut in festo novem lectionum et ultra habentur viginti quinque cerei in Herchia super altare majus.*

† HERCIUM, in Testamento Johannis de Nevill ann. 1386. apud Madox Formul. Anglic. pag. 429: *Volo quod XXIV. torches et v. tapers, quolibet taper pondere X. librarum, præparentur pro sepultura mea, absque ullo alio Hercio.*

† HERTIUM, apud Bernardum part. 2. Ord. Cluniac. cap. 25: *Tria pallia super altare non ponuntur, et Hercia non illuminantur.*

ERZA, Eadem notione. Statuta Cluniacensis S. Petri Venerab. Abbatis Cluniac. cap. 52: *In reliquis vero festiuitatibus quibus accendi solebat machina illa ferrea, quæ vulgo Erza vocatur, pro illa lampadibus vitreis illustretur.*

HEIA, videtur simili perinde significatu sumi, (nisi hercia legendum sit) in Synodo Exoniensi ann. 1287. cap. 12: *Vas ad aquam benedictum, Heia ad Tenebras, candelabrum Paschale, etc.*

† HERCICITUS, διαίσεις ὑπαρχόντων, Divisio hæreditatum. Suppl. Antiquarii. [\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. Germ. Cod. Herciscitus. Vox Jurisconsultorum. Heraldus lib. 1. cap. 11. *Hercitus citus*, legendum censebat. Reg. Cod. διαίσεις, Divisio hæresis, forte hæreditatis. Vide Cujac. ad tit. Cod. Famil. ercisc. et Salmas. ad Plin. p. 1272.]

† HERCITÆ, Servorum genus, qui in agris versabantur apud Veteres. Vide Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib. 3. cap. 25.

HERCIUS. Cæsar. l. 3. Belli Civil.: *Erat objectus portis Eritius*. Infra: *Excisioque Eritio*. Ubi *Hercius*, et *Hercio*, legendum contendit Robertus Constantinus in Supplemento Linguae Latinae, ut fuerit ἑρκίων, vel ἑρκος, ut nos vulgo *Herce*, septium, quod portis objicitur, ut καταβάκτης, sive ἐπιβάκτη θύρα, porta cataracta, sive pendula ac recidens Livio, quia forte herpicis in formam confecta.

\* Interdum et pro quocumque repagulo, quo locus aliquis occluditur ac munitur. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 300. col. 2: *Qui (captivus) septium et Herciorum hirsuta transcendens acumina, fossarum profunditates et abyssos... transiliens, etc.* Vide infra *Hericia*.

† HERCTUM, Vox antiqua, hæreditatem, patrimonium, bona, denotans, ab *Hercio* quod et *fortium* et *horctum* et *erctum*, pro bono. Unde formula, *Hercto non cito*, apud vett. JC. de cohæredibus, qui hæreditatem inter se non ciebant, id est, non dividebant. Hæc ex Hofmanno.

† HERCULANUS, Eunuchus. Vetus Gl.

Sangerm. Isidorus: *Herculaneus*. Ubi Grævius: *Vulcanius, Eunicus, Εὐνικός*.

† HERD. Vide *Hird*.

\* HERDA, Germ. et Gall. *Herde*, Grex. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 346: *Comme le sergens eust prise en certain blé... la proie, que l'en appelle la Herde des vaches de la ville de Waucayeu, en laquelle proie le suppliant en avoit aucunes.*

HERDAMENTUM, Possessio, Hæreditas, in Chartis Hispanicis, quasi *Hæreditamentum*. Vide Anton. Brandaon. lib. 15. Monarch. Lusitan. cap. 36.

\* Acad. Hispan. in Dict. *Heredamiento*, y assi se llamaban tambien aquellas tierras que los reyes concedian a los nobles que les servian en las conquistas y recuperacion de Espana de los Moros. Charta ann. 1294. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 108: *Contulit... insuper domos, vineas, pomeria, hortos, molendina et omnia Herdamenta quæ ibi habebat.*

† HERDICUS, Dominicus, a German. *Herr*, dominus. Charta Biblioth. Cottonianæ quæ sic incipit: *Anno Herdice Incarnationis 956. indictione 14.*

HERDOCHO. Vide *Heriotum*.

HEREBANNUM, HERIBANNUM, ARRI-BANNUM, Submonitio ad exercitum: ex *Heer*, exercitus, et *bannum*, citatio, submonitio, indictio. Glossar. Ælfrici: *Exercitus*, *Here*. *Bannum* vero vox notissima, pro quavis citatione. Ita Guilimannus lib. 2. de Reb. Helvetior. pag. 241. et alii passim. [\* Confer. Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 65. et 59. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 295. Eichhorn. Histor. Jur. Germ. § 166.] Vide *Bannire* in *Bannum*, *Hostis*, *Submonitio*. Maxime vero vox

HEREBANNUM, usurpata pro mulcta, quæ in exercitum pergere, post *bannum* et *submonitionem*, contententi indicabatur; de qua sic Gregorius Turon. lib. 5. cap. 26: *Post hæc Chilpericus Rex de pauperibus et junioribus Ecclesiæ vel Basilicæ jussit bannos exigere, pro eo quod in exercitum non ambulassent*. Lib. 7. cap. 42: *Post hæc edictum a iudicibus datum est, ut qui in hac expeditione tardi fuerant, damnarentur*. Capitul. 2. anno 810. cap. 11: *De Heribanno exigendo*. [Charta Ludovici II. Reg. Franc. ann. 878. apud D. Calmetum tom. 1. Hist. Lotharing. col. 315: *Ut nullus judez, vel quislibet... Heribannum exigere aut exactare præsumant*.]

Ea vero mulcta erat 60. solidorum, secundum Legem Francorum, dicebaturque, *plenum Heribannum*: quomodo *plenum bannum* vocat Capitul. 2. ann. 812. cap. 9. et alia Capitularia Caroli M. et Calvi, quod alias *Bannum Dominicum*, et *Bannum Regis* appellari, totidemque esse solidorum, suo loco docuimus. Lex Longob. lib. 1. tit. 14. § 13. [\* Carol. M. 35.] et Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 67: *Quicumque liber homo in hoste bannitus fuerit, et venire contempserit, plenum Heribannum componat, secundum Legem Francorum, id est, 60. sol. solvat*. Quod etiam obtinuit sub tertia Regum stirpe. Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 59: *Et se nus de ceus, qui sont semons, ne venoient, et l'en le pavoit savoir, il en pateroit 60. sols de gages*. Ejusmodi mulctarum mentio est præterea in Usaticis Barcinonensibus MSS. cap. 28: *Qui fallerit hostes vel cavalcadas seniori suo, cui eas facere debuerit, emendet illi eas in duplo*. Et in Regesto Feodorum Campaniæ fol. 97: *Guido de Vilers fecit emendam Domino*

*Comiti de hoc, quod non fuit in chevacheta contra Metenses.*

Qui porro pro ejusmodi contemptu, *Heribanni* mulctæ obnoxii erant, si non habebant, unde solverent, *wadia* dare tenebantur, seu *heribannum rewadiare*, uti habent Capitul. lib. 4. cap. 70: *Ut Vassi nostri et Vassi Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, et Comitum, qui anno præsentis in hoste non fuerunt, Heribannum rewadiant*. Eodem lib. addit. 2. cap. 28. al. 29. Capit. 1. ann. 812. cap. 2. 9. et Capitul. 1. ann. 810. cap. 11: *De Heribanno, ut diligenter inquirent Missi nostri, qui hostem facere potuit, et non fecit, ut bannum nostrum ipse componat, si habet, unde componere possit. Et si tantum non habuerit, unde componere valeat, rewadiatum fiat et imbrevialum: et nihil ex hoc exactum fiat, usque dum ad notitiam Domini imperatoris veniat*. Quod si denique nec pecuniam, nec *wadia* dare possent, tum ipsimet per modum *wadii* in servitium Principis transibant. Lex Longob. et Capitula Caroli M. locis laudatis: *Si non habuerit, unde illam summam persolvat, semetipsum per wadium in servitio Principis tradat, donec per tempora ipsum bannum ab eo fiat persolutum, et tunc iterum ad statum suæ libertatis revertatur. Et si ille homo, qui propter Heribannum in servitio se tradiderit, et in servitio illo defunctus fuerit, hæredes ejus hæreditatem, quæ ad illos pertinet, non perdant, nec de libertate, nec de ipso Heribano obnoxii fiant*. Adde cap. seq. Sed et si *Senior* vel *Comes* quempiam ab *hoste* inconsulto Principe domum dimississet, ipsi pro eo *Heribannum* persolvere tenebantur, ex Capit. Caroli M. lib. 4. Append. 2. cap. 35. [\* 36.]

Interdum *Heribannum* non plenarie exigebatur, pro modo facultatum, ne subditi gravius ejusmodi exactionibus ad inopiam redigerentur. Idque *legitimum Heribannum* appellabant: ita ut ab eo, qui libras 6. in auro, argento, armis, et pecuniis, haberet, 3. libræ: ab eo qui tres libras, 80. solidi, ab eo qui lib. 2. solidi 30. ab eo denique, qui libram 1. solidi 5. exigerentur, ut est in Additione S. Caroli M. ad Legem Saliicam cap. 12. in Lege Longob. lib. 3. tit. 6. § 1. [\* Carol. M. 23.] et in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 14. Vide Capitul. 3. ann. 811. cap. 6.

\* Submonitio etiam ad *corveias*; unde pro operis, quas vassalli domino debent aut earumdem redemptione, ea vox usurpatur, nostris etiam *Herban*. Charta ann. 1406: *Quod eo casu dictus Joannes Du Bois et sui hæredes debebunt et tenebuntur persolvere prædictis assensatoribus, nomine et causa præmissorum superiorum confrontatorum, tam Arbanna brachialia sive ad brachia, etc.* Alia Will. comit. Tornod. ann. 1101. ex Tabul. Molism.: *Quamdam consuetudinem, quam habebat in vineis eorum de Troncheio, et quod nos vulgariter Herban dicimus, Molismensi ecclesiæ remisit, ministris suis interdicens ne ulterius de vineis monachorum Herban acciperent*.

*Heribannum* non exigebatur, nisi præcessisset jussio dominica, ex iisdem Capitul. lib. 4. cap. 72. cujus quidem pars tertia ad Comitem spectabat: ita tamen ut ei *heribannum* exigere non liceret: sed Misso dominico, a quo suam tertiam partem percipiebat, ex iisdem Capitul. lib. 3. cap. 68. ubi *Heribannum* in terris neque in mancipiis exactari, id est, persolvi, vetatur: sed in auro et argento, armis, palliis, et animalibus,

sive talibus speciebus, quæ ad utilitatem pertinent, pensabat. Adde Capitulare 3. ann. 811. cap. 6. Capitulare 1. ann. 812. cap. 2.

Postmodum gravissimis Normannorum ingruentibus bellis ac incursionibus, indicta a Carolo Calvo, ad exsolvendum, de quo convenerat, iis tributum, vectigalia, et collectæ, a quibus ne ipsi quidem eximebantur Presbyteri : *Et Herbanni ab omnibus Francis accipiuntur*, ut est in Chronico de Normann. gest. ann. 869. et in Annalib. Francor. Bertinianis ann. 866. Exactum porro pro modo prædiorum : ita ut pro manso ingenui vel servili denarius persolveretur. Atque hinc colligitur, quid velit Charta 90. inter Alamannicas Goldasti : *Dicit... negare, quod nihil ibi habuisset proprietatis, pro quo Heribannum reddere debuisset, nisi res S. Galli, quas pater suus illuc ad prædictum Monasterium traderat.* Et infra : *Adhuc etiam ipsum Odalhartum... audissent enarrantem, quod proprium non habuisset, et ideo Heribannum dare non debuisset.* Sed et inde percipitur, cur in Imperatorum aliquot privilegiis pro Ecclesia Mindensi, post Chronicon Mindense descriptis, pag. 735. 737. 740. *Bannum sive Heribannum* ab illius possessionibus et agris exigere prohibeantur Judices publici. Huc etiam forte respexit Browerus lib. 8. Annal. Trevir. pag. 478. 1. Edit. qui *Heribannum tributum, quod Legatus cogebat, sive agrarium illud esset, sive pasuum, sive ex vitibus peculiove collectum*, interpretatur, ex Casarii Abbatis Prumiensis Gloss. inedito.

Ab heribanni pensatione eximebantur, qui ab *hoste*, seu exercitu immunes erant : verbi gratia senes, ut in Formulæ vett. Bignonii, for. 31. aut qui propter necessarias causas ac legitimas domi residere cogebantur, de quibus in Capitulis Caroli M. lib. 4. cap. 70. vel si alicubi a Principe missi essent, verbi gratia ad custodiam maritimam, ut apud Eginhardum Epist. 22. vel si in civitatum ac pontium vel transituum operis, vel in *Marcharum wachtis*, aut ejusmodi occupati essent, ut in Capitul. Caroli C. tit. 31. cap. 27. Vide *Hostis*.

HARIBANNUM, pro *Heribannum*, in Capitul. 4. Caroli M. incerti anni cap. 13. [et in Charta Ludovici Pii Imp. in Hist. Alsatiæ pag. 15. inter Instr. col. 1 : *Nulla deinceps hominum persona destruere vel inquietare, atque ulla fræda, Haribanna... requirat vel extorqueat.*]

HAREBANNUS. Theodor. IV. Franc. Reg. chart. ann. 727. pro Murbacensi cœnobio, in Alsat. Diplom. num. 8 : *Et quicquid tam de ingenuis quam de servientibus, super territuris ipsius monasterii omni commanentibus, fisco de fredo aut Harebannus unde poterat sperare ad luminaribus vel stipendiis superscriptis famulis Dei, etc.*

ARRIBANNUM, in Formulæ veteribus Bignonianis form. 31.

ERBANNUM, [vel *Erband*], ut legunt Editores novæ Gall. Christ. tom. 2. col. 46.] Charta Emenonis Principis seu Domini Auxeliuduni (*Issoudun*) ann. 30. H. Lotarii, (Chr. 984.) *Ut nemo illorum pergat ad pugnâ, quæ alio nomine vulgariter vocatur Erbandum, neque botagium vini alicui reddat, etc.*

HERIBANNATOR, Qui *Heribannum* colligit. Capitul. 3. ann. 808. cap. 5. et Capitularia Caroli M. lib. 3. cap. 35 : *Ut illi, qui heribannum solvere debent, coniectum faciant ad Heribannatorem.* Adde

Capitulare 5. ejusd. Caroli ann. 808. cap. 17. Idem qui *Evactor heribanni*, apud Eginhardum Epist. 17 : *Sibi curæ esse, sequè providere, ut cum exactore Heribanni, si venerit, et eum compellaverit, sine vestro labore se pacificet.* Vide *Retrobannus*.

Ab eodem fonte deductæ voces *Arbannum*, *Hairbannum*, et *Albannum*, quæ ut plurimum usurpatæ leguntur pro quibusvis præstationibus vel operis.

ARBANNUM, in Charta Ludovici Philippi Regis filii Regis Francor. ex Tabulario N. D. de Campis Paris. : *Ego Ludovicus Philippi Regis filius, Dei gratia Franc. Rex. Notum... quod Bartholomæo de Fulgoso furnum, quod Parisiis habebat, tanta libertate possidendum et habendum concessimus huic prædicti furni ab omni consuetudine, videlicet talliæ, seu equitatione, seu Arbanno, (al. albanno) seu exemptione nostri Præpositi liber remaneat. Huic dono interfuerunt Comes Radulfus, Stephanus Cancellarius, Stephanus Dapifer, Hugo de Rua nova, Ervinus Aurelianus, in Palatio publice, prima Dominica post Natale, regnante Ludovico, 4. ann. Dat. per manum Dom. Stephani Cancellarii.* Ubi *Arbannum* videtur esse idem quod *Heribannum*.

Verum aliud sonat in Tabulario Absiensis : *Guillelmus de Cantamerula et fratres sui... (dederunt) quarteria 7. blavii, quæ habebant de Arbanno in terris de Pelloella, et in terra de Chamillardis, et gallinas, et quælibet ad illud Arbannum pertinentia, etc.* Habetur in Hist. des Chastaigniers pag. 4. Idem Tabular. fol. 71 : *Arbannum et alias omnes consuetudines quas proprio jure habebat in terris, quæ circa frostos sunt, etc.*

ARBANAGIUM, in Charta ann. 1299 : *Eorum quilibet debebant et eis reddere tenebantur Arbanagium, scil. unam diem ad reparandum castrum, muros, etc.*

AIRBANNUM, Idem quod *Arbannum*, in veteri Notitia Tabularii San-Benigniani Divion. apud Perardum in Burgundicis pag. 161 : *Facient ancingas, et corvadas, et sovincta, et Airbannum, solidos 2. et denarios 8. etc.*

HAIRBANNUM. Polyptychus Floriacensis : *Habet ibi 2. mansas absos. Solvunt vestiti mansi Hairbannum pro duobus bovibus sol. 20. pro homine redinendo de hoste s. 3. verveces 4. etc.* Quid autem proprie sit *Arbannum*, et *Airbannum*, hisce allatis locis, docet Consuetudo Marchensis art. 136 : *Tout homme tenant servement son heritage, ou mortaillement, doit faire par chacune semaine à son seigneur le ban, ou Arban, c'est à dire, une corvée à bras du mestier qu'il scait faire : et s'il fait Arban avec deux boeufs, il en vaut deux, etc.* Adde art. 137. 143. 146. 166. 167. 168. 429. 430. et Consuetudo local. castr. Meliandi tit. 5. art. 24. 25. etc. In Consuetud. locali Castelli novi in Biturig. art. 4. *Bian et Arban idem esse dicuntur.* Libertates oppidi de *Vesdun* in Biturigib. ann. 1275. apud Thomasserium : *Je quite tout Arban aux hommes et aux femmes de ladite franchise, fors que tant je retien mon charoi entierement au besogne de mon chastel et de mes maisons de Vesdun, et de vins et de foins tant seulement, et je ne les puis forcer de nul Arban ne de charroy aller fors la paroche de Vesdun par nesun besoin.* Adde eumd. Thomasserium cap. 76. Est igitur *Arbannum* opera, quam quis tenens domino præstat : vox conficta ex *Heribannum*. Perperam vero hæc vox *Arban*, in *Her-*

*bann*, et *Arbann*, commutata in Consuetudine Pictavensi art. 103.

HERBANNUM, Eadem notione. Charta Ludovici VII. Regis Franc. circa ann. 1160. e Chartul. Monast. Montis Martyrum : *Homnibus qui in nemore quod Telfolium dicitur hospitari volunt apertum terræ... tali ratione ad eos hospitandos concedimus... ut neque Herbannum neque talliatam, etc.*

Haud scio an inde *Harrebanne* appellatur scortum, quod ad vitium submoneat vel invitet. Lit. remiss. ann. 1411. iu Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 229 : *Lequel Jaquemart dist à icellui sergent qu'il n'eust pas oté ledit baston à une mauvaize Harrebanne.* Verum non aliunde repetenda vox *Herebut*, cujus vim explicant Literæ remiss. ann. 1393. ex Reg. 144. ch. 301 : *Lesquelz compaignons de Trappes commencerent à trayner un esteuf au bout d'un baston parmi ladite feste en disant et criant : Herebut, Herebut ; qui est à dire, qui vult jouer à la paume.*

HEREBERGA, HERBERGUM, HERIBERGUM, HERIBERGARE, etc. Voces unius ejusdemque originis, tametsi non omnino ejusdem significationis. Vide *Alberga*.

HEREBERGA, in Gl. Theotisco Lipsii, *Castra. Heribergo, castrorum.* Nos, inquit Lipsius, pro omni diversorio ; sed illud proprie et primo. [Hinc pro castrensi tabernaculo, seu tentorio accipit Guillelmus Abbas in Præfat. ad Cant. Cant. ubi *Sicut tabernacula Cedar vertit, sicut Heriberga Cedar.* Nostrum *Herberge* eadem notione usurpatum. Le Roman de la guerre de Troyes MS. :

Quant des nez sont les gens issues,  
Et les Herberges ont tendues, etc.

Ibidem :

Vers les Herberges vet grant pas,  
Quant il vint Vespres fu bas.  
Au pavillon dou tref solis, etc.]

Sommerus in Glossar. Saxon : *Herberga, Statio, mansio.* [Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 175. voce *Heriberga*, et tom. 4. col. 983. voce *Hari*.]

[Vide] Inde est quod *Herbergeriam* facere dicuntur qui ad ministerium sive officium suum stant in Palatiis Regum.] Liber niger Scaccarii Anglici f. 30 : *Quatuor Marescalli, qui serviunt familiæ Regis, tam Clerici, Militibus quam Ministris, die, qua faciunt Herbergeriam, vel extra Curiam morantur in negotio Regis, 8. den. in die, galonem vini, etc.*

HERIBERGUM, Domicilium, ædes, mansio, domus. Edictum Pistense Caroli Calvi cap. 37 : *Et quoniam... Heribergum nostrum, quod præterito anno hic fieri jussimus, homines de illa parte Sequanæ in istas partes venientes... destruxerunt, etc.* Mox : *Et nunc illud Heribergum non sine labore et dispendio fidelium nostrorum fieri fecimus, volumus... ut sicut nec in nostro palatio, ita nec in isto Heribergo aliquis alius sine nostra jussione manere præsumat, nec illud aliquis destruat.* Ex quibus satis patet, hoc loco *Heribergum*, non esse jus mansionatici, quod vult vir doctus.

HARBERGAMENTUM, Eodem significato. Charta ann. 1244. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. : *Quidquid juris habere se dicebant in nostro territorio de Riost quod dicitur ortus Regis, et domibus et Harbergamentis intus contentis.*

HEBERGAGIUM. Charta Bartholomæi

Abb. Floriac. ann. circiter 1220: *Concessimus... totum Herbergagium suum sicut se comportat cum propriis sua scilicet cum virgulto et fossatis.* Charta Hervei domini Virsionensis ann. 1269. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 94: *Omnes quidem homines mei et feminæ meæ in castellum vel intra banleucam manentes, pro unoquoque suo Herbergagio, dabunt mihi singulis annis quinque solidos monetæ currentis per terram, et pro una quoque domo quam præter Herbergagia sua habebunt, similiter quinque solidos.* Ubi Herbergagium a domo distinguitur, ita tamen ut illud pro rustica domo vel rudiori aliquo ædificio accipi videatur; hæc vero pro æde sita intra urbis mœnia, vel villæ septum, atque adeo elegantiori. Qua quidem notione ut plurimum intelligendam hanc vocem censeo: quod ex subjunctis iterum manifestius fiet.

† HERBERGAGIUM. Codex Legum Norman. cap. 27. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 214: *Capitale Herbergagium primogenito remanebit.* Index MS. Beneficiorum Eccles. et dioc. Constant. fol. 17: *Petrus Bourque undecim solidos homagii pro Herbergagis suis et participum suorum sicut in vico elemosine presbyteri.* Ibidem sæpius occurrit, nec non et in Chartular. S. Fromondi.

† HERBERGACHIUM. Charta Philippi Augusti pro Monast. Compend. ann. 1201. ex Tabular. ejusdem loci: *Burgenses vel Communia in platea illa neque stalla, neque halas, neque Herbergachium, quæ in posterum ibi possint remanere, nisi illa quæ ibidem modo constructa sunt, aliquo modo ædificabunt.* Rursum occurrit in alia Charta ejusd. anni ex eod. Tabul.

† HERBERGAGIUM, Eadem notione [Charta S. Ludovici Reg. Franc. ann. 1225. in Chartul. Domus Dei Pontisar.: *Ita quod in dictis pratis non potest facere villam, sed in eis potest facere domum ad Herbergagium suum.*] Regestum Feodorum Campaniæ fol. 79: *Richerus de Rilli recepit de Comitissa terram suam arabilem, et Herbergagium, et 4. arpenta vineæ.* Fol. 108: *Joannes de Grangia est homo ligus de 40. arpentis terræ, quæ tenet ante domum suam, et de dimidio Herbergagio.* Regestum Normanici signatum P. in Camera Comput. Paris. fol. 19: *Inquisitiones costumarum de Andeliaco... Jurati dixerunt, quod D. Rogerus Torel habet in prædicta foresta per liberationem Vicecomitis, qualiscumque sit, suum Herbergagium ad virgam de pleno pugno ad terram, etc.* Charta ann. 1228. apud Huhertum in Hist. Eccl. S. Añiani pag. 112: *Dotalitium suum... in Majoria et pertinentibus ad Majoriam, terra, Herbergagiis, et aliis... quitavit.* [Charta Theobaldi Blesensis Comititis ann. 1215. ex Tabul. Calensi pag. 170: *Dedi et siquidem mererem in foresta mea de Hez capiendum... ad Herbergagium suum si ipse in feodo isto fecerit Herbergagium.* Tabularium B. M. de Bono-nuntio Rotomag.: *Henricus Dei Grat. Rex Angliæ, Dux Norman. et Aquit. et Comes Andegav... sciat me concessisse et præsentem cartam confirmasse Abbati et Monachis de Becco ut accipiant in forestis meis de Roverato et de Bordea quæ necessaria sunt ad Herbergagia sua de Kivillico et de Marrethot faciendâ, et cum opus fuerit reficiendâ.* Occurrit præterea in Chartulario Monast. Aquicinctensis pag. 15. et in Charta ann. 1200.] *Herbergagium*, in Charta Ludovici Comititis Blesensis in Probat. Histor. Blesens.

pag. 27. Willelmus Guiart sub ann. 1301:

Metent à mort ès Herberjages  
Chevaliers, Escuiers, et Pages.

Ita in Charta Philippi Pulcri ann. 1309. in ejus Regesto sign. 9. Ch. 1. ex Tabulario Regio. Robertus de Bourron in Hist. MS. Arthuri et Merlini: *Il est ja tart, que se vous partiés orendroit de chi, vous ne pourriés hui mais venir à Herbergage de nulle heure.* Et alibi: *Car sans grant gent ne fu onques si riches Herbergages, come chis est.*

† HERBERGAGIUM, Charta Ludovici Comititis Blesens. ann. 1200. ex Chartul. B. Magdalenæ de Castro duno f. 75: *Dedit Abbatie Elemosine Cisterciensi Herbergagium quoddam quod habebat ante Abbatiam Castridunensem.*

† HERBERGARIUM. Charta Ludovici VII. Regis Franc. ann. 1160. ex Chartulario Monast. Montis-martyrum: *Insulper ipsum conquestum... et Herbergarium quod in conquestu fecerat mea libertate.*

† HERBERGIUM, in Charta Blanchæ Comitissæ Trecentis ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 828: *Comes ejusdem villæ etiam habebit duo arpenta terræ in eadem villa ab omni exactione et tallia libera et quietâ pro Herbergio suo faciendâ.*

† HERBERGERIUM, in Charta ann. 1200.

† HERBERGAMENTUM. Charta ann. 1276. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 799: *Vendidi et concessi et penitus dimisi in fine perpetuo... quoddam Herbergamentum integre sicut se præportat in longum et in latum, quod habebam in parrochia S. Vandregesilli, situm intra masurem, etc.* Charta Philippi V. Regis Franc. ann. 1318. pro Canonicis S. Capellæ Paris: *Decem libras Paris. deputavimus... in Herbergamento, hortis, etc.*

† HERBERGAMENTUM. Charta ann. 1221. ex Archivo S. Nicolai Andegav.: *Ragin. Johanne dedit Abbatie S. Nicolai Herbergamentum in quo ipse manebat, situm in burgo de Coiron.* Charta ann. 1291. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 727: *Quod dictus Johannes de Soliaco habuit et habere debuit ratione suæ primogenituræ melius Herbergamentum, meliorem feudum.* Occurrit iterum in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 14. et 82. in Charta Ludovici Comititis Blesens. ann. 1192. et in alia ann. 1283. in Chartulario S. Vandreg. tom. 2. pag. 1454.

† HERBERGEMENTUM. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 51: *Et ipsi Monachi de Herbergemento de Souday tam de parte illa quæ est in cimiterio, quam de parte quæ extra est, nullam debent dicto Galterio vel suis hæredibus redibitionem.*

† HERBERGIAMENTUM. Idem Chartul. Cenom. fol. 8: *Concessimus eis etiam quandam terram in eadem villa cum virgulto et Herbergamento.*

† HERBERGIUM. Charta ann. 1197. ex Schedis D. Lancelot: *Pro unaquoque domo quam præter Herbergagium habebit, tres solidos similiter persolvet. Si autem Herbergagium divisum fuerit, quot domus ex eo facte fuerint, pro unaquoque domo tres solidos persolvent.* Literæ A. Episc. Meldens. ann. 1204. ex Tabul. Calensi pag. 81: *Noverint universi quod E. Kalensis Abbatissa totusque ejusdem ecclesiæ Conventus quoddam Herbergagium quod habere solebant contiguum ecclesiæ de Mintri, totum integre sicut illi*

*possidebant, videlicet quidquid ædificatum vel non ædificatum infra claustrum prædicti Herbergagii continebatur Fulconi presbytero de Mintri possidendum concesserunt.*

† HARBERGARIA et HARBERGIA, Jus gisti ac procuratoris, seu divertendi in domum vassalli et in ea hospitandi: vel præstatio quæ pro redemptione ejusmodi procuratoris domino exsolvitur. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1171. tom. 4. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 91: *Habeo enim ex consuetudinario jure in Potestatibus præfatæ ecclesiæ Harbergarias, videlicet Belignico, Saxiaco, Marchistolo, pro quarum Harbergiarum redemptione quandoque nummos accipi feceram; quod nec juris mei esse cognovi, nec antecessores mei usque ad tempus meum fecerant. Hanc siquidem Harbergiarum redemptionem, ex toto dimisi, et ne deinceps fiat omnino prohibeo. Harbergariam vero quam homines et clientes mei in villa Bieric et villulis et appendicibus ultra montes accipiebant in equis, in canibus, in hominibus, in omnibus quibus Harbergaria fieri potest, omnino dimisi... ut non licet nec mihi nec alicui successorum meorum, nec hominibus nec clientibus nostris pro Harbergaria quicquam ab hominibus extorquere vel accipere.* [\*\* Halbergaria in chart. ann. 1297. apud Neugart. in Alem. Diplom. tom. 2. pag. 346. num. 1056.] Vide Albergâ.

† HERBERGERIA, Eadem notione. Chartularium S. Vandreg. tom. 2. pag. 2097: *Et totam Herbergariam de Villeta cum mota sua... et omnes consuetudines silvarum tam ad arduendum quam ad ædificandum.*

† HERBERGIUM, Eodem significato. Literæ Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1408. apud Rymer. tom. 8. pag. 324: *Moram ex causis præmissis ibidem traxerit pro liberata sua ac Herbergagio servientium et equorum suorum secum ibidem venientium providere.* Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 228: *Adelesis soror ejus germana donavit nobis post mortem suam in manu ipsius Abbatis totam terram suam de Bigotera, prata et Herbergagium.*

† HERBERGIUM, Eadem notione. Charta anni 1187. ex Archivo Majoris Monast.: *Decem solidos annuatim, vel unam pelliciam, duo Herbergia unoquoque anno, unumquoque cum quinque militibus.*

† HERBERGAGIUM, Eadem significatione. Charta Henrici de Val ex Chartul. S. Fromondi: *Tenemur prædictam terram cum Herbergagio et homagio dicti hominis garentizare.*

HERIBERGARE, Hospitio excipere, mansionaticum præbere, vel morari in aliquo hospitio, in Capitulis Caroli M. lib. 3. cap. 68. [\*\* Herbergôn, Hospitali, ex ant. Gloss. Germ. Lat. apud Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 175.] Villharduinus n. 99: *Proia l'Empereres as Comtes et as Barons et ses fils maïsmes, que il por Dieu s'allassent Herbergier d'autre part del port. Herbreger, in Consuetud. Britan. art. 315. 606. Herbergement, pro domo, domicilio, ibidem et art. 621. Herbergement, in Consuetud. Andegav. art. 222. in Consuetud. Norman. art. 356. in Consuet. Vicecomit. Bajocensis art. 4. etc. Ubi hæc vox sumitur pro primario feudi manerio ac domicilio, quod primogenito ratione primogenituræ competit.*

† HERBERGIARE SE, Hospitali, diversari. Charta ann. 1279. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1628: *Ita tamen*



quod dicti Religiosi et eorum successores poterunt et debent descendere et Herbergiare se eundo et redeundo ad custus suos proprios... in domo quam ego faciam in masura superius annotata.

† HERBEGARE, Aliquo hospitandi causa divertere. Charta Caroli simplicis ann. 914. apud Miræum tom. 2. pag. 806: *Ut nullus Christianus, Laicus, neque Clericus præsumat... Herbegare, nec in mansiones, neque in annonas vel pratis audeat caballos suos repascere. Videtur legendum Herbergare.*

HERBERGIATA TERRA. Charta ann. 1214. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 1042: *Et si forte aliquis veniebat qui vin vel injuriam ei... faceret, ego Radulphus, vel hæres meus excambiamus ei vel suo hæredi in terra mea melius Herbergiata secundum voluntatem suam. An pro domo vel castro munitiori atque ad defensionem paratiori?*

† HERBERGIATOR, Qui hospitio exceperit. Literæ Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1403. apud Rymer. tom. 8. pag. 324: *Nolentes quod Herbergiatores hospitii nostri... herbergiare præsumant.*

† HEREBODE, Submonitio, mandatum ad exercitum, ex here, exercitus, et bode, mandatum. Fœdus Aluredi et Godvini Regum: *Nullus supersedeat outhorn, nec outhest, vel buiblotam, vel firdfare, nec Herebode, ore aut cornu. Vide Herebannum.*

HEREBURGIUS. Vide Chervioburgus.

\* HERECONIUS. DIES HERECONIA, Dies pecuniæ solvendæ. Formul. Mss. Instr. fol. 53. vº: *Cumque adveniente præfato termino, scilicet die Herconia, quæ fuit dies Kalendas Augusti, et ipse dominus P. non habuisset possibilitatem præfatum debitum persolvendi, etc.*

1. HEREDA, HEREDA, Suecis, est Provincia pars, suis terminis circumscripta. Vide Joan. Stiernhookum de Jure Sueonum vetusto pag. 29.

2. HEREDA, Mala Hereda. [\* Hereditas.] Lex Burgundion. tit. 86: *De mala Hereda: Si pater filius dimittat malam Heredam, si vivus dare voluerit, cui voluerit donet, postea ad filias suas, si ille dederit, nemo requirit.*

† HEREDARE, Hæreditatem assignare. Jacobi de Vitriaco Hist. Orient. lib. 3 apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 269: *Saphadinus habuit quindecim filios, de quibus Heredavit septem. Melealim qui prior est omnibus et major, qui tenet in hereditatem Alexandriam, etc.*

\* Stat. Montispess. Mss. ann. 1204: *Si pater habet magnum unum filium et unam filiam, quæ non sit maritata vel Heredata, et pater moritur intestatus, bona patris revertuntur filio et filia non maritata vel Heredata æquis partibus.*

† HEREDICAPA, Qui hereditatem alterius capit, apud Joannem de Janua.

† HEREDIOLUM, Possessiuncula. Gloss. Sangerm. MS. num. 501.

† HEREDIPETA. Vide Hæredipeta.

† HEREDISCINDA, Qui alterius hereditatem scindit, Johanni de Janua.

1. HEREDITAGIUM, Hæredium, prædium ex successione parentum, Gall. *Heritage*, in Constit. Neapol. lib. 3. tit. 8. 10. 15. [Vide Hæreditagium et Hereditamentum.]

† 2. HEREDITAGIUM, Possessio, proprium, bona immobilia. Charta 1177. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1012: *Primum quidem in civitate nostra Alesinæ homines tres piscatores, Rogerium Donati... et suos filios et filias cum eorum Hereditagiis. Charta ann. 1262. ex Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag.: Ven-*

*didi et concessi in perpetuum Hereditagium viris religiosi Priori et Conventui B. M. de Prato juxta Roch. tres solidos monetæ currentis. Instrum. ann. 1302. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 351: Non enim intentionis nostræ existit, quod illi qui in mobilibus et Hereditagiis valorem ducentarum librarum Turon. non habent, ad finandum cogantur. Sed quicumque centum libras in mobilibus tantum, vel ducentas libras Turon. in mobilibus et Hereditagiis habere noveritis, financiam præstari volumus, vel ad exercitum faciendum compelli. Arestum Parlamenti ann. 1322. in Chartular. Domus Dei Pontisar: *Fecerat proclamari in venditione Hereditagium dicti Militis et specialiter feudum vel partem feudi quod ipse Miles tenebat a dicto Rege Francorum. Occurrit ibi non semel; ubi et mobilia videntur opponi hereditariis.**

\* *Hérité*, eodem sensu, in Poem. de Cléomades Ms:

De defendre leur Hérîtés  
Sambloit chascuns entaléntés.

\* 3. HEREDITAGIUM, Dos alicui ecclesiæ assignata, bona quibus ipsa dotatur. Lit. ann. 1367. pro S. Capella Paris. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 2: *Ut magis pacifice ac liberius et utilius valeant (canonici) in perpetuum de eis et eorum singulis, tanquam de suo, et dictæ sacrosanctæ capellæ Hereditagio proprio... gaudere et uti, etc.*

\* 4. HEREDITAGIUM, Jus ad hæreditatem. Charta Guill. archiep. Rem. ann. 1224. ex Chartul. Campan. fol. 117. vº: *Usque dum quæstio Hereditagii fuerit terminata.*

\* HEREDITALIS, Proprius, id omne quod quis possidet. Invent. Chart. reg. ann. 1432. fol. 79. vº: *Herueus scutifer vendidit dicto Viron omne jus Hereditale, quod habebat in parrochia S. Hilarii super Rille. Vide Hereditagium 2.*

† HEREDITALITER, Jure hæreditario. Miracula S. Vincentii Madelgarii tom. 3. Julii pag. 679: *Sed quia eadem familia ex antecessoribus suis Hereditaliter sibi pervenerit, affirmat se juramento firmaturum.*

† HEREDITAMENTUM, ut Hereditagium 1. Testamentum Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1272. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 203: *Ad hæc nos Infans Petrus et Infans Jacobus non coacti ab aliquo vel circumventi, sed bono animo, et gratuita voluntate recipimus a vobis D. Rege patre nostro, hanc donationem et hoc Hereditamentum quod nobis facitis.*

† HEREDITAMENTUM MARITORUM, vel Firma dotis, Aragonensibus dicitur Donatio quæ a marito uxori fit propter nuptias, vel potius donum quod uxori maritus post primam nuptiarum noctem offerebat ob pretium virginitatis. Vide *Morganegiba*.

† 1. HEREDITARE, Jure hæreditario obtinere. Codicillis Henrici Comitiss apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1171: *Ego lego Berardo, omnes bestias quas habet... et puer Hereditet illum (mulum) et semper teneat pro socio. Vide Hæreditare 1.*

† 2. HEREDITARE, In possessionem rei alicujus mittere, Investire. Testamentum Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1272. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 247: *Qui postquam eos ibi Hereditaveramus, jurarent nos defendere ipsum regnum Valenciz contra Sarracenos. Vide Hæreditare 3.*

† 3. HEREDITARE, Exhæredare, privare. Instrum. ann. 1385. ex Codice MS.:

*Domini Regina et Rex, ac Comites, aut aliquis ipsorum nunquam faciant pacem... cum illo nephandissimo... qui tam injuste, et inique, ac violenter captivavit et Hæreditavit, et spoliavit... Regnam Joannam regno Neapolitano. Sed pro et Hereditavit leg. Echereditavit.*

† 4. HEREDITARE, Eradicare, evellere. Gall. *Arracher*. Charta Henrici domini de Soliaco ann. 1301. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 123: *Si quis accusatus fuerit de parturalli, turrelli, vel platea aratra, vel meta Hereditata seu admota. Legendum Heradicata.*

† HEREDITARIA, Hæres, cui hæreditas de jure competit, Gall. *Heritiere*. Charta ann. 1396. ex Archivo Camerac. Eccl. inter Schedas D. Lancelot: *Præfatus baillivus Camerac. sicut suo incumbabat officio requisivit... ut ipsa D. Maria de Pareria de Rumilliaco et terra S. Sulpicii... ad ipsam jure hereditario pertinentibus, tanquam Hereditaria, et ipse D. de Ambasio ejus maritus tanquam ballus... ipsi homagia et debita juramenta facerent et præstarent adhibitis solemnibus consuetis. Iretaine, eadem notione in veteri Epitaphio apud Miræum tom. 2. pag. 1173: *Ici gist li drocte Iretaine: Castelene de Sanson, qui fut de lignage li Roy de Jerusalem: pols por l'asme, que Deus console.**

† HEREDITARIUM, Hæreditas, ac præcipue bona immobilia. Compendium Jurium et Consuet. Universitatis Paris. per Robertum Houlet fol. 10. verso: *Quinque capellanie vulgo nuncupate de Savoisi perpetuo fundate quelibet 20. librarum Paris... singulis annis percipiendarum super terras, dominia et omnia Hereditaria que fuerunt D. Karoli de Savoisi.*

\* HEREDITARIUS, Hæres. Charta ann. 24. Lothar. imper. ex Chartul. S. Petri Carnot.: *Proposui in cordis mei secretario, quatinus de prædiorum possessionibus, Hereditariam facerem sanctam Dei Ecclesiam. Vide Hereditaria.*

\* HEREDITER, Perpetuo. Charta ann. 1256. in Chartul. S. Corneli. Compend. fol. 138. vº. col. 1: *Egidius de Faveroles et Ysabella ejus uxor recognoverunt se Herediter vendidisse abbati et conventui S. Corneli de Compendio triginta et octo minas terræ. Vide supra Hæreditabiliter.*

† HEREDIUM, Idem quod Hereditarium. Joan. de Janua: *Heradium, Prædium, hereditas. Vita S. Macarii Antiocheni tom. 1. Aprilis pag. 890: Heradium successione... tribus in eodem cænobio reliquerat Abbatibus. Corollarium Norbertinum tom. 1. Junii pag. 964: Qui fraterna devotione provocatus, Heredium suum cænobio quoque obtulit. Occurrit præerea in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 351.*

† HEREDUM, a veteri Gallico *Hardée*, Onus, Gall. *Charge*. Charta Ingelranni III. ann. 1207. in Hist. Codiciac. inter Instr. pag. 166: *Concedo etiam mortuum nemus de bosco S. Vincentii et herbam meam nemoris de Laujou ad fascillam, ad usum eorum; et Heredum mortui nemoris ejusdem loci. [\* Vide supra Hardeia et Harida.]*

HEREFARE, Profectio militaris, ex Saxon. here, exercitus, et fare, iter. profectio, expeditio.

HEREGAT, HEREGET. Vide Heriotium.

\* HEREGIA, Hæresis, seu Præstationis species vel mulcta, quæ ab iis, qui hæreseos convincebantur, solvenda erat; nostris et Hispanis *Herege*, hæreticus. Charta ann. 1245. in Reg. S. Ludov. fol. 24. rº. ex Chartoph. reg.: *Retinemus... ost et cavalgatam et omnes alias magnas*

*justitias domino regi, Heregias etiam et fuidimenta.* Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. ubi de inauguratione regis fol. 163. vº: *Li arcevesques... ou aucuns des evesques... doivent demander au roy que il prometle et ferme par son serment... de meitre hors de son royaume les Hereges.* Lit. remiss. ann. 1466. in Reg. 201. ch. 98: *Jehan de Fontaine tenu et réputé sorcier et Hérege, parcaqu'il usoit de sorcerie.* Guill. Guiart. ad ann. 1207. ubi de Raim. comit. Tolos.:

Les Héreges reconfortoit.

Vide infra *Heretice*.

**HEREGRAVIUS**, vel **HEERGRAVIUS**, id est, Comes militaris, seu verius, bellidux. Quatuor vero hacce dignitate in Imperio statuit Hertzog. in Chronico Alsatiæ fol. 143: *Duces Brabantiae, Nortmanniae, Hungariae, et Ferrariae.* Sed de his fides sublesta omnino.

\* **HEREM**, Arest. ann. 1374. 3. Febr. in vol. 6. arestor. parlam. Paris.: *Dictus vero Viventius eundem Columbum ulterius de facto posuisset in samatha et Herem; quæ dicta seu sententiæ de samatha et Herem contra dictum Columbum latæ maledictionem aut condemnationem significabant, ut dicebant. Herem vel Cherem, Major et gravior excommunicatio apud Judæos, qua quis a cœtu sacro et synagoga ejicitur, privaturque communi cœtu cibi ac potus. Plura videsis apud Buxtorf. et in Lexic. Chald. Rabbin. Thalm. et tom. 1. Proleg. Calmeti ad Script. Sacr. pag. 263.*

† **HEREMANNI**. Vide *Herimanni*.

† **HEREMIA**, Locus desertus et solitarius. Literæ ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 391: *Sicut nos ipsi Episcopi et astantium multitudo ad utilitatem hanc Heremiam habitantium melius intelligere potuimus.*

**HEREMINÆ PELLE**s. Vide *Armeniacæ* [et *Hermellina*].

† **HEREMITA**, Cella, habitatio Eremitæ, Gall. *Hermitage*. Acta B. Thomasi tom. 3. Martii pag. 596: *Plures Sacerdotes ex devotione venerunt ad prædictam Heremitam ad celebrandum, in festo S. Hieronymi, cujus vocatur ecclesia Heremita ejus.*

† **HEREMITARIUM**, Eadem notione. Chronicon Farsense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 636: *Dedit... Heremitarium in valle de Cerasa, et Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Aviliano.* Vide *Eremitorium* in *Eremitæ*.

† **HEREMITAGIUM**, **HERMITORIUM**. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 339: *Vulgariter autem locus iste a laicis Heremitagium nuncupatur propter solitudinem; non quod Heremita aliquis aliquo tempore ibidem solebat conversari. Capellam sive Heremitorium, apud Th. Blount in Nomolex. Anglic.*

† **HEREMITARIUS**. Eremita. Hist. Britan. tom. 2. pag. 73: *Dedit... locum supra dictum in eleemosynam et dedit licentiam quantum ex sylva et saltu in circuitu potuisset præparare et abscondere, sicut Heremitarium in deserto, qui non habet dominatorem, excepto Deo solo.*

\* **HEREMITA**, Mulier eremiticam vitam agens: nostris *Hermilain*, pro *Hermite*. Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 55: *Ordinamus quod quicumque rapuerit per vim, vel cognoverit, sive adulteraverit uxorem alterius virginem, viduam, sanctimoniam, Heremitam, vel aliam mulierem bonæ opinionis et famæ et honeste viventem, capite puniatur.* Vitæ SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 67. vº. col. 2: *En cel tans fu ung Hermitains hons de grant*

*vertu, qui avoit laissé toutes choses pour Dieu.* Vide infra *Heremitana*.

\* **1. HEREMITAGIUM**, Monasterium. Charta ann. 1199. ex Chartul. S. Evortii Aurelian.: *Ego Guillelmus de Halanda... concessi Heremitagio Franchardi in Bierra elemosinam, quam Robertus Malusvicinus eidem fecit apud Sarcloies.* Vide in *Eremitæ*.

\* **2. HEREMITAGIUM**, Locus desertus et solitarius. Charta ann. 1215. in Tabul. S. Petri Carnot.: *Concessi in perpetuam elemosinam ecclesiæ B. Petri Carnotensi et monachis ibidem famulantibus Heremitagium de Fatgermont, cum plexicio eidem Heremitagio adjacente, quiete et libere possidendum.* Vide in *Heremita*.

\* **HEREMITANA**, ut supra *Heremita*. Charta ann. 1460. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Quoddam affare hermarum et bosquitarum terrarum vèrsus Heremitanas de sancto Cassiano.*

† **HEREMITARE**, Vastare. Vide *Eremitare* 2.

\* **HEREMITAS**, Terra inculta, *Heremps*, in Consuet. Solensi tit. 13. art. 1. Charta ann. 1272. in Reg. S. Ludov. fol. 94. vº. ex Chartoph. reg.: *Extimaverunt... terras incultas et omnes alias Heremitates infructiferas ad decem octo sextaria, etc.* Alia ann. 1341. in Reg. 72. ch. 360: *Quæ quadraginta sextariatæ terræ se tenent et confrontantur a parte superiori cum Heremitiatis seu forestis domini regis.* Lit. ann. 1357. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 448: *Propter quæ dictus locus ejusque territoria et pertinentiæ... ad Heremitatem, gasthanam et sterilitatem, et ad nemora et bartas sunt reductæ... Et cum tam propter dictas Heremitates, gasthanas, bartas et nemora, etc.*

\* **HEREMODICIUM**. Vide supra *Eremodicum*.

† **HEREMOSUS**, incultus. Instrum. ann. 1461. ex Archivis S. Victoris Massil.: *Volebant relinquere vineas totaliter Heremosas.* Vide *Eremus*.

**HEREMUS**, [Terra inculta, in Charta an. circ. 970. in majori Chartul. S. Victoris Massil. et in alia ann. 1298. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 541.] Vide *Eremus*.

† **HEREMUS**, Locus desertus, in Hist. Mediani Monast. pag. 53. *Heremus et desertum ita distinguitur. Heremus est in via solitudo ubi nunquam habitatum est. Desertum ubi aliquando habitatum et derelictum est.* Ita vetus Gloss. Sangerm. et Johan. de Janua.

\* *Heremis et populatis*, in Charta ann. 1142. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 495.

**HERENACHUS**, apud Hibernos, Dignitas Ecclesiastica, apud quos sic nuncupabatur Clericus, qui primam tonsuram non excesserat, et censum Episcopi cæteraque Ecclesiæ debita colligebat, partem unam Episcopo, aliam reficiendæ Ecclesiæ fabricæ, tertiam fovendis pauperibus excipiendisque hospitio peregrinis disponens. In stipendium muneris, libera ei cessit ab omnibus præstationibus terræ portio, quam honoris causa *Honorem villæ* nuncupant. Ita Vicedomini vel œconomi munus obibat; quod etiam hæreditarium fuit. Vide de *Herencia* plenus disserentem Spelmannum in *Antiquitatib. Hibernicis* cap. 17.

**HERENAMES**, vox formata et contracta ex Saxonico hærete a mes, id est, *exercitus illicite coacti participium*, ab here, alias herge, unde et hergian, quod grassari, prædam facere sonat: et theam, sequela. Leges Aluredi et Go-

drini Regum cap. 2. apud Bromptonum: *Qui Herenames fuerit accusatus, weregildo suo se redimat.*

**HERENCIA**, [Adhærentia, appendix, Gallice *Appartenances, dependances*.] [\* Quæ interpretatio locis hic prolatis apprime convenire videtur; quamquam Academicis Madritensibus in Diction. Hispan. *Herencia*, idem sit quod *Hæreditas*.] Charta Hispanica apud Hærenartum in Notitia Vasconiae pag. 203: *Cum omnibus omnino, domos, hortos, vineis, vel omni Herencia, molinos, pratos, etc.* Alia Garsæ Regis Suprabienensis apud Blancam in Comment. Rerum Arag. pag. 698: *Duas villas Leudam et Anivessem, cum suis Herenciis, id est, terminis a me et filio meo determinatis.* Aliud apud Antonium de Yopez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 436: *Dedimus vobis sancti Michael de Buenco, cum tota sua Herencia, et omni integritate, etc.* Adde Sandovallium in Episcopis Pamplonensibus pag. 57.

\* **HERENCINUS**, Qui alteri adjacet, ab alio dependens. Charta Aymer. de Narbona ann. 1337. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 400: *Vendimus quidquid juris habemus... in dicto castro de Henestariibus... tam in hominibus et feminibus, pasturagiis, aquis, terris Herencinis, cultis et incultis, etc.*

† **HERENICAS**, *Antiquas*. Isidorus. Ubi Grævius: *Puto Herenicas.* Respexit, credo, Juvenalem qui in Sat. 14. 18.

Herenicus olim Vestinusque senex.

Aut legendum, ut est in Excerptis, *Heroicas, antiquas*, quod magis probò. Papias: *Heroica, antiqua. Heroici, antiqui.* Vide *Hereticus*.

† **HEREOTUM**. Vide *Heriotum*.

**HERES**, Medicaminis species, apud Cælium Aurelium lib. 1. Chronicon cap. 3.

† **HERESCARIUS**, Minutæ monetæ species. [\* Qui domino scaram debet, ut monet Guerardus in Glossar. Irminon.] Codex MS. Folquini: *Inde veniunt libræ 2. solidi 18. Herescarii 109.* Consuetudines Furnenses MSS. ex Archivio Audomar.: *Lillo habet bun. 3. arat bun. 2. sunt ibi lunarii 8. luminarii et Herescarii 155. veniunt lib. 2. sol. 14. den. 8.*

† **HERESCHILD**. Vide *Heereschild*.

† **HERESIPILIS**, Erysipelas, Gall. *Erésipele*, latiori tamen, quam vulgo accipi solet, intellectu. Mirac. S. Fiacrii tom. 6. Aug. pag. 616. col. 2: *Joanneta habebat Heresipilem, id est sacrum ignem, in mamilla.* Vide *Herisipila*.

† **HERESIS**. Vide *Hæresis* 1.

† **HERESTRATA**. Vide *Heerestrete*.

† **HERESYVE**, Cribrum, Gall. *Crible, tamis*, a Sax. Hær et Syve. Computus ann. 1425. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 574: *Et in uno Heresyve empto ad pistrinam ibidem x. den.*

**HERETAGIUM**, ex Gallico *Heritage*, Patrimonium quod successione obvenit, apud Henric. Knyghton. [Testamentum Remigii de Summa vera ex Tabul. Capellæ S. Yvonis Paris.: *Omnia Heretagia sua vendantur per executores suos.*]

**HERETAYNES**, *HERETHAYNUS*, Idem quod *Herenames*, de qua voce supra, ejusdemque originis ac notione, in Legibus Inæ cap. 17: *De Heretaynes conducentibus exercitum.* Et cap. 17: *Qui Herethaynus, id est, conducens exercitus fuerit accusatus, Weregildo... se redimat.*

† **HERETEMUS**, Eadem notione. Fœdus Aluredi et Godrini Regum: *Nullus supersedeat outhorn, nec outhest vel bui-*

blotam, vel firdfare, nec herebode, ore aut cornu, juxta præceptum Heretiorum regni.

† **HERETICALIS.** Vide *Hæreticalis*.

† **HERETICE.** Dicitur de conventibus sortilegorum, in Charta Phil. VI. ann. 1328. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 232: *Intellezimus quod quamplures in fide debiles et infirmi, in ea offerentes et desperantes de divinæ potestatis auxilio, in dicto loco (quadruvio) videlicet Rubei fossati sito prope S. Laudum certis temporibus bis in anno se consuaverunt Heretice colligere, ut argentum et aurum, immo potius sempiternum opprobrium et æternum supplicium, recipiant, dæmonia, proh dolor! invocantes, etc.* Vide supra *Herugia*.

† **HERETICULA.** Charta ann. 1244. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 124. rº: *Si vero vechia non trituriata vendita fuerit... habebit ipse (abbas) duas partes et major tertiam; idem erit de Hereticula.* Sed leg. *Lenticula*.

† **HERETICUS, Antiquus.** Vetus Gloss. Sangerm. Sed legendum *Hereticus*. Vide *Hereticas*.

\* **2. HERETICUS.** *HERETICÆ CARNES*, Morbo aliquæ infectæ. Consuet. MSS. de Buzet ann. 1273. art. 42: *Item que negum masere non sia ausart de vendre, ne tenir carns pudendas, Hereticas, leprosas, ny outras carns deterioras, ny malas en lo mazet.*

\* **3. HERETICUS.** [De *Hereticis* dictis *Albigois*, vide Mus. Arch. dep. de p. 158. ad p. 163. *Déposition devant l'Inquisition à Toulouse*, 1256: « Due mulieres quarum nomina ignorat, qui omnes et ipse testis adoraverunt ibi dictos *Hereticos*, ipso teste vidente, secundum modum *Hereticorum*, et audiverunt verba et monitiones eorum multociens (p. 159). In confessione sua Guillelmus Furnerius de Tholosa conversus ipsam matrem culpavit: « Aladacyis mater sua primo monuit ipsum testem pluries ut diligeret bonos homines scilicet *Hereticos*, et quod melius poterat homo salvari in fide *Hereticorum* quam in fide ecclesie Romane (p. 161). »

† **HERETOCHIUS.** Vide *Heretochius*.

**HEREZELDA**, et *HERREZELDA*, Scotis, dicitur jus illud, quod domino feudali competit ratione domini, percipiendi in bonis sui *husbandi*, seu tenentis *melio-rem averium sive animal, de ejus catallis*, post illius decessum. Ita Quoniam Atach. cap. 23. et Leges Burgor. Scotior. cap. 19. Adde Regiam Maj. lib. 2. cap. 96. § 2. Id Angli *Heriotum* vocant. Vide in hac voce. Vox confecta ex *Her*, dominus, et *Zelde* donum, seu ex *geld*, præstatio, ut existimat Spelmanus. Ego vero *Herzegeldum*, appellatum potius censuerim ab *here*, exercitus, et *geldum*: quod vassallis ac tenentibus decedentibus, dominis jus esset capiendi in illius bonis equum, arma bellica, veluti ad exercitus subsidia. Vide Ske- næum de Verborum significat. verbo *Herrezelda*.

† **HERFERDINGLAND.** Concilium Cloveshoense ann. 823: *Retenti sunt enim tres manentes de prædicta conditione, et libri quinquaginta septem manentium, liber de Bockland, liber de Wambelea, liber etiam Herferdingland.* f. Liber tenementorum, quæ quartam partem denarii, Anglis *Farding*, pro censu debent. Vide in *Ferto*.

† **HERGA, HERGANDUS,** Vestis species Armigeris propria, f. a Sax. *here*, exercitus. Statuta Synodal. Eccl. Cenoman. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect.

col. 1393: *Inhibemus expressius ne presbyteri indumentum scutatorum, quod dicitur Herga, vel aliud laicale indumentum desuper deferre præsumant.* Acta Synod. Eccles. Aurelian. art. 88. ibidem col. 1283: *Prohibetur penitus universis sacerdotibus... ne habeant cappas alatas et vestes inordinatas, maxime haucies et Hergandos.* Vide *Herigaldus* et *Hergas*.

\* **HERGAS,** Vestis species, quæ aliis superinduitur, mulieribus etiam in usu, nostris *Hergaut*. Constit. monast. S. Petrimont. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 427: *Canonici cum equitabant superpellicia cum strictis manicis portare poterunt, æstivales et Hergatas equiantes (f. equitantes) portare poterunt, alias non.* Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 218: *Un Hergaut a femme de burnete fourrée de connins.* Vide *Herga* et *Herigaldus*.

\* **HERGEWEDE,** Militaris supellectilis præstatio domino exhibenda post obitum vassalli, idem quod *Herzelda* et *Heriotum*. Charta Reinaldi archiep. Coloni. ann. 1166. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 76: *Hoc tamen ipsi tantum comitissæ permisimus, ut si, quod vulgo dicitur Hergewede, ipsa vivente de ministerialibus Merensibus vacaverit, ipsa id ex nostro mandato recipiat.* Alia ann. 1231. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 709. col. 2: *Nec idem (hæres) in receptione dicti feodi aliquo jure, quod vulgariter Hergewede dicitur, nobis vel nostro regno tenebitur successori.* Vide *Hergeweth*.

**HERGEWETH,** Arma bellica: vox Teutonica, ex *Heer*, exercitus, et *Gewet*, pignus, quod in belli pignus ea hæredi relinquuntur. Speculum Saxon. lib. 1. art. 19. § 1: *Suevus tam res expeditorias, hoc est, arma bellica, seu Hergeweth, quam hæreditarias, non solum in septimo tollit gradu, etc.* [\*] Vide *Haltaus*. Glossar. German. col. 881.]

**HERGRITA.** Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 94: *Si quis aliquem per capillos arripit, tantum emendet, quantum de uno colpo faceret, i. quinque denarios de Hergripa.* Vox ex Saxonico vel Anglico formata, a *Haire*, capillus, et *gripan*, capere.

\* **HERI.** AB *HERI*, Hesternus. Vide supra particulam *Ab* et *mox Herinus*.

† **HERIATUA.** Vide *Heriotum*.

**HERIBANNATOR, HERIBANNUM.** Vide in *Heribannum*.

† **HERIBERGARE, HERIBERGUM,** in *Herberga*.

\* **HERICIA,** Septum, quod portis urbium objicitur, seu quodvis repagulum, quo locus aliquis occluditur ac munitur, nostris *Herse*. Reg. feudor. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 157: *Homines sui debent reparare unam perticatam de fossatis... et facere Hericiam supra illam perticatam, cum reparata fuerit.* Vide *Hercius*.

† **HERICIUS, Herinaceus,** Gall. *Herisson*. Histor. Monast. Villariensis lib. 3. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1361: *Felles videlicet Hericii, quibus usque ad largam effusionem sanguinis seipsum cædebat, et urticarum aculeos quibus sese involvebat.*

\* **HERIÇO, HERRISSO,** Eadem notione, Gall. *Hérison*, proprie Trabs versatilis spiculis hirsuta ferreis. Repar. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435: *Eidem (fabro ferrario) pro præparando serruram Hericonis barrieræ portæ vocatæ Aude. Infra: Eidem pro præparando armellas Herissonis portæ Narbonesiæ, etc.*

† **HERIDETARE.** Hæredem constituere. Testamentum Ælfeigi apud Hicces. Dissert. pag. 59: *Rex Æthelberthus primum Heridetaverat de Vuldaham Apostolum sanctum Andream et ecclesiam suam in Hofcestra æterno jure.* Forte leg. *Hereditaverat*.

\* **HERIES, Morio,** in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Nostris *Hérier*, verbum obscenum. Lit. remiss. ann. 1418. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 203: *Le suppliant apperceut icellui Raulin qui tenoit sa Chamberiere par les jambes, et la Hérioit oultrageusement, oultre son gré et voullenté.* Vide infra *Hullarii*.

† **HERIETTUM.** Vide *Heriotum*.

**HERIGALDUS,** Vestis species. Synodus Wigorniensis ann. 1340. cap. 21: *Capas etiam deferant clausas Sacerdotes et Personatum habentes ubique, et non amplius utantur Herigaldis.* [Vide *Herga*.]

**HERILES, Principum** seu Dominorum filii, quasi *minores heri*, quos sequitur ætas *Domicellos* dixit. Gloss. Gr. Lat.: *Δεσποτικός, Erilis. Δεσπόσιος, Erilis.* Gloss. MS. Eccles. Paris.: *Erilis, filius dominicus. Eriles, domini. Erilis, dominicus, etc.* Glossæ Pithœanæ: *Eruli, domini, domnuli.* Papias: *Heri, domini: inde Herilis velut heri filius, velut quidam dicunt, minor filius, i. domicellus. Herilem filium dixit Terentius in Andr. quem Donatus τρύφων interpretatur: Herilem filiolum, Prudentius lib. περι στεφάνων, in S. Fructuoso, pro filia Præsidis, et Anonymum in Vita S. Antonini Abbatis Surrentini num. 14. *Δεσπόσιος, Xenophonti, Theophilo, Harmenopulo, et aliis: νόος δεσπότης, Heliodoro* lib. 1. Hujus vocis usum revocarunt etiam Scriptores ævi medi. Guibertus Epist. 39: *Ego quidem, cui ob beneficia Ottonis est multa fides, circa Herilem filium sic protinus delibero, etc.* Will. Britto in Præfat. ad Philippid. de Ludovico Philippi Augusti filio:*

... Herilis sanguinis hæres.

Theodolus:

Tandem confectis ætate creatur Herilis Filius.

Sed et Regum fratres, *Heriles* vocat Jonas Aurelian. in Præfat. ad Opusc. de Instit. regia, ad Pipinum Reg. Aquit.: *Necesse est, ut vos et fratres vestri, Heriles nostri, in mutua dilectione consistatis.* [\*] *Herilis*, Domini filia, virgo nobilis. Ruodlieb fragm. 8. vers. 48:

Surrexit juvenis, quo contra surgit Herilis;  
Ille velut falcho se girat et hæc ut hirundo,  
Ast ubi conveniunt citius se præteriebant.

Adde fragm. 9. vers. 22. fragm. 14. vers. 23. etc.]

† **HERILIS,** Clarus exponitur in Glossulis ad Statuta Canonice. Regul. S. August. metricè scripta apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 56:

Major ut est humilis, gratius sit plus et Herilis.

[\*] *Herile lignum Crucis*, in Charta ann. 1077. ex Tabul. Gellon.]

† **HERILITAS,** Eximius corporis habitus. Acta S. Udalrici tom. 2. Julii pag. 99: *Rex vero intuens Herilitatem staturæ illius.*

**HERIMANNI, HEREMANNI, ARIMANI, ARIMANNI.** Ita dicebantur apud Longobardos certum hominum genus, quos humilioris fuisse conditionis quidam rentur, quod servis adjungantur in Diplomate Conradi Imp. apud Sigon. lib. 8. de Regno Italiæ: alii vero Milites,

vassallos, et qui beneficia a Principe obtinebant, ita dictos censent. [Vocabularium Gothicum a Grotio collectum apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 370: *Arimanus, herman. Miles gregalis, qui publicum munus non habet. Postea pro paupere sumta vox. Hinc jus Arimandiae in feudis.*] Certe Arimanos in Legibus Longob. subditos fuisse immediate Comitibus ipsis, Judicibus, Sculdasis, etc. deprehendimus, ita ut diversos fuisse a servis nemo non putet. Lib. 1. tit. 18. § 2. [\*] Rach. 6.]: *Arimanus ille quidem, si mentitus fuerit, et dolose hoc egerit, si ante venerit ad palatium, quam ad iudicis sui vadat iudicium.* Tit. 25. § 50. [\*] Luitpr. 44. (5, 15.]): *Si ille iudex..... Arimano suo faciendum mandatum neglexerit.* Lib. 3. tit. 12. § 5. [\*] Guid. 3.]: *Nemo Comes, neque loco ejus positus, neque Sculdasis ab Arimanis suis aliquid per vim exigit.* [Ubi Eccardus scribit: *Arimannis, Erbmannen, qui bona hereditaria possident, domini minores. Vide notas iterum nostras ad catechesin Theoticam p. 163.*] Tit. 13. § 3. [\*] Guid. 4.]: *Comes loci ad defensionem patriae suos Arimanos hostilitate praeferare monuerit, etc.* Charta Hugonis et Lotharii Italiae Regum ann. 938. in Bibl. Sebus. Cent. 1. cap. 83: *Insuper concedimus eidem fideli nostro Aledramo, suisque haeredibus, ut de villa, quae vocatur Roncho, et de omnibus Arimanis in ea morantibus, omnemque distractionem, omnemque publicam functionem et querimoniam, quam antea publicus nosterque missus facere consueverat, ... custodiant et observent.*

Prædictis addo, quæ de Arimannis habent Capitula Concilii anonymi an. 904. can. 1. et seqq.: *Ut nullus Comitum Arimannos in beneficio suis hominibus tribuat. Ut homines Comitum nullatenus in domibus Arimannorum resideant, sed donos reipublicæ instaurent, ibique resideant. Ut Scriptoribus publicis nullatenus interdicitur res Arimannorum transcribere, si quando eis fuerit opportunum. Quod si occasione vitandi exercitus, aut placitum, venditæ fuerint, et ipsi eas pendere supersederint, exigatur ab eis utrumque, sicut ante transcriptionem. Ut ipsi Arimanni frequentius quam in lege statutum est, ad placitum ire cogantur, nec a Comitibus, nec a Sculdasis, etc.*

Sane his omnibus in locis Arimanni videntur fuisse, qui sub Comitibus, iudicibus aliisque regis Officialibus, in oppidis et castris militabant, invigilabantque eorum tuitioni. Cui sententiæ favet etymon Germanicum: dicti enim Arimanni, seu Herimanni, ab Here, exercitus, et Man, homo, quasi vir exercituum, uti vocem Herman interpretatur Aventinus. Nos diceremus *Hommes de guerre*, *Hommes d'armée*; Germanis *Hermannen*, milites, et beneficia ac prædia ab Imperatore concessa possidentes, vassalli minores. Ita Goldastus. Vel certe Arimanni, seu Herimanni, fuere ipsi villarum incolæ, vel, ut vulgo dicimus, *subditi*, prorsus diversi a servis, cum nulli oneri subjacerent, præterquam *hostis*, et *placiti*, ut ex supra allatis satis patet: quod de servis nullibi dictum legere est. Proinde vocis etymon accedendum hoc casu ex *herr*, dominus, et *man*, homo, quasi *homo domini*, id est, vassallus.

Sed dubitationem adimunt omnem Chartæ veteres, quæ Herimannos liberos fuisse homines declarant, ut Charta Caroli Crassi Imper. apud Ughellum

tom. 5. in qua *liberi Arimanni* dicuntur. Alia Ottonis Imper. ann. 967. apud eundem in Episc. Veronensibus: *Castellum, quod vocatur Romanianum cum liberis hominibus, qui vulgo Heremanni vocantur.* Ubi perperam editum *Heremanni*. Rustici Arimanni, in veteri Charta ibid. pag. 742. Atque hac notione Herimannos et Herimannos habent aliæ apud eundem Ughell. tom. 1. pag. 899. tom. 4. pag. 632. 635. 663. etc. Adde Chronicon Benevent. S. Sophiæ pag. 619. et eundem Ughell. tom. 2. pag. 217.

\* Liberæ conditionis fuisse Herimannos, post allata in hanc rem a Cangio argumenta, nusquam dubitari licet: maxime si iis addas, quæ ad eandem sententiam tuendam rursus profert Muratorius tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 715. quæ quidem a servili conditione, cui subjectos fuisse Herimannos nonnulli volunt, ita sunt aliena, ut idem doctissimus vir inter nobiles illos cooperari debere existimet. Sed id ultra metam, ut opinor. Et vero non ejusdem conditionis fuisse omnes, qui Herimanni vocabantur, facile ex diversis locis, quæ ad eos spectant, crediderim. Interdum iidem videntur, qui sub comitibus, iudicibus, aliisque regis officialibus, in oppidis et castris militabant, invigilabantque eorum tuitioni, ut pluribus docet Cangius. Nonnunquam inter burgeses, et quidem præcipuos videntur recensendi; quippe qui negotiatoribus adjungantur, et potiore in electione presbyterorum, quibus ecclesiæ parochiales committebantur regendæ, partem habuerint. Quæ ex sequentibus non obscure indicantur. [\*] Vide Savinii Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. § 55. sqq. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 292.]

\* AREMANNI, ARIMANNI et EREMANNI, Voces unius ejusdemque notionis. Lit. ann. 819. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 747: *Breve ordinationis facio ego Petrus gratia Dei episcopus, qualiter una cum consensu sacerdotum, et Aremannos hujus Lucanæ civitatis, quorum nomina subter leguntur, ordinare videor te Andriperum presbiterum filio Pauli in nostra ecclesia sedalem S. Donati. Privil. Henr. II. reg. Germ. ann. 1014. tom. 4. earumd. Antiq. col. 13: *Cunctos Arimannos in civitate Mantuæ, sive in castro... cum omni eorum hereditate, paterno vel materno jure, cum familiis utriusque sexus, servis et ancillis, libellariis, precariis, et cum omnibus rebus eorum mobilibus et immobilibus, per hujus nostri præcepti paginam... corroboramus.... Concedimus eis omnem tholoneum et ripaticum, quod pro negotio exercent in Garda, et in Lasese, et in summo Lacu, vel in Brixiana et in Ferraria, vel in Comaclu, et in Ravenna, ipsi, suisque filiis ac hominibus, qui illorum causam laborantes negociantur, licentiam habeant potestative negociandi per jam dictum lacum, absque omnium hominum contradictione, vel publica functione, vel alicujus tholonei vel ripatici redditu.* Aliud Henr. III. ann. 1055. ibid. col. 15: *Statuentes etiam ut nulla magna parvaque persona prædictos cives, videlicet Eremannos, in Mantua civitate habitantes, de suis personis, sive de illorum servis et ancillis, vel de liberis hominibus in eorum residentibus terra, vel de Eremania et communibus rebus, ad prædictam civitatem pertinentibus.... inquietare, molestare, divestire sine legali iudicio præsumat.**

ARIMANNA FEMINA, non Arimanni

uxor, sed femina ejusdem conditionis ac fuit Arimannus, et, ut interpretor, quæ liberæ erat conditionis, et ab Arimannis genus ducebat. Charta Ludovici Pii in Chron. Farfensi pag. 657: *Ut secundum tenorem antiquorum præceptorum, quæ Reges Longobardorum nobis dederunt, de Arimannis feminis, quas sibi pertinentes huic Monasterio in conjugio sociaverunt, ut post transactum annuale spatium, secundum dicti tenorem, sic eos easque possideamus, nobisque proprio nomine vindicemus.* Quibus verbis innuit Ludovicus, legem latam a Ratichise Rege [\*] 2., quæ exstat in lib. 2. Legis Langob. tit. 35. § 10: *Si autem amodo præsumperit cujuscumque servus Arimannam ducere uxorem, sic exinde detur iudicium, sicut in anteriori edicto legitur.* Ubi disertim servus ab arimanno distinguitur, prorsusque alterius fuisse conditionis ostenditur: ut et in alio Diplomate ejusdem Ludovici Pii pro Ecclesia Veronensi apud Ughellum: *Insuper etiam placuit nostræ Serenitati de famulis ejusdem Monasterii definitiones facere, videlicet feminis liberis, quas Itali Herimannas vocant, quæ se famulis ipsius Ecclesiæ et Monasterii copulaverunt, etc.*

ARIMANIA, ARIMANNIA. Marculfus lib. 1. form. 18: *Fidelis noster veniens ibi in Palatio nostro, una cum Arimania sua, in manu nostra trustem, et fidelitatem nobis visus est conjurasse.* Ubi Arimaniæ vox non familiam tantum, uti vult Bignonius, sed familiam militarem significat. Ibi enim Antrustionis Regis mentio fit, qui Regi fidem et operam suam, in exercitu scilicet, spondet. Unde et interdum vox eadem pro *cavalcata, hoste*, seu *exercitu*, usurpatur, hoc est, pro eo jure, quo domini vassallos suos in exercitum secum ire compellebant. Charta Guillelmi Montisferr. ann. 1156. apud Guichenonum in Bibliotheca Sebustiana Cent. 1. cap. 93: *Ut nec nos, nec nostri successores.... valeamus ab antedicto Monasterio, vel a præfatis omnibus exigere placitum, districtum, bannum, fodrum, albergariam, prædariam, Arimanniam, angariam, parangariam, etc.* Neque aliud est Arimannia, Arimandia, et Armandia, (vix enim sibi constant Codices editi) in libro 5. Feudorum, in cujus vocis origine vestiganda frustra insudarunt Feudistæ: est enim Arimannia, et Arimandia, obligatio in vassallis, eundi in exercitum, quæ merito inter jura regalia ibi accensetur: *Regalia autem sunt Arimannia, viæ publicæ, flumina, etc.* Ubi perperam Isern. Alvarottus, Baldus, et alii, Arimandiam vectigal esse quoddam, quod ex armentis animalium solvebatur, interpretantur. Neque felicibus Cujacius et alii, armentaria publica, i. armorum fabricas, quarum jus penes Imperatorem est, esse censere: vel, ut Borcholten, certum vectigal, quod ex licentia arma faciendi dependeret. Hinc *districtus Arimannia*, pro mulcta, quæ pro defectu *hostis* irrogatur, in veteribus Chartis apud Ughellum tom. 5. pag. 777. 785. 790. etc. Vide Histor. Bellunensem Georgii Piloni pag. 84. v°.

ARIMANNARIA, Idem quod Arimandia, in Charta Philippi Ducis Tusciæ ann. 1195. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 226: *Ab omnibus similiter albergariis, Arrimannariis, angariis, parangariis, fodris, etc.*

\* ARIMANIA, ARIMANNIA, Tributum, vectigal, quod ab Arimannis negotiationis ac fortean tuitionis suæ causa exsolvebatur; simul et Arimannorum munus

et officium, vel eorum societas. Charta ann. 1178. apud Murator. in Antiq. Es-tens. pag. 348: *Et jubeo ut nullus mar-chionum emat Arimanniam aliquid militis alterius marchionis, vel quæ sit communis.* Liber censuum eccl. Rom. ann. 1192. apud eumd. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 871: *Romana ecclesia debet habere pro censu de civitate Ferrariensi l. solidos Lucenses, et medietatem tributii ripæ, et districtum de mercato, et totam Arimanniam de plebe Cornacervina, et totam Arimanniam Massæ Fiscaliz, et totum publicum ejusdem.* Pluries ibi. Consule præterea eumdem Murator. tom. 1. earumd. Antiq. col. 736. [\*] et Savinium Hist. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 58.]

ERIMARIUM, perperam, ni fallor, pro *Erimanni*, in Charta Caroli Crassi Imp. ann. 882. apud Ughellum tom. 4. pag. 1366: *Liberos massarios, vel Erimarios, quos legalis coactio excipere, quærere placitum per patronos vel advocatum adducat, etc.*

HERINUS, Hesternus. Mirac. S. Ant. Ripol. tom. 6. Aug. pag. 539. col. 1: *Postmodum vero die Herina, quæ fuit Lunæ, et xxviii. hujus mensis Augusti, etc.* Instr. ann. 1451. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 276. col. 1: *Hora tertiæ ejusdem diei, qua hora curia præsidialis domini senescalli Bellicadri et Nemausi teneri est assuetæ, continuata a die Herina, etc.* Acta capit. Claromont. MSS. ann. 1535: *Domini infra nominati fuerunt in capitulo generali remisso a die Herina, qua cadebat capitulum generale.* Vide supra *Erinus*.

HERIOTUM, HERIETUM, HARIOTUM, Arma bellica, bellicus apparatus, Saxo-nibus *Heregeat*: vox conflata, ut qui-dam putant, ex here, exercitus, et geat, profectio, quod hereotum fuerit præstatio, quæ domino dabatur profec-turo ad bellum. Somnerus ex here, et geat, vel geot, confectam vult, quæ quidem vox ultima, *fundo, effundo*, sig-nificat: ita ut vectigal fuerit, quod ad exercitum erogabatur. Certe *hereotum* proprie fuit *hergeldum*, et ita appellari in Legibus Scoticis infra adnotamus, adeo ut probabile sit, *Heriotum* idem habere etymon: est autem *hergeldum*, pensatio pro exercitu, uti et *Heriotum*, quod proprie fuit vassalli, post illius obitum, militaris suppellectilis præstatio, domino facta. Regularis Concordia Angli-cæ nationis Monachorum Monialium-que, edita a Seldeno post Eadmerum pag. 153. 1. Edit.: *Solitus census, quem indigenæ Heriatua usualiter vocitant, qui pro hujus patriæ potentibus post obitum Regibus dari solet.* Ubi Saxonum habet *heregeate*. [\*] Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 373.]

Olim quidem pro *hereoto*, arma et equi domino præstabantur: diversi tamen pro personarum dignitate: nam ut est in Legibus Saxonice Kanuti Regis, editis a Lambardo, part. 1. cap. 69. et Editionibus Bromptoni cap. 97. pro *Eorla*, seu Comite, hereoti nomine dabantur 8. equi, scilicet 4. ephippiati, et 4. sine ephippiis, 4. galeæ, 4. loriceæ, 8. hastæ, et totidem scuta, 4. enses, et 200. auri mancusæ seu marcæ: pro *Thano regio* majoris dignitatis, 4. equi, ephippiati 2. et 2. sine ephippiis, enses 2. hastæ 4. et totidem scuta, 1. galea, 1. lorica, et 50. auri mancusæ: pro *Thano mediocris di-gnitatis*, equus cum ornamentis et telo, aut healfang in Occidua Saxonia, et in Mercia 2. libræ, et 2. etiam in Anglia Orientali. *Thani autem Regi*, qui socam,

i. liberam habuerit jurisdictionem, hereotum erat 4. lib. et si is Regi esset familiarior, equus unus ephippiatus, alter item sine ephippiis, ensis 1. hastæ 2. scuta 2. auri mancusæ 50. et si minoris vel infimæ esset conditionis *Thanus*, libræ 2. Vide *Relevamentum* in *Relevare*.

Nec a præstatione hereoti exemti erant Episcopi et Abbates, ac præsertim ii quorum electio et nominatio ad Regem spectabat; quæ autem id hereotum fuerit, et in quo constiterit discere est ex Charta ann. 1297. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 330: *Abbas de Oseneya obiit anno regni Regis Edwardi xxv. et... petiit Escheator ad opus domini Regis cupam et palefridum dicti Abbatis defuncti et etiam lanas bidentum ejusdem Abbatis de tempore vacationis Abbatis prædictæ.* Prynneus Hist. Collect. tom. 2. pag. 834: *Cum ex consuetudine approbata et obtenta habere consueverimus palefridos et cupas Episcoporum et Abbatum regni cedentium et decedentium, etc.*

Duplex autem *hereotum* statutit Rastallus, *hereotum consuetudinarium*, et *hereotum servitii*. Consuetudinarium illud vocat, quod ex Consuetudine semper pensatum est: *servitiale*, quod in infeodationis charta insertum est mortis tempore exsolvendum. Istudque solvitur post mortem tenentis in feudum simplex.

Hereoti mentio est non semel in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 929. 934. tom. 2. pag. 147. in Additam. ad Matth. Paris pag. 131. etc. sed et in Domesdei, tacito licet nomine, in Hereford: *Burgensis cum caballo serviens cum moriebat, habebat Rex equum et arma ejus: de eo, qui equum non habet, si moreretur, habebat Rex aut 10. solidos, aut terram ejus cum domibus.* Vetus Inquisitio apud Will. Dugdalum in Antiquit. Warwicensis Provinciæ pag. 665: *Et post decessum hujusmodi costumariorum, dominus solebat habere nomine Heriotti melius animal, et non plus, etc.* [Vita Edmundi Cantuar. Archiep. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1806: *Est alia ejusdem terræ consuetudo, quod mortuo patrefamilias, dominus ejus accipiat melius animal quod habuit, cujuscumque sit generis.* Huc spectat le Roman *de Guillaume au faucon* MS.

En Angleterre est un Rois,  
En icel tens ert sus et drois,  
Que quant un hom moroit sans oir,  
Li Rois avoit tot son avoir.]

Quæ quidem præstatio obtinuit apud Scotos, ut in voce *Gezezelda*, et apud Francos nostros, ut in voce *Catalium* docemus. Sed et apud Longobardos. Conradus Imp. [\*] 1.] in Lege Longob. lib. 3. tit. 8. § 4: *Præcipimus, ut cum aliquis ejus Miles, sive de majoribus, sive de minoribus de hoc sæculo migraverit, filios ejus beneficium tenere. Si vero filios non habuerit, et aviaticum ex masculo reliquerit, pari modo beneficium habeat, servato usu majorum valvassorum, in dandis equis et armis suis senioribus.* Quod idem videtur, quod in libr. 2. Feudor. tit. 12. dicitur, *armis et equis communibus beneficium (feudum) acquirere.*

In Legibus Edwardi Confess. cap. 35. Angli omnes arma habere jubentur, *nec debent illa invadere, nec extra regnum vendere; sed hæredibus suis in extremis legare ad servitium tenementorum suorum dominis suis explendum, cum opus adfuerit. Quod si qui eorum hæredes vel parentes non habuerint, dominus suus*

*illa recipiet, etc.* Sed *hereoti* alia fuisse videtur conditio, cum arma demortui domino ab hærede præstarentur.

Interdum *Hereotum* cum *relevo* confunditur. Leges Canuti Regis cap. 97. apud Bromptonum: *Nisi quantum ad justam relevationem pertinet, quæ Anglice vocatur Hereget.* Libert Ramesiensis Monasterii sect. 63. et 151: *Ego Godricus concedo Deo et S. Benedicto Ramesiæ, post dies meos terram meam de Tiringtona, ita tamen ut Abbas Ecclesiæ Adnothus frater meus, acquielet eam de servitio, quod Heregeat Anglice, Latine Relevatio hæreditatis dicitur, quæ ab hæredibus liberis, post mortem patrum dominis solet impendi.* [Charta ann. 1499. apud Madox Formul. Anglic. pag. 128: *Et prædicti Robertus, Cecilia uxor ejusdem, ac Johannes filius eorum, et quilibet eorum successive, solvent nomine Harietti tres solidos et quatuor denarios quocienscunque acciderit.*]

Discrimen tamen fuit inter *Hereotum* et *Relevium*, adeo ut ex uno eodemque prædio utrumque interdum exsolutum legatur. Bracton. lib. 2. cap. 36. § 1: *Fit quedam præstatio, quæ non dicitur Relevium, sed quasi, sicut Herietum, quasi loco relevii, et quod dari debet aliquando ante sacramentum fidelitatis, aliquando post.* Et § 9. ait: *Herietum nullam habere comparationem ad Relevium, præstari autem cum Tenens, liber vel servus, in morte sua, respicit Dominum suum, de quo tenuerit, de meliori averio suo, vel de secundo meliori, secundum diversam locorum consuetudinem: quæ quidem præstatio magis fit de gratia quam de jure, et quæ hæreditatem non contingit.* Vide cap. 25. eod. libr. § 3. [Charta ann. 1361. apud Madox Formul. Anglic. pag. 140. *Salvo tamen eidem Abbati dominio suo, ut in wardis, releviis, escaetiis, Herietis, sectis curiarum, etc.* Adde] Fletam lib. 2. cap. 18. 57. § 10. lib. 3. cap. 13. Britonum cap. 69. Rastallum, Veterem Chartam apud Ægidium Gelenium in Colonia pag. 68. etc.

Hereoto obnoxii erant, non minus ac nobiles, villani alique infimæ conditionis homines, hoc uno, ut videtur, discrimine, quod illi in armis et equis hereotum præstarent, ii vero in vilioribus animalibus. Instrum. ann. 1343. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 456: *Juliana Hardy quæ tenuit de domino unum messuagium et unam virgatam terræ in bondagio diem clausit extremum, et accidit domino nova Hietota 11. boves pret. xvi. s. Aliud ann. 1363. apud eumdem pag. 496: *Si quis villanus morietur super feodo domini, dabit domino meliorem bovem suum.**

Porro cavebant testamento Milites ipsi, ut cum humo mandarentur, equus dextrarius seu palefridus coram sepulcro adduceretur, ac Ecclesiæ offerretur, tanquam *Hereoti* nomine, ac *Principalis* animalis vel Cattali. Istius moris aliquot exempla descripsit Willel. Dugdalu in Antiquitatib. Warwicensis Provinciæ pag. 680. quæ hic etiam exhibenda duximus. Testament. Willelmi de Beauchamp ann. 52. Henrici III: *Et corpus meum terræ sepeliendum in Ecclesia Fratrum Minorum Wigorniz, et coram corpore meo unum equum ferro coopertum, ut decet, cum stramentis Militaribus.* Testamentum Rogeri de Cliford ann. 12. Edwardi I: *Et corpus meum sepulturæ, Matrisc Ecclesiæ de Dore, et cum corpore meo dextrarium meum coopertum, vel 30. marcus.* Aliud Hugonis de Plesssetis Militis ann. 24.



Edw. I : *Et corpus meum ad sepeliendum in Ecclesia Conventuali de Mussenden iuxta monumentum patris mei ibidem, quondam defuncti, et cum corpore meo, nomine Principali, palefridum meum album cum armatura, qua decet. Aliud Walteri Cokesey Militis ann. 24. Edw. I. : Item lego corpus meum ad sepeliendum in Ecclesia Fratrum Minorum Wigorniae, et eisd. Fratribus 10. marcas argenti pro omnibus armis meis coram corpore meo venientibus : quæ quidem arma integraliter Wallero filio remanebunt, et quidam equus coram corpore meo veniens, tunc ibidem dicta arma deferens cum dictis Fratribus remanebit. Aliud Willelmi de Beauchamp Comitibus Warwici ann. 25. Edw. I. : Lego etiam duos magnos equos coram corpore meo, arma mea, secundum quod decet, portantes, ut prædicto loco, ubi corpus meum sepelietur, remaneant. Aliud Ricardi de Mandeville ann. 27. Edw. I. : Do, lego corpus meum Ecclesie Conventuali Canoniorum de Chauncumbe humane tradendum sepulturæ iuxta patrem meum, et coram eodem unum equum pretis 20. marcarum, vel valorem 20. marcarum. Aliud Roberti de Legh Militis ann. 9. Henrici IV. : Item lego unum palefridum nigrum coram corpore meo die sepulturæ meæ transiturum, nomine Herieti. Aliud Joannis Marcsfeld Clerici ann. 9. Henr. IV. : Item lego equum meum vocatum le Bay aumbler, ut offeratur ante corpus meum in die sepulturæ meæ, nomine Principali. Atque hæc quidem fusi adnotanda duximus, ut tandem inde discamus, cur in Magnatum funeribus et exequiis eorum arma et equi in Ecclesia sæpius offerantur.*

Quippe *Melius Catallum*, seu *Principale* ad Ecclesiam deferretur cum corpore defuncti. Vetus Inquesta apud eundem Dugdalem : *Requisitus de testamentis dictorum hominum dicit, quod Principale legatum debet deferri ante corpora defunctorum ad Ecclesiam de Persore, et ibi per Sacristam illius Monasterii et Capellanos dictorum locorum æstimari, et facta æstimatione, medietas debet residere penes Sacristam, et alia medietas penes Capellanos dictorum locorum. Testam. ann. 1390 : Item lego ad fugandum ante corpus die sepulturæ meæ unum bovem meliorem. Aliud ann. 8. Henrici IV. : Ac corpus meum ad sepeliendum in cæmeterio... et meum melius animal coram corpore meo, ut mos exigit, die sepulturæ meæ, nomine Principali. Aliud ann. 1369 : Item, jeo devise à chescun Eglise où jeo su seigneur, et ay per mez ministrez ma menere en mon temps ma meillour beste illecques trové, en nom de Principal, por grée faire de mes dimes obliez. Aliud denique ann. 2. Henrici IV. : Item, jeo devise à chescun tiu où je sui seigneur ou patron, 20. s. de monnoie en nom de mon Principal, etc. Sed præstat, quæ in hanc rem habet Ceremoniale Gallicum MS. hic Lectori proponere :*

*Comment les obseques se doivent faire.*

En après tous Heraux et pourseivans doivent cognoistre comme les obseques se doivent faire, mais plusieurs n'y tiennent point de regle. Car les uns font par devotion de Messes à petit de luminaire de tres-petit paiemens. Les autres les font à grans paiemens, et grans pompes, et à peu de Messes, et en plus grand Magnificence, qui ne leur appartient. Mais principalement l'honneur du service des estats mondains sont à prendre garde, comme se font et vont les offrandes, esuelles anciennement parmi le luminaire d'en-

tour la biere avoit cierges aux quatre cornets, et à chascun cierge un escuçon. Le premier doit avoir les armes de la mere, le second les armes de l'esle, (ayeule) le trois de lui, et le quart des armes de suzesle, (bisayeule) parti chascun escu comme armes de service doivent estre, quant leur mary vivoit. Et au pié de la biere un escuçon des armes du trespassé. Et tout le luminaire et saintuaire de l'Eglise doit avoir armes des mesmes escus de plus petits escuçons, et doit icelui estre armoié de deux costez, et si espés, qui se puisse tourner tout droit, quand il est assis sur les piés de la biere, et se doit porter et offrir à l'offrande par l'ainé fils accompagnié des quatre plus prochains des escuçons des armes, et descendus es chefs du lignaige desdites armes, et doivent porter chascun un desdits cierges armoié comme dit est. Et par ce est cogneu celui qui porte l'escu, qu'il est gentilhomme de quatre lignes : et par les armes et ceux qui portent les cierges à l'accompaignier, est cogneu qu'es trois lignes se font dont il est descendu, et quelque ancienneté qu'il ait selon le lignaige de quatre lignes, il doit estre honnouré. Car quant l'homme a prins ligne de quatre lignes en la maniere dessusdite, il se peut dire Gentilhomme, et à qui noblesse appartient. Et si un noble homme d'ancienneté est issu après sa noblesse de quatre lignes non nobles, c'est assavoir de celle de l'esle, de suzesle, et de mere, il ne se devoit plus nommer Gentilhomme. Et pour cette cause tout noble homme doit desirer à soi marier à noble lignie : car se il n'est en cele faute, sa lignie sera toujours dite noble, quelque chose qu'elle face, combien que le noble homme de sa nature, doit toujours faire nobles œuvres, ou il fait honte à sa nature.

Item, la seconde offrande doit estre le *healme*, que les deux et plus grans Seigneurs, qui soient à l'obsequé, doivent porter, et doivent tous deux ensemble offrir.

Item, la tierce offrande doit estre l'espée, laquelle doit estre offerte par les deux plus vaillans hommes de toute l'obsequé.

Item, la quatrieme offrande doit estre d'un cheval, couvert des armes du trespassé. Et sera monté dessus un Gentilhomme ou amy du trespassé, qui portera sa banniere, s'il est Banneret, ou s'il est Bachelier, son penon. Et sera accompagnié de deux nobles hommes les plus vaillans et les plus renommés à estre Capitaines et Gouverneurs de gens d'armes, qui soient en tout l'obsequé.

Item, en aucuns lieux la cinquieme offrande sera pareillement d'un cheval couvert de sa livrée, et dessus ara un Gentilhomme, lequel sera mené et offert par les deux plus gracieux, et les plus mondains entre Dames et Damoiselles sans repreuche de tout l'obsequé.

Item, en aucuns lieux les offrandes se doublent par moitié pour la guerre, moitié pour le tournoi des choses dessusdites, et en plusieurs contrées non.

Item, en aucuns lieux où elles sont ainsi faites, les noirs vestus n'offrent point, sinon celui qui apporte l'escu. Mais es lieux où ils vont à l'offrande, ils doivent estre menés et conduits par les plus grans de l'obsequé, qui n'ont point offert les choses dessusdites.

Item, lesdites offrandes sy doivent estre offertes et portées aux Seigneurs par les Rois d'armes ou Heraux, en leur disant, qu'il leur plaise à eux non excuser de ce faire, et que ainsi est ordonné. Et doivent ceux respondre, à qui ils sont presentez :

*L'en a mal regardé de moy presenter tel honneur, car il n'est pas deu devant tant d'autres de ceste compaignie : mais sous la charge de ceux, qui ont fait ceste ordonnance, je le feray, et non pas de mon vouloir.*

Laquelle ordonnance de services trois delaisiés au temps present pour trois choses. La premiere, si est que plusieurs qu'ils se montrent gent de grant estat, ne saroient armoier les cierges de quatre lignes, parce qu'ils ne sont pas venus d'icelle descente, comme de noblesse. La seconde, si est pour les envies, qui estoient pour les offrandes. La tierce, si est pour le grant coust que l'en promettoit. Mais c'estoient choses pourquoy l'estat des personnes pooit estre cogneu, et par quoi l'en pouoit cognoistre, quel honneur leur devoit estre fait. Et estoit la cause principale à quoy les Heraux prenoient garde plus aux offrandes, que aux autres choses, qui appartiennent au service, lesquelles se peuvent cognoistre et demander par escripts et autres livres sur cette matiere.

Philippus Mouskes ann. 1282. de Arnaldi de Aldenarda funere :

Aportés fu trop ricement,  
Et enfouls moult noblement,  
Ses cevaux i fut tout couvers  
De ses armes, mult biel ofers,  
Et un vallés aist sus armés,  
De ses armes tous acemés,  
Si ot Clerz, Dames, Chevaliers,  
Tant que tout plains fu li Mostiers.

Pompa funebris Bertrandi Guesclini Francie Constabularii MS : *Premiere-ment il i ot quatre escus. Et chascun escu avoit pour deux cierges. Et offrit le premier escu de la guerre le Comte de Longueville frere du trespassé, accompagnié du Comte de Dammartin, et du Sire de Rieux. Le second escu offrit Messire Alain de Beaumont, accompagnié du Sire de Beaufort, et du Sire de Hambié. Le tiers escu offrit Messire Olivier de Mauny, accompagnié de Messire Guillaume de Vienne, et du Sire de Berry. Le quatrieme escu offry Hervé de Mauny accompagnié du Begue de Villaines, et du Sire de Beaumanoir. Item et après offry quatre espées pour la guerre, et deux pour le tournoi. La premiere offry Monsieur de Touraine, la seconde offry le Comte de Nevers, la troisieme offry Messire Pierre de Navarre, la quatrieme offry Messire Pierre de Bar. Item, il i ot quatre Sergens d'armes montez sur quatre destriers couvers des armes dudit Connestable, accompagnez chascun de deux nobles Chevaliers. Le premier de Baudran de la Heuse, et de Monseigneur Morice de Persigny : le second du Mareschal de Blainville, et de Monseigneur Guillaume des Bordes : le tiers de Regnaut du Gennes et du Borgne de Mondoublet : le quatrieme du Comte de Grantpré, et du Comte de Chaume. Vide Andream Favynum, in Theatro honor. pag. 1878. et Tillium tom. 2. pag. mihi 286. adde præterea Pompam funebrem Ludovici Comitibus Flandriæ apud Froissartem 2. vol. cap. 148. Statuta Mediolanensia 2. part. cap. 469.*

HERDOCHO, Idem quod *Hereotum* : itaque forte scribendum in Charta Grodegangi Episc. Metensis ann. 765. apud Meurissium pag. 169 : *Quicumque mansum vel aclam de terra nostra possederit, moriens bovem unum ad curtim dabit, quod vulgo dicitur Herdocho : aut si bovem non habuerit, duodecim denarios persolvat. Sed et in Synodo Sodorensi, cap. de Mortuariis, legendum videtur Heriotum, pro Pirotum. Vide in hac*

voce, et Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 811.

**HERIPERRETUS.** Browerus lib. 8. Annalium Trevirensium pag. 473. 1. Edit. ex vetere Glossario Cæsarii Abb. Prum.: *Dare parafredum, cum tres mansi collato sumplu seniori Curiam Imperatoris, vel Longobardicam, aliamve meditantii expeditionem publico vel rei suæ familiaris bono, equum militarem subministrare cogebantur, quem Heriperretum vulgo muncupabant, addito mancipio, quod equum curaret.* Vide Herpert.

**HERIREITA.** Lex Bajwar. tit. 3. cap. 8. § 1: *Si quis liberum hostili manu cinxerit, quod Herireita dicunt, ad ostium cum 40. clypeis, et sagittam in curtem projecerit, aut quodcumque telorum genus, cum 40. sol. componat, Duci vero nihil minus.* Ubi Editio Heroldi tit. 23. pro ad ostium, habet *idem.* Lindenbrogius vocem ab *Heer*, exercitus, deducit, et *Reita*, equitatura. Id improbat Spelmanus, cum *clypeus* et *sagitta*, de quibus hoc loco, peditum, non equitum sint arma: unde mavult a Saxonico *ryt*, i. agmen, *caterva*, vocem formatam, ut intelligatur *caterva militaris.* Posset etiam legi *Herireisa*: nam *Reisa*, ut suo loco docemus, Germanis *excursionem militarem* sonat. Confer *Hariraida*.

† **HERISCHLITZ.** Vide in *Herisliz*.  
**HERISCINDIUM.** Henricus Rosia in Herlingsberga:

Non totiens fieri placet Heriscindia mecum.

Id est, non placet, ut toties fiant mecum ditiumum mearum divisiones. Vox enim formata a Latina *Herciscere*, dividere. Unde *judicium familiæ Herciscundæ*, apud Jctos est rei familiaris dividundæ. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Herediscinda, Qui oste ou cope heritage d'autrui.*] [\*] Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Erbschichtung*, col. 383.]

† **HERISIPILA.** Erysipelas, Gall. *Eresipele*, Græc. *ἐρυσίπελας*, Tumor ex ferventi tenuique sanguine ortus, ab *ἐρύσειν* Trahere, et *πέλας*, Prope. Adalgisus Monachus in Miraculis sancti Theoderici tom. 1. Julii pag. 79: *Sacer ignis, quem Græci Herisipilam dicunt.*

**HERISLIZ, HARISLIZ.** Teutonica Lingua, est *armorum depositio*, ab *Heer*, exercitus, et *Lassen*, deserere, *Laisser*, uti vult Lindenbrogius. Rhenanus lib. 2. Rer. German. pag. 94: *Deseruisse exercitum inter capitalia numerabatur. Id flagitium Franci vocabant Herischlitz, quasi dicas exercitus scissionem.* Hinc *Herisliz facere*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. § 15. [\*] Carol. M. cap. 81.] in Capitul. ann. 802. cap. 3. in Capit. 1. ann. 810. cap. 12. Capitul. 2. ejusd. ann. cap. 14. et Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 70. dicitur eadem *Theudisca lingua, qui dimisso exercitu absque jussu et licentia Regis domum revertitur.* Quod quidem crimen, ut majestatis, capite et bonorum confiscatione ibidem puniri dicitur. Adde lib. 4. Capit. Car. M. Append. 2. cap. 29. Annales Francorum Tiliiani ann. 789. de Tassilone Duce Bavaris: *Et ipsa Synodus juxta linguam suam Harisliz judicaverunt eum ad mortem.* Annales Loiseliani ann. 788. de eod. Tassilone: *Et quomodo domnum Pipinum Regem in exercitu derelinquens, et ibi, quod Theudisca lingua Harislit, (al. Haristallit) dicitur, visi sunt judicasse se eundem Tassilonem ad mortem.* Concilium Ænhamense ann. 1009. cap. 24: *Si quis de protectione militari, cui Rex intererit, sine licentia se subtraxerit, in detrimentum corruat omnium fortunarum.* Est præterea

**HERISLIZ, Legitima armorum depositio**, cum scilicet expleto expeditionis tempore, qui ad eam tenentur, domum revertuntur. Lex Longob. eodem tit. § 17. [\*] Lothar. 1. cap. 56.: *Postquam Comes et pagenses de qualibet expeditione hostili reversi fuerint, ex ea super 40. noctes bannum sit rescissum, quod Theudisca lingua Herisliz, id est, armorum depositio vocatur.* Eadem pæne iisdem verbis habentur in Capitulis Caroli C. tit. 31. cap. 23. præterquam quod pro *Herisliz*, legitur *scastegi*, ita ut nullum esse in utriusque vocis notione discrimen appareat, licet aliter censuerit Spelmanus, qui *Herisliz*, factum putat, ex *here*, exercitus, et *slit*, et *slice*, Saxonico, vel *silitan*, rumpere scindere: ut fuerit exercitus dimissio, *la rupture d'armée*, quomodo hic intelligitur.

\* **HERISSO.** Vide supra *Herico*.  
**HERISTALLUS, Castra, sedes exercitus**, ex *Here* exercitus, et *Stelle*, vel *Stal*, statio situs. Veteres Francorum Annales cap. 57: *Positisque castris apud Wiseram fluvium, locum castrorum Heristelli vocari jussit.* Addit Eginhartus: *Qui locus ab incolis usque in præsens ita nominatur.* Veteres Annales alii, editi a Lambecio lib. 2. Comment. de Bibliotheca Cæsar. anno 797: *Intravit in Saxonia, et ibi habitavit ipsam hiemem, et fecit sedem suam juxta locum, ubi Timella fuit in Wisaraha, quem etiam Heristelli appellavit, eo quod ab exercitu suo fuerunt constructæ ipsæ mansiones, ubi habitabant.* Eadem pæne habentur anno seq. Poëta Saxonico ann. 797:

Wisura posita in littore castris  
 Sedit, Heristellique locum jussit vocitari.

Ibidem:

Tum Gallica rursus ad arva  
 Regrediens, biemis tempus transegit in aula,  
 Nomen Heristalli dederat cui barbara lingua.

Id est, Germanica, ut suo loco docuimus. Denique Chronicon Moissiacense ann. 797: *Quam etiam Heristalli appellavit, eo quod ex exercitu suo fuerant constructæ ipsæ mansiones, ubi habitabant.*

**HERISZUPH, Collecta, conventus militaris, seu cum armis.** Capitul. Caroli C. tit. 12. cap. 3: *Similiter de collectis, quas Theudisca lingua Heriszuph appellat, et de his, qui immunitates infringunt, etc.* Ita rursum tit. 29. § 4. pag. 275. ubi *Herizuph*, absque s. Vide *Collecta* 4.

\* **HERITAGIUM, Possessio, proprium, bona immobilia, Gall. Héritage.** Charta ann. 1198. ex Chartul. Micicac: *Ego Bence, filia Auberti le Paumier, vendidi totum Heritagium meum Auberto scutifero.* Vide *Hereditagium* 2.

† **HERITATOR, Hæres, Gall. Heritier.** Charta ann. 1497: *Crescat dictis hominibus et veris Heritatoribus, etc.*

\* **HERITIUS, Hæres.** Placit. ann. 711. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 676: *Contra superscripto Siclando vel ipsa cojove sua Dinane aut eorum Heritios omne tempore habiat evindecata.* Vide *Heritator*.

**HERITUDO, Dominatio, ab Herus, Joanni de Janua Glossæ Græc. Lat.: Δεσποτεία, Dominatus, dominatio, Heritudo.** [\*] Vide *Eritudo*.]

\* **HERIZELDA, Idem quod Herizelda, Jus quod domino competit in bonis sui vassalli, post illius obitum.** Charta Jacobi reg. Scot. ann. 1450. in Chartul. eccl. Glasg. ex Cod. reg. 5540. fol. 96:

*Cum libero introitu et exitu, bludwelf, Herizeldis et marchetis mulierum.*

\* **HERIZUPLI** [Subest et simul expouitur in Concil. Pistis, ann. 861, can. 4. paulo post med: *Collectas, quas Theudisca lingua Herizupli appellat.* p. 21. C.]

**HERKARE, Lambertus Ardensis pag. 142: Ubi rustici homines et incompoti ad bibendum, vel ad cheolandum, vel etiam Herkandum, propter agri pascui largam et latam planitiem convenire solebant.** Ubi *Hercatio*, lusus apud rusticos nostros species fuit. Vide *Cheolare*.

† Haud scio tamen an non legendum sit, *Herpandum*, vel *Harpandum*, voce confecta ex *Harpastum*, Pila folle minor, quod loco citato vel maxime convenit. De hoc ludo ita Martialis lib. 4. Epigram. 19:

Sive Harpasta manu pulverulenta rapit.

Et lib. 7. Epigram. 67:

Harpasto quoque subligata ludit.

† **HERLININI MILITES**, apud Petrum Blesensem Epistola 14. per contemptum vocantur Anlici, quod poculis potius, quam gladiis, dimicent. An ab Herlino Anglo, exercitus in Saracenos ductore, sed militiæ prorsus imperito? Ita Hofmannus.

\* Pavidus, qui facile exterritur, ut opinor, a Gallico *Herle*, terror; unde *Sonner une cloche à Herle*, pro Campanam ad terrorem pulsare, vulgo *Sonner le tocsin*. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 6: *Ricowart d'Auterive escuier... estoit par un jour en sa maison en la conté de Flandres, assez près de la ville d'Espiere, et oy sonner ledit jour bien matin les cloches à Herle de ladite ville d'Espiere et d'autres villes voisines... doutant que ce ne fussent ses ennemis qui lui venissent courir sus, et qu'il est accoustumé au pais que au son des cloches les gens du pais s'assemblent, etc.* Aliæ ann. 1454. in Reg. 189. ch. 3: *On sonna les cloches du lieu à Herle et effroy pour assembler le peuple.* Vide infra *Hida*.

† 1. **HERMA TERRA**, id est, inculta. Charta ann. 1058. ex Tabular. S. Victoris Massil: *Ego Pontius de Rians dedi Deo, sanctæ Mariæ et sancto Victori terram Hermam et cultam.* Aliæ ann. 1455. ex eodem Tabular.: *Terra Herma quæ non laboratur.* Vide *Eremus*.

† 2. **HERMA, Castratio.** Papias pro *Hernia*.

† 3. **HERMA, Inaurium genus muliebre, vel prægrande saxum.** Vocabul. Sussanæ. Est *Équa Græcorum*.

† **HERMACIUM, Idem quod Herma 1.** Inventarium Recogn. ex Archivo Principis de Rohan n. 18. fol. 339: *Item pro Hermacio scito a Ribanto confrontante cum, etc.* Et fol. 358: *Cum suis juribus ac pertinentiis et cum quibusdam Hermaciis, etc.*

\* **HERMALE, Ager, qui nec colli nec arari potest, nostris Herm.** Lit. admortiz. pro eccl. Vivar. ann. 1445. in Reg. 177. Chartoph. reg. ch. 151: *Item ung Herm ou piece de terre non labourable, qui est de bien peu de value.* Charta ann. 1319. in Reg. 78. ch. 113: *Quoddam Hermale commune ipsius villæ burgi Carcassonæ, quod continere dicebant circa quatuor viginti sextariatas terræ.* Aliæ ann. 1342. in Reg. 72. ch. 341: *Quamdam bastidam, cum edificis suis, cortali, paillerio et Hermali juxta ipsam bastidam, etc.* Vide infra *Hermassium*.

† **HERMAN, Glaber Rodulfus in Vita S. Guillelmi sæc. 6. Bened. part. 1. pag.**

331: *Hermannus Præsul... cepit exosus hujus patris habere monachos cum sua institutione... Quod dum patri relatum fuisset, ad nomen illius alludens, ait: Secundum suum nomen, inquit, facit Episcopus iste. Nam lingua barbara Herman in nostra homo errans dicitur.*

† **HERMANERIUM**, *Ædes, mansio, domus Herimannorum. Charta ann. 1280. Hist. Dalphin. pag. 39: Cum discordia esset et verteretur... de personis, et terris, et Hermanerii, possessionibus, et quibusdam aliis juribus quæ de feudo domini Episcopi, vel in emphyteosim tenebantur.*

**HERMAPHRODITUS**, Eunuchus, spado. Gloss. Isid. Papias, et Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013: *Hermaphroditus, castratus, hoc est, nec vir, nec mulier, al. nec femina. Occurrit in Vita S. Potiti Mart. ex MS. Neapol. cap. 3. apud Bollandum 13. Janu. S. Asterius Homil. 5: Καὶ μετ' ἄλλων ἡνίοχοις μερίζοντες τὸν χρυσὸν, καὶ ἀλλήλαις κακοδαίμοσι, καὶ μίμοις, καὶ ὀρχισταῖς, καὶ ἀνδρογύνοις, καὶ γυναιξὶ πόρνας, etc. Infra ead. Homilia de quodam Eunuchō: Γυναιξὶ ὄν καὶ ἀνδράσιν ἀμφοτέρωθεν ἰσχυροί. S. Basilii Epist. ad Simpliciam, et Palladius in Vita S. Joan. Chrysostomi pag. 139. nec masculinum, nec femineum esse genus aiunt, ἀδύνα καὶ ἀνανδρον. Hinc apud Theophanem ann. 26. Constantis Andreas Sergium Militiæ Magistrum Eunuchum sugillabat, ὅτι οὐκ ἀνήρ, οὐδὲ πάλιν γυνή esset. Severus Imp. apud Lampridium, tertium genus hominum Eunuchos esse dicebat, nec videndum, nec in usu habendum a viris, sed vix a feminis nobilibus. Vide Matth. Paris ann. 1246. et Gloss. med. Græcit.*

\* Vocabul. jur. canon. Martini MS.: *Ermofroditus (sic) inter infames ponitur, et non potest esse advocatus. Monstrum, quod eo nomine vulgo intelligitur, aut quid simile, aliquando extitisse suspicari licet ex Lit. remiss. ann. 1405. quas hic, ut rem raram et singularem, describendas censui ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 112: Charles, etc. Sçavoir faisons... nous avoir receu l'humble supplication des amis charnels de Laurence femme de Colin Poitevin, jeune femme aagée de xvj. ans ou environ, d'Esclimont en la chastellenie de Galardon, de la paroisse de Blury, prisonniere du sire d'Amboise au regard de la justice d'Estrignoles, contenant comme deux ans eut en Aoust derrenierement passé ou environ, Jehanne femme de Perrin Goula dudit lieu d'Esclimont à un jour... se trahy pardevers icelle Laurence pour aler soyer avec elle; ... et quant vint sur la relevée, ... laditte Jehanne dist à laditte Laurence telles paroles ou semblables: Laurence, se tu veulx estre ma mie, je te feray beaucoup de bien; laquelle Laurence, qui ne pensoit à nul mal, lui dist qu'elle le vouloit bien: et adonc icelle Jehanne sans plus dire prist laditte Laurence et la jeta sur une javelle de blé; et lors dist à laditte Jehanne: que me voulez vous faire? vous n'estes pas femme comme les autres; et icelle Jehanne lui dist: tès toy, tu le saveras assez tost; et adonc icelle Jehanne rebrassa laditte Laurence et monta sur elle, comme un homme fait sur une femme, et commença icelle Jehanne à remuer ses reins et faire en la maniere que un homme fait à femme, et tant que par eschaufouison, que elle fist nature en laditte Laurence; et lors se leva laditte Jehanne de dessus elle, et commencerent à soyer jusques au soir qu'il s'en alerent en leurs hostelz. Et trois jours après, laditte Jehanne ala à l'hostel d'icelle Laurence et*

*lui dist: Je vien à toy parler d'amouretes; et lors prist icelle Laurence et la geta à terre; et lui fist ce que homme doit faire à femme, comme gieter sa nature en laditte Laurence... Icele Laurence ala aveq laditte Jehanne ès vignes; ... et quant ilz eurent un peu besogné, laditte Jehanne dist à laditte Laurence: sa il faut que je te face cela, et ce que acoustumé lui avoit; et laditte Laurence lui respondi que elle le vouloit bien; et le lui fist en une fosse desdittes vignes... Et quant icelle Laurence aloit à la fontaine quérir de l'eau, elle trouvoit aucunesfoiz laditte Jehanne, qui gardoit les bestes près d'icelle fontaine, qui par plusieurs foiz lui avoit fait les choses dessusdittes... Pour occasion desquelles choses laditte Laurence prisonniere est en adventure de bien briefment finer ses jours, se par nous ne lui est sur ce impartie et extendue nostre grace, etc. ex his colligi posse videtur Joannam hic memoratam inter Hermaphroditos annumerandam, de quibus Schenck in suis animadversionibus.*

**HERMAPHRODITARE**, Alanus de Insulis in Planctu naturæ contra Sodomitas:

*Femina vir factus sexus denigrat honorem,  
Ars magica veneris Hermaphroditat eum.*

\* **HERMARE**, Deserere, incultum et inhabitatum relinquere. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Item quicumque infra dictum mandamentum accipiens pedam sive peazo, debet ibi edificare sive eam claudere infra annum et diem; et si postquam edificata seu clausa fuerit, licet Hermetur, non perdet eam, dummodo censum domino vel ejus bajulo persolvat. Vide supra Hermale et mox*

† **HERMASSIUM**, **HERMASSUM**, Idem quod *Hermacium*. Charta ann. 1501. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Confrontatur cum Hermassio Joannis Venelli passagio in medioneus discus Hermas. Charta ann. 1510. ex Archivis S. Vict. Massil.: Quoddam tenementum seu terram hermam, sive quoddam Hermassum confrontatum cum laboragio.*

\* Idem quod supra *Hermale*. Charta ann. 1534. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 1: *Accensat... quoddam Hermassium ad manus dalphinales, diu est et de præsentem vacantem, situm in eodem Montili mandamento in nemoribus de Laus. Vide supra Ermassius et mox Hermosus.*

**HERMECACES**. [Eadem notione.] Vide *Bicocaria*.

**HERMELLINA**, Mus Ponticus, nostris *Hermine*, ab Armenia dictus quod inde ejusmodi murium pelles in Europam adveherentur: nam *Hermeniam*, pro Armenia dixerunt Scriptores Latini recentioris ævi, Anonymus in Actis S. Chrysolii, (uti monet Bollandus) Tudebodus, et alii, a nobis laudati in Dissert. 1. ad Joinvillam, ubi legitur de hoc animali, et illius pellicibus, quæ semper magno in pretio habitæ sunt. Thwroczius in Salomone Rege Hungar. cap. 52: *Cumque tetigisset veprem lancea, quædam Hermellina albissima mirum in modum, lanceæ ejus insedit, et super ipsam discurrendo in sinum ejus usque advenit.*

**HERMELINUS**, Paulus Venetus lib. 1. cap. 56: *Deferunt pelles delicatas vulpium, aut Harnelinorum, aut aliorum animalium, præsertim quæ vulgo Zebellinæ vocantur, etc. Et lib. 3. cap. 48: Varia producens animalia (regio) ut sunt Rhondes, Arnelini, Erculini varii, vulpes nigre, etc.*

**ERMELINUS**, Petrus Damiani lib. 2. Epist. 2: *Ovium itaque, simul et agnorum despiciuntur exuvia, Ermelini, gebellini, martores exquiruntur et vulpes.*

**HERMINIÆ PELLE**, Concilium Parisiense part. 4. cap. 4: *Pelles quoque de Erminis caudatis omnibus Ecclesiasticis personis prohibemus. Galfridus Monemuthensis lib. 7. cap. 4: Caius Dapifer Herminio ornatus, ... totidem vario amicti. [Ordinatio ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 406: Pro Herminis dictarum raubarum Dalphinæ ordinamus 12. flores.]*

**ARMINIÆ PELLE**, Charta ann. 1117. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacræ pag. 868: *Pellibus griseis, berartis et Arminis.*

**HEREMINÆ**, apud Ricardum Hagulstadensem ann. 1139.

**HERMINÆ**, apud Silvestr. Girard. in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 21.

**ARMERINÆ PELLE**, apud Rollandium in Chron. lib. 1. cap. 13.

**HEREMINÆ PELLE**, in Concilio Londinensi ann. 1138. cap. 15.

**HERMENDATUM**, vocant Hispani, et maxime Navarrenses, jurisdictionis speciem, in fures et facinorosos homines. Hujus autem, inquit Oyhenartus in Notitia Vasconæ lib. 1. cap. 6. inventum extorsit a populo latrociniorum cædiumque ac publicarum grassationum immensitas, quæ bella tam externa quam civilia subsecuta est: tunc enim cum magistratum cura ac sollicitudo, graviori solito onere pressa fatisceret, cœpere plebeii, quorum præcipue res agebatur, societates (Hisp. *Hermendadas*) inter se contrahere, constitutumque est, ut quoties hujusmodi aliquid scelus a facinorosis admissum esset, universi facto ad sonitum æris campani concursu, (*ab crit et repic de campanes*, ut est in Charta ann. 1452.) de compacto in illos impetum facerent, penas debitas ab ipsis sumpturi: quæ quidem Societatum ejusmodi jurisdictio postmodum regia auctoritate comprobata est, de qua pluribus eodem loco agit Oyhenartus. Exstat Ferdinandus Aragonii Castellæ Regis Edictum apud Medinam lib. de los Grandezas de Espanna, part. 2. cap. 72. cujus summam deliberavit Antonius Nebrissensis decade 1. Rerum a Ferdinando et Elizabetha gestarum lib. 6. cap. 3. *Hermendati* etiam meminit Marineus Siculus lib. 19. de Reb. Hispan. Vide *Juncta* et *Huesium*.

\* **HERMENEUMA**, [ἐρμηνεῦμα, expositio, interpretatio. *Sæc. Controv.* 26. Græce scribit, at Latine *Id. Excerpt.* 9. 3. Nunquam magnas mercedes accipere eos qui *Hermeneumata* docerent.]

† **HERMENIUM**, ἐρμηνεία, Interpretatio, expositio. Frigidogus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 176:

*Qui non æratas instabat condere gazas,  
Dapsiliis aut cunctis, dedans Hermenia vitæ.*

**HERMERUS**, Leges Adelstani Regis Angl. apud Brompton. pag. 851: *Tertium est, quod gratiant omnes misericorditer Hermerum dominum suum de dono, quod forisfactis hominibus concessisti, etc. Ubi Hermerus est Saxonice her-mære, i. magnus dominus. Quod additur, dominum suum, Glossema est.*

† **HERMES**, dicitur Capitellum quod ponitur super columnam. Papias. Vox nota, ut *Herma*, proprie Mercurii statua sine manibus pedibusque.

† **HERMINII**, pro Armeni. Gasparis Barthii Gloss. apud Ludewig. tom. 3. pag. 14. ex Hist. Palæst.

† **HERMINIUS**, adject. Vide in *Hermelina*.

† **HERMIS**, Terra inculta. Privilegium Archambaldi Borbonii et Agnetis uxoris ejus pro Villafranca: *Præpositus de Villafrancha potest accensare pedationes Hermes quæ non reddent fructus domino*. Vide *Eremus*.

\* 1. **HERMITAGIUM**, Idem quod *Hermale*. Charta Henr. I. reg. Angl. ann. 1130. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 132: *Concedo et eidem ecclesie subjecta facio omnia Hermitagia in foresta mea de Conchis, et quicumque infra forestam illam et in aliis silvis meis terram coluerit, ex toto prædictæ ecclesie decimas dono et concedo*.

† 2. **HERMITAGIUM**, Cella eremitæ, in Charta ann. 1269. ex Archivis Montis S. Michaelis, et in Instrum. ann. 1345. ex Schedis D. Lancelot.

† **HERMITORIUM**, Ead. notione. Vide *Heremita*.

† **HERMOGENIANI** Equi. Vide in *Equus*.

† **HERMONIUM**, Anathema, alienatio. Papias.

\* **HERMOPOLIUM**. [Taberna. DIF.]

**HERMORA**. Vetus Charta Cornutianensis edita a Suaresio: *Septem pharos æreos, duos habentes delphinus octonos et Hermoras, etc.* An *Remoras*?

\* **HERMOSUS**, Incultus. Charta ann. 1461. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Vineas in dicto loco de Cezarista non excolebant et volebant totaliter relinquere Hermosas*. Vide supra *Hermale*.

† **HERMULA**, Statua sine manibus ab *Hermia* derivatur. Papias *Hermula* proprie est parvula solius Mercurii statua sine manibus et dimidia sui parte inferne trunca; sed hic ad quamlibet statuum extenditur. Vide *Hermes*.

**HERMUNII**. Vide *Infanciones*.

† 1. **HERMUS**, Terra inculta. Vide *Eremus*.

† 2. **HERMUS**, Cassis, Gall. *Heaume*. Ogerii Panis Annal. Genuens. lih. 4. ad ann. 1204. apud Murator. tom. 6. col. 289: *(Navim carrociam) campali bello devicit et eam cepit, in qua ultra CCCL. III. guarnimenta ferri, ultra juppones, Hermos, clypeos et alia arma multa ceperunt*. Vide *Helmus* 1.

\* **HERNA**. [Saxum. DIF.]

† **HERNACULUS**. Charta ann. 866. apud Humfredum Wanleium de Ant. Litt. Septent. pag. 307: *Pro terra quinque manentium in unius hominis diem, 400. siclis in argento puro, duobus Hernaculis cum omnibus suppellectilibus suis, 8. bobus, 50. porcis, 200. segetibus cum gramine toto, et 30. modis de ordio triturato sine contribulibus et suburbano*. An pro junioribus equis accipiendum?

\* **HERNALDUM**, Gall. *Hernault*, *Pedagogii* genus, dominis de Partiniaco exsolvendum. Charta ann. 1388. ex Cod. reg. 9823. fol. 7. vº: *Le seigneur de Partenay disoit avoir... ung droict, appellé Hernault, qui est ung péage, que quiconque de la ville passe par certain lieu sans payer à Partenay ledit droict, le seigneur est en possession de prendre les biens de ladite ville à force d'arme en acquit et payement dudit péage. Par arrest ladite coutume est donné*.

\* **HERNANS**, [Homo durans admodum saxi. DIF.]

**HERNASIUM**, **HERNESIUM**, etc. Vide *Harnascha*.

**HERNIA**, *Castratio*, in Gloss. Isid. Alias est  $\alpha\gamma\lambda\eta$ , seu tumor in inguinibus ac seroto. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Hernia, Roture, enfleure és entrailles*.]

\* Glossar. vetus ex Cod. reg. 521: *Hernia, durum apostema. Hernicus, durus*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Crebadura, Prov. Hernia, defluccio intestinorum. Crebat, Prov. Hernitus, qui lapidem habet in mentula*.

† **HERNOSUS**, *Hernia* laborans. Vita B. Edmundi Cantuar. Archiep. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1821: *Alii Herniosi, gibbosi alii, quidam læsi graviter, etc.*

\* **HEROAS**. [Terra domini. DIF.]

\* **HEROCRETA**, *La castagna*. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **HERODIAS**, Sortilegii species. Vide *Diana* et *Hera* 2.

† 1. **HERODIUS**, Genus avis, Gall. *Heron*. Joan. de Janua: *Herodius, Rapacissima avis, avium et omnium volatilium major, qui et aquilam vincit, etc.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Herodius, Un oiseau de proie, gilsaut*. [\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521: *Herodius, faucum, Gallice, Leg. Faucon*.] Vita S. Bonifacii Mogunt. tom. 1. Junii pag. 473: *Hic autem (Gwelibus) honestis moribus, ut ferunt, suam vitam circumsepsit, nisi tantum quod cum Herodii et canibus per semetipsam jocabatur*. Hist. Luitprandi apud Murat. tom. 2. pag. 467: *Pennæ strutionis similes sunt pennis accipitris, et Herodii: cum tempus advenerit in altum alas erigit, deridet equitem et ascensorem ejus*. Non semel legitur in Bibliis sacris, ut Deuter. 14. 16. etc.

\* 2. **HERODIUS**, Idem qui *Heraldus*, *Fecialis*, Gall. *Héroult*. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. Edit. Hearn. cap. 24. pag. 54: *Trium Herodum legacione media, regi Anglorum, de prælio per ipsos cum Anglicis ineundo, certificare assensu unanimi convenerunt. Ipsi quoque Herodii, cum aciem præcedentem exercitus Anglici attigissent, adventus sui causa per ducem Eboracensem... prius nota, etc. Requisitusque ab ipsis Herodii, qua via incederet, dixit eis, etc. Herodii, his responsis contenti, etc.* Vide infra *Hiraudus*.

\* **HEROES**, Militum propria appellatio, episcopis tamen aliquando attributa. Chron. Vigev. apud Labbeum tom. 11. pag. 319. ubi de Concilio Lemov.: *Heroes, qui per dies septem concilium celebrare, Lemovicina discedunt ab urbe*.

† **HEROICUS**, *Antiquus*. Gloss. MS. Sangerman. n. 501. Aliæ Gloss. Lat. Gall.: *Heroicus, De Baron. Heros, Baron, Heros, Baronessæ*.

\* **HEROIDUM**, *Lo libro delle epistole de Ovidio*. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **HEROIS**, *La baronissa*, in eod. Glossar. Vide *Heroicus*.

† **HEROTOCHIUS**. Vide *Heeretochius*.

† **HEROUDES**. Vide *Heraldus*.

\* **HERPERT**, Equus ad usum domini, a Germ. *Herr*, dominus, et *pferd*, equus. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthaim* pag. 668. col. 2: *Quando dominus abbas pro necessitate ecclesie accedit ad curiam domini regis sive imperatoris, tenentur ei ad hoc semper tres mansi equum unum accommodare, vel sicut possunt, eum debent redimere: qui equus vulgariter appellatur *Herpert**.

† **HERPES** **ESTHIOMENUS**, Ulcus a flavæ bilis copia crassiore et acriore profectum; a Græco  $\epsilon\pi\sigma\tau\epsilon\upsilon$ , serpere, et  $\epsilon\sigma\theta\epsilon\iota\upsilon$ , comedere. Miracula S. Antonii tom. 2. Januarii pag. 153:

Manum ægris imperantem servo dedit Dominus,  
Ut cum jubet vi naturæ fiat morbo terminus,  
Et tollatur infernalis Herpes esthiomenus.

\* **HERPICA**, Candelabrum ecclesiasti-

cum in modum *herpicis* seu occæ confectum, Gall. *herce*. Kalendar. eccl. Camerac. MS. fol. 38. rº. ubi de feria v. ante Pascha ad matut.: *Post altare per tres noctes in *Herpita* xiiii. luminaria accenduntur;... ad singulos psalmos extinguitur una candela in *Herpita* a secretario*. Melius in antiquiori: *Herpica*. Vide *Hercia* 2.

\* **HERPIUS**, Occa, instrumentum rusticum ad terendas glebas, Ital. *Erpice*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 202. ex Cod. reg. 4624: *Si aliqua persona ceperit alienam celoyram, vel alienum *Herpium*, sine licentia domini cujus erit, solvat... pro dampno... solidos tres*. Vide *Herpex*.

**HERPIX**, **HIRPEX**, **HERPEX**, Occa, crates: Festo, instrumentum rusticum trigonum ad terendas glebas, nostris, *Herce*. Gloss. Ælfrici: *Hircipes, vel tribula*, Egva. [Papias: *Hirpices, Tribuli*. Gloss. Sangerm. MS. n. 501: *Tribula*.] Germani *EGge* dicunt. Lex Salica tit. 36. § 2: *Si quis per alienam messem, postquam germina produxerit, *Herpicem* traxerit, aut cum carro sine via transierit*. Ubi Editio Heroldi habet, *postquam levaverit, *Herbice* traxerit, etc.* Servius ad 1. Georg. Virgilio... *Vimineas trahit crates. Ad agrorum scilicet exæquationem, quam rustici *Hirpicem* vocant*. Hinc

**HERPICARE**, apud eundem Servium, et **HERPICARIUS**, in Gloss. Lat. Theuton. *Egedere*.

**HERPICATIO**, pro opera unius diei cum *herpice*. Extenta manerii de W. ann. 13. Edw. III: *Item faciet tres *Herpicationes*, vel dabit 3. den. Spelman*.

† **HERREMERITUS**, Benemeritus, vel magnis meritis clarus. Charta ann. 1530. apud Rymer. tom. 14. pag. 398: *Almi studii Ferrariensis Cancellarius *Herremerti* in loco et collegio consueto constituti, etc.*

† **HERRENAM**. Vide *Harenam*.

† **HERRERUELOS**, Vestis seu pallii genus apud Hispanos. [\* *Academ. Hispan. in Diction.: *Herruelo* vel *Ferruelo*, Lacerna*.] Concilium Valentinum ann. 1565. inter Hispan. tom. 4. pag. 69. *Vel pallium brevius ad genua tamen usque saltem demissum, cujusmodi vestes vulgus *Herreruelos* vocat*.

\* **HERREWERCK**, Furtum, rapina in alterius domo vel fundo. Jus Danicum apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 169: *Item si aliquis succiderit silvam aliqujus et succisam detulerit, tunc possit injuriam passus pro illo sequi causam *Herrewerch* vel rapinæ: si vero silvam succisam jacere permittit, tunc prosequatur causam *Herrewerck*, etc.*

† **HERRID**, Aula, domus, Danis. Litteræ Erici Danorum Regis ann. 1303: *Dedimus in solidum domino Archiepiscopo et ecclesie supradictæ... prædictum *Herriid*, pro dictis bonis scotatum*. Vide *Hird*.

\* Nostris *Hériquet* dicitur Officina, vulgo *Echoppe*. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 211: *A l'aide d'un siset de fer et d'une ville à tonnelier entre en un *Hériquet* ou *eschoppe* à espicier, assis en laditte ville de Pontoise*.

\* **HERRUM**, pro *Horreum*, ut opinor; quamquam ex præcedenti voce, *Herrum*, eadem notione atque *Horreum*, dici potuit. Charta Rotrodi comit. Pertic. ex Reg. forest. comitat. Alencon. in Cam. Comput. Paris. fol. 52. vº: *Dono Deo et monachis de Tyron... unam magnam somam satis apud Mauritaniam in unaquaque hebdomada perpetuo habendam, et*

decimam annonæ omnium Herorum meorum.

† **HERSA**, Septum quod urbium portis obicitur, vulgo *Herce*. Instrum. ann. 1532. ex Archivis Ecclesie Redonens.: *Clerus secum adduxit Principem ad portam fullonum, et ad Heram R. in Christo pater Yvo Redon. Episcopus cum suo clero exegit ab eo juramentum fidelitatis de conservandis libertatibus ecclesie. Vide Hercius.*

† **HERSIA**, [Candelabrum.] Vide *Hercia* 2.

† **HERSONARIA**, f. Hortus leguminum, a Gallico *Ers*, Latine *Erum*, quod est species leguminis. Charta ann. 1263. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 144: *Licebit eisdem (Monachis) facere plenariam justitiam supra domum meam de Resancon, et supra pomerium meum, et supra Hersonariam meam, et supra residuum hæreditatis mei... sciendum est siquidem quod nec ego prædictus Hugo, nec mei hæredes prædictam domum et pomerium et Hersonariam poterimus vendere, elemosynare vel alicui obligare.*

\* **HERTEMUS**, Ager, qui nec colli nec arari potest, nostris *Ertaye* vel *Hertaye* et *Hertoye*. Chartul. S. Vict. Massil. pag. 101: *Ego Willelmus frater Rostagni dono de meo alode S. Victori et S. Michaeli in comitatu Cabilonensi (Cavaillon) in territorio Agoldi, et est ipsa terra... usque in Hertemo, sicut aqua vergit usque in fontem Romania. Lib. censuum terræ d'Estilly ex Cod. reg. 9493. an. circ. 1430. fol. 5. r°: Trois deniers assis sur demi arpent de terre ou environ... joignant à la terre et Hertaye feu Estienne Cornillau... d'autre part à l'Ertaye de Guion le Bouyer. Et fol. 6. v°: Item sur une autre piece d'Ertaye, qui est près le sender en allant aus Motaiz, joignant à l'Ertaye de Guillaume Guignet d'une part, etc. Rursum fol. 30 r°: Sur demy arpent de terre, bois et Hertoye joignant d'un bout à quareour au Renart et au bout de l'aunay et cheuvreau Mace Vaugoin. Vide supra *Hermale*.*

† **HERTHAMON**. Lex Frison. tit. 22. § 28. *Si præcordia, id est, Herthamon gladio tetigerit. Ita etiam Editio Heroldi. Vox confecta, inquit Lindenbrogius, ex Herte, cor, et Wund, vulnus. Sikama reponit hertaem, vel hertadem, ita ut sit corporis pars, ubi vitæ spiritus prope cor continetur, quæ intestina et interanea vitalia appellantur, et corde, ubi vitæ sedes est, quasi prætenta. Somnerus denique legendum censet *Herthemon*, vel *Herthemon*, quod cordis scutum, vel præsidium significat, diaphragma scilicet, seu præcordia, quæ cordi objacent: voce composita ex herte, vel Saxon. heort, cor, et mond, Saxon. mund, tutela, defensio, munimen.*

† **HERTIUM**. Vide *Hercia*.

† 1. **HERTUS**, *Asper et malus*. Gloss. MS. Sangerm. num. 501. Leg. *Hirtus*.

† 2. **HERTUS**, Suevorum et Borealium Germanorum, perinde Anglorum Dea. Vide Spelmann. et Schilterum.

† **HERVADIUM**. Vide *Hergeweth*.

† **HERVENUS**, Genus materie. Papias, et Gloss. MS. Sangerm.

\* **HERVESTRET**, Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 685. col. 1: *Præterea solvit, ut puto, duos denarios, qui appellantur Hervestret.*

\* **HERVIS**, f. Canalis. Charta ann. 1299. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 110. v°. col. 1: *Item omnia alia, beces, feoda de cerces, pasqua, Hervis aquarum, deveria, etc.*

† **HERUNCCELLUS**, Ardeola, Gall. *Petit Heron*. Epistola Eduardi I. Angliæ Regis apud Rymer. tom. 2. pag. 1087: *Mittimus vobis quatuor girofalcons grisos; quorum duo apti sunt et instructi ad grues et Heruncellos.*

† 1. **HERUS**, Imperator. Acta S. Casiani apud Illust. Fontan. in Append. ad Antiquit. Hortæ, cap. 6. ubi de Jo-viano Imper. pag. 347:

Quod Herus agnoscens, jussit perquirere statim  
Quid super hoc Domini vellet sententia magni.

\* 2. **HERUS**, Arboris species, nisi sit nomen loci. Inquisit. forestæ de Lyons in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 118. r°. col. 1: *Robertus de Pissiac habet... mortuum boscum ad arandum ad noionem vel ad Herum.*

\* **HERWEDE**. Charta Ernesti ducis Brunsvic. ann. 1335. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 30: *Item si aliquis hospes debet petere hæreditatem, quæ vocatur Herwede vel rathe, dabit judici solidum; si burgensia, dabit sex denarios. Vide Hergeweth.*

\* **HESCHIUM**, [Ital. *Eschio*, sorte de chêne: & Pro quatuor lignis Heschii grossis et longis pro primo solaro in summate dicti campanilis. (Libri censuales S. Petri Romæ, an. 1464.)]

† **HESCUARIUS**, Miles prædo, vel famulus, nam *Escuderos*, famulos suos vocabant monachi. Fragmenta Hist. MSS. Stephanotii tom. 1: *Super sacrilegis excessibus commissis a quibusdam nefariis personis, quæ runcupantur Hescudarii. Vide Escudertus.*

† **HESIA**. Vide in *Asiantia*.

† **HESICASTÆ**, apud Bleynian. Instit. pag. 267: *Anachoretæ dicuntur quoque Hescastæ tanquam quiescentes; ἡσυχᾶσιν enim quiesco significat. Eorundem Monachorum occurrit mentio in Novella Justin. 5. tit. 3. Vide Hesycharium.*

\* **HESNAGIUM**, Jus primogeniti in hæreditate paternam. Charta ann. 1241. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 920: *Fuit autem prædicta concordia facta, salvo Hesnagio prædicti Radulphi, quod dum voluerit et de jure poterit, reclamabit. Vide supra Ainescia.*

† **HESTA**, Charta Hugonis Burgundiæ Ducis apud Perardum pag. 335: *Concessi etiam eis quod locationem Hestorum fori et nundinarum... non possunt accrescere ultra tertiam partem locationis quæ fuit anno illo. Sed perperam omnino, legendum quippe, uti habetur in eadem Charta quæ exstat in Chartul. Divion. Estallorum fori. Vide Estallum.*

\* Mendum esse pro *Estallum* non ita certum est: nam *Hestaus*, eadem notione, occurrit tom. 3. Fabul. pag. 211:

Si s'est assis seur un Hestaus.

Unde

\* **HESTALLAGIUM**, Jus *hestas* habendi: inde *Officium hestallagii*, illius scilicet, qui *hestis* ordinandis invigilat, vel præstationem ex *hestis* percipiendam colligit. Officia Laudun. civit. in Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 57. v°: *Officium Hestallagii, super calcayan et introitus domorum. Vide in Stallum 1.*

† **HESTALDI**. Vide *Haistaldi*.

† **HESTCORNE**. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 367: *Dedit (Rex Ethelstanus) Deo et Sanctis prædictis, ac septem presbyteris ibidem Deo servientibus... quasdam avenas, vulgariter dictas Hestcorne, percipiendas de dominiis et ecclesiis in illis partibus, quas ministri dictæ ecclesie usque in præsens percipiunt pacifice et quiete. Vide Hestcrasda.*

† **HESTCRASDA**. Miracula S. Joannis Ber-lac. n. 7: *Et quidem coloni illius Provincie Hestcrasda, id est, quod exigebatur ad pabulum Regis, singulis annis solebant Regis præfectis reddere, videlicet de unaquaque caruca, id est, ad cul-trum et vomerem, quatuor travas de suis frugibus, et talis redditus inter vectigalia regia computabatur. [Vide Hestcorne.]*

\* **HESTELEIE**, Mercus, quæ dabatur veridicis seu testibus, interprete Lude-wigo ad Jus Danicum tom. 12. Reliq. MSS. pag. 167: *Item non debet aliquis ad placitum generale veridicos citare nisi executor causæ vel aliquis alius ex parte sua ad hoc in placito constitutus, vel aliquis qui veridicorum Hesteleie exsolvere sufficit, cum emenda, si convincatur, quod suum Hesteleie non exposuit legitimo tempore.*

† **HESTEREN**, Arboris genus. Bern-hardi de Breydenbach Iter Hierosol. pag. 276: *In mari peregrinanti si subversio et vomitus acciderit, utatur sirupo Hesteren vel granatorum cum menta, vel pomorum mazorum cum tamarindis sugat, et odor-ret granata poma muza coctana minuat-que cibum.*

† **HESTERNUS ANNUS**, Proxime elapsus. Beda in Epistola ad Egbertum Antistitem, initio: *Memini te Hesterno dicisse anno, cum tecum aliquot diebus legendi gratia in Monasterio tuo demorarer, etc.*

† **HESTHA**. Domesdei tit. *Cestve*: *Quando Rex ipse ibi veniebat, reddebat ei unaquaque carucata 200. Hesthas, et unam cuvam cervisie, et unam butyri ruscam. Ubi Spelmannus Hestham intelligit capum, seu gallum castratum, vel pullum quem-piam gallinaceum: a Gallico *Hestaud*, *Hestaudeau*, seu *Estoudeau*, pullaster. Vide *Haistaldi*.*

† **HESTRAFFLA**. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 170: *Rex Athelstanus suum jus de Hestraffa, id est, de pabulo equorum, quod ei singulis annis solvebatur, etc.*

\* **HESUS**, pro *Esus*, pastus. Charta Guill. comit. Nivern. a. 1165. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 22. col. 2: *Homines illi qui debent salvamentum, conducent illud Silliniacum in domum domini Bucardi, et ipse dabit eis Hesum. Vide Esus.*

† **HESYCHASTERIUM**, Græcis recentioribus, ἡσυχαστήριον, Cella solitaria, hic, ut videtur, Cœnobium. Vita S. Stephani Sabaitæ auctore Leontio ejus discipulo tom. 3. Julii pag. 531: *Prosequere igitur eam vivendi rationem quam edoctus a Deo es; dimidium quidem temporis ponens in solitudine, quod autem reliquum, in Hesychario, ut multos te veram Dei notitiam ac virtutem instituas. Vide Hescastæ.*

† **HETA**, Votum, optatum, desiderium. *Solvere in Hetam*, hoc est, ex Sententia, ad optatum, a Gallico veteri *Hait*, unde nostrum *Souhait*. Testamentum Armandi d'Aligre ann. 1263. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1115: *Ipsam domum pro eis instituo in heredes in duobus mille solidis Podiensis monetæ, quos donavi et solvi in Hetam dictæ domui pro eisdem. Ibidem occurrit iterum.*

† **HETARIARCHÆ**, Qui cohortibus conflatis ex Romanorum sociis præerant in Palatio ad Imperatoris custodiam, Græcis ἡτᾶριάρχαι, de qua dignitate multa diximus in Notis ad Annæ Alexiadum pag. 227. Will. Tyr. lib. 21. cap. 16: *Joannes vir magnificus, Megaltriarcha, pro Megaetriarcha. Acta S. Nicolai CP. tom. 3. Maii pag. 510: Tunc Romanus Imperatoris pater declaratur, et Romani*



vice Christophorus ejus filius Heteriarches instituitur. Ubi Heteriarches Bollandistis est Princeps juventutis.]

† **HETEROCILITUM**, *Diversicilinium*, in Glossis Isidori. Est autem *Diversicilinium* Joanni de Janua: *Locus ubi diversæ viæ conjunguntur.*

† **HETROGENEUS**, vox Græca. Dissimilis, alterius generis, in Conc. Constant. tom. 2. part. 1. col. 48: *Si in nullis ejus partibus Heterogeneis, id est stitibus, etc.*

† **HETEROMALA**, *HETEROMASCHA*, *Vestis servitibus dicata, altera tantum parte villosa, cui opponitur Amphimaschala utrinque villosa.* Laur. in Amalth. Statuta Avenion. lib. 1. Rubr. 5. art. 5: *Quibus dicti Consules fieri curent ad honorem civitatis vestem Heteromalam, vulgo Robe de Velour.* Vox Græcæ originis ἑτερος, alter, μάλλος, vellus. Vide *Amphibalus* 1.

† **HETI**, *Folia quatuor fuere de exemplari.* Isidori Gloss. Ubi Grævius: *Hæc est nota scribæ, qui significavit in exemplari, unde hæc hausit, desiderari quatuor folia. Fideliter descripsit Constantiensis: Hestus folia, a quatuor quæ excisa fuerunt de exemplari, a Heth vita.*

† **HETRUSCÆ** *CORONÆ*, de quibus Tertullianus lib. de Corona milit. cap. 13: *Superferuntur etiam illis Hetruscæ. Hoc vocabulum est coronarum, quas gemmis ac foliis ex auro quercinis ob Jovem insignes ad deducendas thensas cum palmaris togis.* Hetruscæ igitur coronæ Tertulliano eæ sunt, quibus in solemnioribus Deorum pompis utebantur: Hetruscæ dictæ quod illas ab Hetruria Romani, non secus ac cæteros superstitionum suarum ritus, ut ipse Tertul. scribit lib. de Spectac. acceperant.

† **HETTEMATICUS**. Jul. Firmicus lib. 3. cap. 9: *Ipsos tamen faciet Hettematicos, et prima quidem ætate semper vitiosos.*

† **HEVA**, Uxor. Annales Corbeienses apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 312: *Justinus Luther cum Heva sua, ex singulari devotione seculo renunciat. Ille fit ostiarius noster, hæc autem serva dominarum in Valle Dei.*

† **HEUCA**, *HEUSA*, a veteri Gallico *Heuce* vel *Heus* et *Heuse*, nunc *Aisse*, *Embolus*, *fibula*. Arest. parlam. Paris. ann. 1303. in Reg. *Olivin* fol. 106: *Harnitores pomellorum, bandarum, capellorum, violarum et Heucarum ex auricalco, electro et metallo, etc.* Lib. 1. statut. artific. Paris. ex Cam. Comput. fol. 218. r.: *Des garnisseurs d'espées, faiseurs de viroles, de Heus et pommeauls, etc.* Comput. fabr. S. Petri Insul. ann. 1522: *Datum Balduino François, qui mutavit omne plumbum vetus dicti campanarii in novum, et deposuit crucem, et posuit Heusam novam, etc.* Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 220: *Lequel suppliant a emblé... une Heuse de fer à la charree de certaine personne qu'il ne cognoist. Deux chevilles de fer, appellées Heuces, à charrette, in aliis ann. 1408. ex Reg. 163. ch. 6.*

† **HEUCHIA**, an Rivus, canalis ? quia quasi in arca, quam *Huchiam* dicunt Picardi, continetur. Charta ann. 1261. ex Chartul. 23. Corb.: *Johannes dictus Paganus de Cherisi et domicella Margarita ejus uxor recognoverunt coram nobis se vendidisse... quoddam vierium suum, situm inter Cherisicum et Salliacum aguosum supra Heuchiam Coullely.*

† **HEUDUM**, *Mensura frumentaria* apud Belgas. Charta ann. 1368. apud Miræum tom. 2. pag. 1328: *Quæ quidem*

*terre solvunt 24. solidos Paris. monetæ Flandriæ annui et perpetui redditus, cum uno Heudo frumenti annuatim ad vitam domicellæ Grietæ, dictæ Spaens. Vide Hodium.*

† **HEVET**, Anglis, *Caput*, nunc *Head*. Vita sanctæ Ethildritæ sæc. 2. Bened. pag. 750: *Collem eminentem prope qui Coldeburch-Hevet, quod Latine Caput Coldeburchi dicitur, abiit et ascendit.*

† **HEVEWARD**. *Domesdei* titt. *Gretebr. Picot. de Gretebr. Hestiton. Et 8. avaras, et 8. ineward, et 4. Heveward Vicecomiti inveniebat.* Occurrit alio loco semel. Voces incertæ notionis, inquit Spelmanus. [Vide *Heyward*.]

† **HEULBO**, *Guttur*, *Papillæ*.

† **HEURETES**, ἑυρετης, inventor, auctor: *Plaut. Pseud. 2. 4. 9. Heures mihi est.*

† **HEUSA**. Vide supra *Heuca*.

† **HEUSE**, *Calceamentum militare.* Vide in *Osa*.

† **HEUSIA**, *Tibiale, crurale, caliga*, nostris *Heuse*; unde *Heuser, boter, ocreare*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Comput. MS. ann. 1239: *Pro Heusis domini Johannis de Bellomonte, xvj. sol. Vide Osa.*

† **HEUVELBORH**, *Fidejussor*: ex Saxónico *healf*, *dimidius*, et *borge*, *borgh*, *debitor*, vel etiam *fidejussor*, quia qui fidejubet, debitorem se quodammodo constituit: nisi hæc vox eadem sit cum *Headborow*, quam consule. Vide *Leges Willelmi Nothi vernaculas* cap. 25. uti eas dispunximus, et Latine reddidimus, editas a viro doctissimo Gabriele Gerberono cum S. Anselmo.

† **HEXAMITUM**. Vide *Exametum*.

† **HEXAPLA**. Vide *Exapla*.

† **HEXAPTOTOS**, *de sey casi*. Glossar. Lat. MS.

† 1. **HEYA**, ἔγε, *Eia*. Supplementum Antiquarii.

† 2. **HEYA**, *HEYARE*. *HEYBOTE*. Vide in *Haga*.

† **HEYLEKA**, *Sancta*, a Teuton. *Heilac*, *Sanctus*. Cæsarius Heisterb. lib. 6. cap. 5: *Venerabilem illam inclusam ordinis nostri, dominam Heylekam, secundum nomen suum, vere Sanctam.*

† **HEYMSOECKEN**. Vide *Hamsoca*.

† **HEYRELIIUM**. Vide supra *Hayrelium*.

† **HEYWARD**, *Rei pascuæ curator*, a Sax. *hig*, *gramen*, vel *heg*, *sepes*, et *veard*, *custos*. Hodie passim pro *Armentario* accipitur.

† **HIALUM**, ex Græc. ἕαλος, *Vitrum*. Gloss. Ælfrici: *Vitrum, vel Hialum, glæs.*

† **HIANIO**, *Margarita preciosa*. Vetus Gloss. MS. Sangerm. num. 501. Forte leg. *Unio*.

† **HIANTIA**, [Apertura, hiatus, *Tertull. Anim. 10. Tubam pariter, et Hiantiam oris illius ostende.*]

† **HIATOR**, ex Gallico *Hieur*, et *Hie*, *Fistula*, *pavicula*, *instrumentum*, quo pavimenti silex premitur. Lambertus Ardensis pag. 258: *Wallactores, et Deuparii, et Hiatores cum convenientibus... instrumentis.* Vide *Bergerium de Itinerib. Roman.* lib. 2. cap. 15. n. 3. *Le Roman de Jordain* MS.:

Les murs assaillent par dehors et à Hie.

† **HIATUS**, *Os*. Vita Lietberti Episc. Camerac. cap. 3. tom. 9. Spicilleg. Acher. pag. 677: *Nomen accepit Lietbertus, et merito quippe qui liberatus erat plebem sibi committendam de hostis rabidi versutis Hiatribus. Hiatum oris dixit Tullius.*

† **HIBALCIO**, *Maris habitia*. Ita Glossæ antiquæ MSS. [Vide *Ibalia*.]

† **HIBERE**, *Tenere, ligare*: obsoletum verbum. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis ex Edit. Luca Holstenii pag. 28: *Horrui et erubuit Tribunus; et ita jussit illos manibus Iberi.*

† **HIBERNAGIUM**, *HIBERNATICUM*, *HIBERNUM*. Vide *Hybernagium*.

† **HIBERNICUS**, f. pro *Ibericus*, ut conjectant Benedictini ad Dipl. Rodulphi reg. ann. 993. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 377: *Archiepiscopatum (Tarentasiensem) Hibernicis incursionibus penitus depopulatum, etc.*

† **HIBITUM**, *Asperum*. Papias MS. Gloss. Sangerm. n. 501. *Hibtus, Asper*. Legendum *Hirtus* et *Hirtum*, voces Latinis notæ pro *Hirsutus*, vel *Hirsutum*. Joh. de Janua: *Hirsutus, asper pilis, vel pilosus, ut hircus; unde Hirtus per sincopam pro Hirsutus.* Sed notior res est quam ut indigeat vade.

† **HIBLATUS**, pro *Niblatus*, *Splendidus*, *resplendens*. Vita S. Gregorii tom. 2. Martii pag. 206: *Tenens in capite matronalem mitram candentis brandei varietate Hiblatam.*

† **HIBTUS**, pro *Hirtus*. Vide *Hibitum*.

† **HIGA** vel *HICHA*, pro *Bica*, legendum in Pactu Legis Salicæ tit. 19. § 10. et 11. auctor est Eccardus. Vide *Haga*.

† **HICHINACULUM**. Testamentum S. Remigii, apud Flodoardum lib. 1. cap. 18: *Remigius coclearia 3. quæ meo sunt nomine titulata, mantile ipsius, quod habeo feriale, transcribo: Hichinaculum quoque dono illi, de quo Hondebodo dixi.* Ita etiam habet prius S. Remigii Testamentum apud Labbeum et Marlotum. Ubi *Hichinaculum* forte pro *Hichinario* dicitur, ut diminutivum sit vocis *Hichinarius*, de qua mox. Vide *Hilcus*.

† **HICHINARIUS**, *HICHINARIUS*, inter ministeria seu vasa sacra reponitur in Historia Episcoporum Autisiodor. cap. 20: *Dedit et Hichinarios duos anacteos pens. lib. 4. et uncias 3. Item Hichinarios 3. anacteos pens. etc.* Infra: *Ichinarium unum pens. lib. 1. et unc. 1. Item Ichinarios columellatos 3. pens. unusquisque lib. 1. Item Ichinarium unum, etc.*

† *Lacuniarius* legendum conjectat Domin. Georg. Rhodig. lib. 1. de Liturg. Rom. Pontif. cap. 21. nam *Lacuniaria*, inquit ille, apud Isid. in Origin. sunt pendentia lumina, quasi lucanaria, id est, in aere lucentia. Vide *Lichinus*.

† **ICHRIARIUS**, *Eadem significatione*. Testamentum illustris matronæ Ermen-trudis apud Mabillonium in Appendice ad Liturgiam Gallicanam pag. 463: *Item dulcissimo nepoti meo Bertegisilo Ichriario argenteo et mancipia his nominebus, Sunniulfo et sorore ejus Hibethrude et filias Anthimio... habere jubeo.*

† **HICTER**, *Lo papagallo*. Glossar. Lat. Ital. MS.

† **HICTICUS**, *Idem* quod infra *Hissirus*, vox corrupte scripta. Epist. Soldani Ægypt. in Chron. Joan. Whethamst. pag. 407: *Tu habes naves, nos Hicticos.*

† **HIDA**, et *HYBA*, ex Saxon. *hyd*, *Terræ portio*, quantum sufficit ad arandum uni aratro per annum. Henricus Huntindonensis lib. 6. pag. 360. et ex eo *Bromptonus*: *Hida Anglice vocatur terra unius aratri culture sufficiens per annum.* Huntindon. pag. 370. Radulphus de Diceto, *Brompton*. Robertus de Monte ann. 1033. et alii: *Misit Rex potentissimus Anglorum Willelmus Justitarios suos per unamquamque scyram, id est, provinciam Angliæ, inquirere fecit per jusjurandum, quot Hidæ, id est, ju-*

gera uni aratro sufficientia per annum essent, in unaquaque villa, etc. Matth. Paris. ann. 1082: De unoquoque aratro, id est, Hida, etc. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 21: Dedit huic Ecclesie Fengg. 7. aratorum, quod Anglice dicitur 7. Hides. Proinde Hida idem est, quod aliis Carrucata. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 678: Omnes carrucatas, quas Angli Hidas vocant, funiculo mensus est et descripsit. Rogerus Hovedenus pag. 778: Carrucata terræ, sive Hyda.

† HIDRA, Eadem notione. Chartularium SS. Trinitatis Cadomensis f. 26: In Felested habemus duas Hydras in dominio nostro; de his debet nobis reddere Radulfus ter centum acras terræ seminatas, dimidium frumenti, et aliud dimidium avenæ, de his adhuc duobus Hidris habent decem et novem bordarii quatuor virgas terræ, quisque horum dat per annum 2. denarios de capite suo. Ibidem fol. 27: In Penneberia 3. Hydras terræ, unam in dominio, alias habent homines, boves 22. vacas 2. in tribus carucis, equum unum, etc.

De hidæ quantitate non consentiunt Scriptores, ac veteres Tabulæ. Gervasius Tilleberiensis lib. de Scacario apud Lambardum ait, hidam constare 100. acris. Codex MS. apud Spelmannum quatuor virgatas, alius in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 313. octo unam Hidam conficere tradunt. Veterem schedam Hydarum numerum in plurimis Angliæ regiunculis continentem hic accipe ex Spelmanno, ne et in his minutis fidem nostram Angli desiderent:

1. Myrcna continet 30000. hidas.
2. Woken-setna 7000. hid.
3. Westerna 7000. hid.
4. Pec-setna 1200. hid.
5. Elmed-setna 600. hid.
6. Lindes-farona 7000. hid.
7. Suth-Gyrwa 600. hid.
8. North Girwa 600. hid.
9. East-Wizna 300. hid.
10. West-Wizna 600. hid.
11. Spalda 600. hid.
12. Wigesta 900. hid.
13. Herefina 1200. hid.
14. Sweordora 300. hid.
15. Eyfla 300. hid.
16. Wicca 300. hid.
17. Wight-gora 600. hid.
18. Nox-gaga 5000. hid.
19. Oht-gaga 2000. hid.
20. Hwynca 7000. hid.
21. Ciltern setna 4000. hid.
22. Hendrica 3000. hid.
23. Unecung-ga 1200. hid.
24. Aroseatna 600. hid.
25. Fearfinga. 300. hid.
26. Belmiga 600. hid.
27. Witherigga 600. hid.
28. East-willa 600. hid.
29. West-willa 600. hid.
30. East-Engle 30000. hid.
31. East-Sexena 7000. hid.
32. Cant-warena 15000. hid.
33. Suth-Sexena 7000. hid.
34. West-Sexena 100000. hid.

De vocis notione et etymo, sic censent Spelmannus et Somnerus, ah Saxon. hyden, quod est tegere, Hidam proflixisse, ita ut primario idem fuerit, quod tectum, mansus, manerium, id est, domus cum adjuncta agri ad colendum portione, quam hydelandes vocat vetus Bedæ Interpres Saxonius, quasi terras ad Hydum pertinentes. Sed et Spelmannus in veteri Glossario Saxon. hadæe, stationem et confugium reddi auctor est; unde Gallorum Hute,

inquit Somnerus. Huic conjecturæ favet Scotorum enuntiatio, qui Hildam vocant, quod Angli Hidam, et Hilden, pro tegere, cooperire. Occurrit autem vox Hilda in Regiam Majestat. lib. 2. cap. 16. § 20. 21. Vide Hloth.

HIDARE, Terram per hidas censere, unde Hidatus, taxatus, censitus.

HIDAGIUM, Præstatio, quæ Regi Angliæ fiebat pro auxilio, pro ratione hidarum, vel quæ ex singulis hidis exsolvitur. Bromptonus: Hidage, vel taillage, est tallagium de hidis terrarum. Charta Henrici I. Regis Angl. tom. 1. Monastici Anglic. pag. 185: Dono etiam Hidagium, quod exigebatur de 20. hidis ad eandem urbem pertinentibus, etc. Apud Matth. Paris ann. 1242. Carucagium et Hidagium, idem sonant. Bracton. lib. 2. cap. 16. § 8: Sunt etiam communes quædam præstationes, quæ servitia non dicuntur, nec de consuetudine veniunt, nisi cum necessitas intervenerit, vel cum Rex venerit, sicut sunt Hidagia, carragia, et caruagia, etc. Quæ quidem auxilia et præstationes per hidas perantiquæ in Anglia videntur: siquidem Ina Rex in Legibus suis § 71. Edit. Saxon. de 10. Hidis ad corredium dari sanxit 10. modia mellis, 300. panes, etc. et Ethelredus ann. 1008. apud Matth. Westmonast. Per totam Angliam jussit parari ex 300. Hidis unam unam, et ex octo Hidis galeam unam et loriam. Apud Simeonem Dunelmensem anno 1084: Rex Anglorum Willelmus de unaquaque Hida per Angliam 6. solidos accepit. Adde Leges Edwardi Confess. cap. 11. Henricus I. pro matrimonio Mathildis filie suæ, cepit ab unaquaque Hida Angliæ 3. solidos. Apud Rogerum Hovedenum pag. 778: Ricardus Rex Angliæ accepit de unaquaque carucata terræ, sive Hyda, totius Angliæ 5. solidos de auxilio. Est etiam HYDAGIUM, Rastallo, quietum esse, si Dominus Rex talliaverit totam terram per Hidas. Ita passim usurpant veteres Chartæ in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 169. 192. 372. 976. tom. 2. pag. 827. apud Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 632. etc.

\* Nostris vero Hide, idem quod Pavor, terror, vulgo Fraieur, épouvante. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 406: Laquelle Prieuse après ce qu'elle fu ainsi délivrée, dist à son mary, que par l'espouvement et la Hide que elle avoit eu de ce que lidit Pierressons lui avoit fait, ses enfes estoit mors en son vendre. Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:

Moult est li clers en grant feour,  
Moult a grand Hide et grant peur.

Guignevilla in Pergr. hum. gener. MS.:

Grant Hide et grant paour me faites.

Vide supra Herlinini.

HIDALGUS, Nobilis, apud Hispanos, de cujus vocis etymo consulendus Covarruvias tom. 2. Var. Resol. cap. 1. n. 11. et Sebastianus Cobarruvias in Thes. linguae Castellane verbo Fidalgo. Hieron. Blanca in Comment. Rerum Aragon. pag. 734: Militum autem vox et Infancionum id sonat, ut priori equestris ordinis viros nuncupemus, quos vulgari sermone Cavalleros: posteriori vero, quos vocare solemus Hijos dalgo. Leges Alfonsine part. 2. tit. 21. lege 3: Fidalguia.... es nobleza que viene à los omes por linage. Filii dalgo, dicuntur in Foris Aragon. lib. 1. tit. de Officio Justitiæ Aragon. Charta ann. 1289: Dom. Rex Portugallie, et Comes Bolornie fecit cum Consilio suorum Ricorum hominum, et

suorum filiorum de algo tale incautum. Proinde idem, qui nude Homines de linagen dicuntur, in Charta Lusitana apud Brandaonum in Monarch. Lusitana tom. 4. pag. 272. Eundem vide ibid. pag. 268. 279. v.

HIDGILDUM, Corii redemptio, ex Saxon. hydegyld, vel hydegyld, ab hyde, corium, et gyld, solutio, compensatio. Leges Alfredi et Godrini R.R. cap. 11: Si liber festis diebus operetur, perdat libertatem,... servus corium perdat, vel Hidgildum. Adde cap. 12. Vide Corium perdere.

† HIDRA. Vide Hida.

† HIDRINIS, Serpentinis. Isidorus. Ubi Grævius: Hydrius ab Hydrus.

\* HIDRIO, Aromatis genus. Dipl. Chilper. II. ann. 716. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 694: Hidrio libras 50. cicer lib. 150.

† HIDROMATES, Qui ex aqua divinant. Vetus Gloss. MS. Sangerm. Sed legendum Hydromantes, a Græco ὑδρομαντις.

HIDROS, Diabolus, Servus, in Glossis Antiq. MSS. [Pro Servus puto restituendum Serpens; est enim ὄφις Græcis Serpens aquaticus.] Vide Hydros.

† HIEMALIS ANNONA. Vide in Hybernagium.

† HIEMANTES. Vide Hyemantes.

HIEMICA ÆSTAS. Glossar. MS. Medicum Regis Cod. 1486: Hiemica æstate, f. pro qualitate temporis temperata.

HIEMS. Per hiemes annos putasse Anglos, colligitur ex fragmento Regum Westsaxon. edito post Vitam Ælfrædi Regis pag. 199.

† HIERACIÆ, Hæretici, sectatores Hieracis, qui Ægyptius gente, Manichæus opinione, novam sectam proculdit. Negabat resurrectionem carnis, conjugatis et infantibus regnum Dei intercludebat, Filii Dei æternam nativitatem nesciebat, Spiritum sanctum Melchisedech dicebat. Ita Bollandistæ ad Vitam S. Macarii Ægyptii auctore Ruffino tom. 1. Januar. pag. 1013: Aiebant præterea aliquando venisse ad eum hæreticum quemdam Hieraciam, quod genus hæreseos invenitur apud Ægyptios, De eo agunt S. Ephiph. et alii.

† HIERARCHA, Archiepiscopus. Vita S. Severi Archiep. Ravennæ in Append. apud Murator. tom. 2. pag. 192: In hoc denique specialis doni miraculo æstimari non immerito possumus sanctum D. Severum Archiep. per omnia B. Ambrosio æquiparandum, qui sicut ille Beatissimus Hierarcha sancti et gloriosi Martini Episc. natalitio deservit, sic et iste B. Geminiani.

† HIERATICI, Peregrinantes dubii, non habentes firmum locum. Hieraticæ, litteræ sacerdotales. Papias.

† HIERAX, Species falconis, Thuano de Re accipitraria, vulgo Sacre, Græc. λέπας.

† HIERO, Ardea, Gall. Heron. Charta forest. cap. 13. apud Spelmannum: Unusquisque liber homo habeat in boscis suis aëreas accipitrum, espernarum, falconum, aquilarum, et Hieronum.

† HIEROCERUS, vox Græca, ἱεροκέρως, Sacer præco, qui favere linguis jubet, dum sacra peraguntur, aut qui aliud quippiam inter rem sacram edicit. Francischi Blanchini Præfatio apud Muratorium tom. 3. Scriptorum Italicorum pag. 73:

M. D. M. I. ET ATTIDI MENO TYRANNO CONSERVATORIBUS SUI CAELIUS HILARIANUS C. DUO DECEMBUR URBIS ROMAE

P. S. ET HIEROCERUS I. M. S. D. L. S. D. Vide *Hierocoracica*.

† **HIEROCOMIUM**, in Actis SS. Febr. tom. 2. pag. 539. male pro *Gerocomium*. Vide in hac voce.

† **HIEROCORACICA**, in veteri Inscriptione apud Reinesium pag. 303. 2. Sacra Mithriaca, quorum participes *Hierocoracas* vocabant. Et quidem eorum Mithræ peculiari religione dicatum fuisse notum est. Vide laudatum Reinesium Ep. 69. et Monumenta veteris Antii part. 2. cap. 4.

† **HIERODULUS**, Aedituus, ἱερόδουλος. Vim vocis indicat Jul. Firmicus lib. 8. Math. cap. 21: *Aedituus faciet, templorumque custodes, Hierodulos, et qui sacris officiis deputentur*. Et cap. 29: *Hierodulos faciet et templorum servos*. Usi sunt hoc nomine Græci Bibl. Interpretes in lib. Esdræ cap. 2. et 7. et 8. de Nathinæis. Vide Cedrenum in Julio pag. 167. et Henric. Valesium ad Euseb. lib. 1. cap. 6. pag. 66.

† **HIEROHERIX**, in Notis Tyronis pag. 173. inter *Salpinctas* recensetur. Videtur legi debere *Hieroceria*, ex Græc. ἱεροκήρυξ, quæ vox occurrit apud Demosthenem et Synesium. [Vide *Hierocerus*.]

† **HIEROLANTIA**, Merentia. Papias.

† **HIEROMNEMON**, Græce ἱερομνήμων, Diaconale officium erat in Ecclesia CP. magnæ existimationis: cui incumbere Patriarcham pontificaliter induere, preces in libro indicare, in throno locum electis ac consecratis assignare, et contactium ordinationis consuetum intonare: uti ceremoniarum Magistri in Aula Pontificia solent. Plura vide in Glossario mediæ Græcitat. col. 510. d. et apud Hofmannum.

† **HIEROMONACHI**, Græcis ἱερομόναχοι dicuntur, qui non simplices Monachi, sed Sacerdotes sunt. Vide Glossarium mediæ Græcitat.

† **HIERONTICUM**, Liber Liturgicus, seu Missalis Mabillonio tom. 3. Annal. Benedict. pag. 348. Idem est quod *Geronticon*. Vide in hac voce.

† **HIEROPHANTA**, ἱεροφάντης, Qui sacra et cæremonias docet, Sacrorum antistes, aedituus. Angelomus in Genesis cap. 39. apud Bern. Pez tom. 1. Anecd. part. 1. col. 217: *Tradunt Hebræi emptum ab hoc (Putiphare) Joseph ob nimiam pulcritudinem in turpe ministerium, et a Domino viribus ejus arefactis, postea electum esse juxta morem Hierophantarum in pontificatum Heliopoleos*. Hist. Pacificationis inter Rudofum II. Imp. et Imp. Turcarum ann. 1604. apud Ludewig. tom. 6. pag. 309: *Ad proximum igitur tentorium illius rei gratia tapetibus structum ostensum est, quorsum Turcæ cupide adulescentes... ritu gentili et barbaro humi se sternunt, ac uno Hierophantarum clamore et cantu præ reliquis personante, pectora tundunt, faciem, barbas promissas palmis perculcent*.

\* Occurrit præterea apud Arnob. lib. 5: *Et qui postea floruerunt caduceatores, Hierophantæ atque præcones*. De his docte Vandal. Dissert. 6. cap. 5. pag. 500. Vide etiam Gruter. in inscript. 192. 3.

† **HIEROPHYLACIUM**, ἱεροφυλακείον, Sacrarium. Synodus Valentina ann. 1594. inter Hisp. tom. 4. pag. 711: *In Hierophylaciis seu sacristiis tabella suspendatur aut parieti affigatur, in quo ordine describantur omnia quæcumque ad præfectum operum ecclesiæ illius pertinent officio*.

† **HIEROPRÆSES**, Archiepiscopus. Vita S. Severi Archiep. Ravennæ in Appendice apud Murator. tom. 2. pag. 193:

*Gaudeamus omnes, gaudeamus singuli, quia Hieropreses noster B. Severus, etc.*

† **HIEROPREPES**. Vide *Geroprepes*.

† **HIEROSOLYMIPETA**, Qui proficiscitur Hierosolymam, Gasparis Barthii Glossar. ex Roberti Monachi Hist. Palæst. cap. 11: *Sed quid post creationem mundi mirabilis factum est, præter salutiferæ Crucis mysterium, quam quod modernis temporibus actum est in hoc itinere nostrorum Hierosolymipetarum*.

† **HIERUSALEM**. Sic Monasterium Resbacense primitus vocatum, testis est Charta Caroli Simplicis Reg. Fr. ann. 907. tom. 2. Hist. Meld. pag. 6: *Abbatiam S. Petri Resbaci nomine dictam, et quondam Hierusalem cognominatam, etc.* Quod nomen a Fundatore inditum docet Bulla Innocentii II. ann. 1135. ibidem pag. 25.

† **HIES**, Exitus angustior, callis vix singulis pervius, Gall. *Issue, petit sentier*. Codex censuum Calomontis: *Juxta quoddam Hies*. Occurrit non semel ibidem: *Justa His quod ducit ad, etc.*

† **HIETARE**, Oscitari, hiare. Glossar. Lat. Græc. MS. Sangerm. *Hiato, χαμῶμα*.

† **HIF**. Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. cxlvi: *Pro xxvii. costis Hif. xxiii. s. An Taxus, arboris genus, nostis If?*

† **HIFPARONDA**. Glossæ antiquæ MSS.: *Orbia, Hifparonda*. Infra: *Orbia, Gen. quo die ercasum, quod qui diem Saturni Obinam vocant*. Videat lector, an aliquid ex his expiscetur?

† **HIFERA**, *Pila, a feriendo*. Papias MS. **HIGRA**, Anglis dictus quidam quotidianus aquarum Sabrinæ fluvii furor, quem vel voraginem vel vertiginem undarum dicam nescio, ait Guill. Malmesbur. lib. de Pontific. *Qui fundo ab imo verrens arenas et conglobans in cumulum cum impetu venit, nec ultra quam ad pontem pertendit: nonnunquam etiam ripas transcendit, et magna parte circumta, terræ victor egreditur. Infelix navis, si quam a latere attigerit: nauæ gnari cum vident illam Higram (sic Anglice vocant) venire, navem obvertunt, et per medium secantes violentiam ejus eludunt*.

† **HIKENILD**, *Hikenil-strete*. Vide *Ikenild*.

† **HILARUM**, *Lætitia, gaudium*. Joann. de Janua. [Leesse, joye, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

† **HILARIZARE**, Hilariter agere, in Hist. Translation. S. Modoaldi Archiepiscopi Trevir.

† **HILCUS**. Testamentum S. Everardi Comitis apud Miræum in Cod. Donat. Belgic. pag. 96. et alios: *Volumus, ut habeat spathas duas, unam cum Hiltis aureis et argenteis simul*. Ubi *Hilcus* fortean est, quod Anglo-Saxonibus hylca vocatur, anfractus, vel quidpiam incurvum, quo scilicet ensis capulus munitur.

† **HILDA**. Vide *Hida*.

† **HILDEBRANDUS**. Paulus Beonridensis in Vita Gregorii VII. Papæ: *Hildebrandus enim Teutonice vernacula nuncupatione perustionem significat cupiditatis terrenæ*.

† **HILEICUM**, *Silvestre*. Papias MS. Bituric. Forte *Illiceum*, ab *Illice*.

\* **HILENA**. [Vermis qui nascitur in spina dorsi. DIEF.]

† **HILIBECCHI**, Nugatorium nomen. Ordéricus Vitalis lib. 13. pag. 905: *Unde omnes ab eisdem, quibus impudenter nocuerunt, Hilibecci despective cognominati sunt*.

† **HILIDER**, Coluber, serpens, pro *Chelider*, vel *Chelidrus*. Glossæ antiquæ MSS.: *Hilidri serpentes*. Vita S. Samsonis

Episc. Dolensis lib. 1. cap. 12. in Actis SS. Ord. S. Benedict.: *Hilider quidam de quodam rubo extens quemdam fratrem momordit in inguine*.

† **HILIE SATUS**, *In Silva natus*. Papias MS. Bitur. f. pro *Illice*.

† **HILISTRINUS**. Anastasius in Hormisda PP. pag. 34: *Gabata electrina pensant. libr. 2. Alii Codd. habent gabata Hilistrina, vel gabatam hilifirimam, vel denique hilifirmiam*.

\* **HILLA**, Gall. *Hille*, Velum, aulæum, forte sic dictum, quod ejusmodi aulæa ad illa seu latera altaris, nostris olim *Hulliers*, collocarentur. Inventar. ann. 1415. ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 489. v.: *Idem deus Hilles, autrement dites custodes, pour mettre à l'environ de l'autel, de taffetas vermeil rayé*. Vide supra *Custoda*.

\* **HILLLACADES**. [Lascivi carminis cantor. DIEF.]

† **HILICUS**, *Major venetia*. Papias MS. Bituric.

† **HILLIO**, *Gulosus, luxuriosus, eversor*. Papias MS. Bituric. Leg. *Helluo*.

† **HILLITOR**. Papias: *Hillæ, saltitiæ vulgo. Hillitores scenici*. mox: *Hillitor, hortica*. In edito *ortica*.

† **HILLO**, *Aquila*, apud Papiam. MS. Navarræus habet *Hilo*. [Scriptum fuisse olim *Hierax* censet Grævius.]

† **HILNACHIA**, [Navigii species.] Vide *Naca*.

† **HILTISCHALCHI**. f. Mansi Serives, *Schalk enim servus*. Burchardi Abbatis S. Emmerammi Complacitatio apud Bern. Pez tom. 1. Anecd. part. 3. col. 77: *Hanc compendiosam cum Ruitensibus fecit complacitationem, ut de familia quæ ad Ruit pertinet, mansi scilicet seu Hiltischalchi expediti a sale, fiscali censu ex parte adaucto, quem antea solverant per singulos annos*.

\* **HILUM**. [Inquit. *Fest.*, putant esse, quod grano fabæ adhæret: ex quo *nihil*, et *nihilum*. Hinc dicitur de re minima, et nullius pretii. *Enn.* apud Varr. 4. L. L. 22.]

† **HIMERINUS**. Joann. Sarisberiensis Epist. 183: *Neminem tamen arbitror sapientem, qui dissuadeat pacem, quæ fieri potest in Domino, et ante Himerinum diem honestati non derogat*. Ex Græc. ἡμερινός, *Diurnus*. Sed quid sibi velit *dies ἡμερινός*, non plane percipio, nisi sumatur pro *hodiernus*.

† **HIMILZORUN**. Lex Bajwar. tit. 7. cap. 4: *Si indumenta super genucula elevaverit, quod Himilzorun vocant, etc.* Editio Heroldi *Himilzorun* habet [Himilzorun, apud Schilter. in Gloss. Teuton. ab *Himida*, Tunica, vestimentum: sen- ergo est, qui indusium vel tunicarum minæ elevaverit, etc.]

† **HIMMELZ**, in Gloss. veter. Schilterum, *Capella*, sub qua *defertur Eucharistiæ Sacramentum in processione fieri solitis: et dicitur fiebat de pelibus caprarum sic, quod olim Germ. Himmel, cœlum, potius accersendum videtur: cœlum, quæ actione etiam Galli Ciel dicunt.*

† **HIMNIZARE**, Flandinus Patavii Lymnos canere. Rorlandinus Tarvisina lib. 9. cap. 12. apud Murator. tom. 8. col. 299. cap. 12. apud Murator. et *psallenti*: *99: Cunctis Himnizantibus laudamus, sive cantantibus, Te Deum Domini pertinentes*. Gl. Lat. Gall. Sangerm.: *J Himnizare, Dire, ou faire, ou chanter h années*. Vide *Hymnus*.

† **HIMONIA**, Funiculus quo ex puteo educitur aqua. Vocabul. Sussanæ: ἱμωνία.

† **HIN**, *Mensura est duplex, major 18 sextariis, minor 9 Papias.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Hin, une mesure, sextier, ex Catholico Johannis de Janua, ubi Hin, quædam mensura est, scil. sextarius.*

**HINDENI HOMINES**, in Legibus Adeltani Regis cap. 3. et 7. ex Saxonico *hyndene, societas*, quasi homines societatis, contubernii, contubernales. Saxonibus enim erat in more positum, (verbis utor Somneri) ut omnem hominem æstimarent ac pro natalis sui ratione capite censerent; sed etiam secundum cujusque valorem in classem (vel Collegium) parium suorum, quam *hyndene* nuncuparunt, referrent; trium scilicet sequentium unam, infimam, mediam, summam. Infima classis fuit, quorum singuli valerent 200. sol. talis inde Latine dictus *vir ducentenus*, vulgariter a classe, in quam ascitus, *ty hyndnemon*. Media eorum, quorum singuli valerent 600. sol. talis inde Latine dictus *sexcentenus*, vulgariter a classe, in quam ascitus, *tyv hyndnemon*. Pariterque uxores ipsorum *Cyrliscam* (i. *Twyhyndam*, nam *Twyhyndeman* idem erat, qui *ceoriscus*, et sic quandoque dictus, quandoque *villanus*) *syxhindam*, et *twelfhyndam*, nominarunt. Totam hanc apud Anglos hominum partitionem observare est, præsertim in Legibus Aluredi Regis cap. 12. 30. 31. 32. etc. apud Bromptonum, et Henr. I. cap. 76. et 87. *Twyhindorum*, seu villanorum præterea mentio est in iisdem Legibus Henrici I. cap. 70. 76. ut *Sixhindorum*, eodem cap. 76. et *Twelfhindorum*, seu *Thanorum*, cap. 69. 70. 76. 83. 87. qui perfecte nobiles dicuntur eodem dicto cap. 76.

**HINDERLING**, Contumeliæ vocabulum Occidentalibus Saxonibus olim familiare. Leges Edw. Confess. cap. 35. extremo : *In quadam regione Saxonie Ling, imago dicitur, Athel Anglice Nobilis est, quæ conjuncta sonant, Nobilis imago. Unde etiam Occidentales Saxonici, scilicet Excestrenses, habent in proverbio summi despectus, Hinderling, id est, omni honestate dejecta et recedens imago.* Saxonibus hynder est remotus et posthabitus, ait Spelmanus.

**HINEFAR**. Vide *Heinfare*.

**HINFANGTEFE**, apud Bracton. lib. 3. tit. 2. cap. 8. § 4. Vide *Infang-thefe*.

**HINNICULUS**. Vide *Cervulus* et *Ermulus*.

\* **HINNITIVUS**, a verbo *Hinnire*, Gall. *Hannir*. Elmham. in Vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 79. pag. 228 : *Prior enim cætus, caliginosæ noctis umbraculis cooperitus, ne Hinnitivus aut progressivus equorum tumultus Gallos, in opidi capiendi muris nocturnas conservantes excubias, in arctoris vigilias excitarent, etc. Hyne Equa, in Poem. Alex. MS. part. 1 :*

Il ont chevaux courans et grans Hynes brehaingnes.

\* Unde *Hynerie*, Grex equorum, in Charta ann. 1334. ex Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 280 : *Pour grant mortalité de leurs bestes blanches et de toute la Hynerie de leurs jumentz et de leurs poulains, etc.*

† **HINNOLESCERE**, pro *Inolescere*. Hist. Principum Langobard. auctore Camillo Peregrino apud Murator. tom. 2. pag. 337 : *Satis infamis, et illicita consuetudo temporibus istis Hinnolevit.*

† 1. **HINNULA**, Spurcum ludi genus. Vide *Cervula*.

\* 2. **HINNULA**, Cepula, Gall. *Echalotte*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Hinnula, Escalongne.*

*Hinnulus* in silvis, *Hinnulæ* quaruntur in hortis.

\* 3. **HINNULA**. [Diminut. femina *hinnuli*, h. e. pulli cervini. *Arnob. 5. p. 185.* Nebridarum familiam pellicula cohonestavit *Hinnulæ*. Alii melius leg. *Hinnulea*, h. e. cervina.]

† **HINNULETUM**, f. septum in quo concluduntur *Hinnulei*. Diplomatarium Grissoviense apud Ludew. tom. 6. pag. 377 : *Ex nostra etiam donatione habent et habere debent fratres nostri ante prælibati vineta et Hinnuleta iuxta civitatem nostram Lenberg, secundum propriam limitum suorum illic factam.*

\* Vel potius Hortus olitorius, Gall. *Potager*, ab *Hinnula*, quod vide supra.

\* **HINSTRUS**. Vide *Instrus*.

**HINTHICA**, [Reconditorium.] Annales Rerum Pisanarum anno 1156 : *Pisani fecerunt barbancas circa civitatem, et Hinthicam, et intraverunt a turre, ubi posuerunt leonem marmoreum, etc.* Vide *Entheca*. [\* Vide Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 885. et supra *Chinchitha*.]

† **HIOPA**. Vide *Huba*.

\* **HIOLIS**, Verde, in Glossar. Lat. Ital. MS.

† **HIPOTHECARIUS**, Pharmacopola, Gall. *Apotecaire*. Concilium Regiense ann. 1285. can. 10. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 194 : *Inhibemus ne quis Hypothecariorum vel quivis alius, cujuscumque conditionis, vel sexus existat, toxicum vendat aut donet, nec alio modo ministret alicui, vel alia venenosa, nisi prius significet curæ sæculari.* Statuta Ecclesiæ Avenionensis ann. 1341. apud eundem ibid. col. 565 : *Ab eodem quoque nullus Hypothecarius seu speciator receptas ordinatas per talem Judæum medicum auferet seu attentaret sub eadem pena conficere, nec ministrare alicui Christiano.* [\* Vide infra *Hypothecarius*.]

\* **HIPACARE**. [Est celeriter animam ducere : ab equi halitu, qui est supra modum acutus. *Festus*. In *Gloss. Isid.* legitur : *Hippicare, oscitare*.]

† **HIPARCHUS**, ἵππαρχος, Præfectus equitum. Codex Ottonianæ Biblioth. apud Mabill. tom. 2. Annal. pag. 167 : *Tunc stet ad sinistram Imperatoris illius Hipparchus, quem nos dicimus Præfectum, et dicit ei Imperator cum protospatrio : futurum Patricium adducito.*

† **HIPPICUM**, *Mensura et spatium* IV. stadiorum, aut quatuor cubitos continens. Laur. in *Amalth*.

† **HIPPITARE**, *Oscitare, badare*. *Isidorus*. Ubi *Grævius* : *Constantiensis, Hippitare, oscitare, id est, crebro hiare*. Festo est *Hippicare*. Ubi vide *Scaligerum*.

† **HIPPOBALISTÆ**, apud *Bonfinium* *Rer. Hungar. dec. 2. lib. 3 : Ex Ungaris Hippobalistæ quidam audacissimi, concitatis equis, arduum montis clivum conscendunt, e sagittariis quosdam obruncant, etc.* Ex ipso nomine conjicit *Carolus de Aquino* fuisse decertantes equis funditores, aut potius balistarios, qui balistis minoribus manuariis saxa projicerent.

† **HIPPOCHARMÆ**, *Dicti olim Principes qui ad pugnam equos alerent*. Laur. in *Amalth*.

**HIPPOCOERCIVM**, seu *ΥΠΟΚΟΕΡΚΙΟΝ*, sic enim scribitur in *Glossa MS. ad Disticha Magistri Cornuti*, ubi dicitur esse locus, ubi ferrantur equi, quod ibi coercentur, nec calcitent : vox hybrida.

† **HIPPOTHICOS**, *Superpelliceum*, Gall. *Surplis, rochet*, ex *Schedis Godefredi*.

† **HIPPOTRIBA**, Officium apud Venetos, idem forte quod *Gallice le grand Ecuyer*. Translatio SS. Pauli Episc. et *Barbari* tom. 7. Maii pag. 772 : *Tum vero suis locis assurgens Serenissima Dominatio cepit procedere sub hac serie : commendatores, capitanei, camerarii, scutiferi, architriclinus, Hippotriba, capitaneus major, etc.*

\* **HIPTARE**, *Hictareidem creboiare*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. *Barbare omnino ; pro Hippitare, oscitare, id est, crebro hiare*. Vide *Hippitare*.

† 1. **HIRA**, *Locus tenebrarum, vel porcorum*. Papias et *vetus Gloss. MS. Sangerm.* Haud dubie pro *Hara*.

\* 2. **HIRA**, Alia notione, in *Æra* 1. quod videsis; minus attente ergo desiderari in Glossario Cangii scribitur *Auctores novi Tract. diplom. tom. 3. pag. 100.*

\* **HIRAUDUS**, Idem qui *Heraldus*, *Fecialis*, Gall. *Héraud*. Charta Joan. reg. Franc. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 540 : *Nos attentis gratiis servitiis per Gobertum de Godelencurte, regem Hiraudorum Franciæ, carissimo domino genitori nostro et nobis impensis, eidem Goberto bona... cujusdam Hiraudi, nuncupati Beaujeu, nuper defuncti,.... de speciali gratia et ex certa scientia donamus.* Alia ann. 1353. in Reg. 82. ch. 51 : *Gobertus de Godelaincurte, rex Hiraudorum Franciæ, quandam domum sitam apud Laigniacum... domus Hiraudorum Campaniæ, nuncupatam, etc.*

\* Hinc *Hiraux* vel *Hiriaux* appellati videntur, qui fortium virorum facta laudesque verbis suis prædicabant. *Stat. MSS. ord. Coron. spin. cap. 22 : En celuy saint disner soit bien gardé que Hiraux et bordeurs ne fassent leur offices, mais à collation du roy, et en présence des vailans chevaliers se pourront bien réciter, en lieu d'instruments bas, aucunes dities à la louenge de Dieu, etc.* Vitæ Patrum MSS. :

..... Un Hiriaux,  
Un jonglerres, un menestres, etc.

\* An vero inde accersenda vox *Héraudie* vel *Hiraudie*, qua vilis indumenti genus seu lacerna significatur, quod ejusmodi scurræ hac veste induerentur, haud satis scio; an, quod probabilius videtur, ab Hispanico *Herreruelo*, eodem intellectu? Vide supra *Herreruelus*. *Chron. Fland. cap. 9 : Et la luy monstra le Roy d'Angleterre qui avoit vestu une mauvaise Hiraudie, et tournoit le rost.* *Le Roman du Chevalier au Barisel :*

Si li convint sa reube vendre,  
Et canger, coi que nus en die,  
A une poure Hiraudie,  
Qui moult estoit poure et chineuse,  
Et à tel home trop honteuse,

*Fabul. tom. 1. pag. 74 :*

Lors a sa robe despoillié  
Et vesti une Hiraudie,  
Qui ne valoit pas trois deniers.

Aliud vero sonat in *Consolat. Boet. MS. lib. 1 :*

Il avient bien à la fie  
C'on ne puet pas tout refuir,  
Einz remaint quaunque Héraudie,  
Dont grant maux ne puet pas venir.

An perplexitas, sollicitudo, vel calamitas, mœror?

**HIRCIPES**. Vide *Herpiz*.

† **HIRCO**, *Impudicus*, Papiæ. Leg. *Hircus*.

**HIRCORITIA**, *Stabulum hircorum*, in *Capitulari de Villis* cap. 23.

† **HIRCUS**, f. Cilicium, quia ex pilis hircorum textitur. Vita S. Mariæ Oigniac. tom. 4. Junii pag. 674: *Tunc venerandus Episcopus, vestibus spoliatus, Hircus tantum accinctus erat.*

**HIRD**, Aula, domus, Danis. In Confirmatione Libertatum Decani S. Petri Eboracensis an. 5. Henrici VII. apud Spelmannum: *Herd, i. domestica, vel intrinseca familia.* Recte, inquit, a Saxo-nico hired, conventus, familia, etc. Hinc *Hirdscraa* appellatum vetus Jus Aulicum Norvegicum, cum Latina Jani Delmeri Dani interpretatione et notis editum a Petro Joanne Resenio, ex *hird*, aula, et *scraa*, Leges scripto comprehen-sæ, ut observat idem Delmerus.

† **HIRDEMANNI**. Vide in *Hiremanni*. **HIEMANNI**, apud Anglo-Saxones, videntur iidem fuisse, qui Aremanni apud Longobardos. [\* Vide supra *Herimanni*.] [\* Vide Rectitudines personarum ed. Leo, pag. 50. not. 6.]: ita ut vox utraque deducatur ab *Here*, dominus, et *Man*, homo, et quasi *homines domino subditi* dicti sint, cum revera subditi dicantur in Legibus Adelstani Regis cap. 18. apud Brompton: *Si aliquis superse-deat, et non obtemperet, ut hoc vadium ab Hiremannis vel a subditis suis capere nolit, etc.* Ita etiam usurpatur cap. 13. et in Legibus Ethelredi apud Habam editis cap. 1. At Somnerus, contra Spelmannum, negat *Here*, apud Saxon. pro dominus reperiri, mavultque a Saxonico hyran, *obedire, subjacere, auscultare*, etymon vocis accersi debere, unde *hy-remon, subditus vel subjectus*, quomodo apud Spelman. tom. 1. Concil. pag. 601. 602. ex quo *Hireman* et *Hiremannus* formata sunt vocabula. Certe non alii sunt ab iis, qui *Hirdemanni* in Jure Aulico Norvegico veteri appellantur cap. 260. ex versione Jani Delmeri, ubi de *Hus-carlis*, qui iidem esse cum *Hirdemannis* seu Aulicis dicuntur: *Omnes vero in Regia aula servientes, Hirdmen vernacule nominabantur, Regem observaturi ac tui-turi.* Vox autem formata ex *hird*, aula, et *man*, homo, ut observat idem Delme-rus ad cap. 30.

\* **HIENARCHÆ**, Magistratus milita-res, non semel in Cod. Theod. Vide *Ire-narchæ*.  
† **HIRMENSUL**, Priscorum Saxonum fanum vel idolum. Vide *Irmensul*.  
\* **HIRNA**, *La salziza*. Glossar. Lat. Ital. MS.  
\* **HIRNEA**, *Lo vaso da portare de be-vere*, in eod. Glossar.  
\* **HIRNIA**, *Tramea*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.  
† **HIRONIUS**, *Subsannator et detractor*. Vetus Gloss. MS. Sangerm. leg. *Ironicus* ab *ἱρωνικός*.  
† **HIRPIX**, *Occa, Herce*. Vide *Herpix*.  
\* **HIRPUS**, *Lupus*. Vide Serv. in *Æneid*. lib. 11. vers. 785. Ruodlieb fr. 13. vers. 12:

Lucius et rufus, qui sunt in piscibus Hirpus,  
Pisces nanque vorant, illos ubi prendere possunt.

\* **HIRQUITALLUS**, et *Hirquitatus*, [Puer, qui primum ad virilitatem acce-dit, seu virilitatem suam experitur: ab *hirquus*, et *θαλλός*, seu *θαλος*, germen, quia pueri pubescentes hircum incipiunt ole-re, vocem edunt gravem, subraucam, hircinæ non dissimilem. *Censorin. de die nat.* 14. et *Fest.* qui etiam sine aspira-tione scribit. In *Gloss.* vero *Philoæ*. legi-tur *hirquitatus*, et *Irguitatus*.]

† **HIRSET**. Leges Burgorum Scoticor. cap. 29. § 1: *Quicumque factus fuerit novus burgensis de terra vasta, et nullam*

*terram habuerit hospitatum, potest respec-tuationem, quæ dicitur Hirsset, in primo anno, i. confirmationem, ne cogatur solvere firmam vel redditum burgalem.* Ita Skenæus.

† **HIRSI**. *Hirsuti*. Papias leg. *Hirti*.  
† **HIRSICULUS**, *δασύπρωκτος, Pilosum habens culum*. Supplement. Antiquarii.

\* Occurrit præterea in Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr. in Castigat. vero ad utrum-que Glossar. *Hirticulus*, leg. *Hystriculus*. Vide Salmas. ad Tertul. de Pallio pag. 245.

† **HIRSTIS**. Charta Henrici III. Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 815: *Pasturam mariscorum, et turbariam, et duas Hirstes circumjacentes, et sartum juxta mariscum.*

\* Incultus et eremus ager, idem quod *Fraustrum*, Gall. *Friche. Histar*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 347: *Lesquelz virent en un Histar ou friche plain de gnestes... un cerf, etc.*

\* **HIRTICA**. [Tunica de pellibus. DIEF.]

† **HIRTUS**, *Sonitus*. Papias.  
\* **HIRUDO**, Piscis genus. Vide infra *Plota*.

† **HIRUNDELLA**, Hirundo, Gall. *Hiron-delle*. Sic autem *Hirundellæ* Comitum Anglum vocat non semel Will. Britto lib. 3. Philipp. quem alii *d'Arundel*. [Et quidem *Aronde* vel *Aronde* pro *Hiron-delle* dixerunt Poetæ nostrates, ut etiamnum Gallo-Belgæ. Le Roman d'A-this MS:]

Il laisse courre le morai,  
Ainsi queurt que vole Arondel.

Ibidem:

Et ont armés de Chevaliers,  
Fors qu'il y ot bien mill archiers  
Qui sont viste comme ung Aronde.]

\* *Aronde*, Scuti genus, lanceæ alli-gatum, quo manus tegebatur, apud Joan. de Saintré cap. 51: *Deux lances à poulces pareilles, ferrées et armées chascune de son Arondelle pour couvrir la main devant.* Quod a forma rotunda sic dictum existimo.

† **HIRUNDINA**, Eadem notione. Acta B. Francisci Fabriani tom. 3. Aprilis. pag. 991: *Cum... præ multitudine Hirundinarum ac earum cantu et garrulatu orare requireret.*

† **HIRUNDO**, Machinæ bellicæ species. Henricus Rosia in Herlingsberga:

Non hic unigena fabricatur machina: nomen  
Hæc Librilla, quasi saxea pondera librans:  
Obinet illa Suis; sed Hirundinis hæc; stat Aselli  
Illa vocata nota, etc.

† **HISCA**, Pallii genus, f. a verbo *Hisco*, quod sit vestis aperta. Statuta Eccl. Leo-diensis ann. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 855: *Item, præcipimus, quod de cetero nec Monachi nigri, nec Canonici regulares in Hiscis vel tabardis equitent vel incedant, sed tantummodo in cappis rotundis vel cucullis.* [\* Vide infra *Hiscus*.]

† **HISCERE**, *Desinere*. Gloss. Isid. Ubi Grævius: *Vide num scripserit, Herciscere, dividere.* In Constantiensi sane corrupte legitur, *Hiscitur, dividitur, pro Herciscitur*. Papias: *Herciscundæ fami-liæ, dividendæ familiæ.* Vide *Histinere*.

† **HISCINERE**, *Vide Histinere*.

† **HISCLUM**, *Vide Laiscum*.

† **HISDRIO**, *Historia*. Papias MS. Bituric. pro *Histris*. Est autem Papiæ, *Histris* vel *historio scenicus saltator... qui saltando historias demonstrabat*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Histris, Jongleur,*

*qui raconte ou contrefait divers faits des hommes.*

† **HIS EMNE CHRISTEN**, voces Saxonice, quæ frater in *Cristo* sonant. Idem, qui frater adjuratus. Leges Edwardi Confess. cap. 36: *Reddat interfector Episcopo tres forisfacturas, unam, quia legalem pro latrone interfecerit, alteram, quia fratrem suum pro latrone interravit, quod Angli dicunt His emne christen.*

\* **HISICIA**. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 6: *Accipiat vero steriles et pedes de bobus, et Hiscia de pectinis et conchiliis facta.* Ubi Glossæ: *i. fercula vel jura.* Vide *Isicium*.

† **HISLULA**, Insula. Tabularium S. Cypriani Pictav. fol. 128: *Airaudus et conjux sua Aeat concesserunt Monachis S. Cypriani ad Ecclesiam construendam in Hislula vel insula quæ vocatur Cordal decimam de una matura terræ.*

\* **HISMAELITE**, Saraceni, in Act. S. Januar. tom. 6. Sept. pag. 879. col. 2.

† **HISPANUS**. Thwroczius in Chron. Hungar. 1. part. cap. 15. ubi de Attila et prælio Catalaunico: *Et horum quidem Capitaneos ipsorum lingua Hispanos vocatos extitisse, et exinde et Hispaniam nomen accessisse tradunt.* Ab ejusmodi Hispanis Capitaneis ortum nomen apud Hungaros *Ispan* quidam censent, quibus idem est, ac *Comitatus*, judicium provinciale, cui scilicet Capitaneus *Hispanus* præerat.

† **HISSA**. Vide in *Housia*.  
\* **HISSIRUS**, Idem quod *Huisserium*, hippegus. Vide in hac voce. Epist. Soldani Ægypt. in Chron. Joan. Wethamst. pag. 407: *Tu habes galeas, nos Hissiros, etc.* Vide supra *Hicticus*.

\* **HISSUS**, Tunica talaris ex tela canabina contexta. Walon. *Hisse*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. Reg. 4120: *Hissus, His.* Vide *Housia*.

\* **HISTER**, pro *Ister*, Danubius. Vita S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 490. col. 1: *Ubi cum defluentis Histri fluminis imperium sequeretur, Ratisbonam accessit urbem, etc.*

† **HISTINERE**, *Detinere*, Papiæ. Ita MS. Codex, ubi editus *Hiscinere* præfert.

\* 1. **HISTORIA**, *Allegoria*, in Gloss. Bibl. MSS. anonymi ex Bibl. reg. Vide alia notione in *Historiæ*.

\* 2. **HISTORIA**, *Figura, imago*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1519: *Item Jacobo Derpin incisorum imaginum pro triginta Historiis in trino per eum incisus, etc.* Vide *Historiare, Histriatus*, [\* et Glossar. med. Græcic. col. 524.]

\* 3. **HISTORIA**, *Pannus figuris intextus*. Constit. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1301: *Qui (campor) de cetero securitatem sub forma non præstiterit supradicta, non audeat tenere in sua tabula, tapits, vel alios pannos seu Istoriæ.* Vide infra *Historiatus*.

† **HISTORIÆ**, dicuntur Scriptoribus de Offic. divinis Lectiones, desumptæ ex libris historicis veteris Testamenti, et aliis, quæ in Ecclesia statis diebus recitantur, in Micrologo cap. 32. 38. et apud Honorium Augustod. lib. 3. cap. 29. 38. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 48: *Historiæ et cetera, quæ in Ecclesia leguntur, non debent legi in Refectorio, donec in Ecclesia incipiuntur.* [Constitut. Synod. Udalrici Patav. Episc. ann. 1470. apud Hansizium tom. 1. German. Sacræ pag. 564: *Declaramus quod beneficiati et clerici in sacris ordinibus constituti non ardentur ad omnes Historias, quas Cathedralis Ecclesia nostra Pataviensis ex singulorum institutione observat, decantat aut solemnizat; sed unus-*



quisque satisfacit conformando se Breviario diocesis nostræ Pataviensis in dicendis Horis canonicis.] De ejusmodi Historiis ita Summula Raimundi Ordin. Præd.: De Impositionibus Historiarum per circum annu:

Annalis scripto sub tali noscitur ordo. Septuagesima sic lege quod Deus omnia mandat Quinque libros Moysi, quos claudit Passio Christi. Tempore mortificæ leges verba Hieremix. Post Pascha legimus quod Lucas exemplificavit. Post Pentecosten Regum liber exit in hostem, Donec ad Augustum: Salomon tunc argue stultum. Per totum mensem Sapientia proferat ense. Job lege Septembri, Thobiani, Judith, et Esther. Octobris mense Machabeus atque recense Verba Prophetarum bis sex lege mense Novembris, Donec ad Adventum Domini veniesque Decembris, Profer in Adventu Esaiæ verba diebus. Post Natale legas Paulum, sic fine quiescas.

Vide Usus antiquos Ordin. Cisterciensis cap. 39. 41. 43. Concilium Arelatense ann. 1260. cap. 6. Statuta Synodalia Guill. Majoris ann. 1314. Metropolitim Salisburg. tom. 3. pag. 45. Radulphum in Vita S. Richardi Episc. Cicestrensis num. 68. 69. Gobelini. Personam in Cosmodromio pag. 289. etc.

† HISTORIA de Responsoriis post Lectiones decantandis dicitur in veteri Ceremoniali MS. B. M. Deauratæ: Sequitur Dominica prima post octavam Paschæ, i. e. secunda post Pascha, ut nunc loquimur: Nota quod in ista Dominica cantatur Istoria, Dignus es Domine, etc. quæ Istoria cantatur per duas Dominicas. Hoc Responsorium, Dignus es, etc. etiam hodie canitur Dominica tertia post Pascha, ut Dominica quarta. Si oblitus fuero, etc. de quo sic in laudato Ceremoniali: Sequitur Dominica tertia post octavam Paschæ... Nota quod in ista Dominica cantatur Istoria, Si oblitus fuero, etc. quæ Istoria cantatur per duas Dominicas, scilicet in ista et in sequenti; quare si in prima Dominica vel in sequenti cadat ali-quod festum in albis vel in capis, potest et debet celebrari, et non prolongatur. Tamen commemoratio fiet de ipsa Dominica cum antiphona et oratione consentientibus ipsi Historiæ. Pluries recurrit infra simili notione in eodem Ceremoniali.

† HISTORIA, pro ipso festi officio. Ordinarium festorum SS. per totum annum. in Histor. S. Germani inter Instr. pag. CLIII.: Historia istius festi est Historia festi Nativitatis B. Mariæ, excepto quod ubi dicitur Nativitas vel Nata, debet dici Conceptio vel Concepta.

HISTORIA, pro quovis codice aut libro. Willelmus Heda in Conrado Episcopo Trajectensi [ex Charta ann. 1083.]: Textum Evangeliorum etiam auro gemmisque decoratum, Historiam, id est, medicinale librum, etc. Infra: Missale, Capitulare, et Historiam vetus novumque Testamentum continentem.

1. HISTORIALITER. Dudo lib. 3. de Actis Normannorum pag. 153: Hinc forinsecus dealbavit illud, (delubrum) intrinsecus autem depinxit Historicaliter, id est, historias et figuras depinxit. [Gesta Innocentii PP. III. apud Murator. tom. 3. pag. 539: Ea siquidem quæ sub umbra legis Historicaliter accidesse leguntur,.... spiritualiter eveniunt in populo Dei tempore gratiæ.]

\* 2. HISTORIALITER, Stilo historico. Glab. Rodulph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 1: Quoniam in spatio fere ducentorum annorum nemo ista appetens extitit, id est, post Bedam Britannicæ presbyterum, seu Italiæ Paulum, qui Historicaliter quippiam posteris misisset scrip-

tum, etc. Occurrit præterea in Epist. Abbon. Floriac. ibid. pag. 437.

1. HISTORIARE, Narrare, dicere. Alypius Antioch. seu Auctor Descript. Orbis cap. 13: Post hæc sunt Persæ,.... qui Historiantur valde in malis omnibus et bellis esse fortes.

\* Historier, Eodem sensu, apud Froisart. vol. 3. cap. 26: Pour Historier et croniser toutes choses avenues, etc. Vide Historiographus.

† 2. HISTORIARE, Historias picturis representare. Chron. Beccense pag. 27: Fecit sumtuose depingi et in honorem virginum Historiarum Capellam. Archivum Massil.: Solvunt Joanni de Bosco illuminatori librorum de Aviniono pro Istoriando librum novum seu de novo transcriptum... florenos auri decem. Vide Historia 2. et Historiographus.

† HISTORIATUS, Intextus figuris. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. Junii pag. LXXIII: Declarantes ut paramenta alba Historiata teneantur at queindumenta. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. apud Stephanot. part. 2. pag. 325: Unum pannum lanæ Historiatum, unum tapetum, etc.

\* Inventar. ann. 1449. ex Tabul. D. Venciæ: Unum pannum Historiatum historia Alexandri. Vide supra Historia 3. et mox Histriatus.

† HISTORIDIO, Historiam motu corporis significans. Papias. Vide Hisdrio.

HISTORIOGRAPHUS, Pictor. Gloss. Lat. Gall.: Historiographus, Peintre de hystoire. Historiographo, as, Peindre hystoire. Ugutio: Historiographare, historiam describere, vel depingere et designare. Ἱστοριογράφος μουσιῶν, in Inscriptione, quæ visitur in Ecclesia Deiparæ Bethleemitana, legiturque in Dissert. 27. ad Joinvillam pag. 319. Ἱστορεῖν et ἀνιστορεῖν, Græcis nuperis est pingere. Joannes Damascenus in Synodica ad Theophilum Imp.: Δὲ καὶ πρότερον ἐν ταῖς ἐκκλησιαῖς ἀνιστορεῖσθαι ἐνομοθέτησε, καὶ ταῦτα ἐν ζωγραφικαῖς χρώμασι χαράττων τὴν ἐν Βηθλεὲμ γέννησιν, etc. Paulo supra: Κατακοσμοῦντος αὐτὴν ζωγραφικαῖς ἱστορίαις, καὶ μουσουργικαῖς ψήφισιν. Anonymus de Locis SS.: Εἶναι καὶ ἱστοριμένη ἡ λαζάρωσις τοῦ Χριστοῦ. Sic Itali Historiare usurpant. Dantes in Purgat. Cant. 10:

Qui erat Historiata lalta gloria  
Del Roman Prince.

\* HISTORIUM, Codex historicus. Comput. MS. ann. 1245. ex Bibl. reg.: Pro quodam romano religando et pro Historio de Roncevaux, xx. sol.

\* HISTRIATUS, Historiis sculptus vel depictus: unde pannus vel paries, in quo plures depinguntur historiæ vel sculpturæ, Histriatus dicitur, id est historiatus. Gloss. Bibl. MSS. anonymi ex Bibl. reg.

HISTRIONES, Præpositi meretricum, in Glossis antiq. iidem forte qui lenones.

HISTRIX, Quadrupes, spinosus. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

\* HITERIS, IDIS, Che deventa zalo per infirmita. Glossar. Lat. Ital. MS.

HITHA. [Portus.] Vide Heda.

\* HITRUDE. Charta Joan. de Harecuria ann. 1269. ex Bibl. reg. cot. 19: Præmissis in omnibus fideliter Hitrude conservatis. Ubi Hitrude, synonymum videtur vocis fideliter.

HITTA, Ἰμῆν, Hymen, in Gloss. Lat. Gr.

† HITTIRE, Investigare... Supplem. Antiquarii, Hittio, ἱχνεύω, Investigo. [\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar.: Hittio, ἱχνεύω, in Edit. H. Steph. non ἱχνεύω.]

† HITTUS, φωνὴ κυνός, vox canis. Gloss. Latin. Græc. MS. Sangerman.

† HIVERNAGIUM. Vide Hybernagium.

HIUFA. [Signum, quod prædio vel ædi, cujus possessionem quis adit, apponit.] V. Wifa.

HLAFORDSCONA. Leges Adelstani Regis, Exoniæ editæ cap. 5: Ne dominus homini libero Hlafordscnam prohibeat, qui rectum per omnia fecerit. Ubi Somnerus emendat Hlafordsocnam, atque, videri significare domini protectionem vel tutelam, aut simile quid, nisi legendum sit

HLASOCNAM, quomodo habetur in iisdem Legibus cap. 6: Ne dominus libero homini Hlasocnam interdicat, si recte custodierit eum. Pro lasocnam, seu lasocnam, i. beneficium Legis, ex lada, lex, et socna, secta, sequela. [\* Thorpius legit Æthelst. II, 4. Hlafordsocnam, et III, 5. Hlafordsocnam, Protectio quam dominus debet clienti.]

HLAVA, Tributi species apud Bohemos. Occurrit in Charta Regis Ottocari ann. 1221. in Bohemia Pia pag. 88.

\* Et HLAWA. Vim vocis explicat Charta Wenceslai reg. Bohem. ann. 1249. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 522: Statuimus etiam ne homines præfate ecclesiæ graventur in hoc quando aliquis occisus seu strangulatus, quod materina lingua Hlava nuncupatur. Alla Ottocari reg. ann. 1226. ibid. col. 519: Sive causa, quæ appellatur Hlava, etc.

\* HLEASTYNG. Charta Eduardi reg. Angl. ann. 1044. in Suppl. ad Miræum pag. 13. col. 2: Concedo eis etiam in omnibus terris suis prænominatis, consuetudines hic Anglice scriptas, scilicet... Hleastyng,.... aliasque omnes leges et consuetudines, quæ ad me pertinent.

† HLOBOTE; Somnero est compensatio damni turmæ dati. Vide mox Hloth.

HLOTH, vel HLODE, Anglo-Saxonibus dicitur turma, vel cohors, quæ a 7. hominibus, usque ad 35. numeratur. Leges Inæ cap. 13: Fures nominamus usque ad septem homines: a 7. Hloth, id est, cohortem, vel satellites usque ad 35. deinceps here, id est, exercitus. Cap. 14: Qui de Hloth fuerit accusatus, abneget per centum viginti hidas, vel sic emendet. Id est, ait Spelmannus, qui turma illegitimæ interfuisse arguitur, tot sacramentalibus se purget, quotis, qui 120. hidis æstimatus est vel ea mulcta se eximat, quæ

HLOBOTA dicitur: sic enim appellabatur mulcta ejus, qui turmæ illegitimæ interfuerat: ex bot, Sax. compensatio, emendatio. Leges Aluredi cap. 30: Si quis hominem thwyhindum innocentem cum hlothe, id est, cohorte, occidat, reddat, qui ictum confitebitur, weram et witam, et omnis, qui interfuerit, reddat 30. sol. pro Hlothbota. Adde cap. 31. 32. Leges Henr. I. cap. 87: Si quis occidatur in hlothe, reddat interfector weram parentibus, et manbotam domino, et omnes, qui interfuerunt, Hlothbotam, etc. V. Lot.

\* HLOTOWIGGH, Hludovicus, nunc Ludovicus. Ermold. Nigell. Carm. eleg. lib. 1. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 13:

Nempe sonat Hluto præclarum, Wigch quoque  
Mars est:  
Unde suum nomen composuisse patet.

Eccardo in Hist. studii Etymol. Hlutowiggh, celebrem bellatorem sonat.

HLÜTTRES, Vox Sax. Simplex, purum, Lucidum. Leges Inæ cap. 70. apud Bromptonum: De 10. hidis ad corredum debent reddi 10. dolia mellis, 30. panes,

12. *ambra cervisiae Waliscæ*, 30. *Hlutres*, 2. *boves*. Id est, cervisiae potentioris 12. tenuioris 30. amphoræ, uti Spelman interpretatur.

† 1. **HO**, Vocabulum in indicendo silentio usitatum. Litteræ Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1408. apud Rymer. tom. 8. pag. 539: *Eis pugna supersedere mandavimus, emissio per nos silentii vocabulo consueto, scilicet Ho, Ho, Ho*, (quod est) *cessate, cessate, cessate, vindictam demeriti divini iudicio reservantes*. Alia notione nostri *Hoe* dixerunt: nam pro Gallico *Oui*, Ita, etiam, occurrit in Poemate de la guerre de Troyes MS.:

Li done une tiel collée,  
Qu'il ne dist Hoé ne non,  
Amphymaeus avoit à nom.

† 2. **HO**, in notis antiquorum, Homo vel Honestus. *Ho. H.* Homo honestus; *H. Hon.* Homo Honestus. *H. P.* Honesta persona.

† **HOARE**, Pastinare, terram ligone seu pastino vertere, Gall. *Houer*. Charta ann. 1219. ex Tabulario S. Remigii Remens.: *Homines agricolæ mei in illis nemoribus extirpare non poterunt, vel Hoare, vel alio aliquo modo terras excolere.* [\* Vide *Huware*.]

**HOB**, **HOBARIUS**. Vide *Huba*.

**HOELLARI**, **HOBERARI**, **HOBILLERS**, sic Anglis nuncupati milites levis armaturæ, et medicori equo et cursorio merentes, quem Angli *an hobby* vocant, *Hobin* Philippus Cominæus lib. 6. cap. 7. quos Jacobus Waræus in Antiquitatibus Hibernicis cap. 7. ait esse equos ex Hibernia, sic appellatos ob mollem incessum, magno in pretio habitos: unde et *Hobiners* Gallicè interdum vocatos mox observamus *Hobellarios*, quam quidem vocem *Hobin* ab Hebræo *Habras*, accessit Steph. Guichartus. Ut ut sit, ab ejusmodi equis *Hobellarii* dicti. Will. Thorn. ann. 1364: *Item dicunt, quod dicti tenentes pro omnibus terris suis in geldabili tenentur, et debent contribuere in omnibus lottis et scottis, in geldabili assessis, videlicet pro warda maris tempore guerræ, pro Hoberariis sagittariis inveniendis, et sustentandis, ubi necesse fuerit super costeram maris*. Mox: *Pro expensis factis circa Constabularios laborantes ad eligendum et ducendum prædictos Hobilarios sagittarios, et in omnibus aliis lottis, etc.* Hic sane *Hobellarii* videntur fuisse sagittarii, cum nulla interpunctione *Hobellarii sagittarii* dicantur. Charta Henrici V. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 976: *Pro munitione et apparatibus hominum ad arma Hobeliorum sagittariorum seu peditum quorumcumque pro obsequio nostro vel hæredum nostrorum in posterum eligendorum, etc.* Tabulæ, describentes Obsidionem Caleti ann. 1350: *Sub Comite Kildariæ; Bannerets 1. Knights 1. Esquiers 38. Hobilers 27. Sub Dom. Reginaldo Cobham: Bannerets 1. Knights 6. Hobiners 19. Archers on horse 24. archers on foote 32. Sub Dom. Fulcone de la Freiquid Hibernico: Bannerets 1. Knights 1. Esquiers 18. Hobilers 14. Statutum 2. ann. 18. Edw. III. cap. 7: Et que gentes d'armes, Hobelers, et Archiers eslus pour aler en le service le Roi d'Angleterre soient as gages le Roy, etc.* Et anno 25. Stat. 5. cap. 8: *Nul home soit arcles de trouver gens d'armes, Hoblers, n'archers, autres que ceux, qui teignent par tiels services, s'il ne soit per commun assent, et grant fait en parlement*. Duravit, inquit Spelmanus, id vocabuli usque ad ætatem Henrici VIII. Vide Will. Dugdalem in Antiquitatibus

Warwicensibus pag. 19. col. 1. Opuscula Anglica Roberti Cottoni pag. 264. et Isaacum Casaubonum de Lingua Anglica vetere pag. 192. col. 1.

\* Gall. *Hobelours*. Charta ann. 1326. apud Rymer. tom. 4. pag. 232. col. 2: *Volons... que tous yeux auxi bien gentz d'armes, Hobelours et homes à pié armez, comme arblasters, archers et autres homes à pié... soient à leur valu prestement payez de leur gages, c'est assaver homes d'armes xij. deners le jour, Hobelour vj. etc.* Alia ann. 1334. ibid. pag. 534: *Assignavimus ipsos et duos eorum ad eligendum in comitatu prædicto, tam infra libertates, quam extra, cum omni celeritate qua fieri poterit, quadringentos homines sagittarios et centum Hobelarios de validioribus et potentioribus comitatus ejusdem. Ita quod dicti Hobelarii... prompti sint et parati ad proficiscendum, etc.* Ubi notandum *Hobelarios* a *sagittariis* distingui, quos confundit Cangius.

**HOBERUS**, [Curtis ruptura.] Vide *Oberos*.

**HOBIRA**, *Lorica*, in Gloss. Isid.

† **HOBUNNA**. Vide *Huba*.

\* **HOBUS**, Modus agri cum habitatione coloni, idem quod *Huba*. Vide in hac voce. Charta ann. 994. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 482: *Et hoc scitote, quod ad nostrum Hobum pertinet, xc. jugera; et si ibi non inveniuntur, ubi propius habemus, adimpleatur.*

\* Aliud vero sonat vox Gallica *Hobe*, in Lit. remiss. ann. 1422. ex Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 252: *Le suppliant porta lesdites gelines et cog en sa maison, et icelles mist en son solier dessoubz une Hobe, qu'il covry de une escudelle*. Ubi majoris cavæ species videtur, Gall. *Cage à poulets*.

**HOCBUS**, Picardis, *Hoc*, uncus, aduncum instrumentum. Lambertus Ardensis pag. 258: *Oneratores etiam et buttarii cum Hoccis, et cespitarii cum cespitibus oblongis et mantellatis... operabantur*. Vide infra *Hoke*.

\* Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 501: *Un hoc à tannaur, de quoy on trait les cuirs hors de l'eau*. Unde *Ahoquier*, Unco alligare, constringere. Guignevil. in Peregr. hum. gener. MS.:

Ausi com un singe Ahoquier  
A un bloquel et ataqué,  
Et que ne puet monter en haut  
Que en montant tost ne ravaut.

† **HOCDEI**. Vide *Hokeday*.

**HOCHIA**, [Terræ portio arabilis, fossis vel sæpibus undique clausa.] Vide *Olca*.

\* Nostris *Hoche*, eadem notione. Reg. Cam. Comput. Paris. fol. 84. vº: *Vergiers, Hoches, chasaus, maisons, etc.* *Hoche* vero, Alexè genus, in Charta ann. 1331. tom. 2. Hist. Leod. pag. 415: *Item avons ordeneit qu'il ne soit nulz que de ce jours enavant, qui joue ens le cloestre ou chimitaires de egliez de Liège aux deis, aux scouz, aux Hochez, ou autres jeux que ons appelle tremrealz*. Quod *Jouer à Hoisier* dicitur, in Lit. remiss. ann. 1371. ex Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 256: *Ilz commencierent à jouer ensamble à Hoisier, à plus croix, ou plus pile*. A verbo *Hocer*, vel, ut nunc effertur, *Hoche*, Quatere, movere. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. ch. 137: *Iceului Estienne ainsi qu'il tenoit et Hocoit les dez, etc.* *Hoche*, obscæne accipitur, in aliis Lit. ann. 1405. ex Reg. 159. ch. 317: *Lequel Jehannot vit sa femme venir d'un jardin, et avec estoit un jeune homme... il lui dist, tu viens de toy faire Hoche*. Aliud

autem est *Hoicher*, nempe Opprimere, Gall. *Etouffer*, in Serm. 7. ex Cod. MS. S. Vict. Paris.: *La tierce partie de la semence si chai sor espines, et les espines la Hoicherent tote*. Ubi Lucas cap. 8. v. 7: *Exorta spinæ suffocaverunt illud*.

† **HOCHOFINNA**, Gravior, ut videtur, mulcta, a Germ. *Hoch*, altus, excelsus; et *Fine*, emenda, mulcta. Charta Ansbaldi Monachi pro S. Willibrordo Episc. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 18: *Tibi dono... quidquid ego ibidem juste laborare visus sum, hoc est, casis, curticlis... mobili cum immobili, cum manentibus ibidem aspicientibus, x. servientes gafergarias, Hochofinnas, cum ingressu et egressu, etc.*

\* Nisi idem sit quod *Hochia*, vel coloni qui *hochiam* colunt.

**HOCKETTOURS**, in veteri Statuto, quod *Ragman* nuncupant, apud Spelmanum: *Que nul en querelant, n'en repougnant, ne soit surpris neu cheson pur Hockettours, ou barestours, paront que la verité ne soit ensue*. Vide *Baratator* in *Baratum*.

† **HODEGITRIA**, Vox Græca, viæ Dux, appellata est imago B. M. Virginis quam D. Lucam depinxisse dicunt; eo quod, cum expulsis Latinis Michael Palæologus urbem triumphans ingrederetur, imaginem hanc sibi prælatam pedes secutus fuerit. Gregoras lib. 4: *Post dies complures Imperator CP. intrat non prius tamen, quam sacrosanctæ Deiparæ, quam quasi viæ monstratricem Hodegitriam nuncupant, imago per portam quæ Aurea dicitur, ingressa est, etc.* Plura vide apud Hofman.

\* **HODIDOCOS**, vel **HODÆDOCOS**, [Latro et obsessor viarum. *Festus*.]

**HODIE**. Theodericus de Inventione S. Celsi Episcopi Trevirens. n. 16: *Cujus memoria, quæm diu Hodie dicitur, semper est in benedictione habenda*.

**HODIEDUM**, pro *Etiannum hodie*. Historia fundationis Monasterii Cladbacensis: *In grandi cavato lapide, quem Hodiedum cernere licet*.

† **HODIETENUS**, Ad hodiernam diem, hodieque. Vita S. Reguli Episc. tom. 3. Martii pag. 824: *Ubi ab incolis Hodiētēnus supplicatur Deus et colitur*.

† 1. **HODIUM**, Mensura frumentaria apud Belgas. Descriptio bonorum domini de *Eska* ex Archivo S. Audomari: *Et debet quodlibet caput unum Hodium avenæ*. Statuta MSS. Capit. S. Audomari ann. 1432: *Fabrica propter hoc habebit in posterum IX. Hodia avenæ inde super hoc deductis prædictis XIII. quarteriis cum dimidio avenæ... sic remanebunt ad opus fabricæ VII. Hodia cum duabus quarteriis et dimidio avenæ*. Capiebat itaque *Hodium* 8. quarteria; si quidem 13. quarteria cum dimidio addita 7. *Hodiis* duobusque quarteriis et dimidio compleant assignatum novem *Hodiorum* numerum. Vide *Hodus* et *Hodius*.

\* 2. **HODIUM**, pro *Odium*, in Lit. ann. 1358. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 193. art. 18.

\* **HODIUS**, ut *Hodium* 1. Mensura frumentaria apud Belgas, vulgo *Hoet*. Charta Joannæ comit. Fland. ann. 1230. in Suppl. ad Miræum pag. 89. col. 2: *Donavi eidem monasterio septem modios et tres Hodios spicarii frumenti ex eleemosyna spicarii Brugensis*. Alia ann. 1275. ex Chartul. 1. Fland. in Cam. Comput. Insul.: *De chascun Hoet de fourment quatre deniers, et de chascun Hoet d'avaine deus deniers, etc.* *Heud* non semel ibid. *Hodii* octo modium faciunt, in Ch. ann. 1458. ex ead. Cam.

**HODŒPORICUM**, Iter, via. Historia Translat. S. Sebastiani cap. 14. n. 69: *Hodœporico licet difficulter expleto, . . . Romam ingreditur*. Alias *Hodœporicum*, est itinerarium, sive itineris descriptio.

† **HODŒPORICÆ INCOMMODITATES**, Itineris incommoda. Vita S. Rigoberti Archiepisc. Remens. tom. 1. Januar. pag. 179: *In itinere a domino Archipræsule ei præcepto secum ducere volebat, et iste Hodœporicas incommoditates vitando, nolebat etiam cum adhuc sospes esset.*

**HODUS**, Mensura frumentaria, apud Flandros, vulgo *Hoed*. Charta Theoderici Comitis Flandr. ann. 1187. apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 65: *Considerantes hæc in victu et vestitu eis non posse sufficere, triginta Hodios tritici mensura Brugis in spicario. . . persolvendos. . . addiderunt*. Infra: *Eique in usus suos assignaverunt 5. pias caseorum, 24. Hodos avenæ, 200. anguillas, etc. Vide Hodium.*

**HOECKENSES**, [Ita appellati quidam factiosi in Hollandia sub ann. 1530.] Vide *Cabelgenses*.

\* **HOELLUS**, Ligo, Gall. *Hoe* vel *Houe*; unde diminut. *Hoette* et *Houette*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 75: *Quendam martellum cum uno Hoello ferreis furtive cepit. Quendam ligonem, aliter Hoellum, accepit*, ibid. ch. 89. Aliæ ann. 1408. in Reg. 163. ch. 47: *Le suppliant print une Hoelte . . . et lui getta laditte Hoelte. Lui donna un autre cop de laditte Houette. Jehan Laisné envoia querre une Houete pour esrachier et oster une pierre*, in aliis Lit. ann. 1374. ex Reg. 106. ch. 263. *Vuiot*, eodem sensu, in aliis ann. 1451. ex Reg. 184. ch. 121: *Lesquelles vignes le suppliant ait n'agaires fait essarter et labourer ou Vuiot, etc.*

\* **HOEVA**, Modus agri cum habitatione coloni, idem quod *Huba* et *Mansus*. Vide in his vocibus. Charta ann. 1276. apud Miræum tom. 2. novæ edit. pag. 865: *Vendidimus viris religiosiis abbati et conventui monasterii Loci sancti Bernardi. . . quinquaginta Hoevas sive mansos vastinæ, jacentes in parochia de Hastel et unamquamque Hoevam sive mansum duodecim bonaria continentem.*

† **HOEVE**, **HOF**, **HOFA**. Vide in *Huba*.

\* **HOFF**. Constit. Erici reg. Daciæ ann. 1282. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 205: *Promissimus semel in anno in media Quadragesima parlamentum, quod dicitur Hoff, debeat celebrari*. Germanis ex Eccardo ad Leg. Salic. tit. 62. *Hoff*, idem quod *Ambitus*, circuitus.

**HOFFATA**, Prædii rustici species: *Curtis*, ex Germanico, *Hoff*. Charta Henrici Imp. ann. 1111. in Metrop. Salisburgensi tom. 2. pag. 539: *Unam Hoffatam ad Vindberch, unam hubam ad Steinwelt, unam ad Sunbach et ad Winzhain, 1. Hoffatam in loco, qui dicitur Alburg, et duas partes decimationis ejusdem Ecclesiæ cum una huba, etc.* Occurrit ibi pluries, et in Charta Ulrici Episc. Pataviensis ann. 1144. ibid. pag. 553. 554. 556. 557. Vide *Huba* et *Hova*. [\* Leg. *Hofsatam*.]

† **HOFFGERICHT**, Germanica vox. Chron. Noriberg. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 327. col. 2: *Anno Domini 1392. Argentinenses bellabant cum rege Wentzeslao, qui eos citavit ad iudicium suum, dictum Hoffgericht.*

† **HOPPORCI**, vox ibrida, ex Theutonico, *Hof*, villa, et porcus: Porci villæ alicujus. Charta Philippi Flandriæ Comitis ann. 1187. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 552: *In Quadragesima ducentas anguillas, sive earum præ-*

*tium, in Rogationibus vero viginti novem denarios ex Hopporcis in officio Dierkimi de Cardario, quiete et irrevocabiliter a se et a suis successoribus in perpetuum solvendo assignaverunt.*

\* **HOGGAMLINUS**, Procurator aulae, Germ. *Hoggæmlin*, in Histor. Frising. tom. 2. part. 1. pag. 129. Vide *Haltaus*. Glossar. German. col. 933.

**HOFMARCHIA**. Vide *Curtimarchia*.

**HOFWARDERS**, Villarum vel domorum custodes, ex Theuton. *Hof*, villa, fundus, area, solum, hortus, etc. et *Warder*, custos. Consuetudines Arkenenses ann. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Extranei quocumque tempore de navi dant 1. den. Hofwardres liberi sunt de theloneo.*

**HOGA**, *Hoghia*, *Hogium*, et *Hoch*, *Hogum*, Mons, collis a German. *hoog*, *hoch*, altus, editus, excelsus: unde Anglica obsoleta *ho*, et *how*, pro monte, g. in w. mutato. Sic in Domesdei hundredum de *Grenehew* in Comitatu Norfolk. *Hrenehoga* dicitur, i. *mons viridis*. Liber Shanburnensis, apud Spelmannum: *Idem Canutus (Rex) dedit prædicto Edwino (de Shanburne) villam de Neteshamia (hodie Snetsham) integram, cum toto dominio integro, et plures alias terras in Comitatu Norfolkicæ: et similiter dedit ei unam planiciem non cultam, sed vastatam, versus Orientem, a prædicta villa per sex millia Anglica, ubi idem Edwinus invenit quendam collem et Hogum petrosum, et ibi incipiebat ædificare quendam villam, et vocavit illam Stanhogiam quæ postea vocabatur Stanhowe. Sonat autem Stanhogia montem lapidosum: Stane enim lapidem, Hoghia montem sonat.*

\* Unde *Hollon*, Colliculus, vulgo *Eminence*, *rideau*. Chartul. Corb. sign. *Daniel* ad ann. 1427. fol. 69. vº: *Demi journal de terre, séant ou terroir de Bonnai, au lieu que on dist les riers de Coquerel, tenant d'une part au ridel ou Hollon, qui est devers le terroir de Heilly. Ejusdem originis est vox Hogueuement apud Monstrel. 3. vol. ad. ann. 1451. fol. 40. vº: Puis feirent (ceux de Gand) trois nouveaux officiers, nommez en leur langage Hogueuemens, qui vault à dire Souverains hommes, et les feirent capitaines d'eux. Ibid. fol. 46. vº: Item que tous ceux de la loy les doyens et les Hoiquemens de la ville, etc. Neque alii sunt, qui *Haumans* appellantur in Lit. remiss. ann. 1386. ex Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 226: *Comme ou temps que ceux de Flandres furent rebelles à nous, . . . eussent esté ordonnez plusieurs capitaines et Haumans oudit pays, etc.* Flandris *Hoofdman*, qui centum militibus præfectus est.*

**HOGASTER**, Porcellus: ex Anglico *Hogge*, porcus. Leges Forestar. Scotic. cap. 7: *Iste est modus pannagii, videlicet de qualibet cindra, id est, de 10. porcis. Rex habebit meliorem porcum, et Forestarius unum Hogastrum. . . . Si omnes fuerint Hogastri, tunc nihil habebit Forestarius, nisi unum Hogastrum*. Fleta lib. 2. cap. 79. § 4. et 12. hanc vocem etiam in ovibus usurpat: *Tertium ovile. . . pro Hogastri annatis et juvenibus*. [Chartularium SS. Trinitatis Cadomens. fol. 45. vº: *Instauramentum hujus villæ est 8. boves. . . septem viginti oves matres adpreciatas 4. d. et 60. et 12. inter gerces et Hogastres, medietatem gerces et medietatem Hogastres.*] Vide *Gull*. Prynneum in *Liberlatib*. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 1209.

**HOGRI**, ex Anglico *Hogrell*, Bidentes. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 666: *De vaccis 69. de boveris 17. de boviculis 10. de annalibus 28. de vitulis 29. item de*

*mulonibus 881. de hurtis et muricis 207. de Hogris 121. et de agnis 100.* Ex his emendantur videtur Petrus de Vineis lib. 5. Ep. 70. ubi de *dextrariis et ronchinis mittendis* verba fecit, addit: *De Engastris autem mittendis, ecce quod in proximo tibi curabimus providere*. Ubi legendum videtur *Hogastri*.

\* **HOGETTUS**, Bidents', Gall. *Brebis*, alias *Houe*. Comput. MS. monast. Clareval. ann. 1364. fol. 27. rº: *De 610. pelibus ovium, Gallice Houe, venditis in Barro, 15. flor. 3. gros*. Inventar. ann. 1420. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 591: *De porcis triginta tres, de Hogettis centum viginti sex, et porcellis octoginta novem*. Inde fortassis *Hot*, Bidentium grex, in Lit. remiss. ann. 1442. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 124: *Il y avoit ung Hot de moutons, que icellui censier ne osot emmener aux champs pasturer pour double des gens de guerre*. Vide *Hogaster*.

\* *Hoguette* vero, Minoris cujusdam dolii nomen, in Charta Henr. V. reg. Angl. ex. Cod. reg. 8387. 4: *Nostræ costume sur les vins. . . admeuez en petits tonneauls, que l'en nomme Hoguettes, etc.*

**HOGHENEHYNE**, [Familiaris, domesticus famulus.] Vide *Agenhine*.

† **HOGHRUS**. Vide in *Hogaster*.

† **HOGUM**. Vide *Hoga*.

† **HOKE**, *Uncus*, et id omne quod ad modum unci recurvum, angulus terræ recurvus, ab Anglic. *Hook*, Gall. *Crochet*, *Croc*. Instrum. ann. 1294. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. pag. 324: *Et super hayiam de Longlonds-end et sic usque le Hoke versus le Frereslone*. Vide *Hoccus*.

**HOKEDAY**, sic appellarunt Angli festivitatem annuam, quam ob ejectos ex Anglia ab Æthelredo Rege Danos, eosque pæne omnino uno eodemque die anno 1002. interneconi datos, institutam ferunt: quæque apud mediterraneos Anglos haud omnino exolevit. *Lambardus* in *Itinerario Cantii* tit. *Sandwîk*, dictam putat, quasi *huictnes-dæg*, id est, *diem Martis irrisorium*. Saxon. *dæg*, et *Anglis day*, diem sonat: *tues-dæg*, diem Martis, *Anglis Thuneday*. *Huise* et *Huix* denique Saxonibus est *irrisio*; contractius etymon potest formari. *Hucx dæg*, quasi *dies irrisionis*. [Kennettus in *Antiq. Ambrosden*. rectius deduci existimat a Saxon. *Headæg*, quod Gallice dicimus, *Haut jour*; forte quod in æstivis diebus adeoque longioribus incidat hæc festivitas.] Certe festivitatem hanc in diem Martis cadere, constat ex *Matthæo Paris* ann. 1251: *Die Lunæ, quæ ipsum diem præcedit proximo, quem Hokeday vulgariter appellamus*. Et ann. 1258: *Post diem Martis, quæ vulgariter Hokeday appellatur, factum est Parlamentum Londoniæ*. *Matth. Westmon.* ann. 1261. pag. 379: *Quibus venientibus Herefordiam, et Comitatu convocato, die Lunæ ante le Hokeday sedere volentibus, etc.* hoc est, die Lunæ, qui *Hokeday* præcedit. In æstate exactum docent *Chartæ veteres*. *Monasticum Angl.* tom. 1. pag. 104: *A die, quæ dicitur Hokedai, usque ad festum S. Michaelis*. [Instrum. ann. 1363. apud Kennet. Antiquit. Ambrosden. pag. 495: *Item inter Hokeday et diem S. Martini bene possunt ibidem ducentæ quadraginta multones sustentari ad opus domini ad terram suam compostandam, sed in tempore hyemali non possunt ibidem sustentari.*] Alia apud *Spelmannum*: *Sciendum est, quod unum quoque averagium æstivale fieri debet inter Hokeday, et gulam Augusti*. Diei situm prodit

idem Mathæus Paris ann. 1255: *Circa idem tempus, scilicet in quindena Paschæ, quæ vulgariter Hokeday appellatur, convenerunt Londini omnes nobiles Angliæ.*

† **HOCEDII**, Eadem notione. Chartular. SS. Trinitatis Cadomens. fol. 54. vº: *Decem bubulci sunt in Hantonia; unusquisque debet habere 5. acras et Sabbato sibi arare et a quaque carea 1. garbam, et omnes bubulci debent habere 1. acram frumenti ad Augustum, et a Hocedei usque ad Augustum habebunt de bidentibus lac mane diebus Dominicis.*

Ita *Hokeday* est dies Martis, qui Quindenam Paschæ expletam proxime excipit. [Id abunde probat Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 225: *Die Martis proximo post quindenam Paschæ qui vocatur Hokeday.* Rursum occurrit infra.] At cur in hunc diem dilata cædis Danorum solennitas, quos Henric. Huntindonensis lib. 6. ann. 1002. Radulfus de Diceto ann. 1000. Knygthonus lib. 1. cap. 2. et alii in festivitate S. Bricii, id est, 13. Nov. interfectos tradunt, non promptum est asserere. Sed et neque ann. 1002. festum S. Bricii die Martis extitit, sed die Veneris, siquidem litera dominicalis fuit D. Rationem igitur quærant, qui plus in re Anglica sapiunt: id tantum lubet adnotare ex Spelmano et Watsio, adhuc in eo die mulieres solere jocose vias oppidorum funibus impellere, et transeuntes ad se attrahere, ut ab eis munusculum aliquod extorqueant, in pios usus erogandum; sed et domi magisterium obtinere, quod ut existimat idem Watsius, hæc Danorum cædes ab ipsis etiam mulieribus perpetrata sit: quod tamen non habent veteres Historici. Vide Steph. Skinnerum in Etymologico Angl. verbo *Hocktide*.

† **HOKENBUCH**, Armorum genus. Vide supra in *Bombarda*.

† **HOLCA**, Terræ portio arabilis. Charta ann. 1132. tom. 2. Hist. Loharing. col. ccc: *Holcam unam ad Braum dono Liduidis de sancta Manchilde.* Ibidem: *Holcam unam in eodem Walesmeio dono Heilæ filix Bernardi.* Vide *Olca*. [\* Vide *Hoscha*.]

† **HOLCAS**, Oneraria navis, ab ἔλκω, traho, quod trahi debeat. Item vas vinarium. Laur. in Amalth. Notum est ὄλκας pro navi oneraria.

† **HOLDA**, Sortilegii species. Liber qui Corrector inscribitur ex Cod. 894. S. Vict. Paris.: *Credidisti ut aliqua femina sit, quæ hoc facere possit, quod quædam a diabolo deceptæ se affirmant necessario et excepto facere debere, id est cum dæmonibus in similitudinem mulierum transformatæ, quam vulgaris stultitia Holdam vocat, certis noctibus equitare debere super quasdam bestias, et in eorum consortio se annumeratæ essent, si particeps fuisti illius incredulitatis, unum annum pro legitima feria pœnitebis.* Quæ desumpta sunt ex Burchardo Vormat. lib. 19. fol. 270. vº. Vide *Diana* et *Hera* 2.

† **HOLDES**, Leges Æthelstani, de *Wergildis*, i. de capitibus ætimationibus: *Comitis Wergildum est 15. millia thrymsa. Holdes et summi Præpositi quatuor thrymsa, intellige millia.* Videntur esse, qui apud nostros *Baillivi*, qui civitates et provincias custodiebant: nam Saxo-nibus holdan est curare, custodire. Lambardus, Spelmanus et Somnerus militiæ Præfectos, Tribunos militum, vel belli imperatores interpretantur. [\* Vide Thorp. Glossar. Leg. Anglosax. qui hanc dignitatem a Danis in An-

glim orientalem introductam esse censet; Philippus de Jure Anglosaxon. not. 331. iidem sunt qui *Twelfhyndesman*.]

† **HOLERII**. Vide in *Hullæ*.

† **HOLETA**, a Gallico *Houlette*, Pedum pastorale. Arest. ann. 1351. 3. Mart. in vol. 4. arestor. parlam. Paris.: *Guillelmus indutus quadam veste pastoralis fin-gens se fatuum, tenens in manu quandam Horetam, percussit fortiter ad januam, etc.* Unde *Houletter*, ejusmodi baculo pugnare, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 105: *Ilz estriverent ensemble en Houlettant de leurs houlettes les ungs contre les autres.*

† **HOLFARE**, pro *Olfacere*, apud Papiam.

† **HOLINUS**, Olla, vas coquinarium, vulgo *Marmite*. Vocabul. Sussannæi.

† **HOLITI**. Vim vocis explicat Charta Wenceslai reg. Bohem. ann. 1249. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 521: *Sint liberi et exempti ad omni jugo servitutis, seu exactionis et gravaminis, ... et a retibus ad venationem ducendis, et a victualibus canibus dandis, ac ipsorum custodibus, qui Holiti vocantur.* Diction. Bohem. Lat.: *Holiti, deglabare, tondere; quod ad ejusmodi officium pertinet.*

† **HOLMUS**. Vide *Hulmus*.

† **HOLOBLATTEUS**, Totus ex blatta, seu purpura. Charta Donationis Ecclesiæ Cornutiænæ, edita a Suaresio: *Vela tramoserica Holoblatta 2.* Ibidem: *Vela holoserica Holoblatta 2. etc.*

† **HOLOCAUSTA**, Hostiæ Eucharisticæ. Fragmenta Hist. MSS. apud Stephanot. tom. 2: *Tanta in altari Holocausta offerantur, quæ populo sufficere debeant. Quod si remanserint in crastina non reserventur, nisi propter viaticum eorum qui morituri sunt, ne quis Christianus sine communione sancta moriatur; sive propter virtutem custodiæ Ecclesiæ, ne virtutes adversariæ nocere valeant loco, etc.*

† **HOLOCAUSTOMA**, vox Græca ὄλοκαστωμα, Sacrificium, sic dictum quod in eo tota victima cremaretur. Tertullianus lib. 5. adversus Marcionem cap. 5: *Quid stullius, quid infirmius, quam sacrificiorum cruentorum et Holocaustomatum nidorosorum a Deo exactio? Vitæ Patrum Emeritentium tom. 2. Concil. Hispan. pag. 655: Quorum scilicet Salvator noster Jesus Christus animas obrizo puriores ... velut Holocaustomata suscipiens, catervis martyrum in cœlesti sacrario collocavit.*

† **HOLOCAUSTUM**, Eadem notione, passim.

† **HOLOCAUSTUM**, pro *Encaustum*, vel *incaustum*, atramentum. S. Wilhel. Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 24: *Pro signo Holocausti, generaliposito aquæ, signum scribendi adde.*

† **HOLOCHEUS**, Totus aureus, Græc. ὄλοχρυσος. Gregorius Turonensis lib. 10. Histor. c. ult.: *Fuit autem faber lignarius, faciens etiam turres Holochryso lectas, ex quibus quædam apud nos retinentur.*

† **HOLOCO TINUS**, Nummi Ægyptii genus, forte integri auri unciam vel amplius appendens. Ita Bollandistæ ubi de SS. Pachomio et Theodoro tom. 3. Maii pag. 340: *Respondente autem fratre, nequaquam ita futurum, sed pro centum Holocolinis velle emere frumentum, ejus arbitrio æstimandam.*

† **HOLOGRAFUS**, vel *Olografus*, ὄλογραφος, pro ἰδὸλογραφος. Acta vetera ex Collectione Conciliorum Crisconiana, apud Baron. ann. 325. n. 8: *Edidi Canonēs sanctorum Patrum Olographa manu mea subscriptos.*

Fragmenta S. Hilarii: *Exemplum Epistolæ, qua Athanasium reum non esse Holografa manu Valens scripsit, et Ursacius subscripsit.* ὄλογραφοί επιστεμωσείς, apud Eusebium lib. 6. Hist. Eccles. cap. 24. ubi videndus Valesius. [\* *Holographum testamentum*, apud Isidor. in Origin. lib. 5. cap. 24. sect. 7. et in Nov. Valent. III. de testam. II. 21. const. 2.]

† **HOLOSERICUS**, et **HOLOSERICALIS**. Totus ex serico, a Græco ὄλος, et Latino Sericum. Concil. Hispan. tom. 2. pag. 640: *Fui in loco amæno, ubi erant multi odoriferi flores, herbæ viridissimæ, rosæ et lilia ... vela Holoserica innumerebantur.* Codex MS. ex Abbatia. S. Huberti fol. 16: *Videres neminem se posse continere a lacrymis, cum tantarum paulo ante deliciarum juvenis, tam subito mutatus ad mundi contemtionem adeo se accingeret ac pretiosissimas Holosericalis habitus vestes cum tunica Holoserica sponte sua spoliatus abjiceret.*

† **HOLOTA**, Polonica vox. Vide infra *Odartus*.

† **HOLOVERUS**, Purpureus: *vestes holoveræ, quæ totæ verò colore, i. ἀληθινῶ, seu purpureo tinctæ sunt absque ullius alterius coloris permitione: quomodo fuisse indicantur in leg. 3. Cod. Theod. de Vestibus holoveris. (10, 21.)* Vox hybrida ex Latino et Græco composita. Ita Salmasius, Petavius, Cerda, etc. Ferrarius de Re vestiaria lib. 2. cap. 10. contractam ex ὄλοπύργος putat. Procopius in Histor. arcana pag. 112. 1. Edit. ὄλόπυρον tincturam et colorem fuisse, qui Regum proprius erat, indicat. Anastasius in Hormisda PP.: *Pallia Olobera blattea, etc.* In Joanne II.: *Pallia Olovera auro teata quatuor.* In Paschali pag. 153: *Aliam vestem de stauraci cum pericliis de Olovero.* Ita pag. 152. 156. 161. 163. 164. 165. 204. 206. etc. Vide præterea Turnebum lib. 1. Adv. cap. 13.

† **HOLOVITREUS**, vel **OLOVITREUS**, Totus vitreus: vox hybrida. Acta S. Marcelli Martyris: *Ad atrium divi Hamonis, ubi effigies Olivitrea celso columnæ adorabatur collocata fastigio, ... perducitur.* Acta S. Sebastiani n. 54: *Habeo, inquit, cubiculum Holovitreum, in quo omnis disciplina stellarum ac mathesis mechanica est arte constructa. Olivitreum nuda occurrit in Glossar. Arabico Lat. Charta Ferdinandi M. Reg. æræ 1101. apud Anton. de Yezep in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 6: *Crucem auream cum lapidibus cooperiam Olivitream, etc.* Occurrit ibi pluries. Alia ejusdem: *Calicem et patenam ex auro cum Olivitreo, etc.* Ibidem: *Aliud argenteum habet opera Olivitrea.**

† **HOLOVITREUS**, nuda pro Scypho vitreo. Vita S. Odilonis Abb. sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 669: *Accepto confestim parvo Holovitreo infudit merum, et singulis pro benedictione largitur potum.*

† **HOLTZ**. Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim, pag. 663. col. 1: *Quæ ligna vulgariter appellantur kunikeges Holtz sive widelagel.*

† **HOLULARE**, pro *Ululare*. Epist. Prælatorum et Baronum, etc. pro liberatione Caroli Principis Salern. apud Rymer. tom. 2. pag. 318: *Ad vos, excellentissime domine, tanquam ad singulare spei nostræ refugium, Holulantes una voce clamare compellimur.*

† **HOMAGIALIS**, **HOMAGIATUS**, **HOMAGIUM**, etc. Vide post *Hominiūm*.

† **HOMAGIUM**, Obsequium, cultus: ut infra *Homen*. Chron. Pontif. Leon. Urbev. edit. Lamii, pag. 162: *Silvester,*

natione Gallicus, nomine Gilbertus... Hic primum juvenis Floriacensis cœnobii in Aurelianensi diœcesi monachus fuit; sed dimisso monasterio, Homagium diabolo fecit, ut sibi omnia ad votum succederent; quod diabolus promisit implere. Ipse obsequiis diaboli insistens, etc. Vide alia notione in *Hominium*.

\* **HOMALLARE**. Vide *Hamallus*.

\* **HOMATA**, Modus agri vineis consiti, tria circiter *jornalia* complectens, nostris *Hommée*. Charta Gazon. episc. Laudun. ann. 1313. in Reg. donor. Caroli IV. et Phil. VI. ex Cam. Comput. Paris. fol. 117. r.º: *Gerardus de Paigneyo supplicavit, ut nos quandam peciam vinear, circiter quindecim Homatas vinear continentem, admortizare nostra auctoritate vellemus*. Alia pro eccl. Laudun. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 442: *Item aliam vineam . . . continentem circa duas Homatas cum semi-homata*. Pluries ibi. *Quatuor Homines vinear, in Terrear. ann. 1502. Hommée de vigne, in Ch. ann. 1339. ex Tabul. S. Joan. Laudun. Alia ann. 1362. in Reg. 91. ch. 429: Item environ huit jours de vignes, séans au terroir de Maisy, . . . contenant trois Hommées. . . Item Hommée et demie en marlies*. Major ergo *Homata*, quam mensura, quæ *Dies in Journalis* dicitur, quantum scilicet uno die potest homo laborare vel fodere; repudianda itaque *Homatæ* definitio proposita in *Diction. Trevolt. Oumée*, eodem intellectu, in Charta ann. 1374. ex Reg. 105. ch. 474: *Item environ dix Oumées de vigne ou finaige de Brene*. Neque aliud sonat vox *Omilée* in Charta compos. inter Phil. V. reg. Franc. et episc. Tornac. ann. 1320. ex Cod. reg. 8448. 2. 2. fol. 90. v.º: *Ernoulz li queus pour terre. . . une Omilée et demie, demi chapon et sis Loenois. . . Deus Omilées, un chapon et douze Loviens*. Vide infra *Hometa* et *Hominata*.

\* **HOMATIGUM**, Idem quod *Hominium*, professio feudalis. Charta ann. 1208. ex Cod. reg. 8407. 2. 2. fol. 28. v.º: *Cum hominibus et feminibus, militibus et Homaticis hominum et militum, etc.*

\* **HOMBARIUS**. Vide *Hobarit* in *Huba*.

\* **HOMEAGIUM**, Eadem notione. Charta ann. 1337. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 48: *Fidelitates, Homeagium seu Homeagia, et aliarum servitutis ejuiscumque generis, etc.*

\* **HOMELA**, Gall. *Houblon*. Vide *Humlo*.

\* **HOMEN**, Obsequium, cultus. Form. liter. pro stipendiis militum stratas custodientium ex Cod. reg. 4189. fol. 11. r.º: *Si delinquentibus terminum et criminum patratibus pœna debita infligatur. . . Homen et nomen Domini ampliatur*. Vide supra *Homagium*.

† **HOMENAGIUM**, **HOMENATICUM**. Vide in *Hominium*.

\* **HOMENECHA**. [Idem quod *Hominium*.] Tabular. Nantoliense in *Pictonib.* ann. 1165: *De achatamento s. sol. et Homenecha in villa, quæ Cella vocatur, etc.* Occurrit hæc vox non semel in hoc *Tabulario*.

\* **HOMENESCO**, Promissio sacramento firmata, obsequium fide vassalli assertum. Charta hominij æra 1241. in *Charatul. Campan.* ex Cam. Comput. Paris.: *Super his omnibus fecit Homenesco Binianus de Agramont Sancio regi Navarre, pro bona fide et sine malo ingenio, quod teneat istas convenientias*.

\* **HOMENSTRA**, *La mappa*. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **HOMENTUM**, *La massa del ventre*, in eod. Glossar.

\* **HOMESOKEN**. Vide *Hamsocna*.

\* **HOMETA**, ut supra *Homata*. Charta admort. pro monast. S. Auberti Camerac. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 233: *Unam vineam. . . continentem quatuordecim Hometas cum dimidia, quinque virgas et decem perchias*. Pluries ibi.

† **HOMETUM**, Domus, ædes, mansio, Anglis *Home*. *Regestum Paris. Parlamenti* sign. B. f. 41. in *Aresto* ann. 1277: *Hometum quod tenetur ab eo tanquam ab antenato pro parangium, juxta consuetudinem Normanniarum*.

\* **HOMICIDIUM**, Cum quis hominem cædit, verberat. Leges Henrici I. cap. 80: *Qui in domibus. . . Comitum fecerit homicidium, vel Homicidium, sicut causa fuerit, membrorum vel pecuniarum emendationis reus sit*. [\*\* *Thorp. § 8. Homicidium*.]

\* **HOMICIDA**, de animali. *Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscensib.* ann. 1247. de bestia, quæ alteram occidit: *Alter (dominus) cujus Homicida bestia est, etc. . . Si vult habere bestiam vivam, quæ extitit Homicida bestiarum suar, etc.* Occurrit ibi pluries.

\* *Homicidii pœna*, hoc est suspensio vel igne, solemniter ex sententia mulctatas fuisse bestias, quæ hominem occiderant, etiam ad nostra fere usque tempora, pluribus documentis patet; quæ hic describere nostri esse instituti visum est. *Consuet. Genovef. MSS. fol. 57. r.º: L'an de grace 1268, fu pris à Fontenai un pourcel, qui avoit mangié un enfant, . . . et fu ars en la court au mere de S. Genevieve à Fontenai*. *Comput. ann. 1322. MS.: Au bourreau pour faire pendre une truie qui avoit mangié un enfant, iij. solz*. *Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abba-vil. fol. 53. v.º: Uns fais avint en cheste ville, que uns vers ochist un effant, fil Guiffroi Lengles leulieus, en le rue S. Gile, pour lequel fait et par grant délibération de conseil, on trayna et pendi ledit vers, et fu pendus par les piés, et en sonna on les trois clokes le vegille S. Vincent et mois de Janvier l'an 1323*. *Ibid. fol. 140. v.º: Il advint n'agaires que un pourchel en nostre juridiction, en le maison de Aliaume d'Oisemont, murdri le fil dudit Aliaume; pour lequel fait ledit pourchel fu prins par les sergans de Pontieu et menés à la court de Pontieu; et depuis fu tant poursui par nous envers les officiers du roy nous. tant que rendu nous fu comme à no droit. Lequel pourchel fu pour ledit fait traînez et pendus par les ganges de derriere; et fu ladite exécution faite par nostre conseil de Paris le xiiij. jour de Février l'an 1378*. Aliud rursus exemplum ad ann. 1414. legere est *ibid. fol. 194. Sentent. ann. 1641. 11. Dec. ex Arch. de Meudon: A tous ceux, etc. Guy Cocquillon praticien en cour laye, lieutenant au baillage de Viroflay. . . salut. Sur le procès meu et pendant en jugement devant nous entre le procureur fiscal de la prévosté et seigneurie dudit Viroflay, demandeur d'une part; Prud'homme et Jeanne Duplessis sa femme deffendeurs d'autre part. Veu la requête et plainte dudit procureur fiscal, . . . les charges et informations, etc. Le tout veu et considéré ce qui estoit à voir et considérer. Il est dit par délibération du conseil que la truie, qui est apreset dans nos prisons, est déclarée appartenir ausdits deffendeurs, et être celle qui a dévoré, tué, étranglé et mangé la teste d'un petit enfant masle agé de quinze jours, appellé Mathieu, fils de Louis le Roux et de Madelaine de la Noue; cause pourquoy nous ordonnons qu'en la présence desdits*

deffendeurs ladite truie sera étranglée et traînée à la queue d'un cheval par les carrefours de cedit lieu et jetée à la voirie. Et outre condamnons lesdits deffendeurs en vingt quatre livres Parisis de réparation civile envers les pere et mere dudit enfant et huit livres Parisis d'amende, etc. Quem usum sic suggillat *Bellom. MS. cap. 69: Li aucun qui ont justichez en leurs terrez, si font justiche des bestez, quant elles mettent aucun à mort. Si comme se une truie tue un enfant, il le pendent et traînent, ou une autre beste: mes che est noiens à faire, car bestes muez n'ont pas entendement qu'est biens ne qu'est maus; et por che est che justiche perdue*.

† **HOMICIDALIS**, *Homicidam* spectans. *Ratherius Episc. tom. 2. Spicileg. Acher. pag. 216: Cum. . . de sola pejeratione Homicidalis perageretur solummodo causa*.

\* **HOMICIDALITER**, Ac si homicidii reus esset. *Vita S. Joan. Laudens. episc. tom. 3. Sept. pag. 164. col. 1: Memini eum in ipso prope canicularis dies caumate se incarcerasse, . . . nec ante inde exisse, quam omne quadraginta dierum curriculum Homicidaliter elapsum esset*.

† **HOMICIDIA**, æ, Jus cognoscendi de homicidiis, vel etiam mulcta pecuniaria propter homicidium. Charta a Jacobo Rege Aragon. recognita ann. 1313. tom. 8. *Spicileg. Acher. pag. 268: Et sic totum dono et firmo et laudo, videlicet Homicidias, cugucias, firmancias et justitias, quod ibi esse possunt*.

1. **HOMICIDIUM**, *Hominum cædes*, cujusmodi in præliis, *Carnage*, nostris. *Lupus Protospata: An. 946. factum est Homicidium Bari mense Decemb. inter cives*. Idem ann. 1042: *Abitque ad civitatem Materam, et fecit ibi grande Homicidium*.

† 2. **HOMICIDIUM**, Mulcta pecuniaria propter homicidium. *Donatio Alphonsi VI. pro Monast. S. Facundi tom. 3. Conc. Hisp. pag. 284: Homo percussus si ad mortem venerit, et dixerit Clerico, quia ille homo percussit me unde morior, per testimonium Clerici dabit Homicidium*. Charta *Willelmi Comit. Ceritan. ann. 1071. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1162: Dono ad præfato cœnobio. . . omnes apparatus, sive albergas, sive census, sive usaticos, sive Homicidia, etc.*

† **HOMICIDIUS**, Eodem significatu. Charta ann. 1114. MS.: *Donamus vobis. . . totos clamores et districtos de mercato toto de Biterris, quod habeatis inde tertiam partem et nos duas. . . exceptis ipsos Homicidios et excogociamentos, quos ego et uxor mea et infantes nostri retinemus in nostro dominio*.

† **HOMICIDUM**, Eadem notione. *Concil. Legion. ann. 1012. inter Hispan. tom. 3. pag. 190: Item mandabimus ut Homicida et rausos omnium ingenuorum hominum Regi integra reddantur*.

\* *Homicidium a murthero* ita distinguit *Assis. Hieros. cap. 91: Murtre et Homicide ne puet estre en un cors; . . . car murtre est fait en repos, . . . et celui à qui l'on done cos, dequoi il receut mort, est Homicide*. Et cap. 94: *Homecide est quant home est tué en apert devant la gent en meslée*. [\*\* *Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 625*.]

† **HOMILETA**, *Concionator*. *Faber in Thesaur.*

† **HOMILETICUS**, *Ad conciones pertinens*, *ibidem*.

\* **HOMILIE**, *Familiares collationes*, quæ



a Præsulibus habebantur in ædibus sacris, in quibus et interrogabant populum, et interrogabantur a populo: ita enim ὁμιλίαν a λόγῳ seu oratione distinguit Photius in Bibl. Cod. 172. unde *Tractatus populares* dicuntur S. Augustino in Psalm. 118. in Proœmio: *Statui autem per sermones id agere, qui proferuntur in populis, quos Græci ὁμιλίαι vocant.* Idem Epist. 2. ad Quodvultdeum præfixa lib. de Hæresib.: *Tractatus populares, quos Græci Homilias vocant.* Victor. Vitens. lib. 1. de Persecut. Vandal. de eodem S. Augustino: *Usque ad illud tempus cc. jam XXX. et duos consecerat libros, exceptis innumerabilibus Epistolis, vel Expositione totius Psalterii et Evangeliorum, atque Tractatibus popularibus, quas Græci Omelias vocant.* Senator lib. de Divinis lect. cap. 17: *Modo enim doctissimi viri, aut libros divina inspiratione conficiunt, aut invicem se Epistolarum gratia consolantur, aut populos dulcissimo sermone deliniunt. Homeliaticus sermo, apud Æneam Parisiens. Episc. adversus Græcos pag. 86. et Nicol. Trivetum ann. 1180. [Ad quod (Concilium) venit civis Pisanus quidam nomine Burgundio in Græca Latinaque lingua peritus, afferens Evangelium S. Johannis expositum sermone Homeliatico.] Ruffinus in Prologo ad Originis lib. περὶ ἀρχῶν: Libellos Originis, quos Homeliaticos appellavit. Vide Synodum Laodic. can. 19. et Concilium Turon. III. cap. 17. Ὁμιλιεῖν, Sermonem habere ad populum, in Concilio Ancyrano cap. 1. [Homiliaris ammonitio, in Epist. Alcuini ad Monachos Vedastinos circa ann. 796. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 51: *Necum mihi, carissimi Fratres, occurrit tempus dictandi Homiliarem ammonitionem, sed vita comite, Spiritu sancto inspirante, non ero immemor petitionis vestræ et promissionis meæ.* Vide Ὁμιλιεῖν in Gloss. med. Græc.]*

**HOMILIA RIUS**, Liber, continens Sanctorum homilias, quæ legi solent in Dominicis, in Natali, et in festis Sanctorum propria Evangelia habentium, et in Paschate et Pentecoste, cum ferialibus eorumdem. Ita Beletus can. 60. et Durand. lib. 6. Ration. cap. 1. n. 28. Vide Concilium Turonense ann. 813. cap. 17. Moguntinum ann. 847. can. 2. etc. Riculfulm Suessionensem Episcopum in Constit. cap. 6. et infra in *Vitæ Patrum*.

**HOMILIARE** S. Augustini, continens Sermones 147. in Chron. Fontanell. cap. 16.

**OMELIA**, et **OMELIUM**, pro *Homeliario*, non semel in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 322.

† **HOMINAGIO**, **HOMINAGIUM**, **HOMINATUS**, etc. Vide in *Hominium*.

\* **HOMINAGIUM**, Injuriarum satisfactio, Gall. *Réparation*. Charta Simon. comit. Montisf. ann. 1207. in Chartul. S. Dion. pag. 308: *Conquerabatur dominus Mathæus, quod major suus Montismorenciaci fuerat vulneratus ab Auberto majore B. Mariz de Argentolio.... De Auberto majore dicitur in triginta Hominagia faciat fieri et a se et ab amicis suis majori Montismorenciaci pro pace reformata inter ipsos. Id est, ni fallor, ut reus ei, quem offendit, cum triginta amicis satisfaciatur. Vide alia notione in *Hominium*.*

**HOMINATA**. Observat Menagius Andegavensibus suis *Hominatam vinearum*, Gall. *Une hommée de vignes*, vocari, quantum vinearum homo per annum colere potest.

\* Idem quod supra *Homata*. Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 93. r.: *Vinea au choufour versus Hermisi continet xv. Hominatas... Vinea Renaldi continet xij. Hominatas.* Infra: *Hommée*. Occurrit ibi pluries.

\* **HOMINATIO**, Professio obsequii seu servitii, quam homo seu vassallus domino suo feudali præstat. Charta Hugon. de S. Maura apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 253: *Quidquid tam homines quam femine omnis meæ castellaturæ... monachis Miciacensis cœnobii... habendum annuerunt, corde concedo lætissimo, ita duntaxat, ut Hominacionis eorum non amittat servitium.*

† **HOMINES BONT**, Sic appellati Grandimontenses Monachi. Vide *Boni homines*.

**HOMINATUS**. Vide *Hominium*.

\* **HOMINICIUM**, Professio quævis obsequii seu servitii. S. Rufini tom. 6. Aug. pag. 819. col. 1: *Ille vero post hoc in hospitali prædicto per dies aliquot commoratus, tandem Hominicio facto sancto martyri, et in recognitionem Hominicii vovens se oblationem ad ecclesiam ejusdem singulis annis, dum viveret, oblaturum.*

**HOMINICOLÆ**, Ἀνθρωπολάτραι, dicti ab Apollinaristis Catholicis, quod Deum hominem adorare dicerent. Facundus Hermianensis lib. 19. cap. 3. de Theodoro: *Qui rursus sexto ejusdem operis libro, capitulo 54. adversus eosdem Apollinaristas, qui nos videri volunt Hominicolas, etc.* Vide Athanasium sub finem libri de Incarnatione Domini. Ita etiam dictus Nestorius in Diurno Romano pag. 37: *Et profanus Hominicola Nestorius Dominicæ dispensationis infestus, utpote qui adorandæ incarnationis arcana, Deum ab homine separando, distincterit.* etc. [Vide *Homuncionem*.]

\* **HOMINISCUM**, Præstatio annua, quæ in signum servitutis vel obsequii fit. Charta Aymer. de Narbona ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 539: *Item Palus Thoroni facit de usatico, et facere tenetur michi et meis singulis annis pro Hominisco, quatuor denarios Narbonenses.* Pro professione feudali a cliente præstita, vide in *Hominium*.

**HOMINIUM**, est servitium, seu obsequium, quod homo, seu cliens, vel servus, domino suo præstare tenetur. Formula vetus 48. apud Bignonium: *Prætere hanc chartulam redemptionalem in te fieri et adfirmare rogavi, ut taliter sis ingenuus, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus vel natus, cum omni pecuniari tuo, nec mihi, nec ulli hæredum meorum nullum impendas servitium, nec Hominium, nec libertaticum, nec ullum obsequium, etc.* Ubi *hominium* est hominis servitium, ut recte definitur ab Ugutione. [Hinc in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Hominium, Service d'homme*.] Postmodum

**HOMINIUM**, seu **HOMAGIUM**, dicta fuit professio illa fidei et obsequii, quam homo, seu vassallus, domino suo feudali præstat ratione feudi, quod ab eo tenet: seu uti definitur a Bracton lib. 2. tract. 1. cap. 35. § 1. est juris vinculum, quo quis tenetur et astringitur ad warentizandum, defendendum, et acquietandum tenementum suum in seisinis versus omnes, per certum servitium in donatione nominatum et expressum: et etiam vice versa, quo tenens reobligatur et astringitur ad fidem domino suo servandam, et servitium debitum faciendum. Ita etiam Fleta lib. 3. cap. 16. § 8. Leges Alfonsinæ part. 4. tit. 25. lege 4: *Et Homenaje*

tanto quiere decir, como tornarse home de otri, et faceirse como suyo, para darle seguranza, sobre la cosa, que promete de dar, o de facer, que la cumpla. Vetus Consuetudo Normanniæ, cap. 29: *Homage et promesse de garder foy des choses droiturieres et necessaires, et de donner ayde.* Britton. in Legib. Angl. cap. 68: *Homage est un lien de droit, dont home est lié et tenu de garaunter, acquiter, et defendre son teneant en sa seisine vers toutes gens par les services dues del teneant, que il tendra de luy en service, ou en demetne, et sa foi garder\* desbleray, dont autant est le Seigneur tenu à son home, come le home à son Seigneur fors que seulement en reverence.* [Nec prætereundum in Italia vassalagium dici quod apud nos *homagium* appellatur. Id observant Speculator lib. 4. part. 3. de Feud. art. 2. § 5. Jacobinus de S. Georgio Tract. de Homagiis § 5. et Petrus de Vineis lib. 6. Epist. 9. Vide in *Vassi*.] Sugerius lib. de Administr. sua memorat, nobilem Regis Dagoberti *Cathedram*, in qua, ut perhibere solet antiquitas, Reges Francorum suscepto regni imperio, ad suscipienda optinatum suorum *Hominia* primum sedere consueverant. Atque hæc quidem vox, ut et *Homagium*, passim occurrit, adeo ut supervacaneum sit locos laudare, tametsi constet in Libris feudorum non reperiri, sed *fidelitatis* duntaxat, quæ non tantum sonat, quantum *hominium*, uti in sequentibus docemus. Sed et interdum *hominiscum*, *hominatus*, *hominagium*, etc. occurrunt.

\* A qua fidei et obsequii professione, nec ipsi regum nostrorum filii, cum ad ipsos, quacumque ratione, feudum aliquod devolvebatur, exempti erant. Ejusmodi est *homagium* quod exhibet Chartul. episc. Paris. fol. 115. v.: *Anno Domini 1266. die Jovis proxima post festum B. Andreæ apostoli, in domibus dom. episcopi Paris. Parisius in aula inferiori hora prima comparuit personaliter dom. Johannes, dictus de Demmiete, filius illust. regis dom. Ludovici Dei gratia Francorum regis, petens se admitti ad Homagium feodi episcopi Paris. scilicet castri et castellaniæ de Montegayo, de quo debebat esse homo et fidelis episcopo Paris. ratione uxoris suæ, filix olim bonæ memoriæ Odonis ducati Burgondiæ, qui, priusquam iter arripere transmarinum, erat homo et fidelis dom. episcopi, nomine dictæ filix suæ, nunc uxoris dicti dom. Johannis, quem reverendus pater Reginaldus Dei gratia Paris. episcopus, protestatione præhabita de jure suo quantum ad feudum de Cloia, quod esse solebat de feodo de Montegayo, et nunc est divisum, de quo habere debet episcopus Paris. xx. libras annui redditus super feudum Montisgavi, ... ad Homagium recepit et ipsum Johannem per annulum aureum de dicto feodo investivit, salvo facteto suo. Dicitur autem Johannes sibi fecit Homagium et fidelitatem de dicto feodo, ut dictum est, in præsentia multorum, scilicet dom. Arnulphi et dom. Gaufridi de Villeta militum de consilio dom. regis et multorum aliorum, qui venerant cum ipso Johanne, etc.* Vide mox *Homagium Evanescere*.

**HOMINISCUM**. [Charta Guillelmi Dom. Montispessul. ann. 1103: *Qui castellum et vicariam habuerit faciat Hominiscum domino Montispessulani et juret et castellum et vitam et membra et totum honorem suum.*] Charta ann. 1212. apud Catellum in Hist. Comit. Tolosæ pag. 29: *Donec compulsus fuit jurare, et fa-*

cere eidem Comiti Hominiscum pro Ducatu, etc.

HOMINATUS. Vetus Charta apud Besilium in Episcopis Pictav. : *Ego Isebertus concedo de casamentis meis quidquid datum fuerit B. Mariæ et S. Cypriano, excepto ne ita detur, ut ex toto perdam Hominatum meum.* Gregorius PP. VII. apud Juretum : *Ut Clericus a laico nunquam justificetur, nec pro terra, nec pro aliis rebus, quas ab illo teneat, nec sibi Hominatum faciat, etc.* Chronicon Andrense pag. 425. [ex Charta ann. 1097.] *Ut si aliquis fevatorum de fevo ipsius centum solidatos, vel tantum ut suum Hominatum non perderet, donare voluisset, concessit. Ubi perperam fenatorum, et feno editum.*

HOMINAGIUM, HOMENAGE, in Consuet. Beneharn. tit. 1. art. 8. 27. Leges Partidæ part. 4. tit. 25. leg. 4 : *Et Homenage tanto quiere decir como tornarse home de atri.* Radulfus de Diceto : *Fulco Rechin primus Stephano Blesensi Hominagium fecit.* [Charta Odonis Ducis Burgundiæ pro Theobaldo Comite Campaniæ ann. 1214 : *Profitemur enim.... quod Comites Campaniæ nobis vel successoribus nostris non tenentur facere Hominagium.*] Regestum Comitum Inculmensium ex Camera Comput. Paris. ann. 1244 : *Et aura en la vile le quart des Homenages des Chevaliers, et le ters des Homenages des servens.* [In Charta ann. 1215. ex Tabul. S. Illidii Claromont. *Homenatge.*] Occurrit passim in Regesto Andegav. et alibi. Le Roman de Philippe de Maceoine MS.

Cui viengne faire l'Homenago.

HOMINACIO, in Domesdei.

† HOMINATICUM. Testamentum Guifredi Comitiss Ceritan. ann. 1085. tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 434 : *Volo ergo et mando ut jam dicta Ecclesia de Molig teneat eam Bernardus de Castro-sono per manum prædicti filii mei Berengarii, et per suum donum et habeat inde Hominaticum.*

Apud Hispanos potissimum intelligitur, cum quis criminis alicujus reus, cum eo, quem offendit, vel illius hæredibus, ita paciscitur, ut quoad vixerit, vassallus illorum sit, eoque nomine hominum iis præstet. Vide *Hominium pro Emenda.*

† HOMINICATUS. Hist. MS. S. Cypr. Pictav. pag. 321 : *Quidquid ex casamentis eorum excepto Hominicatu adquirere potuissent.* Chartularium S. Vandreges. tom. 2. pag. 2062 : *Et eis Ecclesiam prædictam contrato, a qua etiam terra comitandisam Hominicatus Abbati facio.*

† HOMATGIUM, Arvernus pro eorum consuetudine mutandi g. in ty. in Charta ann. 1311. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 140.

† HOMMAGIUM. Charta Philippi Pulcri Reg. Fr. ann. 1307. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 1. pag. 288 : *Eumdem de dicta moneta et cursu ipsius, recepimus in nostrum Hommagium, præsentis sibi in hujus rei testimonium concedentes.*

† HOMONAGIUM. Charta Girardi Abb. Compand. ann. 1290 : *Ecclesiæ nostræ jura ubicumque posset fideliter servare juravit et nobis Homonagium quod successores sui similiter facient, ita tamen quod ipse nobiscum in exercitum ire coactus non tenebitur.*

† HOMANAGIUM. Chartularium S. Vincentii Genoman. fol. 222 : *Prædictus vero Monachus in manu domini Johannis Abbatiss coram omni Capitulo Homanagium*

et estagium et quidquid reclamabat in prædicta platea libere et quiete refutavit.

† HOMANATICUM, in Charta ann. 1146. apud Columbum de Gente Simian. pag. 588.

† HOMENAGIUM. Charta Dumbensis ann. 1410 : *Redemit Homenagium prædictum cum servitiis, etc.*

† HOMENATICUM, in Charta ann. 1069. Append. ad Marcam Hisp. col. 1150 : *Pro nimio amore quo eum (Episcopum Urgellensem) dilexerat, noluit suum Homenaticum accipere... Verum præ hac condonatione Homenatici, etc.*

† HOMINIATICUM, in Charta ann. 1068. ibid. col. 1143 : *De Hominiatico ac de potestate et servitio et de fidelitate semper teneant et adimpleant supradictam ordinationem de castro Ageris, ut hoc ita sit fevum de isto castro sicut scriptum est ex illo.*

MENAGIUM, truncate, pro *Homenagium.* Charta ann. 1261. apud Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 273 : *Sit absolutus et quitus ab isto juramento et Menagio.* Ibid. : *De mandato Regis juraverunt, et Menagen fecerunt.* Passim ibi. Et rursum pag. 271. vº. : *Juravit et Omaginem fecit.*

¶ Tres Hominiorum species distinctas vult D. Brussel Tract. de Usu feud. tom. 1. cap. 8. et seqq. Primum *ordinarium*, quod hac voce, homo, significabatur, tria domino feudali a vassallo præstanda continebat, *fiduciam, justitiam et servitium.* *Servitium*, in expeditionibus bellicis per 40. dies ; *Justitiam*, ab ejus curia non declinando ; *Fiduciam*, illum in placitis generalibus consiliis suis adjuvando, quod aliis verbis dicebatur, *sequi et juvare dominum de placito.* Vide in *Fiducia.* Alterum *placitum*, de quo vide infra : tertium *Ligium*, quod in voce *Ligius* videre est.

\* Hominii conditiones tribus solent exprimi verbis, quæ sic reddit Cencius apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 882. bis : *Debent vero præfati oppidani Romano pontifici omni tempore gratis expeditionem, colloquium, placitum, sicut mos est fidelium militum.* Quod à simple *gaige, court et usaige* dicitur in Lit. Blanchæ ducissæ Aurel. ann. 1379. ex Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 125.

Hominii seu Homagii formulam hanc usitatam sic descripsit Bractonus lib. 2. cap. 35. § 8 : *Devenio Homo vester de tenemento, quod de vobis teneo, (vel aliter, quod de vobis teneo et tenere debeo) et fidem vobis portabo contra omnes gentes, (qui vivere poterunt et mori, secundum quosdam) salva fide debita Domino Regi et hæredibus suis. Huic formulæ Anglo-Gallicam addam ex Littleton sect. 85 : *Jeo deveigne vostre home de cest jour en avant, de vie et de membre, et de terrene honor, et à vous serra foyall et loyall, et foy à vous portera des tenemens, que jeo claime de tener de vous, save la foy, que jeo doy à nostre Seigneur le Roy.* Similes propemodum homagii formulas habes in Regiam Majestat. 1. 2. cap. 62. apud Glanvillam l. 9. cap. 1. in Fleta lib. 3. cap. 16. § 20. in Consuet. Norman. art. 107. Andegav. art. 137. Marchensi art. 189. et Britannica art. 333. et in veteribus Chartis. In quo vero differat Homagium a sacramento fidelitatis, diximus in verbo *Fidelitas.**

Homagium feminarum aliis concipitur verbis : neque enim dicitur domino, inquit idem Littleton. sect. 87 : *Jeo deveigne vostre feme, pur ceo que n'est convenient, que feme dira, que el deviendra feme à aucun home, fors que à sa baron,*

quant ele est espouse : mais ele dira Jeo face à vous Homage, et à vous serra foyall et loyall, et foi à vous portera des tenemens, que jeo teigne de vous, save la foi, je doi à nostre Seigneur le Roy.

In præstandis hominiis observatæ fuere quædam necessaria ceremoniæ, quæ vassallorum omnimodam erga dominos denotarent subjectionem : quas generatim attigit idem Littleton. sect. 85 : *L'hommage est le plus honorable service, et plus humble service de reverence, que franc tenant puit faire à son Seigneur. Car quant le tenant fera l'hommage à son Seigneur, il sera discint, et son test discourvert, et son Seigneur seera, et le tenant genulera devant luy, sub ambedeux genues, et tiendra ses mains estendes, et jointes ensemble enter les mains le Seigneur, et issint dira, etc.* Consuetudo Aurelianensis art. 47 : *Et ce fait, doit estre nuë teste, sans espée, ne esperons, etc.* Meledunensis art. 23 : *Un genouil en terre, sans espée, ne esperons.* Consuetudo Marchensis art. 189 : *La façon d'entrer dans l'hommage d'autrui est telle, c'est à savoir que le Seigneur feodal doit estre requis humblement par son homme, qui veut faire foi et hommage, d'estre receu à foi, ayant la teste nuë, et si le Seigneur se veut seoir, faire le peut, et le vassal doit descindre sa ceinture, s'il en a, oster son espée, et baston, et soi mettre à un genouil, et dira ces paroles, etc.* Quos quidem ritus sigillatim illustrabimus. Ac primo quidem vassallus in præstando hominio junctas manus immittit. Bracton. lib. 2. tract. 35. § 8 : *debet quidem tenens manus suas utraque ponere inter manus utraque domini sui : per quod significatur ex parte domini protectio, defensio et warrantia ; et ex parte tenentis, reverentia et subjectio, etc.* Adde Britton. pag. 173. et Fletiam lib. 3. cap. 16. Consuetudo Normanniæ art. 107 : *La forme d'hommage est, que le vassal noblement tenant doit estendre ses mains, entre celles de son Seigneur, et dire ces mots, etc.* Andegavensis art. 137 : *Ayant les mains jointes en les mains de son Seigneur.* Marchensis art. 190 : *Et est accoustumé, que le vassal doit avoir les mains jointes, et le Seigneur les doit prendre entre les siennes, en le recevant et baisant.* [Butilierius in Summa lib. 1. tit. 81 : *Doit l'homme joindre ses deux mains en nom d'humilité, et mettre es deux mains de son Seigneur en signe que tout lui voue, et promet foy ; et le Seigneur ainsi le reçoit, et aussy lui promet à garder foy et loyauté, et doit l'homme dire ces paroles : Sire, je viens à vostre homage et en vostre foy, et deviens vostre homme de bouche et de mains, et vous jure et promet foy, et loyauté envers tous et contre tous, et garder vostre droit en mon pouvoir.] Vita S. Remberti Archiep. Hamburg. n. 27 : *Et per manus acceptionem hominem illum Regis fieri, et inter Consiliarios ejus collocari obtinuit.* Veteres Franc. Annales ann. 757. cap. 17 : *Ibique Tassilo venit Dux Bajoariorum, in vassatico se commendans per manus, sacramenta juravit multa et innumerabilia, reliquiis Sanctorum manus imponens ; et fidelitatem promisit Regi Pipino, sicut vassus recta mente et firma devotione per justitiam vassus domino suo esse deberet.* Ubi et hominum, et sacramentum fidelitatis observare est hisce etiam temporibus una et simul exhibita. Adde Annal. Fr. Bertinianos ann. 884. Dudo lib. 2. de Actis Normann. pag. 82. de homagio Rollonis Ducis Norman. : *Si dederis filiam tuam,**

ut ei dixisti, conjugem, terramque maritimam in sempiternam per progenies progenierum possessionem, manus suas, se subjugando, tibi dabit fidelitatis gratia, tumque servitium incessanter explebit. Et pag. 83 : Statim Francorum coactus verbis manus suas misit inter manus Regis. Denique pag. 86 : Atque inter manus Willelmi adolescentis manus suas mittentes Principes, conligavit illis conjugationis sacramento. Pag. 170 : Qui nunquam colla suæ cervicis gratia servitii manus suas commendando commisit. Adde pag. 82. d. 83. cap. 91. d. 113. a. 126. d. 157. b. Gesta Guillelmi Nothi Regis Angl. pag. 189 : Normanniæ Ducem Guillelmum, sub quo tutus foret, supplex adiit, manibus et sese dedit, cuncta sua ab eo, ut Miles a domino recipit. Ordericus Vitalis lib. 3 : Tunc Baldricus Rodberto Abbati junctis manibus fidelitatem fecit, subjectionem justitiamque de se suisque hominibus promisit. Galbertus in Vita B. Caroli Comitis Flandr. n. 90 : Primum hominia fecerunt ita : Comes requisivit, si integre vellet homo suus fieri : et ille respondit, Volo : et junctis manibus amplexatus a manibus Comitis osculo confederati sunt. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 479. b : Abbati junctis manibus fidelitatem fecit. Homagium præstitum a Jacobo Rege Aragonum pro Montepessulano et Castro Latarum Joanni de Montlaur Episcopo Magalonensi mense Dec. ann. 1236. in Reg. Carcass. pag. 48 : Nos Jacobus D. G. Rex Arragonum, etc. et D. Montispessulani, cognoscentes, nos tenere in feudum villam Montispessulani, et Castrum de Palude, quod vulgo dicitur Lates, a venerabili Patre D. Magalon. Episcopo, et pro eisdem sacramentum fidelitatis eidem præstare debere, sicut vassallus domino præstare tenetur, et prædecessores nostros, a quibus causam habuimus, et in quorum feudum successimus, habuisse et tenuisse, et propter hoc eidem Episcopo homagium fecisse, et sacramentum fidelitatis præstitisse, vobis venerabili in Christo Patri Joanni de Montelauri Dei gratia Magalon. Episcopo sponte et debite manibus junctis et in vestris manibus positus, dato osculo pacis et firmitatis pro prædictis villa Montisp. et Castro de Palude, quod dicitur Lates, certi de facto et certiorati de jure, vobis Homagium fecimus sine dolo, secundum quod melius et melius intelligi potest. Actum in Montepess. etc. Homagium Geraldi de Valats, præstitum Raymundo Comiti Tolosano pro terra de Rie in dicecesi Ruthenensi ann. 1248. in Regesto Tolosano : Et inde ligium homagium vobis facio manibus meis positus inter vestras, et dato vobis osculo fidei et recepto. Philippus Mouskes in Chilperico :

Si est om li Castelains  
A l'Eveske de ses deux mains.

Et infra de sacramento Episcoporum pro regalibus :

Et cascuns Veskes premerains,  
Dou Roy de France joint ses mains,  
Prent son Regale pour droiture,  
Et ses om est de teneur.

In homagiis Nobilium Vasconensium ann. 1363 : M. Arnaud Amaneu Seigneur de Labret, etc. estant à genouils sans centure, ne chaperon, tenant ses mains junctes par entre les mains dudit M. Lieutenant, est devenu homme lige dudit Roy d'Angleterre. Hinc homagium manuale dictum in Charta ann. 1227. apud Perardum in Burgund. pag. 410 :

Et tenetur ipsi vel hæredes eorum facere pro prædictis feodis successoribus nostris Homagium manuale. [Charta ann. 1297. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 253 : Canonici dictos redditus percipientes, nomine dictorum vicedominatum, nobis et successoribus nostris (Episc. Cabilon.) sicut consuetum est ab antiquo facient Homagium manuale, et nihil percipient aliud, nisi redditus superius nominatos.] Will. Tyrius lib. 2. cap. 15 : Factus est, ut dicitur, Dominus Boamundus Imperatoris homo, fidelitate manualiter exhibita, et juramento præstito corporaliter, qualiter solent fideles Dominis suis exhibere. Vide Chartam ann. 1266. apud Sammarth. in Episcop. Autissiodor. pag. 807. Consuetud. Turon. art. 115. Britan. art. 935. etc.

\* Ceremonias in præstandis hominiis observatas, sigillatim descriptas habemus in Charta homagii præstiti Benedicto XIII. PP. a Joanne duce Bitur. ann. 1391. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom. MSS : Dom. Johannes dux (Bituricensis) gratis et sponte ac deliberato animo, prout dixit, nomine suo suorumque hæredum et successorum prædictorum, remotis caputo et mantello, genibus flexis coram prælibato domino nostro papa humiliter inclinatus, manibusque suis inter manus ejusdem domini nostri junctis et complois, pro præmissis omnibus recognitis Homagium fecit ipsi domino nostro, ac corporale ad sancta Dei Evangelia manibus suis prædictis corporaliter tacta fidelitatis debite præstitit juramentum, eundemque dominum nostrum primo in pede, deinde manu devoto osculatus fuit, et successive idem dominus noster ipsum dominum ducem ad osculum oris in signum obedientiæ, devotionis et fidelitatis perpetuæ benigne et gratiose recepit.

\* Aliquando etiam adhibebantur signa, quæ non subjectionis tantum, sed et humillimæ servitutis indicia erant, ut in Pacto inter comit. Tolos. et episc. Vivar. ann. 1210. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 227 : Ad hæc dominus comes prædictus per se et per successores suos juravit, quod propter hoc feudum Homagium facient sancto martyri Vincentio super altare ipsius apud Vivarium in ecclesia majori, episcopo Vivarii tenente catenam circa collum ejus, dum osculabitur altare. Sed id pietatis, non usus recepti testimonium est.

Apud Hispanos, vassallus manum domini osculatur. Leges Alfonsinæ parte 4. tit. 25. lege 5 : Besar debe la mano el vassallo al senor, quando se face su vasallo.

Genua flectit vassallus in præstatione hominii, domino sedente. Jus feudale Saxonum cap. 16. § 8 : Offerat homagium manibus junctis, appropians ad ipsum, ut si steterit Dominus, ipsum valeat attingere. Si sedeat genua flectat coram ipso : quidam dicunt, quod movere debeat manus erga dominum, quod non est ita. Qui cum accesserit ad dominum stantem, vel genua flectat coram sedente, totum corpus movetur et manus. Charta ann. 1231. ex Regesto Tolosano fol. 55 : Ego prædictus Raymundus Comes Tolosæ pro me et successoribus meis, vestris manibus junctis missis inter meas, et flexis vestris genibus accipio vos Arnaldum de Vadezia in Dei miseratione et mea, etc. Alia ann. 1245. Ibidem : Et inde ligium Homagium vobis facio manibus meis positus inter vestras, et flexis genibus, et dato vobis fidei osculo et recepto. Consuetudo Marchensis art. 190 :

Si le vassal fait foi et Hommage au Prince, il doit estre à deux genoux : si c'est à un moindre, il doit estre à un genouil.

\* Genua flectit vassallus cum ipsimet domino feudali exhibetur hominum ; nam si a procuratore recipiebatur illud, tunc vassallus stans homagium præstabat. Tabul. S. Vict. Massil. : Jurans (abbas) in manibus dicti dom. senescalli recipientis pro parte dicti dom. regis (Roberti) hæredumque suorum in comitatibus ipsis, nomine suo et dicti sui monasterii stando rectus in pedibus, et junctis manibus cum pacis osculo fecit pro bonis castris, terris et locis Homagium legitimum. Et quidem in aliis Chartis de eodem homagio, ab abbate flexis genibus ipsi domino illud præstitum fuisse legitur.

\* Interdum stans et capite cooperto homagium præstabat vassallus ; quod potius ex infodationis Charta, quam ex vassalli nobilitate repetendum videtur. Homag. præst. Alano dom. d'Albret comit. Droc. Petrager. etc. ann. 1499. ex Arch. D. de Alfort. : Reconnoissons audit sieur d'Aulfort qu'il est tenu à nous faire foy et hommage, avec chaperon en teste et estre sur pieds.

In Delphinatu Nobilis hominum præstat stando pedes more nobilium, osculo oris interveniente. Burgensis et Francus ac liber, flexis genibus hominum præstat osculando Delphinum in annulo vel dorso manus suæ, sicut franchi, non autem in pollicibus, sicut populares. Vide Dionysium Salvaingum lib. de Usu feud. cap. 4.

Neque vero in Delphinatu tantum obtinuit ut plebei, dum hominum præstarent, pollices domini oscularentur : idem quippe in usu fuisse apud Provinciales colligitur ex Charta homagii ann. 1371. Galterio de Ulmeto domino de Masalgis præstiti a suis vassallis, inter Schedas Præsidis de Mazaugues : Et pollices vestrarum manuum in signum veræ submissionis et Homagii devoto osculavimus. [2 Charta ann. 1442. in Reg. 4. Armor. gener. pag. 19 : Petrus Hrasii Homagium ligium ac fidelitatis fecit et præstitit juramentum, pollices eidem (Desiderio de Rastello) osculando.]

Homini facta, vassallus ad osculum Domini admittitur. Unde

HOMAGIUM MANUUM, ET OSCULI ORIS, in veteribus Tabulis supra laudatis, et aliis ann. 1344. et 1347. apud Justellum in Probat. Hist. Arvernensis pag. 93. 95. 96. Homage de bouche et de mains, in Consuetudine antiqua Ambianensi art. 24. le baiser, i. osculum, in Pictavensi art. 111. 112. Charta Jacobi Regis Aragonum ann. 1231. apud Joann. Damentum in Hist. Regni Balearici pag. 334 : Et ego infans Dominus Petrus facio vobis homagium ore et manibus, etc. [Instrum. ann. 1299. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 262 : Facient Homagium ore et manibus commendatum, et juramentum vallatum.] Quippe vassallus, dum hominum præstat, manus suas in manus domini immittit, peractaque fidelitatis ac hominii præstatione, in fidei signum illum osculatur. Unde fidelitatis, vel fidei, dicitur ejusmodi osculum. Hominium Geraldi de Valats pro Castello Vincellæ in Dicecesi Ruthenensi ann. 1248. in Tabulario Comitatus Tolosani. Et inde ligium Homagium vobis facio manibus meis positus inter vestras, et dato vobis osculo fidei et recepto. Eadem habentur in hominio Gerardi Armeniaci pro Castro Malivicini ann. 1245. fol. 55. Ex qui-

bus patet, dominum recipere osculum et impertiri. Aliud hominum ejusdem anni ex eodem Regesto pag. 72 : *Et convenit servire ipsi Domino Comiti et ejus ordinio, sicut fidelis Miles tenetur servire dominum suum, tradens sibi osculum in signum fidelitatis, et in consolidationem omnium prædictorum.* Osculum pacis dicitur in hominio Jacobi Regis Aragonum pro Montepessulano ann. 1236 : *Dato osculo pacis et firmitatis.* Aliud hominum apud Marcam in Hist. Beneham. lib. 6. cap. 1 : *In osculo pacis et veritatis.* [Instrum. ann. 1293. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 37 : *Ipsi domino Dalphino præsentii et recipientii pro se et hæredibus et successoribus suis in manibus ipsius domini Dalphini, pacis Osculo interveniente, Homagium ligium et fidelitatem fecit, et juravit contra quascumque personas.*] *Osculum fœderis*, in Charta ann. 1337. in Probat. Hist. Saubaud. pag. 164 : *Homagium et fidelitatem realiter fecit, et præstitit, inmissis dicti Domini Bellijoci manibus infra manus dicti Comitis, Osculo fœderis interveniente, etc.* [Stabimentum S. Ludovici lib. 2. cap. 18 : *Et je vous reçois et preing à hons, et vous en bese en nom de foy, et sauf mon droit et l'autruy.*] Hunc præterea ritum attigit le Roman de Garin :

Li Dus l'en bése, et ses hom en devint.

Vide Joannem Sarisberiensem Epist. 268. et Sammarthanos in Episcopis Tricastinensibus numero 34.

\* Homag. vicecom. Carcass. ann. 1110. ex Cod. reg. 8407. 2. 2. fol. 29. r° : *Pro quibus omnibus et singulis facio Hominium et fidelitatem manibus et bucca tibi præfato domino meo Leoni abbati (S. Mariæ Crassensis). Charta ann. 1359. ex Chartul. 21. Corb. fol. 272 : Et sur ce par ledite demoiselle Perrigne nous fu supplié et requis que dudit fief nous le vauissions recevoir en nostre foy et hommage en prenant nos droitures, qui pour ce nous appartenoient : lesquelles elle nous offry avec le bouque et les mains.*

Non omnes vero vassalli, ut observat de Lauriere in Gloss. Juris Gallici ad vocem *Bouche*, indistincte ad osculum admittebantur : solis nobilibus id permissum fuisse, colligitur ex Speculatore lib. 4. de Feudis. § Quoniam 2. 66 : *Porro in regno Franciæ facilius se expediunt, nam nobilis homo flexis genibus, coram Rege et inmissis manibus junctis intra manus regias, sibi fidelitatem jurat, et Homagium facit et rec illum recipit ad Osculum ; si vero sit ignobilis, licet habeat nobile feudum, non recipitur ad Osculum.* Id confirmat le Roman de la Rose MS. :

Mais il m'a lors par la main pris,  
Et me dist, je t'aime moult et pris,  
Quand tu as respondu ainsi,  
Oncques cette parole n'issi  
D'home vilain mal enseignié,  
Et si y as tant gaingnié,  
Que je vueil pour ton advantage  
Qu'orendroit me fasses homage,  
Et me baises enmi la bouche,  
A qui nul villains home ne touche,  
A moi touchier ne laisse mie  
Nul home, ou il ayt villenie.  
Je n'i laisse mie touchier  
Chascun bouvier, chascun bouchier,  
Mais estre doit courtois et frans  
Celui duquel homage prens.

Adde Bellomanerium cap. 48. pag. 265. Observandum tamen, præeunte D. de Lauriere, non hominum modo per voces, *manus* et *osculum oris*, in quibusdam Consuetudinibus intelligendum

esse, sed iis quoque *sacramentum fidelitatis* exprimi. Remensis art. 59 : *Ne doit l'ancien vassal, audit nouveau Seigneur feodal seulement que la foy, et homage, qui est la bouche et les mains.* Hinc in Consuetudine Paris. hominio manuum et oris tantum obnoxium esse vassallum dicitur ; aliquando vero et hominium ejusmodi et fidelitatis sacramentum debere. Vide art. ejusdem Consuetud. 8. 4. 26. 66. et art. 106. Consuetud. Calniacens.

Ab oris osculo interdum eximiebantur feminae, pudoris et honestatis causa, præcipue cum Episcopis hominium præstabant. Homagium præstitum Hugoni Carpenterac. Electo ann. 1332. ex Schedis D. de Remerville Aptensis : *Fecit eadem domina tutrix... homagium, et fidelitatem juravit solemniter ipsi domino Electo flexis genibus, manibus tam ipsius domine tutricis quam prædicti Reforcicati junctis infra manus dicti domini Electi, et insuper osculum bonæ fidei præstitit ipse Reforcicius eidem domino Electo, remisso ejusdem domine tutricis Osculo propter honestatem.*

\* At non omnes episcopos male habebat ille scrupulus. Homag. ann. 1328. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5183. fol. 90. v° : *Domicellæ Johanneta relicta dicti Bridart et Aalipdis de Roura... fidelitatem præfati dom. episcopi, junctis suis manibus intra manus dicti dom. episcopi positis, una post aliam intraverunt, ac ipsi dom. episcopo præsentii, viceque et nomine ecclesiæ suæ Lingonensis stipulanti et recipienti, homagium ligium fecerunt, pacis osculo interjecto.* Qui religiosiores fuere, scrupuli pœnam interdum luerunt. Sic ecclesia Cameracensis privata est homagio terræ d'Oisy, quod nunc regi, quatenus comiti Atrebatensi, præstatur. Cujus facti rationem ita prodit Codex MS. eccl. Camerac. : *J'ai trouvé que jadis au temps de l'évesque (Guillaume II. qui fut évêque de Cambrai depuis 1337. jusqu'à 1342. qu'il fut transféré à Autun) surnommé d'Oussomme (d'Aussone) lix. évesque, une dame d'Oisy annoncha devers lui pour demander licence de relever sa terre ; lequel évesque lui assigna jour, dont elle se vanta qu'elle le baiseroit, car il estoit renommé d'estre le plus bel homme de son temps. Et quant l'évesque le sceut, il proposa de s'en garder. Et cette dame vint au jour assigné, et l'évesque l'envoya à son bailli pour recevoir son relief ; ce que la dame ne digna faire ; mais par dépit s'en ala au conte d'Artois et releva sa terre de lui. Et depuis a tousjours esté la terre d'Oisy relevée du conte d'Artois, qui paravant estoit Cambresis et vraie Empire. Idem factum refert alter Codex MS. Chronic. Camerac. in Tabul. S. Auberti sign. F. sub Joanne de Bethuna, qui sedem Cameracensem obtinuit ab ann. 1200. ad ann. 1219. his verbis : *Une dame d'Oisy reprint la ville d'Oisy du conte de Flandres, qui adonc estoit quens d'Artois, pour ce que anchien dient qu'il y eult un évesque à Cambrai, qui fut moult bianlx et preudhomme, et ot nom Jehan de Bethune, duquel évesque ceste ville d'Oisy et les appartenances devoit estre tenue de ses prédécisseurs évesques de Cambrai et quens de Cambresis. Or advint que quant celle damme vol venir à l'hommaige de cel évesque de se terre d'Oisy, elle envoya à l'évesque pour scavoir le jour et le lieu, quand et où il le volroit recevoir, et il lui fist sentir et scavoir par ung de ses cappellains le lieu et le jour où il le recevroit à sen hom-**

maige. Quand la damme oy ce, elle dist par esbanoy ensy : *Je doy estre moult lye, quand je baisera le plus bel prélat que on sace en ces terres. Cil cappellain s'en partiit à tant et revint à l'évesque son seigneur et luy dist que ly damme venoit moult volentiers à son hommaige, et ly recorda les paroles que li dammes avoit dites. Quant li évesques les ot oyes, il, qui trop ot estroite conscience, pensa et puis dist que ja ly damme ne se poroit vanter qu'elle le uist baisier, pour ce que pourroit estre pechet pour le délit : à quoy poeullestre la damme n'entendoit mye en ce cas. Et quant la damme vint pour son hommaige faire, cil évesques le voeult faire recevoir par son bailli et ne le bailli oncques recevoir de luy, et elle s'en parti courchié et s'en ala tantost d'icelluy terre faire hommaige au conte desudist. Ainsy et par celle occasion fu ly hommaige de la terre d'Oisy ostés de l'Empire et de le conté de Cambresis : mais adès en retint on le nom ; car on le nomme Oisy en Cambresis. Assés ont esté de prélas et de preudhommes, qui pour sy peu de choses ne lairoient mye perdre ung tel hommaige. Et cil quens reprint cel hommaige du Roy en accroissement de ses autres fiefs.*

Verum ut pudori simul et ceremoniæ usuali fieret satis, cum tutrix hominum præstabat pro pupillo, illum osculandum domino præbebat. Inquisit. ann. 1448. ex Tabul. D. Venciæ : *Joannes Borelli senior... respondit... hæc dici audivisse ab ejus patre, qui fuit camerarius dom. Agouti de Agouto, nepotis seu felesenni dictæ dom. Raybaudæ... quod in ejusdem præstatione, dum ille, qui hujusdem homagium recipiebat nomine curiæ, osculum, ut est moris, recipere vellet ab eadem dom. Raybauda ; ipsa tunc ad hoc obtulit supradictum ejus nepotem seu felesennum tunc pupillum, quem in suis brachiis propriis accepit, dicendo : Vesi quis osculetur ; ob quod ipse dominus, qui hujusdem Homagium recipiebat, dictum pupillum osculatus fuit.*

Prælati stola induti hominum præstabant. Charta ann. 1374. ex Tabul. monast. Montisol. : *Saxius Montisolivi abbas constitutus ante præsentiam Petri Isarni judicis majoris et locumtenentis Arnaudi de Hispania senescalli Carcassonæ et Biterri, et tenens stolam in suo collo, more prælati, recognovit se tenere a dom. rege locum de Monteolivo, tunc in paraggio cum ipso, ad juramentum fidelitatis, quod et incontinenti præstitit dicto judici majori super sancta quatuor Dei Evangelia, manibus suis corporaliter tacta, cum stola in collo, salvo honore et honestate, more prælatorum.*

Præstito homagio, et altera die eodem recognito seu ratum habito, vassallus domino feudali fidelitatis sacramentum solemniori ritu jurabat. Hujus rei exemplum sit Charta ann. 1236. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 142 : *Præsentis scripti serie apertissime declaratur, quod Jacobus Dei gratia illustris rex Aragonum et Majoricarum, comes Barchinonæ et Urgelli, et dominus villæ Montispessulani, filius quondam illustris Mariæ reginæ Aragonum et domine villæ Montispessulani, ad interrogationem domini Johannis de Montelauro, eadem gratia episcopi Magalonensis, recognovit se eidem præcedenti die Homagium sibi fecisse pro villa Montispessulani et castro de Palude, quod vulgo dicitur Latas, quæ ab episcopo Magalonensi tenet in feudum ; et statim facta recognitione Homagii, dictus dominus rex domino Johanni de Montelauro*

episcopo supradicto et ecclesie Magaloniensi prepositis super altare S. Firmini in Montepessulano, Corpore Jesu Christi, cruce, reliquiis et textu Evangeliorum aperto, sacrosanctis Evangelis manu tactis, sacramentum fidelitatis in modum prestitit subsecutum, etc. Vide supra in Fidelitas.

\* Erectis digitis, altero homagii et fidelitatis formulam recitante, homagium preestare consueverant Poloni, ut discimus ex Charta ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 83. col. 1: *De justis eorum bonis paternis successive unum post alium per traditionem osculi infeudavit (archiepiscopus Rigensis) et postquam surrexissent, juxta consuetudinem erectis digitis, ad pronuntiationem domini Joannis de Rosen supradicti jurantes, omagium et fidelitatem domino suo archiepiscopo mutuo prestituerunt.*

In homagiis dominus rogabat vassallum, an scilicet Homo fieret suus, fidelitatemque sibi in posterum prestiturum esset? Hominium Guidonis de Severaco ann. 1246. in Regesto Tolosano: *Ego Guido de Severaco confiteor, et in rei veritate recognosco vobis Dom. meo Raymondum Dei gratia Comiti Tolosæ, Marchioni Provinciæ præsentis, et interroganti, me tenere in feudum, etc.* In homagio, quod Rex Angliæ Edwardus II. Philippo Regi Franciæ prestitit Ambiani 6. Febr. ann. 1329. pro Ducatu Aquitaniæ, etc. inter utrumque Regem convenit, homagium ejusmodi in posterum a Regibus Angliæ præstandum hac forma: *Le Roy d'Angleterre duc de Guienne tiendra ses mains entre les mains du Roy de France: et cil qui parlera pour le Roy de France, adressera ses paroles au Roy d'Angleterre duc de Guienne, et dira ainsi: Vous devez homme lige du Roi de France, et lui promettez foi et loiauté porter? dites, Voire. Et ledit Roy et Duc et ses successeurs Ducs de Guienne diront, Voire. Et lors le Roy de France recevra ledit Roy d'Angleterre et Duc audit Hommage lige, à la foy, et à la bouche, sauf son droit, et l'autrui.* Ex Schedis MSS. et Froissart. 1. vol. cap. 15. Vide Consuetud. Andegav. art. 137. 138.

Fidei professio, quæ in Homagiis præstabatur, reciproca erat: nam ut fidelitatem domino vassallus, ita et vassallo dominus illius personam, et feuda, ac in iis jura, se conservaturum pollicebatur. Donnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 11:

Voceque mox viva juravit Rex sibi vitam,  
Atque suos artus, et honorem Principis aptum,  
Absque dolo recte servare per omnia semper.

Occurrit passim in Regesto Tolosano hæc formula in homagiis, quæ Raimundo Comiti præstita sunt a nobilibus Tolosanis, Aginnensibus, et Ruthenensibus ann. 1248: *Ad hoc nos dictus Comes recipientes dictam confessionem et recognitionem fidelitatis, et homagium a vobis dicto N. pro prædictis feudis in forma præscripta, promittimus vobis quod tam personam vestram, quam dicta feuda, et omnia jura, quæ in eis habetis, contra quoslibet molestatores, qui super hoc eis injuriari voluerint, bona fide defendemus.* [Homagium præstitum Comitissæ Vien. a D. de Racurello ann. 1237. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 19: *Versa vero vice supradicta Comitissa promisit eisdem dominis de Rancurello, ut ipsos contra omnem hominem semper defendat et amparet Dominus Comitatus, qui eos super Rancurello et ejus mandamentum vel pro prædictis conveniret vel guerrizaret.*]

Ratio autem ejusmodi sacramenti dominici a fide ducitur, qua uterque, dominus scilicet et vassallus, invicem tenentur. Nam ut est in Regiam Majest. lib. 2. cap. 67. § 1. apud Gianvillam lib. 9. cap. 4. Bractonum lib. 2. tract. 1. cap. 35. § 2. Brittonem pag. 170. et in Fleita lib. 3. cap. 16. etc. *mutua debet esse domini et homagii fidelitatis connexio; ita quod quantum homo debet domino, ex Homagio, tantum dominus debet homini ex dominio, præter solam reverentiam.* Philippus de Beaumanoir cap. 58: *Et ce qu'on dit que voir que s'est que li Sires doit autaint foi et loiauté à son home, come li home fet à son Seigneur, ce doit estre entendu, en tant come cascuns est tenuz li uns vers l'autre: car porce se li Sires justise son home par bonne cose contre se volenté, ne ment-il pas sa foi vers luy. Assissie Hierosol. cap. 198: *Le Seignor est tenuz à son home, se me semble, pour la foi, qui est entre eus de toutes les choses avant dites de quoi home est tenuz à son Seignor: car entre Seignor et home, ne n'a que la foi; et la foi doit estre entre eaus as choses avant dites, mais que tant que l'home doit à son Seignor reverence en toutes choses; et chascun doit garder sa foi l'un vers l'autre fermement, et enterinement endroit soi, par sa foi et sa loiauté et son honour garder et bone renomée.**

¶ Hominium sub conditione aliquando præstitum: si quis enim imparere se novisset injuriam sibi illatam ulciscendo, aut quod vi ablatum sibi fuerat recuperando, alterius potentioris domini hominem se futurum atque ab eo possessiones suas in feudum recepturum se pollicebatur, modo ipsi auxilium suppeditaret quod cogitatis perficiendis satis esset. Hujus exemplum suppeditat Appendix ad Marcam Hispan. col. 1132: *Quod Bernardus Atto Vicecomes indigne ferens, perrexit ad Comitum Tolosanum, et fecit ei hominium sub tali conditione, quod si tantum et conferret auxilium ut sæpeditam civitatem posset recuperare, teneret pro eo civitatem et comitatum.*

Interdum hominium non per seipsum, sed per alios præstabat vassallus, idque ex peculiari pacto ac conventionione. Exstat quippe in Historia Remensi MS. Joannis Rogerii Diploma Henrici Leodiensis Episcopi, ann. 1269. quod Johanni Remensi Archiepiscopo homagium se debere per tres homines tantum, non vero per quatuor, uti contendebat Remensis Antistes: denique ad instantiam bonorum pro bono pacis eidem Archiepiscopo fecisse Homagium nomine suo in pratis de Donzeio per tres homines agnoscit, videlicet per Lambertum de Chevetoigne, Egidium de Fermes Milites, et Jacobum de Guignon Armigerum, etc. Interdum denique aliæ erant ac peculiariæ hominiorum conditiones, cujusmodi est illa, quam juvat hocce loco describere ex Charta originali, data Paris. die Mercurii ante festum S. Michaelis ann. 1329: *A tous ceus, qui ces presentes lettres verront, Robert d'Artois Comte de Beaumont, salut. Sachent tuit, que come nostre amée Cousine, Madame Marie de Bréabant, Dame d'Arshot et de Virzon, nous fust tenue à faire deux Hommages pour raison de sa terre de Virzon, à li appartenante au lieu, que on dit Beaucheines entre nostre terre de Meun sur Eure, et la terre de Vierzon, et l'autre hommage au lieu au gué de Noies, pour cause de la suite de ses hommes des appartenances en nostre terre de Meun, en tele maniere,*

que nous et la Dame de Vierzon devons estre à cheval, et nostre cheval, les deux piés devant en l'eau dudit gué, et les deux piés derrière à terre seche pardevers nostre terre de Meun: et le cheval à ladite Dame de Vierzon, les deux piés derrière en l'eau dudit gué, et les deux devant à terre seche par devers nostre terre de Meun, etc. Vide in Bombus, et in Relevium.

Hominium subsequitur sacramentum fidelitatis, nam eo præstito, vassallus, tactis sacrosanctis Evangelis, fidelitatem domino pollicebatur, stans, non flexis genibus. [Aliquando vero fidem seu sacramentum fidelitatis subsecutum est hominium, ut videre est in Charta ann. 1179. tom. 2. Hist. Lotharing. col. CCCLXXXI: *Post factam fidelitatem, et præstito ordine præmissio juramento, faciatur Hominium Primicerio.* Idem colligitur ex Hominio præstito ann. 1237. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 18: *Et inde fidelitatem juratam super sancta Dei Evangelia et Homagium fecerunt.*] Neque tamen semper hominio adjunctum erat sacramentum fidelitatis; sed interdum absque eo hominium, interdum etiam absque hominio fidelitatis sacramentum præstabatur, uti in voce Fidelitas docuimus. Ut porro variæ ac diversæ erant feudorum, ita et hominiorum, duæ potissimum obtinere species, planum et ligium. De ligio agemus in hac voce.

\* HOMAGIUM CORPORIS, Quo quis alterius servum se vel hominem de corpore proficitur. Charta ann. 1231. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 446: *Præcipimus universis et singulis firmiter observari, quod non faciant aliquem dominum per Homagium corporis et servitutis, quamdiu in dicta villa voluerint commorari.* Sed et

\* HOMAGIUM, nude, idem quod Servagium, Servi conditio. Charta ann. 1264. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 107. v. col. 2: *Nos dictos fratres esse homines de corpore ecclesie nostræ dicebamus, ipsis fratribus et contrario dicentibus et negantibus se esse homines nostros, immo se esse liberos ex omni costa assentibus. Tandem post aliquas controversias, de honorum consilio super dicta discordia servagii seu homagii... compromissimus.*

HOMAGIUM FRANCUM, Nulli servitio obnoxium. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 36. r.º: *Quæ omnia tenet (Anessancius de Serras miles de Landarrone) a dicto domino rege, cum uno pari cirothecarum albarum sine seda de sporta et cum Homagio franco.* Occurrit ibi pluries.

\* HOMAGIUM HONORABILE, Eodem intellectu. Charta Alfonsi comit. Pictav. et Tolos. ann. 1256. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 551: *Nicholaus episcopus Coseranensis de voluntate et assensu capituli Coseranensis nomine ecclesie suæ recepit a nobis in feudum honorabile civitatem Coseranensem, pro quibus omnibus fecit nobis Homagium honorabile idem episcopus.*

† HOMAGIUM JURATUM ET LIGIUM, Cui adjunctum erat sacramentum fidelitatis. W. Wyrcester Anecd. in Libro nigro Scaccarii pag. 536: *Obicitur etiam ipsi Regi Angliæ, quod ipse homagium ligium et juratum sibi (Philippo Valesio Regi Fr.) fecit.* Et pag. 538: *Nec dici potest, quod in Homagio facto per dominum Regem, fuit contentum tacite juramentum... quod verbum Ligium ex sui significatione nullatenus hoc importat,*

\* HOMAGIUM JUSTICIALE, Quod ex jure debetur. Charta ann. 1531. in Reg.



4. Armor. gener. pag. 25: *Johannes Guilia, ... manus suas tenens ... in manibus nobilis Florencii de Rastello, ... fecit Homagium ligium et Justiciale.*

\* HOMAGIUM LIGIUM, Illud dicitur, quo fidelitas domino contra quemvis juratur. Homag. Joan. ducis Brit. ann. 1408. ex Cod. reg. 8542. 3: *Arnaldus de Corbeia miles, cancellarius Franciæ, exposuit alta et intelligibili voce verbis Gallicis subsequenti: In Effectu, domine dux Britannicæ, homagium quod fecisti domino regi hic existenti, intelligit ipse dominus rex quod dictum Homagium sit ligium; quoniam omnia homagia, quæ sibi faciunt et præstant vassalli sui et maxime pares Franciæ, de quibus estis unus, sunt ligia. Vide infra in Ligius.*

† HOMAGIUM MANUALE. Vide supra.

† HOMAGIUM MILITARE, Quale militem decet. Charta hominii Radulfi de Chasteauneuf ann. 1208: *Fecit Homagium Militare dicto domino Comiti flexis genibus, junctis manibus, prout est in talibus consuetum.*

\* HOMAGIUM DE PAGA quid sit, explicat Consuet. Norman. part. 1. cap. 30. ex Cod. reg. 4651: *Fit homagium quandoque de pace servanda, quod Homagium de Paga nominatur, eo quod fit in pagam concordie inter aliquos reformatæ, ut quando aliquis sequitur alium de aliqua actione criminali, et pax inter ipsos reformatur, ita quod secutus facit ei homagium se altero de pace illa conservanda. Eadem vernacule ibid.: L'homage est fait aucuns fois de garder paix, et est appellé Homage de Paie, pour ce qu'il est fait pour paix et en affirmation de la concordie qui est reformée entre aucuns. Vide Hominium pro Emenda.*

† HOMAGIUM DE PERSONA, Illud est quo vassallus dominum suum feudalem contra quemvis adjuturum se profitetur, non ita tamen ut nemo excipi possit. Consule quæ de duplici *Ligeitate* docuit D. Cangius in voce *Ligius*. Instrument. ann. 1339. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 388. col. 1: *Anno 1339. Indict. VII. ipsa indict. mutata cum anno, 12. mens. Nov. Nobilis domicellus Ulricus Tibaudi facit Homagium de Persona ante omnes homines et personas, exceptis dom. nostro Rege Francorum, et dom. Joanne de Cabilone domino de Arlaco, quibus est primo, ut asserit, ad homagium obligatus, illustri Principi DD. Humberto Dalphino Vienn. promittens dictus Ulricus dictum dom. Dalphinum de placito, et de guerra juvare contra omnes personas exceptis duobus dominis supradictis, et Archiep. Bisuntinensi, et Episc. de Bala. Hujus homagii exstat formula in Lib. nig. Scaccarii Anglici pag. 7. ex Charta Conventionis inter Henricum Reg. Angl. et Robertum Comit. Flandr.: *Robertus Comes Flandriæ, fide et sacramento assecuravit Regi Henrico vitam suam et membra, quæ corpori suo pertinent, et capcionem corporis, ne Rex eam hanc (l. habeat) ad damnum suum, et quod juvabit eum ad defendendum regnum Angliæ contra omnes homines, qui vivere et mori possunt, salva fidelitate Philippi Regis Francorum. Vide Membrum 2.**

HOMAGIUM PLANUM, [vel Simplex.] ad discrimen *Ligii*, dicitur *Hommage Plain*, quod nude fit, et cui non adjunctum est sacramentum fidelitatis, vel illud, in quo quis excipitur. Regestum Feodorum Campaniæ fol. 105: *Gaufridus de Villemaur fecit Homagium ligium, et aliud Planum: Ligium est apud Villam Mauri, et Planum apud Palez. Et fol. 118: Joannes Maucosins fecit Homagium*

*de eo... nescit, utrum sit planum vel ligium, et propter hoc inquirendum est. Occurrit ibi crebro Planum Homagium, ligius de plano feodo, fol. 71. 76. 83. 94. 101. etc. Charta Guidonis Cansdaveins Dom. du Pleisii ann. 1258. in Tabulario Corbeiensis lib. 1. Chart. 23: *Tenrons en fief lesdits 40. muiz d'aveine à Plain Homage sans ligée.* In Consuetud. Rupelensis art. 4: *Quand aucun vassal tient à Homage Plain ou lige aucunes terres et fief noble, etc.* In Consuetudine Ambian. art. 7. 25. et 189. duplex genus feodorum observare est, ac primum quidem, quod alteri dignitate præfertur, feodum, quod in *Parriam* tenetur, *Fief tenu en Parrie*; alterum, quod tenetur in planum homagium, *Fief tenu en Plain Homage*. Plani homagii mentio præterea fit in Consuetudine Pontivensi art. 77. et in Pictavensi art. 108. ubi duplex perinde homagium esse dicitur, aliud *ligium*, aliud *planum*, et art. 113. homagium planum non tactis Evangelicis fieri, secus de ligio. Adde art. 133. 148.*

¶ Quæ quidem, si paulo attentius a D. Brussel perpensa fuissent, æquiori haud dubie censura carpsisset. Ex his quippe manifestum fit vix aliud ullum, præter planum et ligium, notum hisce temporibus homagium fuisse; imo inter utrumque non modicum interfuisse discrimen. Recte igitur observavit D. Cangius duplicem hanc hominiorum speciem potissimum obtinuisse, quod alias species existisse dicere est, nec minus quoque unum per alterius discrimen apte definivit, clara omnino notione; cum enim, *nude*, dixit D. Cangius addendo: *cui non adjunctum est sacramentum fidelitatis*, mentem suam non obscure declaravit. Fuere etiam, fateor, *homagia non ligia* in quibus nemo excipiebatur; quid inde? Virum cetera eruditissimum non omnia vidisse, quod conditionis humana vitium est, non ingenii: verum nec illud prætermissem voluit D. Cangius, cum duplicem *Ligeitatem* distinxit, quod in voce *Ligius* consulere licet. Qui vero *hominium planum* debebat, liber et immunis erat erga dominum feudalem ad omni servitio sive curiæ, placiti aut exercitus; unde ejusmodi feuda primum quidem *alodia*, dehinc sub hominii conditione alicui domino subjecta fuisse non immerito existimat idem D. Brussel. Hæc autem hominii species circa medium XIII. seculum ab ordinario indistincta esse cœpit.

† HOMINAGIUM PLENUM de franco servitio sine *ligatione*, quo vassallus servitium militare, nulla exceptione facta, domino feudali pollicetur. Charta anni 1241. ex Tabular. Compend.: *Hominagium Plenum de Franco servitio sine ligatione fecit Ansoldus de Faciet Miles Abbati et Conventui S. Cornelii Compendiensi, super quod habetur, etc.*

† HOMAGIUM RECTUM, Quod Regi nullo medio præstatur. Charta ann. 1276. Chartular. Domus Dei Pontisar.: *Possidebant omnes res hujusmodi et omnes res alias spectantes ad res predictas superius expressim nominatas in feodo et recto Homagio nude et immediate a Domino Rege Franciæ. In alia vernacule scripta eod. anno Ibid. ubi de iisdem feodis: *Tenoient au chaste de Biaumont nu à nu du Roi de France et in fe.**

\* HOMAGIUM RUSTICALE, Quod a rusticis seu servis debetur. *Homagia nobilia et rusticalia*, in Charta ann. 1355. ex Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 173. Vide supra *Homagium corporis*,

HOMAGIUM SOLIDUM et NON SOLIDUM, id est, ligium et non ligium. Constitutiones Catalanæ inter dominos et vassallos MSS. cap. 31: *Duplex est Homagium, videlicet Homagium solidum, et non solidum. Homagium solidum est quasi gerens legalitatem et fidelitatem. Nam homo solidus adversus omnes gerit fidelitatem domino suo: et ita in homagio solido nullus excipitur, quando fit quantum ad verba, sed quantum ad rectum intellectum, ille qui generalem habet jurisdictionem, intelligitur exceptus: nam, contra illum non tenetur dominum suum juvare: ex quo evidenter apparet, quod nullus potest facere Homagium solidum duobus, quia talem simplicem fidelitatem, in qua nullus intelligitur exceptus, præter generalem jurisdictionem habentem, non potest aliquis facere duobus. Est autem Homagium non solidum, quando aliquis excipitur faciendo Homagium, cum dicitur: *Facio tibi homagium, excepta fidelitate, quam debeo domino meo solido. Vel sic: Facio tibi Homagium in hoc, excepto quod possim mihi alium dominum constituere, contra quem nolo tenere te juvare: item si excipitur aliqua persona, etc.**

¶ Hujusmodi homagiorum plurima occurrunt exempla, inter ea quæ in Commentariis ad Historiam Delphinatus referuntur. In homagio per Aymonem de Bocozello Dalphino ann. 1290. præstito tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 21: *Salvis et exceptis homagio et fidelitate unius domini, quemcumque dictus Aymo vel prædecessores sui sibi constituerint, vel quem dictus Aymo vel hæredes sui sibi constituere voluerint in futurum. In alio ann. 1293. ibid. pag. 36: *Factentes ipsi domino Dalphino et ejus hæredibus Homagium ligium et fidelitatem contra quamcumque personam, Collegium, Universitatem, excepta persona Imperatoris, et honore et corona Imperii, et excepto Abbate Insulæ-barbaræ, et excepto D. Episc. Vasionensi.**

HOMAGIUM LIBERUM. Charta Guillelmi de Maineriis Militis ann. 1248. in Tabul. S. Judoci: *Quæ omnia de dicta Ecclesia nos per Homagium liberum quondam tenentes, ipsi Ecclesie eschangiamus pro 60. sol. Paris.*

HOMINIUM PRO EMENDA, vel pro pace habenda, vel pro debito solvendo: cum quis criminis alicujus reus, cum eo, quem offendit, vel illius hæredibus, ita paciscitur, ut quoad vixerit, vassallus illorum sit, eoque nomine hominium iis præstet: vel si non est solvendo idoneus, vice debiti vassallum creditoris se constituat, eique hominium exhibeat. Usatici Barcinonenses MSS. editi a Raimundo Bereng. et Adelmodi Comit. Barcin. cap. 3: *Aguayt et encalz de cavallario, et assalt de castello, emendetur per Hominaticum et per aliscaram, sicut visum fuerit judicanti. Cap. 72. De compositionibus juxta leges: *Judicant nempe omnes homines equaliter, nihil vero judicant inter vassallum et seniore, quia in legibus non invenitur Hominaticum, et ideo facienda sunt, quæ sunt secundum usaticum. Constitutiones Catalanæ inter dominos et vassallos MSS. cap. 35: *Causa quandoque intervenit, quando dicitur in promissione: Ideo constituo me tuum hominem, quia tu dedisti mihi tale feudum, vel ut me defendas in jure meo a talibus meis adversariis, vel in emendam injuriæ, quam dicis me tibi intulisse. Cap. seq. dicitur ejusmodi homagium non transire in hæredes, nisi per stipulationem, quæ intervenit in emendam,***

ille, qui homagium stipulatus est ac promisit, bona sua ei, quem in dominum accepit, subjecerit, recipiendo ea ab ipso in feudum. Secunda Curia Generalis Catalanæ sub Jacobo Rege Aragon. ann. 1299. MSS. Item quod pro aliquo debito non fiat de cætero Homagium in Catalonia aliquo tempore, nisi fuerit debitum, quod debeat pro fine captionis sui, vel amici sui, vel pro matrimonia, et si contra fieret de cætero, quod contractus iste non valeat. Id dilucidius explicatur in Charta alia ejusdem Regis: Nisi pro debito, quod deberetur pro faciendo sine seu remissione captionis debitoris vel amici sui, vel pro debito, quod deberetur causa matrimonii. Vetus Consuetudo Normanniæ MS. I. part. sect. 3. cap. 16: *Hommage est fet aucunefois pour garder pès, et en cel homage denomé est dit Homage de paiement, pour cen que pour tel Homage pès et concorde soit reformée entre aucuns. Si comme quant aucun sieut un autre d'aucun crime, et pès est reformée entre eus, ensi que icelui, qui est suis del crime, fet hommage à l'autre pour garder lui pès.*

Hujusce moris, quo quis alterius quem offenderat, vel illius hæredum, vassallus hominio constituebatur, exemplum insigne profert Sententia Innocentii II. PP. ann. 1193. apud Acherium tom. 8. Spicileg. pag. 177. contra auctores cædis Archembaldi Subdecani Aurelian. de qua S. Bernardus Episc. 171. et Petrus Vener. Abb. Cluniac. lib. 1. Epist. 17: *Noverit vestra dilectio quoniam Goffradus de Viconovo nuper ad nos veniens in præsentia Fratrum nostrorum jurejurando firmavit, quod salva fidelitate carissimi filii nostri Ludovici Francorum Regis ligium Hominium faciet dilectis filiis nostris Stephano subdecano, Si. præposito, et aliis cognatis et nepotibus Archembaldi bonæ memoriæ Aurelianensis subdecani, qui hoc recipere voluerint, et tam ipsi quam omnibus aliis qui cum eodem defuncto fuerant exulati, vitam et membra et bona jurabit, et cum eo meliores de cognatione ipsius eandem securitatem jurabunt. Hoc etiam addito quod fideliter laborabit, quatinus Henricus similiter juret idem et faciat, et uterque Aurelianensi Ecclesiæ quam graviter læserunt satisfacet. Præterea Herveus de Vico-novo, Hugo nepos ejus, et Thebaldus Hervei, et cum eo tot milites ut centesimum numerum compleant, et centum quadraginta de melioribus burgensibus urbis Aurelianensis, quos ad hoc poterunt invenire, prædictis Archembaldi subdecani parentibus Hominia faciant.*

HOMINIUM PACIS. Tradit Butlerius lib. 1. tit. 82. triplex esse homagium: primum quod feodi dicunt, alterum servitii, tertium pacis, quod sic definit: *Le tiers si est si comme ils sont hommes, qui ont juré à faire tenir et garder paix au Seigneur. Et infra: Item se paix est faite pour le Seigneur, aussi peus savoir et entendre, qu'il peut obliger ses hommes à la paix tenir et garder par la foi de leur hommage.* Robertus Monachus lib. 2. Hist. Hierosol. pag. 89. de Alexio Imp. CP.: *Requisivit a nostris, ut sibi Principes exercitus facerent Hominium, id est, securitatem pacis. Et mox: Fecerunt igitur ei cum sacramento Hominium, tali conditione, ut tamdiu duraret, quamdiu ipse perseverasset in sacramento suo et promissione.*

Huc etiam spectat quod refert Sugerius in Vita Ludovici Grossi cap. 1. Captos scilicet a Guillelmo II. Rege Angl. nullo modo evinculari potuisse, donec

suscepta ejusdem Regis Angliæ militiæ, Hominio obligati regnum et Regem impugmare et turbare jurejurando firmaverunt. Eadem notione Radulphus de Gestis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 119: *Illic Boamundus oblatu Alexio, et jugo, Quod Hommagium vulgo dicitur, subditur. Et infra: Nam quid de Ducibus Gallie dixerim, quibus ipsa sua multitudo non modo jugum Hommagii subtrahere, verum etiam rebelles quosque debuerat subjungere.*

HOMINIA PLEVINA, in Consuetudinibus Barcinonensibus, quæ Surita et Garibaius pleytos Homenages vocant, Homages de plejure nostri, facere dicuntur, qui pro domino fidejudent, vel erga superiorem dominum, vel erga alium quemvis, illiusque verba et conventa præstant, eoque nomine ei, cui fidejudent, hominium faciunt. Butlerius lib. 1. tit. 82: *Encore dient le sages qu'il y a un autre hommage, qui est appelé Hommage de plejure: car l'homme doit faire plejure pour son Seigneur pour l'honneur de lui, et tout ce est en droit et par raison. Et l'avés peu voir par le Roy de France, qui fut prisonnier en Angleterre, comment il fut ordonné que plusieurs nobles Barons, qui estoient ses hommes, s'en allassent en Angleterre tenir prison pour lui, et faire plejure. Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 29: A homage est adjointe plevine: car l'Homage doit plevir son Seigneur en toutes cours, s'il est suy de mesfect, qui appartient à sa personne, et qu'il sera à droit aux termes, qui lui seront mis, et de ses namps delivrer et d'emprunts, tant comme la rente qu'il lui doit d'un an, se peut estendre. [Assisus Hieros. cap. 206: Et home doit tant plus à son Seigneur, par la foy qu'il li est tenu, que le Seigneur à lui, que home doit entrer en ostage pour getter de prison son Seigneur, se il l'en requiert, ou fait requerre par certain message. Et chascun home qui a fait homage à autre est tenu par sa foy s'il trouve son Seigneur en besoing d'arme à pié entre ses ennemis, ou leue qui soit en peril de mort, ou de prison, faire son loyal pouvoir de remonter le, et de rejeter le d'icelui peril, et se il autrement ne le peut faire, il li doit donner son cheval, ou sa bête sur quoi il chevauche, se il la requiert, et ayder le à metre sus, et ayder le en son poir à son corps sauver.] Ejusmodi vero hominii formula ita concipitur in Hominio Mariae Beneharnensis Vicecomitissæ Idefonso Aragonis Regi præstito æra 1208. quod descripsit Marca in Hist. Beneharn. lib. 7. cap. 1. n. 2: *Ut autem hoc totum, quod supra scriptum est, per bonam fidem sine omni enganno attendatur, vobis domino Regi ex parte Dominæ Mariæ promitto hoc et convenio vobis in Dei fide et legalitate mea et ordine, et in osculo pacis et veritatis, quod si forte D. Maria supradicta vellet infringere, ego attendam ad vos, et adjuvabo vos, etc. Et infra: Ego quoque Fortunius Dat, et ego Raymundus Ot de Arbus, et ego Ogerius de Gotirs idem similiter vobis Domino Regi in bona fide et sine omni enganno promittimus, et vobis hominum facimus.**

HOMAGIUM PER STIPULATIONEM. Bracton. lib. 2. tr. 1. cap. 35. § 2: *Item contrahitur Homagium de utriusque voluntate, tam domini, quam tenentis, etc. Constitut. Catalanæ inter dominos et vassallos MSS. cap. 84: Licet de jure Romano homo liber non possit servum se facere alterius per aliquam simplicem pactionem, nec etiam per confessionem, factam in jure: potest tamen per confes-*

sionem aliquis suam gravare conditionem, quia per pactionem interveniente scriptura, potest aliquis homo liber se constituere ascriptitium. Et ita aliquis liber homo per pactionem videlicet et per stipulationem potest se constituere hominem alicujus nobilis, et potest ei facere homagium. Et quando super hoc, scilicet ut aliquis liber homo constituat se hominem alicujus hominis nobilis, concipitur stipulatio, intervenit de consuetudine generali Catalanensi osculum, in hunc scilicet modum: *Dominus tenet tunc inter manus suas manus illius, qui facit homagium, et ille flexis genibus facit homagium, per stipulationem, promittendo illi domino inter manus suas fidelitatem. Et ipse dominus in signum, quod versa vice eidem fidelis erit, ipsam osculatur. Nam eandem fidelitatem dominus debet suo vassallo, quam vassallus domino suo: tenebitur enim dominus ipsum juvare, et custodire ab inimicis, vel pro posse suo ipsum in suo jure defendere. Et quamvis illud homagium introductum non sit de jure Romano, seu civili scripto, introductum est tamen usu diuturno Catalanensi, qui legem imitatur, et ideo legibus adjuvatur et defenditur, quia pactiones licite custodiendæ sunt. Nescio, an huc pertineat quod narrat Matth. Paris ann. 1246. de Amedeo Comite Sabaudiæ: qui cum Regem Angliæ (Henricum III.) præcordialiter diligeret, fecit Homagium eidem Regi in manu Archiepiscopi Cantuariensis, qui supplevit Regis absentiam: et Homagium factum fidei interpositione, addito sacramento de inviolabili observatione, spontanea ac gratuita voluntate, pro utrorumque hæreditibus confirmavit, recipiens de dominio dicti Regis quædam feuda, videlicet Secusiam cum Palatio, Avilliam, S. Mauritorium de Chablasio, et Castrum de Bardo. Quod licenter facere potuisse, asseritidem Scripitor, sine Imperatoris injuria et Imperii mutilatione, cum nihil præter aquas et transitus teneret de Imperio. Prostant in Regesto Tolosano Camera Computor. Paris. Complura per stipulationem homagiorum exempla: ex quo ea, quæ sequuntur, a nobis olim descripta, hic inseremus, ut moris haud omnino triti vestigia lector inde percipiat. Fol. 79:*

*Noverint universi, etc. quod Guillelmus Boërius de Algaris de sua mera et spontanea voluntate recognovit et concessit et confessus fuit coram D. Raymundo Dei gratia Comite Tolosano March. Provincia, se non habere in hoc sæculo dominum nisi eundem dominum Comitem antedictum, neque alicui domino teneri ratione homagii vel domini, nisi ipsi domino Comiti Tolosano supradicto. Et ibidem dictus Guill. Boërius dedit et concessit, se scilicet, suum proprium corpus, et omnem suam progeniem ab ipso ortam et orituram per homines proprios ipsius Dn. Comitit et hæredum et successorum ejus in perpetuum ad omnem ipsius Dn. Comitit et hæredum et successorum ejus voluntatem, inde scilicet de prædicto W. Boërio et de progenie sua antedicta tanquam de suis propriis hominibus in cunctis locis semper faciendum. Et promisit ipsum servire tanquam suum proprium dominum in cunctis locis fideliter et devote. Hoc ita factum et concessum, dictus Dn. Comes per se et successores suos recepit ipsum W. Boërium de Algaris et omnem progeniem ab ipso ortam et orituram per homines suos proprios, promittens ipsum et progeniem suam cum omnibus bonis, juribus et rebus suis mobilibus et immobilibus, quæcunque sunt et ubicunque sunt, protegere, salvare, manutenere, et custo-*

dire tanquam res proprias suas, ubicunque et in cunctis locis ab omni damno, injuria, violentia, gravamine, molestia, et offensa. Actum fuit ita et concessum apud Vaurum ult. die mens. Decemb. 1217. Charta alia : Noverint, etc. quod Arnaldus Natalis, mercator de Salutate, de sua propria et spontanea voluntate, nulla tamen vi vel deceptioe coactus vel deceptus, etc. confessus fuit D. Raymundo Comiti Tolosæ, se scilicet, suum proprium corpus, esse hominem ipsius D. Comitis supradicti, et etiam omnem suam progeniem ab ipso Arnaldo Natali orituram, et promisit ipsi Comiti et successoribus suis, etc. quod ipse Arnaldus serviet eumdem dominum suum Comitem et successores suos semper in perpetuum fideliter ac devote tanquam suum proprium dominum, scilicet infra Ecclesiam et extra, et in Tolosana et extra, et in Salutate et extra, et aliis cunctis locis, et quod ipse Dn. Comes et successores sui de ipso Arnaldo et sua progenie ab ipso oritura, tanquam de suo proprio homine et de suis propriis rebus in prædictis locis et cunctis aliis suam possit facere voluntatem. Item promisit eidem Comiti et successoribus suis, se et suam progeniem ab ipso orituram omnem, servitium et fidelitatem exhibiturum et servaturum ipsi D. Comiti et successoribus suis, sicut fidelis et proprius homo debet suo proprio domino servare et exhibere. Et voluit et mandavit, quod progenies ab ipso oritura, eandem fidelitatem, dominium et Homagium ipsi domino Comiti et ejus hæredibus facere teneantur in perpetuum. Item dictus Arnaldus Natalis recognovit et concessit et confessus fuit, quod pater suus et alii antecessores sui ab antiquo erant homines a patre et aliis antecessoribus ipsius D. Comitis supradicti, et illud idem hominum et servitium sicut proprii homines tanquam eorum proprio domino facere tenebantur. Act. 1236. Charta alia anno 1238 : Recognoverunt et concesserunt D. Raymundo Tholosæ Comiti et suo ordinio, dominium et homagium de seipsis, scilicet de eorum corporibus et de omni eorum progenie orta et oritura, etc. Fol. 80. 85. 124. et 125.

HOMAGIUM SERVITII, Butlerio lib. 1. tit. 82. quod quis domino præstat pro servitio, militari nempe, ei impendendo, pro quo interdu ab eo prædia et feuda obtinet. Vetus Consuet. Norman. cap. 29 : *Hommage de foy et de service, est quant aucun reçoit autre à hommage, à luy garder foy, et à luy faire service de son propre corps, ou soy à combattre pour luy, se mestier est, ou à faire aucun tel service.* Regiam Majestatem lib. 2. cap. 65. § 1 : *Fiant autem homagia de terris, de tenementis liberis tantummodo, de servitiis et redditibus assignatis in denariis et aliis rebus.* Dudo lib. 1. de Moribus et Gestis Normannorum pag. 70 : *Qui nunquam colla suæ cervicis cuiquam Regi subegit, nec cuilibet manibus, gratia servitii, manus suas commendando commisit.*

☞ Haud ingrata forte erunt quæ ad demus ex antiquo Glossatore in verba Consuetudinis mox laudatæ : *Et fut cet homage constitué, pour ce que quand aucun a passé aage comme de soixante ans, ou qu'il est debilité d'aucun membre, il n'est pas habile pour combattre. Et pour ce fut établi que s'il étoit accusé d'aucun cas, qui par gage de bataille se deut terminer, qu'il pourroit mettre champion qui feroit le fait pour lui, à ses perils et depends, et pour ce fut constitué et établi homage de foy et de service, et en souloit on anciennement plus user, que l'on ne fait, car on combattoit pour plus de cas,*

*qu'on ne fait pour le présent... et doit l'en savoir, que quand un champion faisoit gage de bataille pour aucun autre accusé d'aucun crime, se le champion estoit desconfit, feust par soi rendant en champ, ou autrement, cil pour qui il combattoit estoit pendu, et forfaisoit tous ses biens et meubles et heritages, ainsi que la Coutume declare, aussi bien comme cil propre eul été déconfit en champ, et le champion n'avoit nul mal et ne forfaisoit rien, etc.*

HOMAGIUM CAMPIONIS. Vide Campiones.

☞ HOMAGIORUM RAGHATUM, Certa pecuniæ quantitas, quam hæres vassalli demortui domino præstat pro obtinendo feudo paterno ; idem quod Relevium. Charta ann. 1366. de Aquariatu de Tal-mundo : *Item allam et mediam justitiam et omne jus altæ et mediæ justitiæ, quam et quod habemus in villa et parochia de Olona, una cum commodo et emolumentis seu Rachatis Homagiorum nobis dicto Abbati debitorum in villis et parochia de Olona.*

Homagia non modo a Viris Feudalibus ac nobilibus fiebant, sed etiam ab hominibus de corpore, seu servis. Tabular. S. Germani Parisiens. sub Hugone Abbat. : *Ut super quibusdam injuriis, quas nobis fecerat, sicut homo de corpore responderet, Hominium et fidelitatem, quam præscriptis audientibus et videntibus fecerat, denegavit, etc.*

☞ Inde est quod ejusmodi homagium Corporale vocabatur. Charta ann. 1265. in Chartular. Latiniac. : *Recognoverunt etiam semetipsos esse hominem et feminam de corpore... et hactenus fuisse dictorum Religiosorum et prædecessorum ratione Homagii corporalis, manum mortuam et foremariatum cum prædecessoribus suis debere.*

HOMAGIUM, et HOMINIA, pro territorio, intra quod Hominia, vel servitia quævis, etiam operam, domino debentur. Charta Waldensis Cænobii apud Spelmann. : *Noverint universitas vestra, me reddidisse Deo et S. Mariæ et S. Jacobo de Waldene et Monachis ibidem Deo servientibus totum Homagium in villa de Waldena, a cruce de Nuport, super ripam versus Cantburg, vid. in hominibus et eorum servitiis, et in omnibus ad eos pertinentibus, etc.* Liber Ramesiæ sect. 317 : *Henricus Rex... si Abbas de Ramsey poterit monstrare, quod nullus antecessorum suorum operasset ad Hominium de Brampton, etc.* [Index MS. Beneficiorum Eccl. et Direc. Constant. f. 17 : *Hæredes Laurentii Thomassin (debent) unum quarterium frumenti, 11. den. 11. gallin. Homagium... Johannes Lebreit dimidium bussellum frumenti pro quodam herbageum et Homagio. Et fol. 23 : Rector habet manerium presbyteratus... 11. sol. et 1111. gallinas, et unum gallin. et duo Homagia pro cunctis elemosynis. Charta ann. 1268. in Chartul. Domus Dei Pontisar. : Possidebant in feodum a domino Rege Franciæ... videlicet circiter unum arpentum vineæ in clauso de Mello... Item VII. Homagia.]*

☞ Hommage, eadem, ut videtur, notio, in Cod. MS. eccl. Camerac. de feud. episc. : *Item ledit fiefvé doit avoir à cause de sondit fief vingt Hommaiges tenus de lui, desquelles Hommaiges il doit avoir le quint denier, quant on les vent ou met de main à autre.*

HOMAGIUM, Sacramentum, juramentum, in Legibus Aragonens. apud Blancam, pag. 771.

HOMINIUM, Securitas cuius data cum

sacramento. Vide Rodericum Toletan. l. 7. de Rebus Hispan. cap. 23.

☞ HOMAGIUM, Securitas data cum sacramento. Constit. MSS. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1306 : *Et jurent super sancta Dei Evangelia et faciant Homagium nobis, quod bene et legaliter inquirant contra dictos officiales, et condempnant vel absolvant ipsos secundum justitiam et eorum bonam conscientiam.*

☞ HOMINIUM, Clientelæ professio. Miracula S. Aigulfi sæc. 2. Bened. pag. 672 : *Qui ab infirmitate quam triennio sustinuerat perfecte curatum se sentiens, sponte sancto Martyri Hominium fecit, et a domino Joscelino portarius constitutus in tantum robur corpus invaluit, ut onus animalis fortissimi ferret.*

☞ HOMAGIUM, Dicitur id, quod sub obligatione homagii et servitii tenetur. Charta ann. 1294. ex Bibl. reg. cot. 19 : *Ego Johannes de Ferreriis miles dedi, concessi et feodavi Roberto de Jumeliis escuero meo pro Homagio suo et servitio quod mihi fecit, xl. solidos annui redditus. Alia ann. 1243. ex Chartogh. reg. Atrebat. : Ego Balduinus miles. . . vendidi illustri domino meo Roberto comiti d'Artois Homagium domini Egidii militis de Mailly, quod de me tenebat, centum et sexaginta libras Parisienses, tali modo quo dictum Homagium de me tenebat. Adde Libert. Villæ-franchæ ann. 1369. tom. 5. Ordinac. reg. Franc. pag. 700. art. 9.*

☞ HOMAGIUM, Feudum superius, a quo alia homagio obnoxia dependent. Libert. Podii-Mirol. ann. 1369. tom. 5. Ordinac. reg. Franc. pag. 312. art. 7 : *Concedimus . . . quod quæcunque persona, cujuscunque sexus, dicti loci burgensis, oblias, feoda gentilia ac redditus, usque ad summam trescentarum librarum rendualium, et sine fentalicio et Homagio, emere et acquirere . . . possit.*

☞ HOMAGIUM præstitum pro officiis et dignitatibus ecclesiasticis. Chartul. episc. Paris. fol. 139 : *Anno Domini 1273. die Martis ante festum beati Dionysii, magister Robertus de Frovilla pœnitentiarius Parisiensis fecit Homagium dom. Paris. episcopo Stephano de pœnitentiaria Paris.*

☞ HOMAGIUM, Oblatio, quæ fit intra Missarum solemnia pro defunctis. Charta Theob. comit. ann. 1228. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. : *Contra Galcherum de Estrepeto, Robertum de Wanou, qui rei fuerunt de morte dicti Eustachii, et amicos coadjutores eorum, etc. Concesserunt etiam ipsi Galcherus et Robertus, quod ipsi faciant cantare Missas et facere Homagia ad dictum meum. Nisi Homagia ibi intelligas de conventionibus paciscendis inter homicidii reos et occisi hæredes. Vide Hominium pro Emenda.*

☞ HOMAGIUM, Præstatio quævis, etiam pecuniaria. Pactum inter Phil. V. reg. Franc. et episc. Tornac. ann. 1320. ex Cod. reg. 8148. 2. fol. 89. vº : *Item Homagium franci marcelli et omnium camporum Tornacensium cum certis deveriis ab ipsis debitis.*

☞ HOMAGIALES TERRÆ, Eæ nimirum quæ sub fide et hominio a Domino feudali tenentur ; *Terre homagées*, in Consuetud. Turon. art. 132. Privilegium Mathiæ Regis Hungariæ apud Ludew. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 510 : *Monasterium cum suis Abbate, personis, villis, Terris Homagialibus et hominibus, sub nostræ regis Majestatis . . . recipere, etc.* Charta Wenceslai Regis Bohemiæ ann. 1418. apud eundem Ludewig. tom. 6.

pag. 87: *Præfatum castrum nostrum Hasenstein, alias cum valido exercitu nostro expugnatum et acquisitum cum Homagialibus, oppidis, villis, theloniis, jure patronatus Ecclesiarum, censibus, etc.*

† HOMAGIALIS. Vassallus, qui ad præstandum domino feudali homagium teneatur. Chronicon Salzburgense apud Raimundum Duellium Miscel. lib. 2. pag. 161: *Ad hoc etiam accessit consensus Capituli, Homagialium et præfectorum, qui ab eo tunc a juramento fidelitatis per eumdem Bernhardum absoluti sunt.* Litteræ Richardi II. Reg. Angl. ann. 1397. apud Rymer. tom. 7. pag. 855: *Cum Rupertus senior Comes Palatinus Rheni deventer efficaciter Homagialis noster, pro termino vite sue... Et nos, præmissorum consideratione, et ita quod idem Dux Homagialis, vassallus, et fidelis homo ligeus noster fiat, et deveniat, et existat, ac homagium suum, etc.* Homagium Archidiaconi Coloniensis. ann. 1397. apud eundem Rymer. tom. 8. pag. 1: *Alia faciendo quæ et prout fidelis vassallus, Homagialis et consiliarius domino suo facere tenetur et solet, etiam contra quoscumque. Hominio et sacramento fidelis, in Charta ann. 1128. Append. ad Marcam Hispan. col. 1262.*

† HOMAGIATUS, Eadem notione. Leges Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS.: *Omnes Homagiati dominum suum debent plegiare et tenentur de debitis suis.*

† HOMINAGIUS, Idem quod Homagialis. Charta fundationis Abbatie Villæ-novæ apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 327: *Assignavi quidquid habebam in toto feodo Girardi... et omnia quæ pertinent ad Comitatum inter Leyne et Boloygne pro LXX. libris, exceptis Hominagiis quæ retinui in manu mea ad servitium meum cum equis et arraus faciendum.*

HOMINIUM perdit dominus pro defectu juris, id est, si vassallo iudicium suæ Curie denegat, vel si feloniam fecerit, vel aliquid ad exhæredationem tenentis sui, propter quod iusto iudicio debeat exhæredari, quo casu ad domini capitalem dominum transit: ita Stabilimenta S. Ludov. lib. 1. cap. 52. Petrus de Fontaines in Concil. cap. 18. § 8. Bracton. lib. 2. cap. 35. § 12. Fleta lib. 3. cap. 16. § 27. Constit. Sicul. l. 3. tit. 13. 17. [Statuta MSS. Caroli I. Reg. Siciliae cap. 132.] etc.

HOMAGIUM GURPIRE, REDDERE, REMITTERE. Ex Consuetudine Bellovacensi, ut ait Bellomanerius cap. 61. seu potius ex generali feudorum lege, non poterat vassallus dominum suum appellare, i. ad monomachiam Legibus receptam et statutam provocare, vel ad bellum diffidare, vel in jure de quovis crimine interpellare, priusquam suum gurpisset Homagium. Adeo ut vassallus, qui dominum de crimine aliquo accusare volebat, eum debet convenire, coramque suis Paribus hæc verba proferre: *Sire, j'ay esté une pieche en vostre hommage, et ai tenu de vous tex heritages en sef. et à l'hommage et à le foy je renonce, parce que vos m'avez mesfet, duquel mesfet j'enmens acquerir vengeance par appel.* i. Domine, diu est, quod in tua fide et tuo homagio perstiti, et talia prædia in feodum a te tenui: nunc vero eisdem homagio et fidei renuntio, quia malefactum in me commisisti, de quo per appellum vindictam exigere decevi. Quo facto eum submonere suo citare in Curiam superioris domini debet, ibique suum prosequi appellum. Quod si ante appellum, feodo et homagio non renuntiasset, non dabatur locus gagio duelli:

sed in emendam erga dominum cadebat, tanquam prolatæ in eum contumeliæ reus, pour lui avoir dit vilenie. Id etiam attigit vetus Consuetudo Normanniæ cap. 84: *L'on doit savoir, que aucun ne peut appeller de felonie son Seigneur, à qui il a fait hommage, ne le Seigneur son homme pour la foy de l'hommage, que l'un doit porter à l'autre. Mais se le Seigneur veut ainsi suyr son homme, il convient qu'il luy rende son hommage, ains que il lui offre son gage de l'appeler, et l'homme aussi: et se le Seigneur enchiet, l'homme ne tendra jamais de lui la terre, ne le seif que il tenoit, mais la tendra nuëment du Seigneur, qui est pardessus... Et se l'homme est vaincu, la terre remaindra quitte au Seigneur.* Bracton. lib. 2. cap. 35. § 12: *Item reddere poterit domino suo Homagium suum, simul cum tenemento, propter capitales inimicitias, ut liberius prosequatur appellum suum, et sic dissolvitur Homagium.* Adde Fletam lib. 3. cap. 16. § 35. Ricardus Hagustaldensis de Bello Standardico pag. 321: *Itaque Robertus reddito Homagio, quod ei fecerat, ... ad suos socios reversus est.* Matthæus Paris. ann. 1188: *Tunc Rex Anglorum Regi Francorum fecit Homagium, quia in principio hujus guerræ Homagium suum reddiderat Regi Franciæ.* Ejusmodi redditionum homagii exempla et formulas proferunt passim, Nicol. Trivetius ann. 1294. 1296. Henr. Knyghton. pag. 2477. 2481. 2497. 2549. 2550. Thom. Walsinghamus pag. 61. 66. 67. 133. Renerus apud Chapeavill. tom. 2. Hist. Leod. pag. 226. Rodericus Toletan. lib. 7. Hist. Hispan. cap. 7. 33. Inventarium MS. Chartophylacii Regii, Layette, Flandres, Coffre v. tit. 20. Coffre 3. Sac. 2. tit. 23. etc. Vide præterea Leges Alfonsinas parte 4. tit. 15. legibus 7. et 8.

\* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 152: *Le suppliant... rendi audit Grignart son homme liege, la feueté et Hommage que fait lui avoit, et le fit deffier.*

HOMINIUM RUMPERE. Sugerius in Ludovico VI. cap. 2: *Quo siquidem tempore inter B. Dionysii Adam Abbatem et Burchardum nobilem virum Dominum Monmorenciacensem accidit quasdam contentiones pro quibusdam consuetudinibus emerisse, quæ in tantam ebullierunt irrationis molestiam, ut rupto Hominio inter defæderatos armis, bello, incendiis concertaretur.*

Pari modo dominus, qui vassallum de proditione aut alio quovis forefacto appellare decreverat illius homagium gurpire tenebatur. Cujus quidem paritatis ea ratio est, inquit Philipp. Bellomanerius d. cap. 61. quia *tout autant, que li homs doit à son Seigneur de foi et de loiauté par la reson de son homage, tout autant li Sires en doit à son home.* Id est, ut verbis utar Bractoni pag. 98: *Est tanta et talis connexio per homagium inter dominum et tenentem, quod tantum debet dominus tenenti, quantum tenens domino, præter solam reverentiam.* Hujus porro moris exemplum profert Gualter. Terwanensis in Vita Caroli Comitis Flandr. cap. 37. ubi de Guill. Yprensi: *Unde et idem Dominus Guillelmus Hominium Alardi gurpivit, et eo diffiduciato, totum feodum ejus saisivit.* Matth. Paris ann. 1233: *Formam pacis cum eo [Rege] mihi plurimum damnosam gratis inii: in qua convenit, quod nisi illa ex parte Regis mihi observaretur, omnia omnino ex parte mea essent in statu, in quo fuerant ante dictam pacem initam: videlicet quod ego essem extra homagium suum, et*

*diffiduciatus ab eo, sicut prius fui per Dn. Episc. Menevensem.* Et infra: *Unde aperte didici, quod nullam pacem voluit mihi observare, cum post pacem delerius me pertractaret. Unde homo suus non fui; sed ab ipsius homagio per ipsum absolutus.* Adde eundem ann. 1233. 1234. pag. 268. 273. et Thwrocium in Uladisiao cap. 34.

Est præterea alia hominii ex solo arbitrio apud Danos gurpiendi ratio, de qua Sueno in Legibus Castrensibus cap. 7: *De ministerii resignatione: Illam etiam non prætermisit antiquitas formam instituere, qua et principis majestas illibata, et militis non esset honor imminutus, si ad alterius se quis transferebat hominum. Stauit ergo in Circuncisionis vigilia, quæ novum annum inchoat, experti Militis novitatem affectantis, duos commilitones ad dominum, cujus se dominio exuere cupit, ablegandos esse, qui et ei hominum cum servitio illius resignent, et sic absque contumeliæ verecundia, dominique offensâ, poterat unusquisque ad alterius hominum libere convolare.*

HOMAGIUM EVANESCERE dicitur, cum prædium vel feudum ad Regem devolvitur, quia Reges nulli consuerunt facere Hominium. Id pluribus probamus in Historia Comitum Ambianensium, [pag. 383. edit. ann. 1840.] quam dudum absolvimus, prælo proinde paratam, cum altera Comitum Pontivi.

\* Quod de rege erga subditum intelligendum est: paulo enim ante rex Aragonum hominum præstat episcopo Magalonensi. Imo ex subditi concessione illud se non fecisse agnoscunt etiam reges nostri. Pactum inter Philipp. Aug. et episc. Ambian. apud Brussel de Usu feud. pag. 152: *Voluit hæc Ecclesia et benigne concessit ut feudum suum absque faciendo hominio teneremus, cum utique nemini facere debeamus vel possimus.* Aliud inter eumd. reg. et episc. Morin. ibid.: *Noverint universi quod Lambertus Morinensis episcopus nos et successores nostros absolvit et in perpetuum quitos dimisit ab homagio, quod sibi facere debebamus de feodo Hesdin.* Sed nec tunc omnino evanescebat homagium: nam aut vassallum exhibebant, qui illud præstaret; aut de eo paciscebantur, donum aliquod in homagii recompensationem assignantes. Charta Steph. episc. Noviom. ann. 1213. in Reg. 31. Chartoph. reg. fol. 96. vº: *Cum secundum usum et consuetudinem hacenus approbatam, predecessores karissimi domini nostri Philippi illustris Francorum regis nulli consueverint facere Homagium, in recompensationem homagii, quod domini Viromandix debebant nobis et ecclesie Noviomensis, ipse nobis et successoribus nostris Noviomensibus episcopis dedit et concessit, in perpetuum augmentum regalium, quidquid habebat apud Laceniacum, cum pertinentiis suis.* Charta ann. 1284. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 3. vº: *Philippus regis Francorum primogenitus Dei gratia rex Navaræ, Campaniæ et Briæ comes palatinus... Notum facimus quod nos de rebus, quas ratione karissimæ consortis nostræ Johannæ hæredis Campaniæ tenere debemus in feodum ab episcopo Lingonensi, Homagium fecimus venerabili in Christo patri Guidoni D. G. episcopo Lingonensi, hoc acto quod si contingat nos ad successionem regni Francorum venire, evanescet Homagium, et nullius firmitatis existet: ita tamen quod eidem episcopo, vel illi qui tunc erit*

episcopus Lingonensis, tenemur dare sufficientem vassallum; qui res teneat feudales, et ipsi episcopo Homagium faciat de prædictis, vel super his amicabiliter componere cum eodem. Eadem rursus leguntur in Ch. Ludov. primogeniti Phil. Pulcri ann. 1309. ibid. fol. 4. r.

\* Eo quoque gaudebant privilegio milites, cum feudum possidebant ab alio dependens, quod rusticus vel homo innobilis deinceps acquirebat, ut iudicatum legitur per Arestum ann. 1260. in Reg. Olim parlam. Paris. fol. 110. v: Dominus Amalricus de Meuduno miles tenebat quemdam feudum a quodam armigero consanguineo suo. Johannes Frogerii burgensis Parisiensis partem ipsius feodi emit ab ipso armigero, partem aliam permutavit cum eo. Idem Johannes petiit ab eodem Amalrico quod veniret ad homagium ipsius de ipso feodo, sicut erat in homagio ipsius armigero. Idem Amalricus notebat eidem facere homagium, cum ipse esset miles, et ipse Johannes esset rusticus, et maxime quia hujusmodi feudum non obvenit ipsi Johanni de hæreditate sua, sed illud acquisivit. Tandem partibus super hoc petentibus jus curiæ, determinatum fuit quod ipse Amalricus non tenebatur facere Homagium eidem Johanni.

\* Qua ratione vero dicatur abbas Compendiensi non posse hominum facere, Meldensi episcopo, prorsus melat: nisi abbatis dignitati minime congruum putes, ut pro sui monasterii officio clientelam profiteatur. Charta ann. 1164. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 174. r. col. 1: Notum fieri volumus... quod inter Meldensem episcopum et thesaurarium Compendiensi ecclesiæ, dominum videlicet Philippum fratrem regis, diutina fuerat controversia de quadam annonæ, quam præfatæ Compendiensi ecclesiæ matriarum in decima Nantolii accipiebant. Si quidem Meldensis episcopus annonam illam saisierat, quia de suo erat feodo, et prænominatæ thesaurarius et hominum inde facere notebat. Prædicta igitur controversia in hunc modum compositionis est terminata. Abbas Compendii in cuius manus thesauraria devenit, quia Hominum facere non potest, Meldensi episcopo annuatim persolveret in festo beati Stephani mense Augusto decem solidos... Matriarum vero suam libere habeant annonam.

\* HOMAGIUM INTRARE, Clientelam domino profiteri. Charta ann. 1275. in Chartul. episc. Paris. fol. 144: Et hoc homagium facit propter defectum alterius, qui dictum Homagium intrare deberet, et quousque dominus episcopus de dicto feodo alium hominum habeat. Intrare in homagium, in Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 111. v. ex Bibl. reg.

\* HOMINIUM PLACITARE, Illud in iudicio discutere, et exigere. Charta Ric. I. reg. Angl. ann. 1196. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 33: Concessimus etiam eis ne aliquis officialium nostrorum præsumat Hominia eorum placitare. sine aperta rationabili causa de illo distringat.

\* HOMIPLAGIUM, Cum quis homini plagas infligit. Leges Henrici I. Regis Anglor. cap. 80: Si quis in domo vel in Curia Regis fecerit homicidium, vel Homi-plagium, de membris componat.

\* HOMMATIO, Idem quod Hominium, Professio fidei et obsequii, quam homo seu vassallus domino suo feudali præstat. Charta Rob. vicecom. Bles. ex Tabul. Miciac.: Hæc prædicta concedo

ita duntaxat, ut Hommationem eorum non amittam.

HOMO. Homines appellati, famuli, actores, procuratores, custodes, etc. Ita usurpant Senator lib. 10. Epist. 5. Ausonius Epist. 22. Pacatus in Paneg. Symmachus lib. 2. Epist. 30. lib. 3. Ep. 27. lib. 5. Ep. 54. Greg. M. lib. 3. Ep. 37. lib. 6. Ep. 9. Jurisconsulti, et alii passim, ut omittam veteres. Vide Cujacium lib. 8. Observ. cap. 14. Jacob. Gothofr. ad Cod. Theod. etc. Hinc Homines generatim posterioribus sæculis dicti quivis alterius dominio quavis ratione subjecti, seu essent ii servilis conditionis, seu ingenuæ, sed obsequii ac servitii nexu superioribus dominis, atque adeo suis Principibus ratione debitæ fidelitatis subditi.

Prioris speciei Homines sunt, quos Denariales, Chartularios, Ecclesiasticos, Fiscales, Regios, de Corpore, Pertinentes, et ejusmodi nominant, ut alterius Commendati, Casati, Feudales, Exercitales, Franci, Romani, etc. qui nullo scilicet villiori servitutis nexu, sed ex fidelitate, vel ex obsequio dominis suis quodammodo subsunt. De his sigillatim agimus in singulis epithetis.

Triplitem porro hominum liberorum, etiamsi subditorum, conditionem observare est ex Lege Longob. Alii enim primæ, alii mediocres, alii denique minimæ et infimæ sortis erant, pro fortunæ ac facultatum modo. Primæ meminit lib. 1. tit. 9. § 21. [Luitpr. 62. (6, 9.)]: Consuetudo enim est, ut pro minima persona, quæ exercitialis homo invenitur esse, 150. sol. componantur, et pro eo, qui primus est, 300. sol.

Mediocres personæ. Glossæ antiquæ MSS.: Pauper, mediocres. Habentur non semel in Legibus Wisig. lib. 9. tit. 2. § 8. lib. 12. tit. 2. § 15. in Legib. Burgund. tit. 2. § 2. tit. 26. § 2. et in Addit. I. ad easdem Leges cap. 14. Medii Alemanni, in Legib. Alem. tit. 68. § 4. Ita passim in Cod. Th. mediocres, pro pauperioribus ac infimis, respectu potentum, dicuntur, in leg. 3. 4. de Extraord. muneribus, (11, 16.) paupertate mediocres, in leg. 14. de Censor. (13, 11.) mediocritas, pro paupertate, in leg. 27. de Annona, (11, 1.) etc. et in hac Inscriptione, Lugduni: D. M. Jovino Valerioni vet. ex leg. 1. M. Julia Materna conjugi incomparabili memoriam posuit et mediocritate sua, et sub ascia dedicavit. Julius Firmicus lib. 4. Mathes. cap. 7: Mediocres in vita, et qui neque facultatibus abundant, etc.

Homines denique minores, in Legibus Longob. lib. 1. tit. 14. § 7. [Luitpr. 82. (6, 29.)] qui nec casas nec terras habent, qui et minimæ personæ, cujusmodi sunt exercitales homines, ibidem tit. 9. § 21. minimi maximeque in l. un. Cod. Th. de Grege domin. (10, 6.) Vide Manus. Sed præsertim unice et nude.

Homines appellari cœpere, vassalli et clientes, qui ratione beneficiorum ac feudorum dominis suis, speciali ad id facta professione, quæ ex hoc hominum et homagium dicta est, fidem et servitium, seu militiæ, vel placitorum, aut quodvis aliud debebant: qua quidem notione vocem *Homine* usurpant passim Consuetudines nostræ municipales, quarum locos indicavit Raguellus. Annales Francor. Fuld. ann. 884: Ibi inter alia veniens Zwentibaldus Dux cum principalibus suis, Homo, sicut mos est, per manus Imperatoris efficitur, contestatus illi fidelitatem juramento, etc. Anno 887: Quem Imperator... honorifice

suscepit ad Hominem, sibique adoptivum filium eum injunxit. Acta Episcoporum. Cenom. pag. 244: Venientes ergo parati auro et argento et vestimentis nobilibus ad prædictum Regem Francorum gloriosissimum Carolum, deprecati sunt, ut sui mererentur effici Homines: qui et quadam humana cupiditate illusus suscepit eos, et eorum beneficia sua largitione habere promisit. Vita S. Remberti Archiep. Hamburg. n. 27: Ut per manus acceptionem Hominem illum Regis fieri, et inter Consiliarios ejus collocari obtinuit. Eadmerus lib. 2. Vitæ S. Anselmi Cant. Arch. cap. 38: Homo Ducis (Rogerii) Rogerus Comes de Sicilia. Vetus Charta apud Beslium pag. 389: Amonuit Hugonem, ut fieret Homo supradicto Bernardo pro ipsam partem de castro, qui fuerat patri suo. Et infra: Promisit ei Comes sicut debet senior suo Homini rationem vel finem, etc. [Charta ann. 1246. ex Hist. Mediani Monasterii pag. 284: Noverint universi præsentis litteras inspecturi, quod ego Hugo de Parvapatra Comes, sum Homo illustrissimi viri Mathæi Ducis Lotharingiæ, et Marchionis de terra Berkeim, sicuti bonæ memoriæ D. Philippus de Hilbevillari de dicta terra Homo suus erat. S. Bernardus Epist. 99. ad Theobaldum Comitem Campaniæ Edit. Mabilionii ann. 1690. tom. 1. col. 51: Ipsa est uxor Belini illius Hominis vestri.] Anna Comnena in Alexiade: Ηείβα παρὰ γρημα ἀνθρώπων αὐτοῦ γενέσθαι. Sic passim.

\* Charta ann. 1103. inter Probat tom. 2. Hist. Occit. col. 361: Dominus Montispessulani habuerat Hominem suum in omnibus placitis Montispessulani. Hons, pro, *Homme*, in Stabil. S. Ludov. cap. 23. 26. et alibi passim. Vide alia notione supra in *Homata*.

\* HOMO, pro Subditus, Gall. *Sujet*, qui principi suo ratione fidelitatis astrictus est. Chron. Th. Otterbourne edit. Hearn. pag. 76: Monachos Cantuarienses profugavit (Joannes rex) et bona eorum confiscavit; qua etiam de causa papa Homines Johannis ab ejus fidelitate absolvit.

\* Homo dicitur etiam de femina, quæ alicui domino homagii præstatione subjecta est. Charta Bald. dom. de Muy et de Estrées ann. 1241. in Chartul. abb. Montis S. Mart. 1. ch. 96: Cum mulier nobilis Joia vidua, domina de Wallaincort, Homo nostra, etc.

HOMO, pro marito, quomodo *Homme* Galli dicimus. Gregorius M. lib. 6. Epist. 27: Quod vero scribitis, ut excellentissimæ filiæ meæ Gurdia et sanctissimæ filiæ ejus domnæ Theotistæ, et magnificis earum Hominibus Domino Marino et Domino Christodoro scribere debeam, etc.

HOMINES AD ARMA, Cataphracti equites, nostris, *Hommes d'armes*. Joannes Fortescutus de Laudibus Legum Angliæ cap. 95: Reminiscere... qualiter villas et oppida regni Franciæ frugum opulentissimam, dum ibidem peregrinabaris, conspexisti Regis terræ illius Homibus ad arma, et eorum equis ita onusta, ut vix in eorum aliquibus quam magna oppidis tu hospitari valebas, etc.

HOMINES DE CAPITIS. [Ii plerumque intelliguntur qui manumissi fuerant sub conditione operarum, servitii, aut census annui.] Vide *Capitales Homines*.

\* HOMO CAPITIS, Idem qui de *Capite*. Arest. ann. 1311. in Reg. Olim parlam. Paris: In villa S. Quintini, quando aliquis Homo capitis suspectus de aliquo maleficio, etc.

† HOMINES CASATI, Spelmano, qui in ædibus serviunt. Capitul. lib. 5. cap.



196 : *Biduani omnes faciant, tam Episcopi, Monachi et Moniales, quam Canonici, et eorum infra Casali Homines.* Vide *Casati*.

\* HOMO COACTUS, servituti glebariæ obnoxius. Charta ann. 1223. ex Chartul. Campan. fol. 190 : *Item (dicit comes) de Hominibus coactis, ut redimerent escheetas.*

\* HOMO AD COLLUM, Qui onus ad collum portat, in Libert. Clarim. ann. 1248. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 600. art. 13.

† HOMO COMMENDATUS, Eidem Spelmanno, qui se in manum alterius commendavit, causa patrocini. Lex Ripuar. tit. 72. § 5 : *Homo commendatus, vel fugitivus, etc. Quenam vero fuerit eorum conditio discere est in voce Commendatus, quam videsis.*

\* HOMINES CONDITIONATI. Vida supra *Conditionati*.

HOMINES DE CORPORE, Servituti glebariæ obnoxii, qui censum debent de capite, *Capite censi. Homines de corpore, ascripti sui glebæ affixi, aut alterius servituti conditionis, in Statuto Philippi Pulcri anno 1302. pro reformat. Regni art. 63. Charta Philippi Aug. Regis Fr. 1180. pro Ecclesia Aurelian. : Servos et ancillas, quos Homines de corpore appellamus, ... ab omni iugo servitutis absolvimus.* Bulla Gregorii IX. PP. ann. 1240. in Histor. Monast. S. Mariæ Suession. pag. 451 : *Originarii Monasterii vestri, quos Homines de corpore patria censuit appellandos.* Charta Amaluni Abb. Silvæ Majoris ann. 1207. in Tabular. Campan. Bibl. Th. pag. 284 : *Si dominus hominis illius juramento trium Militum et trium aliorum proborum hominum probaverit, quod ille sit Homo suus de corpore, et quod eum pro voluntate sua sicut Hominem de corpore tailliat. Arestum Paris. 28. Jan. 1319 : Proponat, quod dicta Agnes est Femina sua de corpore tailliabilis de alto et basso ad voluntatem, et astricta eidem Militi, videlicet ad tallias, forismaritagium, et mortuam manum, et alias redhibentias, etc. [Consuetudo Vitriac. art. 145 : *Tous Hommes et Femmes de corps sont au baillage de poursuite, en quelque lieu qu'ils aillent demeurer, soit lieu franc ou non, et les peuvent les Seigneurs réclamer, et faire réclamer, si bon leur semble, car tels Hommes et Femmes de corps sont censez et reputez du pied et partie de la terre, et se baillent en aveu et denombrement par les vassaux, avec leurs autres terres.*] Adde Chartam Communie S. Quintini ann. 1195. Historiam Ecclesie S. Aniani in Probat. pag. 100. 101. Doubletum pag. 907. Pitheum ad Consuetud. Trecentem pag. 14. etc. Vide *Capitale et Manumissio*.*

\* Horum conditionem apprime describit Inquisit. ann. 1263. in Reg. parlam. B. Mart. hyem. : *Decanus et capitulum Paris. intendebant probare quod Johannes de Civillaco est Homo de corpore ecclesie B. Mariæ Paris. Homines autem de corpore intelligunt, secundum consuetudinem hujus patriæ, in quibus ecclesia Paris. habet ista jura quæ sequuntur : videlicet manumortuam, forismaritagium, quod non possint promoveri ad clericatum sine licentia capituli : item quod commutantur cum aliis hominibus de corpore aliorum dominorum, persona pro persona : item non habent illam liberam testamenti factionem, quam habent liberi homines istius patriæ.*

\* Humanius tamen interdum cum iisdem actum est, ut colligitur ex Charta

Guiardi archidiacon. Trec. ann. 1215. in Chartul. Campan. ex Cod. reg. 5993. fol. 27. r. : *Blancha illustris comitissa Trecentis ad multas preces quas et fecimus, nobis, accommodavit Stephanum cutellarium et Mariam uxorem ejus, homines suos, ad serviendum nobis quamdiu viverimus ad expensas eorum, tali modo quod... post decessum nostrum ad dominam comitissam et ad hæredes suos, tanquam Homines eorum de corpore sine contradictione aliqua revertentur. Concessit autem dicta domina comitissa pro servitio, quod nobis exhibebunt predicti Stephanus et Maria, ipsos fore liberos ab omni tallia, tota, demanda et exactione, per duos solidos singulis annis ipsi comitissa, vel mandato ejus in festo S. Remigii persolvendos. Et quidem Homines de corpore aliquando appellati videntur, quod operas manuales tantum deberent. Charta ann. 1252. ex Chartul. Campan. in Cam. Comput. Paris. fol. 452. v. col. 1 : *Promittentes per fidem suam in manu nostra præstitam, quod nec in corpore dictæ uxoris nec corporibus suorum hæredum natorum de suo corpore et nasciturorum, ratione alicujus servitutis, et hæredes sui aliquid in posterum reclamabunt.* Vide infra *Homines de suis manibus*.*

† HOMO LIGIUS DE CORPORE, Qui censum de capite Domino debet, nulla facta reservatione. Consuet. Tolos. rubr. de Homagiis n. 7 : *Si aliquis Homo Ligius de corpore et casalagio, vel de corpore sine casalagio, qui sit alicujus domini, contrahat matrimonium cum aliqua muliere quæ sit libera, etc.*

HOMINES CUBANTES, ET LEVANTES. [Mansionarii, manentes, Gall. *Levans et Couchans*.] Vetus Inquisitio in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano : *Abbas eum requisivit tanquam hominem suum Cubantem et Levantem.* Vide *Levantes et Cubantes in Levare*.

HOMINES ECCLESIASTICI, [In servitium alicujus Ecclesie adscripti.] in Lege Ripuar. tit. 10. § 1. tit. 11. § 3. tit. 18. § 3. tit. 19. § 2. 3. tit. 22. in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 151. [§ 903.] in Capitul. Caroli C. tit. 23. c. 14. *Ecclesiastica femina, in Leg. Ripuar. tit. 14. § 1. qui in Capitulis Caroli C. tit. 9. cap. ult. Mancipia Ecclesiastica dicuntur. Capitulare Compendiense Caroli C. ann. 868. cap. ult. : Neque mancipia Ecclesiastica quisquam nisi ad libertatem commutet, videlicet ut mancipia, quæ pro Ecclesiastico dabuntur, in Ecclesie servitute permaneant, et Ecclesiasticus Homo, qui commutatus fuerit, perpetua libertate fruatur.* Testament. S. Remigii apud Flodoardum lib. 2 : *Vitis plantam super vineam meam... possidebunt, cum Melanio vinitore, quem do in loco Ecclesiastici hominis Albovichi, etc.*

† HOMINES EXERCITIALES, Milites qui militant in exercitu. Leges Longobard. lib. 1. tit. 9. § 21. [§ 62. (6,9.)] : *Consuetudo enim est, ut pro minima persona quæ Exercitalis Homo invenitur esse, 150. sol. componant, et pro eo qui primus est 300. sol. Leges Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 9 : Si quisque Exercitalium in eandem bellicam expeditionem proficiscens, minime Ducem secutus fuerit, etc. Vide *Exercitiales*.*

\* HOMO PRO FALCE, Qui operam cum falce præstare debet. Libert. Clarim. ann. 1248. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 601. art. 27 : *Insuper, qui contumaciter ad corveiam faciendam non venerit, Homo pro falce debebit six deniers.* Vide supra *Falcatio*.

\* HOMO FIDEI, *Homme de foy*, Vassal-

lus, fidei sacramento astrictus, in Charta ann. 1363. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 529. Vide infra *Homo Homagii*.

† HOMINES FISCALES et FISCALINI. Vide in *Fiscus*.

† HOMINES FRANCI. Vide *Franci*.  
\* HOMINES FRANCIGENÆ, Franci, in Charta Sanciai comit. pro fundat. S. Severi in Vasconia. Vide *Franci*.

\* HOMO FRUMENTI, Qui præstationem frumentariam debet. Declar. Joan. de Sacrocæsare milit. ann. 1318. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 6 : *Item pour ce que li Homme du froment valent une foiz plus et autre moins, et pour ce que nous devons donner à mangier et à boire à ceux qui doivent ledit froment, etc.*

\* HOMO GENEROSUS, Nobilis, ingenuus. Charta ann. 1407. ex Cod. reg. 8887. 4. fol. 36. r. : *Mandamus prætereatenore præsentium... omnibus et singulis generosis et aliis Hominibus et habitatoribus dictarum terrarum, quatinus donatarium supradictum in eorum verum dominum recipiant et ei obediant.* Apud Catalonios Homo generosus, idem qui mox *Honoratus*.

HOMO DE GUERRA, Militaris, vulgo *Homme de guerre*. Guill. de Podio-Laurentii in Chronico : *Si quis etiam Homo de guerra gradiens cum eis inveniretur ab hostibus totus erat.*

\* HOMO HOMAGII, Vassallus *homagio* obnoxius. Charta Joann. abb. Maurimon. ann. 1346. ex Cod. reg. 9861. 2. 2. fol. 36. v. : *Item (habeo) viginti quatuor vel circa milites et armigeros in Homines fidelitatis, homagii seu vassallos.* Inquisit. ann. 1449. ex Tabul. D. Vencie : *Interrogatus an cognosceret dictum dominum testatorem, dixit quod sic, et bene debuit eum cognoscere, cum ipse testis esset Homo homagii dicti domini testatoris.*

\* HOMO HONORATUS, Civis præcipuus, qui in dignitatibus urbis constitutus est et inter nobiles quarti ordinis apud Catalonios, ut et *Homo de paratico*, annumeratus. Consule *Disquisit. histor. D. Xaupi de Civibus honorat. Barcin. et Perpin. Constit. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1321 : Intelligimus de hominibus de paratico sive de genere militari, et de Homine honorato civitatis vel villæ.* Alia Petri III. item reg. Aragon. ann. 1359 : *Et si forsan contigerit quod aliquis baro, miles, vel homo de paratico, civis, burgensis vel Homo villæ honoratus, etc. Vide *Honorati*.*

\* HOMINES DE IMPERIO, Qui intra imperii fines sub imperatoris ditione manent, in Charta ann. 1212. ex Chartul. Campan. fol. 444. col. 2. opponuntur *Hominibus de Potestate*.

\* HOMO INGENITUS, perperam pro *Ingenuus*, in Charta Phil. Aug. ann. 1184. ex Chartul. 34. bis. Chartoph. reg. part. 1. fol. 12. v. col. 2.

\* HOMO JUSTITIÆ, Alicujus jurisdictioni et justitiæ subditus, Gall. *Justicia-ble*. Lit. admort. pro abb. de *Chases* dioc. S. Flori ann. 1464. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 418 : *Item huit Hommes de justice moyenne et basse ; et vault chacun homme en rente assise deux solz.*

\* HOMO LEGALIS, Adolescens. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 177. r. : *Quod si noluerit monachus fieri, suscipiant unum de filiis meis cum augmento quod faciam, non tamen infantem, sed Hominem legalem quindecim annorum ætatis aut amplius.* Vide *Legalis*.

\* HOMINES LEGITIMI, Iidem qui *Boni*

vel *Probi homines*, ii scilicet qui in placitis publicis iudicia exercebant. Charta ann. 1138. ex Tabul. capit. Carnot. : *Homines legitimi de ipsa terra, videntur ipso* (Ursione de Merliao) *juraverunt in capitulo quia injuste hoc pedagium acciperet.* Charta Phil. comit. Fland. ann. 1211 : *Si quis burgensis S. Audomari alicui pecuniam suam crediderit, et ille cui credita est coram legitimis Hominibus et in villa hæreditariis sponte concesserit, etc.* Interdum nude ii significantur, qui ex lege idonei sunt ad aliquid faciendum. Libert. Calvimont. ann. 1247. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 516. art. 7 : *Si vero de legitimis Hominibus duellum factum fuerit, etc.* Vide *Legitimus*.

¶ **HOMINES LIGII.** Vide *Ligius*.

**HOMINES LINEI**, vel **LIGNETI**, [Hominum membra ex ligno vel lino quæ in bivitis et comitis a veteribus Gallis superstitiose collocabantur.] Vide *Pedes lignei in Pes*.

¶ **HOMINES MANUS MORTUÆ**, Servi glebæ. Vide in *Manus*.

¶ **HOMINES DE SUIS MANIBUS**, ab iis qui nude *Homines* dicebantur distincti ; unde fortassis intelligendi qui ad hominagium manuum admittebantur. Chartularium Aduense in Catalogo feudorum Castellaniæ D. de Glane ann. 1262 : *Item li Boisserans de Adua sunt homines domini de Glane. Sed dominus de Glane recepit Guillelmum Boisserans in Hominem de suis manibus.*

\* **II** potius videntur, qui a servitute glebæ manumissi, operas manuales tantum debent. Charta Odonis Ragod. S. Sepulcri ann. 1238. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 448. v. col. 1 : *Manumisi Huetum de Chauchigniaco hominem meum de corpore, tali conditione quod... remaneret Homo meus de manibus suis.* Vide supra *Homines de Corpore*.

\* **HOMINES DE MANSATA**, Qui ratione alicujus mansi seu possessionis alicui domino subjecti sunt. *Homines de mansata seu servos ac manentes, cum eorum liberis et famulis*, in Inventar. Ms. ann. 1366. Vide in *Mansus*.

¶ **HOMINES DE MANUPASTU**, Domestici. Vide *Manupastus*.

¶ **HOMINES SINE MEDIO**, Qui nullo medio a Rege aliquod feudum tenent, in veteri Chronico Flandriæ cap. 66.

\* **HOMO MOTARIUS**, Gall. *Homme motier*, Qui pensationi, quæ multa nuncupabatur, obnoxius est. Charta ann. 1308. ex Bibl. reg. : *Et se il avenoit que entre ledit chevalier et les siens d'une part, les hommes baniers ou motiers d'autre, eust contans, veut li roys que la querelle, etc.* Vide *Molta* 2.

\* **HOMO MUNDI**. Epist. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 44. col. 1 : *Fuit dictum sibi per fide dignos et michi quod ipse (rex) erat à Beute extra Parisius, et quod Homo mundi, qui vellet pro negociis sibi loqui, non poterat intrare, et quod frustra iremus.* Phrasis Gallica, qu'homme au monde ne pourroit, etc. Id est, nemo, nullus.

\* **HOMO NATURALIS**, Instructus natura seu ea parte corporis, qua quis vir est. Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 82 : *Iceille Marotte mattoit sus au suppliant (son mary) qu'il nestoit pas Homme naturel, ne capable de mariage.* Vide *Natura* 1.

¶ **HOMINES NOVI**, apud Spelmannum, qui novo donantur feodo.

\* **HOMO DE PARATICO**. Vide supra *Homo honoratus*.

\* **HOMO PEDES**, vel **DE PEDE**, Plebeius, infimæ conditionis. Curia 2. gener. Terracon. sub Jacobo I. reg. : *Statuimus quod omnes Homines de pede, tam rustici quam villani, sive sint nostri, sive ecclesiarum, etc.* Constit. MSS. Petri III. reg. Aragon. ann. 1351 : *Et qui contrafecerit, si miles vel homo paraticus, aut civis, aut homo villæ honoratus fuerit, ad exilium decennii ex sola delatione absque spe veniæ condempnetur ; et si Homo pedes fuerit, pugnurn amittat.*

¶ **HOMINES PERTINENTES**, Eidem Spelmanno, qui glebæ adscribuntur, Servi feudales. Leges Longobard. lib. 1. tit. 16. § 8. [\*<sup>2</sup> Aistulph. 6.] : *Si Homines Pertinentes sine voluntate domini sui hoc fecerint.* Leo Marsic. lib. 3. cap. 43 : *Familias Hominum ad ipsum locum Pertinentes.*

\* **HOMO DE PLASSA**, Hispanis *Hombre de plaza*, Homo publicus, præcipuusque ac notus. Instr. pacis inter cives et burg. Narbon. ann. 1236. inter Probat. tom. 3. Hist. Occid. col. 380 : *Si aliquis homo... hujusmodi treugas frangere... præsumperit, det nomine penæ... si fuerit miles, vel Homo de plassa, D. solidos Melgor, et si fuerit ministerialis, vel quælibet alia persona, C. solidos Melgor.*

\* **HOMO DE PROSECUTIONE**, Gall. *Homme de poursuite*, Quem fugitivum dominus sequi et requirere ex jure potest. Lit. ann. 1388. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 267 : *Johannem Villeloup hominem dicti nostri prioratus esse dicebamus de corpore et capite, taillabilem et expectabilem de alto et basso, ac etiam de prosecutione et manumortabilem.* Libert. villæ d'Ecan ann. 1371. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 390. art. 1 : *Noz hommes et femmes de corps, mainmortables et de poursuite, etc.* Vide *Secta fugitivi in Fugaces*.

\* **HOMO QUÆSTALIS**, *Quæstæ* seu tributo obnoxius. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 10. r. : *Jurati dixerunt et recognoverunt se esse Homines quæstales domini regis Angliæ et ducis Aquitanie.* Vide in *Quæstia*.

¶ **HOMINES REGIS** vel **REGII**, Idem qui Fiscalini et Longobardis *Aldiones*, qui ad prædium Regis vel fisci pertinent. Lex Ripuar. tit. 11. § 3 : *Si quis Regio aut Ecclesiastico Homini de quacumque libet re forciam fecerit.* Leges Caroli M. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 107. [\*<sup>2</sup> 109.] : *Homo Regis, id est, fiscalinus, vel Ecclesiasticus, id est, lidus, interfectus c. solid. componatur.* *Homo Regis, Homme le Roy.* Ita se inscribit Johannes de Kieurchis Prepositus S. Quintini.

\* **HOMO REGIS, id est, Nobilis**, in Jure Danico apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 181.

¶ **HOMO REMANENS IN PEDIBUS SUIS**. Charta ann. circ. 1080. ex Bibl. Colbert. : *Emendat Bernardus de Aviciano Imberto et suis totas malefactas quas Imbertus habet factas de ipso castello Enforas, post Imbertus ipsum castellum sibi abstulit, et ita tandiu suos Homo remaneat in pedibus. Infra : Donec suos Homo permaneat in pedibus.* Id est, ni fallor, quamdiu in ejus servitio militari perseveraverit.

¶ **HOMINES SANCTUARIUM**, Idem qui Ecclesiastici, ad Sanctos seu ad Ecclesiam pertinentes, Ecclesiarum tenentes. Vide *Sanctuarium*.

**HOMINES SIGNI**, [Qui nostris dicuntur *Consuetudinarii*, seu *Coustumiers*, qui servitium domino debent.] Vide *Signum, servitium*, in *Signum*.

\* **HOMO STATUS**, Gall. *Homme d'estat*, Liberæ conditionis, qui sui juris est. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 315 : *Lequel Hilet appella l'exposant sanglant villain, sers taillable ; dont ledit exposant, qui est Homme d'estat, et non pas de serve condition, doulent et courrociez, etc.* Vide infra *Status* 13.

¶ **HOMO TERRENUS**, Vassallus, tenens. Charta ann. 1093. tom. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 114 : *Nobilis vir Ingelrannus Homo meus Terrenus castris Lileriensis dominus, etc.*

¶ **HOMINES VERAGI**, Veraces, probi. Præceptum Carolomanni Reg. ann. 770. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 33 : *Dum de hac causâ sic ante nos fuit ratio deducta, et suam vel suis galdionis, tam per veragos Homines, quamque per confirmationis Regum cognovimus, justitiam ei reddimus.* Vide *Boni homines*.

**HOMO VENDITUS**. Leges Malcolmi II. Reg. Scotiæ cap. 3. § 1. et 2 : *Item ordinaverunt pro sustentatione Justitiarum quolibet die itineris sui centum solidos. Item Clericis suis, pro quolibet Homine amerciato, vel vendito, duos solidos : et pro quolibet homine mundato per assisam, pro tractu extra rotolos, 4. denarios.* Ubi Skenæus hominem amerciatum intelligit, qui legitime citatus, ut in itinere seu Curia Justitiarum compareat, se non sistit, ideoque ratione suæ contumaciæ amerciat, et multam solvit. *Hominem autem venditum*, qui in itinere coram Justitiarum comparet, crimen sibi objectum, pro quo fuit attachiatus, confitetur, et pro eo cum Justitiarum, certo quasi pretio interveniente transigit : ita ut alter vitam vel penam pecuniariam pro crimine ipsa lege debitam redimat ; alter vero, nempe Justitiarum, hæc eadem accepta pecunia ei vendat. Vulgo *Compositionem* vocant.

¶ **HOMO**, Qui aliis servis præest. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 57. col. 1 : *Eurinus servus... habet de terra arabilibus. v... sed pro ipsa accarritiam quod prævidet non solvit denar. sed facit curvadas et rigas, quantacumque sibi jusserit Homo, et solvit pullos III. cum ovis.*

**HOMO, Homonis**, pro *Hominis*, licentia plusquam Poetica. Hincmarus Rem. in Opusculis pag. 383 :

Ne tibi sis sapiens multum, quod cæcat Homonem.

Salomon Episcopus apud Canisium :

Tunc igitur veterem deponens Martyr Homonem.

Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 626 :

Inter silvestres ubi pauper mansit Homones.

¶ **HOMODULI, Conservi**. Laur. in Amalth.

\* **HOMOGENEITAS**, quid sonet apud Chemicos, docet Arnaldus in Rosar. MS. lib. 1. pag. 8 : *Tunc omnia ad suam naturam et Homogeneitatem primam sunt redacta : prima enim Homogeneitas omnium metallorum est argentum vivum.*

\* **HOMOLEGIUS**, unica voce, Vassallus, qui fidelitatem domino feudali contra quemvis jurat, idem qui *Ligius*. Vide in hac voce. Charta Frider. II. imper. ann. 1156. tom. 1. Corp. diplom. pag. 82 : *Sed si voluerit unum locare, poterit de suis vassallis seu Homolegiis, et eorum illo secundum terminos præfixos parare potest, etc.* Perperam *Homogis* editum ex eadem Charta apud Pez. tom. 1. Script. rer. Austr. col. 1196.

**HOMOLIGIUS**, in Charta Friderici I

Imper. apud Miræum in Donation. Belg. lib. 2. cap. 52.

**HOMOLOGARE**, ὁμολογεῖν, Profiteri. Tabularium S. Flori in Arvernensi ann. 1268: *Pro se et hominibus suis voluerunt et Homologaverunt Deo et B. Mariæ prædictas decimas, id est, professi sunt se concessisse, etc.*

**AMOLOGARE**, in veteri Charta apud Columbum in Manuasca lib. 2. num. 49. Hodie

**HOMOLOGARE** vulgo nostri usurpant, pro Regiorum edictorum, aut Statutorum in Acta Parlamenti relatione: cuius quidem usus tum primum cœpit, cum Joanne Rege capto et in Angliam abducto, Carolus filius Regni Vicarius et *Regens* dictus est: litteris enim Regiis, quibus ea dignitas Carolo attributa, adscripta hæc verba leguntur in Regesto Parlamenti signato C et D: *Lecta et præsentata in Camera Parlamenti 3. Martii an. 1356. cum ante hæc tempora vix Regias litteras in Acta Parlamentaria relatas videre sit. Certe olim Principum edicta a Senatu confirmari solita docet Justinus Apol. 2. ubi de Edicto Imperatoris pro Christianis: Ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγμασι κερυθῆναι βούλομαι. Martianus Capella lib. 1. pag. 15. dixit: Augustius fieri Joviale decretum, cum cœtu Deorum attestante depromitur. Vide Cujacium lib. 1. Observ. cap. 19. [et P. Fabrum lib. 1. Semest. cap. 25.]*

**HOMOLOGI COLONI**, in leg. 6. Cod. Theod. de Patrociniis vicor. (11,24): *Vicis adscripti, et Homologi more gentilitio vocati*: id est, glæbæ adscripti, qui prædiis certis addicti erant, nec ab iis excedere poterant: ὁμολογοί, dedititii, conditionales; more gentium ejusmodi servituti obnoxii, ex pacto ac conditione. Nam ὁμολογία est *confessio, professio*, in Gloss. Græc. Lat.

† **HOMONAGIUM**. Vide in *Hominium*.  
† **HOMOPHAGIA**, Cruda comestio, ὁμοφαγία. Utitur Cassianus lib. 4. Instit. cap. 21.

**HOMORARIUM**. Vide *Humerale*.  
**HOMOUSIANI** appellati ab Arianis Catholicis. Fastidiosus Arianus in Sermone: *Bipartitus namque pridem error inrepsit, qui hactenus perditorum animas vinciens ad quærendam veritatem spirare non sinit. Homousianis asserentibus inseparabilem atque individuum Trinitatem, nec Patrem ingentium Filii sui esse factorem. S. Fulgentius lib. contra eundem cap. 1: In illo autem profano sermone vocans nos Homousianos, quod nos Arriani assolent nuncupare. Idem lib. pro fide Catholica adversus Pintam Arianum: Verum quia quidam proprio spiritu actus, ejus fidei cultores Homousianos, vel Unisubstantianos vocandos esse præsumpsit, etc. Infra: Magnum sane fidei crimen putant applicari Catholicæ, cum ejus alumnos Homousianos vel Unisubstantianos appellant, quasi homousion vel substantiam Deitatis vel aliquid hominis vocabulum contineat, etc. Adde Victorem in Epist. ad eundem S. Fulgentium.*

† **HOMOUSION**, Quod est ejusdem substantiæ, ὁμοσίον. Notkeri Balbuli lib. Sequent. cap. 37. apud Bern. Pez, tom. 1. Anecd. part. 1. col. 41: *Est unigenitus, via, vita, manus, Homousion. Gennadii Synopsis dogmatum Eccles. : Homousion, id est, coessentialis in Divinitate Patri Filii; Homousion Patri et Filio et Spiritus Sanctus et coessentialis.*

† **HOMSOKENE**, id est saltus in domum,

ex Gloss. MS. apud H. Wanl. de Litt. Septentr. pag. 284. Vide *Hamsoca*.

**HOMULLUS**, pro *Homulus, Homunculus*, Homo. Gloss. Græc. Lat.: Ἄνθρωπος, *Homullus*, Ἀνθρωπίσιον, *Homullus, Homuncio*. Domnizo lib. 2. de Vita Matildis cap. 12:

Plancitem cujus didicit Guibertus Homullus.

Et cap. 21:

A et non ullus vacuus discessit Homullus.

[Odo in Carmine de varia Ernesti Bavarie Ducis fortuna apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 363:

Et Regem quis sit ab eis interrogat, omnem Pollicitus cum pace fidem; lætantur Homulli.]

Vox Nota Lucretio:

.... Brevis hic est fructus Homullis.

Utitur etiam Symmachus lib. 4. Epist. 33. ubi Juretus.

**HOMULLULUS**, apud Auxilium de Causa Formosi Papæ tom. 4. Analect. Mabilonii pag. 613.

† **HOMULULUS**, in Ratherii Veron. Episc. lib. Apologet. tom. 2. Spicileg. Acher. pag. 233: *Distare quid inter hominem et Homululum sit omnibus dum non ignotum. Et in Epist. Cardinalis Sabinensis tom. 8. ejusdem Spicileg. pag. 288: Qui et quæ Homululis ductoribus porcorum et pecudum etiam vilissimis personis effecti sunt famuli et subjecti.*

**HOMUNCIONATES**, dicuntur ab Arrianis apud Arnobium Junioem in Conflictu cum Serapione, initio libri 1. Catholicis, qui dicunt, duas naturas esse in Christo duasque substantias, quos alii *Homousianos* vocant, ut Victor Vitensis.

**HOMUNCIONITE**. Ita vocantur a Prudentio Ebionite, Samosatiani, alique hæretici, qui Christum purum hominem esse, nihilque divinæ essentiæ ac virtutis habere contendebant. Marius Mercator de Anathematismo Nestoriano § 19. 20. pag. 166: *Photinus autem Nestorii magister verbum quidem hoc Dei esse in substantia negat, sed esse id Dei Filium non vult, ... Photinum Romana Ecclesia et participes hujusmodi pravitalis Homuncionitas nominat. Prudentius in Apothesi, in carmine Contra Homuncionitas:*

Sunt qui Judaico cognatum dogma furori Institutum, media Christum ratione secuti Hoc tantum quod verus homo est, at cælitus illum Adfirmant non esse Deum, etc.

Hos Ἀνθρωπολότρως vocat Athanasius libro extremo de Incarnat. Domini. *Homincolas* Facundus Hermian. lib. 9. cap. 3. Vide Notas Jo. Baptistæ Coteleerii ad Constitut. Apostol. pag. 271.

**HONDHABENDE**, Qui rem furtivam in manu habens, deprehenditur, et cognitio ejusmodi delicti, quæ Baroni competit in Curia sua, ex *Hond* Angl. manus, et *Berend*, ferens. Apud Bractonium lib. 2. tract. 2. cap. 8. § 4. cap. 32. § 2. et cap. 35. Vide *Bacberend*.

† **HONDI**, Vox apud veteres Francos usitata ad significandum centenarium numerum, Flandris *Hondert*, Germanis *Hundert*.

† **HONDOARDUS**, pro *Eduardus*. Sic vocatur primus hujus nominis Angliæ Rex in Litteris Mariæ Hungaricæ apud Rymer. tom. 2. pag. 311: *Recepimus ab excellentissimo Principe domino Hondoardo D. G. illustri Rege Angliæ.*

† **HONDPENY**, Præstationis species, ex *Hond*, manus, et *Peny*, denarius. Privileg. de Sempringham apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. *Et sint quieti de chevagio, Hondpeny, buckstall et tristris et*

*de omnibus misericordiis, etc. Forte contracte pro Hundrepenny.*

† **HONDUS**, Modus agri. Charta ann. 1485. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 787: *Item septimo, adhuc septem jugera cum septem Hondis, ad valorem viginti septem librarum currentium.*

† **HONERA**, pro *Onera*, quævis servitia. Charta ann. 1254. apud Madox Formul. Anglic. pag. 7: *Noverit universitas vestra, quod cum esset hæsitatum, an Prior et Conventus de Monemuta Honera ordinaria consueta... sustinere tenerentur, vel Vicarii earundem ecclesiarum; tandem nobis constitit legitime... eosdem Vicarios et eorundem successores omnia Honera prædicta agnoscere debere.*

† **HONESTAMENTUM**, Ornatus, insigne alicujus dignitatis. Johannis Gofredi Cardinalis Oratio ann. 1468. habita, tom. 7. Spicileg. Acher. pag. 315: *In quo tamen profecto vix tam peperit Rex huic Reverendo Patri hoc Honestamentum honoris, quam iter aperuit ceteris honorum acquirendorum.*

\* **HONESTARE**, Vestire, ornare. Pontif. vetustissimum MS. ex Cod. reg. 943: *Subdiaconum vero oportet epistolam legere, vestire et Honestare altaria et ministrare diacono.*

† **HONESTARE SE**, Sese accingere, disponere, Gall. *Se préparer*. Roberti Monachi Hist. Palæst. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 3. pag. 10: *Denique reversus iterum in terram dominus Boamundus, diligenter Honestavit se ad incipiendum iter sancti Sepulcri.*

1. **HONESTAS**, Honor, prærogativa, privilegium. Charta Godefridi Episcopi Ambianensis ann. 1104. in Hist. S. Martini de Campis pag. 350: *Salvis Honestatibus et utilitatibus prædictis Ecclesie nostræ, etc.*

\* *Honesté*, eadem acceptio, in Charta ann. 1332. ex Reg. 67. Chartoph. reg. ch. 3

† 2. **HONESTAS**, Decorum, decencia, observantia. Charta ann. 1101. apud Mabill. tom. 5. Annal. pag. 443. Bertrandus Archiep. Narbon. S. Pontio subjecti Monasterium S. Aniani quod est iuxta fluvium Vernazoubre, a pravibus hominibus suis possessionibus privatum, et ab omni Honestate seclusum S. Regulæ.

\* **HONESTATUS**, pro *Honestus*. Lit. remiss. ann. 1465. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 2: *Inter alios liberos ex legitimo matrimonio Johannis de Bessio patris et Honestatæ mulieris Anthoniæ matris, etc.*

† 1. **HONESTE**, Viriliter, fortiter. Roberti Monachi Hist. Palæst. lib. 4. cap. 18. apud Ludewig. tom. 3. pag. 10: *Videntes autem aliæ acies quod vexillum Boamundi tam Honeste esset ante alios delatum, illico redierunt retrorsum. Ibidem pag. 83: Quia jam cum iis in retroactis Honeste pugnaverant, pacem obtinuit.*

\* 2. **HONESTE**, Decenter, cum reverentia. Ordinar. MS. S. Petri Aureæ-val.: *Cantetur prædictum evangelium suo cantu solito et notato in libris Honeste et devote.*

\* 3. **HONESTE**, Congruenter, rite. Charta ann. 1183. in Chartul. Clarifont. ch. 86: *Quod missam unam pro anima ejus et pro animabus fidelium defunctorum celebrari faciet omni die, quo Honeste poterit celebrari. Supra: Quando rationabiliter poterit celebrari. In alia ann. 1180. ibid. ch. 85: Quando cantari poterit. Vide infra *Honestus*.*

\* **HONESTE**. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 91: *Cum ipsi supplicantes morali fuerint apud dictum Orbicum cum nostris hostibus, ... ac se reddiderint, ... per aliquod tempus Hones-*

tes *he rebelles nostros*. Haud dubie pro *Hoste*, quamquam non semel ibi recurrat. **HONESTIMUS**, *Honestus*. Papianus in Collat. Legis Mosaicæ tit. 4. de marito, qui uxorem in adulterio deprehensam occidit: *Si de pœna tractas, non his, quæ aliquid ejus Honestimo calori permit- tetur, ambigitur.*

\* **HONESTITUDO**. [*Honestas*. Accius apud Non. 2. 401. Tua *Honestitudo* Danaos decepit diu.]

\* **HONESTUS**, *Conueniens*, congruus. Charta ann. 1418. ex Chartul. S. Aviti Aurel.: *Idem capicerius tenebitur... facere luminare totum ecclesiæ competens et Honestum de bona et Honesta cera*. Vide supra *Honestus* §.

† **HONESTUS EQUUS**, *Splendide, optime ornatus et instructus*. Gasparis Barthii Gloss. ex Hist. Palæst. Eadem notione ibid. dicuntur *Honestæ copiæ*.

† **HONGRECOLTRA**, *Ager incultus, palustris, cespitibus nigris fodiendis aptum, ab Hongre, fames, et Coltra, ligo*. Charta Guillelmi Comit. Flandr. ann. 1117. inter Probat. Hist. Guinens. pag. 195: *Pasturam adjacentem villæ S. Audomari in nemore quod dicitur Lo, et in paludibus, et in pratis, et in bruera, et in Hongrecoltra, usibus eorum, excepta terra Lazarorum, concedo*.

\* **HONNINA**, *Eruca*. Gall. *Chenille*, Insulensibus *Onaine*. Comput. fabr. S. Petri Insul. ann. 1458. ex Tabul. ejusd. eccl.: *Duobus hominibus qui deposuerunt Honninas de arboribus in claustro, xvj. solidos*.

**HONNO**, *HONNIA*. Charta Bonifacii Marchionis Italiæ ann. 1009. in Bullario Casin. tom. 2. pag. 69. 70: *Et rebus meis in loco Besella, et loco Bojano, id est, prænominatis Honnibus, curtis, et castellis, cum suarum pertinentiis, etc.* Infra: *Habeant et teneant ad eorum juris proprietatem diebus vitæ illorum; et si ipsis eorum sive filius filiabz migrati fuerint, hanc cartulam offensionis, in suo robore permaneat, atque persistat; sic hæc Honnia fuerit, sicut supra legitur decessum, si filios aut filias de legitimo matrimonio non habuerit, etc.*

**HONOR**, apud Scriptores Ecclesiasticos, usurpatus potissimum pro majoribus et excellentioribus in Ecclesia dignitatibus, ut sunt Episcopatus, Presbyteratus, et Diaconatus. Optatus Milev. lib. 2. adversus Parmenianum: *Honore nominis sui spoliati sunt Sacerdotes*. Et infra, de Donatistis, qui Episcopos et Presbyteros abdicabant: *Quid prodest, quia vivi sunt homines, et occisi sunt Honores a vobis: valent quidem membris, sed ereptæ portant funera dignitatis*. S. Augustinus lib. 2. adversus Epist. Parmeniani cap. 11: *Et cum expedire non videatur Ecclesiæ, ut præpositi earum venientes ad Catholicam societatem Honores suos ibi non administrent, non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed manent super eos*. Concilium Arelat. IV. can. 1: *Episcopatus vero vel Presbyterii Honorem nullum laicum ante præmissam conversionem, vel ante 50. ætatis annum accipiat*. Can. 2: *Sed nec reliqui Pontifices Presbyterii, vel Diaconatus Honorem conferre præsumant*. Ita Presbyterii et sacerdotalis Honor, apud Cyprianum Epist. 34. 65. τῆς τοῦ πρεσβυτέρου, in Concilio Ancyran. can. 18. et alibi passim. V. Synod. Tricass. ann. 878. cap. 7. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 8. [\*10.]: *Si Ecclesiastici viri supradicta facinora commiserint, si honorabilis persona fuerit, perdat Honorem suum*. Qui vero honorabiles, hic, honorati dicuntur

in Charta Divisionis Imperii Francor. Caroli M. cap. 2: *Vel ad loca sancta, vel ad Honoratos homines confugiat*. Auxilius de Ordin. Formosi lib. 1. cap. 30: *Et si clerici fuerint, Ecclesiastico judicio a suis deiciuntur Honoribus*. [Adde lib. 2. cap. 10.]

Postmodum generatim *Honores* dicta majora in Ecclesiis Cathedralibus *Beneficia*, seu, uti vocantur, *Dignitates*, atque adeo Canonice ipsæ. Alexander PP. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 3: *Præterea cum juxta B. Gregorii sententiam singula Ecclesiastici juris officia singulis quibusque personis sigillatim committi debeant, prohibemus de cætero, ut nulli duo Honores in eadem Ecclesia concedantur, nec Præposituræ sive personatus ejusdem Ecclesiæ personis alibi commorantibus tribuantur*. Alia ejusdem Alexandri ad Episcopum Carnotensem num. 18: *Duximus statuendum, ut Honores Carnotensis Ecclesiæ aliis de cætero minime concedantur, nisi qui secundum antiquam et rationabilem consuetudinem residentiam se promiserint habituros*. In eandem sententiam babetur Chartæ alie Lucii PP. n. 21. 23.

Idem aperte docet Testamentum Philippi Augusti ann. 1190. tom. 1. Ordinat. pag. 21: *Præcipimus etiam Reginæ et Archiepiscopo, ut omnes Honores, qui dum vacant, pertinent ad donationem nostram, quos honeste poterunt retinere, sicut Abbatie nostræ et Decanatus, et alie quædam Dignitates, in manu sua teneant, donec a servitio Dei redierimus. Et quos retinere non poterunt, donent secundum Deum, et assignent consilio fratris G. (vel B.) et hoc faciant ad honorem Dei et utilitatem regni. Si autem in via moriemur, volumus ut Honores et Dignitates ecclesiarum donent illis, quos magis dignos viderint*.

**HONORES**, præterea appellata *Beneficia*, seu prædia, quæ ad vitam viris nobilibus assignabantur, ad militare servitium, a quibus feudata postmodum profluxere: quæ perinde Honorum appellatione donantur a Scriptorib. Hieron. Blanca in Comment. Rerum Aragon. pag. 734: *Quæ vero ea essent (oppida) perinde ut Ricis hominibus assignabantur, quasi in feudum honoratum dabantur eisdem: unde Honores, quod in honorem darentur, sunt vocata*. Roderic. Toletan. lib. 7. de Reb. Hisp. cap. 1: *Cui manu et ore hominum fecerat pro terra, quam ab eo acceperat in Honorem, etc.* id est, in beneficium, in feudum. Nithardus lib. 3: *Et si Honores, quos idem in Burgundia habuit, eidem donare vellet, ut se illi commendaret, præcepit*. [Fragmenta de Gestis Regum Fr. apud Duchesn. tom. 1. pag. 535: *Nihil petit sibi dari (Wlfinus) nisi super Chari fluvium quem Rex habebat Honorem*. Chron. Maurign.: *Tradita vero neptis sua in conjugio Amalrico de Monte-forti, cum Honore de Rupe-forti, etc.*] Abbo Monachus lib. 2. vers. 551:

Perdidit ergo suos illic Willelmus Honores,  
Hugoni regnante datos, qui Bituricensis  
Princeps extiterat Consul, etc.

**Honores Comitatus**, seu Comitatus, in Legib. Longob. lib. 1. tit. 25. § 68. et lib. 2. tit. 53. § 2. [\*2. Carol. M. 86. Guido 1.] Eod. lib. 2. tit. 39. § 3. [\*3. Carol. M. 9.]: *Et si bassi nostri hoc non adimpleverint, beneficium et Honorem perdant*. Adde Capitul. Caroli C. tit. 13. cap. 4. tit. 23. cap. 6. tit. 2. cap. 7. tit. 31. cap. 24. Chron. Norman. ann. 869. etc. Hinc *Honores*, ut et *Beneficia*, opponuntur *alodis et proprietatibus*, in Capitul. Ca-

roli C. tit. 19: *Ut omnes in Honoribus et alodis vestris interim consistatis*. Et tit. 30. pag. 292: *Legem et justitiam et in se, et in suis proprietatibus, et in suis Honoribus habeat*. [Adde tit. 31. col. 144. Edit. Baluzii.]

\* (« Res quasdam pertinentes ad supplementum regii Honoris, ob emolumentum æternæ compensationis, inevitabiliter concedimus sanctæ præscriptæ ecclesiæ. [Diploma Lotharii pro Lingonensi episcopo, an. 967. mus. arch. dep. p. 33.] »)

† **HONORES**, appellatæ etiam provinciarum vel urbium Præfecturæ. Charta ann. 1167. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 307: *Illustrissimo domino suo Henrico Regi Anglorum... Johannes de Soligneio salutem et fidele in omnibus obsequium. Ex benignitate vestra contigit ut mihi Honorem Dolensem regendum committeretis. Factum est autem ut dum terram illam regerem, quod, etc.*

**HONORES APERTI**, *Vacantes*, in Cap. Caroli C. tit. 42. § 8. Vide *Apertus*.

**HONORES** vero pro feudis passim occurrunt, [sæpe etiam *Honor* pro præcipuo feudi manerio et universo ipsius ambitu reperitur.] Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 55: *Omni domino licet summonere hominem suum, ut ei sit ad rectum in Curia sua: et si residens est ad remotius manerium ejusdem Honoris, unde tenet, ibit ad placitum, si dominus suus summoneat eum*. [Charta ann. 1069. ex Tabul. S. Victoris Massil.: *Frater autem ejus mundialis ac secularis animi castrum illud nobilissimum ad defensionem sui Honoris aptissimum, etc.* Charta Leodegarii Episc. Aptensis circa ann. 1120. tom. 1. Gall. Christ. inter Instr. pag. 78: *Et insuper totum meum Honorem quem a parte patris mei Rostagni habui*. Alia Froterii Episc. Nemaus. ibidem pag. 5: *Damus et reddimus ad honorem B. Salvii in communia, illum honorem quem Præpositus ejus Ecclesiæ tenere solet*.] Ita vocem hanc usurpant Vitikindus lib. 1. pag. 10. 1. Edit. Rathbertus Monachus de Casibus S. Galli cap. 3. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 464. Fulbertus Carnot. Ep. 96. Joannes VIII. PP. Epist. 130. Leo Ost. lib. 2. cap. 10. 52. lib. 3. cap. 18. Gauderius de Bellis Antioch. pag. 443. Sugerius in Ludovico VI. cap. 17. 18. Joannes Hagulstad. ann. 1138. 1145. 1150. Richardus Hagulstad. ann. 1185. Rad. de Dicofo ann. 1170. Gaufredus Vindocin. lib. 5. Ep. 27. Vetus Charta apud Beslium pag. 388. 393. Epist. 62. inter Francicas tom. 4. Hist. Franc. etc.

**HONORES** interdum laxius quævis possessiones dictæ, in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 5. Tabularium sancti Severi apud Marcam lib. 3. Hist. Beneharn. cap. 11. n. 5: *Decrevi ex meis propriis Honoribus hunc locum accrescere*. Charta ann. 1085. tom. 1. Gall. Christ. inter Instrum. pag. 65: *Damus quandam portiunculam nostræ hæreditatis, scilicet Honorem illum qui quondam fuit proavi Poncii Balde dicti Marini Rufi. Est autem Honor præscriptus in territorio castelli, quod dicitur Fossas in mansionibus, vineis, terris cultis et incultis, in salinis et piscatoriis*. Testament. Guillelmi Montispessulani ann. 1211. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 156: *Inter opus et mensam dominorum Ecclesiæ Magalonæ MM. sol. in Honore emendo*. Charta Alphanti Episc. Aptensis ex Chartul. Aptensi fol. 44: *Faciam deliberationem et gratulam donationem omnipotenti Deo et S. Mariæ Sedis Aptensis ex quodam Honore*

quem Hucusque possedi. Sententia arbitralis ann. 1292. MS. : *Item dixerunt et pronunciauerunt, quod perticus, cum quo mensurantur arpenta terræ, vineæ et alii Honores.* Vita S. Pontii sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 496: *Cum sanctus vir in quendam Honorem monasterii sui hospitandi gratia deuenisset, etc.* Statuta Massil. lib. 1. cap. 58: *Ordinamus præsentem constituto quod Rector vel Consules teneantur et debeant facere inquiri ab aliquibus viris statutis, ... quot et quales, et qui sint Honores omnium personarum extranearum eas habitantium Massiliæ.* Henricus Huntindon. de Contemptu mundi cap. 23: *Possessiones magnas, et varias, quas vulgo vocant Honores.* Sic *Honeurs* usurpant etiam Poetæ nostrates. Le Roman de Rou MS.

N'a droit au fieu, ne à l'Onor,  
Qui se combat à son seigneur.

Le Roman d'Aubery MS. :

Se vos jamais avoir volés m'amor  
Et en Borgoigne tenir fief ne Honor,  
Secorez moi por Dieu hui en cest hor.

Le Roman de Garin MS. :

Et ge estoie venus à nostre Rois,  
Por recevoir l'Onor de Bordoieis.

Villeharduinus n. 123: *Et cil departiroient les fiez et les Honors par les homes, et deviseroient quel service il en feroient à l'empereur.* Et n. 162: *La Duché de Nike, qui ere une des plus haltes Honors de la terre de Romanie.* Charta Beneharnica apud Marcam pag. 339. *L'Aunor d'Az, Honor Aquensis.* [Poema del Cid vers. 290 :

Unos dejan casas è otros onores.

Ubi vers. 302 :

Vos que por mi dejades casas è heredades.

Consuetud. Barcinon. ann. 1358. vulgo *Recognoverunt proceres* dictæ art. 21: *Item quod vicarius donat sex menses pro vendendis Honoribus debitoris, qui jurat se non habere res mobiles, de quibus possit creditori satisfacere.*

\* *Ennor*, eodem sensu, in Charta ann. 1300. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 130. r. col. 1: *En l'Ennor et en la chastellanie du chastiau de Rochefort.* Idem quoque sonat *Honrage* in Lit. Ludov. X. reg. Franc. ann. 1315. ex Reg. A. ejusd. Cam. fol. 79. v. : *Ja fust ce que il (Robert comte de Flandre) tenist en core son fief et son Honrage que il tenoit de nostredit seigneur et pere.* Anor, eodem sensu, in Poem. du Loheran :

Leans avoit meint riche pongneur,  
Comtes et Princes, demoines, vassassors,  
Qui de Girbert tenoient lor Anors.

Et quidem *Annor* et *Anor*, pro *Honneur*, sæpius legitur apud nostros scriptores: unde *Anorer*, honorare. Lit. ann. 1277. in Chartul. Campan. fol. 78: *Salus et accroissement d'Annor, etc.* Le Roman de Garin :

Si li devons moult grant Anor porter.

Ibidem :

Seigneur, dit-il, bone gent Anorée.

HONORES nostri appellarunt *Laudimia*, quæ ratione *Honoris*, seu feudi, domino ex feudorum alienationibus obveniunt. Liber Chirographor. Absiæ fol. 177: *Et habuerunt inde 6. solidos solvendos de venditis et Honoribus.* [Charta ann. 1229. ex Hist. Beccens. MS. pag. 562: *Ad perpetuam firmam decimam, redditus,*

*terras, Honores, pensiones Ecclesiæ, res denique omnes, quas Henricus Abbas, et Ulterioris portus Monachi habebant apud burgum Teroldi.] Ventes et Honneurs, in Consuet. Pictav. artic. 21. 22. 26. 27. etc. Inculismensi art. 10. 12. 16. Rupellensi art. 3. 39. Baiouensi tit. 8. artic. 9. Angeriæ. art. 18. 27. et seqq. Aquensi tit. 9. art. 29. et Turon. art. 165.*

HONOR, apud Hispanos, distat a feudo, et terra. Dicitur enim *Terra*, quam dominus annuatim dat vassallo in pecunia: *Honor*, quem dat sibi sine conditione, ut redditus alicujus villæ; et honor iste non aufertur ei in vita sine causa. *Feudum* autem datur alicui, ut certum servitium faciat. Ita Interpretis legis 2. Alfonsi IX. Regis Castellæ part. 4. tit. 26. quæ sic habet: *Tierra llaman en Espanna, à los maravedis que el Rey pone à los Ricos omes, e à los Cavalleros en logares ciertos. Et Honor dizen à aquellos maravedis, que les pone en cosas sennaladas, que pertenescen tan solamente al sennorio del Rey: et dagelos el por les fazer honra: asi como todas las rentas de alguna villa o castello. Et quando el Rey pone esta tierra, et Honor à los Cavalleros, non facen ninguna postura. Ca se entende segun fuero de Espanna, que lo han à servir lealmente, et non los deben perder por en toda su vida, si non fecieren por qua. Mas el feudo se otorga con postura, prometiendo el vasallo al sennor, de facerle servicio à su costa, et su mision, con cierta contia de Caballeros, o de homes, o servicio sennalado, o en otra manera quel prometiesse de facer.* Vitalis Episcopus Oscensis, apud Blancam pag. 727: *Debent enim omnes civitates et villæ Domini Regis tam majores quam minores Ricari hominibus pro suis stipendiis assignari.* Mox addit, in ejusmodi honoribus Ricos homines judices statuere, multas judicarias percipere usque ad mediam mortificationem et fractionem cultelli inclusive, etc. ita ut Rex nullum in iis jus habeat, nisi præsens sit in urbe, cum pœna hujusmodi est exigenda: *Tunc enim, quia eo præsentem omnia minora officia conquiescunt, et omnia debent per suam excellentiam pertractari, pœnæ per compulsionem Domini Regis exactæ usibus Regis cedunt, etc.* Vide eundem Blancam pag. 734.

HONOR, apud Anglos, significat feudum vel manerium aliquid nobilium, quod regalibus exornatur, et multa inferiora sibi servitutum debentia habet. Cowell. lib. 2. Instit. tit. 2. § 7. [Litteræ ann. 1235. apud Rymer. tom. 1. pag. 310: *Nos reddemus eidem Duci Honorem de Eya cum pertinentiis suis.* Instr. ann. 1283. apud eundem tom. 2. pag. 238: *Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Johanni de Britannia Comiti Richemondix libertatem Honoris Richemondix.]*

† HONOR, Territorium, districtus, *Banleuca*. Litteræ Caroli Johannis Franc. Reg. primogeniti ann. 1357. tom. 3. Ordin. pag. 204: *Quod ad questionem seu clamorem alterius, non mandabunt vel citabunt Senescalli dicti Domini nostri vel Bailivi sui, nisi pro facto proprio ejusdem Domini nostri, vel querela, aliquem habitantem in dicta villa, extra Honorem dicte ville, super his que facta fuerint in dicta villa et pertinentiis et Honore dicte ville, vel possessionibus dicte ville, et in Honore ejusdem.* Pluries ibi.

† OFFICIALES, SERVITORES AD HONORES, Qui non ex officio, sed sponte et voluntarie serviunt, nostris *Honoraires*, *volontaires*. Charta Ludovici Reg. Comit.

Provinciæ ann. 1409. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Jus inquirendi, procedendi, ac puniendi Officiales et servitores nostros, qui Volentes dicuntur, et sunt ad Honores, et nostræ Majestati ac Curie continuo actu non serviunt.*

\* HONOR, Munus; unde *Honorare*, muneribus aliquem prosequi. Charta Caroli C. ann. 25. regni ejusd. in Chartul. S. Dion. pag. 63. col. 2: *Inter tres vero festivitates, videlicet natalis Domini et paschæ ac missa sancti Dionysii honorandus abba ejusdem loci a fratribus per annum de libris argenti sex, in hoc computati Honores, qui ei dabantur per prædictas festivitates.*

† HONOR CATHEDRÆ, Præstationis species quæ Episcopo quotannis in singulum subjectionis ab Ecclesiis exsolvitur. Concilium Bracarense cap. 2. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 111: *Placuit ut nullus Episcoporum cum suas dioceses perambulant; præter Honorem cathedræ suæ, id est, duos solidos, aliquid aliud per Ecclesias tollat. Honor nude dicitur in Præcepto Theodorici Calensis apud Ecardum de Orig. familiæ Habsburgo-Austr. col. 113: *Non Archidiaconus, non Ecclesiæ judices, nec censum mittere, neque pastum, neque Honorem in rebus monasterii accipere non audeat.* Vide *Cathedraticum*.*

\* HONORES DECEDENTIUM, Quæ per testamenta ecclesiis offeruntur. Charta Ludov. VII. ann. 1150. in Chartul. Compend. fol. 54. r. col. 2: *Insuper etiam personarum decedentium Honores libere et absolute concessimus.* Vide *Oblationes defunctorum in Oblatio*.

\* HONOR BEATÆ MARIÆ, Ita appellatur monasterium sanctimonialium Oisterciensis ordinis prope Orchesium, in Ch. Joannæ comit. Fland. ann. 1234. ex Chartul. 2. Fland. fol. 98. in Cam. Comput. Insul.

\* HONOR NORMALIS, Regula monastica. Charta Loth. et Ludov. regum pro fundat. S. Maglor. ex Chartul. ejusd. monast. ch. 1: *Volumus... ut idem locus semper abbatem habeat ex propria congregatione, qui ipsam casam Dei et monachos ibidem degentes cum normali Honore custodiendo tractet.*

\* HONOR VEXILLI, Jus vassallos suos in prælium sub vexillo suo conducendi, quod ad Milites *banneretos* pertinebat. Charta ann. 1407. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 36. r. : *Nos Philippa uxor dudum et nuper relicta nobilis viri, dum vixit, domini Mathæi de Gornay, qui statu baronis et Honore vexilli, dum in humanis agebat, præditus existebat, etc.* Vide *Bannereti*.

\* HONORES FACERE, Phrasis Gallica, *Faire les honneurs d'une ville*, Munera, honoris causa, offerre, aliquem honorifice habere. Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 150. col. 1: *Item dictæ communitates se congregaverunt in dicta domo communi, et domini consules faciendo Honores villæ, dederunt dictis communitatibus unum vas vino plenum, etc.* Hinc *Honneur* nostri etiam dixerunt convivium, quo aliquis honoris testificatione excipiebatur. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 95. Chartoph. reg. ch. 124: *Lesquels burrent tout ensamble... en la maison de un ami... lequell les receust et festia bien honorablement... liquier le lendemain pour le remunerer et guerredonner de la courtoisie, qu'il leur avoit faite, il donnerent un disner... Lors comença ledit Perrin à dire que de l'Honneur ou du disner dessusdit il ne paieroit aucune chose.*



† **HONORABILE FEUDUM.** Vide in *Feudum*.

**HONORABILES,** *Honoribus perfuncti*, ut est in leg. un. Cod. Th. de Comitib. vacantib. (6, 18.) seu *administratione perfuncti*, ut in leg. 2. eod. Cod. de Medic. (13, 3.) Qui quidem titulus vulgo a nostris in civitatibus concedebatur iis, qui civilia munia obierant, quos *Honorables personnes* vocabant: tametsi hodie apud nos viluit ejusmodi appellatio, quod nobilitati, quam omnes ambiunt, quodammodo opponatur, [vel ut rectius dicam, opponi falso existimetur. Hoc quippe titulo donatos videmus, et id quidem duobus retro sæculis, eos qui majoribus dignitatibus Ecclesie vel Regni illustres fuerunt.] Interdum etiam *Honorabiles* appellantur in dignitate constituti, ut in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 8. [\* 10.]

\* *Honeraules hommes et saiges*, in Charta ann. 1347. ex Chartul. Valcel. sign. E. Vide supra *Discretus*.

† **HONORABILIS,** Ornatus, optime instructus. Codex MS. Consuetud. S. Augustini Lemovic.: *Septimus decimus (Abbas) Raimundus... ipse fecit... quinque casulas obtinuit, nec non et quinque libros Honorabiles, scilicet Epistolas Pauli, et Epistolas Jeronimi, etc.*

1. **HONORABILITAS,** Titulus honorarius Episcoporum, apud Facundum Herminianensem lib. 4. cap. 2. pag. 152.

† 2. **HONORABILITAS,** Decorum, decentia, honor. Capitul. Caroli C. ann. 862. tit. 35. cap. 9: *Et paratus sum cum tali caritate et Honorabilitate illum recipere sicut Christianus Rex Christianum Regem, et sicut diligens patruus dilectum nepotem debet recipere.*

\* Honoris testificatio. Annal. Bertin. ad ann. 865. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 89: *Nicolaus papa Arsenium Ortensem episcopum et consiliarium suum cum epistolis ad Hludovicum et Carolum fratres, non cum apostolica mansuetudine et solita Honorabilitate, sicut episcopi Romani reges conseruerant in suis epistolis honorare, transmittit.*

\* **HONORABILITER,** Honorifice, in iisdem Annal. ibid. pag. 90.

† **HONORANTIA,** Honor, pompa, Italis *Honoranza*. Annal. Casenat. ann. 1324. apud Murator. tom. 14. col. 1141: *Triumphus quidem maximus fuit ibidem, ad quorum Honorantiam concurrerunt Florentini, Perusini, etc.*

1. **HONORANTIÆ,** Honores, privilegia, prærogativæ. Charta ann. 1193. in Hist. Bellunensi pag. 98. vº: *Cum omnibus suis pertinentiis, Honorantiis, et districtibus, etc.*

\* Charta Caroli IV. imper. ann. 1360. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 705: *Cum universis et singulis ditorum marchionatum... iuribus, limitibus, fructibus, utilitatibus, pertinentiis, honoribus, obventionibus, Honorantiis debitis et consuetis, etc.*

\* 2. **HONORANTIÆ,** Gall. *Honoraires*, Stipendia. Stat. Vercel. lib. 2. pag. 36. vº: *Item quod fiat iustitia comitibus de Cabaliaca in Honorantiis ejusdem loci, curtis et territorii; non obstante aliquo statuto, scilicet de Honorantiis extra burgum, de quibus solutionem non receperunt.*

† 1. **HONORARE,** Forte pro *Onerare*, hoc est, alicui servitio subicere; nisi *Honorare* hic idem sit ac *concedere*. [\* In honorem seu feudum concedere. Vide in *Honor.*] Charta ann. 1261. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 161: *Nec de cætero possim hæreditatem meam vendere, nec*

*alicui obligare nec Honorare absque eorum licentia* [\* Forte donare, ut *Honorare*, 3. Germ. *Verehren*. Theoder. Comit. Holland. Chart. ann. 1083. apud Kluit Hist. Comit. Holland. tom. 2. part. 1. num. 19: *Antecessores nostri ex propriis possessionibus eandem ecclesiam dei construxerunt, ditaverunt et Honoraverunt.*]

\* 2. **HONORARE,** Verbis seu titulis honorariis alicquem compellere. Vide supra in *Honorabilitas* 2.

\* 3. **HONORARE,** Muneribus seu beneficiis alicquem prosequi. Charta ann. 1228. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 99: *Promittentes vobis bona fide ejusdem domini regis, quod ipse benefaciet vobis et Honorabit vos.* Vide supra *Honor*, *Munus*.

\* 4. **HONORARE,** Stipendia præbere, remunerari. Charta Caroli III. imper. ann. 885. apud D. *Bouquet* tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 393: *Qui quatuor quanto plus sunt laboraturi, tanto plus in stipendio, in vestitu, in equitatu, præ ceteris sunt Honorandi.* Vide supra *Honorantiæ* 2.

\* 5. **HONORARE,** Celebrare. Stat. Univers. Tolos. ex Cod. reg. 4222. fol. 49. vº: *Immo ex hoc ipsa festiuitas amplius poterit Honorari et ipsa universitas congregari.*

† **HONORARIUM VINUM,** Quod Regibus et potentibus honoris gratia offertur. Vetus Gloss. MS. Sangerman. ex Isidoro lib. 20. cap. 3.

**HONORATI,** Qui in honoribus ac dignitatibus sunt constituti, vel qui dignitates gessere, seu in urbe, seu in provinciis. Gloss. Lat. MS: *Satrapæ, Judices, Honorati, vel Principes.* *Ἀξιωματικοί*, in veteri Glossario; οἱ ἐν ἀρχαῖς γεγενημένοι, Libanio; οἱ ἐν ἀξίαις, Gregorio Nazianz. Orat. 1. Stileut. *Honoribus usi*, in aliquot Inscript. maxime enim *Honorati* dicuntur post gestos honores. [\* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 21.] Lex 8. Cod. Th. de Privilegio eorum qui in sacro palat. mil. (6, 35.): *Qui vel post administratam provinciam Honorati auctoritate fulcitur.* Salvianus lib. 3. ad Eccl. Cathol.: *Introducunt nempe in testamentum, quos nunquam introducere in affectum, et hoc maxime, ut dixi, aut locupletes, aut nobiles, aut Honoratos, et qui nisi potentes essent, parentes forsitan non fuissent.* Victor Vit. lib. 1. Vandal. persec.: *Senatorum atque Honoratorum multitudinem... caelilo contriuit.* Julius Africanus seu Abdias lib. 6: *Venerunt autem cum eis Indorum Honorati, etc.* Usatica Regni Majoric. MSS: *Si aliquis Honoratus homo, seu mulier Honorata captus seu capta detinebitur, ibidem non detineantur in domo, ubi homines seu mulieres modici valoris detinebuntur.* Ade Epist. Honorii et Theodosii ad Agricolum Præf. Præt. Gall. editam a Sirmondo ad Sidonium, Leonem PP. Epist. ad Episcop. Viennensis provincie; Gregorium Turon. lib. 8. cap. 42. Adamnanum lib. 1. de Locis SS. cap. 3. Agobardum lib. de Dispensat. Ecclesiast. rer. cap. 2. Capitulare Pipini Regis Italiæ cap. 36. Synodum Ticinensem ann. 850. cap. 4. Baron. ann. 1054. n. 22. et quæ concessit Jacobus Gothofredus ad Leg. unic. Cod. Theod. de Offic. Judic. Civil.

† **HONORATI,** Qui honorarium per codillos vacantes dignitatem habent, leg. 1. C. de offic. civil. jud. (1, 45.) leg. ult. C. de offic. divers. jud. (1, 48.) leg. 1. C. de honor. vehic. lib. 11. (tit. 20.) Panciroli lib. 1. Thesauri var. lect. cap. 77.

**HONORATI,** Qui honores, hoc est, feuda,

possident. Capitul. Radelchisi Princip. Beneventani cap. 27: *Si populus portionis meæ... irint in exercitu quocumque, et quolibet modo occiderint vel apprehenderit vestros Honoratos ac vassallos.* Vide *Honor*.

**HONORATIM,** Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hieros. cap. 4: *Nec permittebat Imperator introire in civitatem multos simul: sed Honoratim, vel quinque, vel sex de potentioribus, ad horam ingredi sinebat.* Ita utraque Editio: id est, cum honore debito.

**HONORERIUM,** Presbyterium, consessus Presbyterorum honoratorum. Inscriptio Christiana apud Gruterum 1174. 8:

Parvulus interea Petri nutritus ovilli,  
Primus Honorerii Presbyter enituit.

† **HONORIFICABILITUDINITAS,** Honor. Albertus Mussatus de Gestis Henrici VII. lib. 3. rubr. 8. apud Murator. tom. 10. col. 376: *Nam et maturius cum Rex prima Italiæ ostia contigisset, legatos illo Dux ipse direxerat cum regalibus exentiis Honorificabilitudinitatis nec obsequentiarum ullius causa, quibus etiam inhibitu pedes osculari regio.*

**HONORIFICABILITUDO,** pro *Dignitas*, in Charta Hugonis Archiep. Genuensis ann. 1187. apud Ughellum.

\* **HONORIFICARE,** Honoribus et dignitatibus cumulare, apud Hincmar. in Epist. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 359: *Deus... vos... præ ceteris Honorificavit et ditavit.* [\* Vide *Forcellinum*.]

\* **HONORIFICATIO.** Hraban. Maurus de Rever. Filior. cap. 1: *Quam placita fuerit omnipotenti deo Honorificatio parentum et subjectio filiorum, etc.*

1. **HONORIFICENTIA,** Titulus honorarius Pontificum, in Epist. Isidori Hispal. ad Masonam Emerit. Episcopum, de cuius fide viri docti dubitant. Vide Joannem VIII. PP. Epist. 269. [\* et Liberium PP. Epist. 3. apud Coustant. pag. 423.]

† 2. **HONORIFICENTIA,** Dignitas, pompa. Instrum. ann. 1362. in Tabular. Massil.: *Reformavit quod cantare soleme fiat pro salute animæ ipsius domini nostri Regis bonæ memoriæ, iuxta modum et Honorificentiam cantaris domini Andree mariti primi dominæ nostræ Reginæ.*

3. **HONORIFICENTIA,** Idem quod *Honor*, Feudum, dignitas feudalibus. Pacta inita inter Francos et Venetos ante expugnationem CP. in Gestis Innocentii III. PP. pag. 93: *Est autem sciendum, quod a nostra et vestra parte 12. homines vel plures pro parte eligi debent, qui juramento adstricti, feuda et Honorificentias inter homines distribuere debent, et servitia assignare, etc.* Occurrit ibi pluries. Idem Innocentius in Epist. ad Marchionem Monferratensem: *Non habito respectu ad possessiones et Honorificentias, quas obtines affluenter.*

\* **HONORIGER.** [Honoratus, honorificus. Tertull. *Virg. veland.* 10. *Honorigeram* notam virginitalis præ se ferre.]

† **HONORIPETA,** Ambitiosus, qui honores accupatur. Apuleius de Philos. lib. 2: *Culpabilium autem virorum quatuor formæ sunt: quarum prima Honoripetarum est.*

1. **HONORIPETA,** Idem quod *Honor*. Charta Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1309. in Regesto ejusdem Regis n. 85. ex Tabul. Regio: *Nec pedagium seu barragium in Honorio castri et Castellania de Burdellia solvere compellentur.* [\* Seu

*honoris* aut feudi territorium et ambitus. Charta ann. 1349. ex Tabul. Flamar. : *Prout redditus in Honorio de Montinhiaco in et circa dotes assignantur.*

\* 2. **HONORIUM**, Suprema jurisdictio ejusque districtus. Charta ann. 1313. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 102 : *De Honoris et ressortis nostris aliarum ballivarum circumvicinarum, Honorium sive ressortum ballivæ basidiæ S. Ludovici crescerent et ampliarent, etc.*

**HONOROSUS**. Regula Templariorum cap. 10 : *Quia assueta carnis comestio intelligitur Honorosa corruptio corporum. Ita Editio Andr. Favini et Labbei. [f. pro Onerosa.]*

† **HONORUS**, Honorificus. Frodoardus in fine libri metrici de Romanis Pontificibus :

*Ac geminans dono cumulatum muneris almi  
Pergere lætante amplexu dimisit Honoros.*

Mabill. in Itinere Germ. tom. 4. Analect. pag. 52 :

Hunc librum Carolus quondam perfecit Honoros.

† **HONTEISTER**, Mensuræ species. Charta ann. 1238. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 421 : *Quæ terra solvit annualim ad Nativitatem Domini quadraginta et tres denarios Bruxellenses, et novem fertellas avenæ, cum mensura quæ dicitur Honteister, nomine census.*

**HONTFONGENETEF**. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 723 : *Teneant omnes prædictas terras... in liberam, puram, et perpetuam elemosynam, et sicut aliqua elemosyna liberius dari poterit vel teneri omnino, extra dangerium nostrum, hæredum, vel assignatorum nostrorum, ballivorum, vel ministrorum, in perpetuum, tantummodo Hontfongenetef mihi retento.*

1. **HONUS**, pro *Honor*. Gloss. Lat. Gr. : *Honus, honor, τῆς ἰσχύος, τῆς ἀνθρώπων.* Glossæ Lat. : *Honus, honor, dignitas.* Adde Isidor. lib. 1. cap. 26. et Egesippum lib. 5. cap. 23. extremo, ubi nullus *Honus curat hoc vulnus*, legi in MSS. Codd. moment viri docti. Vide Chronicon. Fredegarii cap. 82.

\* 2. **HONUS**, pro *Onus*, Gall. *Charge*, in Stat. ann. 1358. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 193. art. 19. et alibi.

**HOPELANDA**, Pallii vel tunicæ species, nostris, *Houpelande*. Statuta pro S. Capellæ Paris. : *Canonicis Cavendum est, ne subtile superpelliciam induantur Houpelandæ, propter deformitatem, quæ ibi multotiens est apparens in colleris.* [Charta ann. 1433. ex Archivo majoris Ecclesiæ Massil. : *Houpelandam nostram sive tunicam brevem de violeto obscuro foderatam de bocassino et de gris.* Charta ann. 1406. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 827 : *Dedit D. de Vauclet pannam seu forraturam Houpelandæ suæ. Item legat.... unam suam Houpelandam rubeam martris foderatam.* Litteræ Caroli V. Regis Francor. ann. 1367 : *Nulla ipsarum audeat portare aliquam Houpelandam.*]

† **HOUPPELANDA**. Statuta Eccl. Ambian. circa ann. 1450. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1226 : *Suppones quoque Houppeandas, vilanos et alia vestimentorum genera, præter tunicam, superpelliciale, mantellum, houciam et epilogium non portent (Ecclesiastici.)* Vocis etymon ab Uplandia provincia arcessit Huetius, quod inde credat allatas fuisse *Houppeandas*. *Pelandas* eas vocant Itali.

\* *Houppeandas succinctas, nimia longi-*

*tudine vel brevitate notatas*, in Stat. S. Capel. Bitur. ann. 1407. ex Bibl. reg. Varias hujuscæ vestis formas descriptas habemus ex Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 317. vº. ad ann. 1394 : *Houppeandas plaines de draps, de laine et de soye, les unes longues, les autres à my jambe, les autres au-dessus du genou, et les autres courtes : et aussi de semblables Houppeandas entaillées menuement ou grossement, en bendes à pelz et en quelconque autre maniere. A pallio in quibusdam scutis aureis efficto, Houppeandas vel au mantelet nuncupata fuisse, discimus ex Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 61 : *Sept escus d'or, nommez Houppeandas, etc. Vide in Moneta.**

\* **HOPULANDA**, Eadem notione. Vinc. Ferrar. in serm. de S. Joan. Bapt. ad calcem Natal. Burg. pag. 155 : *Cogito ego quod (S. Elisabeth) fecit sibi amplas Hopulandas sive vestes, ut absconderet partum, timens ne gentes dicerent : Ecce, licet sit devota, tamen adhuc vacat libidini.*

† **HOPERATUS**, *Operatus*, Contextus. Vetus Cæremoniale MS. B. M. Deauratæ : *Et ibi debent reperire forastollum præparatum a gentibus Sacriste munitum de uno panno lineo, Hoperato de circo.*

† **HOPIA**, *Veneri* genus, quod ex incisio capilibus papaverum succo expresso conficitur. Laur. in Amalth.

† **HOPLA**, Populus, arbor. Charta Mathildis Comitissæ ann. 1096. tom. 2. Bullarii Casinensis pag. 117. Vide *Oplis*.

\* **HOQUELATOR**, Gall. *Hoqueleur*, Versutus ac fraudulentus litigator, fallax, rixosus ; a verbo *Hocqueler*, litigiis vexare : unde *Hoquelerie*, fallacia, dolus. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 494 : *Rixosus et ebrius, verberator, Hoquelator et captor gentium ad hoquetos.* Aliæ ann. 1364. in Reg. 94. ch. 58 : *Lequel Alain estoit Hoqueleur, bateur, brigeux, tasseur, etc. Cabuseurs, Hoqueleurs et trompeurs de gens, in aliis ann. 1370. ex Reg. 100. ch. 609. Aliæ ann. 1380. in Reg. 118. ch. 348 : *Icellui Boudin estoit homme hautain et Hoqueleur.* Aliæ ann. 1412. in Reg. 166. ch. 377 : *Lequel Jehan estoit de très mauvaise vie et Hoqueleur en tenant plusieurs gens en grans procès. Lequel Thomas estoit homme Hoqueleur, procédeux et rioteux, in aliis ann. 1427. ex Reg. 173. ch. 709. Denique aliæ ann. 1463. in Reg. 194. ch. 311 : *Le suppliant dit : Ce n'est point fait de bon procureur, mais est fait d'un Hoqueleur.* Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. ch. 220 : *Jehan du Puch dist que c'estoit la coutume des sergens de tanser et Hoqueleur les bonnes gens.* Aliæ ann. 1395. in Reg. 149. ch. 151 : *Icellui Jehan fu accusement contredisant, en disant que c'estoit une Hoquelerie ; et ledit Hennequin lui repondi que ce n'estoit qu'esbatement.* Vide *Hocketours* et *Diction*. Menagii v. *Hoquelerie*. Quæ voces omnes accensendæ videntur a vocabulo**

\* 1. **HOQUETUS**, nostris *Hoquet*, Impedimentum quodvis, difficultas quæ moram affert in negotiis. *Houquet*, in Lit. ann. 1354. tom. 2. Ordin. reg. Franc. pag. 558. Locum vide in *Hucciare*, ubi minus bene allegatur. *Occot*, eodem sensu, ni fallor, in Testam. Hugon. V. ducis Burg. ann. 1314. inter Probat. tom. 2. ult. Hist. Burg. pag. 155. col. 1 : *Volons nous que nostredis hoirs soit contraints, sens deloy et sens Occot, por la court le roy de France monseigneur à tenir et garder.... les choses dessusdites.*

Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 494 : *Hoquelator et captor gentium ad Hoqueulos.* Haud scio an huc spectet vox *Hocquemelle* ex aliis Lit. ann. 1413. in Reg. 167. ch. 283 : *L'expoyant dist à icellui Garelle que autrefois avoit il eu une Hocquemelle ; qu'il se gardast d'en avoir un autre et qu'il ne seust rangier.*

\* *Hoquet* vero, *Pedum* pastorale sonat, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 158. ch. 346 : *Icellui Caton getta un sien baston à bergier, appellé Hoquet, au suppliant.* Aliæ ann. 1410. in Reg. 165. ch. 25 : *Adam Michiel pasteur de son Hoquet ou baston à bergier, et le suppliant de son Hoquet à picque, etc.*

† **HOQUETUS**, Singultus, Gallice *Hoquet*. Bulla Johannis XXII. PP. in Extravag. de Vita et honestate Clericorum, ubi de musicis sui temporis : *Nonnulli novæ scolæ discipuli... melodias Hoquetis intersecant.*

\* Hinc *Hoquet* dixerunt Ictum sub mento inflictum, quod sonum singultus efficiat. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 76 : *Icellui Perrinet fist un petit Hoquet de sa main au menton dudit Symon en lui levant haulz son menton par un cop seulement. Icellui Jehan bailla audit son compaignon un Hoquet par le menton, in aliis ann. 1394. ex Reg. 147. ch. 12. Hoqueter* vero, est Quatere, succutere, vulgo *Ebranler* in secouant. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 162. ch. 252 : *Icelle jeune fille oy gens qui Hocquetoient à l'uis du jardin.* Aliæ ann. 1410. in Reg. 164. ch. 280 : *Quand le suppliant ne trouvoit point l'huis ouvert, il faisoit tant en le Hoquetant et sourdant, que il ouvroit.*

† 1. **HORA**, Moneta, vel pars libræ monetariæ. Vide *Ora*.

\* *Horis*, monetæ Britannicæ species, in Lit. remiss. ann. 1480. ex Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 225 : *Targes et Horis, autrement appellez gros de Bretagne.*

\* 2. **HORA**, Regio, idem quod *Italica Contrada*. Charta ann. 1230. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 13. ad Hist. B. Chiara pag. 361. inter not. : *Domus posita in civitate Arimini Hora S. Gregorii, a duobus lateribus totius domus plateæ publicæ.*

† **HORA NONA**, Vox usurpata ad significandas partes Orientis circa solsticium hiemale. Charta incerti anni apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 250 : *Usque dum pervenitur ad ipsum locum ubi tres fossæ simul adveniunt. Et tunc vadit fossa sancti Catuodi quasi ad Horam Nonam per abrupta loca usque dum pervenit ad unam nodula.*

† **HORA TERTIA**, post meridiem scilicet, Partes Occidentis circa solsticium hiemale. Charta mox laudata ibidem : *Et in capite marcasii levat fossa per montem Huelgoret quæ recte vadit quasi ad Orientem. Tunc relinquens nodam quæ vadit ad puteum tenens nodam unam cum fossa contra Horam Tertiam.* Chartularium Quimperleg. fol. 82. vº : *Fossa... quæ recte vadit ad Orientem, et antequam pervenit quasi ad acervum petrarum curvat parum per quasi ad Horam Tertiam.*

† **HORA ENRABIADA**. Capitulum MS. S. Victoris Massil. ann. 1312 : *Statuimus quod prima illa Hora dicta Enrabiada, in qua Prima aliquotiens dici consuevit, quæ non edificabat, sed potius animos fratrum conturbabat, ex nunc in antea non dicatur.* Haud scio an huc spectet quod legitur in Dialogo inter Cluniac. et Cisterc. monach. apud Marten. tom.

5. Anecd. col. 1608 : *In ætate, sonitu exercitati post solis ortum surgitis; et antequam Primam cantetis, opera vestra tam otiosa quam negotiosa soletis operari, ipsam Primam celebritatem in horam diei secundam fere plenam differentes. Sed hæc nihil ad vocis originem.*

\* 3. **HORA BASSA**, Serotina. Lit. remis. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 288 : *Invenit dictum Jacobum Brouhuat et dictam Johannetam in hospitio Petri de Lermet, januis clausis et sine aliqua media persona, circa Horam nonam bassam. Aliæ ejusd. ann. ibid. ch. 380 : Comme à Heure de basse rissue, lui Gosset estant à la croix d'icelle ville de Verneuill, etc.*

\* **HORA CAPTATA**, Præstituta. Vide supra *Captatus*.

\* **HORA CLIQUETI**, Qua mane pulsatur campana. Vide supra *Cliquetum*.

\* **HORA MACELLI**, Qua, ut videtur, merces venum expositas emere licet. Acta S. Aurei tom. 3. Jun. pag. 55. col. 1 : *Quadam autem die, videlicet feria quinta ante festum Walpurgis, Hora macelli, sarcophagum lapideum, miro modo et plane sectum, . . . invenerunt.*

\* **HORA PARVA**, Exiguus temporis articulus. Barel. serm. in feria 5. hebdom. 3. Quadrag. : *Propter insuetudinem vini, in parva Hora se inebriaverunt. Vide infra Horula*

\* **HORA dicta de remontée**, vel *du ravalier*, vulgatus de *relevée*, Pomeridiana. Lit. remis. ann. 1383. in Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 319 : *Le Lundi xvij. jour de ce présent mois de May à Heure de remontée. Stat. pannif. in Lib. rub. fol. magn. domus publ. Abbavil. art. 31 : Et seront tenus lesdis manouvriers de retourner à l'ouvrage à maubege du ravalier. Vide infra *Releveia*.*

\* **HORA nuncupata de Riotte**, Qua merenda sumebatur, designata in Glossar. Lat. Gall. S. Germ. Prat. : *Merenda, le mangier de l'heure de none. De riotte appellata a verbo Recigner vel Rechigner, Merendam sumere; quæ pomis aut pyris asperis fiebat : unde fortean nomen; vel a rixa, nescio qua ratione, quod indicare videtur vox Gallica Riotte. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 125. v. ad ann. 1372 : Or est vrai que . . . environ Heure de riotte, etc. Ruyot fol. 138. r. ad ann. 1377 : Environ Heure de entre riote et cœuvre-fu, etc. Ruyote, in Lit. remis. ann. 1376. ex Reg. 111. ch. 358 : Item an erant plures in vico Hora, qua pulsatur Ruyote ? Heure de rissue dicitur supra in Hora bassa. Vide *Rechinus* et infra *Reclitinium*.*

\* **HORA SERALIS**, Vespera. Lit. remis. ann. 1378. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 230 : *Prædicti exponentes euntes per villam Matisconensem de nocte post Horam seralis, causa spatiandi, etc. Heure de l'ansery, in aliis ann. 1421. ex Reg. 171. ch. 479 : Comme le suppliant environ Heure de l'ansery eust envoyé pour lui sur les murs de la ville de Reims et pour la garde d'icelle un jeune filz, etc. Vide infra *Sera 1. Serale 2.**

\* **HORA SIGNI**, Gall. *Heure de saint*, Qua signum seu campana pulsatur. Lit. remis. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 209 : *Item en un autre jour, . . . comme environ Heure de saint sonnait pour fermer les portes de ladite ville (de Montargis). Vide *Signum 8.**

\* **HORA TARDA**, nostris *Heure tarde*, Serotina, crepusculum. Inquisit. contra Templar. ann. 1311. ex Cod. reg. 5376. fol. 16. r. : *Interrogatus si illa die ulterius viderunt se simul; et respondit quod*

*Hora tarda se viderunt. Lit. remis. ann. 1409. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 281 : Hora tarda, quæ vulgariter vocatur hora inter canem et lupum, etc. A heure d'encour (f. pro entour) chien et leu, in aliis ann. 1381. ex Reg. 119. ch. 417. Entre deux Wignorons, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1370. ex Reg. 100. ch. 861 : Comme le suppliant passoit par devant l'ostel dudit Claye à Tournay à heure d'entre deux Wignorons rabat jour, etc. Aliæ ann. 1450. in Reg. 180. ch. 151 : Icellui de Alheras, le Samedi après ensuivant Heure tarde, ala de vie à trespasement.*

**HORÆ CANONICÆ**, Officia diurna, quæ in Ecclesiis fideles psallendo exequuntur, sic dicta, quia certis horis recitari debent juxta Canones et regulas SS. Patrum. Hæc autem septem numero sunt, scilicet, *Matutina, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorium* : quæ ita recensentur in Canonibus Saxonici Ælfrici ad Vulfinum Episcopum cap. 19. Uhtsang, id est, *Cantus antelucanus* : Primsang, id est, *Cantus matutinus* : Undersang, i. *Cantus tertianus* : Middægsang, i. *Cantus meridianus* : Nonsang, i. *Cantus nonalis* : Æfensang, i. *Cantus vespertinus* : à Nihtsang, i. *Cantus nocturnus*. Papias : *Synaxis, Græce, Hora dicitur, quando fratres conveniunt. De Horis Canonicis et earum institutione ac antiquitate ex SS. Patribus multa scripsere, qui de ritibus Ecclesiæ tractatus ediderunt, inprimis Durandus lib. 5. Ration. cap. 1. et seqq. Durantus de Ritibus Eccles. lib. 3. cap. 1. et seqq. Pamelius ad S. Cyprian. de Orat. domin. Bellarminus lib. 1. de Bon. oper. cap. 11. Baron. ann. 34. num. 163. 251. ann. 51. n. 69. Gazæus ad Cassianum, Hæftenus lib. 7. Disquisit. Monast. tract. 2. 9. et alii passim. Adde Excerpta Egberti Archiep. Eborac. cap. 28. et Glossar. med. Græcit. voce Ὥρα, col. 1791.*

☞ **Tredecim horarum cursus nocturna et diuturna continuatione cum integro psalterio persolvisse S. Gerardum Episcopum Tullensem referunt Acta Episcop. ejusdem Ecclesiæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1053. Quid consuetis septem horis addiderit non percipio.**

**HORÆ**, nude. Gervasius Dorobernensis : *In hac Capella ante exilium et post, Missas celebrare, Horas audire, et frequenter orare solebat. Ordericus Vital. lib. 6. pag. 607 : Cotidie Missas audire studebat et Horas. Monast. Anglic. tom. 1. pag. 876 : Interim dicamus Horas et Evangelia nostra. Ita ψάλλειν τὰς ὥρας, dixerunt Græci recentiores. Vide Nomocanonem nuper editum a Cotelerio cap. 37. 53.*

\* **Iis etiam privatim cum alia muliere recitandis assidue vacabat uxor Caroli V. ut discimus ex Lit. ann. 1363. in Reg. 92. Chartoph. reg. ch. 261 : Don fait par Mons. le duc (Charles V.) à Estienne Julien, valet de la chambre M<sup>re</sup> la duchesse, et à Maheut Boutefeu sa femme, qui aide à dire les Heures de Madame, en acroissant de leur mariage, quatre cens frauz d'or pour une fois.**

**HORARIUS**, Liber Horas canonicas continens, apud Gillebertum Lunicensem Episcopum de Usu Ecclesiastico.

**HORÆ DIURNALES**. Ordericus Vitalis libro 12 : *Diurnales horas ad Laudem Dei ex debito modulabantur. Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis cap. 15 :*

Psallebant semper Capellani reverenter Horas nocturnas sibi, quotidieque diurnas.

Will. Thorn. ann. 1283 : *Vel alius rogatus ipatus dicit Horas de die in Conventu.*

**HORÆ REGULARES**, quæ et *Canonicæ*, vel quæ juxta regulam monasticam in Ecclesia decantantur : apud Lanfrancum in Decretis pro Ordine S. Benedicti cap. 14. 15. in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 38. et alibi sæpe, etc.

**HORÆ DE S. MARIA**, Quæ in quibusdam Monasteriis cum *Horis regularibus* cantantur. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 50 : *Sive Hora regularis, sive de sancta Maria, etc. Et cap. 55 : Notandum, quod Horæ de sancta Maria mediocri voce dicendæ sunt, et cum cantu, et in his non inclinatur, ad Gloria Patri. Ad omnes Psalmos communiter sedent, etc. Vide Concil. Tolosanum ann. 1229. can. 14.*

\* **HORÆ**, Liber precum, Gall. *Heures*. Menoti Sermones fol. 159. v. : *Les Sergens sunt ministri diaboli; ecclesia eorum est taberna, numquam enim veniunt ad sermonem; servitium eorum est blasphemare nomen Dei; Hore eorum sunt charte et alee, Pater noster sunt taxilli.*

**HORARUM RECEPTOR**, Qui canonicas Horas persolvendas curat in Ecclesia, et stipendia Canonicis, qui iis intersunt, persolvit. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 2. Non. Febr. : *Hic dicitur fieri Missa de B. Virgine, . . . in qua Receptor Horarum tenetur distribuere Canonicis et majori altari servientibus unicuique 2. sol. etc. Ejus munus alibi dicitur officium Horarum. 6. Id. Martii : 150. libr. Paris . . . solvendas sine dilatione annis singulis ab illo, qui prædictarum Horarum officium procurabit. In Charta alia veteri Horoscopus videtur appellari, ejusque officium Horoscoparia et Horoscopatus : nisi ille sit, cui temperandarum Horarum et Vigiliarum diligentia committitur, in Vita S. Leobini Episcopi Carnotensis.*

**HORÆ INCOMPETENTES**, id est, *silentium*, in Capitulis Adalhardi Abbat. cap. 43.

\* **HORALIS**, Vestis seu tunicæ species, Gall. *Casaque*. Charta abb. de Conchis in Ruthenis ann. 1325. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 471 : *Ad hoc officium ponderandi . . . consules eligent sui deputabunt hominem legalem, . . . qui poterit tenere et portare baculum nostrum seu Horalem, ut serviens noster. Vide mox *Horarium*.*

**HORAMA**, OROMA, ORAMA, ex Gr. ὄραμα, Visio, apparitio. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis : *Priusquam pugnaremus, video in Horamate hoc. Vita S. Wilhelrodi cap. 2 : Mater intempestæ noctis quiete celeste in somnis vidit Horama. [S. Gerardus in Mirac. S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 362 : Cut (ædituo) nocte quadam in Horamate se idem Confessor offerens, etc.] Adde Rodolphum Tortarium lib. 5. Miraculor. S. Benedicti n. 12.*

**ORAMA**, sine aspiratione, aliis. Ugutio : *Orama, visio, somnium*. Olbertus Abbas Gemblac. de Miracul. S. Veroni n. 2 : *Obstupuit Presbyter ex Oramate.*

**OROMA**, interdum, et crebro habent Scriptores. Aldhelmus lib. de Virgin. cap. 3. ait, S. Joannem Evangelistam in *Pathmo raptum in Oromate*. Et cap. 26 :

Oroma per noctem cernobat rite supernum.

Guido Monachus Corbeiensis in Vita S. Anschari Arch. Hamburg. cap. 4 :

. . . Quod Oroma vir ille tenaci Portractans animo.

Et cap. 16 :

Pœna mali vindex fuit hujus Oromatis index.

Pœta anonymus de Episcopis Eboracensibus :

Oroma gentilis, qua viderat ipso supernum.

Adde Fulcuinum de Gestis Abbatum Lobiens. cap. 2. Fridegodum in S. Wilfrido cap. 25. Ermenricum in Vita S. Soli cap. 9. etc.

**HORARIE**, quasi *Ad horam* : Galli dicentur : *Pour un temps, Pour une heure*. Charta Raimundi Episcopi Tolosani ann. 1160. apud Catellum : *Nisi illi scilicet, qui vere, et non Horarie fratres fuerint, vestes crucibus signatas non simulate deferentes, etc.*

\* **HORARIUM**, Vestis episcopalis in formam sindonis. Hugon. Metel. epist. 41. tom. 2. Monum. sacr. Antiq. pag. 987 : *Item non absque lineo amictu incedere laudabile est, sed pretium linearum vestium non habere, valde enim ignominiosum est et plenum dedecoris, referto marsupio gloriari, quod non habeas Horarium et sudarium*. Glossar. Lat. Ital. Ms. : *Horarium, la scufia*. Vide *Horatis* et *Orala*.

1. **HORARIUS**. Genethliacus. Gloss. Gr. MS. cui titulus *Στέφανος λέξων*, ex Biblioth. Reg. Cod. 1688 : *Ἰεροσόλωτος, ὁ σκοπεῖν τὴν ὄραν ὡρεῖσθιος*. Vide alia notione in *Horæ*.

\* 2. **HORARIUS**, Qui, ratione beneficii seu præbendæ, *Horas canonicas* seu officia diurna in ecclesiis psallendo exequitur, et in his vices canonici agit, vulgo *Heurier*. Charta Caroli V. reg. Franc. ann. 1367. ex Tabul. Carnot. : *Optamus quod duodecim dietæ ecclesiæ (Carnotensis) capellani in collegio Horariorum et matulariorum ipsius ecclesiæ ex nunc per decanum et capitulum ejusdem ecclesiæ electi, etc.* Necrol. recens. Ms. ejusd. eccl. ex antiquioribus compositum : *x. Cal. Maii. Obiit Philippus de Cornillon archidiaconus Dunensis, qui dedit pro uno Horario perpetuo x. lib. x. sol. annui redditus*. Comput. ann. 1372. ex eod. Tabul. : *ic. Mart. anniversarii in Clementis Frascaille Horarii matularii*. Vide infra *Matularii*.

\* 3. **HORARIUS**, Qui stipendia canonicis qui *Horis* intersunt, persolvit. Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Item ab Horario super curtillia aux Botelous, quinquaginta solidos*. Necrol. Paris. Ms. ad iv. Id. Febr. : *Quæ omnia supradicta et singula tenebit et possidebit Orarius (sic) ad opus Horarium ; ita tamen quod dictus Horarius solvet annuatim in die anniversarii dicti Stephani Fredet centum solidos Paris*. Idem qui alibi *Receptor Horarum* dicitur. Vide in *Horæ*.

† **HORATIM**, Per horas, vel horis competentibus. Vita S. Illidii tom. 1. Junii pag. 430 : *Qui divino mancipati servitio, ecclesiastico more Horatim laudes Deo persolverent*.

† **HORATORIUM**, pro *Oratorium*, Minus altare, quo nomine intelligi debent Capellæ et minores Ecclesiæ, quæ a principali dependent. Consecratio Ecclesiæ B. M. Virg. in villa Formiguaria ann. 873. tom. 1. Hist. Occitan. inter Instr. pag. 126 : *Ecclesiam sancte Marie... cum appendiciis et Horatoriis suis*.

† **HORCA**, Vas olei, vel species amphoræ. Vita S. Sidronii Mart. tom. 3. Julii pag. 183 : *Et jussit exhiberi quadraginta Horcas olei, et mitti super flammam ignis*. Vide *Orca*.

**HORDA**. Udalricus lib. 3. Consuetud.

IV

Cluniac. cap. 8 : *Pannos... non suspendunt ad siccardum in Horda, ut alii fratres ; sed tantum deponunt in herbario claustris*. Puto legendum in *Chorda*.

† **HORDALICIUM**, HORDAMENTUM. Vide in *Hurdicium*.

**HORDARIUS**. [\* Visselbec. Chron. Huxar. ad ann. 1160 : *Matthias Sperber Hordarius seu quæstor dedit burnetum, id est nigrum pannum*.] Vide *Hordera*.

† **HORDEARIUM**, *Es quod pro hordeo equili persolvebatur*. Laur. in Amalth.

† **HORDEATIO**, Morbus equorum, in Amalth.

\* **HORDEICIUM**, Pali in fossatorum marginibus infixi, ne statim ad mœnia accessus pateret, Gall. *Palissade*, alias *Hordis* et *Hordois*. Reg. Phil. Aug. sign. 34. bis ex Chartoph. reg. part. 1. fol. 95. v. col. 1 : *Hordeicum reparandum inter portam de Monte Musardi et portam mercati, etc.* Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 58 : *Il geterent le feu gréjois ou Hordis que il y avoient fait faire*. Guill. Tyrii contin. Hist. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 614 : *Or vous dirai qu'il avint la nuit, la pierre d'une perriere fêri si à l'ordois d'une tornace, que li Hordois chai, etc.* Vide *Hurdicium*.

† **HORDEOLUS**, Apostema nascens in extremitate palpebræ. *Hordeoli in palpebris*, Prisciano lib. 1. cap. 12.

**HORDERA**, HORDARIUS, Vox Saxon. *hordere*, Quæstor, ab *hord*, Thesaurus. Leges Adelstani Regis cap. 8. apud Bromptonum : *Et quicunque Hordera Regis, vel præpositus furi consentaneus erit, etc.*

**HORDERARIUS**, Ibid. cap. 15. Inde **HORDERIUM**, in Legibus Canuti Regis cap. 104. ubi dispensa exponitur : *Sed suum Horderium quod dicere possumus Dispensam, et custam suam, et trage, id est, scriinium suum debet ipsa custodire*. Hinc Anglis *Hord*, et *Horder*, eadem notione.

**HORDICIUM**. Vide *Hurdicium*.

† **HORDINIUS**, f. Hæres, successor. [\* Vel potius *Hordinium*, Posteritas. Vide *Ordinium*.] Charta ann. 1286. ex Tabular. D. de Flamarens. : *Constantinus Darton et Maria ejus uxor... tradiderunt jam dicto Geraldo de Sentis pro se et suo Hordinio stipulanti et recipienti totam illam domum et localem in quo est*.

**HORGRIFT**. Lex Bajwar. tit. 7. cap. 3 : *Si quis propter libidinem liberæ manum injecerit, aut virgini seu uxorî alterius, quod Bajvari Horgrift vocant, cum 6. sol. componat*. Ubi Lindenbrogius : *Hore*, meretrix : *grifte*, tactio. Nec Angli secus, ait Spelmannus. At hic non de meretrice agitur ; sed de virgine, aut alterius uxore. Proinde existimarem potius standum Editioni Heroldi, quæ *Horichrift* præfert, ut sit tactus cum vi, pulsatione, offensâ. Est enim *Hort*, pulsatio, unde *Horten*, pulsare, alidere, et *Grift*, tactus. Lectiones alias profert Baluzius ex Codd. MSS.

† Lindenbrogianam interpretationem probat Schilterus. Et quidem licet de virgine aut aliena uxore hic agatur, nihilominus vocem *Hurgrift*, vel, ut legendum censet *Horgrift* de tactu meretricio, non violento, injurioso tamen et puniendo, interpretandum existimat : quam compositam docet ex *Hur*, meretrix, et *Grift*, contactus.

\* **HORIA**, Charta abb. de Conchis in Ruth. ann. 1325. ex Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 471 : *Item ut in præmissis honor seu Horie nostræ serventur, statimque et ordinamus, quod consules dietæ villæ clavem domus, in qua pondus tenebitur,*

*nobis præsentent anno quolibet. Sed restituendum procul dubio Senhoria nostræ, id est, domini. Vide Senhoria 2.*

**HORIDIA**, pro *Hordeum*, perperam scriptum apud Alypium Antiochen. in Descript. orbis cap. 30 : *Vina varia, oleum, Horidiam, purpuram bonam, etc.*

\* **HORIOLOGIUM**, pro *Horologium*. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item solebant esse quædam Horologia. Aliud Gallicum : Item y souloit estre un reloge, etc.* Vide mox *Horologium 2.*

† **HORIPETÆ**, Qui horas petunt. Papias.

\* **HORLA**, Ora, limbus, Gall. *Ourllet*. Stat. sabbat. Carcass. ann. 1402. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 560. art. 7 : *Nullus magister nec alter operarius dietæ artis sabbatæ... sit ausus ponere seu immiscere de duobus cortis, quasi dicamus corium mutonis immiscere cum corio vaguæ seu de cordoa, nec e converso, nisi esset tamen Horle vel vengueta*. Ubi leg. *Lengueta*, ut habet Registrum. Vide *Orlum*.

† **HORMENI**, pro *Armeni*, apud Wildebrandum ab Oldenborg in Itinerario Terræ Sanctæ : *Nullis munitionibus cingitur, unde potius eam villam, quam civitatem nuncuparem, si sedem Archiepiscopalem Hormenorum in se non haberet*.

**HORMESTA MUNDI**, vel **ORMESTA**. Ita inscripta vulgo in MSS. Codicibus Pauli Orosii Historia, uti monemus in V. *Ormesta*, in Codd. scilicet Dunensi, Groenendalensi, et Vallis S. Martini Lovaniensis, apud Sanderum part. 1. pag. 187. et parte 2. pag. 137. 200. præterea in Vita S. Baboleni tom. 1. Hist. Franc. pag. 662. et in Tractatu vernaculo sat antiquo de Heraldicis. Sed et monet Josias Arndius in Lexico Antiquitatum Ecclesiasticarum pag. 997. in quodam antiquo Codice inscribi : *De miseria hominum*. In Codice vero 508. Sangermanensi titulus ita concipitur : *Pauli Orosii Presbyteri Liber de Ormesta, seu miseria mundi* : ex quo irrepsit titulus alius *Hormesta mundi*. Quam quidem *Hormesta* vocem rursus perperam irrepsisse volunt viri docti, atque in iis Stephanus Pighius in Hercule Prodicio, pro *Orchestra*, seu *scena*, in qua varii rerum casus, Imperatorum mutationes, et hominum miseriarum palam exponuntur. Hunc sane titulum quodammodo præfert Editio Parisiensis ann. 1506. Inscriptur enim : *De miseria hominum per peccatum ab initio* : forte quod caput 1. libri 1. initium ducat ab his verbis : *Ego initium miseriarum hominum ab initio peccantis hominis ducere institui, etc.* Quod quidem caput in Editione Francisci Fabricii aliquot ante periodis auctius legitur, adeo ut Editio Parisiensis prior fuerit ipsius Orosii Editio, quam ille postmodum auxerit. Vide Bongarsium in Præfat. ad Gesta Dei per Francos sub finem.

\* Consule præterea Joan. Alb. Fabric. Bibl. Lat. med. et inf. ætat. tom. 5. pag. 520. ubi varias doctarum virorum opiniones de hac voce collegit et discutit.

**HORNA**, pro *Urna*. Joannes Diaconus in Episcopis Neapolit. in Agnello II : *Perpetuis temporibus alimenta constituens ducentorum nempè et decem triticis modiorum, totidemque vini Hornarum per singulos annos*. [\* Vide *Urna*.]

**HORNEGELDUM**, Tributum, quod exigitur pro animalibus cornutis, ex Saxon. *Horn*, cornu, et *geld*, tributum, præstatio. Est etiam in Chartis, *quietum esse de quadam consuetudine exacta pro tallagio per totam terram, sicut de quacunque bestia cornuta, ut habet Rastallus*. Hinc

30

crebro in Chartis iisdem : *Sint quieti de ... scutagis et hidagiis, gildis, danegeldis, Hornegeldis, fotgeldis, etc.* tom. 1. Monast. Angl. pag. 192. 976. tom. 2. pag. 17. 812. Vide *Cornagium*.

**HORNE WITH HORNE**, Voces Anglicæ, i. *Cornu cum cornu*, vel *Cornutum cum cornuto*, quod dicitur de cornutis animalibus, quæ simul una pascendi quis jus habet. Constitutio Roberti Dunelmensis Episc. ann. 1276. apud Spelman. : *Similiter de decimis, quæ de vaccis proveniunt, statuendum duximus, quod ubicumque fuerit receptaculum eorum, licet in vicinis parochiis Horne with Horne, secundum Anglicam linguam, pascua quærant, illi remaneat tota decima, ubi fuerit domicilium et remanentia.*

**HORNO**, ORNO. Joan. de Janua : *Horno, hoc anno. Item hornotinus, et hornus, hujus anni.* Voces prisce Latio notæ, et a recentioribus in usum revocatæ. Hincmarus Remensis : *In Synodo apud Vermeriam palatium olim ab Orno habita obscuro declamavi.* Vide *Flooardum* lib. 1. cap. 20. lib. 3. cap. 22. *Petrum Damian.* lib. 7. Ep. 17. lib. 8. Ep. 11. etc.

**ORNA**, Papiæ, *Unius anni palea* : quo modo forte *Horna messis*, Plauto [et *Horatio* lib. 2. Sat. 6.

Cum pater ipse domus palea porrectus in Horna.]

**HORNOMME**, Andreas Suenonis lib. 4. *Legum Scanicæ* cap. 8 : *Ad sopiendam controversiam exortam super limitibus duarum villarum, quamvis una ex alia consistet originem habuisse, vel super terra, quæ vulgariter Hornomme appellatur, etc.*

† **HOROCOPUS**, f. pro *Horoscopus*, Excubitor, vel f. idem qui *Horarum receptor*, de quo in *Horæ*. Index MS. Beneficiorum Ecclesiæ Constant. : *Rector... a tempore antiquo debet dare ad prandendum duobus Horocopis dicte parochie... tribus sollempnitatibus anni.*

**HOROCRALU**. Lex Aleman. tit. 100 : *Aneta, gariola, ciconia, corvus, cornicula, columba, Horocralu, et cauha, etc.* In Edit. *Lindembrogiana* abest hæc vox.

\* **HOROLOGIATOR**, Horologiorum opifex, Gall. *Horlogeur*. Arest. ann. 1413. 30. Aug. in vol. 11. arestor. parlam. Paris. : *Pro parte Henrici Bye Horologia-toris et custodis seu gubernatoris horologii palatii nostri Parisius, etc.*

† 1. **HOROLOGIUM**, ὁρολόγιον, Liber Ecclesiasticus apud Græcos, Horas diurnas et officia continens. Vide *Glossarium mediæ Græcit.* col. 1794. et *Suiceri Thesaurum* in ὁρολόγιον.

2. **HOROLOGIUM NOCTURNUM** invenit Pacificus Archidiaconus Veronensis, qui vivit Lothario Ludovici Pii filio imperante, si qua fides illius Epitaphio, quod ex Panvino recitat Ughellus in Italia sacra tom. 5. pag. 609 : *Horologium nocturnum nullus ante viderat, en invenit argumentum, et primum fundaverat. Nocturnum vero dicitur ad discrimen solaris, seu diurni horologii: proindeque illud forte fuerit, cujusmodi hodie frequens est usus, æreum scilicet aut ferreum, quod rotis, ponderibus, libraminibus, ac campanulis constat, cujus inventor, Polydorus Virgilium, et Guidonem Pancirollum lib. 2. Novorum Repertorum cap. 10. illiusque commentatorem Henricum Salmuthum, aliosque hactenus latuit. [\*\* Vide Murator. Antiq. Ital. tom. 2. col. 391. c.] Tradunt tamen Anales Francor. anno 807. Aaronis Persarum Regis Legatos inter cætera munera Carolo M. attulisse *Horologium ea**

*aurichalco arte mechanica confectum, in quo 12. horarum cursus ad clepsidram vertebatur, cum totidem æreis pilulis, quæ ad completionem horarum decidebant, et casu suo subjectum sibi cymbalum tinnire faciebant, additis in eodem ejusdem numeri equitibus, qui per 12. fenestras completis horis exibat, et impulsu egressionis suæ totidem fenestras, quæ prius erant apertæ, claudebant. Alia fuere horologia quæ ex aqua vocat Vitruvius lib. 9. cap. 9. et quæ aquis eub modulo fluentibus temperantur. Senator lib. 1. Epist. 45. Hinc*

**HOROLOGIUM TEMPERARE**, in Libro Usuum Ord. Cisterciensis cap. 114. apud Bernardum Mon. in *Consuet.* Cluniac. MSS. cap. 53. 54. 114. in lib. Ord. S. Victor. cap. 21. in Statut. Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 8. etc. nostris, *Monter l'horloge*, seu pondera vel momenta librare, vel sursum evehere, quæ cum in imum delapsa sunt, tum horologium cecidisse dicitur, ibidem. Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 8 : *Sacrista debet temperare Horologium, et ipsum facere sonare ante matutinas ad se excitandum quotidie.* Vide *Index*.

† **HOROLOGIUM EXCITATORIUM**, Gall. *Reveil*. Chron. Mellic. cap. 774 : *Excitabit aliquis a superiore deputatus, qui Horologium Excitatorium habeat, ad omnes quoque cellas lumen deferat.*

† **HOROLOGICA VASA**, Martiano Capellæ lib. 6.

\* **Horologium solare** ita describit Gasp. de Solf monachus Valcel. circa initium sæculi xv. in *Gestis abb. ejusd. monast.* Mss. : *Erat Horologium in medio claustris sub divo positum; trabes videlicet lignea in altum porrecta, habens in summitate sui speram ligneam, habentem inferius vij. lineas incisas, juxta numerum scilicet vij. diei horarum: non solum autem horæ, sed etiam puncti ante vel post horas, qui in regula S. Benedicti leguntur, hoc est hora pene iv. hora quasi vj. plena tertia, decima plena, et illud quod dicitur medietate octava hora, subtiliter in præfata spera habebantur designati: in medio quoque ejusdem speræ virgula ferrea erat posita, per quam umbra solis in lineas punctosque descendens, horas singulas designabat.*

3. **HOROLOGIUM**. Synodus Nemausensis ann. 1284. c. de Decimis : *Districte etiam prohibemus, ne Clerici bladum, Horologia, vel quælibet alia decimare præsumant.* Ubi vir doctus emendat *Horrea*. [\*\* Perperam pro *Hortaligium*, hortus leguminum, ut videre est, in *Hortus*, ubi idem statutum laudatur.]

\* **HOROLOIGUS**, *Che colie le ore*. *Glossar. Lat. Ital. Ms.* Vide *Horoscopi*.

**HOROMA**, [Græc. ὄραμα, Visio.] Vide *Horama*.

\* **HOROSCOPARIA**, **HOROSCOPATUS**. Vide *Horarum Receptor* in *Horæ*.

† **HOROSCOPI** dicti quod horas *nativitatis hominum specularunt, dissimili et diverso fato*. Isid. lib. 8. cap. 9. Vox Astrologis notissima, Græcis ὁρασκοπία.

† **HOROSCOPICUS**, Eadem notione. Epistola Johannis de Monasteriolo apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1439 : *Quid de Julio Cæsare, Crasso ac Pompeio dices? de quibus Horoscopicus et mathematicus præfatus fuerat, eos post omnem felicitatem Romæ in domibus mortuos.* Alias *Horoscopicus* est *Pertinens* ad diem natalem apud Firmicum lib. 1. Mythol.

† **HOROSCOPIUM**, Signum, indicium. Miracula S. Joannis Beverlac. tom. 2. Mail pag. 194 : *Cum superesset adhuc*

*quasi unius horæ spacium ut eis signum surgendi præberet Horoscopium.* Sidonius lib. 4. Epist. 3. utitur pro Instrumento ad indagandam horam natalem, a Græco ὁρασκοπῆσιν.

† **HOROSCOPIUS**, *Instrumentum quoddam rotundum vel quadrum, habens circumquaque multas divisiones et medicinium in medio, in quo sunt foramina per quæ omnes horæ et stellæ cognoscuntur: unde Astrolabius dicitur.* Sic Papias. Aliis *Horoscopus* vel est Astrologus, qui horas, maxime natales, inquiri vel considerat; vel ea pars cœli quæ genituræ tempore ab Oriente oritur vel ascendit in hemisphærium; hincque *Ortus* vel *Ascendens* dicitur; vel est illud punctum temporis quo quis nascitur; vel denique idem est qui *Excubitor*, ut in Charta ann. 1221. apud Miræum tom. 1. pag. 100 : *Salvis tamen illis calcis, qui de jure debentur Scabinis Namurcensibus, et tribus Horoscopis, duobus portariis castris et duobus præconibus villæ.* Vide *Horarum receptor* in *Horæ*.

**HOROWENO**. Vide *Charocna*.

† **HORREARIUS**, ἀποθηκάρχος, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. MSS. Præses et custos horrei. Nota vox Ulpiano leg. 5. § 3. Dig. de his qui effuderint, et leg. 60. § ult. Locati Senator. lib. 10. Epist. 28 : *Arcarios, prorogatores tritici, vini et casei, macellarios, vinarios, capitularios Horrearios et tabernariorum, etc.* [\*\* Vide Marin. Pap. Diplom. not. 7. ad num. 75.]

† **HORREATICUS**, Pertinens ad horreum. *Horreaticæ species*, Fructus in horreo asservati leg. 3. Cod. Theod. de conditis in horr. publ. (11, 14.)

\* **HORRENDIUS**, Magis horrendum. Charta ann. 1358. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 5 : *Sed quod Horrendius seu detestabilis est, etc.* Nostris *Horribletz*, Horrendum crimen, in Ordinat. ann. 1360. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 32. rº : *Plusieurs autres excès, crimes et Horribletz faiz et perpétréz.* *Horraile* vero, Pars aratri, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 62 : *Le suppliant trouva une Horraile de charrue, de laquelle il frappa sur ledit Perrin.*

† **HORRENTIA**, Aversatio. Tertull. adv. Marc. lib. 4. cap. 24 : *Pulverem jubet excuti ad Horrentiam terræ illorum.*

\* **HORRERE**, Horreri esse, apud Gregor. Turon. lib. 1. Hist. Franc. cap. 42 : *Horrent terrenæ species, Horrent solaris.* [\*\* Pro Minas jactare in Reinard. Vulpe lib. 1. vers. 1236. 1655. ibid. Horror pro Minæ lib. 2. vers. 61.]

† **HORRESCENTIA**, Timor, pavor. Tractatus ann. 1417. apud Rymer. tom. 9. pag. 519 : *Asserentes se propter potentiam et per Horrescentiam Ducis Burgundiæ, in eorum itinere existentis, tute ad locum tractatus venire non posse.*

**HORREUM**. Joannes Diaconus in Episcopis Neapolitanis : *Ante majoris Ecclesiæ fores inagnum edificavit Horreum, in quo cubiculum aptavit: erat autem Horreum locus destinatus ad custodiam pretiosarum rerum ad quotidianum usum deservientium.*

**HORRIBILIS**, Qui aliquid abhorret, refugit. Constantinus Africanus lib. 1. de Morborum cognit. cap. 20. ubi de Cura amoris, quem morbum in cerebro contiguum esse ait: *Ab ebrietate caveant (qui amore tenentur,) et cum oporteat, dormiant, post somnum vero in balneo delectentur, cum aqua et ære temperato et lucido, neque eis accedat, quod animus abhorreat.* Interrogatus autem quidam a Philosophis, quare *Horribilis* homo gravior esset quam quodlibet pondus, taliier res-



pondisse fertur: Homo, inquit, Horribilis pondus est animi solius: alia vero pondera animæ et corporis sunt communia. In Glossis antiquis MSS. Horribile exponitur infinitum.

\* **HORRICOMIS.** [Qui horridos pilos, vel comam habet, ut *Horricomis* canes, apud *Apul. 4. Met. et Horricomis* hircus, 7. *ibid.*]

† **HORRIDITAS;** Locus horridus, opacior latebra. *Sallas Malaspinae* lib. 4. *Rer. Sicul.* pag. 302: *Alii per silvas, alii que per montes, alii ad nota, nonnulli per ignota, devia fugientes... illos nigra salvat Horriditas, alios in calcata semita calles devehit per occultos, etc.* Pro horrore usurpavit *Nævius: Omnia mihi Horriditati erant maximæ.*

\* **HORRIFICALIS.** [Horrificus. *Accius* apud *Non. 3. 231.* *Operta* squalitate est, luctuque *Horrificali.*]

**HORRIPILARE, HORRIPILATIO,** cum capilli præ horrore eriguntur. *Jo. de Janua.* *Gloss. Lat. Gall.: Horripilatio, Herissement de poil pour paour.* *Gloss. Græc. Lat.: ὀρροπιλῆσις, Horripilo.* *Gall. Lat. Græc.: Horripilatur, ὀρροπιλῆσαι.* *Gloss. Lat. MS. Reg.: Horripilatur, Horret.* *Apuleius* lib. 3: *Aures immodicis Horripilant auctibus.* Et lib. 8. de apro: *Pilis inhorrentibus, corio squalidus.* *Friedericus Imp. lib. 1. de Venat. cap. 23: Quando aves timent aut irascuntur, Horripilant plumas, etc.* Adde cap. 57, etc. [Cumque *Horripilasset a timore visionis insolitæ*, in *Vita Gregorii VII. PP. tom. 6. Maii pag. 141.*]

**HORRIPILATIO.** *Jo. Diaconus* in *Hist. Translationis S. Severini Noricorum Apostoli* num. 4: *Quod... omnibus immensam Horripilationem incussit.* Et mox: *Quousque, ait, Horripilationem patimini, metu vesano fluctuantes?* *Theobaldus* in *Vita sancti Guillelmi Eremitæ n. 24: Non enim, ut assolet, accidit ei Horripilatio, non frontis rugatio, etc.* *Odo Archiepisc. Cantuariensis* in *Epist. præfixa Fridegodi Carmini: Igitur venerabilissimas B. Confessoris Christi Wilfridi reliquias indecentis sentinosæ voraginis situ marcidas, imo prælatorum Horripilatione neglectas, etc.* *Rythmi* in *obitum Henrici VII. Imp.:*

Fit mentis trepidatio,  
Stupor, Horripilatio,  
Ob nefas contremendum.

Adde *Ecclesiasticum* cap. 27. 15. *Lib. 2. Miraculor. S. Bertini* cap. 5. *Messianum* in *Vita S. Cæsarii Arelat.* pag. 252. *Vitam S. Bernardi Pœnitentis* n. 11. *Vincientium Belvac.* lib. 26. cap. 62, etc. Hinc nostris *Hurepé*, cui pili horrent, vel eriguntur. *Rob. Bourron* in *Merlino, MS.: Et fu moult Hurepés, et ot moult longue barbe.* *Philippus Mouskes* in *Ludovico VIII:*

Li Quens Hurepais Felipes,  
Ki ert assés vaillant et vistés.

Vide *Menagium* in *Originibus Linguae Gallicæ V. Hurepois.*

† **HORRIPILATIO,** Tremulus motus, qui in febris reversione accidere solet. Canonizatio *S. Edmundi Cantuar.* apud *Marten.* tom. 3. *Anecd. col. 1844: Item quidem volo teneri ad votum, si statim post hanc accessionem ita plane curatus fuero, quod nulla succedat accessio, nec Horripilatio frigoris aut caloris.*

† **HORROR,** Carcer, locus caligine horridus. *Epistola* ann. 1204. apud *Marten.* tom. 1. *Anecd. col. 788: Tunc vero Kariscacus Imperator, et Imperatrix uxor ejus... qui diu in Horrore tenti fuerunt et*

*inclusi... mandaverunt quod per Dei gratiam, et nostrum auxilium, fuerant a carcere liberati.*

**HORSGABULUM,** [vox ibrida, ex *Anglico Horse, Equus, et Gabulum* vel *Gablum, Census, tributum; Horsgabulum* ergo est *Redemptio pecuniaria, nomine census, alicujus servitii quod cum equo quis debebat. Custumarium Monasterii de Bello* apud *Spelman. tit. Brenhame fol. 91: Alicia Frere tenet... et debet inde de redditu... et de Horsgabulo, ut supra 4. den. falcare per 3. dies, etc.*] Vide *Nydbedripes.*

\* **HORTA,** pro *Hortus.* *Visselbec. Chron. Huxar.* ad ann. 1297: *Hermann Locher pro perpetua sui memoria omnem hæreditatem contulit S. Petro, domum scilicet, Hortas duas, tria pascua, etc.*

\* **HORTALIA, HORTALITIA, Olera** et alia id genus, quæ in hortis nascuntur; *Hortaleses* et *Ortaleses*, in *Charta* ann. 1543. ex meis schedis. *Stat. Montis-reg. pag. 238: Teneantur ipsi camparii emendare omnia damna, messes, fenum, canabum, linum, legumina, airatia, Hortalia, fructus, etc.* *Stat. crimin. Saonæ* cap. 19. pag. 30: *Pro rebus vero esculentis, Hortaliis et similibus, quis non possit puniri pro furto.* Vide in *Hortus.*

\* **HORTATIS,** perperam pro *Hortalis*, in *Charta* ann. 1183. inter *Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 442.* Vide hanc vocem in *Hortus.*

**HORTATUS,** Impetu detrusus, *Horten Germanis* et *Belgis.* *Lex Alaman. tit. 99. § 2: Si porcarius ligatus, de via Hortatus vel battutus fuerit. Alii legendum censent ostatus.* Vide *Legem Salicam tit. 27. § 20. [Hurter nostris pro Impetum facere in aliquem, illidere, pulsare. Le Roman de la guerre de Troyes MS.:*

Si assai lent lor anemis,  
Tant qe à la voie les ont mis,  
A grant destruit les ont Hurtez.]

\* Unde *Heurteure, Impulsio, illisus* *Bestiar. MS.:*

C'est li Sauveres qui se trait  
Sour les pieres formes et dures,  
Qui pour cos, ne pour Heurteures  
Ne li failent, ne ne fauront.

\* **HORTELLUS, Ager cultus et clausus.** *Vita S. Domit. tom. 1. Jul. pag. 50. col. 2: Oratorium vero et Hortellos, ac vineam, quam ibi construxerant, cuidam presbytero commendantes, etc.*

\* **HORTILIO,** [Horti custos. *Isid. Gloss.*]

\* **HORTIS,** Hortus. *Chartul. Bitur. fol. 162: Cedo . . . . curtilem unum cum Horte, etc.*

\* **HORTIVUS, Hortensis.** *Stat. Cadubr. lib. 3. pag. 65: Nullus terram arrioriam, prativam seu Hortivam post prohibitionem et ultra consuetudines regularum intrare præsumat.* Vide infra *Ortivus.*

† **HORTUS DOMINICALIS, Abbatialis.** *Transactio* inter *Abbatem et Monachos Crassenses* ann. 1351. ex *lib. viridi fol. 53: Et de aliis herbis quæ crescunt in Horto Dominicali ipsius Monasterii, et fabas teneres.*

† **HORTUS, Septum,** *Gall. Clos.* *Charta* ann. 1122. tom. 2. *Rerum Mogunt. pag. 744: Et una carrata vini, in una dumtaxat vinearum, quas Hortos vocant, iuxta muros castelli jacentium.*

† **HORTUM.** Testamentum *S. Gennadii Episcopi Asturic.* tom. 3. *Concil. Hispan. pag. 172: Terra de Scaldido ejeti; Horti et omnia quæ ad usum Monasterii pertinent, imposui.*

† **HORTALE.** *Johannis de Germentae Hist. de Mediolano* cap. 27. apud *Murator. tom. 9. col. 1245: Non plura in-*

*quiens invalidum e lecto tollit, quem transacto vicino muro per Hortalia Monasterii Horoni in montalium interiora domus secum defert.* *Chron. Madoet.* apud *eundem* tom. 12. col. 1100: *Guido a domo sua per vicina hospitia, muros et Hortalia transiens, etc.*

**HORTALIS, Italis, Hortali luogo di molti horti, Curtilis:** in *Charta* anni 1009. apud *Ughellum* tom. 9. pag. 61. et in *alia Willelmi Regis Siciliae* ann. 1179. apud *eundem* tom. 7. pag. 715. [*Charta* ann. 845: in *Append. ad Marcam. Hispan. col. 781: Vindo illas villas jamdictas... cum casalibus et Hortalibus, cum pratis et pascuis, etc.*] *Libertates Regni Majoricarum* ann. 1248. apud *Joan. Darnetum* in *Hist. Regni Balearici: Et damus vobis casas et casales, hortos et Hortales, etc.* *Matth. Villaneus* lib. 9. cap. 79: *Ne condussono tra gli Hortali dentro.*

**HORTIFER, Hortus, Curtilis.** *Vetus Charta* apud *Vadianum, de Monasteriis, etc.: Cum curtis clausis, cum Hortiferis, vel pomiferis, vel officinis, quæ ibi esse videntur.*

† **HORTALITIUM,** diminut. ab *Hortus.* *Vita B. Luchesii* tom. 3. *Aprilis* pag. 599: *Cuncta si quidem quæ de agello sive Hortalitiio provenire poterant, quasi manu perforata peregrinis et advenis... erogabat.* *Bulla Martini V. PP. ann. 1423.* in *Bullario Carmelit. pag. 175: De bonis sibi a Deo collatis quoddam oratorium cum ecclesia, cœmeterio, campanili, campana, nec non domibus, hortis, Hortalitiis.* Eadem occurrunt in *alia Bulla Calisti III. PP. ann. 1457.* apud *Miræum* tom. 1. *Diplom. Belgic. pag. 457.*

† **HORTICELLUS,** Eadem notione. *Bulla Stephani III. PP. ann. 755.* apud *Felician.* in *Hist. S. Dionysii* pag. xxviii: *Igitur quia petistis a nobis quatenus... domum positam juxta Monasterium B. Martini cum inferioribus st superioribus suis, cum metatu suo et Horticello... vobis ad tempus emissa præceptione concedere deberemus.*

† **HORTICULA, Hortulanus.** *Epistola Johannis de Monasterio apud Marten.* tom. 2. *Ampliss. Collect. col. 1391: Horticulam censuarium... qui Parisius, ut assolet, nuperius cum vehiculis suis profisciscens, in alliis, cepibus, porris, caulibus, etc.*

† **HORTICULUS, Hortulanus, hortorum colens.** *Vetus Gloss. MS. Sangerm.*

**HORTILIO, Hortulanus;** sed proprie *arearum, des aires*, nostris, *Ortilion.* *Gloss. Isid.: Hortilio, Horti custos.* *Will. Brito* in *Vocabul.: Ortus, unde Hortilio, et hortolanus.*

**ORTILIS, Hortus.** *Charta Abbonis* pro *fundatione Monasterii Novalicensis* ex *Tabulario Ecclesiæ Gratianopolit. fol. 48: Et in Massilia res nostras proprias, casas, et Ortilis, quæ de avunculo meo Dodone obvenit, et de avia mea Dodina. Similiter ad Pero casas et Ortilis, qui mihi de parente mea Godane obvenit.*

**HORTOLANUS, seu ORTOLANUS.** *Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 593: Et totam decimam feriaz S. Christophori... et in Marchesio unum Ortolanum quietum cum sua terra.* Vide *Ortolanus.*

**HORTULANUS, Officium Monasticum,** cui horti cura incumbit, apud *Udalricum* in *Consuetud. Cluniac. lib. 3. cap. 20. Liber Ordinis S. Victoris MS. cap. 11: Hortolanus Celerario subjectus est, ut si quid fuerit in horto, quod ipse velit, et expedire noverit, ad servitium fratrum accipiat.* [\*] Vide *Adalhart. Statut. S. Petri Corbeien. lib. 2. cap. 1.]*

**HORTOLAGIUM**, [Præstatio pro leguminibus quæ in hortis crescunt.] [\* Et ipsamet legumina et olera cujusvis generis. Vide *Ortolagium* in *Oriol.*] Tabularium Episcopatus Autissiod.: *Debet quilibet denariatam de quocumque Ortolagio, nisi fuerit de suo orto, et si de suo orto, nihil debet.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 436: *Eis dedit pro 5. acris terræ, et pro una (sic) Ortolagio, et nona garba totius lucrationis, etc.* [Notitia Ecclesiæ Diniensis per Gassendum pag. 83. e Tabulario ejusd. Eccl. ad ann. 1320: *Bona, proventus... Præposituræ consistunt... in quartaria apud aquas calidas et illis partibus, quæ consistit in Hortolagis et aliis obventionibus.*] Observandum porro, ea vocabula plerumque absque aspiratione scribi, quomodo apud veteres, ut auctores sunt Varro et Festus.

† **HORTULARIA**, Olera, legumina, et alia id genus quæ in hortis nascuntur. Charta ann. 1108. apud Baluzium tom. 5. Miscell. pag. 373: *Quatenus Monachi hortum suum et quod in horto excolerent absque reclamatione et alicujus dominationis redhibitione possiderent; excepto si olera horti vel fructus arborum et cetera Hortularia venundarentur, tunc de venalibus decimum Canonici darent.*

† **HORTALIGIA**, Eadem notione, in Statutis MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280: *Bladum, vinum, Hortalia, fenum, fructus, etc. clerici decimare non præsumant.*

\* **HORTORAGLIÆ**, Idem. Stat. Montis-reg. pag. 225: *Item statutum est quod qui ceperit alienos fructus domesticos, rapas vel Hortoraglias, ubicumque essent, solvat bannum, etc.* Vide supra *Hortalia* et infra *Ortolaglia*.

\*\* **HORTULATIO**, Hortorum cultus. Chronic. S. Michael. in pago Viridun. cap. 34. ap. Pertz. Script. tom. 4. pag. 85: *Remotiora vero... agriculturæ vel hortulationi se commodant.*

\* **HORULA**, Temporis punctum, Gall. *Instant*. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 118. pag. 310: *Cumque hinc obsessi magna virtute bellica urgerent, hinc illos obsidentium tædiosa continua inquietarent certamina, non potuit reperiri Horula, etc.*

\* **HOSA**, [Tibiale, caliga, Gall. *Heuse*; *Hosella*, Gall. *Housseaux*.] Vide in *Osa*.

\* **HOSA VINI**, Mendum esse suspicor, in Charta ann. 1034. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 201: *Suscipit etiam aliud colaphum Ricardus de Lillabona, qui Hosam vini comitis Roberti ferebat.*

† **HOSCHA**, Portio terræ arabilis, fossis vel sepibus undique clausa. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 43: *Controversia quæ vertebatur inter Abbatem... super quadam Hoscha terræ, quæ vocatur Holcha Fraemberti et est sita iuxta ecclesiam de Altaneio, in hunc modum est sedata.* Vide *Olca*.

\* **Nostris Hosche**. Charta ann. 1411. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 289: *Devant ledit acin une Hosche ou piece de terre... assise ès Hosches de Molin.* Haud scio an huc spectet vox *Hoischon*, quasi qui *Hoscham* possidet. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. ch. 250: *Que se ilz ne se deportoient qu'il en feroit la plainte au seigneur de Creancey, et qu'il n'y auroit Hoischon ne Hoischeton qui ne venist avant.*

\* **HOSCLA**. Vide supra *Husclea*.

\* **HOSEBONDRIA**, f. Vox composita, et male scripta, ex *Hoscha* et *Bondus*, rusticus, colonus. Vide in hac voce. *Hosebondria* pro manerio custodiendo, in

Codd. Mss. reg. Angl. pag. 165. edit. Londin. ann. 1734. Vide supra *Hoscha*.

† **HOSNUM**, ἑσλον, *Lignum*. Gloss. Lat. Græc. MS. Sangerinan.

† **HOSOBINDA**, Idem quod *Hosa*. Vide *Osa*.

**HOSPES**. Burgundi, pervasis Galliarum finibus, cum veteribus incolis, quos *Romanos* vocabant, agros, terras ac prædia, et mancipia ita partiti sunt, ut Burgundis duæ terrarum partes, mancipiorum tertia, reliquæ cederent Romanis, quos ex eo *Hospites* appellabant, quod ab iis Burgundi, atque adeo Barbari, veluti advenæ hospitio excepti, et in rerum possessionis partem adsciti, rebus iisdem *Hospitalitatis jure* gaudere ac frui dicerentur. Id colligere est ex Legibus Burgundionum, ac potissimum tit. 54. § 1: *Licet eodem tempore, quo populus noster mancipiorum tertiam, et duas terrarum partes accepit, ejusmodi a nobis fuerit emissa præceptio, ut quicumque agrum cum mancipiis, seu parentum nostrorum, sive largitione nostra percepit, nec mancipiorum tertiam, nec duas terrarum partes ex eo loco, in quo ei hospitalitas fuerat delegata, requireret, etc.* Et tit. seq. § 1.: *Quotiens de agrorum finibus, qui hospitalitatis jure a barbaris possidentur, inter duos Romanos fuerit mota contentio, etc.* Et § 2: *Quod si enim Romanus, hoc est, Hospes ipsius, etc.* Adde tit. 84. § 2. Videtur tamen uterque, Romanus scilicet et Burgundio, suo quilibet respectu, *Hospites* appellari in tit. 13. [\* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 88. et 118.] [*Ostellain* Poetis nostratibus pro advena, externus. Le Roman de la guerre de Troyes MS.:

Se tant avient qe un peu li pleise,  
Les Ostellains en auront eise.]

Inde, ut opinor,

**HOSPITES** dici cœpere apud nos villarum, seu pagorum incolæ, quos alii *Mansionarios* vocant, qui scilicet domos incolunt sub censu annuo, qui *Hostisia* nuncupatur, eoque nomine *reseandisiam*, hoc est, *residentialium* debent, et *stadium*, unde et *Stagiarum* vocantur; *Hostes*, in Consuetudine Silvanectensi art. 112. 120. *Oste couquans et levans dessous un Seigneur*, apud Bellomanerium cap. 62. *Manans ou Tenans, Sujets, Hostes et Cottiers*, in Summa Rurali Butilerii, et in Consuetud. Insulensi tit. 1. art. 23. [*Cambriers*, in Charta Radulfi Comit. ann. 1322: *Que tous les Cambriers qui couchent et levant en leur feu, peschent en la mer, etc.*] Annales Francor. Bertiniani, et Chronicon de Norman. gest. ann. 869: *De unoquoque manso ingenuili exiguntur 6. denarii, et de servili 3. et de accolis unus, et de 2. Hospitibus unus, etc.* Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 496: *Dominatum omnium Hospitum, qui Parnis debebant, ita Monachis concessit, ut si eisdem forsacerent, non eos per domos eorum, sed per alium fiscum castigarent.* Ejusmodi hospitium non semel præterea meminit, pag. 465. 576. 587. 605. etc. [Codex MS. Irminonis Abb. S. Germani fol. 107: *De Hospitibus qui sunt in Bovatsvilla Ermengarius... tenet hospicium, habet de terra arabili bun. III. solvit pullos III.* Charta Stephani Tornac. Episc., ann. 1193. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 1386: *Quatuor etiam domus lapideæ ante B. M. ecclesiam constructæ cum Hospitibus et appendiciis ad ipsas pertinentibus.* Charta ann. 1273. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 27: *Habebunt etiam*

*dicti Canonici in Hospitibus dictæ terræ... justitiam, etc.*] *Hospites dominici*, in veteri Charta in Tabulario S. Mauri: *Hospes noster cubans et levans esse voluit.* M. Pastorale Eccl. Paris. lib. 7. Ch. 30. ann. 1202: *Et istius terræ nihil dare poterit ipse vel ejus hæredes ad Hospites faciendos, nisi per consensum Capituli.* Alia Theobaldi Comitis Trecentis ann. 1200. ibid. Ch. 31: *Ita tamen, quod de nemoribus illis nihil amplius poterunt extirpare, nec villam illic construere, nec Hospites ponere.* Vide Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 120. 172. 179. in Regesto ejusdem pag. 33. 35. 36. 52. etc. [\* Guerard. in Prolegom. Chartul. S. Petri Carnot. § 27. 28. 29. eundem in Glossar. Irminon. et Lappenberg. Histor. Anglic. tom. 2. pag. 20.]

Differabant porro a servis, seu ascriptitiis et glebæ adscriptis, colonisque accensur, in Charta Ludovici VII. ann. 1179. in Tabular. Monast. S. Genovefæ: *Notum sit, etc. quia cum in præsentia nostra Stephanus Abbas S. Genovefæ et Canonici ejusdem Ecclesiæ asserebant homines de Rodoniaco servos esse Ecclesiæ suæ, homines id penitus negaverunt, et sese tantum Hospites Ecclesiæ et colonos esse confessi sunt, etc.*

☞ Longe potiora fuisse illorum privilegia colligere est ex Charta ann. 1165. Non secus enim ac Milites inferioris gradus in exercitum pergere minime tenebantur, nisi prius per nuntium domini sui capitalis moniti fuissent ac requisiti. Charta Philippi Alsatii Flandriæ Comitis ann. 1165. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 705: *Hospites vero Ecclesiæ Hostibus Comitibus in omni lege et consuetudine ita pares esse dicebant, ut nec in exercitum vadant, nisi per Abbatis nuntium moniti, quando Comitibus Hospites per nuntium ejus moniti ierunt.* Sua habuere tribunalia propria et distincta, in quibus eorum causæ definitivo judicio agebantur. Hospites quos Canonicales S. Donatiani Brugensis vocant, ut observat Miræus, in civilibus iudices habent Canonicos quatuor; qui ex ordine singulis hebdomadibus feria sexta pro tribunali, choralis veste induti, sedent et causas decidunt, a quibus ad ipsum Capitulum provocatur. Unam *carrucatum* terræ, hoc est, tantum terræ, quantum unum aratro coli potest in anno, quatuor *Hospitibus* assignat Robertus I. Bethuniæ dominus in Charta ann. circiter 1000. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 945: *Dedit etiam carrucam terræ apud Nuet ad quatuor Hospites et unam cambam.* Cæterum non eandem omnium fuisse conditionem facile crediderim.

☞ Et quidem ex Bellomanerio in Bellovac. cap. 32. pag. 169. intelligere promptum est quosdam Hospites servitiis addictos fuisse, quosdam ab iis omnino liberos et immunes, si tamen jus *hostis* excipias. Cum enim contentio esset de hospite qui in alterius dominium transierat, iudicatum, *que il li renvoyeroit couchant et levant dessous li, et que il ne le pooit receler devant qui il auroit fait son devoir de s'ostise vers son Seigneur, ou par quittance ou par vente, par don, ou par échange, mais chés vous ne peut li Sires deffendre à son Oste, puisqu'il est son Franc-Oste sans servitude. Et fut encore dist à cil jugement fere, si comme ils avoient ouy témoignier à leurs peres et à leurs tayons que cette concordance fust faite entre le Comte Raoul de Clermont et ses hommes en la Comté de Clermont, pour che que li Cu-*

cus Rucus Raoul avoit fet crier au lieu de Villeneuve en Hez, franchises mazures, et à petites rentes, et les donnoient à chaux qui y vourroient habiter franchement. Unde et Hostiensis francas seu liberas extitisse discimus.

† HOSPITES CAPITALES, Iidem forte qui Manumissi capitales, quibus scilicet conditionali libertate donatis prædia seu hospitia habitanda et excolenda committebantur, sub certa fructuum redhibitione. Charta Roberti Archiep. Rotomag. ann. 1025. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 146 : *Et quatuor Capitales Hospites in Marculfi villa, etc.*

\* Housté, in Charta Rob. de Veteriponte ann. 1330. ex Chartul. S. Joan. de Valle : *Nous conoissions que touz les Houstes reséanz et demorenz en la terre S. Nicolas à Courbeville peuvent et pourront, etc. Hostager*, in Charta ann. 1425. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco : *Les exposans, leurs fermiers, mettoiers, grangiers et autres leurs Hostagers et serviteurs, etc.*

† HOSPITES FEODI, Qui præcipuum feodi manerium habitant et excolunt. Chartularium Capituli Ambian. de Juribus Canon. ejusdem Ecclesiæ in villa de Camons : *Hospites veteris villæ totum placitum generale debent, exceptis hospitibus Majorum et Hospite Decani et Hospite Feodi, qui ab hac consuetudine liberi sunt.*

\* HOSPES MUTARIUS, Habitatore alicujus loci, qui vectigalia publica exigit. Correct. stat. Cadubr. cap. 98 : *Mandamus quod omnes mutarii Hospites et quæcumque alie personæ cujuscumque conditionis, teneantur et debeant acceptare et recipere sequestra omnia, quæ in manibus eorum præsentata ac facta fuerint, sine aliquo præmio vel solutione. Et si aliquis mutarius Hospes, aut quæcumque alia persona, recipere et acceptare nolluerit vel recusaverit dicta sequestra, et renuerit obedire mandatis domini vicarii, condemnentur in libris quinque Pap. Vide Mutarius.*

HOSPITES OBLATIARIUM, Qui se ultro Ecclesiis addebant ac offerebant. Chronicon Mauriniacense lib. 1 : *Hospites Oblatarios pæne octoginta ibi congregavit. Vide Oblati Monasteriorum.*

\* HOSPES PLENARIUS, Qui cunctis servitutibus, quæ Hospitis conditioni addictæ sunt, obnoxii est. Charta ann. 29. Henr. I. reg. Franc. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Donando concedo in Locovilla septem quidem Hospites plenarios, cum quadam parte bosci, qui Johannachus dicitur. Duos Hospites non plenarios, in Ch. Ludov. Crassi ann. 1117. ex eod. Tabul.*

HOSPITAMENTUM, Hospitium in quo Hospes, seu Mansionarius habitat. Tabularium S. Vincentii de Nemore ann. 1164 : *Hospites Canoniorum cum eorum Hospitamentis ab omni Majoratus consuetudine et oppressione liberat.* [Charta ann. 1300 : *Cum dicti Religiosi acquisierint in villa . . . quoddam Hospitamentum in propria censiva ipsorum pertinens proprie ad ipsos Religiosos, etc.*]

HOSPICIETUS, seu HOSPITIATUS, Ipsa hospitium conditio, quæ cum colonatu jungitur in Charta Ludovici Regis Fr. ann. 1179. in Tabul. S. Genovefæ Paris. : *Ut quia homines Hospicietum et colonatum Ecclesiæ cognoscebant, etc.*

HOSPITARE, Hospites in villa collocare, statuere. Tabular. Vindocinense Ch. 508 : *Dedit Radulfus uxorque sua totam terram, quam habebat ad villam Leuret tam in bosco quam in plano, tali*

convenientia ut Monachi eandem terram Hospitari facerent, et de hisdem hospitiibus sex proprios haberent, de cæteris vero medietatem, et Radulfus altam. [Charta Roberti Reg. Franc. ann. 1016. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 788 : *Si nox eum occupaverit, hospitium in Abbatia et servitium sibi demandat ab hominibus villæ a se Hospitatæ ministrari.* Charta ann. 1247. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 388 : *Volo etiam et concedo, quod ipsi habeant et recipient de hominibus meis ad terram suam Hospitandam.* Charta an. circiter 1252. apud Madox Formul. Anglic. pag. 195 : *Nullatenus poterimus nec debemus prædictum Galfridum nec hæredes suos, nec eorum assignatos, de prædicta terra, domibus cum pertinentiis, de hospitari, causa me vel hæredes meos, vel aliquem alium hominem vel feminam ibidem Hospitandi.]*

HOSPITARE, Hospitium, seu ædem edificare. Leges Burgor. Scotior. cap. 29 : *Quicumque factus fuerit novus burgensis de terra vasta, et nullam terram habuerit hospitatum, potest habere respectualem in primo anno, et post primum annum Hospitabitur, ædificabit terram suam.* [Charta Ludovici VII. Regis Franc. ann. 1160. et Chartulario Monast. Montis Martyr. : *Hominibus qui in nemore quod Tolfolium dicitur Hospitari volunt, arpentum terræ . . . tali ratione ad eos Hospitandos concedimus . . . ut neque herbannum, neque talliatum, etc.* Charta Ricardi Abb. S. Audoeni e Tabul. B. M. de Bono nuntio Rotomag. : *Concedimus . . . prædictam terram . . . quietam ab omnibus consuetudinibus et ad Hospitandam eam de lapide et ligno per decem solidos de censu reddendos ad festum S. Remigii.* Chartularium Gemmet. tom. 1. pag. 327 : *Accipient ligna et memora ad calefaciendum et ad Hospitandum.]*

EXHOSPITARE ET REHOSPITARE VILLAS, apud Sugerium de Administr. sua cap. 15 : *Villas omnino Exhospitatas Rehospitari fecimus.*

HOSPITATUS, HOSTAGIA, HOSTIGIA, HOSTISIA, etc. unum idemque sonant, scilicet servitutes mansioni addictas, quæ ab Hospite ratione domicilii sui quotannis domino præstantur. *Hospitatus et Colonatus*, in Charta anno 1179. ex Tabulario S. Genovefæ Paris. [\*\* Polyp. Irminon. Br. 12. sect. 51 : *Ut nullam omnino aliam consuetudinem in prædicta villa habeat, neque receptum, neque Hospitatum, neque tapsationem, neque rogationem, etc.* Ubi idem forte quod gistum. Vide *Hospitatum* 1. et *Hospitatum.*] *Hostisia, Hostagia*, in aliis ; *Hostises*, in Consuetud. Blesensi art. 40. et Carnot. art. 12. ubi restituenda vox *Ostise*, pro *Estrize*. Regestum censuum Carnoti : *Chascune Hostise de icelle Merie doit une gelme et un fenieur, selonc que les censives desierrent. Et se ainsinc estoit que les estagiers lassassent les Hostises dechair, pour ce ne demourroit pas que le past n'en fust rendu et poie pour reson de la reseandise.* Charta Raimundi Comitis Burgundiæ apud Perardum pag. 198 : *Et perdonavi . . . manentibus arbergarias, corvatas, expeditiones, Ostisias, justitias, etc.*

Sed hæ appellationes ipsis domiciliis *Hostisæ* obnoxii postmodum attributæ. Charta Odonis Episc. Paris. ann. 1199. ex Tabulario Episcopatus Parisiensis Bibl. Puteanæ fol. 50 : *Terram nostram de Marna, in qua nemus olim fuisse dicitur, ad Hostisias dedimus et ad censum : tali modo, quod quælibet Hostisia habeat 8. arpennos terræ cultibiles et*

unum arpennum ad herbagium faciendum. Ubi herbagium idem valet ac herbergium, domicilium. [Consuetudines Apamienses ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 835 : *Licitum erit omnibus hominibus qui possunt talliari, transire a dominio unius ad dominium alterius ; ita tamen quod illi qui dicuntur liberi cum omnibus nobilibus suis poterunt transire . . . relicta hæreditate et Hostisia priori Domino suo.* Charta ann. 1262. ex Tabul. Calensi : *Item tres Hostisias super tribus masuris in eadem villa sitis . . . quæ quidem tres Hostisias honoratæ erant ipsi armigero.* Adde Hist. Paris. tom. 1. pag. 14. et Meldens. tom. 2. pag. 132.] Charta ann. 1259. in Tabulario Ecclesiæ Meldensis fol. 64 : *Vineæ . . . circiter duo arpenta contigua hostisæ dicti Ynardi.* In M. Pastoral. Paris. lib. 2. Ch. 62 : *Domus seu Hostisia.* Tabular. S. Mauri ann. 1245 : *Octo solidi annui census in duabus Hostisias ad Corbohum.* Alia Charta ann. 1266 : *Pro qualibet domo, masura, seu Hostisia.* Alia apud Hemeræum pag. 55 : *In domibus, Hostigiis et districtu.* Tabular. Capituli Ambian. Ch. 272 : *Hostisiam cum ejusdem Hostisæ pertinentiis, quam Ingerrannus filius Lauvetæ tenere dicebatur.* [Chartularium Prioris Doncheriaci : *En la ville de Donchery silent plusieurs maisons et Hostises.* *Hostiez*, in Edicto Johannis Reg. Franc. ann. 1355. tom. 3. Ordin. pag. 25.] *Hostagia* apud eundem Hemeræum pag. 195. Adde Doubletum pag. 900. Hist. Monmorenc. pag. 90. Hist. Eccl. S. Aniani Aurelian. in Probat. pag. 111. et Pontanum ad art. 40. Consuetudinibus Blesensis, qui vim et originem vocis *Ostize* non percepit, etc. Hinc

† HOSITISARE, *Hostisias* edificare, construere. Tabularium Calense pag. 154 : *Nos eisdem concessimus quod cum prædictis hostisias quas tunc habebant in dicta villa de Villaribus possent in eadem villa quinque arpenta terræ Hostisiare et dare ad annum censum.*

HOSPITALITUM, Idem quod *Hostisia*, domus. Tabularium Ecclesiæ Carnotensis Ch. 72 : *Hospites omnes Canoniorum erunt soluti et quieti, quorum unusquisque tertiam partem agripenni terræ ad Hospitalitium suum habeat. In hospitibus et in Hospitalitiis eorum, sicut dictum est, nihil habeo, etc.* [Tabul. Gemmet. : *Ea vero pars territorii de Beu quæ est supra dictam viam a parte castelli propria cadet Comiti, exceptis ecclesiis et Hospitalitio, Monachis ibi manentibus ex nostro arbitrio, etc.*

HOSPITES, Obsides, *Hostes*, nostris, quod apud eos, ad quos in obsides mittebantur, *hospitantur*, ac diverterent, in Epist. 16. Codicis Carolini. [\*\* Annal. S. Amandi et Laubac. ad ann. 776 : *Subjugati Saxones, dederuntque Hospites.* Inde *Hospitatus* pro *Hospitium* in Chesnii Fragm. Annal. Laurish. ap. Pertz. Scriptor. tom. 1. pag. 33 : *Et filio Aregiso inde in Ospitatum recepti, ubi codex Laureshamensis et adduxit secum obsidem filium Aragis.]* Vide *Hostaticus* in *Hostagium* 3.

HOSPITES, Pauperes. Riculvus Suessionensis Episcopus in Constit. ann. 889. cap. 11. de partitione facultatum Ecclesiæ : *Ex quibus una est, si voluerit, Episcopi ; alia ad luminaria et sarta tecta, id est, restorationem Ecclesiæ ; tertia Presbytero et suis ; quarta Hospitibus deputata. Ubi Concilia habent pauperibus.* Vide Concilium Triburense ann. 895. can. 13. Namnetense can. 10. etc. Idem Riculvus cap. 12 : *Hospites, secundum*

quod possibile est, excipere, et illis juxta vires, ea quibus indigent, hilariter administrare studete.

**HOSPES GENERALIS**, Magnus Metator hospitiorum, qui vulgo *Mareschal des logis*. Statutum Henrici V. Regis Angliæ tempore guerra, apud Nicolaum Uptonum lib. 4. de Militari officio: *Item quod nullus seipsum hospitare præsumat, . . . sed volumus, ut quantum ad hospitia pertinet, omnes indifferenter nostro Hospiti Generali obediant sicut nobis, seu pœna, etc.* Vide *Hospitator* 1.

† **HOSPICIATUM**, *Gistum*. Vide in *Hospitium*.

† **HOSPICIETUS**. Vide in *Hospes*.

† **HOSPILITAS**, pro *Hospitalitas*, in *Hist. MS. Monast. Gemmetic.* pag. 65.

\* **HOSPITACULUM**. [Locus, ubi hospites diversantur, hospitium. *Ulp. Dig.* 9. 3. 5. apud *Torrentin.* At apud *Haloandr.* et alios aliter.]

† 1. **HOSPITAGIUM**, Idem quod *Gistum*, procuratio. Charta Guillelmi Abb. Floriac. ann. 1296. e *Chartul. Floriac.*: *Burgenses de Castellione remanebunt et erunt quitti et immunes . . . de omni Hospitatio, de ferculis nuptiarum vocatis Espaules, etc.* Tabularium B. M. de Bono-Nuntio Rotomag.: *Concessi et dedi Radulfo filio Stephani terram . . . tenendam ei et heredibus suis de me et meis heredibus liberam et quietam pro 20. sol. census per annum, salvo Hospitatio meo cum Rothomagus venero.*

† 2. **HOSPITAGIUM**, Hospitium, domus. Charta Hugonis Vicecomit. in *Chartular. B. Magdalensæ Castrodr.* fol. 17: *Qui terram bestiis excolunt, singulis annis ad festum S. Remigii unum sestarium aventæ mihi daret. Qui autem Hospitium tantum seu censivam habebunt, unam minam. Verumptamen Hospitium quod vacuum et destitutum a possessore fuerit, liberum erit.*

† 3. **HOSPITAGIUM**, Jus capiendi ligna hospiti construendo vel reparando necessaria in foresta. Charta Hugoñ. de Montef. in *Reg. 74. Chartoph. reg. ch.* 61: *Hugoni senescallo meo dedi suum Hospitium in foresta mea de Monteforti in custode sua et in custode aliorum forestarum meorum, et duas arbores ad natale Domini. . . . Dico Hugoni boscu tradetur et arbores ad natale Domini ad hospitandum se, etc.* Vide supra *Herbage*.

\* **HOSPITALAGIUM**, Tributum, quod pro hospitandis mercibus exsolvitur, idem quod *Hostilium*. *Privil. mercat. de Harefoto* ann. 1344. in *Reg. 68. Chartoph. reg. ch.* 126: *Poterit idem gubernator (mercatorum) scripturas, Hospitalagia mercium et sportulas quascumque taxare et etiam moderare.* Vide *Hospitamentum*.

\* **HOSPITALANI**, Peregrinorum, ægrotumve ac pauperum in hospitalibus obsequiis addicti. Charta ann. 1249. inter *Monum. eccl. Aquileg.* col. 668: *Porro prædicti Hospitalani viverent de cultura prædictæ terræ, aliisque bonis eisdem colatis.* Vide *Hospitalarii* in *Hospitale* 2.

† **HOSPITALARIA**, **HOSPITALARIUS**, etc. Vide in *Hospitale* 2.

† **HOSPITALARI DE PONTE**. Vide *Fratres de Ponte*.

† 1. **HOSPITALE**, Palatium, Gall. *Hôtel*. Litteræ S. Ludovici Regis Franc. tom. 1. *Ordnat. pag.* 61: *Actum apud Hospitale juxta Corbolum, anno Domini MCCXLVIII. mense Junii.*

2. **HOSPITALE**, et **HOSPITALIS**, Hospitium, diversorium. Julius Africanus lib. 6. *Hist. Apol.*: *Hæc cum dixissent Apos-*

*toli, deportati sunt ad Hospitalia magi, etc.* Lib. 8: *Cæperunt circumire omnium peregrinorum Hospitalia, etc.* Occurrit præterea apud Gregorium Turon. lib. 6. cap. 10. et lib. de *Miracul.* cap. 53. Floardum lib. 4. *Hist. Rem.* cap. 10. etc. Est etiam

**HOSPITALE**, seu **OSPITALE**, ξενόν, τὸ δῶρον τὸ πεμπόμενον \* ξενόν, in *Gloss. Gr. Lat.* ubi legendum ξενοίς.

**HOSPITALIS**, vel **HOSPITALE**, **HOSPITALIUM**, **Xenodochium**. *Gloss. Gr. Lat.*: *Ξενοδοχεῖον, Hospitalium.* [Epistola Alcuini: *Consideret quoque tua diligentia in elemosynis, ubi Xenodochia, id est, Hospitalia fieri jubeat, in quibus sit quotidiana pauperum et peregrinorum susceptio.*] Anastasius *Bibl.* in Leone III. pag. 141: *Hic autem præfatus Antistes . . . Hospitalem B. Petro Apostolo . . . a fundamentis noviter construens diversa illie domorum ædificia decoravit.* Et pag. 152: *Hospitale S. Peregrini, etc. Hospitale pauperum*, in *Regula Sanctimonialium canonice viventium* cap. 38. ex *Concilio Aquisgranensi*, in *Concilio Tullensi* ann. 859. cap. 14. in *Statutis antiquis Cærbensibus* lib. 1. cap. 4. [\*\*] in *Vita S. Anskarii* cap. 35.]. etc. *Capitularia Caroli Magni* lib. 1. cap. 75. [\*\*] 70.]: *Nobis competens et venerabile videtur, ut hospites, peregrini, et pauperes susceptiones regulares et canonicas per loca diversa habeant.* Vide *Jacobum a Vitriaco* lib. 3. *Hist. Occid.* cap. 29. *Privilegium Joannis VIII. PP.* in *Synodo Tricassina* ann. 878. pro *Monasterio Floriacensi* Epist. 13. etc. [\*\*] Confer *Murat. Antiq. Ital.* tom. 3. col. 558. D.]

\* [Ad *Pistas* enumerantur bona sancti germani Autissiodorensis (an. 864.) *Mus. arch. dep.* p. 20. et 21: *« Hospitale pauperum Vendonsa cum appendiciis suis: . . . . decima Hospitalibus divitum vel pauperum. »*]

**HOSPITALIA SCOTORUM**, *Quæ sancti homines gentis illius in Gallia construxerunt*, in *Concilio Meldensi* can. 40. et in *Capitul. Caroli C. tit. 6. cap. 40. tit. 21. cap. 10.* De his ita *Gretzerus* lib. 1. *Observat. ad Vitam S. Willibaldi* cap. 19: *Dubium non est, talia xenodochia, seu diversoria, seu Hospitalia (sic enim nominantur in vetustis monumentis) primitus ædificata fuisse, præcipue pro Hibernis, qui veteres Scoti erant, vel potius pro omnibus, qui ex Britannicis insulis in Germaniam fidei propagandæ gratia se contulerant. Posteris tamen temporibus soli Scoti juniores, qui veterum Scotorum, hoc est, Hibernorum colonia sunt, et Septentrionalem Albionis (quæ nunc Anglia) partem tenent, jus in Scotica Monasteria sibi vendicant, neque ullum, nisi fallor, Hibernum aut Anglum suam in congregationem cooptarent.* De *Scotorum* in *Germania Monasteriis* vide præterea *Rhenanum* lib. 2. *Rerum German.* pag. 96. *Hundium* in *Metropoli Salisburgensi* pag. 266. *Miræum* in *Diplomat. Belg.* lib. 2. cap. 22. et *Innocent. Cironum* lib. 1. *Observat. Jur. Canon.* cap. 13.

**HOSPITALE**, Locus, seu ædes in Monasteriis, ubi hospites et advenæ recipiebantur, quæ *Domus hospitum*, apud *Victorem III. PP.* lib. 2. *Diag.* in *Chronico Montis Sereni* ann. 1199. 1205. apud *Hugonem de S. Victore* lib. 3. de *Claustro animæ*, *Joannem Italum* in *Vita S. Odonis Abb. Cluniac.* lib. 1. pag. 23. in *Chartis Alemannicis Goldasti* n. 57. *Domus Hospitalis*, in *libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS.* cap. 17. in *Vita Goddefridi Comitis Campebergensis* cap. 38. et apud *Sugerium* lib. de *Administr.*

sua cap. 10. *Hospitium*, apud *Cæsarium* lib. 1. *Miracul.* cap. 13. et in formula 32. ex *Baluzianis Cella Hospitum*, in *Addit. I. Capitul.* cap. 34. [\*\*] et in *Chart. Sangall.* ann. 885. apud *Neugart.* in *Cod. Alem. num.* 558.]. quomodo *Cellulas Hospitalia* dixit *Paulinus Nolan.* *Epist.* 10. extrema. [Diploma *Caroli Calvi Imperat.* pro *Abbatia Marchianensi* ann. 877. apud *Miræum* tom. 1. pag. 138: *Insuper etiam concedimus. . . ad Hospitale ejusdem Cænobii, infra ipsum Monasterium, mansum unum, et in villa Ampleias mansos II. atque in Rulliaco sericos duos.*] *Charta fundationis S. Georgii de Lunevilla* in *Lotharingia*: *Hospitalem domum instituit, ut ibi supervenientes hospites certis et incertis horis reciperentur, etc.* *Tabularium Vindocinense Thuanum* Ch. 19: *Venit itaque jussu illius in Capitulum nostrum, ipso in Hospitali remanente.*

\* Hinc locus in *Ecclesia Carnotensi*, ubi *hospitantur* seu repositæ sunt plurimum *Martyrum reliquiæ*, eodem nomine appellatur in *Codice Ms.* ann. circ. 400. ejusd. eccl.: *In cryptis est Hospitale, quod dicitur Sanctus locus fortium, eo quod pridem multitudo martyrum ibi passa fuerit martyrium, quorum corpora in magnæ profunditatis puteum ibidem factum de tyrannorum mandato projecta fuerint.*

Varia autem fuere in *Ecclesiis* et *Monasteriis Hospitalia*, *Nobilium nempe, et Peregrinorum* quorumvis. [Charta *Herimanni Episc. Nivern.* ex *Tabular. S. Cyrici* n. 3: *Hospitium denique loca non longe a vestra civitate duo constitimus, unum ad pauperes recipiendos, alterum ad nobiles viros undique confluentes.*] *Charta* anno 871. pro *Monast. S. Medardi Sussion.* in *Hist. B. Mariæ Sussion.* pag. 452: *Et Hospitalis nobilitum accipiat nonam ex villis ipsius Abbatie secundum antiquam consuetudinem, et habeat Cauciacum simul cum signariis de Pionne: et Hospitalis peregrinorum accipiat decimam, et habeat Hatonis curtem, etc.*

**HOSPITALIA**, *Ædificiola quæ ad curtem spectant. Testamentum Tellois Episc. Curiensis* ann. 767. apud *Mabill.* tom. 2. *Annal.* pag. 708: *Tabularia, torbaces, vel alia Hospitalia, vel cellaria, et quidquid ad ipsam curtem pertinet, omnia ex integro, etc.*

† **HOSPITALIS**, Idem qui *Hospes* sive *Mansionarius*. Charta *Roberti de Cortiniaco* ann. 1216. apud *Thomasserium* *Consuet. Bituric.* pag. 83: *Quicumque in parrochia Cellensi possessionem suam habuerit, nihil ex ea perdet pro quocumque forisfacto, nisi adversus nos, vel aliquem de Hospitalibus nostris forisfecerit.*

† **HOSPITALERIUS**, Eadem notione, in *Charta Curie Arelat.* ann. 1225. ex *Cod. MS. D. Brunet*: *Non possunt Hospitalerii. . . . facere devendudam in palude.*

**HOSPITALIS**, *Hospitalarius*, diversorarius, ξενδοχός, πανδοχεύς, Gallis *Hôtelier*. *Utitur Lucas Tudensis* lib. 3. *contra Vald.* cap. 14.

**HOSPITALIS**, qui *Hospitalarius*, seu cui cura est hospitii *Monachici*, in *Usibus antiquis Cisterciensibus* cap. 74. 75. 80. 87. etc. in *Chronico Montis Sereni* anno 1210. pag. 92. *Qui et*

**HOSPITALARIUS**, Græcis ἡγουμενίαρχης: sic enim appellatur ὁ εἰς ὑποδοχὴν τεταγμένος τῶν εἰς τὸ ἡγουμένιον καταλύοντων ξένων, in *Martyrio SS. xx. Patrum Sabahtarum* num. 34. *Udalricus* lib. 3. *Consuet. Cluniac.* cap. 22: *Hospites, qui sunt peregrini, vel qui non pro alia causa, quam animarum suarum adveniunt, cus-*

tos hospitii cum omni recipit benignitate: quidquid ejus opus fuerit, a Cellerario quaerit, etc. Aimoinus de Mirac. S. Bened. cap. 3: *Leutherius... Monachus habitu, suscipiendorum hospitum tunc delegatus ministerio.* Tabul. Vindocinense Thuanum Ch. 52: *Respondit fuisse conventionem, ut si veniret in Hospitale nostrum semel aut bis in anno, reciperemus eum sicut Fratrem nostrum, ... interrogavit eum Prior noster, si fuisset locutus cum Monacho Hospitalario, etc. Frater Hospitalis, in Statutis Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 15. [Custos Hospitum, apud Udalicum loco citato, et Bernardum Mon. in Consuetud. Cluniac. cap. 9.]* [¶ Vide Guerdar. Proleg. Chartul. S. Petri Carnot. pag. 65. et Glossar. med. Græcit. voce *Ενοδδχοc*, col. 1014.]

† HOSPITALERIUS, in vet. Ceremoniali MS. B. M. Deauratæ: *Et in mandato pauperum debet providere Hospitalerius Deauratæ de aqua calida et de aqua frigida pro temperando.*

† HOSPITALARIUS GRANGIÆ, Frater Conversus apud Cistercienses, cui prædii, seu villæ rusticæ, sub Magistro grangiæ, cura incumbit. Regula Conversorum Ord. Cisterc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1650: *Hospitalarius Grangiæ, si quis ei fratrum signum fecerit loquendi, locum habet designatum, in quo loqui poterit. Si autem magister extra fines grangiæ fuerit, poterit Hospitalarius per totam curiam cum omnibus loqui.*

De Hospitalariis Monasteriorum agit præterea B. Dorotheus Doctr. II. de eorum vero officio Regula S. Pachomii cap. 51. Beda in Vita S. Cuthberti Episcopi num. 13. Udalicus loco citato, Molanus lib. 2. de Canonici cap. 20. Nembrius Mundelheimus Antiquit. Monast. Epist. 104. Doubletus in Histor. Sandionys. pag. 429. Haftenus et alii. [¶ *Ostelleur nuncupatur Hospitalarius in Charta ann. 1360. ex Chartul. 23. Corb.]*

HOSPITALIUS, Eadem notione, in Chartis Alemannicis Goldasti 16. 18. 25. 26. et in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 17. ubi de ejus officio: *Hospitalarius major... in hospitali assidue commorari debet et nocte jacere, ut ea, quæ inibi continentur, custodiat, et paratæ sit omni tempore advenientes quosque, quos recipi oportet, sicut oportet, recipiat, etc.* Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 10: *Hospitalario pertinent omnes hospites, qui equis vadunt, hospitali: peditibus vero, qui tales non sunt, ut velint ire ad eleemosynariam, cum hospitantur alicubi in villa, si sint 12. aut 15. scilicet ut possit eos sine magno dispendio furnire, mittit panem, carnem, et virum, etc.*

SUBHOSPITALIUS, qui Hospitalario subest, et ei est adjutor, in eodem libro Ordinis S. Victoris Parisiensis. cap. 14. 15.

† HOSPITALARIA, Xenodochium. Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. CXCIV: *Pro Hospitalaria c. s.*

† HOSPITALARIA, Domus, domicilium. Epistola Conradi Regis apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1208: *Ut civitas ipsa (Salerni) antiqua mater et domus studii... sic renovata quasi paranympa scientiæ et singularium Hospitalaria Facultatum docentibus et addiscentibus se præbeat gloriosam.*

HOSPITALARIA, Domus hospitum, in Monasteriis. Statuta Joannis Archiepiscopi Cantuar. ann. 1279: *Religiosi autem omnes et seculares ad vestrum Monasterium accedentes, in communi Hospita-*

*laria comedant, vel in camera Abbatissæ, et nullatenus in cameris infra Claustrum.*

† HOSPITARIA, Eadem notione. Vita S. Zita tom. 3. Aprilis pag. 507: *Transferebant illud venerandum corpus, ... nunc in claustrum, nunc in capitulum, nunc in refectorium, nunc in Hospitaliam et alia Monasterii loca.*

† HOSPITAS, Eadem significatione. Institutiones Geroldi Abb. Fabariensis tom. 5. Annal. pag. 679: *Ordinavimus etiam libere de vinea quadam commemorationem annuam fieri obitus mei, et ut Fratribus ad plenum serviat a Magistro Hospitalis.*

† HOSPITALARIA, Officium Hospitalarii in Monasteriis. Bulla Pauli III. PP. ann. 1586. apud Miræum tom. 2. pag. 1051: *Nec non una eleemosynaria, una pictanciarum, una infirmaria, una Hospitalaria, ac forsam alia officia inibi claustralia,*

\* Bulla Joann. XXII. PP. qua Phil. reg. Franc. concedit annalia benef. eccl. ex Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 100. rº: *Declaramus, ut concessum tibi hujusmodi privilegium nullatenus extendatur ad... cellarias infirmarias, Hospitalarias et administrationes alias.*

HOSPITALARI, Appellati Milites Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, quod primitus Hierosolymis in Hospitali S. Joannis Eleemonis sedes suas fixissent, peregrinorum obsequiis addicti. De istius Ordinis origine et incrementis agunt præ cæteris Willel. Tyrius lib. 18. cap. 5. et ex eo Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 64. compluresque exstant scripti libri. *Σπυλαδωτα* dicuntur Cantuzeno lib. 2. cap. 12. 29.

HOSPITALARI TEUTONICI seu sanctæ Mariæ Theutonicorum in Hierusalem: Ordo institutus sub Regula S. Augustini, de quo pluribus agunt Chronicon Montis Sereni ann. 1190. Jacob. de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 66. Sanut. lib. 3. part. 7. cap. 3. Franciscus Menenius, Belloius, Fauynus, et alii, qui de Ordinibus Equestribus scripserunt. Iis alba pallia, quæ Militum Templariorum erant, deferre vetuit Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 125. 126.

HOSPITALARIORUM S. SPIRITUS Ordinem in Gallia instituisse aiunt Guidonem, nescio quem Comitum apud Montepessulanum, quem postmodum confirmavit Innocentius III. PP. de quo plura Gariellus pag. 178. Spondanus, Sammarthani in Episcopis Magalon. n. 24.

HOSPITALIARIUS utriusque sexus, qui in hospitalibus ægrorum ac pauperum obsequiis addicti Regulam S. Augustini profitentur. De his Jacobus de Vitriaco in Hist. Occid. cap. 29.

HOSPITALARI, Ipsi hospites, apud Thwrocium in Hist. Hungar. 2. part. cap. 3.

\* HOSPITALE, Domus Hospitaliorum militum ordinis S. Joannis Hierosolymitani. Charta delph. Vien. ann. 1225. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 9. col. 1: *Si ducissa Burgundiæ mihi templum vel Hospitale constituere fecerit principales debitores; ... et cum templum vel Hospitale sic fecerint mihi, etc.*

\* HOSPITALETTUM, diminut. ab Hospitali, Hospitium, diversorium. Charta ann. 1297. apud Lamium in Delic. erudit. inter notas ad Hodoepor. Charit. part. 1. pag. 124: *Et ab ipso monte sicut vadit confine de Pietra usque ad Hospitalettum; et ab ipso Hospitaleto, etc.*

HOSPITALITAS, Studium, quo quis afficitur erga peregrinos, quos benigne excipit: vox Latinis Scriptoribus nota.

Hanc in Germanis Tacitus, in Slavis mire commendat Helmoldus lib. 1. cap. 83. et lib. 2. cap. 12. A Francis etiam nostris hanc maxime cultam docet Capitulare I. Caroli M. ann. 802. cap. 27: *Præcipimusque, ut in omni regno nostro neque dives neque pauper peregrinis hospitalia denegare audeant, id est sive peregrinis propter Deum ambulantes per terram, sive cuilibet itineranti propter amorem Dei et propter salutem animæ suæ, tectum et focum nemo illi denegat.* Capitulare 5. ann. 803. cap. 16: *Ut infra regna Christo propitio nostra omnibus itinerantibus nullas hospitium denegat, mansionem et focum tantum. Similiter pastum nullus contendere faciat, excepto prato et messe.* Adde Capitul. 5. Caroli M. incerti anni cap. 8. Capitul. Caroli C. Compendiense ann. 868. cap. 1. et Concilium apud S. Macram ann. 881. cap. 4: *Hospitalitatem supervenientium hospitum et receptionem pauperum ibidem disponant et ordinent. Hospitalitatem dare, hospitio excipere, in Lege Salica tit. 57. § 5. Vide Capitul. Aquisgran. ann. 789. cap. 73. lib. 1. Capit. cap. 70. Capitula Carlomanni tit. 2. § 12. 13. Cumeanum Abbat. de Mensura pœnitentiæ. cap. 8. Pœnitentiale Egberti cap. 18. Supplicem libellum Monachorum Fuldensium Carolo Magno oblatum cap. 14. [¶ Murator. Antiq. Ital. med. ævi tom. 3. col. 581. B.] etc.*

HOSPITALITAS, Metati onus, cui omnes obnoxii, præter eos, qui illustribus donati erant dignitatibus, in leg. 3. 10. 11. 12. etc. Cod. Th. de Metatis, (7. 8.) *Ubi hospitalitatis munus, præbitio, hospitium molestia, iniquitudo.* Ita

HOSPITALITAS, usurpatur pro gisto seu procuratore, in Capitulari 1. anno 809. cap. 35. Capitul. 2. ejusdem ann. cap. 15. et lib. 3. Capit. cap. 25: *De Hospitalitate et susceptione itinerantium, tam Missorum nostrorum, quam reliquorum bonorum hominum.* Tabular. S. Albini Andegav.: *Gaufredus Comes concessit auctoritate sua, ut nulla dominatio Hospitalitatis ab ullo homine habeatur ibi, nec Vice-Comitis, nec cujuslibet Vicarii, etc.* Idem Tabular.: *Uxor Herberti de Buziaco clamabat erga Monachos S. Albini pro quodam beneficio suo, quod ille fecerat, quandam consuetudinem scilicet hospitandi se et suos missos per consuetudinem Andecavis, et in omnibus obedientiis S. Albini, etc.* Charta Roberti Ducis Burgund. anno 1040. ex Tabul. S. Germani Pratenensis: *His consuetudines Guerpivi, scilicet mei hospitalem susceptionem, et canum meorum Hospitalitatem et pabulum, etc.* Alia Theobaldi Comitis Blesensis ann. 1140. ex eodem Tabul.: *Quod Hilduinus et servientes ejus ex consuetudine exigere volebant hospitali pro libitu suo et procurari, quotiescunque, et cum quot hominibus vellent in terra S. Germani, etc.* Infra: *Et nullam aliam Hospitalitatem seu procuracionem ipse vel milites, seu servientes ejus in præscriptam terram exigant.* Concilium Narbonense ann. 1054. cap. 16: *Neque per vim, neque per vicariam, neque per districtionem ibi ullam Hospitalitatem accipiat.* Charta Widonis de Monte Falconis anno 1112. in Tabulario Ecclesiæ Augustod.: *Dere linquo penitus illam, quam ab Ecclesia S. Nazarii videbar habere consuetudinem, quæ videlicet consuetudo Hospitalitas appellabatur.* Alia Hervæi Episcopi Nivern. in Tabular. S. Cyrici n. 84: *Similiter modo in altera villa, quæ vocatur Ars, videlicet in horreo non capiebat consuetudines pravas, Hospitalitatem scilicet in*



anno bis vel ter cum suis Militibus. Ibid. Ch. 91: *Habebant quondam consuetudinem apud nos vobis in anno cum tribus vel quatuor hominibus exhiberemus ei hospitalitatem.* Alia ex Tabulario Dervensi: *Neque carropera extorquere, neque pashum eorum vel canum, aut ursorum requirere, seu pedituram vel aliqua opera contra morem exigere, aut aliquam Hospitalitatem servientium hac illacque discurrerentium repetere, etc.* Alia Joannis Abbatis S. Bertini ann. 1228. in Tabulario ejusdem Monasterii: *Procuraciones autem, Hospitalitates, et omnes corveias, quas.... calumniabatur, etc.* Infra: *Nec venatores, nec canes mei, nec etiam aliqui ex parte mea precatones vel Hospitalitates habeant in curtibus supradictis.* Occurrit præterea hac notione apud Silvestrum Giraldum de Expugn. Hiberniæ lib. 2. cap. 34. Ericum Upsaliensem lib. 5. Hist. Suevicæ pag. 109. in Charta ann. 883. apud Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 117. et in Charta Christophori Ducis Lalandiæ ann. 1360. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. pag. 489. [\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Herberge*, col. 880.]

**HOSPITALITATIS DOMUS, Hospitium, diversorium, apud Gregorium Turon. lib. 2. Mirac. cap. 15.**

**HOSPITALITAS, Hospitale, xenodochium.** Henr. Knyghton lib. 1. cap. 2: *Iste Robertus Mellent etiam Hospitalitatem de Bracleye fundavit et dotavit.* Acta Episcoporum Cenoman. pag. 300: *Fecit namque Hospitales domos, quæ antea lignæ fuerant, petrinæ: et Hospitalitatem pauperum Christi, quæ necdum et loco illo lignea erat, constituit petrinam.* Item

**HOSPITALITAS, Eleemosyna, quæ ad hospitalia præbetur.** Chronicon Abbatum Lobienisium pag. 599: *Fundos, Ecclesias, mensam nostram, decimas Hospitalitatis et eleemosynæ dispertiens, amplavit divitum abundantiam, et adauxit divitum seu pauperum inopiam.* Infra: *Hæc sunt Hospitalitates et eleemosynæ, etc.*

† **HOSPITALITAS, Mansio, domus, domicilium.** Charta ann. 1259. ex Tabul. Divion.: *Ita quod in eisdem Ecclesiis instituantur perpetui Vicarii quibus assignentur sufficientes redditus et qui Hospitalitatem teneant et residentiam faciant in ipsis Ecclesiis et in eisdem continue deseriant.*

\* Charta ann. 1258. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Una cum tota jurisdictione, quam habemus in mansionibus, in Hospitalitatibus, in cellis, etc.*

† **HOSPITALITIUM.** Vide in *Hospes*.

† **HOSPITAMENTUM, Idem quod infra Hostilagium.** Vide in hac voce. Chronicon S. Petri Vivi tom. 2. Spicileg. Acher. pag. 776: *Anno MCLVI. Rex Ludovicus confirmavit ecclesiæ S. Petri Vivi transitum et Hospitamentum mercatorum in burgo.* Vide alia notione in *Hospes*.

**HOSPITARE, Hospitio excipere.** Leges Edwardi Confess. cap. 27: *Si quis Hospitaverit privatum vel alienum, poterit eum noctibus habere duobus tanquam hospitem.* Thwroc. in Ladislao Rege Hungar. cap. 82: *Apud Marchionem Estensem magnifice est Hospitatus.* [Charta Guidonis Episc. Corisopit. ann. 1480. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 1616: *Quæsiuit a venerabili patre domino Francisco Mylon sanctæ Sedis Apostolicæ protonotario dicticque Prioratus commendatario et administratore ibidem presente, si eum Hospitaret et ad pernoctandum recuperet.]*

† **HOSPITARI, Eadem notione.** Statuta Arelat. MSS.: *Ne quis scienter Hospitetur*

*in sua domo furem vel latronem. Utitur Plinius.*

**HOSPITARE, Hospitium, seu Mansionaticum præbere vel accipere.** Charta Willelmi Comitis Nivernensis ann. 1159. ex Tabul. Eccl. S. Cyrici Nivernensis: *Quod Willelmus Nivernensis Comes Guillelmi Comitis ad Ordinem Cartusie conversi filius, guerram cum inimicis suis licet invitus exercens, terram Canonicorum S. Cyrici Nivernis cum manu militum Hospitatus est, et bona hominum Canonicorum indebite accepit, contra tamen jus et consuetudinem prædecessorum suorum, qui in terra nullam Hospitandi consuetudinem habuerunt.* [Bulla Alexandri III. PP. ann. 1162. in Hist. MS. Monast. Becens.: *Si memorati Archidiaconi vel Decani ad domos vestras declinaverint Hospitandi, ultra quam fuerit honestum et justum, a vobis non debeant aliquid extorquere.* Charta Roberti Comit. Moretonii ann. 1453. apud Stephanot. tom. 18. Fragm. Hist. MSS. pag. 122: *Excepto quod si necessitas Hospitandi illi incubuerit in domibus burgensium monachorum, licentiam hospitandi habuerit.* Adde Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 604. *Hosteller, Poëtis nostratibus.* Le Roman de la guerre de Troyes MS.:

Mout furent bien la nuit servi,  
Li sain furent bien Hostellés.]

\* *Prendre ostel*, metaphorice dicitur de Christo, qui novem menses in utero B. M. V. hospitatus est. Bestiar. Ms.:

Jheau Crist nostre createur,  
C'est l'unicorne espèritel  
Qui en la Virge prist ostel.

† **HOSPITARE DECIMAS, Servitii species, quo quis fructus decimales domini sui recondere, aut iis recondendis locum commodare tenetur.** Charta ann. 1246. in Chartular. S. Vandreges. tom. 1. pag. 325: *Noverint universi... quod ego Robertus Putes de S. Albino super Deppam et hæredes mei tenemur facere Abbati et Conventui S. Vandregisili singulis annis servitium de duabus partibus grossarum decimarum de S. Albino Hospitandi.*

† **HOSPITARE, Aliis notionibus.** Vide in *Hospes*.

† **HOSPITARIUS.** Vide *Hospitale* 2.

**HOSPITATICUM.** Pactum Arechis Principis Beneventani cum Neapolitanis, apud Camillum Peregrinum in Hist. Langobardorum: *Dividantur ipsæ terræ in tertiam partem, unam partem tollat exinde pars de Neapolim pro ipsa Hospitatica, et aliam pro ipsi soli, tertiam partem tollat exinde pars de Capua.* Infra: *Inquiratur diligenter ad qualia Hospitatica fuerunt pertinentia antiquitus.* Loquitur ibi de fundis exfundanis aut exfundatis. In Diplomate Henrici Regis Francorum ann. 29. pro Abbata Trenorchensi occurrit *Hospitaticum cum navatico, salutatico, rotatico, etc.* [Ubi pro jure exigendi gistum seu procuracionem accipi videtur: non secus ac in Charta Carlomanni Reg. Franc. ann. circ. 880. Append. ad Marcam Hispan. col. 812: *Concedimus etiam... ut nullus judeæ publicus audeat a famulis tam liberis quam colonis ipsius loci Hospitaticum, montaticum, rotaticum... exigere.]*

† **HOSPITATIO, Servitius quæ ab Hospite ratione domicilii sui quotannis domino præstatur.** Charta Roberti Magdunensis domini ann. 1177. apud Thomaserium Consuet. Bitur. pag. 73: *Neque furtum, neque sanguinem, neque multria, neque bataliam... neque raptum, neque*

*Hospitationem, neque procuracionem, neque pedagium, etc.* Vide *Hospitatus* in *Hospes*.

† **2. HOSPITATIO, Jus divertendi in domum alterius hospitandi causa, vel redemptio pecuniaria ejusmodi juris.** Diploma Conradi II. Imper. ann. 1145. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 778: *Exactiones et tallias, quas quidem precarias vel petitiones nuncupant, sive Hospitationes regia censura penitus interdiximus.*

\* Charta ann. 1125. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 441: *Erat autem redditus per singulos annos, duæ Hospitationes, una in hieme cum civada, altera in æstate sine civada; sed et omnibus diebus, quibus ipse abbas sæcularis in Moystiaco præsens pernoctaret, sero xv. candelæ sibi dabantur.* Occurrit præterea in Lit. Ludov. Jun. ann. 1171. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 207.

† **1. HOSPITATOR MAGNUS, Hospitiorum et castrorum præfectus, Gall. *Mareschal de camp.*** Regimina Paduæ ad ann. 1320. apud Murator. tom. 8. col. 432: *Dominus Oldoricus de Gualfer... venit ad civitatem Paduæ... cum multa quantitate militum et dismontavit in magno palatio domini Henrici Scrovegni, ubi habitabat Vivianus a Borsetis Magnus Hospitator.* Vide in *Hospes*.

† **2. HOSPITATOR, Caupo, stabularius, tabernarius, Gall. *Hostellier.*** Miracula B. Simonis Eremit. August. tom. 2. Aprilis pag. 829: *Qui nunc moratur Bononiæ in hospicio Sotti Hospitatoris.*

\* **HOSPITATURA, Mansio, domus, hospitium.** Charta ann. circ. 1133. ex Tabul. S. Petri Carnot.: *Adjecit etiam dono huic unam ibidem terræ carrucatiam, ... cum una Hospitatura in Trebuleto, et cum una area juxta ecclesiam, in qua monachi sufficienter possent hospitari.* Vide supra *Hospitalitas*.

\* **1. HOSPITATUS, Pari intellectu.** Chartul. Miciac.: *Unusquisque arpennum suum habebit, qui et ipsi cum arpenno suo et Hospitatu suo in dominatum monachorum erunt.*

**2. HOSPITATUS, [De fundo vel domo dici videtur quæ hospiti sub certis servitiis conceditur.]** Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 511: *Ex dono Gilberti filii Nigelli totum pratum tam Hospitatum, quam non Hospitatum, quod est sub habitaculo eorumdem Monialium.* [Instrum. ann. 1082. apud Kennet. Antiquit. Ambrosden. pag. 66: *Idem Robertus habet XLII. domus Hospitatas tam intra murum quam extra.* Charta Willelmi Angliæ Regis ann. 1083. ex Tabul. SS. Trinit. Cadom.: *Quicumque in futurum facient domos in illis terræ mansuris quæ nunquam ante fuerunt Hospitatas.* *Hospitatus, alia notione, vide in Hospes.*

† **HOSPITELARIUS, Officiorum magister, Gall. *Maitre d'hôtel.*** Instrum. ann. 1302. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 257: *Presentibus... Alexandro nostro kamerario et Bertramo nostro Hospitelario.*

\* Chron. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 1. col. 1: *S. Ludovicus obiit crastino S. Bartholomei anno m. cc. lxx. pro cujus redemptione captæ sunt per Hospitelarium suum anno m. cc. l. vij<sup>xx</sup>. vij<sup>cij</sup>. lib. xvij. solid. vij. den. Turon.*

\* **HOSPITIA, Hospitium, domus, mansio.** Charta ann. 1241. tom. 2. Hist. Meld. pag. 144: *Dederunt Hospitiam quæ fuit Josse cum toto proprio et appenditiis, et unum arpentum prati juxta dictam Hospitiam.*

\* **HOSPITIGIDA**, [Qui, vel quæ hospitium occidit. *Gloss. Philox.*]

\* **HOSPITISIA**, Familia, domus. Charta Theob. comit. Bles. ann. 1183. in Chartul. S. Aviti Aurel. : *Tensamentum michi assignaverunt, tale scilicet, ad festum S. Remigii de unaquaque Hospitisia duos sectarios avenæ. Occurrit rursus ibid. in Ch. ann. 1212. Hostel, pro Familia, genus in Lit. remiss. ann. 1466. ex Reg. 191. Chartoph. reg. ch. 254 : En laquelle ville de Bayeux le suppliant a ses pere et mere de bon Hostel, bourgeois d'icelle ville. Dici etiam videtur de iis, qui sub uno duce militant, in Stat. ann. 1373. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 658. art. 1 : Que nostre connestable de France . . . nommera et ordonnera certaine personne pour recevoir les monstres des gens de son Hostel. Pluries ibi. Denique Hostel, pro qualibetæde cuiusvis generis hominum, passim occurrit. Host et Ost, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1465. ex Reg. 194. ch. 81 : Le suppliant, estant en ceste ville de Paris, retourna environ six heures au soir en son logeis en l'Ost de nostre cousin le conte de Charolois, et lui arrivé audit Host, etc. Rursus infra: Host. Hinc Hostelée, ipsa habitantium in domo congregatio, apud Froissart. vol. 3. cap. 57: Mout fut toute l'Hostelée réjouie de la venue des dames.*

† **HOSPITISSA**, Hospes, mansionaria. Codicellus Theobaldi de Marliaco ann. 1286. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1227 : Item, Hospitissæ nostræ de Vander-ville c. solidos Turonenses.

**HOSPITIUM**, Idem quod *Gistum*, procuratio, [Molestia hospitium, in leg. 2. et 4. Cod. de Metatis (12, 40.)] Synodus Ticinensis anno 855 : Quando etiam Episcopos, Abbates, vel Comites, seu fidelium nostrorum quempiam in propria villa morari contigerit, cum suis in suis maneat domibus, ne sub obtentu Hospitii vicinos opprimant, vel eorum bona diripiunt. Concilium anonymum ann. 904. can. 11 : Ut in domibus Ecclesiarum neque Misus, neque Comes, vel iudex quasi pro consuetudine, neque placitum, neque Hospitium vindicent, etc. Willhelmus Neubrigensis lib. 4. cap. 14. et Joan. Brompton. pag. 1198. de Legato Sedis Apostol. : Et nomine suæ legationis cum excessivo numero Hospitia a cunctis per Angliam exegit Monasteriis : minores vero domus, quæ pondus Hospitii ferre non poterant, certa summa, id est, octo vel quinque marcarum Hospitia redemerunt. Bulla Honorii III. PP. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 817 : Et quod eadem annuatim Hospitia duo darent. Charta S. Ludovici Reg. ann. 1255. ex Tabul. S. Dionysii : Acceperamus apud Cormellas Parisiorum Hospitium et procurationem per duas vices, quæ consuetudo vulgariter gista vocatur. Charta Rainaldi Burgundicæ Comitissæ ann. 1148 : Ut usulem illam Hospitii susceptionem in villa S. Stephani, quæ dicitur Tercennais, habemus, etc. Statuta synodalia Episcopi anonymi ann. 1237. tom. 2. Concil. Angl. : Præcipimus . . . ne Patroni Ecclesiarum laici, sive sint Anglici, sive alicujus nationis, Hospitia a Clericis beneficiatis extorqueant, vel exigant de cætero. Vide Thomasserium in Consuet. localib. Bituric. pag. 62. et infra in Mansionaticum.

**HOSPICIETUM**, Eadem notione. Stephanus Tornac. Epist. 282. Ed. Molineti : Aliquam procurationem, sive ut vulgari-ter loquamur, Hospicietum aut gistum receperunt. Ubi expressit Gallic. Hospice.

**HOSPITIUM**, Domus, in quo consistunt

hospites, seu Mansionarii. Concilium Senonense sub Lothario Imp. ann. 834 : In summa sunt mansa centum nonaginta, et Hospicia decem et novem. Polyptychus Floriacensis : Sunt ibi Hospitia 7. et manent ibi inter mansos et caroperarios et manoperarios et Hospitia homines 121. etc. [Codex MS. Irminonis Abbatis S. Germani fol. 2 : Ermengaudus tenet Hospicium, solvit inde in anno pullum 1. ova v. Quod ibidem sæpius recurrit. Epitome Constitut. Eccl. Valentiniæ tom. 4. Concil. Hispan. pag. 154 : Hospitia ecclesiarum parochialium, et beneficiorum . . . visitentur anno quolibet, more Hospitorum Capituli. Ὅσπιτον, Græcis, eadem notione. Vide Glossar. medicæ Græcitatiss.] [\* et Gerardi Indic. Polypt. Irmin.]

**HOSPITIUM**, seu domus hospitium in Monasteriis, in Charta Charitatis Cisterciensis cap. 2. apud Cæsarium lib. 1. Miracul. cap. 13. etc. [Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ : Pauperes debent esse in numero quatuor viginti, quibus debet dari de mane in Hospicio domni mei Deaurate in aliquo loco honesto, etc.]

† **HOSPITIUM REGIS**, Regis familia, Gallice *Maison du Roy*. Epistola Petri de Condeto tom. 2. Spicil. Acher. pag. 566 : Scitis quod cum in exercitu ejus tam de Hospitio suo, quam extra tot quotidie moriuntur, vel saltem infirmantur, quod fere nullus est qui præ morbi pestilentia debeat securari. Hinc

† **MAGISTER HOSPITII**, in Charta Caroli VIII. Regis Franc. ann. 1497. apud Ludewig. tom. 6. pag. 97 : Dominus de Fay Magister Hospitii nostri nobis retulit, quo pacto ob adversam valetudinem, que sibi contingit in itinere, communicatio illa . . . fuerit interrupta.

**HOSPITIA STUDIORUM** : ita vocant in Anglia Juris Collegia in Universitatibus, seu Academicis, in quibus, qui Juri ad discendo operam collocant, morantur. Joannes Fortescutus de Laudibus Legum Angliæ cap. 49. ait in quolibet studio esse decem Hospitia minima, quandoque vero plura, quæ nominantur Hospitia Cancellariæ, ad quorum quolibet pertinent centum studentes ad minus, et ad aliqua eorum major in multo numerus, licet non omnes semper in eis simul convenient. Studentes etenim isti, pro eorum parte majori, juvenes sunt, originalia, et quasi legis elementa adscitentes, qui in illis proficentes, ut ipsi maturescunt, ad majora Hospitia studii illius, quæ Hospitia Curie appellantur, assumuntur. Quorum majorum quatuor sunt in numero, et ad minimum eorum pertinent in forma prænotata, ducenti studentes aut proprie. In iis enim majoribus Hospitiis nequaquam potest studens aliquis sustentari minoribus expensis in anno quam 80. scutorum, et si servientem sibi ipse ibidem habuerit, ut eorum habet pluralitas, tanto tunc majores ipse sustinebit expensas. Occasione vero sumptuum hujusmodi ipsi Nobilium filii tantum in Hospitiis illis leges addiscunt, cum pauperes et vulgares, pro filiorum suorum exhibitione tantos sumptus nequeant sufferre . . . quo fit, ut vix doctus in legibus illis reperitur in Regno, qui non sit nobilis, et de nobilium genere egressus . . . In his revera Hospitiis majoribus, etiam et minoribus, ultra studium legum, est quasi gymnasium omnium morum, qui nobiles decet. Ibi cantare ipsi addiscunt, similiter et se exercent in omni genere harmoniæ. Ibi etiam tripudiare, ac jocos singulos Nobilibus convenientes, qualiter in domo regia exercere solent enu-

triti : in ferialibus diebus eorum pars major, legalis disciplinæ studio, et in festivalibus sacræ Scripturæ, et Chronicorum lectioni post divina obsequia se confert. Ibi quippe disciplina virtutum est, et vitiorum omnium exilium : ita ut propter virtutis acquisitionem, vitii etiam fugam, Milites, Barones, alii quoque Magnates et Nobiles regni, in Hospitiis illis ponunt filios suos, quamvis non gliscant eos legum imbui disciplina, nec ejus exercitio vivere, sed solum ex patrociniis suis. Mitto reliqua, quæ ibi lector inspicere, si tanti est, poterit. Vide *Servientes ad legem in Serviens*.

\* **HOSPITIUM FORTALITIUM**, Domus munita, arx. Sentent. arbit. inter Ay-mar. de Pictav. et Jacob. abb. Monast. ann. 1302 : Acta fuerunt hæc apud Montem Mayranum in Hospitio fortalitie dicti domini comitis.

† **HOSSA**, Tibiale, caliga, Gall. *Heuse, Houseaux*. Vide *Osa*.

\* **HOSSEIA**, in veteri catalogo, vulgo *la Housseie*, vicus in Briegio confinioque Parisiorum atque Meldorum, non longe a Mucra fluvio, cognominatus a copia aquifoliæ, quam vulgo *Hossum* vel *Hussum* nostri vocitant, *du houz*. Ita Vallesius in Notit. Gall. pag. 420. *Houset*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Biscus vel ruscus, Gall. Houset*.

† **HOST**. Vide *Hostis*.

† **HOSTA**, Funis nautici genus, vulgo *Hource*, Ductorius funis. [\* Vel potius Juncus Hispanicus ex quo textitur. Vide infra *Osta*.] Informationes civitatis Massil. de passagio transmarino ex Cod. MS. Sangerman. fol. viii<sup>m</sup>. xvii. Item in *saccia Horstarum et pro tongoand navem CXXL. passorum*. Statuta Massil. lib. 3. cap. 16 : *Statuimus quod corderii omnes de Massilia teneantur speciali sacramento se non facturos per se, vel per alios . . . Hostas nisi de canabo femello et filo subtili*.

† **HOSTADES**, An tibialium seu caligarum species, detorta voce ab *Hossa*? Instrumentum ann. 1412. apud Rymer. tom. 8. pag. 754 : *Sex paria de gantelez, sex Hostades, quatuor pelves, etc.* [\* Vide infra *Ostada*.]

† **HOSTAGIAMENTUM**, Obses, Vadimonium, securitas, Gall. *Otage*. Instrum. ann. 1342. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 439 : *Qua die homines de Romanis, videlicet viginti burgenses et viginti populares intrabunt et intrare debent Hostagiamenta penes dictum dominum Dalphinum*. Conditiones sub quibus Carolus Princeps Salernit. de carcere liberatur apud Rymer. tom. 2. pag. 342 : *Videtur tractatum non posse compleri nisi per liberationem seu Hostagiamentum nobilis viri dom. Karoli Salern. Principis, qui in præfati dom. Regis Arragon. carcere detinetur*. Litteræ Henrici IV. Regis Angliæ apud eumd. Rymer. tom. 8. pag. 423 : *De associatione in appellatione super Hostagiamento Comitissæ de Denia*.

\* Pactum inter Amed. comit. Sabaud. et Joffredum dom. de Clarom. ann. 1305. in Chartul. Sabaud. fol. 115. r. : *Item nos dominus Claromontis . . . quitlamus, gurpimus et remittimus Hostagiamenta et fidejussiones, quas in manu nostra habebamus*. Vide *Ostagiamentum*.

† **HOSTAGIAMENTUM**, Eadem notione. Instrumentum ann. 1334. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 252 : *Item fuit actum et convenerunt dominus Comes et Dalphinus quod omnia et singula Hostagiamenta, conventiones, redemptiones non solutæ, etc.*

† **HOSTAGIARE**, Securitatem, vadimonium dare, liberari sub conditione dandi obsides. Chronicon Senoniense lib. 5. cap. 9. tom. 3. Spicileg. Acher. pag. 429 : *Plebanus vero nolens longius ita detineri, Hostagiavit se pro sexaginta libris, et sic recessit, et veniens, nunciavit Episcopo.* Charta Guidonis Comit. Nivern. ann. 1231. tom. 3. Ordinatio. pag. 117 : *Si non haberet unde juri parere posset, similiter capi non posset, nec etiam res sue, dum se posset Hostagiare.* Rymer. tom. 2. pag. 342 : *Tractatum extitit et etiam ordinatum, quod præfatus Princeps liberaretur a carcere supradicto seu Hostagiaretur sub conditionibus infra scriptis. Ponantur in posse dicti D. Alphonsi Regis Aragon. pro obsidibus tres filii primogeniti Principis Salernitani.* Nostris, *Livrer ostal, pro Donner ostage.* Le Roman de Floire MS. :

Puis apela son Seneschal,  
Si lor a fait livrer Ostal.

\* Nostris *Ostager* et *Ostaiger*. Charta Joan. comit. Cabilon. ann. 1224. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 211. rº col. 1 : *Creantavi dicto comiti quod si contingeret quod ego vel aliquis de gente mea caperemus dictos W. et R. de Chay vel alterum eorum . . . non redderem vel Hostagiarem illum vel illos qui capti essent, donec hostagii, quod ducissa Burgundiz dedit . . . essent deliberati et quinti.* *Ostagiare*, eodem sensu, in alia Ch. ibid. *Ostager*, in Ch. ann. 1267. ibid. fol. 270. rº col. 1. *Ostager d'ester à droit*, in Libert. villæ de Levigny ann. 1291. tom. 5. Ordinatio. reg. Franc. pag. 514. art. 6. Le Roman d'Alexandre Ms. part. 1 :

Daires l'avoit tenu quatorze ans prisonnier,  
Petit fu porté pour son per Ostagier.

**HOSTAGIARIA**, Securitas, Gallis, *Ostage, Ostagiare*. Pactum inter Will. de Hollandia et Ludov. Comitem de Los ann. 1206. lib. 1. Regesti Honorii III. PP. : *Et pepigit . . . dare Hostagiariam et securitatem, videlicet, quod coram Episcopo Trajectensi ponet terram Hollandiz in Hostagiariam.* Occurrit ibi non semel.

† **HOSTAGIARIUS**, Obses, fidejussor. Statuta Massil. lib. 5. cap. 36 : *Constituimus firmiter observandum, ne unquam deinceps occasione aliqua, obsides sive Hostagiarum pro communi Massiliæ dentur, vel tradantur in civitate Massiliæ, vel extra.* Vide infra *Hostagium tenere*.

1. **HOSTAGIUM**, Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 348 : *Has terras ego et hæredes mei acquietabimus erga Regem de scutagio et Hostagio, et omni auxilio et alio servitio ad Regem pertinente.* Idem videtur quod *Gistum, procuratio*. Vide *Hospitatus in Hospes*.

Rectius de censu annuo, qui ratione domicilii debetur, intellexisset Vir eruditus, ut ex Chartulario S. Vedasti Atrebat. Litt. V. pag. 192. manifestum fit : *De Hostagiis autem, id est, censibus domorum, quoniam inolevit nequitia . . . ut qui Hostagia debent, ea ab ecclesia abalienare . . . contendant.*

\* Charta Gerardi Camerac. episc. ann. 1083. ex Tabul. S. Auberti : *Annualia Hostagia persolvebant et debita furnagiam ad furnum ecclesiæ.*

† 2. **HOSTAGIUM**, Mansio cum certa agrî portione sub censu annuo hospitii seu rustico ad excolendum concessa, Gall. *Hostise, hostage*. Charta ann. 1154. tom. 3. Gall. Christ. col. 354 : *Confirma-*

*mus vobis Hostagia quæ dedit vobis Robertus Præpositus.*

3. **HOSTAGIUM**, Vadimonium, ex Gall. *Hostage* : *Obsidiatus*, Eutropio lib. 2. et Amiano lib. 16. Matth. Paris pag. 216 : *Dux Bavariz et alii divites in Hostagio remanserunt.* [Chronicon ann. 1215. tom. 2. Hist. Lotharing. col. xxxix : *Nam sicut patris ejus Fridericus sæpe fecit, a quodam cive Metensi creditore suo sæpius in Hostagiis detinebatur, nec habebat unde redderet.*]

† **HOSTAGIUM TENERE**; *Ostager*, in Consuet. Britan. art. 112. et seqq. Dicitur de debitore qui intra præfinitos fines consistere tenetur, donec creditoris satisfecerit. Charta ann. 1291. ex Chartul. S. Johannis Angeriac. pag. 278 : *Ego dictus miles (obligo) corpus meum ad faciendam seu tenendam Hostagia seu tenerias infra muros castri S. Johannis, per tantum tempus donec de præmissis sit eidem Abbati plene et integre satisfactum.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 1. § 19 : *Curia . . . debitorem, si tamen masculus est, quicumque sit, dum tamen pubes sit, vel major pubere, per sacramentum ab eo inde factum, vel exactum, continue Hostagia tenere compellat ubicumque dicta curia statuet infra hos terminos Hostagia communter teneri.* § 20 : *Terminos autem tenendi Hostagia per hoc statutum assignamus masculis debitoribus, quos terminos hujusmodi ponimus, videlicet in carceria pulatii Massiliæ ex parte Occidentis quatenus extenditur, etc. Ista loca modo assignata, faciat dicta curia ad hostagiaris observari, quando jussu judicis debitores ad tenendum Hostagia compellentur, ita scilicet quod inde nullatenus recedat hostagiaris, absque licentia et voluntate expressa creditorum suorum, usquequo ab ipso debitore . . . sit in solidum satisfactum.* § 21 : *Si vero dictus debitor mulier est vel erit, illa similiter compellatur ad tenendum inde Hostagia a dicta curia, ut supra dictum est per omnia de debitore masculino, eo excepto quod ipsa mulier Hostagia dicta non teneat, in loco illo ubi homines tenent ea, sed in domo sua, vel patris sui, vel matris, vel mariti aut soceri, vel socrus suæ, vel in domo ubi morabitur stagiam faciendam.* Vide *Obs-tagium*.

\* Ejusdem consuetudinis meminit Charta Hervei episc. Trec. ann. 1232. ex Chartul. Campan. fol. 171. col. 1 : *Pro residuo vero dictarum triginta sex milia librarum Parisiensium dictus Theobaldus tenebit Hostagium Senonis anno prædicto completo, et ibidem singulis noctibus pernoctabit.* Vide *Ostadium* 2.

**HOSTAGIUS, OSTAGIUS, HOSTIAGIUS**, Obses, *Hostage*. Guill. de Podio-Laurentii cap. 14 : *Ipsa vicecomite . . . in Ostagium remanent.* Adde Henric. Knyghton. ann. 1295. Sic autem dictus, quod obses in alterius potestatem transiret, ejusdem *hospes* esset, uti supra observatum; præterea sponsor, præ, qui pro altero spondebat sacramento interposito : quia si is, cujus præres erat, pactum non adimpleret, in potestatem illius, cui fidejussionem præstiterat, transibat, donec illud adimpleretur. [Charta Ricardi Regis Angliæ ann. 1195. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. xvii : *Hiis omnibus pactis, Comes Leicestrie, et omnes prisoneres et Hostagii prisonum, prout divisum est hinc et inde liberabuntur.*] Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis : *Et Guigo Peira et Adalardus frater suus se ipsos obsides posuerunt, quatenus si in terra illa Eleemosynæ ab aliquo inferretur injuria, postquam Ele-*

*mosynæ Custos eos monuerit per se vel per nuntium suum, intra 7. dies ad Siurenem in Ostagium venirent, et ita manerent ibi, donec injuria illa integre emendata esset.* Epist. 61. ex Francicis tom. 4. Hist. Francor. : *Milites etiam et burgenses totius territorii Nigellæ Ostagii sunt per sacramentum hujus conventionis tenendæ; hac conditione, si Comitissa in hæredem, vel hæres in Comitissam insurgeret, ille, in quem alter insurgeret, si Ostagios submoneret, aut infra 15. dies ei, cui injuria illata esset, emendari facerent, aut donec emendatum esset, parti ejus adhærerent, et, postquam emendatum esset, ad pristinum statum redirent.* Charta ann. 1289. ex Tabul. S. Aniani Aurelian. : *De his autem fideliter et firmiter observandis fidejussores sunt isti . . . qui similiter fide in manu nostra promiserunt, quod in civitate Aurelianensi prisonem tenebunt Militis donec præfatus venditor fecerit garentiam, etc. Ubi prisio Militis, est qualis Militem decet. Observantia Regni Aragon. lib. 9. tit. de Cessione bonorum § 1 : *In commanda non habet locum cessio bonorum, nec admittitur; sed solum in mutuo admittitur. Est autem consuetudo regni, quod si debitor commandæ captus detineatur per judicem, quia non reddit depositum, si petat se tradi custodiæ creditoris, est sibi tradendus, prius tamen creditore asscurante vitam et membra, et quod dabit sibi cautionem sufficientem, et tenebit eum captum in loco decenti. Si autem depositarius noluerit ipsum recipere, et de prædictis cavere, iudex debet ipsum a captione liberare.* Alia hujusce ritus exemplum profert Anton. Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 271. v. 272. ut et vir eruditissimus Dionysius Salvaincus Boissius in Tractatu de Usu feudor. cap. 73. Vide *Obses*.*

**HOSTATICUS**, Obses, interdum fidejussor, Italis *Statico*. Vetus Charta apud Beslium pag. 390 : *Dedit autem Bernardus Comitem in plevone Hugoni, et 4. Hostaticos, per talem conventum, quod si Bernardus per fidem attenderit tibi tuas convenientias, ego eos tibi reddam in captionem, etc.* Occurrit ibi pluries. Concilium Helenense ann. 1065. et Constitutio Jacobi I. Regis Aragon. pro Treuga domini : *Fidejussores vel Hostatici.* Charta Guillelmi D. Montispezzulani ann. 1109 : *De centum marchis persolvendis sunt firmantia et Hostatici, etc.* [Chron. Modet. lib. 3. apud Murator. tom. 12. col. 1155 : *In his verbis multi nostrum timuerunt ne vellet nos tenere prout Hostatici.* Pluries ibi. Chronic. Estense apud eundem Murator. tom. 15. col. 399 : *Exivit de dictis carceribus relinquendo ibi Hostaticos tres filios suos, et alios Barones, etc.*] Vide Consuet. Britan. art. 112. et seqq. Adde Chartam Hispanicam apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 635. aliam apud Martinezium in Histor. Pinnatensi lib. 3. cap. 5. et Molinum in Repertorio voce *Hostagium*.

**HOSTATICUM, OSTATICUM, Obsidium, Hostage. Charta ann. 1316. qua Arnaldus de Corsavino recognoscit debere se Sancto Regi Majoricarum 60. mill. sol. Barcin. ob observantiam *hostaticorum*, ad quam tenebatur in villa de Coirio : *... Nos spectata aliqua monitione venimus intus villam de Coirio, ubi tenebimus et servabimus prædictos Hostaticos.* Charta ann. 1156. ex Bibl. Sebusiana Cent. 1. cap. 24 : *Ita tamen, quod ibi securus sim a vobis per omnia, præter Ostaticum tenendum, sine vestro enganno, quod inde aliquo modo non egrediar, do-***

nec supradicti... reddant vobis Castrum de Trencatallia, etc. Charta Joannis XIII. PP. apud Ughellum tom. 2. pag. 15 : *Neque ripaticum, aut teloneum, sive Ostaticum, neque paratum..... faciant.* Sed hic pro *Hostiaticum* videtur sumi.

HOSTATICARE. Vide *Opsticare*.

\* 4. **HOSTAGIUM**, Jus illius qui decimas colligit, idem quod *Cario* et *Redecima*. Vide in his vocibus. Charta ann. 1217. in Chartul. S. Petri Gandav. ch. 19 : *Quatuordecim raserias avenæ ad mensuram frumentariam de Hostagiis. Quod clarius exponitur in Declar. feud. ann. 1330. ibid. ch. 18 : Derechief a tidit Mikiel à Harnes rentes, que on appelle Ostages, sur toutes les terres dont les dismes et li terrage viennent as cours sains Pierre à Harnes et à Loysons ; et valent chil Hostage par an six muïs d'avoine.* Nisi idem sit quod *Agrarium*. Vide infra *Reptagium*.

† **HOSTALAGIUM**, **HOSTELAGIUM**, Pretium quod pro exhibitio hospitio exsolvitur. Limborch. Sent. Inquis. pag. 123 : *Dedit sibi tres Turonenses argenti pro Hostalagio.* Computus ann. 1270. ex Archivio castri Nannet. : *Item pro Hostelagio equorum apud Marsilium CX. sol.*

\* *Ostaje*, eadem significatione, in Cons. Petri de Font. cap. 19. art. 7. pag. 116. At vero *Hostelaje*, Stipendium quod alicui pro stabulandis equis tribuitur. Ordinatio hospiti. reg. ann. 1317. in Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 79. v. : *Prandra ledit monseigneur Adam quatre provendes d'aveine, fer et clou, et cinq sols de gages par jour pour fein, Hostelages et les gages de ses vales.*

\* 1. **HOSTALARIA**, Officium, cui hospites suscipiendi cura incumbit. Tabul. eccl. Agin. apud Stephanot. tom. 1. Antiqu. Vascon. Mss. pag. 532 : *Monasterium SS. Gervasii et Prothasii de Exiis... habet abbatem et administrationes... cantoriam, Hostalarium, etc.* Vide *Hostellaria* 3.

\* 2. **HOSTALARIA**, **HOSTALAYRIA**, Diversorium, Gall. *Hôtellerie*. Mirac. Mss. Urbani V. PP. : *In quadam Hostalaria, ubi tenet signum regis Aragonum, etc.* Acta Mss. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 35. r. : *Evenerunt domum predictam, et iverunt cubitum in quadam Hostalayria villæ.* Vide *Hostellaria* 4.

† **HOSTALARIUS**, Qui mercatoribus extraneis domos vel apothecas locat. Litteræ Philippi VI. Regis Franc. ann. 1335. tom. 2. Ordinatio, pag. 115 : *Hostalariis quibuscumque prohibere, sub pena decem librarum Turonensium, nobis applicanda, ne de dicta corrateria se aliquatenus intromittant. Et quod ipsi corraterii destituti nec Hostalarii, per quos multæ fraudes, quandoque circa præmissa consueverunt, ut dicitur, committi.* Vide *Hostelagium*.

\* **HOSTALARIUS**, Tabernarius, Gall. *Hotellier*, alias *Hostellain*. Charta ann. 1332. ex Bibl. reg. cot. 2 : *Inveniens in cantono domus seu hospicii, ... quod hospicium tenet Raimundus Torrozzelle Hostalerius Narbonæ.* Alia ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 606 : *Bertrandus Auchiam serviens regius et Hostalerius Montispezzulani, etc.* Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. ch. 224 : *Perrinet Danisy trouva Perrinet de la Croix Hostellain et tavernier, etc.* Alia ann. 1405. in Reg. 160. ch. 255 : *Iceulx compaignons se voudrent loger en l'ostel Adam Corbel, lors Hostellain publique, ... lequel les refussa à hosteler léans.* Ita quoque legendum, pro *Hoscelain*, in Lit. ann.

1399. tom. 8. Ordinatio. reg. Franc. pag. 372. Vide *Hostallerius*.

† **HOSTALLERIUS**, Caupo, Stabularius, Gall. *Hôtelier*. Processus de Vita B. Petri de Luxemburgo tom. 1. Julii pag. 566 : *Franciscus dictus Lemosini Hostallerius hostelleriæ Leonis rubei.* Vide *Hostellerius* 2.

\* **HOSTALICUS**, **HOSTALICOS**, **TENERE**, Idem quod supra *Hostagium tenere*. Consuet. Perpin. Mss. cap. 40 : *Item quilibet tenens Hostalicos in Perpiniano ; ... dum ibi erit in Hostalicos et bona quæ ibi habet, etc.*

\* **HOSTARIA**. Vide infra *Hosterius*.

† **HOSTATICUM**. Vide in *Hostagium* 3.

\* **HOSTELERAGIUM**, Diversorium, Gall.

*Hôtellerie*. Ordinatio. ann. 1395. in Memor. F. Cam. Comput. Paris. fol. 29. r. : *Que tous veneurs et fauconniers, à qui que ils soient, ... ne se logent dores-en-avant en aucun lieu ou plat pais, ne ailleurs, fors ès hébergeries, ou l'en a accoustumè hébergier pour l'argent.* Quæ ad marginem codicis ita Latino-barbare redduntur : *Quod venatores et fauconarii non logent nisi in Hosteleragis pro suis pecuniis.* Vide supra *Hostalaria* 2.

† **HOSTELICIA**, **HOSTELICIGIUM**. Vide in *Hostis*.

† **HOSTELINA**, Præstatio in belli expensas et sumtus. Tabularium S. Remigii Remens. : *Ad estivaticam simul facit corrogatas 9. donat annis singulis in Hostelina denarium.* Vide *Hostilitium* in *Hostis* 2.

† 1. **HOSTELLARIA**, Eleemosynaria, domus eleemosynæ, in qua Hospites et advenæ gratis excipiuntur, in Chronico Andreasi pag. 361. 414. et tom. 1. Monast. Anglic. pag. 298. Vide *Hospitalaria* in *Hospitalia* 2.

† **HOSTELARIA**, Eadem notione. Charta Jacobi Episc. Atrabat. ex Tabular. S. Bartholomæi Bethun. fol. 61 : *Cum impetrassent ut in Hostalaria Bethuniensi... manere perpetuo permitterentur, et ibidem Deo et pauperibus deservire, etc.*

† 2. **HOSTELLARIA**, Domus hospitum, in Monasteriis. Charta ann. 1130. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 382 : *Per singulos annos viginti raserias frumenti reddituram.... super altare S. Salvatoris et S. Rotrudis Andernensi Ecclesie donavit, decem scilicet ad mensam Monachorum, quinque autem ad infirmariam, quinque vero ad Hostellariam.*

† 3. **HOSTELLARIA**, Officium ejus cui cura est hospitii Monachici. Bulla Pauli III. PP. ann. 1537. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 111 : *Et ultra dignitatem Abbatialem, una cameraria, una infirmaria, una sacristia, una celleraria, una Hostellaria, etc.*

† 4. **HOSTELLARIA** et **HOSTELARIA**, Diversorium, nostris *Hôtellerie*. Charta ann. 1377. ex Archivio Camberiaci : *Parisiis in Hostellaria habente signum Ursi in magna carreria S. Anthonii. Constitutiones Cluniac. ann. 1301. ex Codice MS. B. M. Deauratæ : Item, omnes et singulos de Ordine Cluniacensi maxime Abbates dicti Ordinis, et Priores conventuales salubribus monitis exhortamur, eis pro suarum animarum salute et pro honore Ordinis persuadendo omnino ut ab esu carnis in Hostelleriis et in aliis locis secularium personarum maxime extranearum se omni tempore abstineant dum in itinere fuerint constituti.*

† 1. **HOSTELLARIUS**, Monachus qui hospites excipit. Charta ann. 1167. apud Madox Formul. Anglic. pag. 117 : *Dabit etiam ipse et hæredes sui post eum, annis*

*singulis ad festivitatem S. Johannis Baptistæ, Hostellario nostro manutergium unum.* Bulla Pauli III. PP. ann. 1537. tom. 4. Gall. Christ. inter Instrum. col. 111 : *Quæ personatus seu officia secularia inibi existerent pro uno sacrista, uno Hostellario et uno cantore.*

† 2. **HOSTELLARIUS**, **HOSTELARIUS**, Caupo stabularius. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. Aprilis pag. 148 : *Johannes Jolius mercator Hostellarius commorans in parochia B. Mariæ divitis Turonis.* Litteræ Philippi VI. ann. 1341. tom. 2. Ordinatio. pag. 159 : *Hoc salvo quod nullus ipsorum correctariorum erit tabernarius, Hostelarius, seu mercator, propter multas fraudes quæ subsequi possent.* Vide *Hostallerius*.

† **HOSTELLENSIS**. Vide *Hostollenses*.

\* **HOSTELLERIA**, Eadem notione. Testam. Joan. Fabri episc. Carnot. ann. 1390 : *Acta fuerunt hæc omnia et singula modo præmisso Avenione in Hostelleria cervelheriæ, in careria dicta de la Boucèrie.* Vide *Hostellaria* 4.

\* **HOSTENA**, Idem quod *Hostis* 2. seu obligatio eundi in exercitum, vel præstatio in belli expensas. Libert. Montiscalvuli tom. 7. Ordinatio. reg. Franc. pag. 596. art. 2 : *Burgenses liberi sint de tailia et corvada et Hostenis, nisi cum rege vel comite ierint.* Vide *Hostelina* et infra *Ostiena*.

\* **HOSTENDERE**, pro *Ostendere*, in Lit. remiss. ann. 1363. tom. 4. Ordinatio. reg. Franc. pag. 233.

† **HOSTENDUCIÆ**. Vide in *Hostis* 2.

† **HOSTERIA**, Sacra pyxis, ciborium, Gall. *Ciboire*. Recensio supellectilis Monast. S. Johann. Bapt. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. pag. 421 : *Item unam Hosteriam argenti deauratam cum armis domini Cardinalis.* Vide *Hostiaria*.

\* **HOSTERIUS**, Tabernarius, Gall. *Hôtellier*. Stat. datiar. Ripar. cap. 111. fol. 9. v. : *Item quod omnes et singuli Hosterii et Hostariæ, cujuscumque conditionis existant, ... non possint tenere pro usu suo vinum in illa canipa illius coloris, seu manerici, seu speciei, cujus fuerit vinum gabellatum.* Italici, *Osteria*, caupona.

† 1. **HOSTIA**, Panis ad sacrificium Eucharisticum destinatus. Charta ann. 1257. ex Tabular. S. Mariani Autissiodor. : *Dedi et concessi unum sextarium frumenti boni et laudabilis pro Hostiis in dicta ecclesia faciendis.* Statuta Nicolai Gelani Episc. Andegav. ann. 1263. tom. 11. Spicileg. Acher. pag. 207 : *Prohibemus singulis Sacerdotibus parochialibus ne ipsi parochianis suis die Paschatis testes (f. tostas) seu Hostias loco panis benedicti ministrent, ne ex ejus ministratioe seu receptione erubescant evitare videantur.* Tabularium Abbatiae Melerei : *Ego Mauritius de Credonio dedi B. M. de Meleroio duo frumenti sextaria de Chantocœo ad faciendas Hostias in Corpus Domini consecrandas.* Charta ann. 1420. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 194 : *Et sic corpus Christi in Hostiis non secundum formam Ecclesie rotundis, sed qualitercumque incisis, vel manibus fractis... conficiebant.* Vide *Oblata*.

\* Nostris *Hostie*, *Oiste*, et *Oite*, pro ipsa sacra Eucharistia. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Hostia, dicitur sacrificium, Oite Gallice.* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 214 : *Lesquelz pillars... s'en alerent en l'église de Beon, en laquelle ils prindrent un joyau de cristal, qui estoit en maniere d'une custode pour porter le*

*Corps N. S. J. C. et une boiste d'ivoire, où il avoit deux Oistes sacrées.... En vidant unes besaches où les dites choses estoient, il chut une des boistes en laquelle estoient les deux Oistes sacrées; pourquoy ledit Guillaume prist à un drappel les dites Hoistes, et les remist en une des dites boistes, comme celui qui ne savoit se elles estoient sacrées, ou non. Vitæ Patrum Mss. :*

Et quant il vint au sacrement,  
Que la sainte Oiste dut lever, etc.

\* **HOSTIÆ DIVINÆ CELEBRATIO**, Missæ sacrificium, in quo Corpus Christi conficitur. Hist. Fr. Sfortiæ apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 583. male notata 558. ad ann. 1449: *Ille (Franciscus) cum ea ipsa hora celebrationi divinæ Hostiæ interesset, non modo pedem, sed ne faciem quidem aut vultum mutare visus, sacramenti celebrationisque exitum expectavit.*

† **HOSTIA** sub imagine Salvatoris in throno sedentis celebris apud Divionem ubi religiose asservatur, hodieque notata conspicitur guttis sanguineis, quæ olim manarunt, dum sacrilegus quidam Judæus pluribus gladii ictibus confodisset. Breve Eugenii IV. PP. ann. 1433. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 895: *Tuis igitur in hac parte devotis supplicationibus annuentes, tibi Hostiam quamdam sub imagine Salvatoris in throno sedentis, mirabile Sacramentum Dominici Corporis, multis in locis a vesana cujusdam feritate gladii ictibus perforatam, et ex eo sanguine respersam in locis præfatis, quæ in sacrario nostro erat recondita, tuæ piæ devotioni concedimus et donamus.* Celeberrima quoque quæ Parisiis in ecclesia parochiali S. Johannis in Grevia asservatur et colitur: rem utpote notam, et ad nostrum institutum non omnino pertinentem silentio præterimus.

† **HOSTIÆ FRACTIO**, in solemnibus sacrificio apud Muz-arabes fit in novem partes suo quovis nomine distinctas. Officium Gothicum tom. 3. Conc. Hispan. pag. 266: *Symbolo Apostolorum recitato, vel dum in choro illud absolvitur, frangit Hostiam sacerdos et patenæ imponit... in novem (partes) eam dispescit, secundum præcipua novem fidei nostræ mysteria, in symbolo quod absolvitur contenta: dumque singulas partes frangit, ad earum quamlibet mysterium plena quædam verba profert.* Unaquæque nomine proprio donatur: 1. Corporatio, 2. Natiuitas, 3. Circumcisio, 4. Apparitio, 5. Passio, 6. Mors, 7. Resurrectio, 8. Gloria, 9. Regnum appellatur. [\* Vide Glossar. med. Græcit. voce *Μερίκ*, col. 907. c.]

† **HOSTIÆ CAUDAM IMMOLARE**, Proverbialis formula, pro, quod ceptum est perficere. Epistola Gaudredi Abbatis S. Barbaræ apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 543: *Dilecto dilectori suo Hugoni frater Gaudredus talarem induere tunicam, et Hostiæ caudam immolare.*

† **2. HOSTIA**, pro *Hostia*, ut videtur; Servitium quod ratione hospitii a colono debetur. Chartularium SS. Trinitatis Cadom. fol. 46. vº: *Hedricus 30. denar... et præter hæc Hostia et herces quæ pluris facio.* Vide *Hospitalatus* in *Hospes*.

**HOSTIÆ IMMOLATITIÆ**, quas stulti homines juxta Ecclesiæ ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum Martyrum vel Confessorum Domini, in Capitulis Caroli M. ann. 769. cap. 6.

\* **3. HOSTIA**, Panis tenuissimus ex farina et aqua confectus in modum panis Eucharistici. Comput. ann. 1393. inter

Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 124. col. 2.: *Solvi pro duabus libris specierum confictarum, scilicet manus-Christi et dragée perlade, et Hostiarum deauratarum, xvj. grossos.* Vide *Oblata*.

† **HOSTIAGIUS**. Vide in *Hostagium* 3.  
† **HOSTIALIS**, Pallium. Vide *Ostialis*.  
1. **HOSTIARIA**, Pyxis, quæ hostias consecrandas continet, in Ceremoniali Episcop. libro 1. cap. 12. Vide *Hosteria*.  
\* **2. HOSTIARIA**, Limen superius, ut videtur, vel postis. Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Item Johanni Huberti lathomo per forum factum cum ipso... corruendi totam Hostiarium magnæ portæ, ... et reficiendi de novo de petra et plastro, et quærendi certas petras taillæ pro dictis Hostiaris expensis suis, pro pœna et materia decem francos auri.*

1. **HOSTIARIUS**, [Cui de pane Eucharistico ecclesiam aliquam providere incumbit.] Tabular. S. Theofridi in Velavis: *Notum sit cunctis, quod controversia, quæ versubatur inter Sacristam monasterii S. Theofredi, et Hostiarium Anticiensem super hostias, fuit sic concordatum, quod quæsta hostiarum S. Fortunati sit in perpetuum Sacristæ et successoribus ejus: et Sacrista debet dare annualim Hostiaro ratione dictæ quæstæ tres Cartonadas bladi, et dictus Hostiarus tenetur in perpetuum dare et providere monasterium et Ecclesiam S. Fortunati de hostiis sine aliqua conditione, etc.* Vide *Oblationarius*.

\* Extat etiamnum in prioratu S. Petri Podiensis officium monasticum, nomine *l'Hostier*, cujus erat totius diocesis ecclesias hostiis providere. Consule D. le Vert. in Dissert. de Missa et Commun. pag. 462.

† **3. HOSTIARIUS**, Apparitor, Gall. *Huissier*. Litteræ Johannis Regis Franc. ann. 1351. tom. 2. Ordin. pag. 600: *Deputetis dictis mercatoribus adductoribus, servitoribus... unum vel plures Hostiarium (leg. Hostiariorum) nostri Parlamenti, seu alios servientes nostros.* Mandatum ann. 1404. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 342: *Mandamus committendo primo Parlamenti nostri Hostiaro aut servienti nostro qui super hoc fuerit requisitus, etc.* Hugonis Falcandi Hist. Sicula apud Murator. tom. 7. col. 326: *Missis igitur Hostiaris, curiæ familiares, Episcopi, Comites, cæterique proceres cum magistris justitiaris ad curiam convocantur.* Ibid. col. 328: *Missique sunt per urbem Hostiaris, qui cives ab armis juberent discedere, populique metum sedarent.* Occurrit præterea in Computo ann. 1202. apud D. Brussel de Usu feud. pag. CLXV. Vide *Ostiarus*.

† **3. HOSTIARIUS ARMORUM**, Nostris *Sergent d'armes*. Butilierus in Summa rurali lib. 2: *Les Sergens d'armes sont les maciers que le Roy a en son office, qui portent macés devant le Roy. Sont appellés Sergens d'armes, pour ce que ce sont les Sergens pour le corps du Roy.* Confœderatio inter Henricum Castellæ et Carolum V. Franc. Reges ann. 1369. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1504: *In præsentia dilectorum Johannis de Bignetes militis cambellarum, et Yvonis de Cacambas Hostiaris Armorum, et nuntiorum dicti Regis Franciæ fratris nostri carissimi.* Vide *Servientes armorum* in *Serviens*.

\* Testam. Rad. de Aurel. ann. 1294: *Ego Radulphus de Aurelianis armorum regis Hostiarus, etc.* Inventar. Chartar. reg. ann. 1482. fol. 95. vº: *Acquisitio*

*facta per regem per modum excambii totius usus, quem Radulphus de Aureliis Hostiarus armorum habebat in foresta de Gommez.* Vide infra *Huissarius* 2.

† **4. HOSTIARIUS**, Cui ostii seu portæ cura incumbebat. Liber niger Scaccarii pag. 355: *Hostiarii Milites ipsi in domo comedent... Alii Ostiarii non Milites in domo comedent, sine alia liberatione.*

**HOSTIARIUS COQUINÆ**, Officium in coquina regia. Charta Phil. Pulc. ann. 1304. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 479. rº. col. 1.: *Laurentius de Sancto Martino Hostiarius coquinæ Johannæ reginæ.*

† **HOSTIATICUM**, **HOSTICUM**. Vide in *Hostis* 2.

† **HOSTIATIM**, pro *Ostiatim*, in Consuetud. Udalrici Episc. Patav. ann. 1470. apud Hansizium tom. 1. Germ. sacræ pag. 555.

\* **HOSTIATUS**. [Hostiis instruo. *Plaut. Rud.* 1. 5. 12. *Æquius vos erat candidatas venire, Hostiatasque ad hoc fanum.*]

\* **HOSTICAPAX**. [Hostium captor. *Festus.*]

† **HOSTICIUM**, Domus, mansio. Charta ann. 1422. apud Rymer. tom. 10. pag. 237: *Quatuor Hosticia et quinque arpenis de vineis cum appendiciis.* Vide *Hospitalatus* in *Hospes*.

\* **HOSTICULUS**. [Diminut. hostis. *Not. Tir.* p. 79. *Hostis, Hosticulus.*]

\* **HOSTICUS**, Diversorium, Gall. *Hôtelierie*. Necrol. eccl. Meld. Ms. fol. 21. vº: *Domus sita inter Hosticum cagiæ et puteum claustris.*

\* **HOSTIFIGUS**. [Hostilis. *Actus* apud *Non.* 8. 15. *Odirum Hostificumque diem!*]

† **HOSTIGIA**. Vide *Hospitalatus* in *Hospes*.

**HOSTILAGIUM**, Pretium seu salarium, quod exsolvent mercatores extranei pro locario domorum, seu apothecarum, in quibus reponunt merces suas vendendas et distraendas in nundinis publicis. Ita vox *Hostellage* usurpatur in Consuetudine Bayonensi tit. 5. art. 47. tit. 7. art. 22. 23. 30. *Iter Camerarii Scotici § 67: De Hostilagiis in burgo.* Charta ann. 1172. apud Perardum pag. 245: *Quidquid habebant de ventis, et Ostellagium, quod mihi debent parifici, et calciamentorum constructores, etc.* Vide *Hostelarius*. [\* Vide supra *Hospitalagium*.]

\* **HOSTILARE**. Gloss. Bibl. Mss. anonymi ex Bibl. reg.: *Hostilare, prout mihi videtur, nihil significat, licet in nullis Bibliis invenitur scriptum: sed pro eo dicendum est ustulare.*

† **HOSTILARICIUM**. Vide in *Hostis* 2.

1. **HOSTILARIUS**, Idem qui *Hospitalarius*, Officium Monasticum, ex Gall. *Hostellier*, apud Henricum Knyghton. ann. 1099.

\* **2. HOSTILARIUS**, Idem qui *Hospes*, qui domum incolit sub censu annuo. Charta ann. 1083. ex Chartul. Nivern.: *Quam (terram) sub censu octo denariorum Hubertus tenuit Hostilarius, etc.*

\* **HOSTILE ITER**, Exercitus, obligatio pergendi in hostem. Vide supra *Eercitiale*.

**HOSTILENSE**. Vide in *Hostis* 2.

† **HOSTILIA**, Domus, mansio. Charta ann. 1265. in Chartular. S. Johannis Carnot.: *Non licebit dictis Abbati et conventui in dicto clauso Hostilias facere in quibus hospites commorentur.*

† **HOSTILIA**, f. *Diversorium*, Gall. *Hôtelierie*: nisi idem sit quod supra *Hostilagium*. Hist. Cortusior. lib. 7. apud Murator. tom. 12. col. 896: *Cæterum domini prædicti de la Scala nullo unquam tempore debeant vel possint, vel*



alii pro ipsis aliquid accipere apud Hostilium, nec in Pado in dicto loco, vel alibi, occasione ipsius Hostiliæ, nec aliquod impedimentum mercatoribus vel mercatoribus transeuntibus, etc.

\* Quævis officina. Charta Theob. comit. Bles. ann. 1151. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 644: *Statuimus ut nullus domum, grangiam, penitus aliquam Hostilium circa ecclesiam infra subnotatas metas præsumat erigere.*

\* **HOSTILICATUS**, Ad aggradiendum hostem idoneus. Joan. de Cardalhaco serm. in Epiph. Dom.: *Tertio dico quod isti Magi obtulerunt munus Hostilicatum, deffensativum, quod designatur cum dicitur, arma et equos.* Hinc *Baston à hostoier*, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 521.

† **1. HOSTILITAS**, Idem quod *Hospitalitas*, gistum seu procuratio. Charta Caroli M. ann. 770. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 719: *Nullus iudex publicus, nec ad causas audiendas, nec ad infrendas vel freda exigenda, nec Hostilitates vel mansiones aut paratas faciendas... ingredi audeat.*

**2. HOSTILITAS, HOSTILITUM.** Vide in *Hostis* 2.

† **HOSTIMENTUM**, Dicitur lapis quo pondus æquatur. Papias. [\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Hostimentum, pois, vel balance, vel fer de baton.*] Hinc

† **HOSTIMENTUM DOTIS**, JC. dicitur donatio quæ uxori a marito fit in compensationem dotis ab ea acceptæ.

† **HOSTIRE**, *Æquare, adplanare.* Gloss. Isidori et Sangerm. MSS. n. 501. Unde, inquit Grævius, *Redhostio et Hostorium.* \* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Hostire, esqualier.* Aliud Prov. Lat. ex Cod. reg. 7657. *Egualier, Prov. equare, Hostire.*

† **1. HOSTIS**, pro *Hospes*. S. Bernardus in Epist. 441. Edit. Mabill. tom. 1. pag. 393: *Dum enim ad mensam Domini nostri Episcopi, civem nostrum, imo et Hostem meum, in argenteis vasis de more suaviter nutrirer.*

\* Alterum sensum ejusdem vocis docent Statuta antiqua Florent. lib. 3. cap. 36. ex Cod. reg. 4621: *Quicumque offenderet in persona aliquem suum Hostem, id est, illum pro quo laborat aliqua bona, ultra pœnas alias sibi impositas per ordinamenta, intelligatur esse et sit magnas et de numero magnatum civitatis Florentiæ, et si contumaciter condemnatus, non solverit condemnationem infra duos menses postquam venerit in fortiam communis Florentiæ, amputetur sibi pes.*

**2. HOSTIS**, Exercitus, castra, expeditio bellica, Gallis *Host* et *Ost*, Hispanis *Hueste*. Gloss. Lat. Gall.: *Exercitus, Host.* Gregorius M. lib. 12. Epist. 23: *Hostem collectum habet.* Anastasius in Joanne VI. PP.: *Et illum cum suo Hoste ad propria repedare fecit.* Sampirus Astoricensis Episcopus in Hist. Hispan.: *Ipsis diebus Hismaclitica Hostis urbem Legionensem adtemptavit.* Vetus Charta apud Bollandum 26. Mart. pag. 683. sic clauditur: *Acta est autem publice in Saxonia, ubi tunc temporis fuimus in Hoste.*

Sed et feminino interdum genere usurpatur. Baldricus in Chron. Camesrac. lib. 3. cap. 68: *Terram Hosti suæ devastandam distribuit.* Charta Ludovici VII. ann. 1143: *Si Hostem nostram submonemus.* Alia: *Condonavimus illis ne ulterius in Hostes nostras vel expeditiones ire non compellantur.* [Breves Annales Ratisponenses apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 477: *Anno a Nativitate*

*Domini... DCCCXX. Hostis magna contra Hliudwicum.]* Sic Itali Scriptores *Hoste*, etsi utroque genere, crebrius tamen feminino usurpant, ut [Caffarus in Annal. Genuens. lib. 1. apud Murator. tom. 6. col. 285: *Ita se de armis, tentoriis et de omnibus necessariis oneraverunt, quod a mille annis in sursum tam pulchra et honesta et tanta in una Hoste visa nec audita fuerunt.* Chronicon Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 28: *Infra quod tempus dicti Panormitani fecerunt de hominibus habitantibus in eadem urbe Panormitana tres Hostes, seu acies et congregationes gentium, quas miserunt extra urbem.]* Joan. Villaneus lib. 1. cap. 46. Boccacius Nov. 17. etc. Ita pariter Latini Scriptores ævi inferioris, Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 2. 3. etc. Lex Salica tit. 32. § 6. tit. 66. Capit. Caroli M. ad Legem Salicam cap. 1. § 6. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 4. § 1. 4. Lex Ripuar. tit. 63. Lex Saxon. tit. 5. § 1. Lex Longob. lib. 2. tit. 18. § 5. [\* Carol. M. 106.] Capit. Caroli M. Caroli C. variis locis, Gesta Regum Fr. cap. 10. 12. 17. 19. 37. Fredeg. cap. 98. Annales vett. Franc. ann. 740. 750. 781. 790. Tudebod. pag. 891. etc. Raim. Montanerius in Chron. Aragon. cap. 122: *Feu anar la crida per la sua Host, que tot hom pegas les tendes, etc.* Sic etiam nostri *Ost* et *Host* dixere. Guill. Guiart ann. 1297:

Assemblee ses Os à Compiengne  
Li Rois pour soi plus avoier  
D'aller en Flandres Ostoier.

[Le Roman d'Athis MS.]

Que sans son message envoier,  
Viennent à lui pour Ostoier  
Dedans le terme de quinzaine,  
Car la guerre sera prouchaine.]

Occurrit passim.

\* *Ost bennie*, bellum bannitum seu indictum, tom. 1. Fabul. pag. 100:

Yssus sont fors à Ost bennie  
Toute la noble compaignie.

\* Unde *Hostoyer*, bellum gerere. Charta ann. 1357. in vol. 12. arestor. parlam. Paris: *Lesquelz disent qu'ils sont en possession et saisine de servir le roy toutesfois qu'il Hostoye en sa personne, ou fait crier son arrier-ban.* Ejusdem originis *Ostoier*, Vir bellica virtute præstans, in Poem. Alex. Ms. part. 1:

Onques en nulle terre n'ot meilleur Ostoieur.

\* *Hostiage* vero, pro *Jurgium*, rixa, molestia. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 397: *Comme le suppliant feust avecques ses familiers et mesnage au lieu de la Nozierre du conté de la Marche, sans faire à aucuns injures, villenie ne Hostiage, etc.*

*Hostem* vero proprie postmodum appellarunt nostri servitium militare, quod dominis suis feudalibus debebant vassalli ac tenentes: ita ut ad bellicam submonitionem, seu citationem, militibus armis instructi cum iis in exercitum pergere tenerentur. Idque vocabant *Hostem*, vel *exercitum*, quibus vocabulis adjungitur fere semper alterum ex his, *cavalcata*, *equitatus*, *expeditio*, ita ut una eademque fuisse videatur obligatio, cui obnoxii essent vassalli. *Consuetudo eundi in Hostem*, appellatur in Tabulario S. Albini Andegav. Charta A. Comit. Inculismensis ann. 1191: *Dedi, quitavi... illam consuetudinem, quæ dicitur Ost sive Chevauchie, quam habebam in hominibus S. Eparchii, etc.* Discrimen tamen inter *Hostem* et *cavalcata* statuit

vetus Consuetudo Andegavensis tit. *De Houst et de chevauchie: Il y a difference entre Houst et chevauchie: car Houst est pour defendre le pays, qui est pour le prouffit commun, et chevauchie est pour defendre son Seigneur.* Unde colligi datur, per *Hostem* intellexisse nostros eam expeditionem, quæ pro patria tuenda intra domini fines peragitur: per *cavalcata* vero eam expeditionem quæ pro bellis domini, etiam extra domini sui limites peragitur: quod firmare videtur Charta ann. 1124. apud Heimeræum in Augusta Viromand. pag. 96: *Si extra provinciam exercitum duxerit, homines villæ juxta antiquam consuetudinem expeditionem ei tantum faciant.* Præterea Charta Ludovici VI. ann. 1218. descripta a Boschetto in Vita S. Exuperii pag. 46: *Nec expeditiones nostras nisi submonentur in nomine belli, eant, et hoc solummodo bis in anno: in cavalcariis autem nostris, si submonentur, vadent: sed 12. leucas a castro Corbelio non excedent.* Quo loco *expeditio* pro *Hoste* sumitur. [Consulendum hac de re Glossarium juris Gallici v. *Chevauchée.*]

Utique sit de postremi hujus vocabuli notione, id constat, crebro has voces promiscue pro una eademque obligatione usurpari; fortean quod ut plurimum, qui *Hostem* debebant, deberent et *cavalcata*: quæ quidem obligationes, non tenentes modo ac mansionarios spectabant, sed et viros nobiles, feudatarios, seu vassallos, cum nemini earum immunitas concederetur, ac ne ipsi quidem Episcopis, Abbatibus, aut Sacerdotibus, quos passim legere est obnoxios fuisse *Hosti* et *cavalcata*, ratione *regalium*, aut possessionum Ecclesiasticarum, quod in extrema hujusce Dissertationis parte probandum reservamus: prius enim quæ de generali *Hostis* obligatione nobis occurrerunt, videntur præmittenda.

Non omnes tamen *Hostes*, vel *Hostem* facere tenebantur, ut loquuntur Leges Longobard. lib. 3. tit. 9. § 3. 4. [\* Lothar. I. cap. 22. 23.] Capitul. 1. ann. 810. cap. 11. Capitula Caroli C. tit. 31. cap. 26. et Append. 2. cap. 30. sed qui *Hostem* debebant, ut est in iisdem Capitulis tit. 43. cap. 18. vel qui per se poterant expeditionem facere, tit. 31. cap. 27. ut qui *caballos habebant, vel habere poterant*, ibid. cap. 26. ita tamen ut interdum expensarum partem alii, qui in *hostem* non pergebant, iis exsolvent, qui expeditionem suscipiebant, [quod probant Additamenta ad Leges Lotharii apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 153: *De mediocribus quippe liberis, qui non possunt per se Hostem facere, Comitum fidelitati committimus ut... adjutorium præbeant ad nostrum servitium faciendum.]* Sed et nec illi immunes erant a bellicis oneribus: nam, ut est in d. cap. 27: *illi, qui in Hostem pergere non poterant, juxta antiquam et aliarum gentium consuetudinem, ad civitates novas, et pontes ac transitus paludum operabantur, et in civitate atque marchia wactas faciebant, ita ut ad defensionem patriæ omnes sine ulla excusatione venire tenerentur: quod et habet Eginhardus Epist. 22. Adde Capitula Caroli C. tit. 7. cap. 69.*

Maxime tamen in *Hostem* eundi necessitas incumbere iis, qui prædia possidebant: adeo ut detrectandæ militiæ causa ea alienare non liceret, quod potissimum colligitur ex Legibus Longob. lib. 3. tit. 9. § 5. 4. 6. 7. 8. [\* Lothar. I. cap. 22. 23. 80. 24. 26.] Capitulari ann.

807. Edit. Baluzianæ cap. 2. ex Capitulis Caroli M. lib. 3. cap. 69. et Addit. 2. ejusdem libri cap. 35. Capitula Caroli C. apud Marsnam ann. 849: *Et liberi homines secundum qualitatem proprietatis exercitare debeant*. Quæ quidem militaris servitii ratio pro prædiorum modo ac numero, etiam obtinuit posterioribus sæculis, maxime in feudalibus. Vide Statuta secunda Roberti I. cap. 27. et Statuta Willelmi Regum Scotiæ cap. 23.

Sed et ne liberi quidem, si ætatem pupillarem excessissent, patrefamilias licet pergente, immunes erant ab *Hoste*: ita tamen ut si tres, aut ultra essent, unus semper propter domesticam curam remaneret, ex Lege Longob. lib. 3. tit. 9. § 8. et ex Constit. Ludovici II. Imper. ann. 867. edita a Camillo Peregrino. In Consuet. Aquarum mortuar. de qualibet domo sufficit unam ire personam in expeditionem. Ita etiam in Libertatibus villæ Montisbrisonis ann. 1223. loco mox laudando.

Ætas, qua debebatur *Hostis*, sic definitur in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 23. § 1. et in Mandato Henrici III. Regis Angli. *Super juratis ad arma*, in Addit. ad Matth. Paris pag. 149: *Quilibet homo ætatis inter sedecim et 60. annos jurabit, et assidebitur ad arma secundum quantitatem terrarum suarum et cattallorum*. Apud Saxones, ut auctor est Luithprandus lib. 2. cap. 8: *Vigebat mos laudandus atque imitandus, quatenus annum post unum atque duodecimum, nemini militum bello deesse contingeret*.

\* A pueris, etiam novem annorum aut circiter, præstitum fuisse militare servitium, docent nos Literæ remiss. ann. 1381. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 138: *Philippot Brunet estoit commis et ordené pour aler veoir et visiter sur les murs de ladite ville (de Mante) par nuit, sur lesquels il trouva un enfant... de l'aage de neuf ans ou environ, qui n'estoit pas bien en sa garde; si lui dist, que fais tu cy mauvais garçon? et lui donna un seul cop de sa main sur la teste, dont il se heurta ou cheut sur un caillot, en disant, va à ta garde*. Verum si aliquando in puerili ætate ad *Hostem* stricti fuerunt, in virili nonnunquam ab eo fuerunt exempti, ut discimus ex Charta Odon. Tull. episc. ann. 1221. inter schedas Mabill.: *Præterea idem comes Wademonitis... illos homines ad ipsas chevalcatas nullatenus transducat, qui triginta et quinque annos excesserint*.

\* Ex pacto interdum inito inter dominum et vassallos, qui *Hostem* debebant, clientem pro se mittere illis licebat, modo non instans esset periculum. Libert. castri Carof. ann. 1194. in Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 55: *Omnes in expeditionem ibunt, aut clientem idoneum mittent pro se; sed si negotium tam propinquum fuerit, quod clamor aut visus a castro percipiatur, omnes pariter, tam clientes quam domini, in auxilium et tuitionem patriæ properabunt, ... si in excubias aut in expeditionem ire aut mittere noluerit, remissam reddet cum satisfactione quinque solidorum, etc.*

In *Hostem* pergebant hostiliter præparati, ut est Capitulis Caroli Calvi tit. 21. cap. ult. *Cum omni plenitudine in necessario hostili apparatu*, Tit. 32. cap. 13. *Warniti, seu cum omni hostili apparatu*, ut est in Decreto Ludovici II. Imp. de Promotione exercitus, etc. cap. 8. apud Camillum Peregrinum: *rebus omnibus instructi, ut venire et redire cum pace*

possent, ex iisdem Capitulis Caroli C. tit. 26. 27. pag. 240. 248. 300. *Stuffati de carriagiis et victualibus*, ut est in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 5. § 5. In eundo vero ab omnibus *transiuris* immunes erant, ex Capitulis Caroli M. lib. 4. cap. 58. neque durante expeditione in jure conveniri poterant. Charta Communiæ sancti Quintini ann. 1195: *Quotiescumque Communiæ submonuerimus, Communiæ in exercitus et equitationes nostras veniat. Facta autem submonitione nostra, ipsi arma ferentes, nulli respondebunt justitiæ infra diem submonitionis*. Hinc apud nos *Literæ*, quas *status* vocant.

\* Charta Renardi de Choiseul milit. dom. de Bourbonne et de Verecourt ann. 1316. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 423: *Li homme de ma seigneurie de ladite ville doient alier en ma chevauchie garni de bascinet et d'espée, ou de hache Danoise, ou de lance, et de pourpoint à armet, deus jours à leurs despens*.

Ab *Hoste* recedere inconsulto duce non licebat, in Statutis S. Ludovici lib. 1. cap. 59. Eorum, qui ante præscriptum tempus ab *Hoste* Regis recedebant, multa erat 60. sol. cujusmodi erat eorum qui *Hosti* deerant. Vide *Heristiz*, et Capitularia Caroli M. lib. 4. cap. 70.

Immunes tamen erant ab *Hoste*, seu exercitu et expeditione mulieres. Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 59: *Nule fame n'acoustumée, ne doit aler en l'Ost, n'en chevauchie*. Et infra: *Dame ne doit ne Ost ne chevauchie désormais, se elle est fame le Roy: més elle puet bien envoier tant de Chevaliers, come ses fiés doit, et li Roy ne la puet achoisonner*. Vetus Consuetudo Britan. art. 132: *Il n'appartient pas à la femme aller en Ost, ne en chevauchie, ou il y a fait d'armes*. Præterea

Qui 60. annuum attigerant. Charta Matildis Com. Nivern. ann. 1223. pro Autisiodorensibus: *Dicti vero cives mei exercitum mihi debent et equitationem, etc. Homo sexagenarius ultra, et vel corporis infirmitate manifesta impeditus ad exercitum vel equitationem ire non tenetur, nisi talis sit, quod possit mittere aliquem loco sui, ad respectum 12. (juratorum) vel majoris partis eorum*. Charta ann. 1293. apud Duchesium in Hist. Castilion. pag. 197: *Homs de sexante ans et de plus ne sera de riens contrains d'aler en Host ne en chevauchée, més il y envoira soffitament par l'esgard des Eschevins*. In Libertatibus Bardonensibus MSS. concessis a Petro Rege Arag. ann. 1283: *Mulieres, et qui sunt ætatis 70. annorum, viduæ vel pupilli non tenentur ire vel mittere in exercitum*. Vide Leges Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 9. et Stephan. Tornac. Epist. 252. 2. Edit.

Immunes præterea erant ab *Hoste*, urbium *Jurati* vel *Ædiles*, Gubernatores, Notarii, in Foris Beneharn. tit. 1. art. 15. 16. Notarii, Phisyci, Jurisperiti, in Consuetud. Aquar. mort. *Furnarii ac molitores*, in Statutis S. Ludov. lib. 1. cap. 59. *Egri*, in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 4. 5. 9. in Lege Ripuar. tit. 65. denique *Pauperes*, in Consuet. Aquarum mortuarum. Erant præterea immunes alii ab *Hoste* et *cavalcata*, ex speciali Principum privilegio. Vide Gregor. Turon. lib. 5. cap. 27. Denique qui uxorem acceperat, primo anno ab *Hoste* et omnibus necessitatibus publicis immunis erat, in Capitulis Caroli M. lib. 6. cap. 52. Quod etiamnum in urbium incolis obtinet, qui hoc primo nuptiarum anno

ab excubiis aliisque oneribus eximuntur.

\* Consuet. Carcass. in Reg. L. Chartoph. reg. ch. 3: *Extraneus homo, qui in villa Carcassæ ducat uxorem et ibi remanebit, liber sit per annum et diem de cavalgada et Ost et gaita*.

\* Eodem privilegio in quibusdam locis gaudebant viri, quorum uxores in puerperio jacebant. Charta Henr. episc. Clarum ann. 1392. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 144: *Item fuerunt et sunt in possessione habitantes prædicti (de Laudozo) non solvendi nec præstandi excubias aut alias debitas, nec ad voluntatem vestram accedere, ubi alia tenerentur, quamdiu eorum uxores in puerperio jacent*.

Eundi in *Hostem* et *expeditionem* oneris seu obligationis non una eademque fuit ratio; sed secundum locorum libertates ac immunitates prorsus extitit diversa. Siquidem quorundam locorum incolæ non tenebantur ire extra territorii sui fines: alii in *Hostem* ita pergebant, ut domum redire eadem possent die: quidam tres dies *Hostis* debebant, quidam plures. Alii *Hosti* obnoxii non erant, nisi pro defendenda patria, et si domini castra aut dominia ab inimicis impetentur: non vero pro federatis ferendo auxilio. Denique interdum ad quasvis dominorum expeditiones, etiam extra domini fines, ire tenebantur. Hæc sigillatim veterum tabularum auctoritate firmanda sunt.

E Provincia, seu e territoriis dominorum suorum excedere pro *expeditione* facienda non fuisse adstrictos vassallos, diserte habet Guibertus lib. 5. Hist. Hierosol. cap. 24. Barones Bohemici, in Vita Caroli IV. Imp. sub finem: *Domine Rex, de jure nostro existit, et ab antiquis temporibus inviolabiliter observatum, quod extra regnum non debemus armis proficisci; sed intra regni limites ipsum regnum contra eos, qui hoc hostiliter invadere conantur, pro viribus defendere et tueri*. Consuetud. S. Audomari ann. 1127: *Libertatem vero quam antecessorum meorum temporibus habuerunt, eis concedo, scilicet, quod nunquam de terra sua in expeditione proficiscuntur, excepto si hostilis exercitus terram meam defendere debebunt*. Charta Communiæ de Bassoles les Anlers ann. 1202: *Notandum est insuper, quod in omnibus negotiis nostris et torneamentis infra ditionem nostram a nobis submoniti venient: extra vero eos ducere non poterimus*. Fori Aragon. lib. 1. fol. 8: *Item que los Richos hombres de Aragon non sian tenidos por las honores, ni por las terras, que tienen del sennor Rey, de servir lo por aquellas fuera de su sennoria, in passar mar*. Vide Foros Beneharn. tit. 1. art. 12. Statuta Dalphinalia pag. 38. Lindanum in Teneræmunda pag. 220. et Chopinum lib. 1. de Doman. tit. 13. § 17.

Paulo aliter in Libertatibus Raucurti, et Haracurti, concessis a Galchero Comite Regitestensi ann. 1255: *Præterea Burgenses de Raucourt et Haracourt mihi debent exercitum et expeditionem per totum Comitatum meum, et adhuc possum ipsos ducere in exercitum et expeditionem in extra Comitatum meum per unam jornadam ad ipsorum coustangias. Et si amplius ipsos tenere voluero, ipsos ad meas coustangias rationabiles per Scabinorum considerationem possum tenere, et tamen illos non possum tenere et ducere in exercitum et in expeditionem, nisi cum castellanaria de Maceris. Eadem habentur in Charta Libertatum Mace-*

riarum Hugonis Comitis Regitestens. ann. 1233.

Quidam, ut diximus, ita in *Hostem* pergebat, ut eodem die domum reverti eis liceret. Consuetudo Loriacensis: *Nullus eorum in expeditionem nec in equitationem eat, nisi eadem die ad domum suam, si voluerit, revertatur.* Charta Ludovici VII. ann. 1153. pro Seaucii incolis, ex Tabulario Fossatensis fol. 152: *In expeditionem vel exercitum nunquam ibunt, quin eadem nocte revertantur ad domos suas.* Epistola 62. ex iis, quæ habentur tom. 4. Hist. Francor.: *Comes de Mellento honorem totum de Gornaco assecuravit Regi contra omnes homines ad parvam vim et magnam, ipsi et cuiusque Baillivo, qui de parte Regis venire cognosceretur: ita quod homines terræ cum Rege irent; sed ipsa nocte redirent, nisi pro amore plus remaneret.* Charta Joannis Comitis Vindocinensis ann. 1213. in Hist. Castilion. pag. 29: *Et si tandem in expeditionem iter fecerim per terram præposituræ de Mesangeio, personam meam sequi tenentur: ita tamen quod eodem die, quo moti mecum fuerint, poterunt ad propria remeare.* Apud Thomam Walsinghamum in Edw. II. ann. 1326. Londonienses aiebant exire civitatem suam se non teneri ad pugnam, nisi possent, juxta libertatem eis concessam, ipso eodem die reverti ante solis occasum. Adde Consuetudinem Marchensem art. 137. et Consuetud. MS. S. Juliani de Saltu in Lingonibus.

\* Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 96. r. col. 2: *Stephanus Mener, Adam alluterius comparuerunt pro Villanova regis juxta Senonas et dicunt se non debere exercitum domino regi, nisi ex sua mera gratia, nisi tantummodo ire cum mandato domini regis tanto spatio, quod una die possint redire ad Novam-villam de sole vel de die.* Ubi notanda prorsus hæc verba: *Ex sua mera gratia*, cum de regia expeditione agitur; quæ etiam 60. dierum erat, ut monet infra Cangius.

Alii duorum dierum *Hostem* debebant. Libertates Solemniaci in Arvernis: *Item aliquis de communitate prædicti non tenentur nos sequi in exercitum nisi per 2. dies, in quibus nos debet sequi expensis suis propriis, nisi hoc spontaneus facere vellet: ultra duos dies prædictos tenentur nos sequi ad expensas nostras proprias pro defendendo jura Comitatus nostri.*

Interdum *Hostis* trium dierum erat. Guibertus lib. 5. Hist. Hierosol. cap. 35. Crucesignatorum alacritatem ad expeditionem sacram extollens, hæc subdit: *Et quod majus dinoscitur præstare miraculum, cum intra proprios adhuc tenerentur fines, via in sui Regis exercitu tridui spatio patiebantur tentoria, etiam cum non cogerentur exire a Provincia.* Fori Osce Jacobi I. Regis Arag. anni 1247. fol. 25: *Infantiones Aragonum tenentur istud facere Regi, cum tendit ad campale prælium, vel ad obsidionem castri sui, quod intra terram suam aliquis violenter contra suam detinet voluntatem, quod debent ipsum sequi cum expensis propriis per tres dies, post triduum vero manere aut redire arbitrio permittatur Infantionis.* Charta Adelfonsi Regis Aragonum pro Cæsaraugustanis æræ 1153: *Et habent fueros Infançonnes de Aragon, qui non tenent honore de Seniore, quod vadat ad lite campale et a sitio de castellum cum pane de tres dies.* Vide Observantias Regni Aragon. lib. 6. de Privileg. Militum § 1. et Michaelem del Molino in Repertorio pag. 176. col. 1. Li-

bertates urbis Baugiaci ann. 1150: *Item si pro jure nostro acquirendo, seu defendendo guerram haberemus, vel exercitum contra aliquem moveremus, homines in dicta villa commorantes, nos in expensis eorum propriis sequi tenentur, et per tres dies nobiscum cum armis fideliter per se vel per alium idoneum substitutum commorari: ultra tres dictos dies non tenentur nobiscum morari, nisi ex gratia hoc facere voluerint, nec ad hæc compellere ipsos amplius possumus, nec debemus.* In foris Beneharnensibus tit. 1. art. 11. *Hostis* 9. dierum esse dicitur: in Charta Libertatum Pontallerii ann. 1257. apud Perardum pag. 488. est quatuordecim. In Jure feudali Saxonico cap. 5. *Feudatarius tenetur servire domino suo sex hebdomades in propriis expensis.* Quod si a domino ultra hos statos dies in exercitu retinerentur vassalli ac tenentes, dominus eis *vadia* dare tenebatur. Vide Augustinum du Pas in Stemmatib. Armor. part. 2. pag. 454.

\* Trium dierum erat servitium militare, quod monasterio Cassinensi præstare debebant illius subditi. Charta ann. 1271. inter Privil. ejusd. monast.: *Quod si contingit dictum monasterium vel dominum abbatem ejusdem movere exercitum, servire sibi tenentur prædicti homines in prædicto exercitu, expensis propriis ipsorum hominum, tribus diebus, quibus elapsis tenentur servire ad expensas ipsius monasterii vel abbatis.*

\* Alii 21. dierum *Hostem* debebant. Charta Aymer. vicecom. Rupejav. ann. 1296. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 311: *Concedimus quod ipsi non sequantur nec sequi teneantur nos nec hæredes nostros cum armis, nisi duntaxat pro defensione terræ nostræ, et tunc in expensis suis nos sequantur et sequi teneantur cum sexaginta hominibus solum per viginti et unum dies, infra castellanium de Rupejavardi tantum; et in expensis nostris in castellanis seu locis de Brigolio et de la Cossiere, cum dicto numero et per dictos viginti et unum dies; qui homines et arma per dictos consules et per duos probos viros pro nobis fideliter eligantur, et si opus fuerit pro defensione terræ nostræ, tota communitas nos sequetur cum armis ad expensas nostras.*

In Francia tamen, regia *expeditio* 60. dierum fuit, ut colligitur ex Statutis S. Ludovici, quorum verba sub finem hujus observationis subdemus: nisi ex infeudationum tabulis minoris esset dierum numeri, ut habetur in Catalogo Militum, qui contra Comitem Fuxi profecti sunt ann. 1271. tom. 5. Hist. Franc. pag. 551.

Ex verbis, quæ locis allatis, et in aliis Chartis occurrunt, nos sequi tenentur, *Expeditio*, seu *Hostis*, in Charta ann. 1350. apud Justellum in Hist. Taronenri pag. 104. *Sega et sequita cum armis*, dicitur.

Interdum ea gaudebant immunitate vassalli ac tenentes, ut *Hostem* dominis suis non deberent, nisi pro terræ defensione, et pro propriis eorum negotiis: ac proinde si aliis auxilium et opem ferre vellet, eos sequi cogi minime possent. Fori Bigorrenses art. 15: *Censuales rustici vel liberi non in expeditione Comitem sequantur, nisi forte exercitus extraneus in terram insurrexerit, vel suum obsessus castrum ecutere voluerit, aut ad nominatum bellum abierit.* Tabularium S. Crucis Talemondensis fol. 3: *Si tamen inimici nostri in honorem nostrum superaverint, tunc omnes eant, ut defendant sua ab inimicis propria.* Charta Radul-

phi de Balgenciaco ann. 1085. in Tabulario Vindocinensi fol. 193: *De hominibus Monachorum nullum faciet ire in bannum, vel corveiam, sive equitatem, nisi forte aliqui in terra ejus venerint deprædaturi: aut si quis inimicus castellum voluerit facere in terra sua super eum.* In his tantum duobus negotiis ibunt cum eo homines nostri: si autem ipse voluerit ire super alios, in ejusmodi negotiis cum eo non ibunt, neque cum hominibus suis. Charta Petri Decani Trecentis anno 1198. in Tabular. Campan.: *Si Comes iturus est in exercitum vel expeditionem in propria persona, pro negotio proprio, per litteras suas, vel per creditibilem nuntium nobis mandabit, ut homines nostros submoneamus, et hoc faciemus, et ad nostram submonitionem ibunt homines nostri, et aliter non, et eunte ipso Comite.* Charta Galcheri de Castellione Comitis S. Pauli ann. 1218: *Homines vero ejusdem villæ in exercitum vel equitationem ego Galcherus Comes vel hæres meus non potero ducere, nisi proprio negotio cogente.* Alia ann. 1224. in Probat. Histor. Ducum Burgundiæ pag. 134: *Præterea debent nobis in propriis expensis suis exercitum et chevachiam, tantummodo in negotiis nostris, et in defensione Ducatus Burgundiæ, non in aliorum negotiis aut auxiliis, nisi de voluntate sua, etc.* Charta ann. 1240. in Tabulario Campaniæ f. 366: *In chevacheis vero homines dictæ villæ nunquam ibunt nisi pro patria defendenda, vel pro præda recuperanda.... In carreis nunquam ibunt, in exercitu vero ubi dominus Rex personaliter, vel alius loco ejus fuerit, ibunt, et in eodem exercitu non morabuntur nisi per octo dies, tam in eundo quam in redeundo.* Charta ann. 1286. apud Marcam in Hist. Beneharn. pag. 662: *In hominibus et habitationibus dictorum locorum et pertinentium habebunt... exercitum et cavalcata pro defensione terræ, etc.* Libertates MSS. villæ de Vitre, a Theobaldo Comite Campaniæ concessæ mense Aprilii ann. 1230: *Se je semon ost ne chevachie en tans que foire sera, li changeor et li marcheant, qui venront en la foire en besoignie, i porront envoier homes soffisans por aux sans emande: et se aucuns defalloit de mon ost ou de ma chevachie, cil qui defaurroit, lo m'amanderoit. Et je promet à bone foi, que je ne les semondrai en ost ne an chevachie por aux oquaisner, mais que por mon besoing.* Libertates urbis Jasseronis ann. 1283: *Item homines habitantes et habitaturi infra dictos terminos non tenentur nos juvare ad guerras nostras, quascumque et contra quemcumque habeamus, nec in castris nostris manere, nec nobiscum in exercitum ire, nec cubiam vel excubiam in castris nostris facere, nisi pro proprio facto de Jasserone, nec ad prædicta ipsos possumus compellere, nec debemus.* Clamores vero Castellaniæ de Jasserone, et villæ de S. Justo non guerram sequi tenentur homines supradicti. Charta Galcheri de Castellione Constabularii Campaniæ ann. 1293: *Et tuit cil, qui desores en avant y vendront demorer, soient quites eus et leus hors de Ost et de chevacherie, sauf ce qu'il aideront defendre le chastiau et la chastellerie de Chastillon, se mestiers et besoins est, et ne les porrons tenir en la besoigne ou nous les metrons, que deus jours à leurs despens: et se plus les volons tenir, d'illeuc en avant nous les tenrons à nostre coust, et promettons en bonne foi, que nous ne les semondrons, se n'est por la besoigne de Chastillon, ou por necessité de la Chastellerie, et*

*aura chascuns armes et chevaus selon son pooir par son serment, et par le serment des Eschevins.*

Interdum etiam tenebantur dominos sequi in expeditionem, cum bellum iis erat cum aliis: quod *nominatum* et *indictum* appellabant. Charta Goffredi Comitum Andegav. ann. 1096. apud Sammarthanos in Abbat. S. Nicolai: *Insuper etiam concedo, ut sui homines nullam mihi cosdumam faciant, nec ad aliquod negotium meum pergant, nisi solummodo ad bellum publice indictum, aut denominatum.* Fori Bigorrenses art. 15: *Censuales, rustici, vel liberi non in expeditione Comitum sequantur, nisi forte exercitus extraneus in terram insurrexerit, aut suum castrum exurere voluerit, aut ad nominatum bellum abierit.* Tabularium Angeriense fol. 239: *Willelmus Dux Aquitanorum restituit burgum, quod vocatur Alodium, quod vult ab omni consuetudine liberum, nisi forte quando populus undecumque vocatus, etiam de alodiis Militum ad nominatum bellum pro patria processerit pugnaturus.* Charta ann. 1087. apud Beslium pag. 505: *Et concedo liberos et francos omnes homines, qui pertinent ad jus illius Ecclesie, ubicumque sint, ab omni exercitu et expeditione, excepta illa que vocatur nomine belli, cum scilicet dominus Pictavis bellum acturus est cum aliquo inimicorum suorum.* Charta ann. 1076. apud eundem pag. 467: *Nec cogantur predictorum homines Monachorum ubicumque habitent, ire in exercitu aut expeditione, nisi agatur nomine belli.* Alia ann. 1112. ex Tabulario Vindocinensi fol. 217: *Ita ut homines in eodem burgo manentes pro banno Comitum vel cuiuslibet ejus Præpositi submonitione non moneantur, nisi pro exercitu, et hoc nomine prælii in adversarios, nec tunc a Comite vel a quolibet ipsius homine, sed a Præposito Monachorum submoneantur.* Charta Goffredi Comitum Andegavensis pro Monasterio SS. Sergii et Bacchi: *Dono... de toto territorio ad S. Melaniam pertinente vicariam totam et bidannum, et universas consuetudines, excepto fodrio, et prælio generali pro defensione regni aut principis.* In regno Aragonum, Infantiones, extra dominationem domini Regis non tenentur ei servire pro honore vel terra, vel mare transfretare, in Observant. Regni Aragon. lib. 6. tit. de Conditione Infantionatus § 17.

\* Aliquando *Hostis* ea conditione debebatur, ut præsens esset dominus aut aliquis ex ejus familia. Charta Blanchæ comit. Trec. pro libert. de Valmy ann. 1202. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 486. art. 6: *Exercitum et cavalciam meam michi facient, si ego vel aliquis de domo mea præsens fuerit; ita tamen quod Maternam non transient.*

\* Varias hujusce obligationis pergens in *Hostem* rationes simul collectas exhibet Charta ann. 1240. ex Chartul. Campan. fol. 366. col. 1: *In chevauchis vero homines dictæ villæ (Sancti Juliani super Roignon) nunquam ibunt, nisi pro patria defendenda, vel pro præda recuperanda, in castellaris videlicet Calvimontis, Montiscleari, Nogeni et Montignei, in Charreii nunquam ibunt: in exercitu vero ubi dominus rex (Navarræ) personaliter, vel alius loco ejus fuerit, ibunt, et in eodem exercitu non morabuntur nisi per octo dies, tam in eundo quam in redeundo et in exercitu morando, nec deinceps in eundem exercitum per dominum regem nec per suos redire compellantur. Ubi Exercitus, quod idem est atque Hostis, a*

*Chevauchia* ita distinguitur, ut hæc expeditionem, quæ extra domini limites; ille vero, quæ infra fines ejusdem peragitur, significet.

De jure communi, vassalli *Hostem* debebant et *equitationem* propriis expensis. Interdum tamen *vadia* dabantur vassallis, eorumque *damna* in expeditione passa a dominis resarciebantur, ut est in Statutis Delphinalibus pag. 36. 37.

Prædictis subjungenda videntur, quæ de *Hoste* et *cavalcata* universim habent Chartæ aliquot aliæ, ex quibus ejusmodi expeditionum quis usus, quæve conditiones fuerint, facile quis colliget.

Libertates villæ Montisbrusonis, concessæ a Guigone Comite Forensi M. Nov. 1223: *Item voluit et retinuit Dom. Comes, ut homines villæ Montisbrusonis et infra terminos habitantes, faciant exercitum Domino Comiti in propriis personis: scilicet unus de qualibet domo, si necesse sibi fuerit pro bello campali, vel si inimici ejus obsident castrum suum, vel si ille vellet obsidere castrum alicujus inimici sui pro guerra propria; vel si ipse vellet bastire castrum, quando Dom. Comes præceperit. Et si aliquis remanserit de illo exercitu, solus inde penam 10. sol. et si obsidio vel exercitus ad bellum ultra septimanam duraverit, pro unaquaque septimana solvat Comiti, qui remanserit 10. sol. nomine pænæ. Tamen si aliqui dominus domus esset extra Comitatum Forensem, quando exercitus terit, nulla pæna ab eo exigatur, sed si redierit adhuc durante exercitu, si securus possit ire, teneatur ire, vel solvere pænâ pro tanto tempore, quanto fuerit in mora. Si vero Comes pro alia guerra sua et defensione terræ suæ guerram fecerit, alio modo, et voluerit exercitum sive cavalcata a villa Montisbrusonis, homines ipsius villæ et infra terminos debent mittere unum hominem munitum pro se de qualibet domo, quod ni fecerint, dabit quilibet, qui non miserit, Comiti 3. solid. et 6. den. nomine pænæ pro unaquaque septimana. Idem dicimus de cavalgatis pro guerris amicorum suorum specialium: tamen hujusmodi cavalcata et exercitum debent facere homines villæ Montisbrusonis, et infra terminos habitantes tunc tantum, quando Dom. Comes indixerit exercitum universaliter aliis gentibus de terra sua. Nullus tamen tenetur ire vel mittere in prædictos exercitus, secundum quod supra dictum est, nisi domum habeat, et valentiam 10. librarum tam in domo, quam in aliis rebus.*

Charta Communiæ Nivernensis ann. 1194: *Item de exercitu et chevauchia dictum est, quod præfatos homines extra Comitatum Nivernensem non traham, quin ipsi in ipsa nocte in eundem Vicecomitatum possint reverti. Ad torneamentum prædictos homines ducere non potero, nisi apud Chableiam, Jovigniacum et Rubem montem. Si autem de exercitu vel chevauchia ipsos submoneri fecero, unusquisque ibit, vel per se mittet idoneum servientem. Si quis vero ætatis 60. annorum, vel infirmitate detentus, vel non audita submonitione nostra remanserit, et hoc jurare poterit, quitus erit: sin autem, legem suam emendabit, et conductionem unius servientis usque ad 6. dies singulis diebus, quibus alii moram fecerint, persolvat. Similia habentur in Charta Communiæ Autisiodor. indulta a Mathilde Comitissa anno 1223.*

Libertates concessæ Albiensibus et Carcasson. ab Amalrico Comite Montisfortis ann. 1212: *Ad bellum campale, sive*

*nominatum, vel ad succurrendum Comiti, si fuerit obsessus, vel ad Rereban, tenentur omnes ire communiter Barones, Milites, majores, et minores, qui fuerint citati. Quod si Baro, Miles vel alius Dominus terræ, in hac suprema necessitate comprobatus fuerit ad Comitem auxilium laturus, nisi sufficienti causa possit, bona mobilia ipsius erunt in manu et voluntate Comitum et Domini, sub quo manebit per medium. Item Barones, Milites, et alii Domini terrarum, qui debent servitium Comiti, et citati ad quindenam, non venerunt ad locum præfixum a Comite ad exercitum, ita quod infra quindenam iter accepit, quinta pars redditum singulorum, unius anni scilicet terræ illius, quam tenent a Comite, erit pro emenda in manu et voluntate Comitum, nisi causa sufficienti... possint; si vero venerint, sed non cum debito numero Militum, pro quolibet Milite, qui deerit, dabunt duplicia stipendia, quamdiu sine debito numero Militum fuerint.*

Consuetudines et Libertates Aquarum Mortuarum, anno 1246: *Item quod per 20. annos sint liberi et immunes in perpetuum ab omni cavalcata per aquam et per terram; et post 20. annos sint liberi et immunes in perpetuum ab omni cavalcata ultra Magalon. Ulicens. et Nemausens. dioceses, sed infra istas faciant cavalcata, et etiam in Arelat. et Avinion. diocesisbus citra Rhodanum. Et hæc intelligimus cum alia terra de Senescallia Belliquadri exhibit ad cavalcata, et tunc exeant secundum quod de villis bonis Senescalliæ exhibent. Nec possit aliquis habitator loci illius compelli personaliter ire in cavalcata, si tamen aliquem peditem cum armis competentibus mittere voluerit loco sui: et de qualibet domo sufficiat unam ire personam, exceptis pauperibus, illis scilicet, qui non habent valens ultra 25. libras Turonenses, qui nec ire nec mittere compellentur, et exceptis viduis et pupillis, et exceptis Notariis, utentibus officio, et Juris peritis et Physiis. Ad dandam autem redemptionem pecuniariam pro cavalcata, nullo modo compellentur: et non teneantur in toto anno stare in cavalcata, nisi tantum 40. diebus.*

Consuetudines Albiensibus et Carcassonensibus concessæ ab Amalrico Comite Montisfortis ann. 1212: *Barones Franciæ et Milites tenentur servire Comiti, quando et ubicumque habebit guerram contra personam suam ratione hujus terræ, vel acquirendæ in hac terra, et hoc cum numero Militum, ad opus quorum Comes dedit eis terram suam et redditus, ita tamen quod si redditus ex integro secundum promissum fuerint assignati sufficienter, tunc cum promisso numero Militum tenebuntur servire. Baro vel Miles sic assignatur: quamdiu habebit guerram dominus Comes pro hac terra acquisita, sicut dictum est; ille autem Miles, cui non esset plenarie facta assignatio, secundum pactum non tenetur servire cum integro numero Militum, sed secundum rationem assignationis factæ et quantitatem erit determinandus numerus ad serviendum. Verum si Comes non necessitate terræ suæ, sed pro voluntate propria, vellet juvare aliquem vel aliquos in guerra, sive vicinos, sive remotos: Milites sui supradicti non tenentur eum sequi in hoc, aut eidem servire per se, aut per alios, nisi hoc facerent in amore et beneplacito suo. Adde denique pro hujusce Dissertationis corollario, quæ in hanc rem habet*

Charta conventionum inter Carolum I. Comitem Andegaviæ et Provincia

ann. 1251. art. 14 : *Item cives Arelatenses communiter debent facere cavalcatas semel in anno eidem domino Comiti, ad quadraginta dies, per viginti leucas, ubicumque voluerit in Imperio, nec poterunt dicti cives compelli ad cavalcatam in pecunia redimendam. Milites autem et probi homines equos cum armis habentes, quandoquaque ibunt cum domino Comite, vel ejus locum tenente, habebunt ab eo stipendium sive vadie, et tantum habebit de stipendio probus homo, quantum et Miles.*

Ejusmodi ac similes Chartas alias variarum Libertatum legere licet apud Thomasserium in Consuetudinibus localibus Bituricensibus lib. 1. cap. 56. 58. 61. 71. 83. 84. 103. Quibus adjungenda omnino, quæ habent Stabilimenta sancti Ludovici, a nobis edita lib. 1. cap. 59. quod inscribitur *d'Ost et de chevauchie devers le Roy le Baron et des amendes et des gaiges. Se li Bers fait semondre ses homes, et il li amaine ses homes coustumables pour aler en l'Ost le Roy, li Prevosts les doivent amener de chascun ostel au commandement leur Seingnieur el cuer du Chastel, et puis s'en doivent retourner, mès nule fame n'acoustumez n'en Ost n'en chevauchie, ne fournier, ne mousnier, qui gardent les fors et les moulins. Et se nus de ceus, qui sont semons, ne venoient et l'en le pooit savoir, il en paieroit 60. sols de gages : et li Prevost au Baron si doit mener les homes de chevalerie jusques au Prevost le Roy el chastel dont li home sont du resort, et puis si s'en doit retourner arrieres. Et ainsi li homes coustumier des Chevaliers si doivent aus Barons leur chevauchies, et li Prevost aus vavasors si le doivent mener el cors du chastel au commendement au Baron. Et li Bers ne les doit mie mener en lieu dont eus ne puissent venir jusques au soir. Et cil qui remeindroit, en paieroit 60. sol. d'amende. Et se li sires les voloit mener si loing, que eus ne se peussent venir au soir, il n'iroient pas s'il ne voloient, et n'en ferroient ja droit ne nule amende. Et ainsi li Baron et li home le Roy doivent le Roy suivre en son Ost, quand il les semondra, et le doivent servir 60. jours et 60. nuiz, et tant de Chevaliers come chacun li doit, et ces services qu'il lui doivent, quant il les en semont, et il en est mestiers. Et se li Rois les voloit tenir plus de 60. jours au leur, il ne revendirot mie, s'il ne voloient par droit. Et se li Rois les voloit tenir au sien pour le Royaume deffendre, il devoit bien remeindre par droit. Mès se li Rois les voloit mener hors du Royaume, puis qu'il auroient fet 60. jours et 60. nuiz. Et nule dame ne doit ne Ost ne chavauchie des ores mès, se elle est fame dou Roy : mès elle puet bien envoier tant de Chevaliers come ses fiez doit. Et li Rois ne la puet achoisonner. Et se les gens le Roy truevent les homes le Roy par les Chastellers, qui fussent reniez, fors ceux qui deveroient remeindre, li Rois en porroit bien lever sus chascun 60. sols d'amende, et li Bers ne les en porroit garantir. Et li home coustumier ne doivent estre en l'Ost le Roy, que 40. jours et 40. nuiz, et se il en venoient avant, et il en fussent prové, la Justice le Roy en porroit bien lever 60. sols.*

#### DE HOSTE ET EXERCITU EPISCOPORUM.

Episcopos ipsos ac cæteros Ecclesiæ Prælatos *Hosti et expeditioni*, perinde ac laicos, ratione *Regalium*, seu possessionum Ecclesiasticarum, fuisse obnoxios, jam supra attigimus. Certe stante prima ac etiam altera Regum nostrorum stirpe, ipsis interdum præliis interfuisse

Episcopos, et in iis quandoque cæsos, docent veteres Scriptores, atque in primis Gregorius Turon. lib. 4. cap. 37. 43. lib. 5. cap. 20. lib. 8. cap. 39. Supplicatio Episcoporum in Concilio Wormat. lib. 6. Capitulum. Caroli M. cap. 285. [\* 370.] : *Quosdam enim ex eis in Hostibus et præliis vulneratos vidimus, et quosdam perisuisse cognovimus.* Sed et ductasse exercitus legimus in Chronico brevi Francor. ann. 712. tom. 8. Hist. Fr. pag. 127. ut omittamus, quæ de posterioris ævi Præsulibus narrat Ordericus Vitalis lib. 4. anno 1070. pag. 523. Godefridus Monachus S. Pantaleonis, Cinnamus, et alii de Christiano Archiep. Moguntino, etc. Quod certe haud injuria obiectum Latinis, a Græcis præsertim, et a Michaelæ Cerulario Patr. CP. in Epist. ad Petrum Antioch. ubi de Episcopis Latinis : *Καὶ εἰς πολέμους ἐξήόντες, αἰμασι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας χραίνουσι, καὶ πρὸς ἑαυτῶν τὰς ψυχὰς ἀναρροῦντες καὶ ἀναρροῦμενοι.* Vide Notas nostras ad Alexiadem pag. 358.

\* Nequaquam igitur a militari aliquot episcoporum ingenio, aut ipsorum cum optimatibus laicis de potestate et præminentia certandi proposito repetenda hujusce usus institutio ; non quidem ut præliis ipsimet interessent, sed ut milites præstarent pro rege et patria pugnaturus. Hinc est quod Gregorius Turonensis alique religiosiores episcopi prælatos, qui milites suos in aciem deducebant, acrius redarguunt. Quod si castris præliisque præsentés adesse constringebantur, id vexationi tributum fuisse, docet Petitio populi ad Carolum M. apud Baluz. tom. 1. Capitulum. col. 405 : *Flexis omnes precamur poplitibus majestatem vestram, ut episcopi deinceps, sicut hactenus, non vexentur hostibus. Sed quando vos nosque in hostem pergitimus, ipsi propriis resideant in parrochiis. Cui supplicationi sic respondit imperator ibid. col. 407 : Omnibus notum esse volumus, quia non solum ea, quæ super episcoporum et presbyterorum hostium vexationibus et precibus pro nobis et vobis fieri rogastis, concedere optamus, etc.* Cum nihilominus certum sit militaria auxilia ab episcopis abbatibusve petita fuisse et præstita ; qua alia, quæso, ratione, quam prædiorum regalium, exigi potuerit ? Et certe, abbates vel episcopi, qui *regalia* non habebant, ad expeditiones non poterant submoneri, ut monet et probat Cangius, qui consulendus omnino est, ut de novo hac de re D. de Mably systemate judicare valeas. Hic observatum tantummodo velim iniquum esse ex privatis quorundam exemplis in universum corpus invidiam trahere.

Sed postmodum ex prædicta Episcoporum supplicatione, Carolus M. *Apostolica auctoritate, consulto omnium nobilium, seipsam corrigens, posterisque exemplum dans, sanxit, ut nullus in posterum Sacerdos in Hostem pergeret, nisi duo vel tres Episcopi electione cæterorum propter benedictionem populique reconciliationem : et cum illis electi Sacerdotes, qui bene scirent populi penitentiam dare, Missas celebrare, etc.* Iis vero arma ferre, vel ad pugnam pergere interdixit, uti est in Capitulum. 1. ann. 769. cap. 1. lib. 6. Capitulum. cap. 61. 286. [\* 371.] lib. 7. cap. 91. al. 123. Exstat in Cod. Carolino Epistola 77. Adriani PP. ad eundem Imperatorem, qua eum hortatur, *ut non permittat, Episcopos vel Presbyteros militarem induere armaturam* : quod antea fecerat Zacharias PP. Epistola scripta ad Pipinum, quæ quænta habetur in eodem Codice, ex qua hæc sunt : *Principes et sæcula-*

*res homines convenit curam habere et sollicitudinem contra inimicorum astutiam, et provinciarum defensionem : Præsulibus vero, Sacerdotibus, atque Dei servis pertinet salutaribus consiliis et orationibus vacare, ut illis orantibus, et vobis bellantibus, Deo præstante provincia salva persistat, fiatque vobis in salutem, laudem et mercedem pertuum.*

Verum haud diu stetit Caroli M. Constitutio : ingruentibus quippe Danorum incursibus, totaque Francia bello ab iis petita, cum de suprema salute ageretur, Episcopi ac Abbates in *Hostem* cum vassallis suis submoneri cœpere, Frotharius Episcopus Tullensis Epist. 25. ex persona Hetti Archiepiscopi Trevisensis ad eundem Frotharium : *Tibi mandamus atque præcipimus de verbo domini Imperatoris, ut solerti sagacitate studeas cum summa festinatione omnibus Abbatibus, Abbatissis, Comitibus, Vassis Dominicis, vel cuncto populo Parochiarum tuarum, quibus convenit militiam regie potestati exhibere, in quatenus omnes præparati sint, ut si vespere ei adnuntialum fuerit, mane ; et si mane, vesperi absque ulla tarditate proficiantur in partes Italiae : quia Dominus Imperator suum iter præparat, etc.* Flodoardus lib. 3. Histor. Rein. cap. 18. de Carolo Calvo : *Domno vero Hincmaro Rex idem non solum de rebus Ecclesiasticis ; sed et de populo in Hostem convocando, ut ipse hoc ageret, mandare solebat : et ipse accepto Regis mandato tam Episcopos quam Comites convocare solebat.* Et lib. 4. cap. 14 : *Hungaris quoque Regno Lothariense prædantibus, dum Karolus proceres Francorum in auxilium sibi contra gentem ipsam convocaret, solus hic Præsul ex omnibus hujus regni primatibus, cum suis tantum in defensionem Ecclesiæ Dei Regi occurrit, habens secum, ceu fertur, mille quingentos.*

Exinde perinde ut cæteri Barones ac vassalli regii, *Hosti et equitationi* adstringi cœpere, ita ut et ipsi castris interesse tenerentur, et in ea vassallos suos deducere, quod præ cæteris testantur Libellus proclamationis Caroli C. adversus Venilonem Archiep. Senonensem cap. 6. 13. et Epistola synodalis ad eundem, nisi eos ab expeditionis labore corporis defenderet imbecillitas, aut ex indulgentia Principis vacationem impetrasset. Quo casu, homines suos reipublicæ profuturos alicui ex fidelibus committebant, ne se ab officio subtrahere viderentur. Verba sunt Concilii Vernensis ann. 841. can. 8. Adde Constit. Ludovici II. Imper. de Expeditione Beneventana ann. 867. cap. 6. 7. apud Camillum Peregrinum.

Atque id postmodum adeo in receptum abiit morem, ut ratione regalium seu possessionum Ecclesiasticarum, Episcopi milites suos in aciem deduxisse, ac servitiis militaribus perinde ac Barones cæterique vassalli sæculares obnoxii fuisse passim legantur. Paschalis Pontifex apud Dodechinum ann. 1110 : *In vestri regni (Alemanniæ) partibus Episcopi vel Abbates adeo curis sæcularibus occupantur, ut Comitatum assidue frequentare, et militiam exercere cogantur : quæ nimirum aut viæ, aut nullo modo sine rapinis, sacrilegiis, incendiis, aut homicidiis exhibetur. Ministri vero altaris ministri Curia facti sunt ; quia civitates, Ducatus, Marchionatus, Monetas, turres, et cætera ad regni servitium pertinentia a Regibus acceperunt.* Archiepiscopus Remensis Legatus a Callisto PP. ad Fridericum Imp. missus pro Ecclesiarum



investituris : *Scito me, inquit, in regno Francorum Episcopum electum, nec ante consecrationem, nec post consecrationem aliquid suscepisse de manu Regis : cui tamen de tributo, de militia, de telonio, et de omnibus, quæ ad rem publicam pertinent, et antiquitus, scilicet a Regibus Christianis Ecclesiæ Dei donata sunt, ita fideliter deservio, sicut in Regno tuo Episcopi tui deserviunt.* Et Philippus I. Rex apud Lisiardum lib. 1. Vitæ S. Arnulphi Episcopi Suesionensis cap. 15. eidem Arnulpho, tunc Abbati S. Medardi, militiam detrectantem, ut voto Monastico, contrariam, dixit, fuisse morem antiquum, ut milites Abbatæ, Abbate prævio regali expeditioni inservirent : aut faceret iuxta morem antiquum, aut daret locum, ut fieret Regis Imperium. Atque ut ille Abbatia, quod militiam dellectasset, privatus est, ita Sigefridus II. Archiepiscopus Moguntinus, ut est in Conradi Chronico Moguntino, accusatus apud Papam, quod omnino inutilis esset Ecclesiæ, et quod evocatus ad expeditiones Regis invitus veniret, Archiepiscopatu submotus est. Hoc autem, ait Conradus, verum erat, eo quod fierent incendia, sectiones vinearum, devastationes segetum : dicebat etenim nequaquam decere talia Sacerdotem. Hanc porro servitii militaris et Hostis ac cavalcate obligationem agnovere non semel ipsi Episcopi suis Diplomatum. Exinde, passim Episcopos in castris cum vassallis suis habent Scriptores, Monachus Floriac. lib. 4. Miraculor. S. Bened. cap. 24. Adam Bremensis cap. 38. Ordericus Vital. lib. 12. pag. 856. Radevicus lib. 3. de Gestis Frieder. cap. 11. Ivo Carnot. Epist. 28. Sugerius de Administratione sua cap. 12. Godfrid. Monach. S. Pantaleon. anno 1166. etc. Vide præterea Stephanum Torcanensem Epist. 279. Edit. Molineti.

Quod si vero Abbates vel Episcopi regalia non habent, ad expeditiones submoneri non poterant. Epistola 83. ex his, quas Tingnagelium cum Domnizone edidit : *Tibi præsentium tenore mandamus, quod Abbatem ipsum et Ecclesiam suam, cum regalia non possideat, ad expeditionem contra suæ professionis debitum non compellas.* Charta Ottonis III. Imp. ann. 997. apud Hermannum Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Westphalici pag. 215 : *Abbas illius Monasterii ad castra et in Hostem ire non cogatur, nisi regia liberalitate adjutus beneficii copiam quandoque accipiat illud faciendi.*

Indicta igitur generali a Rege expeditione, submonebantur et ipsi Episcopi, ut cæteri Barones, peculiari submuntione ac citatione ; atque ii accepta primum regia illa, sua deinde submuntione suos perinde seu Ecclesiæ suæ vassallos, ut armis instructi castris regiis adessent, submonebant. Utriusque submuntionis, Regis scilicet et Episcopi, formulas habet Gallandus lib. de Franco alodio pag. 255. Verum interdum vassalli ipsi Episcoporum primario a Rege ipso submonebantur : ita ut deessent, qui Episcopi militarent, ac proinde alios stipendio conducere necessum haberent. Historia Episcoporum Autisiod. cap. 59. de Manasse Episc. Aurelianensi : *Vassallos Ecclesiæ Aurelianensis, quos Rex in expeditionibus suis propriis eorum sumptibus quasi jam pro consuetudine diu oblenta militare cogebat, non veritus propter illos cum Dn. Rege de eorum injuria disceptare, in hanc libertatem eduxit, ut Episcopus in ejusmodi expeditionibus suis habeat stipendium quot-*

*quot voluerit de eisdem, unde et eorum jugum allevatum est immensum, et Episcoporum conditio longemior, quam existeret, est effecta. Nam vocato ad expeditionem a D. Rege episcopo, non defuerunt ei vassalli sui, qui se ei militaturos, ne compellantur a Rege, certatim, et magna ambitione offerant, qui magnis prius stipendiis et non sine difficultate solebant conducere alienos.*

\* Submuntionis ejusmodi formulam habemus ex Litteris Philippi Pulcri ann. 1297. in Tabul. Corb. : *Philippus Dei gratia Francorum rex dilecto et fideli nostro abbati Corbetensi salutem et dilectionem. Ad vestram deduximus notitiam quod Edwardus rex Anglorum ad depopulationem, ruinam et excidium regni nostri totis conatibus sitibundus aspirans, jam regni ejusdem fines ingressus, Brugis in auxilium Guidonis quondam Flandrensis comitis, novissime diebus istis applicuit, quas potest undique viribus congregatis, diversos et longe majores solito facit bellicos apparatus. Cum igitur ad defensionem regni ac personarum ejusdem et ecclesiasticæ libertatis, prout nostro incumbit officio, totis studiis et continuis ac voluntariis laboribus intendere habeamus, considerantes attentius quod negotium ejusmodi totius regni statum, ecclesiæ ecclesiasticæque personas immediate contingit, et in eo proprium interesse conspicitur singulorum, dilectionem vestram requirimus tenore præsentium mandantes, quatinus ad nos apud Courtracum cum decenti gentis armigeræ comitiva, in equis paratis et armis, die Dominica in octabis instantis Beate Mariæ Virginis personaliter intersitis, nobis in ejusdem communis defensionis auxilio potenter et viriliter astituros. Actum in castris ante Insulam ultima die Augusti anno Domini 1297.*

Episcopi vero, qui in Hostem submuntiti erant, auxilium conferebant vassalli cæteri ac tenentes, qui ratione prædiorum suorum militaribus haud erant obnoxii obsequiis : quod quidem auxilium, vulgo Aide d'Host appellabant, ut suo loco docuimus. Charta Friderici I. Imper. ann. 1157. pro Archiep. Vionensi, apud Leurium in Antiquit. Vionens. cap. 42. et Joan. a Bosco in Vienna : *Ad hæc decernimus, ut in adventu nostro, vel quotiescumque ad Curiam nostram vocatus fueris : vel expeditionem nobiscum facere debueris, cives Viennenses et Romanenses omni excusatione remota tibi subsidia conferant.* Ea autem subsidia erant, ut plurimum res omnes, seu ad victum, seu ad bellum necessariæ, arma, vel quæ apparatus bellicum spectarent, a quibus immunes non erant Abbates ipsi. Privilegium de Abbatia S. Remigii Senonensis ad Varellias transferenda, datum in Concilio Senonensi ann. 834. tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 582 : *Episcopus quoque in exigendis muneribus Abbatem ejusdem loci non gravet ; sed sufficiat ei ad annua dona equus unus, et scutum cum lancea. Quod si in expeditionem publicam ire jussus fuerit, addantur ei de eodem loco carra duo, unum vini, alterum farinæ, verveces decem, supra quæ in exigendis muneribus, cupiditatis, avaritiæque causa gravare eos nullatenus præsumat, etc.* Charta Ludovici VII. pro Communia Bellovacensi ann. 1144. apud Loisellum : *Si Episcopus Belvacensis ad tres Curias nostras et ad exercitum ire voluerit, tres equos tantum ad unamquamque Curiam accipiet, et equum extranei hominis nullo modo accipiet. Vetus Regestum Cameræ Comput. Paris. sign. M.*

de Episc. Ambianensi : *Et aussi se li Rois mandoit son arriereban en Ost, ledit Evesque seroit tenu d'y aler, ou envoier pour lui : et lors la communalte des Pains et des Escuchiers d'Amiens seront tenu de trouver audit Evesque bon et suffisant escu ; et la communalte des Feures le cuigne virolé, et pessons de tentes de l'Evesque, et toute autre chose faites de fer. Item, la communalte des Tenneurs doivent trouver 2. paires de bouchaus de cuir, bons et souffisans : l'un tenant un muy, et l'autre 24. sestiers : et les Bouchiers le soing pour couvrir lesdits bouchaus.*

\* Imo et monasteria ipsis subjecta, episcopis, qui in Hostem submuntiti erant, auxilium præbebant. Charta ann. 893. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 5 : *Episcopus quoque in exigendis muneribus abbatem ejusdem loci non gravet ; sed sufficiat ei ad annua dona equus unus et scutum cum lancea. Quod si in expeditionem publicam ire jussus fuerit, addantur ei de eodem loco carra duo, unum vini, alterum farinæ, verveces decem. Ubi notandum inter annua exhibenda episcopo dona recenseri equus, scutum et lancea.*

Ad eo autem hisce militaris servitii impensis gravabantur Episcopi, ut interdum possessiones ecclesiasticas distrahere necesse haberent. Hujus rei exemplum profert sequens Charta Henrici II. Imper. anno 1023. pro Monasterio S. Maximini Trevirensi : *Notum fieri cupimus, qualiter nos ex Abbatia S. Johannis Evangelistæ et S. Maximini, quæ in suburbio Trevirorum sita est, ubi Haricho Abbas præesse videtur, quasdam curtes et territoria, villas et possessiones, videlicet 6656. mansos, ut verius computari potuit, a præfato Abbate in beneficium accepimus, et his fidelibus nostris, Ezoni videlicet Palatino Comiti et Henrico Duci, necnon Ottoni Comiti ea conditione beneficiavimus, ut quia præfatus Abbas jam senio confectus, commode nobis domi militariæque servire non poterat, ipsi et hæredes, qui hæc beneficia habent, pro eodem Abbate suisque successoribus Curiam Regalem petant, et in expeditionem eant ; Abbas vero sui que successores a Curia Regia et omni expeditione omnino sint liberi, nisi in Moguntinensem sive Metensem aut Coloniensem civitatem ad generale concilium sive colloquium, aliqua necessitate cogente, fuerint invitati. Alia ex Regesto Feodor. Ecclesiæ Lingon. : *Nos Guillelmus miseratione divina Lingonensis Episc. notum facimus universis, quod nos considerantes et attendentes, nos et Ecclesiam nostram Lingonensem esse pluribus et diversis creditoribus in nonnullis pecuniarum summis et rebus aliis multipliciter obligatos, ... quodque nos de præsentibus maxima pecuniæ quantitate et rebus aliis necessario indigemus, tam pro defensione et tuitione terræ Episcopatus nostri, quam pro præsentibus guerris Dn. nostri Regis Franciæ, in quibus nos oportet necessario de ejusdem Domini nostri Regis speciali mandato super hoc nobis facto, cum ipso secundum statum nostrum personaliter interesse, maxime cum temporalitatem nostram et Ecclesiæ nostræ totam a dicto D. nostro Rege teneamus, et propter hoc cum gentibus armorum eidem durantibus guerris prædictis servire debeamus, quod nisi fecerimus, posset in grave damnum et præjudicium nostrum et nostræ præfate Ecclesiæ redundare. Considerantes etiam nos non posse præfatum servitium dicto Domino nostro Regi impendere de præ-**

senti, nec a dictis obligationibus liberari, nisi per aliquam venditionem aliquorum reddituum et proventuum terræ nostræ, etc. ann. 1347. Vide Ardonem Mon. in Vita S. Benedicti Abbatis Anianensis cap. 54. Edit. Mabillonii, et Chronicon Senoniense cap. 16.

Quod si Prælati militiam detrectarent, vel abnuerent, tum ad id compellabantur Regalium obsignatione seu saisitione. Hujus rei exemplum insigne ac notissimum narrat Rigordus ann. 1290: *Cum omnes Barones et Episcopi vocati ad hunc exercitum convenissent apud Medontam, et misissent ad mandatum Regis homines suos, prout debebant, in expeditionem illam: Aurelianensis et Autisiodorensis Episcopi cum militibus suis ad propria sunt reversi, dicentes, se non teneri ire vel mittere in exercitum, nisi quando Rex ipse personaliter proficiscitur. Et cum nullo ad hoc privilegio se tueri possent, generali consuetudine contra eos faciente, petiit Rex ut hoc emendarent. Ipsis autem emendare nolentibus, Rex eorum regalia confiscavit, scilicet ea tantum temporalia, quæ ab eo feodaliter tenebant, decimas et alia spiritualia eis in pace dimittens; ipse enim Rex Christianissimus semper timebat offendere Ecclesiam Dei et ejus ministros. Ipsis ergo terram et homines Regis interdicens, et ad Romanam Curiam mittentibus, et in propriis personis accedentibus, Domino Papæ Innocentio III. consuetudines et jura Regni nolente infringere, aut in aliquo revocare, emenda tandem facta, et Regi soluta, post duos annos recuperaverunt omnia, quæ a Rege fuerant confiscata.*

Totam hanc controversiam perstringunt etiam ejusdem Innocentii Epistolæ, lib. 13. Epist. 190. lib. 14. Epist. 52. lib. 15. Epist. 39. 40. 106. attigit etiam Historia Episcoporum Autisiod. tom. 1. Bibl. Labbei pag. 486. Legitur in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano fol. 111. Charta ejusdem Episcopi Autisiodorensis mens. Aug. ann. 1212. qua, sopita hac controversia, exercitum se Regi debere profiteretur, ut cæteri Episcopi ac Barones Franciæ, hocce verborum contextu: *Noveritis, quod nos confitemur debere Domino nostro Philippo Regi Fr. illustri exercitum suum, sicut commune Episcoporum et Baronum debent, et illum de cætero per nostros Milites, ut alii, faciemus. Idem enim dominus Rex personam nostram a servitio exercitus, quamdiu vixerimus, relaxavit. Habetur ibidem similis Charta Manassis Episc. Aurelian. ut et Charta Philippi Regis, qua eundem Episcopum Autisiodorensis ab exercitu suo, quamdiu vixerit, relaxat: Ita tamen, ait Rex, quod ipse nobis faciat servitium exercitus nostri per milites suos, sicut commune Episcoporum et Baronum nostrorum debet.*

Quod vero Episcopi Aurelianensis et Autisiodorensis hac se tuerentur immunitate, ut exercitum Regi non debere se assererent, nisi ipse castris suis præsens adesset, exemplo non caret. Siquidem Sammarthani Chartam describere ejusdem Philippi Regis ann. 1209. qua in regalibus Episcopi Matisconensis exercitum hoc tantummodo habere se profiteretur, si, inquit, nos vel filius noster, vel Senescallus, vel Constabularius Franciæ de mandato nostro versus partes illas exercitum duceret; in hoc casu dictus Matisconensis Episcopus usque Divionem et non ultra in nostrum exercitum cum militibus et armis venire teneretur. At revera Episcopus Autisiodorensis similis tueri se privilegio haud poterat, cum in Charta

ann. 1206. qua Rex Philippus immunitates quasdam Ecclesiæ Autisiod. confirmat, hæc verba subdat: *Salvo servitio nostro equitationis, exercitus, et submitionis, sicut Episcopi Autisiodorenses nobis fecerunt.*

Si igitur Prælati Hosti defuissent, summam aliquam pecuniariam pro expeditione Regi exsolvebant. Exstat Charta Jacobi Episc. Suessionensis anno 1223. qua agnoscit, debere se Regi 120. libr. Paris. pro servitio istius anni, quod ei in expeditione debet, videlicet medietatem in instanti festo Omnium SS. et aliam medietatem in Pascha proximo.

Quidam tamen Episcopi eo gaudebant privilegio, ut omnino immunes essent ab exercitu, seu potius ab obligatione, qua cæteri tenebantur præsentibus castris adesse, cum interim vassallos suos mittere deberent. Sic enim capienda Charta Guillelmi Episcopi Andegavensis ann. 1223: *Noverit universitas vestra, quod nos carissimo Domino nostro Ludovico Dei gratia illustri Regi Franciæ fecimus sacramentum fidelitatis, sicut alii Episcopi Regni Franciæ ipsi faciunt: et ipse nobis recognovit, quod non tenemur ire in exercitum aut equitatum ejus in propria persona nostra, vel mittere aliquem ad sumptus nostros, etc. Ejusdem contextus tabulæ, ac ejusdem anni, pro Mauricio Episcopo Cenomanensi habentur in Regesto Cenomanensi Cameræ Comput. Paris. mens. Novembr. ann. 1223. Ch. 6. Habetur alia perinde similis Charta S. Ludovici mens. Febr. ann. 1260. pro Episcopo Aurelianensi in 30. Regesto Archivi Regii Ch. 471.*

Interdum ipsos Episcopos ab hac necessitate exemptos legitimus, quadam speciali immunitate, quæ Ecclesiis ipsas spectabat, ut fuit illa Episc. Andegavensis apud Sammarthanos sub ann. 1223. vel quæ ipsorum tantum personas spectaret, ut est ea, quam Autisiodorensi indulsit Augustus. Similis denique exstat ejusdem Regis ann. 1200. in Tabulario Episcopatus Paris. Putaneo f. 32. pro Odone Episc. Parisiensi: *Noverint universi, quod nos carissimum consanguineum et fidelem nostrum Odonem Episc. Parisiensem... in persona sua tantum, quamdiu vixerit, ab omni exercitu et equitatione absolvimus penitus, et quitamus tam tempore nostro, quam temporibus successorum nostrorum, salvo nobis debito militum, quos idem Episcopus tenetur mittere in servitium nostrum, etc. Ita in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. pag. 129. mentio fit Præcepti, quod Carolus M. fecit Franconi, Episcopo Cenomanensi, quando ei concessit, ut hostes et itinera nulla faceret, sed Adalgisus suus propinquus omnia regalia servitia pro eo faceret, quæ ille, ut est pag. 118. pro sua infirmitate et senectute facere non valebat. Describitur in eadem Vita n. 72. Charta Ludovici Pii Imperat. quæ eidem Aldrico concedit, ut juxta Canonicam auctoritatem habere liceat, qui pro illo anteriores curas gereret, et regalia servitia atque itinera, prout melius posset, sua vice faceret, et prædictus Episcopus ad ea, quæ Dei sunt, intenderet, et ad suum ministerium perficiendum certaret.*

\* Immunitatem ab Hoste concessam Willelmo episcopo Autisiodorensi ad ejus vitam duntaxat, regalium suorum cessione regi facta ab ipso fuisse redemptam, docent nos verba quæ immediate sequuntur allegata a Cangio ex Charta ejusdem episcopi col. 1229. hoc contextu in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 6: *Et nos pro hac relaxatione et pro*

*amore ipsius (regis) et gratia habenda, concedimus et volumus, quod ipse de proventibus regalium nostrorum, quos percipit usque ad festum S. Johannis Baptistæ nuper præteritum, retineat pro sua voluntate.*

Sed et anno 1224. Ludov. VIII. regnante, in natalitio S. Joannis festo, Turonibus, a castris Regiis excessere Episcopi Constantinus, Abrincensis, et Lexoviensis, quod se iis coram adesse, ut et cæteros Normannicos Antistites, non teneri contenderent: data tamen Regi securitate, quod si re per testes expensa, Hostem ab iis præsentibus deberi inventum esset, ipsi præsentibus in posterum adforent; vel si deessent, multam pro defectu subirent: quod ipsi professi sunt coram Joanne Rege Hieros. Guillelmo Silvanectensi Episc. et Franciæ Cancellario, B. Franciæ Camerario, Matthæo Monmorenciaco Constabulario, Galtero Archiepisc. Senonensi, Meldensi, Bellovacensi, Trencensi, Nivernensi, Suessionensi, Episcopis, Ingeranno de Codiciaco, Cambelano Regio, Adamo de Bellomonte, Guidone de Merevilla, Joanne de Bello monte, Joanne de Osniaco, Petro de Viriaco, et Guillelmo Men.

Verum quid tum in castris ac exercitiis agentur Prælati, id est, Episcopi ac Abbates, instarne militum loricas induerent, ac præliarentur, vulgo quæritur. Sane constat, generatim loquendo, arma non tractasse, nec præliis interfuisse Prælatos: sed erant in castris, ut militare explerent servitium, cui erant obnoxii perinde ac Laici: cum et prædia ac feuda ut ii, possiderent, militariibus etiam adstricta muneribus, a quibus ne ipsi quidem immunes erant, cum a Regibus essent Ecclesiis oblata ac concessa, hæc apposita vel subaudita conditione, ne eorum servitium militare minueretur.

Castris præterea intererat Prælati, ut pro Rege ac patria militantes suis exhortationibus ad rem præclare gerendam accenderent, iisque benedictionis gratiam impertirent, ac denique pro faustis rerum successibus Deum exorarent: vel certe ex iis seligebantur aliquot, qui id muneris implerent, præsertim, cum ex Synodo ann. 742. sub Carlomanno, prohibeantur Episcopi in Hostem et exercitum pergere, nisi illi tantummodo, qui propter divinum ministerium, Missarum scilicet solennia adimplenda, et Sanctorum patrocina portanda, ad hoc electi erant. Quo spectant, quæ fautores Henrici V. Imp. apud Gerhohum Reichersperg. cap. 24. dicebant contra Pontificios: *Non est æquum, Sacerdotem Domini relicto verbo Dei ministrare mensis, aut litium sæcularium fieri cognitorem: quanto minus æquum est, ejusmodi relicto verbo Dei ductare militiam, castris interesse regalibus, aggerem comportare subvertendis urbibus, struere, per quæ homicidia frequenter fiunt, quæ si pro parte Regum imperantium interdum juste gerantur, Sacerdotem Dei talibus vel interesse fas non est, ne sancti violentur obtutus, nisi forte pro defensione patriæ ab alienigenis, ad civis cohortandos ejus præsentiam ad tempus necessitas expostulet, aut pro divinis rebus in castris regalibus agendis et consiliis salutaribus ministrandis, Sacerdotem Domini in commeatu pergere necesse sit. Rogerus Hoveden. pag. 435: Eadnothus quoque Lincolnensis Episcop. et Wlsius Abbas, qui ad exorandum Dominum pro milite bellum agente conve-*

nerant, interfecti sunt in prælio contra Danos. Auctor Gestorum Guillelmi Nothi Regis Anglor. pag. 201. narrans, ut prælio Senlaciensi, in quo Heraldus fusus est, Odo Bajocensis et Goisfredus Constantinus Episcopi interfuerint, cum multo Clero et Monachis nonnullis, id collegium, inquit, *precibus pugnare disponitur*. Et Ordericus Vitalis lib. 3. de iisdem pag. 501: *Quorum officium erat pugnare precibus et consiliis*. Eodem pæne verborum contextu idem expressit Willelmus Britto lib. 8. Philipp. pag. 198. ubi de prælio ad Murellum:

Intra Murellum cum Simone contulerant se Personæ primi nullæ, pluresque secundi Ordinis, et Cleri quamplurima turba minoris, Arma, quibus tractare negat lex Ecclesiæ, Qui sacra doctrinæ celestis verba pluentes, Consilium præstant aliis, qui belligerantur, Et bello superant iniucis spirituali, Exemplo Moysis, etc.

Rigodus, ut Garinus Silvanectensis electus prælio Bovinensi interfuerit, commemorans, *Erat ibi, inquit, electus, non quidem ut pugnaret, sed armatus, exhortabatur et animabat ad honorem Dei, et Regni, Regis, et ad defensionem salutis propriæ*. Nangius in S. Ludovico pag. 376. de prælio ad Beneventum: *Guido de Bellojoco Autisiodorensis Episcopus, quo nullus in agmine manu promptior, si prælationis dignitate deposita, cum aliis pugnare liceret, et qui prius a summo Pontifice absolventi potestatem acceperat, gratia benedictionis impertita, omnes ab omnium criminum suorum contaminatione absolvit, talem eis injungens pœnitentiam, ut in hostes ictus cum potenti dextera gaminarent*. His consimilia habet Monachus Vallis Sarnæ cap. 57. ubi de Episc. Cadurcensi, qui in præliis contra Albigenses, nostros hortabatur, ut viriliter se haberent, *promittens firmissime, quod si tam glorioso certamine pro fide occumberent Christiana, redemptionem adepti peccatorum, omni statim gloria et honore coronati, mercedem reciperent sui certaminis et laboris*. Adde cap. 63. et 73. Rodericus Toletanus lib. 8. de Rebus Hispan. cap. 8: *Toletanus autem et cæteri Pontifices per singularum civitatum, et singulorum Principum mansiones verbum exhortationis et indulgentiæ devotissime proponebant*. [Vide Synesium Epist. 121.]

\* Feuda aliquando monasteriis data reperimus ea conditione ut monachum presbyterum præberent, qui divinum officium in castris perageret. Reg. feud. Aquit. sign. JJ. rub. in Cam. Comput. Paris. fol. 21. rº: *Abbas monasterii de Blavimonte pro se et toto conventu ejusdem monasterii juratus recognovit, quod tenet, et sui antecessores tenuerunt ab antiquo in feudum immediate a domino rege Angliæ et duce Aquitanæ, castrum de Blavimonte cum justitia alta et bassa et omnibus suis pertinentiis, et ipse abbas et conventus debent pro eo tradere dicto domino regi vel suo senescallo in Vasconia, si requirantur, unum commonachum eorum presbyterum, cum una equitatura et garcione suo, qui eat et stet cum eis ad eorum expensas, et celebret eis missas, et dicat horas, quamdiu eis placuerit*.

Verum etsi eo animo in castra regia sese conferrent Prælati, ut in ea deducitis vassallis suis, pietatis officiis vacare debuissent; interdum tamen, ut erant animi magnitudine præditi, quique ex ingenito ardore toti Martem spirarent; vel certe, ut dum milites in ipso prælii procinctu adhortarentur, ab hostium

munirentur jaculis et gladiis, loricas induebant. Sic Episc. Podiensem *vestim loricam, et dextera manu Salvatoris lanceam tenentem*, et Cruce signatos adhortantem in bello sacro, describit Robertus Mon. lib. 7. Hist. Hieros. Sic apud Albericum in Chron. MS. ann. 1214. ubi de Prælio Bovinensi: *Frater Guarinus Silvanectensis Electus, non quidem pugnabat, sed eos animabat*. Sic Guidonem de Melloto Episc. Autisiodorensem Legati Apostolici fungentem officio, in prælio Beneventano Gallos ad rem bene gerendam excitantem, loricatum representat auctor Historiæ Episc. Autisiodor. cap. 63: *Cumque... starent acies hinc inde paratæ congregari, ipse erat armis intus divinis præcinctus, et exterius indutus militaribus, stans super Regis exercitum, salutaris exhortationis sermone præmissis, pro ipsis animandis ad pugnam, elevata manu loricata, Apostolica fretus auctoritate, omnes ab omnibus peccatis absolvit*. Et mox: *In quo congressu modestiæ pontificalis non immemor, nunc acies erumpendo, nunc equos hostium gladio prosterendo, nunc clamando et animando, gestu et linguæ redinebat officio: quod in personis hostium attentare propter irregularitatis periculum forsitan exponeret*.

Gladium igitur vibrabat totus loricator Autisiodorensis in hostium equos, non in ipsos hostes modestè, inquit Scriptor, *Pontificalis non immemor*, cum scilicet contra hostes præliari Sacerdotibus interdictum sit.

Pari sane, fortean licet generis alterius, excusatione se textit Philippus Drocensis Episc. Bellovacensis, qui dum loricator prælio interest ann. 1196. ne Canonum oblitus videretur, clava hostes prosternere a Pontificali officio haud alienum putavit. Guillelm. Britto lib. 11. Philipp. pag. 237:

Sic plerisque alios clava sternerat eadem, Milibus super hoc titulum palmamque resignans, Accusaretur operam ne forte Sacerdos Gessisse illicitam, cui nunquam talibus inter Esse licet, ne cæde manus oculosque prophanet. [Non tamen est vetitum defendere seque suosque, Dum non excedat positos defensionis fines.]

At Episcopo ab hostibus capto, cum summus Pontifex de eo liberando cum Joanne Angliæ Rege ageret, *præcepit idem Rex, ait Matth. Paris, ob reverentiam Papæ, ut lorica Episcopi exuta, ipsi Papæ præsentaretur, et diceretur: Vide an tunica filii tui sit, an non? Cui Papa: Non filius meus est, vel Ecclesiæ: ad Regis autem voluntatem redimetur, quia potius Martis, quam Christi Miles judicatur*. Et Cælestinus ipse Pontifex Epistola ad eundem Episcopum, dum adhuc captivus teneretur: *Præulem namque pacificum exuens Militem bellicosum induisti, clypeum pro infula, gladium pro stola, lorica pro alba, galeam pro mitra, lanceam pro baculo pastoralis, ordinem rerum et seriem pervertens, temerarius bajulasti*.

Ita prorsus constat damnatos semper ab Ecclesia Prælatos ac Sacerdotes, qui præliis interfuere, licet bellicæ virtutis nomine interdum a Scriptoribus laudentur. Sed et Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo Magno cap. 34. ait, id solenne pæne fuisse Francis nostris, ut Clerici etiam militarent. *Quidam, inquit, Diaconus juxta consuetudinem Cisalpinorum contra naturam pugnare solitus, etc. Admodum porro simile vero videtur Bellovacensem Antistitem clava usum in prælio, exemplo Christiani Moguntini Archiepiscopi, de quo ita Albertus Sta-*

densis ann. 1172: *Christianus Moguntinus Archiepiscopus Imperialis aulæ Cancellarius et Sedis Apostolicæ Legatus, cum Brabantinis per Lombardiam et Thusciam omnia depopulans, Bononienses invasit, et in equo residens, indutus thorace, et desuper tunica hyacinthina, habens in capite galeam deauratam, et in manibus clavam trinodem, ipse in eodem prælio dicitur stravisse novem homines propria manu*.

Fuit tamen, cum contra Paganos arma exercere fas esset, nec Canonum sancitis contrarium censuere Prælati ac Sacerdotes. Hinc passim bellis sacris, ipsique interfuisse præliis, et in iis interdum cæsos legere est apud Abbonem lib. 1 et 2. de Bell. Paris. in Historia sacrarum expeditionum, apud Hovedenum pag. 635. Joivillam nostrum pag. 50. 78. Rodericum Toletan. l. 8. cap. 3. 9. 10. Innocent. III. l. 15. Epist. 180. in Epist. Blanchæ Reginæ Franc. quæ habetur tom. 5. Hist. Franc. pag. 427. etc. Mitto porro Episcopos, qui posthabitis Ecclesiæ regulis arma induere, præliisque interfuerunt, ut Adolphus ille Markensis Leodiensis Episcopus apud Joannem Hocsemium cap. 12.

Eidem denique servitio militari Episcopos Anglicanos, post fusum Heraldum, expugnantemque majorem Britanniam, subdidit etiam Guillelmus Nothus. Matth. Paris ann. 1070: *Episcopatus quoque et Abbatis omnes, quæ Baronias tenebant, et eatenus ab omni servitute sæculari libertatem habuerant, sub servitute statuit militari, inrotulans singulos Episcopatus, et Abbatis pro voluntate sua, quot Milites sibi et successoribus suis, hostilitatis tempore, voluit exhiberi, et rotulos hujus Ecclesiasticæ servitutis ponens in thesauris, multos viros Ecclesiasticos tuic constitutioni pessimæ reluctantes, a regno fugavit*.

Id tamen haud omnino in Anglia insolens ante Guillelmi ævum videtur fuisse: siquidem statuta Edgari Regis Angliæ, *tribus tantummodo causis, sæcularibus obtemperare præceptis Abbates jubent, rata videlicet expeditione, pontis, arcisve constructione*. At hæc forte, subsidia militaria, non ipsa servitute spectant, a quibus sub ann. 1267. Anglici Clerici sese exuere conati sunt. Nam cum a Rege peteretur, *ut omnes Clerici tenentes Baronias, vel laicum feudum, personaliter armati procederent contra regios adversarios, vel tantum servitium in expeditione Regis invenirent, quantum pertineret ad tantam terram, vel tementum*: ab iis responsum est, *quod non deberent pugnare cum gladio materiali, sed spirituali, scilicet cum lacrymis, et orationibus humilibus et devotis: et quod propter beneficia sua tenerent pacem manutenere, non bellum, et quod Baroniarum ab elemosynis puris stabilitæ erant, unde servitium militare non deberent*, apud Matth. Paris pag. 675. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 2. pag. 339. 1008. 1009. Atque hæc de Episcoporum expeditionibus, seu obligatione eundi in *Hostem*, dicta sufficiant, quæ forte licet prolixiora; haud injucunda fortean lectoribus erunt, cum haud passim obvia ac trita sint.

Hostis sumitur interdum pro ea præstatione, quam tenentes ac vassalli domino exsolvunt in belli sumtus. Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 7: *Ost aucune fois est dit une aide de deniers, que le Prince de Normandie fet commander à fere et à lever par toute Normandie, selon la*

faciliè et le poer de chescune personne. Et fet l'en tele aide pour aucune raençon fere, que il convient fere par le besoing et pour la nécessité del Prince et des Barons, etc. Ejusmodi porro præstatio fiebat sæpe pro ipsa Hostis exemptione. Vetus Inquesta apud Louvetum tom 2. Hist. Bellovac. pag. 384: *Dicit quod Rex habet Communitam ad ducendam eam in chavalcatam, vel extra exercitum: et si non vult, accipit inde denarios: et audit, quod aliquando inde Rex accipit mille quingentas libras, et aliquando minus. Vide Herebannum.*

\* Quæ præstatio, Auxilium seu Aide d'host appellabatur, ut apertius docet eadem Consuetudo Latine scripta cap. 25. part. 1. ex Cod. reg. 4651: *Exercitus autem quandoque dicitur Auxilium illud pecuniare, quod concedit princeps Normanniæ, facto exercitui per quadraginta dies servitio, baronibus et militibus (ab eis) qui tenent de eis feodum loricali, vel de tenentibus suis in feodo loricali.*

† AD HOSTEM SOLVERE, in Codice MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 15. recto: *Solvit ad Hostem de argento sol. II. ad alium annum sol. I.* Ibidem fol. 11. vº: *Mansos ingenuiles qui solvunt omni anno ad Hostem carra VI.* Passim occurrit ibi.

HOSTIS TEMPORALIS. Capitulare 2. ann. 813. cap. 9: *Habeant loricas, vel galeas, et temporalem Hostem, id est, æstivo tempore, 1. tempore definito, æstate scilicet, in exercitum pergant, in eoque permanent.*

\* HOSTIS MUNDANA, Expeditio militaris quælibet; quod sæculares principes spectet, sic dicta. Chartul. Celsinian. ch. 392: *Si de illa substantia, quam monachi in illam mansionem aut in curtem miserint, aliquid, extra Hostem mundanam, per nullum (illum) hominam perdiderint, quod ego eis faciam esmendam.*

HOSTIATICUM, Idem quod Hostis, seu necessitas eundi in exercitum. Charta Berengarii Regis Italiæ ann. 904. apud Ughellum in Episcop. Bergomensib.: *Nulla denique magna parvaque publicæ auctoritatis persona eos Hostialicum facere compellat.* Statuta MSS. Caroli 1. Regis Sicil. cap. 104: *La exception de Hostice, laquelle nos avons sovent en nos jugemens oï, nos la volons determiner. Donques nos établissons premierement, que se aucuns soit ammonestez dou Roi, qu'il voise en l'ost, etc.*

EQUITATIO, Similiter. Charta Ludovici VII. ann. 1275: *Præter jacere nostrum, exercitum, et Equitationem.* Alia ann. 1182. apud Hemeræum in Aug. Viromand.: *Homines Viriaci debent mihi tales exercitus et Equitationes, quales homines alii Viromandix, qui sunt in advocatiis meis.* Alia anni 1093. tom. 11. Spicilegii Acheriani: *Equitationem aut servitium exercitus, etc.*

EQUITATURA, Eadem notione, in Spec. Saxon. lib. 2. art. 11. et in Tabul. Monasterii S. Dionysii Novigenti f. 23. in Charta ann. 1223. apud Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 213.

EQUITATUS. Tabularium Cluniacense Charta 335: *Homines Monachorum debent Equitatum et exercitum.*

CAVALCATA. Statutum S. Ludovici ann. 1255. cap. 20. de Ballivis: *Cavalcatas extorquendæ pecuniæ causa non mandent, sed ex causa tantummodo necessaria. Catalogus Militum, qui venerunt contra Comitem Fuxi ann. 1371. tom. 5. Histor. Franc. pag. 552: Hugo de Arpajone Baro dicit, quod ipse debet Dn. Regi homagium et sacramentum fidelitatis:*

*ost seu Cavalcatam ex debito non debet, etc.* Statuta Monspeliensia Petri Regis Aragon. ann. 1204: *Host et Cavalcatam habet Dn. Montispessulani.* Statuta Massiliensia ann. 1257: *Cavalcatæ fiend D. Comiti, et D. Comitissæ, ac eorum successoribus per 40. dies.* Vide Catellum in Hist. Tolosana pag. 36. Chronol. Episc. Lodovens. pag. 232. Occurrit crebro in Chartis.

CABALLIGATIO. Charta foundationis S. Severi in Vasconia apud Marcam. l. 3. Hist. Beneharn. cap. 8. n. 1. et cap. 11. n. 5: *Nec in hostem, nec in Caballicationem esse ductores.*

CHEVAUCHEIA. Charta ann. 1227. ex Tabular. Campan. Thuanos f. 182: *Quod homines de Congi debent ire cum eo ad exercitum et Chevauchias.* Ibid. fol. 323: *Exemptio a custodia urbis, turris, et gabiolæ, et ab omni tolta, et demanda, Chevauchia, et exercitu.* Diploma Edwardi I. Reg. Angliæ pro Prioratu de Ponte Fermoy in Hibernia, tom. 2. Monast. Angl. pag. 1045: *Absque omni servitio et exactione... et absque... canes subjurnare, homines vel equos ire, vel mittere in exercitum, vel in Chevauche, id est, chevauchiam.* Vetus Consuet. Britannix art. 132: *Il n'appartient pas à la femme aller en ost, ne en Chevauchie, où il y a fait d'armes.* Occurrit passim.

HOSTICUM, Hostis, exercitus, bellum, expeditio. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 68: *Si Rex in Hostico, vel in ipso sit comitatu. Perperam hostio scriptum pro Hostico, in cap. 80. Chronicon Andrense pag. 440: Constat, quia in Hostico multa flagitia patrata sunt.* Galli dicerent: *En celle campagne.* Andreas Marciensis in Chr. ann. 1096: *Eminebant in hoc Dei Hostico Dux Lotharingix Godefridus, et fratres ejus. Laurentius Leodiensis in Hist. Episcoporum. Viridunensium: Quomobrem ipsam villam et Ecclesiam ab Hostico Episcopali contigit concremari.* Infra: *Rainaldus tristibus auditis mox contrahit Hosticum, etc. Hostici exceptionem opponere, in judiciis, cum quis excusationem pro defectu allegat, in Constitut. Sicul. lib. 2. tit. 20.*

HOSTEM BANNIRE, adnuntiare, denuntiare. Vide Bannire, in Bannum 1.

HOSTILITER. Capitulare 2. ann. 813. cap. 10: *Et unusquisque Hostiliter sit paratus, et omnia utensilia sufficienter habeant.* Capitul. Pipini Regis Italiæ cap. 37: *Hoc anno veniant hostiliter in solatio, etc.* Hincmarus Laudunensis: *Et nunc in proximo, dum Hostiliter omnes banniti fuissent in Regis servitium.* Annales Francor. Bertin. ann. 867: *Populus autem in hostem denuntiatus interim paratus domi resideat, usque quo si necesse fuerit, et Rex demandaverit, 8. Kal. Sept. Carnutum Hostiliter veniat.* Infra: *Et reliquum populum regni sui paratum esse præcepit, quatenus mox, ut ipse jusserit, præparati movere Hostiliter possint.* Anastasius Bibl. in Hist. Eccles. pag. 119: *Et exterius Hostiliter castra metatus est.* Et pag. 146: *Exierunt Hostiliter, et usque ad Longum murum venerunt.* Ubi Theophaeus habet φοσσταλιος: Galli dicerent, *En corps d'armée.*

HOSTILITAS, Bellum tempus belli. Annales Franc. breves ex Monast. sancti Nazarii ann. 740: *Sine Hostilitate ulla.* Ubi Annales alii, hoc ann. et 781. 790: *Sine Hoste fuit hic annus;* ut ann. 750. *sine Hoste.* Concilium Vernense anno 753. can. 6: *Nulla abbatissa... extra Monasterium licentiam habeat exire, nisi Hostilitate cogente.* Statutum Synodale de Treuga Dei, post Concilium Islebo-

nense anno 1080: *Cæterum in hac pace nullus, nisi Rex aut Comes, hujus patriæ caballicationes, aut Hostilitatem faciat; et quicumque in caballicatione aut Hostilitate Regis fuerit, etc.* Adde Matth. Paris ann. 1070. Buzelinum in Gallo-Flandr. pag. 527. etc.

HOSTILITUM, sumitur pro præstatione ad bellorum expensas. *Hostilis exactio,* apud Hincmarum Remensem Opusculo 15. § 14. Chartæ Ludovici Pii et Caroli Calvi Imp. apud Hariulfum in Chron. Centul. lib. 3. cap. 2. et 7: *Aut paratas, aut lidimonium, aut Hostilicium, aut alias quælibet redditiones exigere aut exactare præsumat.* [Cod. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 58: *Habet Adalbertus in Belone mansum, solvit de Hostilicium denar. VI.*]

† HOSTILARICIUM, Eadem notione. Idem Codex Irminonis MS. fol. 82: *Amalbertus colonus... tenet mansum unum ingenuilem... excepto Hostilaricio solvit similiter et parvaretum.* [5º Guerdardo Boum præstatio in rem bellicam exsoluta.]

HOSTILITUM SOLVERE, quod appellabant *Matselde*, cum boves, aut minor pecora villicii mactabant, alimento dominis futura, si placuisset uti; sin minus, pretium pro bubus offerebant. Ita Browerus lib. 8. Annal. Trevir. pag. 472. 1. Edit. ex veteri Glossario Prumiensi. Polyptychus Floriacensis: *Habet in illa villa factus, id est, mansus 60. solvit unusquisque de Hostilese, id est, pro bove sol. 2. et porcos 2. aut sol. 2. etc.* Infra: *Debet unusquisque pullos 3. cum ovis 15. de vino sext. 12. corbadas 2. unamquamque cum sex bovis, et tertiam corbadam cum 2. pro Hostilitate den. 19. pro carropera den. 3.* Polyptychus S. Remigii Remensis: *Teutlagius ingenuus solvit in Hostilia den. 8. pro bove aquensi den. 1. de ligno carros 3. Alibi: Berlanus solvit in corbo de spelta modios 12. in Hostelia den. 8.* Occurrit ibi pluries. Charta Caroli Simplicis ann. 26. ex Tabular. S. Cornelii Compend.: *Dedimus nonam de Hostilio, et decimam de teloneo mercatus nostri.*

HOSTILENSE, Eadem, ut videtur, notione. Vita Aldrici Episcopi Cenoman. pag. 31: *Et de omnibus redditionibus, quæ ab hominibus memoratæ matris Ecclesiæ recipiuntur, excepto Hostilense, id est, de bubus, et coniecto ad carros construendos.* Et pag. 144: *De pastione vini modios 271. de Hostilense, argenti solidos 149.* Vide Acta Episcoporum Cenoman. pag. 166.

HOSTENDITIUM, HOSTENDUCIÆ, Germ. *Hostendienst*, Servitium bellicum, quod vassallus domino præstare tenetur: vel potius ea præstatio, quæ a vassallis domino fit pro hostis, seu belli sumptibus. Baratus e lib. 4. Feudor. tit. 48: *Constituit Conradus in Hostenduciis petendis, ut liceat dominis Hostenduciis petere, nulla præscriptione obstante. Hostenduciæ dicuntur adiutorium, quod faciunt vassalli, dominis Romam cum Rege in hostem pergentibus, quando cum eis non vadunt: verbi gratia in Longobardia 12. den. de modio (terræ.) in Theutonia tertiam partem fructuum facta computatione fructuum solummodo ejus anni, quo hostem faciunt.* Vide Herebannum. [5º Lib. 2. Feud. tit. 40. § 3. tit. 55. § 1. Haltaus. Glossar. German. voce *Hersteuer* col. 888. et supra *Adoha.*]

HOSTMANNUS, Vir militaris, qui hostem, seu servitium militare debet domino. Vide Foros Morlanenses sub finem apud Marcam lib. 5. Histor. Beneharn. cap. 1.

**HOSTISIA, HOSTISIARE.** Vide in *Hospes*.

\* **HOSTISPICES, Aruspices,** in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7611. quod *hostias* inspiciant.

† **HOSTITIUM, Hospitium, domus.** Charta ann. 1273. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 25 : *In qua terra S. Mederici sunt quinque Hostitia cum eorum pertinentiis.* [\*\* Polyp. Irmin. Br. 24. sect. 159 : *Hostitia 4. quæ solvunt denarios 4. unumquodque.*]

† **HOSTITOR, janitor, portitor.** Gloss. Isid. est *Ostitor*, pro *ostiarium*.

† **HOSTIUM, pro Ostium, sæpius occurrit;** a porta nihilominus aliquid differre innuunt Instrumenta. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 810 : *Dedi et concessi... totam partem illam domus meæ sicuti se præportat in longitudine et latitudine quæ est a clausura usque ad vivarium cum Hostio.* Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 139 : *Concessit præfato Waltero, licenciam et legitimam potestatem omnes domos in dicto mesuagio jam edificatas prosterendi, a summo usque dorsum, ac totum merremium, petram tegulare, et lapides murorum dicti mesuagii, cum portis, Hostiis, et fenestris, etc.* [\* Vide supra *Hostiaria 2.*]

\* **HOSTOARIUS, Avis venatoria, astur,** Gall. *Aoutour*, alias *Hostouer*. Pactum inter comit. Montisf. et episc. Agen. ann. 1217. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 16 : *Dabit in mutatione comitis seu episcopi acceptamentum in recognitione domini, unum Hostoarium.* Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. ch. 393 : *Symon de Boulainvillier escuter estoit appouyé à une haye, tenant son Hostouer sur son poing, . . . ledit Hostouer vola jus de son poing.* Unde *Hostricier*, qui ejusmodi aves curat, in aliis Lit. ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 278 : *Comme ledit Jehan eust vou Symon de la Mote Hostricier d'icellui nostre conseiller, etc.* Vide supra in *Astur* et *Hostorius*.

**HOSTOLENSES.** Charta Caroli Simplicis, apud Catellum in Hist. Occitanica pag. 773 : *Si vero infra istas vel alias villas ejusdem Ecclesiæ homines Hostolenses vel Hispani fuerint, quicquid jus fisci inde exigere debet, totum ad opus sanctæ matris Ecclesiæ Narbonensis jure perpetuo concedimus obtinendum.* Ita in alia ejusdem Regis pag. 777. At in Charta Odonis Regis, descripta pag. 749. *Hostellenses* scribitur. Ubi *Hostolenses*, et *Hostellenses*, videntur dicti *hospites*, seu advenæ ac peregrini.

† **HOSTORIUM, Lignum quo modius æquatur,** Prisciano. Joannes de Janua : *Hostorium, lignum cum quo modius vel sextarius adæquatur, illud videlicet lignum quod ducitur super mansuram, ut si quid ibi superfluum est removeatur, et si quid deest suppleatur.* Acta Coronationis Maximiliani in Regem Romanorum : *Intrans avenam cum equo suo usque ad pectus equi, habens unum modium et Hostorium, sive baculum argenteum in manu sua ad mensurandam avenam.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Hostorium, Rotacre à vere blé que l'en mesure.*

† **HOSTORIUS, Avis venatoria, Astur.** Gall. *Aoutour*. Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. CXC : *Renaudus falconarius, pro duobus Hostoriis et uno falcone, et pro custode a prima die Martii usque ad festum S. Johannis de VI<sup>ta</sup>. diebus, v. diebus minus, IX. l. et XI. s. et VIII. d. Hotoier, in eodem Computo pag. CXLVI : Symon*

*Lambequines et Joannes, et VI. Hotoiers et VII. falcones.* Vide *Hostricus*.

† **HOSTREANTIA, Præstationis species quæ domino feudali debetur;** eadem videtur quæ pro facultate seu consensu, quem dominus præstat vassallo, pro alienando feudo, exsolvitur : forte a Gall. *Octroier*. Charta Oliverii Abbatis S. Johannis Angeriac. ann. 1298 : *Omnes vendæ, et Hostreantia ac honores, devestitiones et investitiones et jus eorumdem Abbatis et Monasterii prædictorum in solidum sunt et erunt.* Vide in *Laudare 5.*

† **HOSTRICLINIUM, f. pro Austriclinium, Conclave versus Austrum;** si tamen legendum non est *Claustriclinium*. Epistola Petri Canonici Noviom. ad Eustachium Abb. S. Eligii ann. circiter 1120. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 668 : *Sequenti igitur feria Sanctimonialia civitatis videntes per sanctum Hostriclinium pluviam non cessasse, similiter asserentes se reliquias supradictæ Potestati assignatas habere, iterum per præcones et tubicines indicto jejunio, plebe adscita, suam iteratæ sunt processionem.*

\* **Nomen corruptum cujusdam sancti presbyteri Lemoviensis, qui Austriclinianus appellatur.**

† **HOSTRICUS, Idem quod supra Hostorius.** Charta ann. 1425. apud Kennett. Antiq. Ambrosden. pag. 569 : *In capite per serjantiam mutandi unum Hostricum domini Regis, vel illum Hostricum portandi ad curiam domini Regis.*

**HOSTULARIUS LAPIS,** apud Joannem de Beka in Egilbodo Episcopo Traject. 13. Locum vide in *Superaltare*.

**HOTCHPOTH, Vox fori Anglici, significans rerum hæreditarium et bonorum collationem inter fratres, quorum alii vivente parente per donationem propter nuptias partem jam adepti sunt, qui si ad paternam successionem accedere volunt, tenentur res donatas in commune conferre, ut inde cum aliis fratribus, quibus nihil in partem cessit, legitimam jure ipsis debitam auferre possint.** Nostris *Rapport de mariage*. Est autem *hotchpoth* vox mere Gallica, quæ escariam ollam motatam, versatam et concussam significat, aut certe ejusmodi condimentum, quod in olla ex pluribus carnibus et escis invicem mistis et confusis conficitur. Vide *Littletonem* sect. 267. 268. etc. *Rastallum*, et verb. *Faderfium*. [\*\* Placit. ann. 2. Edward. 1. in Placit. Abreviat. pag. 274 : *Fulco frater ejusdem Henrici, qui habuit custodiam dicti Henrici ex dono Regine conce- dit quod omnia tenementa quæ tenet de hereditate fratris sui una cum dote Aliciæ uxoris ejus ponantur in Hochepot, et quod Fulco habeat 2. partes et Alicia terciam, etc.*]

\* **HOTELLUS, Mensuræ frumentariæ species, Gall. Hostiel vel Hotel.** Charta pro monast. S. Nicolai prope Tornacum ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 523 : *Legaverunt sex raserias et tres Hotellos avenæ.* Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. ch. 221 : *Comme . . . Pierrart de la Croix eust demandé à l'eposant l'argent pour le cuisage de sept Hostiaux de pain, montans environ trois solz Tournois, etc.* Charta ann. 1408. in Reg. 163. ch. 143 : *Pour six cent de terre ou environ . . . doit nar en quatre Hostiaux et le comble d'un Hotel d'avoine.* Vide supra *Hota*; unde fortassis *Hotellus*, quantum sporta dossuaris ferri potest. Vide *Hotus*.

† **HOTOIER.** Vide *Hostorius*.

**HOTLBENDER.** Andreas Suenonis lib.

4. Legum Scaniæ cap. 8 : *Si qui vero ad emptionis vel alterius acquisitionis se converterit allegationem, ne bonis careant, quæ aliorum villæ sic ostensum est adjacere his, qui tali remedio possessionis commodum sunt adepti, sacramentum defensionis per seipos singulos primo permittuntur inchoare, deinde semel tantum per undecim, quos Hotlbender lingua materna nominat, adimplere.*

† **HOTUS, Mensura frumentaria, forte pro Hodus.** Charta Roberti Frisii Comit. Flandriæ ann. 1085. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 1137 : *Ad hospites recipiendos centum et sexaginta Holos avenæ, et novem libras.* Vide *Havotus*.

**HOVA, HOVASTAT.** Vide *Huba*.

\* **HOVALES, Qui tenent curiam, iidem qui nostris Scabini dicuntur.** Diar. Frat. Minor. in Wisby Gotlandiæ apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 196. ad ann. 1416 : *Obsederent famosissimum castrum Marieborgh et alia castra, per prohibitionem Houalium et civium eo tempore obtinuerunt, etc.* Vide *Houetmanni* et in *Huba*.

**HOVAWARTH, [Custos curtis.]** Vide in *Canis*.

† **HOUBA.** Vide *Huba*.

† **HOUGELLUS, Ocrea, Gall. Bottine.** Arrestum Parlamenti ann. 1377. ex Tabul. Sangerm. : *Quod secundum antiquos usus et observantias ipsius Monasterii consueverint . . . percipere et habere per manus merariorum dicti Monasterii . . . frocos et cucullas de broella, botas, ocreas seu Houcellos.* Vide *Osa*.

**HOUCIA.** Vide *Housia* et *Osa*.

† **HOVELUTE, Homines proprii.** Liber redditum Episcopalis apud Schilter. in Gloss. Teuton. : *Item homines jure proprietatis eidem curiæ attinentes, qui vulgariter dicuntur Hovelute, tenentur ad annuam contributionem duabus vicibus in anno, videlicet in Februario et Autumno.* A Teuton. *Hof, hove*, proprie *Proaulium*, item et *Curtis*, curia, prædium.

† **HOVERISS, Curtis ruptura.** Vide *Oberos*.

\* **HOVER-JUNGEREN.** Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 676. col. 1 : *Sciendum est quod quæcumque femine ecclesiæ nostræ proprios servos duxerint et ex illis filios genuerint ; quod illi filii omnibus diebus vitæ suæ servii permanebunt nostri, qui vulgo vocantur Hover-jungeren.* Vide in *Huba*.

\* **HOVESTAT, in iisdem Gloss. ibid.** pag. 671. col. 1 : *Aream appellamus Hovestat.* Vide *Hovestat* in *Huba*.

\* **HOVET-LUDE, Idem quod Hovelute,** ibid. pag. 684. col. 1 : *Homines illuc attinentes, qui appellantur Hovet-lude, alibi commemorantes, solvunt de capitibus suis annuatim, vel circiter hoc, quæ infeodata est.*

**HOUETMANNI** : Sic judices Groningani appellantur, quos circa ann. 1400. colligendo tributo per agros præfuisse, quemadmodum per urbem Consules, docet *Ubo Emmius* in Groninga pag. 78. 82. 173. ubi et *Cameræ Houetmannorum* meminit.

† **HOVIA, HOVINA.** Vide *Huba*.

\* **HOULA, Ludi genus, quo globulus ligneus clava propellitur.** Lit. remiss. ann. 1152. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 509 : *Cum habitatores Fontanæ-burgi . . . in mediis campis . . . congregati ad quemdam ludum, vulgariter nuncupatum o Houle, fuissent, etc.* Sed legendum forte unica voce *nuncupatum choulis*. Vide su-



pra Choulla. Hoole vero et Heulle partem cultri vel securis aversam, quam vulgo Dos appellamus, significare videtur, in aliis Lit. ann. 1426. ex Reg. 173. ch. 401 : *Icellui Colot tira un coustel à charreton qu'il portoit, et en frappa icelle femme du Hoole en la temple.* Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. ch. 34 : *Icellui chevalier donna audit Pierre un cop ou deux du Heulle d'une hache ou congné, et si lui donna un autre cop du taillant.*

† **HOUULARIA.** Vide in *Hublæ.*

**HOULEKNEHINE.** [Familiaris, domesticorum famulus.] Vide *Agenhine.*

\* **HOUPETA.** Paniculus, vestis ornamentum, Gall. *Houpe.* Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1506 : *Item cuidam mulieri pro refectioe 48. Houpetatum servientium indumentum puerorum, pro qualibet 2. sol. et pro aliquibus fringis sericis simul, 100. sol. Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 163 : Lequel se print à la Hoppe de la robe d'icellui Remonte, etc. Neque aliud esse videtur Hurcoite, in aliis Lit. ann. 1418. ex Reg. 171. ch. 251 : Lequel Bosquet prist icellui Jehannin par la Hurcoite de son auberjon et de sa houpellande.*

\* **Houpegay** vero, Furtum subdolum plebeio sermone significare videtur, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 25 : *Alard Remons clochemant de l'église de S. Quentin en Vermendois et Gerart Casse aussi clochemant de la dite église, se complaignoient l'un à l'autre de ce que il leur sembloit que le sénéchal de la dite église, avoit mal païé leur salaire ou deserte de deux solz ou environ ; . . . icellui Alard dist, . . . quand le Camus clochemant vivoit, et on lui faisoit ainsi, il s'en savoit bien récompenser ; . . . il faisoit le Houpegay, et des cierges que il alumoit, il en ostoit chacun un pouche ou deux au dessus, et ainsi se paioit d'eulz.*

† **HOUPPELANDA.** Vide in *Hopelanda.*

\* **HOUREDAGIUM,** a vulgari *Hourdage,* Tabulatum, quod ex *Hurdicis* seu cratribus ligneis compingatur, sic dictum, Gall. *Echafaut.* Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1519 : *Carpentario, pro Hourdagis factis in circuitu Crucifixi, vj. lib. Vide infra Hourdum.*

\* **HOUREDAE,** Cratibus seu alio quovis sepimento munire, Gall. *Horder.* Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 109 : *Cui Aymerico miles prænommatu sic respondit : Expecta, ego te alibi reperiam, ubi tu non eris ita fortis seu Hourdatus ; cum dictus Aymericus forel quodam dumo tunc temporis circumdatus et inclusus, propter quod ipsum nequibat attingere aut ad eum accedere quoquo modo. Villehard. paragr. 122 : Li Grieu si recommencierent la ville à Rehorder . . . Ne onques nulle ville ne fu si bien Hordée. Vitæ Patrum MSS. :*

Qui de long garde, de près got,  
Et qui bien se Horde et clot,  
Si puet dormir seurement.

\* Hinc *Se Hourder de compaignon,* Aliorum comitatu et subsidio se munire. Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. ch. 134 : *Icellui Simon se Hourda de compaignons garniz de plançons et autres bastons et lui d'un arc. Unde Hourdé, Instructus, onustus, Gall. Garni, chargé, in aliis ann. 1415. ex Reg. 169. ch. 60 : Gens d'armes tres bien garniz et Hourdez de pillage. Vide infra Hurdare.*

\* **HOUREDUM,** Tabulatum, Gall. *Echafaut,* alias *Hourt.* Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1367 : *Item datum pro sex fracchinellis pro Hourdo ligando, viij. solidos . . . Item pro cordis pro le Hour-*

*dich ligando, etc. Alius S. Vulfr. Abbat. ann. 1455. fol. 9. r. : A capellantis hujus ecclesie pro parte sua Hourdi ludi Passionis, et doni lusoribus dicti ludi dati, iij. lib. xvj. sol. Reg. S. Petri Duac. ad ann. 1472. ubi de solemnii ingressu Duacum Caroli ducis Burg. fol. 110. r. : Et y avoit, tant en ladite rue Nostre-Dame comme au marchié, neuf Hours, où avoit les neuf histoires des neuf preulx par seignement sans parler. Chartul. Corb. sign. Cæsar fol. 106. v. : A esté donné congié . . . pour faire ung Hourt sur rue, et pour dansser et faire la feste Dieu et monsieur S. Vaast. Occurrit præterea apud Math. de Couciaco in Carolo VII. pag. 670. ut et pro scamno seu sedili, ibid. pag. 666. et 669. Vide supra Hourdagium.*

\* **HOURIUM,** Districtus vel septum. Vide supra *Hourdare.* Libert. loci de Insula ann. 1309. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 365 : *Nec pedagium seu barragium in Hourio castris et castellanis de Burdelia solvere compellantur. Nisi legendum sit Honrio, per compendium scripto, pro Honorio. Vide supra Honorium 1.*

† **HOUSABOLD,** Idem quod mox *Housebole.* Monast. Anglic. tom. 3. pag. 633 : *Et similiter concessionem quam idem Willielmus de Lancastre fecit eisdem (Abbat. et Canonicis de Cokersand) et eorum tenentibus villæ de Gairstand, tam qui essent, quam qui fuerunt, de Housabold et Hoybold cum omnibus aliis libertatibus eidem villæ pertinentibus.*

**HOUSEBOTE,** Lignum, quod ex indulgentia Legis conductori de conducto prædio succidere et asportare licet in ædium, sepium, aratrique sui refectioem, etiam ignis subministrandi gratia. Charta Feodi pag. 163 : *Et habebat idem B. Housebote, haybote, carbote de arbore et boscis dicti manerii competenter, ac etiam firebote rationale de ramis et scissione arborum, absque projectione vel cimatione earundem, et absque vasto seu destructione faciendi in eodem manerio, etc. [Charta ann. 1262. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosden. pag. 259 : Concessi etiam prædictæ Aliciæ heybotum et Housbotum in dominicis boscis meis de Acle. Alia ann. 1363. ibidem pag. 497 : Dicunt etiam quod de antiqua consuetudine habent Housbote et haybote in bosco domini.] Vide Dugdalum in Antiquitatib. Warwicensib. pag. 665. et Rastallum in hoc verbo ; et supra in *Haga, Haybote.**

\* **HOUSELLUS,** Tibiale, crurale, caliga, Gall. *Houseau. Hues,* apud Villehard. paragr. 116 : *Marchiflex chauga les Hueses vermoilles. Une Hueses de chienc solz, in Ch. ann. 1286. ex Chartul. Namurc. in Cam. Comput. Insul. fol. 42. v. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 433 : Cum dictus exponens emisset certam quantitatem Housellorum sive estivalorum, quorum aliqui erant perfecti et aliqui perficiendi. Aliæ ann. 1358. in Reg. 87. ch. 62 : Cum Gaufridus Gassini a patre suo instantèr petisset, ut quædam tibialia vel Housellos eidem habere faceret, . . . pro eundo in quadam equitatura seu exercitu, etc. Triquehouse, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1459. ex Reg. 189. ch. 380 : Deux Triquehouses de blanchet, que le suppliant avoit envolées autour de ses jambes. Hinc *Houser,* ejusmodi caligas induere. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. ch. 84 : *Ilz furent d'accord que ledit Anthoine se Houserait et esperonnerait et seroit semblant d'aler dehors. Aliæ ann. 1474. in Reg. 195. ch.**

1520 : *Ainsi que le suppliant estoit en l'ouvrour d'un cordouennier pour soy Houser pour aller au gibier, etc. Unde Deshouser, Housellos exuere. Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. ch. 7 : L'exposant se feust deveustu et Deshousé, etc. Aliæ ann. 1410. ibid. ch. 205 : En laquelle hostellerie, après que le suppliant se fut logié et qu'il ot esté Deshousé, etc. Desoucer vero, pro Spoliare, diripere, inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 267 :*

Cofic de Grolée Humbert,  
Qui conduisoit Cadey Bernart  
Frere du comte d'Armagne,  
Et Emery de Severat,  
Qui ont le pays Desoucé,  
Et mis du tout en poureté.

Vide *Osa.*

\* **HOUSERE,** Instruere, munire. Reg. Phil. Aug. sign. 34. bis in Chartoph. reg. part. 1. fol. 95. v. col. 2 : *Magister Mathæus et Alardus habebunt ij. lib. Paris. pro . . . faciendis les bars super quatre tornellas et propter illas tegendas et Housendas et porta legenda de tegula . . . Et facient palicium fossati vij. pedes altitudinis super terram et posternam, et debent Housour extra, etc. Nisi sit pro Tegere, operire, a veteri Gallico *Houchier,* eo intellectu. Vide mox in *Housia.**

**HOUSIA, HOUZIA,** Tunica talaris, Gall. *Housse,* quam vocem vulgo tribuimus equorum instratis, vel lectariarum cortinarum stragulis. Statuta Collegii Navarræ Paris. apud Joannem Launoium in Hist. ejusdem Collegii : *Nullus habitum deferat, nisi tabaldum seu Housiam longam de brunela, etc. Occurrit ibi pluries. Statuta synodalia Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. ann. 1298 : Inhabitum, ne Abbates, Monachi, Priores, et alii Religiosi . . . Houcias et clochas deferre præsumerent. Statuta Synodalia Joannis Episcopi Leodiens. : Præcipimus, quod nec monachi nigri, nec Canonici regulares in Hissis (sic in MS.) vel tabardis equitent. Charta fundationis Domus Dei Tornodorensis ann. 1293 : Et cum domum exierint, superpellicia, vel capas clausas, vel Houcias deferant. [Testamentum Remigii de Summa vera ann. 1360. ex Tabular. Capellæ S. Yvonis Paris. : Item Jacobo Redello suam capam cum Houcia curta et capucio furrato de variis.] Occurrit pluries, præcipue in Ordine, quem tenet Universitas Paris. in delatione Corporum Regum Franciæ in libro viridi Novo Castellæti Paris. fol. 47. Vide *Herga.**

† **HUCIA, HUSSIA,** Eadem notione. Fundatio Collegii Plessæi ann. 1326. apud Lobinel. tom. 3. Hist. Paris. pag. 376 : *Theologi vero et Canonistæ Hucias longas, et Baccalaris cappas habeant honesti coloris. Statuta ejusd. Collegii ann. 1466. ibid. pag. 382 : Ordinamus quod vos omnes et singuli habeatis longas Hussias sive cappas honesti coloris. Adde pag. 389.*

\* Stat. eccl. Attrebat. cap. 1. ex Cod. reg. 1610 : *Ad sanctam synodum honeste veniant ; prælati videlicet . . . seculares supertunicalibus et wardecoris induiti, clausis vestimentis, puta Houciis vel in capis. Comput. MS. ann. 1239 : Pro burallis ad Houcias ad equos stabulorum, xvij. lib. Houce, in Stat. ann. 1363. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 648. art. 10. Togam, scilicet Housse, in Officiar. curat. dioc. Clarom. ann. 1490. Houselin, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 168 : *Trots**

quartiers de drap avec un Housselin de cendal rouge à une manche brodée. Quomodo etiam legendum puto pro *Haneselin* vel *Haveselin*, in aliis Lit. ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 72. *Houe de burel*, in Ch. ann. 1384. tom. 2. Probat. hist. Brit. col. 484. Denique *Houche* apud Reclus. de *Moliens* MS. :

Houches, mantaus, chappes fourrées.

Hinc *Houchier*, pro Operire, in Stat. ann. 1390. tom. 7. earumd. Ordinat. pag. 565. art. 11 : *Que nulz ne puist Houchier archons aucunement de cuir de mouton.*

\* Eiusdem quoque originis vox *Houspaillier* et *Houspouillier*, Calo, prædator, spoliator. Lit. remiss. ann. 1481. in Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 745 : *Aucuns mauvais garçons, pillars et Houspailliers, etc.* Math. de Couciaco in Carolo VII. pag. 540 : *Mille hommes de guerre, ou plus, tous gens de bonne étoffe, sans les Houspouilliers, fouragers, et autres gens de petit estat.* Inde etiam *Houspigner*, vulgatius *Houspiller*, Aliquem agere, per vestem apprehendere et succutere. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 112. ch. 45 : *Coleçon Lambin et Martinet vindrent couvrir sus audit Raguet et tellement le Houspignerent par le chaperon, qu'il perdit léans sondit chaperon.* *Hubilier*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1487. ex Reg. 195. ch. 43 : *Lesquelz compaignons s'avancèrent... de Hubillier, tirer et sacer Jehanin le Bouchier pour prendre et avoir sa bourse.* Idem sonat *Hurtepillar*, in aliis Lit. ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 227 : *Colard Milon et Jehançon Colard se Hurtepillarent eulz deux, tellement qu'ilz cheurent touz deux à terre.* *Houssepillar* vero, pro Vexare, molestare, in aliis Lit. ann. 1454. ex Reg. 184. ch. 463 : *Jaques le Leu dist aux supplians que se il les avoit Houssepillié, encores les Houssepillaroit il.*

**HOWSEROBING**, Anglis, est crimen supra ædium expilationem, id est, diurna irruptio in domum, vel tentorium alterius, et bonorum subductio, dummodo aliquis in domo vel tentorium præsens fuerit. Cowellus lib. 4. tit. 18. § 23.

† **HOYBOLD**, Jus percipiendi necessarium lignum ad faciendas hayas. Locus est in *Housabold*. Vide *Haybote* in *Haga*.

**HR.** Vide *Æra*.

**HRÆFAWNT**, HREFWNT, Ventris seu alvi vulnus: ex Saxon. hrif, seu a prisco Germ. *Href*, vel *Hreve*, venter, alvus, et Saxon. *wun* S, seu Germ. *Wunt*, vulnus. Lex Bajwar. tit. 3. § 6 : *Si cervella in capite appareant, vel interiora membra plagata fuerint, quod Hrefawnt dicunt, cum 12. sol. componat.* Ubi Editio Heroldi cap. 5. tit. 6. *Hrevawnt* habet. Lex Aleman. tit. 65. § 25 : *Si autem interiora membra vulnerata fuerint, quod Hrefawnt dicitur.* Eadem Lex Bajwar. tit. 1. cap. 6. § 2 : *Et quanti homines ibi intus fuerint, (sub incenso culmine) et intasi de incendio evaserint, unicuique cum sua Hrevawnti componat.* Ubi Editio Heroldi *Hrevawnta* habet: quo loco, si bene auguror, incendiarius unicuique homini componit, tanquam de vulnere in alvo accepto. Vide Notas Baluzii ad Capitular. pag. 1008. 1014. 1017. [\*] et Graf. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 1153.]

**HRANNE**, Grex porcorum: vox ex Latina *Hara*, quæ idem sonat, formata: unde etiamnum *Renne*, pro grege, Antuerpianis, uti habet Wendelinus: et

*Rannen*, gregatim procurrere. Lex Salica tit. 2. § 1 : *Si quis porcellum lactentem furaverit de Hranne prima aut mediana, etc.*

☞ A scopo aberrasse Gangium nostrum, aliosque omnes qui hujus vocis etymon hactenus quæsiere scribit Ecardus in notis ad titulum laudatum; existimatque vir eruditus vocem esse Germanicam, jam quidem obsoletam, olim tamen non infrequentem. *Rennen* autem pro coire sumitur apud Germanos, unde porcellus de *Rhanne prima* aut *mediana* sive altera, inquit ille, est porcellus ex primo vel secundo coitu seu fætura scrofæ ortus. Quæ quidem sententia eo probabilior fit, quod lex, ut ipsemet observat, neque de porcis pinguefaciendis, neque de gregariis mentionem faciat. [\* Interpretationem Ecardi omnino confirmat Glossa codicis Estensis apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 286. ubi de *Chranne prima* dicitur, id est, de primo partu. Vide *Cranna*.]

**HREDIGE**. Leges Adelstani apud Græteleiam cap. 16. ex Bromptono : *Item diximus de illis latronibus, qui in Hredige nequunt culpabiles inveniri.* Ubi Somnerus ex textu Saxonico restituit *hrædinge*, id est, in præsens, in promptu: nos dicemus, *Sur le champ*. Eiusdem Glossarium: *Hrædinge, brevis, cito.*

**HRINGUS**, RINGUS: Ita olim Avars seu Hungari castra sua appellabant, quod in circuli modum circumducta essent, a voce Saxon. *hring*, et Germ. *Ring*, circulus, orbis, annulus: seu quod revera *Hringus* fuerit is *circulus*, quem et *Hagin* vocabant, intra quem sese continebant Hungari, ut in *Haga* docuimus: a qua quidem voce Germanica, deductam investiturarum formulam, *Par Rhin et par baston*, censet Cujac. ad lib. 2. Feud. tit. id est, per annulum et virgam, tametsi id jure controverti potest. Annales Francor. anno 796 : *Sed et Heiricus Dux Furljensis missis hominibus suis cum Wonomiro Sclavo in Pannonias, Hringum (al. Hringun) gentis Avarorum, longis vero temporibus quietum, civili bello fatigatis inter se Principibus, spoliavit.* Annales Eginhardi : *Spoliata Hunorum Regia, quæ Ringus vocabatur.* Et mox : *Hunis trans Tizam fluvium fugatis, eorumque Regia, quæ, ut dictum est, Roringus, a Langobardis autem campus vocatur, ex toto destructa, etc.* Poeta Saxon. lib. 3. ann. 796. vers. 15 :

Nam spoliata fuit Hunorum Regia, Hringum  
Quam vocitant.

Mox, vers. 32 :

... A Francis Hunorum Regia tota  
Est æquata solo, quam Hringum diximus ante.

Annales alii a Lambecio editi lib. 2. Comment. de Biblioth. Cæsarea pag. 379 : *Pervenit ad locum, ubi Reges Avarorum cum Principibus suis sedere consueverant, quem et in nostra lingua Hringe nominant, etc.* [Ubi hæc addit eruditus Editor : *Hringe sive Ring vocabulum est mere Germanicum, et significat hic locum rotundum sive orbiculatum in meditullio castrorum, vel munimenti vel consessus alicujus situm, quem honoris et securitatis causa Rex cum optimatibus suis obtinet.*] Eadem habet Chronicon Moissiacense ann. 796. præterquam quod pro *Hringe*, *Kinno* præfert, ubi *Kinno* forte est *Regia*, ex Saxon. *Kyn* et *Kynne*, regius. Unde forteam etiam dicta urbs Danica *Ryngstadium*, de qua Saxo Gram. lib. 13.

\* Ex his manifestum est quam ridicule Monachus Engolismensis *Ringum* in ejusdem nominis ducem Avarorum transformaverit, apud Duchesn. tom. 2. pag. 78 : *Henricus autem dux Furljensis misso in Pannoniam Wonomiro Sclavo principe suo, Ringum ducem Avarorum interficere jussit.* Cons. D. *Le Beuf* tom. 2. Dissert. pag. 403.

Ex allato porro Eginhardi loco docemur castra sua *Campum* appellasse Longobardos: quod etiam apud nos obtinet. Castra enim *Camp* dicimus. Acropolis cap. 85 : *Καὶ πλησιάζοντες εἰς τὴν πόλιν, ὤρμησαν εἰσελθεῖν, ἀλλὰ τὰ Ρωμαϊκὰ στρατεύματα τοῦτο γνόντες, πρὸς ταῖς οἰκίας τῶν Λατίνων ἐνέβαλον περὶ τὸν αἰγάλον κειμέναις, καὶ ἐνέπρησαν ταύτας. πρῶτα Βενεκῶν, εἶτα τῶν ἄλλων γενῶν, ἃς Κάριπος ὀνόμαζον.*

† **HROBATEN**. Vide *Hropant*.

**HROCCUS**, [Vox Germanica significans supremam vestem.] Vide *Roccus*.

**HROPANT**. Lex Bajwar. tit. 3. § 8 : *Si eum per vim implexaverit, et non ligaverit, quod Hropant dicitur, etc.* Ubi Editio Heroldi, *Hroboten*, alius Cod. *Hropant*, præfert. Spelmanus : *Rape*, Angl. *rafe*, Saxonibus, *funis*: et si *Hropant* referatur ad *ligaverit*, sensus perspicuus est: sin ad *implexarit*, quod rectius videtur, alius quærendus est, et hic me fugit, ni dicatur ex Saxonico *raepan*, *intercipere*.

† **HRUOTLONGE**, Bovis pulmo, a Germ. *Rint*, vel Belgico *Runt*, Bos, et *Lunge*, pulmo. Eginhardus Epist. 23 : *Boves vero qui occidendi sunt, volumus ut facias ad Ludivacam venire, et ibi occidere. Unum ex his volumus ut dari facias Hruotlonge, et illa minutalia atque intranea, quæ ad nostrum opus servari non possunt, volumus ut dentur ad illam familiam quæ ibidem est.* [\*] Edit. Teulet. *Ruotlouge*; nomen proprium viri aut feminae, cujus prima pars *hruot* est *Rumor*, gloria.]

† **HUABA**. Vide in *Huba*.

\* **HUALE**, an Radius, Gall. *Rayon*? Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435 : *Item pro ponendo in una rodâ dicti motendini unum Hual fusti bonum et sufficientem, etc.*

\* **HUANARIA**, f. Locus aquifoliis, Gall. *Houx*, consitus. Charta pro monast. Pissiaci ann. 1317. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 92 : *Item super redditu Huanerie pro toto ad S. Michaelen xij. denarios.* In Lib. rub. Cam. Comput. fol. 433. v. col. 1 : *Bolleria et Huenueria.*

**HUANUS**, Avis species, quæ in altum volat, apud Fridericum II. lib. 2. de Venat. cap. 54.

\* **HUARE**, Habere, ab Occitanico *Havoir*, pro *Avoir*, inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 3 :

Et præsentibus inde totis gentibus illis  
Quæ regis jus Huan, et causa placitata  
Ad longum, etc.

**HUBA**, HOBBA, HOVA, HOBUNNA, etc. Modus agri cum habitatione coloni: *Colonia*, uti exponitur in *Hobunna*, mox: *Prædium*, uti in veteri membrana apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuldens. cap. 11 : *Numerus mancipiorum 254. villarum 23. prædiorum, seu Hubarum, 170.* Alia apud eundem pag. 266 : *Optimos exinde sibi excepit mansos, eosque pro beneficii jure in suos hæreditavit filios, ita ut aliqua villicatio plures amitteret Hubas, quam retineret.* [Vita S. Eberhardi tom. 2. Aprilis pag. 503 : *Ecclesiam in Matchial cum omnibus ad ipsam pertinentibus, videlicet Hubis, decimis.*]

Tradit Vadianus *Hobam fundi partem significare, maxime pascuum*, hodieque vulgo *Huob* appellari. Glossarium Latino-Theoticum *mansum*, cum *hoba*, confundit. At ex infra laudandis Chartis aliud fuit *Hoba a manso*: siquidem *mansus* aliquot *hobis* interdum constitit: sed et *hobæ* ut plurimum *terra arabilis* constiterit, interdum et silvis.

Et quidem *Hubarum* nomine terras arabiles designatas fuisse manifestum est ex Vita S. Udalrici Episc. Augustod. sæc. 5. Bened. pag. 459: *Nisi xx. Hubas extra traditionem dimisit, et eas servituti sancti Magni ad Fauces decrevit, canonicisque placitavit ut potestatem haberent, si vellent, easdem Hubas xx. cum x. in ista provincia in bono loco sitis Hubis concambire.*

Gerinani *Hofas*, seu *Hovas*, solitarias colonorum ædes vocant, ut est apud Gretzerum in Dissertat. seu Appendice de Aureato pag. 558. Kiliani perinde, *Hof*, veteribus et *Hoeve*, recentioribus est villa. Freherus in Constitut. Adolphi Imp. de Insulis Rheni, ait, *Hoeve* Germanos appellasse, quod Latini inferioris ævi *Curias*, *Parlamenta*, *Placita generalia*. *Huha dotalis*, in veteri Charta a Gevoldo edita cum Chronico Reicherspergensis pag. 40: *Descriptio Hubarum et pensionum ad curiam Furde pertinentium*, apud Freherum in Orig. Palat. pag. 39. Adde Acta Murensis Monast. pag. 65. et Chartas aliquot in Chron. Laurisham. pag. 69. 89. in Antiquit. Fuld. Broweri pag. 260. in Diplom. Ottonis M. a Meibomio editis pag. 118. in Tradit. Fuld. pag. 604. Metropoli Salisburgensi passim, etc. [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 535. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 753. et 828.]

Inde est quod *Hubam* ab *hofa* distinguit Aventinus lib. 7. pag. 453: *Classes rusticorum prædiorum apud Bojos duæ sunt. In prima tantum agri, quod quadrigis, in secunda quod bigis arari solet. Hanc Hubam atque mansum, illam curtim, Hofam, prisci Bojorum jurisperiti vocant, illi a Rudolfo LX. asses, alteri XXX. impositi sunt.*

*Hoba*. [Charta Hedeni Ducis pro S. Willibrordo Episc. ann. 704. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 13: *Et in curte nostra alia nuncupante Monhore donamus tibi VII. Hobas et VII. casatas et CCC. diurnales de terra*. Alia ann. VI. regni Hilderici Regis tom. 2. Annal. Bened. pag. 696: *Dono... Hobam unam... cum casalibus, campis, pratis, silvis, accessisque omnibus cum ædificiis pascuis*.] Charta Alamannica 18. Goldasti: *Dedit... 5. Hobas de terra arabili, et casam cum curtis, etc.* Alia Ansfredi Comitis apud Miræum in Notit. Eccl. Belg. pag. 52: *Hoc est mansum indomnicatum cum ædificiis et omnibus utensilibus, habentem Hobas 3. Hobas serviles 19. et silvam, etc.* In Charta seq.: *Hoc est Hubam indomnicatum unam, serviles 9. etc.* Adde pag. 77. Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 42: *Unam Hobam, et ad eam pertinentem arialem, cum integra ædificii structura, etc.* Tradit. 68: *Duas Hobas, unam in silva, et alteram in terra*. Lib. 2. tradit. 81: *Et duas Hobas, unam in campis, et alteram in silvis*. Lib. 1. trad. 84. et lib. 2. trad. 117: *Duas Hobas terræ arabilis*. Adde lib. 1. trad. 22. 30. 36. 42. lib. 2. tr. 31. 47. 77. et Stangefol. lib. 2. Annal. Westphalic. pag. 185.

*HUBÆ REGALES*, in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 105. 138. 139. 145. etc.

¶ *HUEBA SALICA*, Quæ pertinet ad *salam*, seu domum *cortis* præcipuam, apud Hansizium tom. 1. Germ. sacræ pag. 186. Vide *Salica terra* in voce *Lex*.

*HUOBA*, in Testamento Herberti Comitis Viromand. ann. 1059. apud Joan. Carpentar. in Hist. Cameracensi non semel, et in Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 21. 24. 32. 147. 151. 156. lib. 2. trad. 38. 39. 71. 75. 157. 177. lib. 3. trad. 28. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 105. etc. [Apud Gregorium Christianum tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 736: *Notum esse cupio... qualiter ego Ruocelin et conjux mea Willa, prædium nostrum scilicet ad quinquas Huobas quod... communiter possidemus, ad ecclesiam S. Albani... delegavimus.*]

*HUABA*, in Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 26. *HOUBA*, in Chronico Reichersp. pag. 204.

*HIOBA*, apud Carpentarium, et in Trad. Fuld. lib. 1. tradit. 69.

*HOVA*. Variæ Chartæ Germanicæ apud Henschenium ad Vitam S. Ludgeri Episc. Mimigard. Una anno 793: *Tradidi partem hæreditatis meæ Ludgero Abbati in villa... id est, illam Hovam integram, Alfgatinghova, cum pascuis et perviis, et aquarum decursibus, et scara il silva juxta formam Hovæ plenæ*. Alia ann. 797: *Hæc autem pars tertia hæreditatis meæ tribus in locis consistit: in pago Histo, in villa, quæ nuncupatur Oceanni, Hova una, quam proserviunt liti mei: in pago vero... in villa... Hova altera, et in eodem pago Hova tertia, et sexta pars Hovæ quartæ in villa, quæ appellatur, etc.* Alia ann. 799: *Terra aratoria illius Hovæ, quæ dicitur, etc.* Adde Chartam Arnulphi Imp. post Chron. Gerbrandi a Leydis pag. 372. [et Chartam ann. 1308. apud Miræum tom. 1. pag. 1012.]

¶ *HOVINA*, in Charta ann. 1186. tom. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 116: *Ego Theodoricus Dei gratia Flandriæ Comes, pro remedio animæ meæ et antecessorum meorum duo Hovina terræ in Ruholt... concessi.*

*HOVIA, VILLA*, vel *curtis*. Chron. Montis S. Agnetis cap. 26: *Damnum magnum habuimus in Hovia nostra ex inundatione aquarum.*

*HOBUNNA*, Eadem notione, Colonia, prædium. Tradit. Fuldens. lib. 2. trad. 21: *Id est, in supradicto loco novemtrado colonias (hoc sunt Hobunnæ) integras cum omnibus adjacentiis, etc.* Adde lib. 1. trad. 1. 119. lib. 2. trad. 32. Vide *Aba*.

*HUBARUM MAGISTER*, Dignitas quædam in Austriæ Ducatu, qua donatus quidam Baro Austriacus *Joannes de Tyrnavia*, ann. 1384. in Privilegiis Academicæ Viennensis in Austria, apud Lambecium. De illius functione mihi non liquet.

*HOVASTAT*, quasi *Hove stade*, Domus hovæ, quæ in *hova* extracta est. Tradit. Fuldens. lib. 2. trad. 17: *Ego ab ipsis unam arialem, id est, Hovastat, cambiavi, id est, mutavi, in illa, quæ dicitur, etc.* Et trad. 20: *Quid sit extra unam arialem, id est, Hovastat, etc.*

\* Idem interdum quod *Curtis*, prædium. Charta Henr. II. episc. Leod. ann. 1147. in Suppl. ad Miræum pag. 708. col. 1: *Tres curtes, quæ apud ipsos vocantur Hovestede, pro anima patris sui eidem tradidit ecclesiæ*. Vide supra *Hovestat*. Haud scio an inde accersenda vox *Houbiller*, Mulgere, Gall. *Traire*; quia *Hobariæ* seu colonæ opus est. Stat. 1350. tom. 2. Ordin. reg. Franc. pag.

370. art. 181: *Les chambrières qui servent en Houbillant les vaches, etc.*

*HOBARI*, Hobarum possessores, vel coloni. Charta Anselmi Abbatis Laurishamensis apud Freherum de Orig. Palat. pag. 38: *Aream et vineas Hobaris atque curtariis... concessi... ut cum aliis Hobariorum obierit, hæres ejus tantum 5. s. tribuat, etc.* Occurrit ibi pluries. Acta Murensis Monast. pag. 37: *Hombarius autem, qui plenum habet mansum, debet singulis annis dare 4. maltra de pelta*. Et pag. 38: *In festivitate S. Sergii dabunt Hobarii, qui extra silvas domos habent, lineum pannum, etc.* Mox rursus *Hobarii*; sed legendum *Houbarii*. [\* Vide infra *Mansarius* sqq. post *Mansus*, et Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 317. 536.]

¶ *HUBARI*, Eadem notione. Charta ann. 1274. in Hist. Mediani Monast. pag. 332: *Pronuntiavimus prædictum Abbatem... omnes agros qui jure proprietatis ad sæpe dictam curiam spectare noscuntur, conferre posse et debere sine reclamatione villici et Hubariorum dictæ villæ*. Adde Tolnerum in Hist. Palatina inter Instrum. pag. 16. *Hovir* Hobarium seu colonum vocant Poetæ nostrates. Le Roman de Partonopex MS.:

Et que Dame de nul endroit  
Nul meilleur Hovir ne porroit,  
Plus cortois, ne plus debonnaire, etc.

[\* Scriptum potius videtur pro *Hoir*, hæres, ita ut, habita versus ratione, *Hovir* vel *Hovoir* dissyllabum poeta finxerit.]

¶ *HUPPFENNIGE*, Denarius, sive census de *huba*, quem possessor annuatim præstat domino. Liber reddituum vetus Episcopi N. apud Schilterum in Gloss. Teuton.: *Item jura sive census denariorum, qui dicuntur Huppfennige, spectantes ad curiam in V. sunt hi: etc.* Item notandum est quod solventes *Huppfennige* non tenentur ad mortuaria: alii autem curiæ attinentes, vel bona eidem censuaria possidentes tenentur ad mortuaria.

¶ *HUBBERGUEL*. Vide in *Halsberga*. *HUCA*, Ricinium, quo scilicet mulieres olii caput operiebant et velabant: *Huque*, uti etiam appellatur in Flandria. Statuta Massiliensis MSS. ann. 1276: *Huca cum caputio vel almussa cum penis... Huca cum sendato et caputio vel almussa... Huca de panno serico, vel de camelotto cum cendato. Huca freata*. Viris etiam attribuit Jac. Valerius in Tractatu MS. du Droit d'armes et de Noblesse: *Ceux, qui ont tournoyé sous les bannieres endroit soi, sont vestus de pourpains pareils avec Heuques d'orfavrie, ou autres habillemens*. Et Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris:

Armetz luisans, briquoquez, capelines,  
Hucques de pris, tres-riches mantelines,  
Venans sans plus jusqu'au dessus des faudes.

Vide Monstrelletum 1. vol. cap. 155. 3. vol. pag. 74. Theatrum Honoris Vulsionis de la Colombiere pag. 71. et Menagium in Originib. linguæ Francicæ. Vide *Huka*.

\* Seu Vestis species, qua viri simul et mulieres non caput tantum, sed et corpus operiebant, nostris *Heuque*, *Heuque* et *Huque*. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 382: *Le suppliant print une Huque noire, qui estoit à sondit maistre, qu'il vesti*. Alia ann. 1408. in Reg. 162. ch. 223: *Icele Boudiere ala en une des chambres de l'hostel et apporta une Heuque fourrée qu'elle bailla en gaige à laditte Per-*

rette... qui print ladite Huque. Aliæ ejusd. an. ibid. ch. 878: *Une Heucque de brunette et une robe de brun vert à femme. Icellui Jehan bouta sa main des-soubz sa Heuque en querant un coustel, in aliis Lit. ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 361. Denique aliæ ann. 1425. in Reg. 173. ch. 165: Icellui Coupper devesti sa robe et print sa Heuque.*

† **HUCAGIUM**, Proclamatio vini venalis, ut conjecto, et tributum pro ea solvendum. Charta ann. 1269. ex Tabul. Floriac.: *Tandem inter nos... pacificatum extitit in hunc modum, videlicet quod... Hucagium seu clamor tabernarum et collatio Hucagii seu clamoris in Majoria... et omne jus quod habet in celleria et in collatione ejusdem nobis... libera remanebunt.* Etymon puto vetus Gallicum *Hucher*, Clamore accessere. Vide *Cridagium*.

**HUCCIARE**, Vetus Placitum ann. 17. Ludovici Pii, editum a Baluzio in Append. ad Capit. num. 94: *Et perquisierunt terminos de ipsa villa, archas, et florias, et vindenatos. Nos vidimus tenantes, et in omnibus Hucchiando truncato mantildo Oderius comparatus, et Abadela, qui vocatur Maraton, etc.* Nostris *Hucher*, est clamare, aliquem vocare.

† Hinc in Litteris Johannis I. Regis Franc. ann. 1354. tom. 2. Ordin. pag. 538: *Et se eulx ou aucun d'eulx se complaignent de ceulx qui se sont entremis des impositions ou temps passé, ou d'aucuns nos Officiers, ou d'autres, faites leur sommerement et de plein ostez tous Houquez, futez et cavillations par voye de reformation ou autrement, etc.* Le Roman de Partonopeu MS.:

De son cheval le trebusche,  
Li paiens crie et brait et Hucho.

\* **Ahuchier**, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Appelé, Ahuchié, accersitus. Hucer* in Vita J. C. MS.:

Deus deciples Huça à soi.

\* **HUCCUS**, Clamor inconditus. Vide infra *Uccus*.

\* **HUCCELLUS**, **HUCHELLUS**, diminut. ab *Hucha*, Arca, nostris, *Huceau*, *Hucheau*, et *Huchel*. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 789: *Cum Perinetus Gaubelin seram Hucelli Johannis le Begue... vi fregisset aut levasset, in quo Hucello, etc.* Aliæ ann. 1367. in Reg. 99. ch. 42: *Fuerunt quedam armaturæ et alia in quodam debili Huchello in dictæ domus introitu confracto existentia, in vico dilacerata.* Aliæ ann. 1391. in Reg. 141. ch. 246: *Apud villam de Brithulio in Ecclesia B. Mariæ archas parvas et Huchellos... fregit.* Aliæ ann. 1399. in Reg. 154. ch. 646: *L'exposant rompi... le dit coffre... et print dedens... une certaine quantité de fretin d'argent... avec le dit petit Huchel. Une hucho ou Huchel, in aliis ejusd. an. ibid. ch. 735. Denique aliæ ann. 1414. in Reg. 168. ch. 81: *Le suppliant rompi un coffre ou Huceau, etc. Le hucho doit iij. den. le Hucheau doit ij. den.* in Chartul. 21. Corb. fol. 85. v°.*

† **HUCENABRA**, Idem videtur quod *Huba*, ab Anglico *House*, Domus mansio; vel *Husband*, terram colere. Chartularium S. Trinitatis Cadom. fol. 46. v°: *Hugo 4. sol. pro una Hucenabra 3. denarios, pro home 1. obolum.* Infra fol. 48: *Willelmus pro Huchenacra 4. denarios, etc.* Potior mihi videtur prima lectio.

1. **HUCHA**, **HUCHIA**, Arca, vel cista lignea oblongior, vox Picardis nostris nota, *Huche*. Leges Burgorum Scotticor. cap. 125: *Item habebit cistam, Hucham,*

*aratum, etc.* Nescio an huc pertineat quod habent Schedæ MSS.: *Uns peliers ne doit Schede, se il n'a six garnemens ou plus: et ce garnemens ne doit tonlieu.* Usatica MSS. Vicecomitatus aquarum Rotomagi: *Si aucun porte Hucho ou buffet à clef hors de la ville, il doit 4. den.* [Consuetud. Brageriaci art. 93: *Qui archas seu Huchas debotaverit, aut falsas claves quæ dicuntur contra-claves tenuerit et eis usus fuerit.* Inventarium ornament. et reliq. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419: *Item magna Huchia operata a parte anteriori et entre-deux ad duas serruras.*] Vide in *Retorta*, et *Hutica*. Ab *Huchiarum* forma dictæ fortasse naves, quas *Huches* vocat *Monstrelletus* 1. vol. cap. 243.

† **HUCHETTA**, diminut. ab *Hucha*. Inventarium modo laudatum: *Item una parva Huchetta ad ponendum candelas modici valoris.*

\* **Huge** et **Hugette**, eodem sensu, in Charta ann. 1350. ex Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 17: *Item la vendue... des Hugues et Hugette, c'est assavoir... de chascune Huge et Hugette, ... iij. deniers.* Unde *Huge-lange*, *Linteum*, quod aræ apponitur, in Lit. remiss. ann. 1368. ex Reg. 99. ch. 476: *Le suppliant fu avec Pierre Auberé à prendre et embler certaine quantité de file, Huge-lange, draps, etc.* Unde *Huichier*, Ejusmodi arcarum opifex, in Lit. remiss. ann. 1338. ex Reg. 123. ch. 100: *Colin Gauchier poure Huichier ou charpentier de la paroisse de S. Symeon en la prévosté de Coulommier en Brue, etc.*

\* Aliud vero sonat vox Gallica *Huche* in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 196: *Avant que il (le roy Théodebert) trespasast, dona aus borgois de Verdun viij. mille Huches, que il devoit chacun an, etc.* Ubi *Aimoïn*. lib. 2. cap. 25. ibid. pag. 59. habet: *Civibus ejusdem urbis octo millia solidorum, qui annuatim exinde ejus inferebantur thesauris... concessit.* At in schedis MSS. a Cangio laudatis idem est, ni fallor, quod alibi *Boiste* dicitur, arcula nempe, in quam vectigalia inferuntur.

\* 2. **HUCHA**, **UCHA**, Auctio, hasta publica, bannum, proclamatio et ipse præco qui proclamatur. Libert. castri de Manso SS. Puellar. ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 32: *Item supplicant dicti consules, quod cum institutio et destitutio inquantatorum seu Uche castri de Manso prædicto ex usu longissimo ad ipsos pertineat, ut concedatur eis prædicta arrendatio, et quod emolumentum, quod provenire poterit utilitati dictæ universitatis imposterum applicetur dictis consulibus ex prædictis Ucha et inquantu.* Aliæ ann. 1328. in Reg. 66. ch. 77: *Cum institutio et destitutio incantatorum seu Huche castri... ad ipsos (consules) pertineat, ut concedatur eis prædicta arrendare, ... et ex prædictis Ucha et incantum dictum emolumentum in utilitate universitatis dictæ villæ convertendum.* Hinc *Ucage*, pro Tributo, quod ex ejusmodi *Uchis* percipitur. Redit. comitat. Namurc. ann. 1265. in Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Papier vetu fol. 6. v°: Namur... Et si a li cuens le Ucage et le pesiel et le menus cens.* Et in Reg. ejusd. Cam. sign. *Le Papier aux aysselles ann. 1289. fol. 73. r°: Encor i a (a Namur) li cuens le Ucaige, hi vat par an xxij. livres et xix. sols.* Vide in *Incantare* 2.

\* **HUCHELLUS**. Vide supra *Hucellus*.

† **HUCHENACRA**. Vide *Hucenabra*.

\* **HUCHIA**. Vide *Husia*.

\* **HUCIA**, Virga, flagellum virgeum, Gall. *Houssine*, ut videtur. Chartul. Ma-

jor. monast. pro pago Vindoc. ch. 129: *Et de ejusdem silvæ (donavit) similiter... cavillas et Hucias et si quid hujusmodi aliud eis in rurali opere necesse fuerit.* Idem forte sonat *Hoizez*, nisi *Aquifolium*, Gall. *Houze*, intelligas, in Lit. remiss. ann. 1387. ex Reg. 131. Chartoph. reg. ch. 155: *Lesquelles femmes garnies de verges de boust, de Hoizez et de bastons, etc.*

† **HUCNOTICUS**, Calvinianus, *Hucnotica persecutio*, apud le *Brasseur* Hist. Ebroic. pag. 324. ex Epitaphio ann. 1562. Vide *Hugonotti*.

\* **HUCTINUS**. Vide infra *Hutinus*.

**HUDEDEST**. Vide *Huderesfest*.

**HUDEGELD**, ex Saxon. hyd-gyld, *Cutis vel corii pretium*, quo sensu quis dicitur *corium redimere*, cum a flagellationis pœna, soluta pecunia, se eximit; ex hyd, corium, et gyld, mulcta. *Fletæc* lib. 1. cap. 47. § 20. *Hudegeld*, significat *quietantiam transgressionis illatæ in servum transredientem*. Id est, a *servo*, qui forefecit.

† Haud scio an perperam editum sit *Hudegeld* pro *hinegeld*, ita ut vox formata sit ex *hine*, servus, et *gyld*, mulcta, quod ad definitionem *Fletæc* proprius accedit.

\* **HUDERA**. Charta Henr. III. reg. Angl. an. circ. 1240. in Suppl. ad *Miræum* pag. 106. col. 2: *Et habeant in eadem villa sua Huderam suam liberam et quietam.* An vecturam liberam et tributo immunem in intelligendum est? nam *Hudel*, vehiculi genus videtur, in Lit. remiss. ann. 1464. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 412: *Cassin Herbaine ala querir icellui Baffart en ung Hudel, et l'apporta à son hostel.*

† **HUDREDEPENY**. Vide in *Hundredus*.

† **HUELLUM**, f. Ligo, Gall. *Houe*. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. CLX: *Pro c. piceis et l. Huellis et pro vectura a Belvaco usque ad Archas VI. l. et XIII. s.*

\* **HUENERIA**. Vide supra *Huaneria*.

**HUERNUM**, [f. idem quod *Huba*, Mansio, domus coloni.] Charta Eduardi Confessoris anno 1044. in *Monastico* Angl. tom. 2. pag. 901: *Præterea addidi loco illi infra Londoniam partem terræ de terra illa... cum Huerno eidem terræ pertinenti.*

[\* *Huervum* ex eadem Charta in Suppl. ad *Miræum* pag. 13. col. 2.]

**HUESIUM**, **HUTESIUM**, Multitudinis clamor inconditus, quo ut plurimum quempiam insectatur: ex Gallico *Hus*, formato ex ipso sibilo, quo quis aliquem explodit: *Huer* et *Huée*, etiamnum dicimus. Vita Ludovici Pii anno 840: *Quibus id agentibus... conversa facie in sinistram partem, indignando quodammodo, virtute, quanta potuit, dicit bis, Hutz, Hutz, quod significat, Foras, Foras. Unde patet, quia malignum spiritum vidit, etc.* Ita *Hus* de clamore militari confuso ac incondito usurpat non semel *Villharduinus* num. 89: *Et li Hus ere si grans, que il sembloit, que terre et mer fundist.* N. 127: *Li Hus de la noise fu si grans, que il sembla, que terre fondist.* Et n. 212: *Et fu li Uz et la noise grans.* Le Roman de *Florimon*:

Quant se furent entretenu,  
Le cri leverent et le Hu.

[Le Roman de la guerre de Troyes MS.:

Lors laisserent cheval aler  
Là oussies uns Hus lever,  
Et une noise, et un cri.]

[\* *Huerie*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 118. Chartoph. Reg. ch. 27: *Pour cause du fouel, Huerie et*

cornerie qu'il avoit fait, etc. Unde Huyer, Clamores edere, in aliis Lit. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 256 : *Les pasteurs qui gardoient les bestes crioient moult haultement en Huyant le loup. Huier trompes, Buccinare, in Chron. S. Dion. lib. 5. cap. 27. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 311.] Monasticum Angl. tom. 2. pag. 832 : Unde verbera, Hutesiæ clamores, querimoniz, sanguinis effusiones emergere possent. Fleta lib. 3. cap. 7. § 6 : In coactionibus oportet, quod coactus statim cum evaserit, clamorem, strepitum et Hutesium faciat et levet. Sed apud Practicos Anglicos,*

HUESIUM, uti scribitur in Legibus Malcolm II. Scotiæ Regis cap. 15. § 1. 2. et in Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 21. § 9. seu, ut apud alios passim.

HUTESIUM, sumitur pro eo multitudinis clamore incondito, quo latronem, aut capitalis criminis reum, seu in ipso crimine deprehensum, seu fugientem ac latitantem, pagani omnes tenentur insectari ac prosequi, donec comprehendatur, et in iudicis manus tradatur : ita ut ex his si quispiam defecerit, id est, reum clamore insectatus non fuerit, multæ subiaceat, ut est in Legibus Canuti Regis Saxonici § 26.

\* Nostri, *Hu, Huirie, et Hurie.* Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 140. Chartoph. reg. ch. 252 : *Pour ce li eust fait cry ou Hu.* Aliæ ann. 1432. in Reg. 174. ch. 233 : *Pour la noise qu'ilz faisoient se leva un Hu pour faire assembler le voisiné. Crioient les bonnes gens de la feste, qui à grant Huirie les surent, in aliis Lit. ann. 1349. ex Reg. 78. ch. 247. Aliæ ann. 1467. in Reg. 194. ch. 251 : Icellui Poncharry mena grans cris et Huries, ausquelles survindrent, etc. Unde La justice et juridictions... de Heux brisé, quæ scilicet de ejusmodi clamoris infractione cognoscit, in Libert. Jonvill. ann. 1354. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 295. art. 9.*

Id apud Francos nostros a primæva regni origine obtinuisse, satis colligitur ex Decretione Chlotarii II. Regis cap. 16 : *Si quis ad vestigium minandum, vel latronem persequendum admonitus venire noluerit, quinque solidis condemnatur.* Ubi vestigium minare, est per vestigium sequi, ut est in Lege Salica tit. 39. Adde cap. 1. et 2. ejusdem Decretionis. Capitula Caroli C. tit. 11. cap. 5 : *Commendarunt etiam, ut si alicui denunciatum fuerit, ut ad accipiendum latronem adiutorium præstet, aut aliquis sonum inde audierit, ut ad latronem accipiendum concurratur, et se inde retraxerit ut ad hoc adiutorium non præstet, si liber homo fuerit, bannum dominicum componat; et, si colonus fuerit, ictus accipiat.* Ubi sonus, idem est quod apud Anglos, *Huesium levatum.* Similia habentur tit. 39. cap. 2.

Mulctæ autem pro latrone non secuto, apud Anglos vocantur *Amerciamenta* pro *Hutesio non levato*, vel *levato et non secuto*, in Fleta lib. 1. cap. 20. § 114. vel de *Hutesiis levatis injuste*, vel *si juste, tunc non persecutis, qui ea levaverint, et per quos deficit secta.* Lib. 2. cap. 52. § 16. et lib. 1. cap. 34. § 2 : *Ideo excipere poterit et dicere, quod secta non fuit bene facta, eo quod statim Hutesios non levavit : et si levavit, illud tamen non ad villas vicinas et propinquiores non manifestavit, nec scelus illud Coronatoribus vel aliis Ballivis Regis non ostendit; sed inde subicit, etc.* Adde Will. Thorn. pag. 2022.

In Anglia quippe, ut est apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 1. § 1 : *Omnes*

*tam milites, quam alii, qui sunt 15. annorum et amplius, jurare debent, quod utlagatos, murtheratores, robbatores, et burglatores non receptabunt, nec eis consentient, nec eorum receptoribus : et si quos tales noverint, illos attachiari facient, et hoc Vicecomitibus et Ballivis suis monstrabunt, et si Hutesium et clamorem de talibus audierint, statim audito clamore sequantur cum familia et hominibus de terra sua. Ibidem cap. 10. § 1 : Quia sunt quidam, qui statim fugiunt post feloniam, et capi non possunt, statim post tales levatur Hutesium, et fiat post eos secta, de villa in villam, quousque malefactores capiantur, alioquin tota villata in misericordia Regis remanebit.* Adde Fletam lib. 1. cap. 27. § 1. Statuta Willelmi I. et Roberti I. RR. Scotiæ locis laudatis, et Additamenta ad Matth. Paris pag. 149. 150.

Hujusce rei exemplum insigne profert Thom. Blount in Nomolex. Anglic. : *Mandatum est Guilielmo de Haverhul Thesaurario Regis, quod civitatem London capit in manum Regis, eo quod cives ejusdem civitatis non levaverunt Hutesium et clamorem pro morte magistri Guidonis de Aretio et aliorum interfectorem, secundum legem et consuetudinem regni.*

HUESIUM igitur, seu *Hutesium*, fuit inconditus clamor; atque ita appellatur in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 65 : *Si quis audito clamore non exierit, reddat Ouerseuessam Regis, aut plane se ladiet.* In Regiam Majest. lib. 4. cap. 5. § 3 : *Clamor aut vox popularis, clamor viciniæ, quod a vicineto levaretur. Sequela clamoris, lib. 4. cap. 15. Levar Huy et cry, apud Brittonum pag. 54. v. Clamor violentiæ, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 71. § 3. Ex quo id moris etiam in Germania obtinuisse docemus : Arma licite ab his feruntur, qui violentiæ sequuntur clamorem. Clamorem autem violentiæ omnes sequi tenentur, qui annos discretionis habent, et gladiis accingi possunt, etc.*

Aliud tamen est clamor, aliud *Hutesium*, etsi sæpe confundantur. Leges forestarum Scoticar. cap. 15. § 4 : *Et si non possit (capere) debet levare Huy et cry.* Et cap. 22 : *Debet levare Hoy et cry.* Ubi cry, est clamor popularis; Huy vero videtur esse clamor cum cornu. Junguntur autem quia uterque clamor adhibebatur. Will. Thorn. cap. 25. § 9 : *Venit cum clamore et Hutesio.* Ita in mandato de Juratis ad arma : *Vigiles levant Hutesium super eos undique, et eos insequantur cum tota villata et vicinis villatis cum clamore et Hutesio devilla in villam donec capiantur.* Regiam Majest. lib. 4. cap. 23. § 2 : *Si quis latronem in damno suo invenerit cum furto, clamorem super illum statim levare debet cum cornu, vel cum ore, si cornu non habeat, cum alio clamore in viciniæ, etc.* Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 4. § 2 : *Debet levare cornu super illum de illo deforciamto.* Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 818 : *Et arrepto cornu circumvixit Abbatiam bis vel ter, levando Hutesium super Abbatem et conventum.* Knyghton. ann. 1326 : *Omnes, qui poterant cornu sufflare, vel vocem Hutesii emittere, etc.*

Clamoris usus, seu *Hutesii levandi* super reos obtinuit etiam in Gallia. Exstat enim Statutum pro urbe Parisiensi, inter Judicia, Consilia et Arresta expedita ann. 1274. in Parlamento Assumpt. B. M. in quo ordinatum fuit per Dom. Regem, et ejus Consiliarios, quod quotiescumque melleia, vel domorum fractio, raptus mulierum, vel aliud consimile ma-

lesticium Parisius acciderit, omnes vicini et alii, qui hoc sciverint, statim exeant ad impediendum malum pro posse suo, et ad arrestandum et capiendum malefactores, quos si arrestare vel capere non poterint, levant clamorem, ad quem omnes, qui illum audierint, currere tenentur : et hoc proclamabitur ad bannum, et transgressores et inobedientes graviter puniantur. Quibus adjungenda videntur, quæ in hanc rem habet Philippus de Beauvernoir in Consuetud. Bellovacensi MS. cap. 67 : *Li jugement est bons, et le coutume est bonne, qui quort en Beauvesains, en ce que chascuns pot, et doit penre les malfeteurs à justice, et sans justice : et especialement les larrons et les bannis et les amandés, et tos cis qui s'ensivent por quelque cas que ce soit, quand cas est apers, eus [Edit. Beugnot. quand cris est après eus,] et loist à tos à penre les vis, s'il poent, et mener en main de Justice : et se li malfeteur torment à defense, et on les occit en prenant, on n'en doit rien demander as preneurs. Car mis vaut qu'il soient occis qu'il escapent. Et plusors fois avons nos commandé en nos assises que tuit saillent as cris qui aveniront, et que cascuns mete paine en arrester les malfeteurs dessusdits, etc.* Nec prætermittenda etiam quæ in hac voce scribit Rastallus : *Hue et crie est un poursuit de un ayant commis felonie par le hault chemin ; car si le partie rob, ou ascun en le compagnie de un qui fuit murdri ou rob, vient al Constable del prochein ville, et lui commanda de faire Hue et crie, ou de faire poursuit ; puis l'offendor, describant le partie, et si près que il poit, montrant quelle voie il est allé, le Constable doit immédiatement de appeller sur le parochie, par aid en querance le felon ; et se il ne soit trouvé là, donc de donner garrein al Constable, et il ad prochein à luy, desque le offendor soit apprehend, ou al meins jusque il soit été poursuite al latere de mere.* Obtinuit etiam in Hispania, maxime in Navarra, mos idem, reos ac malefactores persequendi : apud eos enim ineuntur societates, quas *Hermandatas*, quasi *Fraternitates*, Navarri ; *Junctas*, quasi *Uniones*, Aragonii vocant : quibus qui adscripti sunt, quoties aliquod gravius delictum admittitur, facto ad sonitum æris campani concursu (*ab crit et repic de campanes*, ut habet Charta ann. 1452.) de compacto in illos impetum facere, reosque iudicibus sistere tenentur. Exstat in hanc rem Ferdinandi Aragonii Castellæ Regis Edictum, apud *Medinam de las Grandezas de Espana* part. 2. cap. 72. cujus summam delibavit Antonius Nebrissensis Decade 1. Rer. a Ferdinando et Elizabetha gest. lib. 6. cap. 3. *Hermandati* etiam meminit Marinæus Siculus lib. 19. de rebus Hispan.

Sed et ab *Hutesio*, vox clamor, apud Practicos Gallos, Anglos, Italos, etc. usurpari ex hoc usu cæpta pro rei alicujus vindicatione, quam etiam *Calumniam* vocabant : quod qui rem repetebat, *levato clamore*, coram testibus ac convicibus suam esse assereret, sibi que restitui postularet : quod etiamnum faciunt Normanni nostri, apud quos rei vindicatio *Clamor de Harodicitur*, de quo supra egimus.

HUESIUM et HUTESIUM, sæpe sumitur præterea pro ea jurisdictione ac cognitione criminum, de quibus *clamor levatur*, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 767. tom. 2. pag. 293. 345.

SECTA et SEQUELA UTHESII, cum hutesio levato, loci incolæ sequuntur



malefactores. Vetus Charta in Additamentis ad Matth. Paris pag. 150 : *Quod sectæ de Uthesiis fiant secundum antiquum debitum modum, ita quod negligentes, et Uthesium sequi nolentes capiuntur, tanquam consentientes malefactoribus, et liberentur Vicecomiti, et insuper in qualibet villa provideantur 4. homines, vel 6. secundum quantitatem villæ ad vicesia prompte et instanter prosequenda, et ad malefactores prosequendos, si supervenerint, etc.* Ubi perperam editum vicesia. Regiam Majestatem lib. 4. cap. 15 : *Si quis catallum aliquod furatus fuerit, et sequela clamoris vicinæ sequatur eum, etc.* Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 10. § 1 : *Quia sunt quidam, qui statim fugiunt post feloniam, et capi non possunt, statim post tales, levetur Hutesium, et fiat post eos secta de villa in villam, quousque malefactores capiuntur, alioquin tota villata in misericordia Regis remanebit.* Leges vernaculæ Guillelmi Nothi cap. 5 : *Cil ki prendra barun sans suite et sans cri, etc.* Charta Odardi Dom. Hamensis ann. 1328 : *Se aucuns meffais est fais en ladite ville, lidis Maire et Juré porront suir le malfaitteur par toute la terre dudit Seigneur à freque poursuite, et avec duell.* Infra : *Si tost comme lidis Sires, ou si hoir seront enfourmé de la freque poursuite, rendre le deveront ausdis Majeur et Juré, etc.* Vide *Hermendatum*.

UTHAGIUM, pro Utesium, in Charta Henrici III. Reg. Angl. apud Gull. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 65.

† HUESIUM alia notione accipit Johannes Skenæus de Verborum significatione pag. 77 : *Huesium, inquit, hoyesium, clamor, Gallice Oyer, Latine Audire; quod est in usu in proclamationibus, scilicet cum lictor armatus aut legatus populum convocat, et orat ut se audiat. Huachment dicitur in Ordinat. Metens. tit. 2. art. 52.*

† Aliud etiam sonat vox Gallica *Huage*, in Charta ann. 1478 : *S'ensuit ceux qui doivent chasser en mes forests à toutes grosses bestes, rouges, rousses, noires, toutesfois que moi ou mes officiers voulons chasser, et aussi ceux qui doivent le Huage ausdites grosses bestes en mes forests.* Ubi manifestum est significari inconditum illum clamorem, quem, venante Domino suo, edere tenebantur vassalli et subditi, ut feræ eo territæ e latibulis suis prodirent.

\* Aliud iterum sonat *Huée*, Intervalum nempe, intra quod clamor audiri potest, in Lit. remiss. ann. 1449. ex Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 34 : *Ilz estoient en une cave près aussi comme d'une jupée ou Huée de son hostel.*

\* Huc etiam spectat vox *Hucours*, qua significari videtur hominum concursus, qui clamoribus editis feram e latibulis suis prodire aut in silvam regredi cogunt. Charta ann. 1321. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1317 : *Et puet ledit monsieur Hervé de Leon et ses heirs mettre cours ou Hucours, ou l'un ou l'autre, entre ledit bois, qui fut à Eon de Coitan-Scoure et le bois de Bodister, à la fin de prendre la beste ou de la faire retourner, à la fin de la prendre à son bois, si faire le puet.* Quod *faire la Huhe* dicitur, in Charta ann. 1404. ex Reg. feud. comit. Pictav. in Cam. Comput. Paris. fol. 29. vº : *Doivent les dessudiz et chascun d'eulx et sont tenuz faire la Hure (sic) en la fourrest de Moulriere à la chasse, quant ledit seigneur chasse ou fait chasser; et doit avoir chascun, qui est à ladite Huhe, ung pain d'un Parisi. Hues perperam, pro Niés,*

volgo Neveu, apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 624.

\* HUFFREDH. Jus Danicum apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 179 : *Item si quis delictum Huffredh in villa forensi commiserit, tunc fiat in placito illius villæ executio Huffredh per villanos ibidem habitantes, consimili modo sicut in rura.* Ibid. pag. 186 : *Item quicumque aliquem in taberna, loco aggere circumdato, vel in navi, vel in cimiterio per insultum... læserit vel hiis locis fugaverit vel traxerit, et postea ipsum, in fuga existentem, læserit, hoc delictum sit Huffred brode.* [\* leg. Husfredh, Pax domestica.]

\* HUGNARE, Obmurmurare, mussitare, nostris *Hongner* et *Huigner*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 27 : *Dicta filia, haro, haro, multumbasse proclamavit, quasi Hugnando.* Aliæ ann. 1386. in Reg. 129. ch. 195 : *Pour ce que la charrette dudit exposant pignoit, qui est à dire selon le langage du pays (à Paluau) Huignoit, ledit Colin de l'Estang lui dist que elle avoit bien mestier de oindre. Icellui Perrennot dist au suppliant : Se tu en Hongnes, ecores seras tu batu, in aliis Lit. ann. 1482. ex Reg. 206. ch. 833.*

\* HUGO, pro Ligo, in Terrear. ann. 1502 : *Possidet quatuor homines vineæ ad Hugonem, etc.*

\* *Huet* vero, quod ab Hugonis nomine nostri formarunt, idem audiit atque Stoldius, ineptus. Hist. Caroli VI. ad ann. 1387. pag. 63 : *Et à Rouen y eut un autre docteur en théologie, qui... en prêchant dit, que s'il ne le sçavoit monstrer (que la Vierge étoit engendrée en péché origine) qu'il vouloit qu'on l'appellast Huet. Et au contempt de ce, quand on voyoit aucun de ladite religion (des Freres Prêcheurs) on les appelloit Huets.*

HUGONENSIS SOLIDUS, in Tabulario Narbonensi sub ann. 1126. [Vide in *Moneta Baronum*.]

† HUGONOTTI, Hæretici recentiores, Lutherani alique ejusdem furfuris viri. Prosper Sanctacrucius de Civil. Gall. Dissent. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 1460 : *Appellabantur eo tempore in Gallia qui ab Ecclesia desciverant, Hugonotti, cujus nominis originem cum diligenter perspexissemus, invenire non potuimus. Alii enim ad Hugonem quemdam, qui multis jam annis contra Regem conspiraverat, referebant : alii, quod porta Turonensis civitatis, ubi frequenter congregari consueverat, de Ugoni appellaretur. Utcumque sit, iniquissimo animo ferebant ac gravissimæ injuriæ loco reputabant, cum Hugonotti appellabantur.* Vide *Menagium* in Origin. Gall.

† HUIJAS, atis, Incola, ejusdem urbis seu regionis. Acta S. Ottonis tom. 1. Julii pag. 367 : *Quo die Milleni homines, tum Hujates, tum externi, sepulcrum Sancti visitant.*

\* HUILA, a Gallico *Huile*, Oleum; unde *Huiliarius*, mercator olearius, Gall. *Huilier*. Comput. MS. eccl. S. Ægid. Abavil : *Huiliario pro Huila et luminare majus in Pascha, iv. libras Turon.*

† HUISSARTUM, Idem quod *Essartum*, Silva in terram cultam redacta. Charta Thossiacensis ann. 1451 : *Juxta Huisarta Garneris Ponceti.* Vide *Exartus*.

HUISSERIUM, USSERIA, USSERIUS, USARIA, USSERS, HIPPEGUS, navis, qua equi transvehuntur, *Liuto* Genuensibus, *Palandrea* Turcis dicta, ut auctor est Remigius Nanninus. Sydonius in Panegyrico Majoriani :

... Pars jam linte cavata Indociles exponit equos.

Philippus Mazerius in Vita S. Petri Thomasi Patr. CP. n. 87 : *Videlic. 60. navigia, inter galeas, Huiseria, et alia navigia militum armatorum.* Et n. 91 : *Inter galeas, Huiseria ligna, naves et alia navigia.* Godefridus Mon. S. Pantaleonis ann. 1221 : 50. naves fecit fabricari, quæ *Usseræ* nuncupantur, quarum magnitudo tantæ capacitatis erat, ut duo milia Militum cum dextrariis suis, et omnium armorum suorum pertinentiis, et præterea decem milia aliorum hominum valentium ad pugnam et ad bolla cum armis suis in eisdem *Usseriis* valeant transferri. *Usarias*, alio loco appellat. Tractatus inter Venetos et Principes Christianos contra Turcos ann. 1334. qui exstat apud Joannem XXII. PP. tom. 9. part. 2. Epist. secr. pag. 137 : *Item supponitur, quod Rex Siciliæ non omittet, quod faciet 4. Usserios et 4. galeas.* Utitur et Caresinus Scriptor Venetus ann. 1378. *Usarii* in Epistola Comitis S. Pauli de Expugnat. CP : *Quilibet Usarius mangonellum suum habet erectum.* Ubi Gaspar Barthius ad Philippid. pag. 517. *Usarios* pro hominibus accepit. *Vuissiers* passim dicuntur Villharduino, *Wisers* Hovedeno, *Uffers*, perperam, pro *Wissers*, Bromptono sub ann. 1190 : *Rex Tancredus dedit Regi Angliæ 4. magnas naves, quas vocant Visers, et 15. galeas.* [Instrum. ann. 1345. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 502 : *Promettons à nostre dit cousin, que nous ferons faire à nos couz et depenz douze Huissiers et six galées et pourvovrons de quant que besoing sera à la façon des dix-huit vaisseaux, et les frumirons de voyles, d'encres et de cordes.*] *Uscieri*, apud Jo. Villaneum lib. 7. cap. 57. lib. 8. cap. 49. lib. 9. cap. 92. lib. 10. cap. 107. et Ricordan. cap. 206. *Usiheri*, apud Aug. Justinian. Episc. Nebiens. in Annal. Genuens. anno 1293. Petrus IV. Reg. Arag. in Chron. lib. 3. cap. 10 : *Eren ne les set Ucers grosses, qui portaven cavalls, et vint naus grosses appellades naus de Covent, etc.* Adde cap. 11. 12. lib. 4. cap. 4.

\* Le Roman d'Athis MS.:

No remest ne batel, ne targe,  
Dromon, galée, ne Huissiez,  
Ne esquippe n'y trouvisiez  
Ne feust chargié à sa maniere,  
Et si com sa façon requiere :  
Car ès eschas sont les armeures,  
Es Huissiers les chevaucheurs,  
Es buches sont les chevaliers,  
Et ès galées les archiers,  
Et les ènesques et les nez  
Portent les tentes et les trez,  
Les sergens et la poullaille,  
Et gens qui servent pour villaile,  
Es dromons furent li seignour,  
Les dus, les princes et li contour.

[\* Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 1. pag. 61. 427.]

Vocis etymon doctissimis viris Vossio, Somnero, et aliis hactenus incomperatum, a nobis indicatum in Notis ad Villharduinum : ubi *Usserias* sic appellatas observavimus, a vocabulo Gallico, *Huis*, quod *fores* aut *valvas* significat, quibus ostium clauditur, eum ejusmodi hippagones, receptis equis, foribus ad puppim occluderentur, ne maris unda navim occuparet. Idque, ex Joinvilla, ipso Villharduino, et Will. Tyro lib. 20. cap. 14. satis superque docuimus, in Notis ad eosdem Villharduinum et Joinvillam. *Huis* vero vox pro *foribus* deducta videtur a Saxon. *hus*, et Germ. *Huis*, domus, ædes. Le Roman de Rou MS.:

Tel cuide de l'ostel issir,  
Qui à l'Us ne pot venir.

[Le Roman d'Atthis MS.:

Et l'Uis par où ils y entrèrent,  
Onques oueil tel ne regardèrent.

Huiset, minor porta. Le Roman de la Rose MS.:

Tant cum Huiset bien barré  
Trouvois petit et estroit.]

[\* Unde etiam *Huisserie*, eodem sensu, in Charta ann. 1320: *Avons donné congie... de faire... une entrée ou Huisserie souffisant de sis piez de haut et de quatre piez et demi de large, pour entrer et issir de l'une maison en l'autre en une cave.* Alia ann. 1400. ex Chartul. Latiniac. fol. 217: *En saizine et possession... de y faire et avoir Huisseries ou entrées, une ou plusieurs pour aller au long des dits murs anciens.*] Sed et etiamnum *Huisseries* appellamus leviores illas fores, quæ velis obducuntur, aut cancellis, cujusmodi fuere *Cancelli forenses*, ad quos, qui stare solent ostiarii, *Huisiers* etiamnum dicuntur. Computum Steph. de la Fontaine Argentarii Regis ann. 1351: *Pour 10. sergettes vermeilles pour mettre aux Huisseries et fenestragés de la Chambre du Roy.*

† 1. *HUISSERIUS* CAMERÆ, Aulæ ostiarius, Gall. *Huisier de la chambre*. Ordinatio Officiorum in domo Dalphinali ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 392: *Quorum camerariorum et barberii unus, sit semper successive Huisserius Cameræ nostræ, et quilibet eorum percipiat pro salario annualim florenos auri decem.* Ibid. pag. 396: *Ordinamus in eodem hospitio unum Husserium Aulæ.*

\* 2. *HUISSERIUS* ARMORUM, Qui et *Hostiarius* et *Serviens armorum* nuncupatur, nostris *Sergent d'armes*. Charta ann. 1376. ex Bibl. reg.: *Dux Gerundæ misit nobis Petrum de Planella Huisserium et consiliarium suum cum litteris quæ sequuntur, etc.* Infra *Consiliarius et Huisserius armorum, domicellus* appellatur. Joannes Le Mire et Gentianus *Tristan, Huisserii armorum* dicuntur in Testam. Ludov. X. an. 1316. Vide supra *Hostiarius* 3.

\* Eiusdem nominis officium seu dignitas hæreditaria extitit in curia comitum Flandrensium. Charta Guid. comit. Fland. ann. 1282. ex Chartul. Namurc. in Cam. Comput. Insul. fol. 2A. rº: *Comme nostre chiere dame et mere Margherite, ... jadis comtesse de Flandre et de Haynaut, feist une eschange à mons. Baudoin de Batilleul qui fu, liquels fut Huisiers héritables de Flandres en teil maniere que elle li donast à lui et à son hoir le mareschaucié de Flandres à tenir héritablement pour l'Uisserie qu'il tenoit devant dite.*

† *HUKA*, Peplum muliebri Brabanticum, Flandris *Huycke*. Acta B. M. Oignacensis tom. 4. Junii pag. 632: *Quam ipse Nivellis viderit pictam pro matrimonii annis in habitu sæculari cum peplo brabantico nigro, Hukam vulgo vocant.* Vide *Huca*.

\* *HULCA*, Navis onerariæ species, Angl. *Hulks*. Chron. Joan. Wethamst. pag. 476. edit. Hearn.: *Nam vicibus variis de caracis, Hulcis et liburniis, de aliisque grandibus navibus variis, victoriam optinens, etc.* Monstrel. 1. vol. cap. 242: *Et adonc le roy (d'Angleterre) issit de sa Hurque et se logea en son chastel.* Vide *Hulka* et *Ulcus*, [\*\* et Jal. Antiquit. Naval. tom. 1. pag. 89. 129. 159.]

† *HULCUM*, Idem quod mox *Hulka*.

Instrum. ann. 1412. apud Rymer. tom. 8. pag. 755: *Anno regni nostri (Henrici IV. Regis Angl.) undecimo, supra mare in quoddam Hulcum de Selandia, ducentes secum aliud vas cum vinis carcatum, ad veniendum mercatorie in regnum nostrum Angliæ, se miserunt... Præfati ligei nostri cum Hulgo suo prædicto, una cum prædicto alio vase... capti fuerunt.*

† 1. *HULCUS*, Pastor. Vetus Gloss. MS. Sangerm.

\* 2. *HULCUS*, pro *Ulcus*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Floyronc, Prov. Hulcus, ignatum, forunculus.*

*HULDA*, Hominiolum, veteri Scriptori apud Brouverum lib. 17. Annal. Trevir. pag. 957. 1. Edit. ex Germ. *Hulde*, fides, fidelitas, obsequium. Vide Vitam Balduini Lutsemburg. Archiep. Trevir. lib. 1. cap. 5. lib. 2. cap. 3. tom. 1. Miscellan. Baluzii. [\*\* et Haltaus. Glossar. pag. 966. sqq. voce *Huld*.]

*HULKA*, Navis species, oneraria, Flandris *Hulke*. Thomas Walsingham pag. 394: *Commisit cum eis, et cepit tres caricas, et unam Hulkam, et 4. balingarias.* Vide *Hucha* et *Hulca*.

*HULLÆ*, Carbones ex terra nigra, quibus fabri utuntur, Leodiensibus, apud quos primum reperti dicuntur sub. ann. 1200. hodie *Houilles*. Brusthemius ann. 1198: *Carbones, quos Galli Hullas vocant, inventi sunt juxta Leodium in monte publico.* Adde *Ægidium Monachum Auræ Vallis in Episcopis Leod. cap. 95. et M. Chronicon Belgicum ann. 1201. Hylle Saxonib. est carbo, hinc Coles-hylle, Collis carbonis, apud Silvestr. Giraldum de Exponn. Hibern. lib. 2. cap. 30. [\*\* Minime, hylle quippe est collis et cole carbonem significat.] Vide *Carbo*.*

*HULLARI*, Qui ejusmodi carbones eruunt. Radulphus de Rivo in Episcop. Leod. cap. 1: *Gregariorum militum, ... quorum plurimi erant Hullarii.* Cap. 23: *Hullarii Leodienses.* Hinc traducta vox apud nostros pro calonibus et prædatoribus. Poeta MS. infimi ævi, post Summam Willelmi Brittonis, ex Bibl. Collegii Navarræi:

Sunt per que cunctis obstant anathemata juris,  
Pseudo-pugil, nebulio, meretrix, fur, saltria, leno,  
Et decii factor, Houllaria vilis et acior.

Vetus Interpres Gallicus MS. Novellarum Justiniani, Nov. 16. de Lenonibus: *Cist titres est des Houliers et des meschines, et des lescheors, etc.* Petrus de Fontaines in Concilio, cap. 16. extremo: *Ne à un ribaut, ne à un Houlier, contre celui qui est de bone vie.* [Hinc emendandus Butilerius in Summa rurali cap. 88. ubi perperam editum, *Houleur*, et *Houliere*, pro *Houlier* et *Houliere*.] Guill. *Guiart* ann. 1204:

Houlier, et ribaut, et paillart,  
Qui toujours la guerre commencent  
En Normandie se relancent.

Idem ann. 1214:

Houliers et ribaus et garçons,  
Dont l'erre ne l'est pas serie,  
Font tele noise et tele crierie, etc.

Et ann. 1304:

Houliers et ribaus de Champagne  
Qui sont si liez et si gaillart,  
Et ribaus de four et paillart,  
Qui gaigner en guerres attendent,  
Par les chans çà et là s'espandent,  
Volentiers d'aller en feurre.

† *HOLERII*. Eadem notione. Edictum Johannis Regis Franc. ann. 1352. tom. 3. Ordinatio. pag. 496: *Ex fide dignorum relatione ad nostrum pervenit auditum,*

*non solum semel, sed pluries et frequenter, quod quamplures extraneorum nationum, ministeriorum, et statuum diversorum, alii murtrarii, alii latrones, nonnulli monetarum falsatores, et aliqui exploratores (f. exploratores) et Holarii, deceptores, etc.* Adde Hist. Paris. Lobinelli tom. 3. pag. 245.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Holier, adulterator. Holiere, adulteratrix. Holerie, adulteratio.* Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 382: *Ilz prindrent laditte Houliere ou macquerelle en une voie ou santier, etc.* Alia ann. 1390. in Reg. 138. ch. 224: *Danisy entendit la Croix qui disoit à cette femme: Jehannete, as tu fait venir Perrinet Danisy ton Houlier; il n'y a plus fort Houlier en cette ville de lui. Hourtier et Houriere, in Usat. Camerac. Mss. pro duello. Hurrier, in Ch. ann. 1355. tom. 2. Hist. Leod. p. 423. Hinc Houllerie, Liberior vivendi licentia, vulgo *Débouché, libertinage*, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 111. ch. 78: *Jehan le Pionnier, ... qui estoit homme de légier esperit, diffamez de Houllerie et de maintenir et frequenter femmes, etc.* Huc etiam forte spectat *Marchant de houes*, quod convicij loco dicitur, in aliis Lit. ann. 1473. ex Reg. 195. ch. 831: *Ung trompeur, larron, marchand de Houes et plusieurs autres paroles injurieuses.**

*HULLUS*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 292: *Habendum et tenendum dictam pasturam in Hullis et holmis, etc.* Anglo-Saxonibus hull, et hill, est mons, collis: *Holmus* vel *Hulmus*, locus depressior aquis irriguus. Vide *Hulmus*.

*HULMUS*, *HOLMUS*, Anglis, Danis, Germanis, *Holm*, vel *Holme*, Clivus, monticulus, collis. *Holm*, (inquit Lelandus in Commentar. in Cygn. Cant.) *eminentis loci, interdum et silvosi, et aquis circumsepti verticem aut eminentiam exprimit.* Addunt Camdenus in Insulis Britannicis, et Spelmannus, interdum *Holmes* dici depressiores et herbidas planities plurimis rivulis et aquarum divortijs circumfusas: quomodo videtur usurpare Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 680: *Tres dalos prati, et unum Hulmum, et aliquos sospites.* Et tom. 2. pag. 292: *Habendum et tenendum dictam pasturam in Hullis et Holmis in separabilitate, etc.*

*HULSAAR*. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scancarum cap. 23: *Si vero descendat (vulnus) ad interiora, puta in capite usque ad cerebrum, in pectore usque ad jecur, vel pulmonem, in ventre usque ad viscera, quod vulnus Hulsaar dicitur in vulgari, duplo majorem et satisfactionem exigit et defensionem.* Vide *Waadesaar* [\*\* et Rosenving. Histor. Jur. Danic. § 70. note B.]

\* *HUMANALIS*, Humanus. Testam. Giraudi de Villanova ann. 1481. ex Tabul. D. Venciæ: *Attendens amorem sincerum quem erga nobilem Margaretam dominam de Canderaca soceram ejusdem nobilis testatoris; ... quantum vitam duxerit Humanalem et vidualem, etc.*

† *HUMANARI*. Homo fieri, de Christo dicitur qui humanam carnem assumpsit. Acta S. Franciscæ Romanæ tom. 2. Martii pag. 105: *Verbum et ipse Deus, dignatus es intra meos virginales Humanari artus.* Occurrit etiam in Homilia MS. Remigii Autissiod.

† *HUMANATUS*, *Homo natus*. Gasp. Barthii Gloss. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 3. pag. 454. Papias in Præfatione: *Et pro me Papiam multiplicibus obsito peccatis, ad Humanatum pro nobis*

*Dominum exhorrent.* Epistola Concilii Francoford. ad Episc. Hispaniæ tom. 3. Conc. Hispan. pag. 105: *Adjunctis: In professione Nicæni symboli non invenimus dictum, in Christo duas naturas et tres substantias, et homo deificus et Deus Humanatus.*

† HUMANATIO, Incarnatio qua Verbum Divinum homo factus est. Bulla Nicolai IV. PP. apud Rymer. tom. 2. pag. 513: *Cujus etenim pectoris, etiam lapidei quantumcumque durtitiam non emolliat considerata illius Humanationis humilitas in qua Dei filius factus homo exinanivit semetipsum.* Adde Concil. Armenorum ann. 1342. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 318.

\* HUMANISSIME. Hist. Ratispon. ad ann. 1493. apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 519. col. 2: *Dux Bavarizæ Christophorus... in peregrinatione ad Terram Sanctam... morbo correptus Rhodius vitam cum morte mutavit, ibique Humanissime sepultus.* An cum maximo dolore, uti viros humanissimos decet? Verum legendum suspicor *Honestissime.*

1. HUMANITAS, Cibus, potusque humanitati sufficiens, Varroni. Hinc *Humanitatem tribuere*, apud S. Maximum Taurinensem homil. de Non timendis hostibus carnalibus. *Humanitatem dare*, in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 1. § 4. 5. 6. *Humanitatem ministrare*, apud Marculfum lib. 1. form. 11. quæ est tractoriæ: *Ideo jubemus, ut locis convenientibus eisdem a vobis evectio simul et Humanitas ministretur: hoc est, veredos seu paraveredos tantos, parvis nitidi modios tantos, etc.* Charta Caroli Calvi ann. 858. pro Monasterio S. Mariæ Suesion: *Delegavimus decimas omnium rerum de tota Abbacia, et earum scilicet rerum, quæ in terra coluntur, vel quæ hominum studio ad Humanitatis usum habenda nutriuntur, et per curam Præpositi aptis vehiculis ad Monasterium ducantur: et ne aliquando quicquam necessarium deesse possit hospitibus, et omnis humanitas supervenientibus exhibeatur, etc.* Lex 7. Cod. de Custodia reor. (9.4.): *Judices omnibus dominicis diebus productos reos custodia carcerali videant, interrogent, ne his Humanitas clausus per corruptos carcerum custodes negetur.* Ubi Anianus: *Ut eis a Christianis, vel a Sacerdotibus substantia, vel alimonia præbeatur.* Vide S. Ambros. de Tobia cap. 14. Senatorem lib. 7. Epist. 33. et Martyrol. vetus 5. Kl. Aug. in S. Pantaleon. Edgarum in Legibus Monachorum Hydensium cap. 13. Udalricum lib. 8. Consuetud. Cluniac. cap. 21. etc. Adde Capitul. Aquisgr. ann. 817. cap. 27.

† 2. HUMANITAS, Statura. Acta S. Agricolæ Episcop. Cabillon. tom. 2. Martii pag. 514. ex Gregorio Turon.: *Humanitatis exiguæ, facundiæ vero magnæ erat.* Quod Galli diceremus: *De petite taille.*

\* 3. HUMANITAS, Hominis vita. Vita S. Galt. abb. sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 820: *Fabas nulla pinguedine vel sapore conditas ei deferebat, istisque alimentis suam artissime Humanitatem sustentabat.* Hinc *avoir humanité*, Existere, inter vivos esse, in Charta ann. 1340. ex Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 381: *Comme plusieurs deffuns, ou temps que il avoient Humanité, meuz de dévotion... eussent laissé à l'église de Sainte Nourice de Rains, etc.* *Humanité vero*, Pars corporis, qua quis vir est aut mulier. Lit. remiss. ann. 1349. in Reg. 78. ch. 247: *Aucuns d'eulz (des moines de S. Leu) valerent leurs braies et monstrerent leur*

*derriere et toute l'Humanité que il portoiient, aus hommes et fames qui là estoient, en disant en leur langage, par le cap de Dieu, cy prendrés vostre Salvadour le jour de Pasques, et non ailleurs.* Aliæ ann. 1382. in Reg. 120. ch. 274: *Iceului Senwin... envoia ledit Pierre à la Humanité sa mere vilainement.*

\* 4. HUMANITAS, Hominum universitas. Charta Henr. Eduens. episc. in Chartul. S. Dion. Verdac. fol. 4. vº: *Noverit omnium, tam præsentium quam futurorum, generalis Humanitas, quod, etc.*

† HUMANITUS. Charta Theobaldi Prioris Charitatis ann. 1237: *Postquam de me Humanitus contigerit.* Id est, postquam me mori contigerit. [\* Eodem sensu dixit Cicero: *Humanitus si quid mihi accidisset*; a Glossario proinde amandanda vox.] [\*\* Pro humaniter occurrit in Vita S. Galli apud Pertz. Scriptor. tom. 2. pag. 12: *Quique a viro Dei Humanitus susceptus, etc.*]

\* HUMANTSIN, Piscis marini genus. Vide supra *Centrina*.

\* HUMARI apud Danos solebant feminæ furti damnatæ. Jus Danic. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. Mss. pag. 172: *Item mulieres pro furto non debent suspendi, sed Humari debeant; et si invenitur quod sint imprægnatæ, tunc abscinduntur sibi ambæ aures.* Vide supra Fossa 1. et infra *Subterratio*.

\* HUMATA, perperam pro *Huvata*. Vide infra in hac voce.

\* HUMATIO, Sepulcrum. Obituar. S. Nicol. Corbol. ad vj. Jul.: *Post dictum servitium dicti officarii ibunt processionaliter super Humationem dictæ defunctæ, cantando Libera ad longum, etc.* Ibid. ad xiv. ejusd. mens.: *Super locum ubi inhumatum fuit corpus.*

† HUMDRET. Vide *Hundredus*.

\* HUMECTAMEN, HUMECTATIO, *Lo bagno*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

\* HUMECTARE, Inundare, Gall. *Inonder*. Chron. parvum Ferrariense apud Murator. tom. 8. pag. 477: *Ceterum cum hic Sandali fluvius vaduos nimis agros Humectaret vicinos, et steriles esse faceret. Hoc verbum usurpat Columella pro Humidare.*

\* HUMECTE, vox vernacula, Ludi genus. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 317: *Commencerent les aucuns à jouer pour le vin aux cartes, à ung jeu appellé la Humecte.*

† HUMECTUS, Paludosus, Gallice *Marécageux*. Chron. Monast. Novalic. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 734: *Hæc subtile limina ostiorum terram cavat manibus et quemdam hiatum faciens, se dominam clam liberat. Quæ inde evadentes, collocant sese in Humectis locis, ut sic fugere valerent.*

† HUMELETUM, Villula a majori vico dependens, Nostris *Hameau*. [\* Nisi idem sit quod *Humlo*. Vide in hac voce.] Charta Henrici IV. Ducis Silesiæ ann. 1288. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 427: *Quo defuncto fructus vinearum ipsarum cum usibus Humeleti ac proventibus molendini, ad quotidianas distributiones cedent tam personis, quam Canonicis Sanctæ Crucis qui pro tempore fuerunt residentes. Ibidem: Vineas vero de Olsnitz, Humelata ac molendinum, etc.* Vide *Hamelum* in *Ham*.

† HUMELO. Vide *Humlo*.

\* HUMERALE, Idem quod *Amictus*, vel *Superhumale*, Vestis Clericalis, Sacerdotalis et Pontificalis, de qua suo loco. [*Humeralis* a superhumerali distinguit Macri Fratres, quos consule in Hiero-

lex.] Gloss. Lat. Gall.: *Humeralis, Espauliere, Ephor.* Alcuinus lib. de Divin. Offic. cap. Quid significant vestimenta: *Post sandalia in Ecclesiæ vestimentis sequitur Humeralis, quod fit ex lino purissimo, etc.* Hugo a S. Victore lib. 1. de Sacram. cap. 45: *Humeralis sive amictus.* Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 55: *Et alligat Superhumeralis, i. amictum.* Ordo Romanus: *Fratres in chorum ordinatim convenire debent Humeralibus et albis, apud quosdam autem casulis induti.* Alio loco: *Anabologium, id est, amictum, quod dicitur Humeralis.* Hildebertus Cenomanensis de Officio Missæ:

... Scapulas Humeralis tegebat  
Præsulis intrantis interiora sacri.

Acta Murensis Monast. pag. 29: *Septuaginta albæ cum totidem Humeralibus et cingulis.* [Adde *Miracula S. Udalrici* sæc. 5. SS. Benedict. pag. 466. et tom. 1. Rerum Mogunt. pag. 94.] [\*\* Vide Glossar. med. Græcit. voce *ἠμοφόριον*, col. 1789. sqq.]

HOMORARIUM, pro *Humeralis*, in Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 1016. apud Antonium de Yezep in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5: *In documenta Sacerdotum et Levitarum, cum balteis et Homorariis aureo texta, visinia, (bissina,) purpurea et lineæ, in amonitione conversorum signos et campanas, etc.*

☞ Est etiam *Humeralis* vestis militaris. Paulus JC: *Si tibiale vel Humeralis miles alienavit, castigari verberibus debet.* Ea autem voce non solum pars illa vestitus ænei intelligitur qua teguntur cataphractorum humeri, sed et quodcumque militare amiculum humeros contegens, Italis *Dorsiere*, *Schiniera*. Vide *Carolus* de Aquino in Glossar. Militari.

† HUMERULUS, Axis, Gall. *Essieu*. Vita S. Columbæ Abb. tom. 2. Junii pag. 225: *Fuit itaque talis ejusdem agitato diei per longa viarum spatia, sine ulla rotarum Humerulorumque separatione sive labefactione... ut currus cui insederat, salubriter absque ulla impeditione recta incederet orbita.*

\* HUMERUS, nude, pro Armo vel membro porcino, quod domino præstari debet. Charta ann. 1173. ex Tabul. Cassin.: *Breve recordationis, quod facio ego G. rector Albanetæ, de convenientia, quæ fuit inter nos et Constantinum ut usorem ejus. Concessimus eis in vita sua tantum caserinum unum juxta hospitale, cum horto suo et arboribus, et vineam unam prope Casinum, de qua debent nobis singulis annis medietatem proventus sicut ceteri homines, et de suprascripto caserino Humorum unum debet in nativitate Domini, et pullum gallinaceum, si non habuerit Humorum. Vide Spalla.*

† HUMICUBÆ, Sacerdotes humi cubantes ad Deorum responsa accipienda. Laur. in Amalth.

† HUMIDARE. Suppl. Antiquarii: *Humido, διαβρέχω: Irrigo.* Verbum Plinio notum.

HUMIGARE, Humidum reddere, Gallis *Humecter*. Vindicianus Comes Archiatror.: *Post hæc a me æger ad balnea militur, ut lavacro ejus siccitas Humi-getur.*

1. HUMILIARE, Dehonestare. Concilium Triburense ann. 895. cap. 41: *Frater vero ejus, suadente diabolo, adamatus ab ipsa, clanculum eam Humiliaverit, et violatam reddiderit, etc.* Andreas Suenonis lib. 13. Legum Scaniæ cap. 3: *Ubi-*

*cumque quispiam licet solus violenter vel virginem Humiliaverit, vel corruptam oppresserit, etc.* Ita Humiliationem pro opprobrio et dedecore cuiuspiam illato usurpant S. Columbanus de Pœnitentiâ mensura cap. 28. et Cumeanus in Pœnitentiâ cap. 3. Vide *Humilitas*.

**HUMILIARE SE**, Per adorationem inclinare se, genua flectere. Gloss. Gr. Lat. MS.: Προσκίπτω, *Humilio*. Anastasius in S. Marcello PP.: *Comprehensus a Maxentio, ut negare se esse Episcopum, et sacrificiis se Humiliaret dæmonum*. In S. Joanne PP. pag. 35: *Tunc Justinus Augustus dans honorem Deo, Humiliavit se pronus, et adoravit beatissimum Papam Joannem*. Et in S. Agapeto pag. 38: *Tum piissimus Augustus Justinianus gaudio repletus, Humiliavit se sanctæ Sedi Apostolicæ, et adoravit beatissimum Papam Agapitum*. Charta Charitatis Cisterciensis Ordin. cap. 2: *Ubi vero conserderint, Humilient sibi mutuo*. Usus antiqui ejusdem Ord. cap. 68: *Incedat per medium chorum cum gravitate, Humilians se contra Abbatem*. Cap. 70: *Humiliet se profunde de loco suo versus Abbatem*. Vita MS. S. Romani Presbyteri: *Ut autem ad eum venit, Humiliavit se coram eo, etc.* Vide Statuta Ordinis Præmonstrat. dist. 1. cap. 5. [Le Roman de la guerre de Troyes MS.:

Chascune vers Deu s'Humilie,  
Qu'a lor gent gart et mainteigne,  
Que meschance ne lor vieigne.]

**HUMILIATIO**, Capitis inclinatio, vel genuflexio. Regula S. Donati cap. 26: *Similiter pœnitent, quæ Humiliationem in synaxi, id est, in cursu oblita fuerit, hæc est Humiliatio in Ecclesia post finem uniuscujusque Psalmi*.

† **HUMILIATIO**, Satisfactio propter delictum. Regula reformat. Monast. Mellicens. ann. 1451. apud Schramb. in Chron. Mellicens. pag. 410: *Pro errorum diversitate in cultu divino commissorum solent secundum consuetudinem triplices fieri emendæ sive Humiliationes*.

\* **2. HUMILIARE**, Deprimere, Gall. *Humilier*. Epist. syn. Aquisgr. ad Pipinum ann. 836. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 354: *Hortamur a Deo sublimatam potestatem, ut eorum, qui ecclesiam Christi dehonorerunt et Humiliaverunt, rebusque propriis exspoliaverunt, etc.* Vide *Humilitas*.

**HUMILIATI**, Ita dicti in Italia, maxime in Lombardia, viri quidam ac mulieres regulariter, et in congregatione viventes, eo quod in paupertate et asperitate habitus, (quem album fuisse aiunt,) et gestus exterioris compositione, et morum gravitate, et in omnibus verbis et operibus suis magnum ostenderent Humilitatis exemplum. Ita Jacobus a Vitriaco in Hist. Occident. cap. 28. qui plura de eorum Institutis refert. Hunc postmodum Ordinem, cujus initia quidam ad Friderici I. alii ad Conradi, alii denique ad ejusdem Conradi successoris Henrici tempora referunt, Lucius Papa, quod ejusmodi Humiliati, hæreticis dogmatibus, ac superstitionibus observationibus addicti deprehensi essent, abrogavit: confirmatis postmodum ab Innocentio III. in eorum et Pauperum de Lugduno, quorum Ordo pariter est damnatus, locum, Ordinibus Fratrum Minorum et Prædicatorum, ut auctor est Conradus Abbas Uspergensis sub ann. 1212. Vide Hieronymum dalla Corte in Histor. Veronensi lib. 10. pag. 586. ubi de Humiliatorum primordiis, pluribus agit, ut et Miræum de Ordinibus Mo-

nasticis. [Vide *Fratres de Spiritu Sancto*.]

\* [« Fratres sancte Marie Montis Virginis, ordinis Humiliatorum. (Diar. Burchar. ed. Thuasne, II. 127. an. 1494.) »]

† **HUMILIATIO**. Vide in *Humiliare*.  
**HUMILIATORIUM**. Charta Didaci Episc. Compostellani æræ 1153. apud Anton. de Ypez in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 4. pag. 437: *In primis confirmamus vobis, ut diximus, totum illud Monasterium, cum suis domibus, et servis, et cum cunctis, quæ videtur habere intra Humiliatoria B. Jacobi Apostoli, etc.* An Heremitoria?

† **HUMILIS**, Titulus ab Episcopis in suis subscriptionibus non semel assumptus; ut in Privilegio Pauli I. PP. apud Labbeum tom. 6. Concil. col. 1693. Hac etiam formula usus Henricus Rex apud Puricellum in Basil. Ambros. pag. 534: *In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Henricus divina favente clementia Humilis Romanorum Rex*. Quæ tandem penes Monachos tantum remansit.

\* Eundem titulum Chartis regis inscriptum non semel reperimus. Charta pro monast. Gratia B. M. ann. 1199. in Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 157: *Alienor Dei gratia Humilis regina Angliæ, ducissa Normanniæ, Aquitaniæ et comitissa Andegavensis, etc. Humeles, pro Humble, in Serm. Mauri. episc. Paris. tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 722: Si doit estre (li prestres) Humeles, benignes, larges, etc.*

**HUMILITARI**, Humilem fieri, humiliari. Faustus Regiensis contra Nestorianos, de Christo: *Natus, qui moreretur, datus, per quem vita renasceret: illic dominatur, hic Humilitatur*.

**HUMILITAS**, Dejectio, opprobrium. [Lactantius lib. de mort. Persecut. n. 30. de Maximiano Imper. qui purpuram deponere coactus fuerat: *Sic amisso Imperatoris et soceri honore, Humilitatis impatiens, alias rursus insidias machinatus est.*] Gregor. Turon. lib. 2. Hist. cap. 41: *Victosque tolondit, et Chararicum quidem Presbyterum, filium vero ejus Diaconum ordinari jubet. Cumque Chararicus de Humilitate sua conquereretur, etc.* Lib. 6. cap. 36: *Ad ulciscendam Humilitatem generis sui velocius properant, etc.* Adde lib. 1. Miracul. cap. 78. Vide *Humiliare*.

**HUMILITAS**. Leontius Episc. Arelatensis in Epist. ad Hilarum PP: *Et te decrevimus, quam primum hac Humilitatis nostræ epistola salutare*. Vide *Humilis*.

\* **HUMILITAS BEATÆ MARÆ**, Titulus monasterii de Longo-campo, in Charta Phil. Pulc. ann. 1273. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 158. r. col. 2: *Abbatia Humilitatis Nostræ Domine prope S. Clodoaldum*. Alia ann. 1317. ibid. fol. 534. r.º: *Item concessit (Philippus rex) abbatissæ et conventui monasterii Humilitatis B. Mariæ de Longuo-campo, ordinis S. Claræ prope S. Clodoaldum, superficiem quatuor arpentorum bosci*. At vero *Humilité*, Beneficentiam sonat, in Hist. chronol. Caroli VII. pag. 467: *Lequel (le Roy) les receut volontiers, et quitta et remit à ceux de Bayonne, de sa grace et Humilité, vingt mille escus d'or, des quarante mille qu'ils lui devoient payer*. Christ. Pisan. in Carolo V. part. 1. cap. 2: *Adonc lui très benigne (le duc de Bourgogne) après que son Humilité m'eust rendu plus mercis qu'à recevoir à ma petitece n'appartenoit, etc.*

† **HUMILITER**, Absque molestia. Otto Morena in Hist. rerum Laudensium apud Murator. tom. 6. col. 991: *Impera-*

*tor namque inde discedens ac iter suum pacifice faciens, cum Veronam approquinquasset, indeque Humiliter pertransire voluisset, etc.* Ubi Muratorius: *Bene Corius hoc verbum Italice reddens scribit, Absque ulla molestia*.

**HUMILITUDO**, *Humiliatio*, ταπεινωσις, in Gloss. Gr. Lat. In aliis Gloss. MSS. ταπεινοια.

† **HUMIPES**, Sponsa dicta, quod rheda non veheretur. Laur. in Amalth.

† **HUMISTERNIUM**, Humi cubatio. Vita S. Syncleticæ tom. 1. Januar. pag. 255: *Nam jejunia et Humisterna instituta sunt propter fedissimas voluptates carnis*.

**HUMLO**, **HUMULO**, ex Gall. *Houblon*, quod a Latino Lupulum formatum, elisa litera L. Adalardus in Statutis Abbatia Corbeiensis part. 1. cap. 7: *Nec messes, vel prata colligendo, nec braces faciendo, nec Humlonem, nec ligna solvendo, etc.* Polyptychus S. Remigii Remensis: *Summa census frumenti mod. 106. speltæ 1416. ordeï 732. mixturæ 325. leguminis 11. Humulonis mod. 3. vermiculi unc. 12. vini mod. 1567. etc.*

† **HUMELO**, **HUMOLO**, Eadem notione. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 100. vº: *Restaurius servus solvit omni anno de Humelone modium 1. et facit wactam*. Ibidem fol. 101. recto: *Ostroldus servus solvit de Humolone mod. 1. et aliud servitium quod ei injungitur*. Et verso: *Camsiles VIII. omni anno de Humolone mod. VIII. pastas XLVIII. Adde Constitut. Ansegisi Abbatis sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 640.*

\* **HOMELA**, in chart. ann. 1282. apud Lappenb. Init. Fœder. Hanseat. pag. 61.

\* **HUMLONARIA**, Locus ubi *Humlo* nascitur. Charta Pippini Regis apud Doubletum Hist. Sandionys. lib. 3. pag. 699: *Donamus... id est cotonarias cum omni integritate, et in Ulfrastias mansos duos, et Humlonarias cum integritate*. V. *Humularium*.

† **HUMMELLUS**, pro *Humerus*. S. Wilhelm. Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 84: *Notat quoque Diaconus quando Sacerdos inter Canonem se inclinaverit, ut postea cum illo se erigat, calicemque cum eo discooperiat, et cum levante level, iterumque repositum cooperiat; prius tamen in ipso accessu osculatur altare, ac deinde Sacerdotis brachium parum infra Hummellum*. Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. ibid. pag. 223: *Deinde dextrum Humerum Sacerdotis deosculatur*.

† **HUMOLO**. Vide *Humlo*.  
† **HUMOROSITAS**, Humiditas. Miracula S. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 232: *Tantum incurrit dolorem et Humorositatem in capite*.

\* *Nostris, Humeure, Potio, medicamentum*. Lit. remiss. ann. 1467. in Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 64: *Lequel médecin ordonna en la boutique d'un apoticaire d'icellui lieu de Pezenas plusieurs beuvraiges... ou Humeures, etc.*

\* **HUMOROSUS**. [Humidus, humectus. Cael. Aurel. 2. Acut. 10. a med. Item sexus causa mulieribus, et *Humorosus*, et vacuis corporibus. Apul. Herb. 51. Nascitur in parietibus, et *Humorosus* locis.]

\* **HUMULARIUM**, Ager humulo seu lupulo consitus, nostris *Houblonniere*, alias *Uneau* et *Umelaye*. Charta apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. pag. 362: *Dedit prænominatus nobilis vir... Humularium 1. de terra arabili hobas vj. etc.* Alia ann. 1386. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 75. col. 2: *Campum situm retro idem nostrum monasterium, prope*

nostrum Humularium. Humulator, qui Humularium colit, ibid. Lib. censuialis terræ d'Estilly ex Cod. reg. 9493. fol. 8. vº : *Sur deux boicellées de terre joignant à l'Umelaye au prieur de Beaumont. Et fol. 9. rº : Une evure et demie de terre... joignant au covers de l'Umeau Berte d'une part, etc.* Vide Humlonaria in Humlo.

† HUMULO. Vide Humlo.

HUMULUS, Idem forte quod Humlo. Specul. Saxon. lib. 2. art. 52 : *Transcrescat siquidem Humulus sepem, qui radices habet intra sepem, vel cujus fundo radices fuerit, quantum de Humulo attrahere per sepem potest, Humulum tollet, et quod extra manet, ad vicinum pertinet.* Eadem habentur in Wichbild Magdeb. art. 128. [\* In Germ. Hoppe; hodie Hopfen.]

† Humulum idem esse cum Humlo vix dubitare sinit Chronicon Florentii Episc. apud Eccardum de Orig. Domus Saxon. col. 59 : *Triginta sex oves et tot agnos, et octoginta sex moldia Humuli, et viginti sex porcos pingues et viginti sex anseres.*

\* HUNA, Funis nauticus, rudens. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 123 : *Requisivit ut sibi venderet unum, Gallice chable, aliter Hune, ad trahendum naves ascendendo per aquam.* Occurrit præterea in Stat. pro mercibus per aquam Parisios transvectis ann. 1415. ex Reg. 170. ch. 1.

HUNDREDUS, HUNDREDUM, HUNDREDA, HUNDRETH, vel HUNDREDUS, absque aspiratione, ut apud Petrum Blesensem Epist. 95. Anglis dicitur, quod Latinis *Centena*, *Centuria*, a voce Saxonica hundreþ, centum : unde Belgæ *Hundert*, eadem notione. Scribit Joan. Stiernhookus lib. 1. de Jure Suenonum vetusto pag. 30. districtus, seu Comitatus apud Uplandos et Snedos Cissilvanos, *Hundari* appellatos, quod centum ut plurimum villas, vel potius colonos continerent. *Hundredorum* autem in Anglia institutum ab Aluredo Rege proflixit : nam is indigenarum rapinas et eorum excessus cupiens compescere, ut auctor est Ingulphus, *Totius Angliæ pagos et provincias in comitatus primus omnium commutavit, comitatus in centurias, id est, Hundredas, et in decimas, id est, in trithingas divisit, ut omnis indigena legalis in aliqua centuria et decima existeret : et si quis suspectus de aliquo latrocinio, per suam centuriam vel decuriam, vel condemnatus, vel inwadiatus, poenam demeritam vel incurreret, vel vitaret. Præfectos vero provinciarum (qui antea Vicedomini) in duo officia divisit, id est, in iudices, quos nunc Justitios vocamus, et in Vicecomites, qui adhuc idem nomen retinent. Horum cura et industria tanta pax in brevi per totam terram effloruit, ut si viator quantumcumque summam pecuniam in campis et publicis comptis vespere dimisisset, mane vel post mensem rediens integram et intactam indubie inveniret.* Ingulpho adjungendus Willelmus Malmesbur. lib. 2. de Gestis Rerum Angl. cap. 4. qui etsi fere eadem tradat, rem tamen ita refert, ut lucem porrigat Ingulpho : *Et quia occasione barbarorum indigenæ etiam in rapinas anhelaverant, adeo ut nulli tutus comitatus esset sine armorum præsidio, centurias, quas Hundred dicunt, et decimas, quas Trithingas vocant, instituit, ut omnis Anglus legaliter duntaxat vivens haberet et centuriam et decimam. Quod si quis alicujus delicti insimularetur, statim ex centuria et decima exhiberet, qui eum vadaretur ; qui vero ejusmodi*

*vadem non reperiret, severitatem legum horreret. Si quis autem reus vel ante vadationem vel post transfugeret, et omnes ex centuria et decima Regis multam incurrerent. Hoc commento pacem infudit provinciæ, ut etiam per publicos aggeres, ubi semitæ in quadrivium finduntur, armillas aureas juberet suspendi, quæ viantium aviditatem riderent, dum non essent, qui eas abriperent.* Hæc perinde sub annum 892. narrat Willelmus Gemeticens. ut et alii : quæ postmodum Willelmus Nothus observari sua etiam tempestate sanxit, ut est in illius Legibus Latinis sub initium. Sed et hanc provinciarum Anglicarum divisionem habent Leges Edw. Confess. et Leges Henrici I. cap. 6. 8.

*Hundredos seu centurias, vel centenas, non primus tamen instituit Aluredus ; sed earum usum in Angliam innoxit : non longe antea apud Francos nostros provinciæ in Comitatus, lique rursum in Centenas, vel Centurias, denique eæ in Decanias distributæ erant, uti in his vocibus docuimus. Sed quod de securitate inter indigenas stabilita, ac mutua vadatione narrant Scriptores, Aluredi prorsus videtur institutum.*

*Hundredi* an certo familiarum vel villarum numero constituntur, haud omnino planum est. Gervasius Tilleberien. lib. de Scacario part. 1. cap. penult. *Hundredum*, ait, *ex hidarum aliquot centenariis, ut hidam ex 100. acris constituisse.* Est autem *hida* tantum terræ, quantum uni aratro per annum sufficit, quod Latini ævi inferioris *Mansum* vocant, agri scilicet portio cum domicillio, uni familiæ colonariæ attributa : ita ut *Hundredum* certo familiarum numero constituerit : quod de *Centena* apud Francos volunt. Neque aliud apud Bromptonum *Villa* videtur sonare, cum ait, *Hundredum Latine dici, quod Wallice et Hibernice Cantredus, et continere centum villas : ut et apud Ranulfum Cestrensem lib. 1. cap. 50. scribentem, Wapentak et Hundret idem esse, quod procinctus centum villarum.* Videtur enim his locis *villa* idem esse, quod *colonia*, seu familia rustica, uni agri portioni addicta. Sed et inde intelligendus Giralduus Cambrensis, scribens *Monam Insulam* 343. *villas habere, et pro tribus cantredis reputari.* Nam his locis, *villa*, pro pago, uti hodie appellamus, sumi non potest, cum, ut ait Spelmanus, tantum abest, ut in *Hundredo* tot reperiantur villæ, ut majores vix 80. aut 40. habeant. Proinde cum Lambardus ait, *Hundredum a numero centum hominum appellationem habere* : id intelligendum de iis, quos nostri *Capita mansi* appellabant, seu *Chefs de famille*, capita familiæ, quibus reliqua ipsa familia suberat, ita ut unicuique caput conficeret.

Iis porro centuriis et decaniis adscribebantur omnes, qui annum ætatis duodecim exccerant, cujuscumque essent conditionis, sive liberi, sive servi, ex Legibus Canuti Saxonis § 19. Decaniis præerant *Decani*, centuriis seu hundredis *Centenarii*, qui et

HUNDREDARI, et *Præpositi*, vel *Domini Hundredorum* vocabantur, ut in Legibus Edw. Confess. cap. 32. Hi una cum hominibus decaniarum et Hundredorum de litibus, et *Decani* de iis, quæ minoris, ut suo dictum loco, *Hundredarii* vero de iis, quæ majoris essent momenti, cognoscebant.

*Hundredarii* primitus ab ipso populo eligebantur, ut in voce *Wapentachium* docemus. Postmodum Statuta Edw. II.

ann. 9. *Hundredarii* a Cancellario, The-saurario, et Baronibus Scacarii designabantur. Denique Statutis ann. 2. Edw. III. cap. 13. et ann. 14. ejusdem cap. 9. omnes hundredi, ut olim, Comitatus restituti, iterumque annexi, et Vicecomitibus præceptum, ut probos in eisdem *Hundredarios* aliosque ministros constituerent. Vim hoc obtinuit, quoad hundredos, qui Regi suberant : in aliis autem, qui jure hæreditario ex Regum privilegiis, eos possidebant, non item, ait Spelmanus.

HUNDREDA, *Hundredariorum* Comitatus nude passim dicuntur, in quibus una cum 12. Senioribus hundredi seu centuriæ illi judicabant, ut est in Legibus Ethelredi apud Vanatingum sanctis cap. 4. Quando autem ea tenerent, varie observatum arguunt Leges Anglicæ. Quippe in Legibus Edgari Saxonici cap. 5. et Canuti cap. 17. oppidana ter, suprema vero, ex omnibus scilicet hundredis coacta, Comitatus bis in anno teneri sancitur : quæ quidem suprema comitia *Comitatus* vulgo appellabant, quibus præerant Episcopi et Comites Provinciarum : ubi Episcopi quidem de rebus Ecclesiasticis, Comites de rebus civilibus cognoscebant. Quod etiam habetur in Legibus Edw. Confess. cap. 32. 34. Leges veteres Legibus Inæ subiectæ, singulis mensibus exacta hæc Comitatus docent : *Hoc est judicium qualiter Hundredum teneri debeat. In primis, ut convenienter semper ad quatuor hebdomadas, et faciat omnis homo rectum alii, ... et faciat furi rectum suum, etc.* His consentiunt Leges Edw. Confess. cap. 35 : *Debet autem Scyremot bis, Hundreda et Wapentachia duodecies in anno congregari, et septem diebus antea summoneri, nisi publicum commodum vel dominica Regis necessitas terminum præveniat.* Est autem *Wapentachia* in aliquot Angliæ Provinciis, quod in aliis *Hundredus* : quod et rursum habetur cap. 34. Leges Henrici I. cap. 51 : *Debent autem ad singulos menses, i. per annum duodecies congregari Hundreda : Comitatus bis, si non sit opus amplius, ut omnis homo rectum faciat alteri ad rectum terminum, et omnis causa finem habeat : et summonetur Comitatus septem dies antea.* Et Charta ejusdem Regis de Comitatu et *Hundredis tenendis* apud Spelmanum : *Sciatis, quod concedo et præcepto, ut amodo Comitatus mei et Hundreda in illis locis et eisdem terminis sedeant, sicut sederunt tempore Regis Edwardi, et non aliter. Ego enim, quando voluero, faciam ea summoneri propter dominicam necessarium ad voluntatem meam.* Has denique in *Hundredis tenendis* consuetudines observari hocce generali Sancito voluit Stephanus Rex, apud Ricardum Hagustaldensem de Bello Standardico pag. 314 : *Bonas leges et antiquas et justas consuetudines in Hundredis et placitis et aliis causis observabo, et observari præcipio et constituo.*

Ex prædictis colligitur coacta interdum extra ordinem ejusmodi Comitatus, propter regni necessitates, vel propter emergentia negotia, ad Regis libitum. Quod et docet Charta seu Breve Willelmi II. apud Spelman. : *Willelmus Rex Anglorum H. Camerario sal. Facias convenire et considerare tres Hundredos et dimidium, apud Fliccehamburch, propter terram illam de Holm, quæ pertinet ad Ringstedam, et quam Abbas Ramesiæ reclamavit ad victum et vestitum Monachorum suorum. Et si Abbas poterit ostendere ratione et testimonio comprovincialium, quod*



antecessor suus eandem terram habuerit, eo die, quo pater meus fuit vivus et mortuus, tunc præcipio, ut illam terram et omnia, quæ juste pertinent ad Abbatiam suam, pacifice et honorifice habeat. Teste R. Bigod apud Windesoriæ.

Sed et inde habemus convocatos interdum plures simul hundredos, secundum causarum momenta: quod et firmatur ex lib. Ramesiensi sect. 298: *Notum esse volumus, Reinaldum Abbatem Ramesiensem apud Uderwille in præsentia Roberti filii Walteri eo tempore Vicecomitis, et Alani Subvicecomitis Norfolkicæ et Suffolciæ, et in præsentia multorum aliorum Francorum et Anglorum, dirationatum fuisse testimonio virorum de novem Hundredis ibi congregatorum, quod Rex Canutus, etc.* Infra: *Fuerunt nempe viri prædicti de novem Hundredis jurare parati se audisse et vidisse, etc.* Ex his initiis prodiit, ut opinatur Spelmanus, hodierna apud Anglos juratarum e plurimis hundredis conscriptio, et causarum examen, quod *Patria*, et *Per patriam* dicitur, vulgo, *Trial par pays*.

In *Hundredis* examinabantur causæ civiles et Ecclesiasticæ, perinde ac in Comitibus, ipsis Episcopis vel Archidiaconis pro tribunali sedentibus. Sed id immutavit Guillelmus Nothus ea Constitutione, quam descripsit Seldenus in Jano lib. 2. § 14: *Propterea mando, et regia auctoritate præcipio, ut nullus Episcopus vel Archidiaconus de Legibus Episcopalibus amplius in Hundredo placita teneat: nec causam, quæ ad regimen animarum pertinet, ad iudicium sæcularium hominum adducat: sed quicumque secundum Episcopales Leges de quacumque causa vel culpa interpellatus fuerit, ad locum, quem ad hoc opus elegerit et nominaverit, ventiat, ibique de causa sua respondeat, et non secundum Hundredum; sed secundum Canones et Episcopales Leges rectum Deo et Episcopo suo faciat.*

Omnes porro *Hundredis*, seu *Hundredi* Comitibus, quæ hundrede-gemote appellabantur, interesse tenebantur, [quod *Hundredi secta* dicebatur] qui abesset, absentiam gravi multa luebat, ut est in Legibus Edgari Saxonici § 5, et in Legibus Canuti § 16. in Legibus Guillelmi Nothi, et in Legibus Henrici I. cap. 51. Charta Henrici I. apud Spelman: *Et volo, et præcipio, ut omnes de Comitatu eant ad Comitatum et Hundreda, sicut fecerunt tempore Regis Edwardi, nec remaneant propter aliquam causam, pacem meam, vel quietudinem meam, qui non sequuntur placita mea et iudicia mea, sicut tunc temporis fecissent.* Hæc vero eorum, qui ab hundredis seu Comitibus aberant, multa intelligitur in veteribus Chartis Anglicis, in quibus Ecclesiarum Prælati, verbi gratia eximuntur ab *Hundredis*, id est, a necessitate eundi ad *hundredos*, ita ut si iis ipsimet non interfuerint, multam propterea non incurrant. Charta Edw. III. pro Abbacia S. Remigii Remensi, tom. 2. Monastici Anglic. pag. 998: *Prohibeo, ne submoneatis Monachos de S. Remigio de Remis, ut eant ad Hundreda, nec ad scyras; sed Præpositos suos, vel unum ex hominibus suis mittant.* [Charta Henrici II. Regis Angliæ pro Ecclesia de Herleia apud Madox Formul. Anglic. pag. 45: *Et terra et homines Ecclesiæ illius, quocumque sint loco per Angliam, sint liberi et quieti de siris et Hundredis, et murdro, et latrocinio, etc.*] Ex vero multæ *HUNDRED-LAGHES*, id est, *leges*, seu *mulctæ*, vel *emendæ Hundredi* dicuntur:

nam in hac voce, *laghe*, Saxonibus, ut Latinis, lex, multam sonat: a quibus quidem multæ immunes dicuntur omnes forestarii, in Legibus Forestarum Canuti Regis cap. 9: *Sint... quieti et liberi ab omnibus provincialibus summotionibus, et popularibus placitis, quæ Hundred-laghe Angli dicunt.* Interdum

*HUNDREDUM*, ut apud Rastallum, *est quietum esse de denariis vel consuetudinibus faciendis Præpositis et Hundredariis.* Nec aliud est

*HUNDREDES-PENNY*, *HUNDREPENY*, Præstatio, scilicet quæ ab hominibus hundredi Vicecomiti, vel Hundredi præposito, in onere sui subsidium fiebat, et *Aucilium Vicecomitis* interdum vocatur. Vide in hac voce. Immunitas ab hac præstatione sæpe occurrit in Privilegiis Ecclesiarum cum aliis immunitatibus, ut in Monastico Angl. tom. 2. pag. 134. 827. etc. [Charta Henrici II. Regis Angliæ ex Archivo Beccensi: *De blodwita, et de fietwita et de Hundrepeny et de thedmigpeny.* Glossariolum ejusdem Monast.: *Hundredepeny, Quitte de tallage de Hundred.*] Alias, ait Spelmanus, vocatur *Denarius de hundredo*, quæ vis est vocis *Hundred-penny*, in qua *penny*, *denarium* significat: sed arctioris significationis est, quam vox *Hundredum*. Hoc enim in privilegiis videtur liberare ab omnibus consuetudinibus et solutionibus hundredo debitis: illud ab istiusmodi tantum solutione. Observo præterea

*HUNDREDUM*, ipsam multam, quæ in hundredorum Comitibus interdum irrogabatur, appellatam, eamque 8. fuisse librarum. Leges Edwardi Confessoris cap. 31: *In Danelaga per 18. Hundreda, qui numerus complet septies 20. libras, et 4. quoniam forisfacturam Hundredi, Dani Norwagienses 8. libr. habebant, etc.* Ricardus Hagustaldensis de Statu Hagustaldensis Ecclesiæ cap. 14: *Si quis igitur quemlibet cujuscumque facinoris aut flagitii reum et convictum infra quatuor cruces, quæ sunt extra ipsam villam de Hestaldasham, capit et retinet, universalis iudicio duo Hundreth emendabit: si vero infra villam, 4. Hundreth: si vero infra muros alrii Ecclesiæ, 6. Hundreth: si autem infra Ecclesiam, 12. Hundreth: si vero infra valvas chori, 18. Hundreth,.... In Hundreth 8. libræ continentur.*

*HUNDRED-SETENA.* Privilegium Edmundo Regis Angl. dat. ann. 944. apud Malmesbur. lib. 2. de Gest. Reg. Angl.: *Concedo Ecclesiæ sanctæ Dei genitricis Mariæ Glasconiæ... jura, consuetudines, et omnes forisfacturas omnium terrarum suarum, id est, burgerita, et Hundret-setena, athas, et ordelas, etc.* Ubi Spelmanus: *Nunquid legeris Hundret-sceatena? A sceat, pro symbolo, quod Hundredariis solebat impendi, et hoc privilegio jam remittitur.* At Somnerus nihil mutandum censet ex Textu, ut vocatur, Roffensi, ubi hæc vox, *constitutio hundredi* redditur: *Debent habere constitutionem hundredi, quod Angli dicunt Hundret setena.*

Placet Somneri sententia: sæta enim vel setena, ut ipsemet observat, Anglo-Sax. in compositione habitorem, colonum, incolam significat; unde *Hundred-setena* de multa, quæ ob crimen vel injuriam in Hundredarium commissam exigitur, licet interpretari: nisi malis de præstatione ab eo qui Hundredis adscribebatur exsoluta accipere; quod suadere videtur Textus Roffensis. Charta Edgari Regis ann. 12. regni ejusd. tom. 1. Monast. Anglic. pag. 16:

*Et habeant socam, et sacam, on stronde, et on streame, et on wode, et on fælde, on grilhebrice, Hundred-setena, adas et ordelas, etc.*

¶ *HUMDRET*, in Charta Henrici II. Regis Angliæ ex Archivo Beccensi: *Et in omnibus aliis locis solutas et liberatas (possessiones habeant) et quietas de syre et Humdret et placitis et querelis.*

¶ *HUNDRETUS AFFIRMATUS*, Tributum quod ab hominibus *Hundredi* exigitur, ad firmam datum. Computus ann. 1305. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 354: *Item de burgo affirmato XXIII. l. Item de Hundreto affirmato IX. l.*

*HUNDREDARIII SERVIENTES*, Bedelli, apparitores, in Fleta lib. 1. cap. 18. § 2. Editus porro legitur *Modus tenendi unum Hundredum, sive curiam de recordo*, in libro Anglico, inscripto *Justice of peace*, edito ann. 1574. fol. 122. v.

*HUNNISCUS*, pro *Hunnicus*, inflexione Anglo-Saxonibus et Longobardis familiaris. Carolus M. in Epist. ad Offam Regem Merciorum, quam describunt Radulfus de Diceto, Willelm. Malmesburiensis, et Matth. Paris, seu quis alius, in Vitis Abbatum S. Albani: *Vestras quoque dilectioni, unum balleum, et unum gladium, Hunniscum, et duo pallia serica duximus destinanda.* Ubi *Hunniscum*, non videtur esse adjectivum gladii, quod vult Watsius; sed *auleum* ita nuncupatum, quod apud *Hunnos* texeretur, illudque esse, quod ἀμφίθρονον Οὐννικὸν appellatur in Epistola Chosrois, apud Theophylactum Simocattam lib. 5. cap. 14. Evagrium lib. 6. cap. 20. et et Nicephorum Callisti. Sunt autem ἀμφίθρονα vela, quibus januæ cancellatæ obducebatur, quasi ἀμφία θυρῶν, ut in nimumis in Descript. ædis Sophianæ n. 72. Neque aliud est *coopertorium Sarmaticum*, quo altare dominicum cum oblationibus tegebatur, apud Gregorium Turon. de Vitis Patrum cap. 8. ubi *rurum*, id est, tenue et pellucidum fuisse innuit.

*HUNNISCI*, Equi ex Hungaria, vulgo *Hongres*. Vegetius lib. 4. Artis veterin. cap. 6: *Hunniscorum longe primo docetur utilitas patientiæ, laboris, frigoris, famis.* Et in Præfat. lib. 2: *Nunquid vero exemplo Hunnorum, sive gentium aliarum artis etiam ipsius (veterinariæ) usus intercidet, dum homines refugientes expensas, barbarorum consuetudinem imitari velle se simulant, et incurata animalia hibernis pascuis, et negligentis casibus dedunt? etc.* *Sarmatas* porro, seu *Hungaros*, Equorum plurimos ex usu castratis usos, ne aut feminarum visu exagitati raptentur, aut in subsidiis ferocitatis prodant hinnitu densiore vectores, observatum ab Ammiano lib. 17. ut et a Strabone lib. 7.

¶ *HUNNISONI*, Eadem notione, nisi pro *Hinnisoni* a verbo *Hinnire*. Will. Brito lib. 11. Philippid.:

... Nunc corpora forti  
Prensa manu, quando spatium non invenit ictus,  
Hunnisonis depellit equis, nunc juxta peremptis.

*HUNONES*, vel *HUNNONES*. Charta Henrici III. Imp. ann. 1056. et Henrici IV. Imp. ann. 1065. ex Tabulario S. Maximini Trevir.: *Constituimus etiam atque jubemus, ut Advocati in Abbacia illa non nisi ter in anno placitare debeant, et illi, qui Hunones (al. Hunnones) in quibusdam locis dicuntur, tertio tantum anno, nisi recens furtum fuerit, aut ex parte Abbatis vocati fuerint, placitum habeant.* Meminit etiam *Hunonum* Charta Henrici V. Imper. ann. 1112. et

alia Conradi Comitis Lutzelinburgensis ann. 1135. in eodem Tabul. Sed cujus ordinis ii fuerint, mihi non liquet. Vide Zyllesium, et Duchesnium in Hist. Luxemburg.

\* Idem videntur qui apud Anglos *Hundredarii*. Vide in *Hundredus*. Gloss. Florent. Mss.: *Centurio vel tribunus, Hunno*. Charta Henr. III. imper. ann. 1054. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 397. col. 2: *Servientes vero, qui præbendarii, et qui fratribus infra claustrum serviunt, vel qui foris ad curtes dagescalci dicuntur, nulli advocato, neque Hunnoni subiaceant; sed tantum abbati ejusque præpositis.* [\*] Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 756.]

† **HUNSHOUIC**, vox Belgica ejusdem forte notiones atque *Hussuchung* infra. Consuetudines Furnenses ex Archivo Audomar.: *Qui convictus fuerit per quinque Coratores ex Hunshouc emendabit illi super quem factus est Hunshouc xx. sol. et damnum suum et dupliciter restituet et quidquid de bonis suis residuum fuerit, erit in gratia Comitis.*

**HUOBA**. Vide *Huba*.

**HUPA**, Lupulus, Flandris *Hop*. *Hortus Huparum*, in Chron. Windesem. lib. 1. cap. 9. lib. 2. cap. 17.

† **HUPPFENNIGE**. Vide in *Huba*.

\* **HUPUPATUS**, Plumis cristatus, Gall. *Huppe*, Proces. Egid. de Rays ann. 1440. fol. 159. v. ex Bibl. reg.: *Proposuerunt facere... invocationem... cum lapide vocato diadocus, et cum ave crispata sive Hupupala.*

1. **HURA**, [Pileus villosus.] Abbatum S. Albani pag. 53: *Statinque assurgens (Episcopus Lincolnensis) in manu Regis per capitulis sui galerum, qui Hura dicitur, resignavit id juris, quod dicebat se habere in Ecclesia B. Albani, etc.* Vocem *Hure*, nostri de apri capite usurpant. Vide Menagium in *Hurepois*.

\* Imo et de hominis capite. Le Roman de la Rose Ms.:

Lors leva le villain la Hure,  
Oevre ses lex et s'esvertue, etc.

\* *Hure* vero, Irrisionis signum quoddam, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 243: *Lequel Barnart faisoit la Hure audit Pauquaut par maniere de derision, etc.*

\* 2. **HURA**, Idem quod *Hira*. Vide *Era* 1.

† **HURDAMENTUM**, **HURDARE**. Vide mox *Hurdicium*.

**HURDEREFEST**, Familiae alicui adscriptus, ex Saxonico *hyred*, familia, et *fæst*, fixus: hinc paterfamilias *hyredes ealder*, materfamilias *hyredes moder*. Atque sic legendum videtur in Legibus Henrici I. cap. 8. pro *Hudrefest*: *Bis in anno conveniant in hundredum suum quicumque liberi tam Hudrefest, quam Folgarii, ad dinoscendum... si decaniam plenæ sint, vel qui... recesserint, etc.* [Ubi potius legendum *Hurdesfest* censet Spelmanus: at Th. Blount in Nomolex. Anglic. mavult *Heordfest*. Vide in hac voce, et infra *Husfastene*.] [\*] *Heorthfest* scribendum esse censet etiam Thorpius.]

**HURDICIUM**, **HURDICIUS**, Cratis lignea, qua obducebantur mœnia, ne ab arietibus, vel missilibus lapidibus læderentur: seu, ut ait Vegetius lib. 4. cap. 23. *ut impetus machinæ materia molliore fractus murum non destrueret*: vel pali in fossatorum marginibus infixi, ne statim ad mœnia accessus pateret: a Saxonico, *Hyrdl*, plectrum, cratis: Angliis *Hurdle*. Glossarium Saxon. Ælfrici:

*Clæta, Cratis*: *Hyrdel*: vel a Teutonico, *Hoorde, Horde*, et *Hurde*, quod idem sonat. Will. Brito lib. 1. Philipp. pag. 107:

Itibus assiduis Hurdicia fracta recedunt.

Idem lib. 7. pag. 174:

Et quæ reddebant tutos Hurditia muros.

Rogerus Hovedenus pag. 680: *Combusserunt quatuor Hurdicios per ignem Græcum*. Idem pag. 693: *Petrarias suas et Hurdicios suos, et alias machinas suas bellicas paraverat*. Eadem habet Brompton. pag. 1189. 1201.

\* *Ourdeys*, in Charta ann. 1385. ex Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 142: *Pour icellui (prieur) emparer et mettre en estat et deffence, ne convient que un pont leveiz, et y faire guérites et Ourdeys*. Vide infra *Urdicius*.

† **HORDAMENTUM**. Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. CCVII: *Pro Hordamenta Feritatis quod ventus trebuchavit et pro granchia reparanda c. et XIII. s. et III. d.* Ibidem: *Et pro L. caulis ad Hordamentum Gornaci, etc.* Charta ann. 1217. in Tabul. S. Urbani: *Ego Simon Joinvillæ dominus Campaniæ Seneschallus. Notum facio universis quod Abbas et Conventus S. Urbani homines suos pro Hordamento Joinvillæ faciendum miserint. Et sciendum est quod memorati homines dictum Hordamentum per usum vel consuetudinem facere non tenentur. Et dicti Abbas et Conventus ipsos homines ad illud Hordamentum miserint spontaneæ et non coacte. Sententia arbitraris ann. 1264. ex eodem Tabular.: *Après est ordenés que li homme de la terre S. Ourbain ne doivent aler ne par droit ne par coutume faire lou Hourdement à Jainville, ne ne les en doit on contraindre, ne ne puet.**

**HORDECICUM**. Guillelmus Armoricus de Gestis Phil. Aug. pag. 82: *Et machinis bellicis cœpit lapidibus emissis damnificare propugnacula et Hordecia*. Le Roman du Renard MS.:

Ainsi s'est Renars atournez,  
Mult fut bien d'œue avironnez,  
Et Hourdeiz et bon et bel  
Par dedens les murs du chastel,  
Ses barbacannes fist dreier,  
Pour mieuz son chastel enforcier.

Le Roman de Rou MS.:

Donc courut un home au terrein,  
A un Hordel tendi sa main,  
Plein poing prist de la couverture, etc.

Will. Guiart in Philippo Augusto:

I met au haïs du Hourdeis,  
Le feu à poi de crieis.

Octavianus de S. Gelais, in Viridario honoris, de S. Veronica:

Par trois fois fut evidentement monstrées  
A tout le peuple en moult grant reverence,  
Par un Evêque sur un Hourt, à l'entrée  
De S. Pierre, etc.

**HORDICIUM**, interdum sumitur pro machina bellica, seu ariete. Henr. Knyghton pag. 2612: *Deinde fecit insultum ad castellum eodem die usque ad noctem... et tunc reddiderunt illud: habuit namque unum Hordicium forte et bene provisum, cum quo ad tales insultus operatus est mirabilia in prosternendo muros castrorum.*

**HURDARE**, Cratibus munire. Will. Brito lib. 1. Philipp. pag. 106:

Hurdari turres et propugnacula, muros  
Subtus fulciri facit.

Vetus Charta in Regesto Normannico

sign. P. ex Camera Comput. Paris.: *Et viderunt quod timorem habuerunt de obsidione, et attornati sunt 4. homines de Communia ad unumquemque quarnellum custodiendum, et Hurdandum eum.* [Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. CLIX: *Pro calceia facienda et palicio calceiz, pro turre paranda et Hurdanda, et fossato turris et molendinis, etc.*]

\* Nostris *Hourder*. Le Roman de la Rose Ms.:

Et li portier les murs Hourdoient  
De fors cloies refuscicés,  
Tyssues de verges pleicés.

\* Perperam *Hurtare*, in Chartul. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 69. pro *Hurdare*.

† **HURDATOR**, Qui *Hurdicia* seu crates ligneas facit. Computus ann. 1202. mox laudatus pag. CLXIII: *Robertus Hurdator pro perchis et cleis et hurdeicio II<sup>c</sup>. et LXI. l. et x. s.*

**HURDAMENTUM**. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum f. 128: *Non capiebant Comites Ebroicenses aliquam consuetudinem, nec eschallas, nec Hurdamenta ad castellum Gallionis, etc.*

**HORDALICIUM**, Assisæ Comitatus Campaniæ anno 1284: *Hordalicia, seu defensionis in marginibus fossati.*

† **HURE**, vox Teutonica, Locatio, ab *Hueren*, conducere, *Hire*, Anglis. Chron. Hamel. apud Leibnit. Script. Brunsvic. tom. 2. pag. 515: *Hæc autem sunt jura ejusdem civitatis, quæ sequuntur. Buermeister eorum autoritate et ex parte Consulum habebit judicare super omne pretium deservitio (f. de servitio) quod vocatur meinasmæ vel Hure, et super animalia pennata, et super vestes abluendas, et super loca sepium et super quælibet ædificia.*

**HURSACRUM**, *Ignis sacer*, morbi genus, apud And. Resendium in Vita S. Ægidii Ord. Prædic. n. 99: *[Cujus sinistrum brachiolum fœderat sacri ignis species quædam infantibus familiaris, quam qui ex Judaismo apud nos medicinam sunt professi, Hursacrum appellaverit, voce ex Hebræo et Latino sermone compacta.]* sed legendum *Pursacrum*  $\mu\pi\kappa$   $\mu\epsilon\pi\upsilon$ .

† Nihil omnino mutandum probat ipse contextus; neque enim ex Græco et Latino compactam hanc vocem scribit Resendius, sed ex Hebræo et Latino; unde ibridam esse vocem, eformatam ex Hebræo  $\mu\pi\kappa$   $\mu\epsilon\pi\upsilon$  *Ignis*, et Latino *Sacrum*, manifestum est.

† **HURSLEGA**. Vide *Hursta*.

† **HURSNIMUM**, Idem, ut videtur, quod *Harnesium*, Gall. *Harnois*. Necrolog. Laresham. inter Vindem. Litter. Fred. Schannati pag. 31: *Dedit nobis Hursnium et equum et balteum unum et arma.*

**HURSTA**, Sac. *hurst*, Silva. [Kilianus: *Horscht, horst, virgultum, silva humiles tantum frutices proferens, frutetum, fructectum, senticetum.*] Hinc castellum quod in tutelam portus Avoniensis exstructum est, a silvestri situ *Hursta* dicitur. De hoc Lelandus:

Non tulit hanc labem magni mens Principis alta,  
Quin Hurstam statuit vindicis illa loco.

Inde *Hurslega*, pro loco silvestri, eodem Lelando interprete in Comment. Cygn. Cantion. *Hurslega*, inquit, *Saxonice Hurstelege, vulgo Hurley; recentiores verterunt Lege (quod locum Latine significat) in le, et ley. Sonat autem Hurstelege latine silvestrem locum.* Ex Spelmano.

† **HURTAGIUM**, Tributum quod pro facultate figendi in portu anchoram exsolvitur, Gall. *Droit d'Hurtage*. Charta ann. 1238. ex Chartul. Gemmet: *Super eo quod dictus Guillelmus de la Huese volebat habere Hurtagium de navibus et batellis qui onerabantur et econerabantur super Secanam inter aquam de Vuinilla et portum de Gemmetico*. Instrum. vernacule scriptum ann. 1642. ex Tabul. ejusd. Monast.: *Item le droit d'Hurtage pour les navires et vaisseaux qui terissent et mouillent à l'encre, affermé 100. l.* Vide *Anchoragia*.

\* **HURTARE**, Percutere, cum vi aliqua propellere, Gall. *Hurter*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 494: *Prædictus serviens.... injuriose percussit seu Hurtavit de cubito in pectus præfatum Giletum Tardif*. Aliæ ann. 1354. in Reg. 82. ch. 301: *Quidam ex ipsis dictum baillivum per vestes pectorales maliciose ceperunt pulsando et Hurtando eumdem viliter ac turpiter huc et illuc*. Arest. ann. 1330. 20. Apr. in Reg. *Olim pariam*. Paris.: *Puribus ictibus Hurtantes dictam januam frangere.... conati fuerunt*. *Dehurter*, eodem sensu, tom. 1. Fabul. pag. 96:

Lors sui hatus et ledengiez,  
Et Dehurtez et desacchiez.

\* **Dejicere sonat** apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 336: *Comme c'est pire chose que une meson chiee pour un petit vent ou sanz nul vent, que cele qui est Déhurtée de fort vent, etc.* A voce *Hurt*, *Hurteis* et *Hurtis*, Illisus, impulsio, pulsatio. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. ch. 46: *L'exposant bouta ou hurta ledit Jehan une fois ou deux de l'espaule; .... et combien que dudit Hurt ou bouteure, etc.* Aliæ ann. 1363. in Reg. 92. ch. 321: *Les supplians commencierent à aler au lieu où ledit descort avoit esté,.... et y ot des Hurteis et bouteis d'une partie et d'autre grant quantité*. Aliæ ann. 1412. in Reg. 166. ch. 367: *Iceelui Bourgois frappa à l'uyz de l'ostel; .... et advint que quant Jehannin de Claelles oy ledit Hurtis*. Pro campanæ pulsu, in Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 253. art. 1. *Au premier Hurt de Prime, etc.* Hinc, ni fallor, *Hurtouir*, Pars carri, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. ch. 12: *Un essoul de char et un Hurtouir de char*.

**HURTUS**, **HURTARDUS**, [Spelmanno videtur esse Aries integer; nec fortean immerito, cum inter oves constanter numeretur.] Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 666: *De mullonibus 381. de Hurlis et muricis 207. de hogris 121. et de agnis 100*.

**HURTARDUS**, Vox ejusdem originis et notionis. Domesdei, in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 306: *Item 100. acræ de marisco et valet acra communiter per annum 3. den. et pascunt in marisco et terris susseinis, 300. oves cum Hurtardis*.

† **HUS** ET **HANT**, Commune plegium. Placita curiæ Regis ann. 27. Henrici III. rot. 9: *Quidam H. P. captus per quærimoniam mercatorum Flandriæ, et imprisonatus offert domino Regi Hus et Hant in plegio, ad standum recto, et ad respondendum prædictis mercatoribus et omnibus aliis qui versus eum loqui voluerint. Et diversi veniunt qui manucapiunt quod dictus H. P. per Hus et Hant veniet ad sommonitionem Regis, vel Consilii sui in curia Regis apud Shepwey, et quod stabit ibi recto*. Ita Spelmanus. [An Hals et Hant?]

† **HUSBANDREA**, Agricolaë mansio;

ædes vel certa terræ arabilis portio. Vetus Charta apud Spelman.: *Kilketh, pro qualibet Husbandrea 2. den.* Vide *Husbandus*.

**HUSBANDUS**, **HUSBANDA**, Paterfamilias agriculturam exercens, œconomus, Gallis, *Mesnager*. [Testamentum Johannis de Nevill ann. 1386. apud *Madox Formul. Anglic. pag. 428: Item dum contingat me obire, volo quod tota firma mea unius termini tunc ultimo elapsi condonetur omnibus tenentibus meis videlicet Husbandis, cotiers et bond.*] Scotis præsertim agricola dicitur. Anglis vero etiamnum *Husband*, maritum sonat. A Saxónico deducti Spelmanus *hus*, domus, et *banda*, vinculum: quomodo Danicum *Huszbon*, sive *Hoszbon*, eadem notione interpretatur Pontanus in Chorogr. descript. Daniæ pag. 777. quasi domus columna sit maritus. In Legibus Inæ Regis West-Sax. cap. 19. Edit. Saxon. seu Lambardi, *Husbanda* sumitur pro agricola, ut et *Husbandus*, in Quoniam attachiamenta cap. 23. et in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 33. 38. in Legibus Forrestar. Scotie. cap. 4. et in Statutis David. II. Regis Scotiæ cap. 43.

† **HUSBONDMAN**, perperam pro *Husbandman*, eadem notione. Charta ann. 1522. apud *Madox Formul. Anglic. pag. 288: Sciant præsentis et futuri, quod ego Willelmus Tylour alias dictus Edmonds de Brode Bluntesdon in Comitatu Willestæ Husbandman*.

**HUSBOTE**, [Jus percipiendi lignum ad conficiendam domum, a Sax. *Hus*, domus et *Bote*, multa. Charta apud *Madox Formul. Anglic. pag. 188: In omnibus aisiamentis dictæ villæ de Malopassu, pertinentibus, et cum Husbote et haibote in prædicto bosco de Malopassu.*] Vide *Haybote* in *Haga*.

**HUSBREGE**, *Infractura domus*, Brompton, et Sax. *hus*. Anglis *House*, domus, et bryce Anglis *Brech*, fractura, efractura: unde nostris *Brèche* eadem notione. Occurrit in Legibus Henrici I. cap. 12. 47. Vide *Burgaria*.

**HUSCARLA**, Vir e familia, domesticus, famulus domesticus, ex Sax. *hus*, domus et *carle*, per translationem, vir, homo, proprie autem masculus, robustus, fortis: unde *Carolus* nomen, nostris *Charles*. Hovedenus post Simeon. Dunelmensem et Florentium Wigorn. ann. 1041: *Rex Anglorum Hardeknutus suos Huscarlas misit per omnes regni sui Provincias ad exigendum, quod dixerat, tributum*. Infra: *Unde Rex ira commotus obullionem necis illorum... et cæteros Angliæ Comites, omnesque suos Huscarlas cum magno exercitu... illo misit*. Id est, domesticos et aulicos. Simeon Dunelm. ann. 1065: *Eodem die primitus Danicos Huscarlas Amanidum et Ravenesheartum de fuga retractos... peremerunt*. Idem ann. 1071: *Rex cum Huthsecarlis in Orientali plaga insulæ omnem illis exitum obstruxit*. Et infra: *Eilaf Huscarl apud Regem præpollens honore*. Occurrit hæc vox sæpe in Domesdei: *De hoc manerio tenuit Tochi duas hidas, Huscarle Reg. Edwardi fuit*. Alibi, *Burchardus Huscarle pariter Regis Edwardi dicitur et mox Teignus* (i. Baro) *Regis Ed. Rursum: De hac terra tenuit Huscarle homo Reg. Ed. 3. virgas, et averam invenit*. Ita ibidem, *Huscarli Comitum non semel occurrunt*. Denique tit. *Brideporte*, tit. *Warham*, et tit. *Dorset*. Et gilda pro 10. hidis, scilicet ad opus *Huscarlium unam marcã argentii*. Id est, huscarlis, et pro eorum proficuo, præstandam.

*Huscarlorum* Danicorum dignitatem pluribus describit Jus aulicum Norvegicum vetus cap. 26. ex versione Joannis Delmeri: *Omnes viri, qui fidem servitii, ex veteri consuetudine Regi adjuraverant, sive manus datæ, sive apprehensi gladii confirmatione, vocabulo Huskarla appellabantur, quamvis illi postmodum multo excellentiore et eminentiore titulo, pro sua quique conditione sint honorati*. Omnes vero in Regia aula servientes *Hirdmen* vernacule nominantur, *Regem observaturi ac tuituri, etc.* Tradit idem Delmerus pag. 555. Præfectis Provinciarum concessum a Rege, ut 40. non vero plures, servos domesticos nomine *Huscarlarum* in servitio suo haberent. Scribit Sueno in Legibus Castrënsibus cap. 8. *Colloquium, seu Curiam aulicam, in qua de rebus ad Huscarlas pertinentibus judicia fiebant, Huskarlesteffne appellata*. Est autem *Steffne*, forum sive quilibet locus juri dicundo causisque agendis destinatus, uti observat ibidem Stephanus Stephanus: qui præterea addit, *Huscarle* dictos Officiales aulicos, sive officia palatina, milites prætorianos, et quoscumque in aula Regis aut Principis alicujus versantes. [Osbernus in Transtat. S. Elphegi sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 124: *Mandans* (Rex) *omnibus familiæ suæ Militibus, quos lingua Danorum Huscarles vocant, ut, etc.* Et pag. 126: *Divisus ergo a Rege Archiepiscopus, cum ingenti Huscarlium turba præcedentes subsequitur*.] Observat præterea idem Resenius ad Jus aulicum Canuti II. Regis Daniæ Runice, Islandice, et Danice etiamnum *Huscarl*, domesticos, operarios, et vernas appellari, et antiquiores Danos aulam Regiam sua vernacula *Husus* nominasse: *Karl* vero vocem esse Islandicam et Danicam, et sonare masculinum, adultum, virum.

**HUSFASTENE**, Anglis. Qui terram tenet et domum, quasi domi fixus, apud Bractonum lib. 3. tract. de Corona cap. 10. § 1. Vide *Hurderefest*.

**HUSGABLUM**, quasi census domus, ex *hus* domus, et *gabla*, census. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 134: *Item tota illa terra, quæ est inter dictam aulam et venellam, quæ dicitur Swinegalle, est de terra S. Petri,.... et sunt ibi tria tosta, et quod reddit Husgabulum, aliter non geldabilis*. Et pag. 155: *Item terra cum domibus, quam Joannes de Wiphall dat Husgabli, alia domus non dat Husgabli, nec aliter sunt geldabiles, ut credunt*. Vide *Gablum*.

† **HUSGENUS**, Familiaris, domesticus famulus, Belgis *Huysgenoot*, Germanis *Husgenoz*, ab *Hus*, domus, et *Genoz*, familiaris. Codex MS. Consuetud. Eccl. Coloniensis: *Cuilibet Husgenorum 1. ama cervisiæ, exceptis quatuor qui vocantur nuntii, quorum quilibet recipit 3. sumberinos avenæ*. Vide Schilter. in Gloss. Teuton. voce *Huse*. [Eichhorn. Histor. Jur. Germ. § 296. Rudolph. I. Imperat. Sentent. de jure monetæ antiquo servando ann. 1283. apud Perz. Leg. tom. 2. pag. 443. etc.]

† **HUSIA**, Equi stragulum, Gall. *Housse*. Charta ann. 1259. apud Perardum in Burgundicis pag. 494. *Equi cum Husiis*. Vide *Housia*.

† **HUSKARLA**. Vide *Huscarla*.

**HUSLADA**, est annua quædam exactio, inquit Joannes a Leydis lib. 7. cap. 26. quæ scilicet a singulis ædibus, vel focus, aut familiis exigitur, ex *Hus*, domus, et *Lada*, lex, mulcta, præstatio. [Diploma Ottonis III. Imper. ann. 985: *Beneficium*

cum omni utilitate, excepto quod vulgari lingua vocatur *Huslada*.] Nisi legendum sit *Huslota*, quod censeo. Vide mox *Huslotum*.

† **HUSLATUM**. Vide *Huslotum*.

**HUSLGENGA**, **HUSLGENGUM**, in Legibus Inæ Regis Saxonici § 15. et 19. in Latinis vero § 18. perperam *hulsgonges*, et *Hulsgengag*, Lambardo interpretæ, Saxonibus est *pater familias*: *Welocho Catechumenus*, Somnero denique *Eucharistiæ* præceptor, ex Saxon. *husl*, *Eucharistia*, et *genga*, vel *ganga*, ire, adire, unde *to husl gan*, est *Eucharistiam adire*, *Huslgenga*, proprie *parochianus*.

**HUSLOTUM**, Tributum, cuius mentio in Chartis aliquot apud Willelmum Hedam pag. 65. 78. 85. 2. Edit. ubi interdum *Huslatum* perperam habetur, ut et in I. Edit. pag. 246. 256. 262. Vox ex Germanico confecta *Hus*, domus, et *Lot*, tributum, census, *focagium*. [Vide *Coëghulst*.]

**HUSONES**, Majorum piscium species. Thwroczius in Andrea Rege Hungariæ cap. 43: *Tunc Rex Andreas solita Regum Hungariæ largitate utendo misit Cæsari 50. corpora immensorum Husonum, et duo millia lardorum, mille tauros ingrates*. Vetus Charta apud Browerum in Antiq. Fuldensib. lib. 3. cap. 11: *Unde singulis annis transmittere debent ad Fuldensem Ecclesiam..... piscem magnum Husen nuncupatum, et de oleo arborum, quantum equi duo in lagenis deferrent*. Epistola 7. ex Tegernseisib.: *Sed si Deus anno præsentem fecundavit capturam Husonum vobiscum, petimus ut jubeatis largiendo communicari*. Vide *Giscellus*, [et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 1059. voce *Hûso*, Scarus, esox.]

† **HUSSERIIUS**. Vide *Huisserius*.

† **HUSSIA**. Vide *Housia*.

† **HUSSITÆ**, Joannis *Hus* hæretici in Bohemia Sectatores. Vide *Diarium belli Hussitici* apud Ludewig. tom. 6.

† **HUSSUCHUNG**, Domus invasio, deprædatio; ex *Hus*, domus et *Sucken*, rapere, deprædari. Diploma Rodulphi I. Imperatoris ann. 1284. apud Ludewig. tom. 2. pag. 240: *Volentes etiam quod his qui alium vulneraverit, non lædabitur, vel consimiles excessus commiserit, aut loquendo vulgarter, Hussuchung fecerit juxta privilegia, libertates, jura et consuetudines rationabiles et honestas ipsis confirmamus et volumus perpetuo inviolabiliter observari*. Vide *Hamsoca*.

**HUSTILIMENTUM**, Supellex domestica, *Utensile*, unde forte vox nata. Joan. Fortescutus de Laudib. Legum Angliæ cap. 36: *Etiam abundant in lectisteriis, et quotibet supellectili, cui lana congruit, in omnibus suis, necnon opulenti ipsi sunt in omnibus Hustilimentis domus, necessariis culturæ, et omnibus, quæ ad quietam et felicem vitam exiguuntur*. Versio Anglica habet *Hustlements*.

† **Nostris Hustiliment**. Lit. ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 12: *D'icellui bois il font charretes et charrues et chalis pour les bis dudit hostel et autres Hustillemens*. Ibid. ch. 13: *Et autres Houtillemens pour la nécessité de leur hostel*. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. ch. 761: *Plusieurs Hustillemens d'ostel, c'est assavoir, quatre tabliers, trois touailles, six escuelles d'estain, un petit flacon et un petit hanap de fust*. Hinc *Hostiller*, Instruere, munire. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 110. ch. 296: *Iceului filz Baudri et son serourge garniz et Hostillez d'espées*

et de taloches le poursuient, etc. Vide infra *Ustensilia*.

† **HUSTINGIA**. Vide *Hustinum*.

**HUSTINGUS**, Curia ita dicta non modo in urbe Londoniensi; sed et in Wintoniensi, Lincolnensi, Eboracensi, et apud *Shipwey* insula in borealibus Cantii partibus, ex *hus*, domus, et *ting*, causa, quasi *domus causarum*, vel ubi *causæ* agitantur. Ita censet Spelman. At Somnerus *Hustingum*, dictum contendit, quasi *hyst-ting*, id est, *supremum iudicium*, ab *highest*, vel ut antiquitus scriptum, *hyhsta*, i. *supremum*, et *ting*, iudicium. Janus Dolmerus ad *Jus aulicum Norvegicum* vetus pag. 503. *Huusting*, Prætorium vertit, vocemque efficitam ait ab *Huus*, domus, et *Ting*, forum; quasi domesticum forum.

De *Hustingo* Londoniensi, ita Leges Edw. Confess. cap. 25: *Debet etiam in London, quæ capit est regni et legum, semper Curia domini Regis singulis septimanis die Lunæ Hustingis sedere et teneri*. Charta Henrici I. Regis Angl. pro Londoniensibus: *Et amplius non sit Miskenninga in Hustenge, neque in falsknotem, neque in aliis placitis infra civitatem, et Husting sedeat semel in hebdomada, videlicet die Lunæ*. [Charta apud *Madox Formul. Angl.* pag. 200: *In pleno Hustengo Londoniæ de Communi placitis tento die Lunæ proximo post festum S. Martini, anno regni Regis Edwardi III. post conquestum Angliæ 37.*] *Hustingi* Londoniensis meminit prætere Matth. Paris ann. 1196. *Bractonus* lib. 3. tract. 2. cap. 13. § 9. *Will. Thorn.* ann. 1395. *Gul. Prynneus* in *Libert.* Angl. tom. 3. pag. 484. etc. aliarum etiam memoratarum urbium, *Fleta* lib. 2. cap. 2. § 13. cap. 54. § 1. 2. etc. *Watsius* ait, hodie *Hustingum* Londoniensem *Guild-hall* nuncupari, et in eo Commune urbis de rebus arduis consultare consuevisse: ibidemque etiam nobile haberi tribunal, ubi civium lites causæque vitatis inutilibus fori formulis dirimuntur.

**HUSTINUM** PONDUS, dictum ab *Hustingo* Londoniarum civitatis Angliæ præcipuæ Curia suprema: quod in ea fortean pondus ad examen cæterorum ponderum asservaretur. Charta antiquissima lib. *Rames.* sect. 32. et 127. apud *Spelmannum*: *Ego Ætelgina Comitissa do... duos cyphos argenteos de 12. marciis ad Pondus Hustingiæ Londoniensi. Tabularium Corbeienſe Ch. 236: Sub censu duarum marcarum boni argenti Hustinum pondere*. Alia Charta *Innocentii II. PP.* ann. 1135. ibidem: *Salvo censu unius marcæ puri argenti, quem ad Hustinum pondus S. Martino de Campis in solennitate Nativ. S. Joan. B. persolvere debetis*. Charta alia in *Historia Monasterii S. Martini de Campis* pag. 175: *Ecclesiæ nostræ marcham puri argenti et Hustinum ponderis persolvant*. *Hustinges gevi-ſe*, in Charta Saxon. apud *Somnerum*. *Hustinum* porro pondus ex iis fortasse fuit, quæ *urbana pondera*, id est, *trutinæ largioris examina* vocat *Symmachus* lib. 10. *Epist.* 26.

† Quam quidem doctissimi *Viri* conjecturam firmare licet ex Charta *Corbeiensi*; ubi, quamquam aliis verbis, res tamen eadem significatur: *Pactum quod Prior S. Martini Capituli sui assensu cum Abbate Corbeis habuit de Ecclesia quæ dicitur Guanneis et Bonai, scilicet singulis annis censualiter datis per marcham puri argenti et Grossi ponderis in perpetuum ego Petrus Abbas Clunia-censis concedo et confirmo*. Ubi voce *Grossi ponderis* idem haud dubie expri-

mitur quod *trutinæ largioris examine* apud *Symmachum* loco citato.

† *Hujus* autem rei occasione referam *Arestum Curie Parisiensis* ann. 1387. ex quo, quantum hac ætate genuina *Hustini ponderis* notione aberratum fuerit, haud difficile erit cognoscere: quod quidem libentissime observo, ne quis tanti nominis auctoritate ductus in errorem inducatur. Cum ergo controversia inter *Corbeienses* et *Caroliocenses* Monachos verteretur circa nativum *Hustini ponderis* pretium, a Curia, facta inquisitione, sic judicatum est: *Karolus D. G. Franc. Rex universis præsentibus litteras inspecturis salutem. Cum Religiosi Abbas et Conventus Monasterii de Corbeia in nostra Parlamenti Curia proponi fecissent quod licet Religiosi Abbas et Conventus Karolioci dictis de Corbeia teneantur in duabus marchis argenti fini ponderis, quod tempore claræ memoriæ Ludovici dicti Hutini Franciæ et Navarræ Regis antecessoris nostri annui videlicet et perpetui redditus ratione et ad causam certi scambii alterius redditus seu terræ inter dictas partes dudum facti, nihilominus dicti debitores prædictas duas marchas argenti sub qualitate et valore debitis solvere recusant ac recusabant, prætendentes dictas duas marchas minoris fore pretii seu valoris quam valeat marcha argenti de præsentibus, prædictis de Corbeia contrarium asserentibus: cumque dictis partibus hinc inde super hoc auditis, et de earum consensu dilectus et fidelis Consiliarius noster Johannes de Diciaco per dictam Curiam ad hoc deputatus se informaverit per Magistros monetarum et computorum de dictarum marcharum argenti valore moderno; et per eandem informationem reperit marcham argenti fini tempore dicti Ludovici Regis ejusdem prout nunc esse valoris et estimationis, prout dictus commissarius die datæ præsentium retulit Curie nostræ memoratæ. Notum facimus quod audita per Curiam nostram præfati commissarii relatione, præfata Curia nostra ordinavit et ordinat per præsentibus, quod dicti Religiosi Karolioci de cætero solvent et solvere tenebuntur dictis de Corbeia dictas duas marchas argenti fini, et arreragia inde debita in valore et estimatione supra taxatis. Datum Parisius in Parlamento nostro die 20. Januarii an. Dom. 1387. et regni nostri octavo.*

† Haud obscurum certe quæ fuerit erroris causa; errante enim oculo lectum haud dubie est *Hustinum* pro *Hustinum*; mirum nihilominus non attendisse *judices Chartam*, de qua tunc controversum, uno et dimidio sæculo *Hutinum* Regem præcessisse. Hanc subjicimus, rem haud ingrati lectori facturos nos existimantes: *Johannes D. G. Corbeiensis Abbas et Conventus omnibus tam præsentibus quam futuris. Quoniam quæ temporaliter sunt nisi litterarum custodiæ committantur futurorum memoriæ subripere oblitio consuevit, idcirco conventionem inter nos et Ecclesiam B. M. de Carlier habitam ne posteros nostros latere queat, earundem litterarum testimonio perpetuo commendamus, assistente siquidem in Capitulo nostro Amalrico Episc. Silvanectensi cum Archidiacono suo Petro et quibusdam clarissimis, et Abbate Carolioci, ipso capitulo annuente, concessimus absque ulla retentione eidem Ecclesiæ et Fratibus ibidem Deo servientibus quidquid Ecclesia nostra in territorio *Bernuilly* et *Villers* et *Verderon* in terra, in vineis, in hospitibus, in censibus, in corporibus hominum antiquo jure pos-*

*sidebat et habere debebat, ea videlicet conditione ut in festo Omnium Sanctorum centum solidos Corbeiensis monetæ, aut si maluerint duas marchas puri argenti Hustino Pondere nobis Corbeia persolvant; quod si die præfixa solutio facta non fuerit, infra quindecim dies sequentes sine aliqua emendationis lege, solvere licebit. Hujus concessionis testes fuerunt ipse Amalricus Episc. Petrus Archidiacon. Odo Crassus, Urbanus Abbas Carolioci, Hugo frater ejus Cellerarius, etc. Actum ann. Incarnat. Verbi M. C. LXI.*

† **HUSZARONES**, HUZARONES, Militia Hungarica levis armaturæ, Gall. *Houszarts*, vel *Hussarts*. Epistola ann. 1589. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 324: *Huzaronibus autem Pechi Ferentz qui quoque erectis signis perfide et perpetua infamia nos deseruerunt. Decretum 38. Mathiæ Regis apud Carolum de Aquino in Gloss. milit. : Quia nonnullæ gentes, potissimum vero levis armaturæ, sive Huzarones hoc facere consueverunt, etc. Vide equitis Huzaronis schema apud P. Daniel Hist. Militiæ Francicæ lib. 12.*

**HUTESIUM**. Vide in *Huesium*.

**HUTFANGTHEFE**, apud Bractonum lib. 3. tit. 2. cap. 8. § 4. [Proprie est jus cognoscendi et iudicandi de furibus extraneis.] Vide *Ufangthef*.

† **HUTHSCARLA**. Vide *Huscarla*.

**HUTICA**. Othbertus Abbas Gemblacensis in Vita S. Veroni n. 2: *Quædam cista, vulgo Hutica dicta, quantitate magnitudinis ampla, quæ supra beati viri tumbarum stabat armonæ plena. Sic in excuso, pro qua voce perperam viri docti hutica restituunt: est enim hutica, quod Belgæ nostri Hucho vocant, cista major ac longior. Vide Huchia.*

**UTICA**, absque aspiratione. Charta Heccardi Comitum Augustodun. ex Tabulario Persiacensi in Burgund. : *Donate Assunaro pro sua eleemosyna et planeta castanea, ibi donate et libros, qui sunt S. Benedicti de Floriaco Monasterio, in illa Utica parvula.*

**HUTINUS**, Cognomen quo donatus Ludovicus X. Rex Franciæ, quod, ut quidam putant, dum adhuc in pueritia esset, rixas et contentiones cum sodalibus crebro excitaret; nam et de pueris vulgo dicimus, *Il aime le Hutin*, id est, *le bruit, le tintamarre, les querelles*. [Hottom. Francogal. cap. 27: *Imperio Regis Ludovici Hutini, quo nomine prisca lingua nostra Turbulentus significatur.*] Sic etiam id vocabuli usurpat le Roman de Garin:

En trente leus, ou en neuf, ou en vint,  
Avoit meillée et merveilleus Hutin.

Alibi:

Devant les lices commence li Hustins.

[Le Roman d'Athis MS.:

Ouyent la noise et le Hustin  
De ceulx qui sont moult près voisin.]

Charta Odardi Dom. Hamensis ann. 1328: *Se il advient aucun Hustin ou mellée en ladite ville, etc. Inde Hustiner, rixari. Ibid. : Se il se Hustinoient, ou faisoient mellée. Vox autem ejusdem videtur originis, cujus est Huesium vel Hutesium: quod qui huz clamare solent, id potissimum faciunt, ut seditionem ac contentionem excitent.*

\* Rixa, contentio, jurgium, nostris *Hutin*; unde *Hutinare*, jurgare, rixari, et *Hustineur* vel *Hutineur*, nostris. Ejusdem cognominis alia nobilior ratio legitur in Chron. Amaliph. apud Mura-

tor. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 212: *Tancredus autem fuit timoris Dei non immemor. Qui duodecim filios habuit, quorum... quartus Huctinus et ipse comes, qui propter fortitudinis suæ prudentiam grandia faciens, pro nomine appellatus fuit; erat enim astutissimus et ferox, fortisque viribus. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 175: Prædicti Lotardus et Johannes iterum se Hutinando et de verbis ad verbera procedendo, præfatus Johannes in dicto Hutino et mesleya fuit vulneratus. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 50: *Les serjans les alerent querre en la bataille, où le Hutin estoit grant d'eulz et des Turs. Se aucuns Hutin ou meslée se faisoit, etc. in Charta Joan. comit. de Roucy ann. 1338. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 147. ch. 298: Icellui de Poitiers, qui ne vouloit que Hutin et mal, courut aus pierres, etc. Aliæ ann. 1363. in Reg. 95. ch. 25: Jehan, dit Vyanne, risseur, brigueur, Hustineur, mal et outrageux parleur. Hustineurs ou esmoueurs de hustins, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 713. Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. ch. 343: *Lequel de la Place, qui estoit Hutineux et merveilleux, etc.***

† **HUTSEN**, Pyrgus, fritillus, Gall. *Cornet à jouer au dez*. Vox Belgica. Consuetudines Furnenses ex Archivo Audomarensi: *Sed licet cum tabulis et scateis ludere protracti ex Hutsen, emendabit Comiti tres lib. Domus in qua ludetur cum talis et Hutsen tres lib.*

**HUTTEN**. Glossæ Isonis Magistri: *Magalia, Hutten mapalia et magalia idem sunt, id est, casæ pastorum, quæ et tugurium. Hinc nostrum Hutte, eadem notione. Heute, Heutich, ou Logette, in Tabul. S. Quintini in Insula fol. 24.*

\* 1. **HUVA**, Modus agræ cum habitatione coloni, idem quod *Huba*. Vide in hac voce. Charta ann. circ. 1134. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 313: *Sighardus comes... duas Huvas nobili viro tradidit ad altare S. Petri.*

\* 2. **HUVA**, Discriminale, ornamentum capitis mulierum, Gall. *Huve*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 4120. *Une Huve de soye, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 133. Huvel, eodem sensu, in aliis ann. 1387. ex Reg. 131. ch. 93: Le suppliant féry laditte femme un ou deux cops parmi le visaige, dont le Huvel de sa teste chey à terre. Rursum aliæ ann. 1391. in Reg. 141. ch. 178: *Lesquelz se prirrent à icelle Margue et lui tirerent par force sa coiffe ou Huvel, que elle avoit sur sa teste, hors de son chief. Hinc**

\* **HUVATA**, Galerus, pileus, quo etiam milites cassidis loco caput tegunt, nostris *Huvette*. Stat. senesc. Bellic. ann. 1320. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 162: *Item quicumque portaverit arma deffensiva, ut pote haubergierum, sive gorionum, gorgeriam, Huvatam (male Humatam) sive capellum ferreum, etc. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 372: Jehan Gomont escuyer portoit sa Huveste en sa main, etc. Huvete, ibid. ch. 465. Aliæ ann. 1396. in Reg. 151. ch. 171: *Auquel Boulent ladite Marion eust fait semblant de getter par esbatement la Huvette, ou barrette dudit Houfroy son neveu. Aliæ ann. 1421. in Reg. 171. ch. 484: Lesquelz entrerent en la maison d'un armoisseur, et là prindrent chacun une Huvette ou capeline. Une Huvette ou coiffette, in aliis ann. 1446. ex Reg. 176. ch. 492. Ita quoque legendum, pro *Huvette* et *Havette*, in Lit. aliis ann.**

1412. et 1415. ex Reg. 168. ch. 180. et 242. Vide supra *Huca*.

† **HUVETI**, Vestis species. Instrum. ann. 1303. in Hist. Monast. Sangerm. inter Instr. pag. CLXXIV: *Item quod nullus deferat infra metas Monasterii apparentes Huvetos. Legendum forte Housias. Vide in hac voce.*

\* Vel Vestis ornamentum, idem fortassis quod *Huon* dicitur in Lit. remiss. ann. 1334. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1380: *L'avoient (icellui Thiebaut) tant trainé et batu et feru d'orbes coulx, et li avoient lors les bras et les jambes, et pris et saché par les Huons, etc.*

\* Aliud vero sonat *Huvrelau* vel *Huvrelas*, Umbraculum nempe ligneum, vulgo *Auvent*, in Arest. ann. 1312. ex Reg. *Olim parlam. Paris. fol. 135: Issues, saillies, huisseries, Huvrelas, appentis, etc. Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 288: Pluseurs jeunes gens venus pour veoir le jeu d'arbaleste se mistrent au dessoubz d'un Huvrelas ou auvant, lieu et place ordonnée pour veoir le jeu seurement. Magh. Chartul. nig. Corb. fol. 11. vº: *Item nus ne puet... faire Huvrelaus, ne autre ouvrage seur froc de vile, quesqu'il soit, sans le congié mons. l'abbé. Hinc emendanda Charta ann. 1324. in Reg. 64. ch. 2. ubi Huvetes legitur, pro Huvrelas: Si li dit habitant voloient faire Huvetes, ou appantiz, ou saillies noviaux, il en requerroient congié au froquier.**

\* **HUUS-GHELT**, Census pro domo, ex *Hus*, domus, et *Geld*, pecunia, nummus, tributum. Charta Car. Audacis ducis Burg. ann. 1469. in Suppl. ad Miræum pag. 209. col. 1: *Le droit de Huus-gheilt, qui est de quatre gros de nostre monnoye de Flandre, pour chacune maison, feu ou mesnage, qui sont et seront cy après en ladite isle. Vide Husgabulum.*

† **HUY**. Vide *Heusium*.

† **HUZARONES**. Vide *Huszarones*.

† **HYALINUM VELUM**, Vitrea fenestra, a Græco ὑάλινος, vitreus. Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 180:

Nec minus appropriant opicizi emblemata proni  
Arcus inculcos Hyalino claudere velo.

Utitur etiam Prudentius Peristeph. 12:

Tum camuros Hyalo insigni varie cucurrit arcus.

\* **HUYBA**, Vitta crinalis, Belgis, *Huyven*, in Ind. onomast. ad calcem tom. 2. Jun. Act. SS. Vide supra *Huva* 2.

\* **HUYDARDUS**, Gall. *Huydart* et *Wydart*, Locus, ut videtur, in quem aqua molendini superflua decurrit. Charta ann. 1336. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 205: *Tout le droit, l'action, saisine et propriété que lesdiz vendeurs avoient.... ou moulin et pertuis, qui sont dessouz Chaumont sur Yoné,... soit en vannes, en Huydart, en pescherie, etc. Vennes, Wydart, pescherie, etc. in alia eadem de re ibid.*

\* **HUYHO**, vox Gallica, Vir cujus uxor mœchatur. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 195: *Laquelle basselete dist audit varlet Hanuyer, tu n'oserois dire à ce compaignon là,... Huyho, qui est à dire en François, coux; lequel dist que si seroit bien: et tantost dist ledit Hennuyer audit Robin, Huyho. Huyho. V. infra Willot.*

\* **HUYSEGUE**, Rivus, ni fallor, per quem aqua fluere possit. Charta ann. circ. 1460. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Quoddam casale... confrontatum cum bastida dicti acaptantis, eidem dando suum Huissegue bonum et sufficientem, et ver-*



*sus meridiem cum domo Antonii Balmæ, Hyssegie in medio, etc.*

¶ **HYBERIENSIS**, pro *Iberiensis*, Hispaniensis : nam Hispania nuncupata olim *Iberia*. Vita S. Firm. tom. 7. Sept. pag. 51. col. 1 : *Erat in urbe Hyberiensis, nuncupata Pampolana, etc.*

¶ **HYVERNAGIUM**, IVERNAGIUM, ex Gall. *Hivernache*, vel *hivernage*. Χειμωνίον, in Nomocanone Coteleriano num. 516. *Semen Hiemale* Fletæ lib. 2. cap. 73. § 18. 19. *Hiemalis annonæ*, in Charta ann. 1178. in Probat. Hist. Guinensis pag. 349. *Fruges Hyemales*, in Speculo Saxon. l. 2. art. 48. § 11. [¶ *Bladum hiemale*, in Charta ann. 1221. ex Tabul. S. Crisp. in Cavea ; quod in alia ann. 1254. *ibid.* *Blé yvernaige* appellatur. Vide supra *Bladum*.] [¶ *Bladum Yvernagium*, in voce *Grenerium*.] Charta Mauricii Episc. Parisiensis ann. 1190. apud Brolium : *Duos modios Hibernagii in campiparte ejusdem villæ, etc.* [Charta ann. 1218. ex Tabul. Portus-Regii : *Mathæus de Meudun miles dedit Monialibus S. Mariæ de Porregio tria sextaria ordei et totidem Hibernagii in sua decima de Meudun*. Alia ann. 1227. ex Tabul. Montisfortis : *Concedimus tenenda in perpetuum libere, pacifice et quiete pro septem modiiis bladi mediolate Hibernagii et mediolate avenæ ad mensuram Montisfortis*. Engelbert. *Maghe* in Chron. Bonæ-Spei pag. 113 : *Sub censu annuo 23. modiorum avenæ et totidem Hibernagii*.]

¶ Observandum vero *Hybernagii* nomine non quodvis seminis hyemalis genus intelligi, sed proprie de illa frumenti specie accipiendum, quam *secale majus*, Gall. *Ségle* vocant. *Hybernagium* autem dicunt quod ante hyemem seratur ; quo etiam nomine distinguitur ab hordeo, avena, pisis, etc. quæ *Marceschia* et *Martius* dici solent, Gall. *Mars* et *bled Marsois*, quod ineunte Martio serantur. Porro cum de *Hybernagio* in veteribus Instrumentis occurrit mentio absque alia determinatione, vix aliter hæc vox intelligenda videtur quam de miscello frumento, nostris *Bled méteil*, quod Chartæ sequentes non obscure innunt. Charta Guidonis de Campis ex Chartul. Calensi pag. 54 : *Nec non et quatuor sextariis ad mensuram de Kala bladi ybernagii scilicet boni et legalis Mixtolii percipiendis singulis annis*. Tabular. S. Remigii Remens. : *Duos modios laudabilis bladi persolvit... medietas bladi erit avena, reliquum hivernagium, cujus hivernagii medietas erit frumentum, medietas siligo*. Charta ann. 1201. ex Chartul. Monast. Montis-Martyrum : *Itaque medietas illius modii erit de meliori Hyvernagio granchiæ nominatæ, reliqua vero medietas erit bonæ et legalis avenæ*. Charta ann. 1252. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 155 : *Concedimus... quatuor sextarios bladi ybernagii pro pitancia faciendâ eisdem die obitus nostri, in qua nostrum anniversarium celebrabunt... octo sextarios bladi ybernagii... ad faciendum panem pro generali Capitulo Ordinis S. Trinitatis*.

¶ **IVERNAGIUM**. Donatio facta Monasterio Cameræ-fontis ann. 1208 : *Concessit elemosynam scilicet tres minas Ivernagii*. Occurrit alibi.

¶ **YVERNAGIUM**, in Fleta lib. 2. cap. 41. § 1. et in veteri Charta in Hist. Montmorenc. pag. 43. Sic etiam hiemale tempus vocabant nostri. Vetus Poeta MS. :

Il ne me chaut d'esté ni de rousé,  
De froidure ne de temps Hivernage.

**HYBERNATICUM**. Polyptychus Floria-

censis : *Arant ad Hybernaticum uniusquisque perticas 4. et ad tramisium perticas 2*. Habentur ead. verba ibi non semel. [Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 12. recto : *Solvunt in passione denarios IIII. arant ad Hybernaticum perticas IIII. ad tremisium perticas II.*]

¶ **HYBERNATICA FESTIVITAS** S. Martini, in Vita Aldrici Episcopi Cenom. pag. 155. et alibi.

¶ **HYBERNIUM**, HIEMATIO, παραχρημασία, in Glossario Græc. Latino.

¶ **HYBERNUM**, nude, pro *Hibernum tempus*, Hiems. Capitulare l. ann. 809. cap. 35. et Capitul. 2. ejusdem anni cap. 13 : *In Hiberno et in æstate*. Adde lib. 3. Capitul. cap. 57. S. Ambrosius Serm. 98 : *Miser peccator dum hic Hyberni rigorem metuit, ibi tenebrarum frigus incurrit*. Vetus Chron. MS. laudatum a Baluzio : *Hybernus grandis et durus*.

¶ **HYCONIA**, Imago, ex Græco εἰκών. Charta Adelmi ann. 975. ex Chartul. Floriac. fol. 35 : *Dono... quoddam juris mei prædium... ad illuminandam scilicet sempiterni Regis Hyconiam*. Vide *Icona*.

¶ **HYDA**, HYDAGIUM. Vide *Hida*.

¶ **HYDRA**. Charta Henr. I. reg. Angl. ann. 1130. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 131 : *Do etiam eisdem monachis unam Hydram terræ adjacentem ecclesiæ, et aliam Hydram, quæ vocatur Douresel*. Quæ facile emendantur ex Bulla Greg. IX. PP. ann. 1234. eadem de re *ibid.* col. 146. ubi rectius editum est *Hida*. Vide in hac voce.

¶ **HYDRAGOGIA**, [ὕδραγωγία, aquæ ductio, canalis. Varr. apud Non. 3. 114. *Sensus (sunt) portæ, venæ hydragogiæ, cloaca intestini, h. e. sensus sunt naturæ veluti portæ, venæ veluti canales, intestini veluti cloacæ.*]

¶ **HYDRIA**. Metreta frumentaria, interdum liquidorum, et vini : *væder*. Ita Sambucus ad Leges Hungaricas.

¶ *Ydrie*, in Testam. Renati reg. Sicil. ann. 1474. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1279.

¶ **HYDRIE**, Inter ministeria sacra recensentur ab Anastasio in S. Leone PP. p. 27.

¶ **HYDROMANCII**, inquit Hincmarus Remensis tom. 1. pag. 125 : *Sunt, qui in aquæ inspectione umbras dæmonum evocant, et imagines vel ludificationes ibi videre, et ab iis aliqua audire se perhibent*.

¶ Antiquius est quod de hujusce divinationis specie tradit S. Augustinus de Civ. Dei lib. 7. cap. 37 : *Nam et ipse Numa, ad quem nullus Deus propheta, nullus sanctus Angelus mittebatur, Hydromantiam facere compulsus est : ut in aqua videret imagines deorum, vel potius ludificationes dæmonum, a quibus audiret, quid in sacris constituere atque observare deberet. Quod genus divinationis idem Varro a Persis dicit allatum*.

¶ **HYDROMELIPIOLIUM**, Locus ubi Hydromeli distrahitur, a Græc. ὑδρόμελι et πωλῆω vendo, in Actis SS. Junii tom. 2. pag. 1010.

¶ **HYDROPARASTATÆ**, Hæretici, Manichæorum assecræ, in Cod. Theod. leg. 7. 9. et 11. tit. 5. lib. 16. sic dicti forte, quod aquam exhiberent discipulis suis potandam.

¶ **HYDROPHAGI**. Gervasii Tilberiensis Otia Imperialia apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 984 : *A dextra parte descenditur ad Ægyptum, hinc ad insulam, in qua nascuntur nutrites barbam usque ad genua, qui nuncupantur Hydrophagi, quia pisces crudos come-*

*dunt*. Videtur potius legendum *Ichtuophagi*, ab ἰχθυοφάγοι.

¶ **HYDROPHYLACES**, Custodes aquarum, Latinis Castellarii, in veteri Inscriptione apud Reynesium pag. 565. Gregorius PP. X. lib. 5. tit. 11. cap. 12. in sexto : *Custodes aquarum (quos Hydrophylaces nominant) queis infigi solent annotatione signati*. Iis præerat *Consularis aquarum* lib. 1. de Aqueduct. et l. 1. de divers. offic. Vide Frontinum de Aqueductibus.

¶ **HYDROPICARE**, Hydropem facere. Alanus lib. 4. Anticlaud. :

Dum satiat, parit unda sitim, potusque sititur  
Amnis, et innumeros Hydropicat ille bibentes.

Idem in Planctu naturæ :

Dum stomachum mentes Hydropicat ardor habendi.

Utitur et lib. 7. Anticli. cap. 8 :

¶ **HYDROS**, *Psalmus, quem cantio componit organi*. Papias MS.

¶ **HYEMA**. Regula Magistri cap. 81 : *Inquinamenta caccaborum, cucumæ, vel Hiemarum, necnon et foci calorem... sustineant*. Legendum *Zemarum*. Vide *Zema*.

¶ **HYEMALES FRUGES**. Vide *Hybernagium*.

¶ **HYEMANTES**, Græcis χειμαζόμενοι, dicti Pœnitentes publici, qui propter enormia et turpia quædam delicta etiam ab ipso Ecclesiæ porticu, ubi ceteri pœnitentes stabant, arcebantur, coacti sub dio remanere omnibus aeris injuriis expositi, induti cilicio, etc. vel, ut quibusdam placet, χειμαζόμενοι dicti *Dæmoniacci*, quod hi instar navis χειμαζομένης huc atque illuc jactarentur. Vide Hofmannum, Macros fratres, Suicerum in Thesaur. Eccl. v. Χειμαζομαι et Gloss. mediæ Græc. in Χειμαζόμενοι, col. 1741.

¶ **HYLE**, Materia, a Græco ὕλη. Gervasii Tilber. Otia Imperialia apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 886 : *Hanc confusam machinam mundialem velut primordialem materiam, nunc Hylem, nunc chaos, nunc terram, nunc abyssum, nunc aquas nominant*.

¶ **HYLESATUS**, In silva genitus. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

¶ **HYLICUS**, Materialis. Responsio Marrii Victorini ad Candidum Arrianum apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 164 : *Non potest enim esse qualitas ipsa per semet, sed eo quod est, hoc ipso ὕλη est, et semper Hylica cum sit, nihil aliud quam ὕλη est*.

¶ **HYLOPANDURUM**, Vinculum gravissimum ; vox ibrida, ut videtur, a Græco ἄλλω vincio, πᾶν omne, et durum. Histor. Miscell. apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 159 : *Ex Hylopanduris constrictos trahens Bulgares captos, quos extra portam auream decollari præcepit*.

¶ **HYMERA**, Dies, Græcè ἡμέρα. Acta S. Swithuni tom. 1. Julii pag. 336 : *Phæbaque tertiam replicante Hymeram, deductus est ad præsidem*.

¶ **HYMNIGERÆ** VOCES, Quæ hymnos decantant. Hist. transl. S. Baudelii inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 4. col. 2 : *Tam procedebant cum suis turmis Deum laudantibus, quam subsequabantur cum Hymnigeris vocibus, etc.* Vide *Hymnidicus* in *Hymnus*.

¶ **HYMNIRE**, [Hymnos canere. *Prudent.*]

¶ **HYMNODIA**, Hymnorum decantatio, canticum. Fr. Arnonis Scutum Canonorum apud Duellium l. 1. Miscell. pag. 12 : *Scio, inquam, tales, qui inter juniorum ac lectionum et orationum studia... nonnunquam celestium Hymnodiarum*

sonos mellifluæ dulcedinis plenos, extra carnis sensum facti, auditu divinissimo audierint. Qua etiam voce designatum Agnus Dei, etc. legimus tom. 1. Rerum Mogunt. pag. 111: *Vidi ibidem in eodem codice symbolum Apostolicum, et Trisagion et Hymnodiam, cæteraque Græcæ, notulis musicis distincta, ne nobis clam esset, Credo, Sanctus, Agnus, etc.*

\* **HYMNOLOGUS**, Officium religiosum apud Paganos, in Inscript. Grut. et in Dissert. 7. Vandal. pag. 579.

**HYMNUS**, **HYMNARIUM**, **HYMNIZARE**, etc. *Hymni*, Eucherio et Isidoro lib. 1. de Eccl. Off. cap. 6. *Carmina, quæcumque in laudem Dei dicuntur, vocantur.* Ruffinus in tit. Psal. 72: *Hymni sunt cantus continentes laudem Dei. Si sit laus, et non sit Dei; non est Hymnus; si sit laus et Dei, et non cantetur, non est Hymnus. Oportet ergo ut sit Hymnus, habeat hæc tria, laudem, et Dei, et canticum.* Huic definitioni convenit Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 990: Ὕμνος, δοξολογία, μετὰ ἐκπλήξεως. Sed et Psalmos Hymnos interdum vocat Cassianus l. 3. de Cœnob. Instit. cap. 6. ut et Victor Vitensis lib. 1. de Persecut. Vandal.: *Dum præciperet nostrorum corpora defunctorum sine solemnitate Hymnorum cum silentio ad sepulturam perducere.* Et lib. 2: *Jam enim ob celebritatem festivitatis, Hymni nocturni per totam Ecclesiam canente populo concrepabant.* *Hymnidicum*, Davidem appellat Gregorius Bæticus lib. de Fide.

**HYMNI AMBROSIANI**, ab Ecclesia recepti, ut testantur Concil. Turon. II. can. 23. Toletan. IV. can. 13. præterea Regula S. Benedicti cap. 17. in qua nude *Ambrosianum*, pro *Hymno Ambrosiano* habetur. Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 6: *Hilarius autem Gallus Episcopus Pictaviensis, eloquentia conspicuus, Hymnorum carmine floruit primus. Post quem Ambrosius Mediolanensis Episcopus, vir magnæ gloriæ in Christo, et in Ecclesia clarissimus doctor, copiosus in hujusmodi carmine claruisse cognoscitur, atque inde Hymni ex ejus nomine Ambrosiani vocantur, quia ejus tempore primum in Ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt: cujus celebritatis devotio dehinc per totius Occidentis Ecclesias observatur.* Adde Rabanus lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 49. Walafridum Strabon. lib. de Reb. Eccl. cap. 25. Honorium Augustod. lib. 2. cap. 17. etc.

**HYMNUS ANGELICUS**, dicitur a Scrip-toribus Ecclesiasticis, hymnus ille, qui in Missa canitur: *Gloria in excelsis Deo*, quod initium nempe illius ex hymno in Domini Natalitio ab Angelis decantato, desumptum sit. Hunc enim, ut ait Rupertus Tuitiensis, *ab ore Angelorum Ecclesia sancta rapuit.* Primus autem Telesphorus PP. instituit, *ut ante sacrificium diceretur*, ut auctores sunt Anastasius, Walafridus Strabo de Reb. Eccl. cap. 22. Amalarius l. 3. de Off. Eccl. cap. 8. Rabanus Maurus, Alcuinus de Divin. Off. Berno cap. 2. et ipsemet Telesphorus Epist. Decret. cap. 2. Sed an ab illo integer compositus sit, addubatur. Integrum a Telesphoro exaratum scribunt Rabanus lib. de Institut. Cleric. cap. 32. et Innoc. III. PP. lib. de Myst. Miss. cap. 20. Usque ad versiculum, *Laudamus te*, compositum a Telesphoro, cætera addita esse a S. Hilario Episcopo Pictavensi, Alcuinus prodidit. Cui favet Concilium Toletan. IV. can. 12: *Reliqua, quæ ibi sequuntur, Ecclesiasticos Scriptores composuisse scribens.* Verum

ab Hilario consummatum negat Goarus ad Eucholog. idque probat ex Athanasio, qui Hilario coævus fuit, lib. de Virginibus sub finem, qui hujus hymni pæne integri meminit, ut sua ætate ab universa Ecclesia recepti. Et certe sunt, qui putant ab ipsis Apostolis compositum fuisse, ex eo potissimum, quod integer exstet apud Clementem lib. 7. cap. 47. ubi προσευχῆς ἐωθινῆς nomine donatur. Alii ὕμνον ἐωθινὸν appellant, ut observatum est ab Usserio Armachano: δοξολογίαν Græci, si Goaro fides.

Instituit præterea Symmachus PP. ut omni die Dominico, vel Natalitibus Martyrum diceretur, ut est apud Anastas. in ejus Vita (qui etiam consulendus est in Stephano IV. pag. 96.) et Alcuinum lib. de Divin. Offic.

Ad Matutinas decantatum volunt quidam, quod in Antiquis MSS. *Hymnus in die Dominico ad Matutinas* inscribatur. Quibus astipulatur locus Athanasii supra a nobis indicatus qui sic se habet: Πρὸς τὸν ἄβρον δὲ τὸν ψαλμὸν τούτου λέγετε Ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς μου πρὸς σε ὁρῶν, διαπαύμα δὲ, εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου κυρίον. Δόξα ἐν ὕψισται Θεῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, ἡμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, καὶ τὰ ἕξῃς.

**HYMNI ANGELICI** appellatione donatum etiam interdum *Trisagium*, auctor est Microlog. cap. 11. [et Capitul. lib. 6. n. 173: *Te igitur non inchoent sacerdotes nisi post Angelicum Hymnum finitum.*] [\*] Vide Glossar. med. Græcit. col. 1630.]

**HYMNUS EVANGELICUS**, seu *de Evangelio*, idem qui *Angelicus*, Beletio cap. 36.

**HYMNI FERIALES**, qui in Feriis canuntur, apud Joannem Episcopum Abrincensem de Offic. Ecclesiasticis.

**HYMNUS S. MARLÆ**, *Magnificat*, apud Joannem Abrincens. Episc. de Offic. Eccl. cap. 6.

† **HYMNUS TRICUM PUERORUM**, olim inter Missarum solemniam decantatus, ut patet ex Brevi Expositione antiquæ Liturgiæ Gallicanæ apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 92: *Hymnum autem trium puerorum, quod post lectiones canetur in figura Sanctorum veterum, qui sedentes in tenebris adventum Domini expectabant.* Quibus concinit Canon. 13. Concil. Toletani IV: *Ut per omnes Hispaniæ ecclesias vel Galliæ in omnium Missarum solemnitate decantetur Hymnus trium puerorum in pulpito.* Exstant etiamnum hujusce ritus vestigia: Sabbato enim Quatuor Temporum post Lectiones cantari solet.

**HYMNUS S. TRINITATIS**, qui Græcis τρισάγιον, is scilicet, qui canitur ab utraque Ecclesia in die Parasceves Græce et Latine, *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*, Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Marcellinus Comes in Chronico: *Die Dominico, dum jubente Anastasio Cæsare, per Marinum perque Platonem in Ecclesia pulpito consistentes, in Hymnum Trinitatis Deipassionorum quaternitas additur, multi orthodoxorum pristina voce psallentes, perfidosque præcones clamoribus objurgantes, in ejusdem Ecclesiæ gremio cæsi sunt, etc.* Infra: *Cæteris die nocturne Hymnum Trinitatis Christo Deo psallentibus, etc.* Rursum: *Hymnum Trinitatis juxta morem Catholicorum concinentes, etc.* Quo loco agit Marcellinus de additione facta Trisagio a Petro Cnaphæo, σταυρωθεὶς διὰ ἡμᾶς, quam, ut hæreticam, proscripsit Ecclesia, in Concilio Romano I. ann. 483. Vide Zonaram in Theodosio juniore.

De Trisagio copiose disputarunt Baronius anno 483. 492. Menardus ad librum Sacrament. Gregorii M. pag. 20. 21. Meursius in Glossar. Sirmondus in Notis ad Aviti Viennensis Ep. 3. Leo Allatius de Liturgia S. Jacobi cap. 16. 17. 18. [Johan. Morinus lib. 6. de Pœnit. cap. 10. n. 7. 8. de Sacris Ordinat. pag. 211.] et alii.

**HYMNUS, Te Deum laudamus**, vulgo tribuitur S. Ambrosio et S. Augustino, in libro Psalmodum MS. quem Carolus M. ad Hadrianum PP. misit, qui in Cæsarea Bibliotheca asservatur, ut auctor est Lambecius, et apud Durandum lib. 5. Ration. cap. 8. n. 31. Unde *Hymnum Ambrosianum* vocant Gualterus Tervanensis in Vita S. Caroli Comitis Fland. cap. 38. Liber de Miraculis S. Pelini Mart. apud Ughellum tom. 9. pag. 38. etc. Vide Menardum ad Sacram. Gregor. M. pag. 399. In Breviario Casinensi, scripto sub Paschali II. PP. quod asservatur in Bibl. Institutionis Parisiensis Oratorii Jesu, inscribitur *Ymnus Sisebuti monachi*. Ita etiam in alio Cod. MS. Bibliothecæ Vaticanæ apud Card. Bona in libro de Divina Psalmodia. In Psalterio Gallico-Latino, exarato circa tempora Henrici I. *Hymnus S. Niceti* dicitur, ut auctor est Usserius Armachanus lib. de Symbolis: Sive, inquit, hic intelligendus fuerit Nicetius, sive Lugdunensis, sive Treverensis. Hujus hymni mentio est in Concilio Triburiensi ann. 821.

**HYMNI**, quorum auctores incerti, vetiti in Concilio Turon. II. can. 23.

† **HYMNICUS, HYMNODICUS**: Vita S. Leonis IX. PP. auctore Wiberto Archid. apud Murator. tom. 3. pag. 294: *Hymnicam totius Cleri harmoniam suis diris evincebat vocibus.* Placidus Diaconi Supplementum Virorum illust. Cassin. cap. 8. apud eundem tom. 6. col. 68: *Exstant quoque libri duo, in quibus celeberrima nonnulla Sanctorum et Sanctorum sacra vario describuntur metro, eorumque gesta Hymnicis proferuntur modulibus.* Vita S. Severi Archiep. Ravennæ in Appendice apud eundem tom. 2. pag. 198: *Gaudemus... quia hodie alternantibus Hymnodicis Angelorum choris intravit pascua æternæ hereditatis.* Adde Marten. tom. 6. Collect. col. 810.

† **HYMNISONUS**. Miracula S. Johannis Beverlac. tom. 2. Maii pag. 179: *Clerus quoque, viso quod factum fuerat miraculo, Hymnisonis concrepat laudibus.* [\*] Vide Forcellinum.]

\*\* **HYMNISTA**. S. Aldhelm. de laud. Bugge vers. 48. apud Maum Classic. Auctor. tom. 5. pag. 389:

Dulcibus antiphonæ pulsent accentibus aures,  
Classibus et geminis psalmodum concrepet oda,  
Hymnistæ crebro vox articulata resultat,  
Et celsum quatit clamoso carmine culmen.

**HYMNARIUM**, vel **HYMNARIUS**, Liber hymnos continens. Gennadius lib. de Script. Eccles. ait, Paulinum Nolanum Episcopum scripsisse *Sacramentarium et Hymnarium*. Leo Ost. lib. 2. cap. 52: *Duo etiam Hymnaria in choro habenda.* [Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 17: *Pro signo Hymnarii, adde ut pollicem et digitum ei proximum proferas, summatibus eorum conjunctis, quo præsens tempus, vel quod primum est significat, et hoc signum est inventum pro occasione hujus solius verbi, quo Hymnarius ita incipit, Primo dierum. Idem occurrit apud S. Wilhel. Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 21.] Adde librum Usuum Ordin. Cisterc. cap. 71. *Hymnare**

in Synodo Oxoniensi ann. 1287. cap. 12. *Ympnare*, apud W. Thorn. pag. 1935.

**HYMNIZARE**, ex Græco ὑμνίζειν, Laudare, prædicare. Jo. de Janua: *Hymnizare, laudare, vel hymnos cantare*. Honorius Augustod. lib. 3. cap. 88: *Similiter Sæpe expugnauerunt, et Deus Deus meus, tristitiam, Laudate vero Hymnizat lætitiā*. [S. Gerardus in Miraculis S. Adelardi tom. 1. Januar. pag. 121: *Cumque simul ecclesiam Hymnizantes repetissent.*] Miracula S. Agilli lib. 1. cap. 7: *Hymnizant læti, Sit summo gloria Patri cum genito Verbo, etc.* Christianus de Scala in Vita S. Ludmillæ pag. 48: *Et statuunt supradicto sermone, (Sclavico) partibus in illis Missarum solemnium cæterisque Canoniarum horas Hymnizari*. Adhelnus Abbas Malmesburiensis: *Stridula vocum symphonia, melodiz cantilenæque carmine modulatori Hymnizemus*. Adde Anonymum in Miraculis S. Ursuari per Flandr. n. 13. et Aimonium de Miracul. SS. Georgii et Aurelii lib. 1. n. 1.

† **HYMNICHARE**, Eadem notione. Fr. Arnonis Scutum Canonic. apud R. Duellium Miscell. lib. 1. pag. 12: *Scio hominem ejusmodi meæ scholæ discipulum... qui factus in agonia ac prolicius inter odores paradisiacos expallens et Hymnichans, ad inusitatum quemdam carnis ac spiritus in Dominum exultantis tremorem tam fortem quam suavem raptus sit.*

† **HYNE**. Servus prædio excolendo adductus, servus glebæ, Angl. *Hine*. Testament. Johannis de Nevill ann. 1386. apud Madox Formul. Anglic. pag. 428: *Item volo quod CC. marcæ... distribuantur inter carucarios, plaustrarios, et custodes animalium meorum, videlicet Hyne, Nethirdes, et Shephirdes, per discretionem Executorum meorum.*

**HYOPA**, Hirtus, setosus, ex Græco ὑόψ, porco similis. Luithprandus in Legat. cap. 3. pag. 81. Edit. 1600. de Nicephoro Imp.: *Barba curta, lata, spissa et semicana fœdatum cervicæ digitali turpatum, prolixitate et densitate comarum salis Hyopam, colore Egyptium, cui per mediam nolis occurrere noctem.*

† **HYPANTE**. Vide in *Hypanti*.

**HYPAPANTI**, barbata, ex Græco ὑπαπαντή, qua appellatione donatur festum Purificationis B. Mariæ, ab occursu seu obviatione tunc facta a sene Simeone et Anna vidua: unde et festum S. Simeonis appellari in Codice Remensi Libri Sacrament. Gregorii Magni monet Menardus, cui concinit Anastasius in Sergio PP. pag. 62: *Constituit autem, ut diebus Annunciationis Domini, Nativitatis, et Dormitionis sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, ac sancti Simeonis, quod Hypapantem Græci appellant, Litaniam exeat, etc.* Ugutio: *Ypapanti, indeclinabile, i. obviatio, vel occursus. Unde representatio Domini in templo, i. festum Purgationis B. Mariæ Virginis dicitur Ypapanti, et tunc Symeon occurrit Christo, et obviavit, et in ulnis suis accepit eum et præsentavit.* Flooardus lib. 3. Hist. Rem. cap. 6: *In eadem solemnitate, Hypapanti scilicet Salvatoris. Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 921: Dum sacra solennitas Hypapanti celebraretur. Gualdo in Vita S. Ansharii Archiep. Hamburg. cap. 105:*

Instatque dies Hypapanti dictus Achivis.

Joannes Episc. Abrinc. de Offic. Eccles.: *In Hypapanti, quæ dicitur Præsentatio Domini, etc.* Vide Ughellum tom. 5. pag. 528.

**HYPANTE**, aut **HYPANTI**, corrupte

dicitur apud plerosque Scriptorum de Divinis Offic. Alcuin. lib. de Divin. Offic. Amalar. lib. 3. cap. 43. Rabanum lib. 2. de Instit. Cler. cap. 33. Honorium August. lib. 3. cap. 24. etc. Ditmarus lib. 5: *Quarto Non. Febr. id est, ὑπαντή Domini, id est, obviatio justii Simeonis.* De hoc festo, et ejus initiis, pluribus agunt Baron. ad Martyrol. Menardus ad lib. Sacram. Greg. pag. 40. 41. et doctissimus Henschenius peculiari Commentario ab 2. Febr. [Adde Marten. de antiqua Ecclesiæ Disciplina in divinis celebrandis Officiis.]

† **HYPATIA**, Missilia ab Imperatoribus et Consulibus in populum sparsa. Hist. Miscell. apud Murat. tom. 1. part. 1. pag. 162: *Superpositus ei chlamydem et auream coronam, et ita processerunt, jactantibus Imperatoribus Hypatiam et trimisia et hemisia et numismata nova usque ad magnam ecclesiam.* Vide Gloss. mediæ Græc. in ὑπατεία.

**HYPATUS**, YPATUS. Dignitas in Aula CPolitana, cujus mentio est in Epist. 36. 38. 227. Joannis VIII. PP. [ὑπατος, Græcis, Consul, ut in Numismatibus passim occurrit.] Anastasius in S. Agathone PP. pag. 54: *Post hæc Patricii, Ypati, omnesque inclucti introierunt. Hypati civitatum, apud Leonem Ost. lib. 2. cap. 37: Joannes Imperialis Patricius Caielianus filius Docibilis Hypati.* Joannes VIII. PP. Epist. 38: *Docibili et Joanni Hypatis Caietæ.* Adde Ughellum tom. 1. Ital. Sacr. part. 1. pag. 582. Chron. MS. Andræ Danduli ann. 814. de Duce Venet.: *Qui ab Imperatore Leone volite susceptus, honorem Hypati, seu Imperialis Consulis ab eo obtinuit.* Ita ann. 740. 742. Servatur in Gazophylacio Canoniarum Regular. S. Genovefæ Parisiensis Bulla plumbea, in qua exaratum EYΦHMIAC ὙΠΑΤΙCΘHC. Charta Istriana ann. 804. apud Sansovinum, et Stringam in Venetia lib. 13. pag. 356: *Ab antiquo tempore dum fuimus sub potestate Græcorum Imperii, habuerunt consuetudinem parentes nostri habendi actus Tribunali, domesticos, seu Vicarios, necnon loci servator, et per ipsos honores ambulabant ad communionem, et sedebant in consessu unusquisque pro suo honore: et qui volebat meliorem honorem habere de Tribuno, ambulabat ad Imperium, qui illum ordinabat Hypatum. Tunc ille Imperialis erat Hypatus, in omni loco secundum illum Magistratum militum præcedebat.* Vide tom. 1. Canisii Antiq. Lection. pag. 120. et quæ de Hypato Philosophorum observavimus ad Alexiadem pag. 304. [qui idem videtur qui κατηχητής τῶν φιλοσόφων dicitur Anonymo in Porphyrog. n. 10. 14.] quibus adde Lambecium lib. 6. de Bibl. Cæsarea pag. 148. et lib. 7. pag. 232. [\*\*] et Glossar. med. Græcit. col. 1636. sqq.]

\*\* **HYPERBATICUS**. Virgil. Grammat. pag. 76: *Nam si Hyperbatico more in media dictione commixto alium ordinem posuisset, etc.* Vide Forcellin. in *Hyperbaton*.

† **HYPERBERETÆUS MENSIS**, October, Macedonibus ὑπερβερεταίος. Canon. Apost. tom. 1. Concil. Hispan. pag. 65: *Bis in anno Episcoporum Concilia celebrantur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent, et emergentes ecclesiasticas contentiones moveant: semel quidem quarta septimana Pentecostes; secundo vero duodecima die Mensis Hyperberetæi.*

† **HYPERBOLI LAPIDES**, (Aristophani ὑπερβολοί) *Quibus ad cervicem religatis, scelerati in profundum demergebantur. Ager Hyperbolus, creditoribus obnoxius*

*lapidis indicio vel columnæ.* Vocabul. Sussannæ.

† **HYPERBOLICUS**. Vide in *Hypobolon*.  
\* **HYPERBOREANUS**. [Idem ac *Hyperboreus*. Hieronym. in Chron. Euseb. ad an. 1560. ab Abraham. Abaris *Hyperboreanus* ariolus agnoscitur.]

**HYPERICUS**, vel ut habet Ugutio, *Ipericus, superbus*.

† **HYPERPERATA TERRÆ**. Vide in *Hyperperum*.

**HYPERPERUM**, Moneta Imperatorum Byzantinorum aurea, sic appellata, quasi ex auro eximie purilo et recocto confecta esset, quod pluribus docemus in Dissertatione de Imperatorum Constantinopolitanorum nummis, ut et hanc monetæ aureæ nomenclaturam vix cognitam ante nostrorum in Orientem expeditiones. Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 24: *Viginti duo millia Hyperperorum, et tria millia marcarum argenti examinatisimi... dicebant esse largitus.* [Edito Basileensis ann. 1564. habet, *Hyperperum*.] Male igitur dixit Robertus Cænalis lib. de Mensuris et ponderibus: *Hyperperum nummum esse qualis apud nos est Grossus Mediolanensis.* [\*\*] Vide Glossar. med. Græcit. voce ὑπερπερον, col. 1639.]

† **HYPERERUS**, apud Bernardum Theaurarium de Acquisitione Terræ sanctæ apud Murator. tom. 7. col. 678: *Nec etiam ob hoc a munerum largitione cessavit, sed singulis hebdomadibus a die festo Epiphaniæ usque ad Ascensionem Domini Hypereros aureos quantos duo viri una vice deferre poterant, etc.*

**PERPERA**, in Charta Petri Ziani, Ducis Venet. ann. 1211. in Hist. Bellunensi pag. 109: *Debent... solvere Perperas quingentos in terra salvos, etc.*

**PERPERUM**. Guntherus in Hist. Hieros. cap. 8: *Per totum annum ad 14. dies fisco regio persolvebat nummum aureum, qui Perpera vocari solet. Ferdoni, id est, quartæ parti marcæ unius æquivalens.* [Occurrit præterea in Chron. Jacobi de Voragine apud Murator. tom. 9. col. 38.] *Perperi*, apud Joannem Villanum lib. 7. cap. 73. [et Caffarum Annal. Genuens. lib. 1. apud eundem Murator. tom. 6. col. 280.]

**PERPARUS**, non semel in Tractatu matrimonii inter Ferrandum Regis Majoricarum filium, et Isabellam Guillelmi Achaïæ Principis filiam, [apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 272. et in Annal. Genuens. Oberti Cancellarii ad ann. 1164. apud Murator. tom. 6. col. 336. et 343.]

**PERPRE**. Albericus ann. 1236: *Et ex quo Rex Joannes venerat ad partes Illas, mittebat quolibet anno 22. millia Perpres ad conducendos auxilios.* Hist. Bello-rum Ultramarinarum. MS.: *Et fut droit emmi la sale, puis fist apporter Perpres d'or, etc.* Raimund. Montanerius in Hist. Regum. Aragon. cap. 121: *Enach de reschat tres milia Perpres d'or, et val una Perpra 10. sous Barcelonosos.* Adde cap. 224. 228.

**ISPERI**, et **YPERPERI**, in aliquot Chartis, laudatis in Historia nostra Franco-Byzantina.

**PURPURATI**, pro *Hyperperi*, apud Tudebodum, lib. 2. Baldricum, et Guibertum lib. 4. Hist. Hierosol. cap. 5. etc.

**HYPERPERATA TERRÆ**, ut *Librata terræ*, de qua infra, Reditus terræ, vel agri tot hyperperorum. Charta Roberti Imp. CP. apud Odoricum Rainaldum ann. 1222. n. 25: *Miles quicumque habet trecentas Yperperatas terræ ad assisam Imperatoris, per se dividet et dabit unde*

*cimam, et partem duorum millium Yperperorum, videlicet pro centum Yperperis unum et dimidium.*

**PERPIRIARIJ**, ita dicti in Regno Cyprio, regnantibus Lusiniis, homines, qui licet liberæ conditionis, obnoxii tamen erant ratione 13. hyperperorum, quæ domino feudi pensare quotannis tenebantur. *Il cavalier Loredano, nell'istor. de Re Lusiniis lib. 1: Il Perpirario era Parico, (a voce παρικός, colonus,) ma libero delle persone, e di figliuoli, così essentato da i Duchi per denari, obligato ad godimento de i terreni come i Parici, ed à contar' ogni anno XV. perperi, che erano la valuta d'un bisante.* Vide eundem lib. 7. pag. 369. et Thomam Poracchi in Descript. Insul. Italica, pag. 150. ex quo sua hausit Lauredanus.

† **HYPOBOLON**, Dotis est incrementum, vel quod mortuo marito uxori supersititi redditur supra dotem, quod est instar donationis propter nuptias, Græcis ὑποβόλον, ab ὑποβάλλειν, adjicere. Ita Lexicon Calvini. Vide *Augmentum dotis*. Hinc

† **HYPOBOLICUM INSTRUMENTUM**, Scriptum de *Hypoboli* donatione, apud Sidonium lib. 7. Ep. 2: *Quo profecto mater puellæ pro Hypobolicis instrumentis cepit actionem repetundarum velle proponere; et tunc demum de mancipiorum sponsalitiæ donationis paucitate mœrere, quando jam nepotum numerositate gauderet.* Ita emendat viri docti. Editi habent *hyperbolicis*. Vide Salsasium de Modo usur. cap. 4.

† **HYPOBRICHUM**, ὑποβρύχιον, Submersio, abyssus. Tertullianus de Idololat. cap. extremo: *Ceterum inenatabile excusis profundum est, inextricabile impactis naufragium est, inrespirabile devoratis Hypobrichum in idololatria.*

**HYPOCAMISIUM**, Vestimentum, quod subtus camisium est: ὑποκάμισιον, apud Codinum in Orig. CP. et alios, quos laudat Meursius. Glossæ MSS.: *Ypocamisiuum, vestis super camisium.* Leg. subter. Anastasius Biblioth. in Vita S. Joannis Eleemos. num. 95: *Et dicebat semper, quod posset aliquis intentione dandi pauperibus expoliare divites, et ipsum etiam Ypocamisiuum ab eis benevole auferre, et non peccare.*

**HYPOCARTOSIS**, [Tectorium sive crusta qua parietes et cameræ inducuntur.] Vide *Camaradum*.

**HYPOCAUSTORIUM**, in Monasteriis, ubi Monachi simul sese calefaciunt, *Chaufoir*. Vita S. Thiadildis Virg. n. 7: *Refectorium hyemale et æstivale, Hypocaustorium, dormitorium, cellarium, domum arearium, coquinam, . . . ædificavit.*

**HYPOCISMA**, Lex Wisigoth. lib. 11. tit. 1. § 5: *Si quis medicus Hypocisma de oculis abstulerit, et ad pristinam sanitatem perduxerit infirmum, etc.* Ubi Lindbrogius in MSS. aliquot *Hypocrisin* legi monet, ex quo *Hypopyosin* restituit Vossius, ex ὑπόπυον, i. collectio puris copiosi sub cornea oculi tunica.

\* *Hypochyma*, tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 435. ut efferunt etiam medici, vel *Hypochyse*, a Gr. ὑπόχυμα, oculi suffusio, Gall. *Cataracte*.

\* **HYPOCONDRIA**, Vox medicorum. Placent. JC. qui circa ann. 1100. vivebat in Summ. Instit. Justin. lib. 1. tit. 11: *Nisi fuerint furiosi, vel prodigii, vel in Hypochondriis perpetuo patientes.*

† **HYPOCRIS**, pro *Hypocrisis*, simula-

tio, apud Murator. tom. 3. pag. 282: *Si credere non vis, quid per Hypocrin tentare vis tanti mysterii sacramentum.*

† **HYPOCRISIS**. Vide *Hypocisma*.

**HYPODIACONISSA**. Vide *Frigidora*.

**HYPODIACONUS**, Subdiaconus, quo vocabulo utitur passim S. Cyprianus in Epistolis. Vide *Subdiaconi*.

**HYPODROMUM**, seu potius *Hypodromus*, longior porticus, *Galerie*. Papias MS.: *Hypodromum, domus declinationis ad necessitatem, et per gyrum habens arcus deambulatorios, super quos ambulat homines.* Ordericus Vitalis lib. 2. pag. 412: *Hypodromum, et per gyrum arcus deambulatorios.* Gotselinus lib. de Miracul. S. Augustini Cantuar. cap. 3: *Ductoque Comite in quoddam suum Hypodromum, tale protulit consolationis antidotum.* De hac voce plura commentatur eruditus Sirmondus ad Sidonii lib. 2. Epist. 2.

**YPODROMUS**, in Catholico Parvo. *Travail de cheval*, ubi equi ferrantur, *Travoglio*, Itali, de qua voce Menagius in Origin. Italicis, forte pro *Hippodromus*, tametsi alia sit vocis significatio.

**HYPOGÆA**, pro *Hypogæum*. Anonymus in Miracul. S. Ursuari per Flandr. n. 6: *Quæsiuit et invenit securum in Hypogæa sedentem, etc.*

\* **HYPOGNEMATOPHUS**, Magistratus apud Alexandrinos, de quo Strabo lib. 17. pag. 797. Commentariorum scriba, ὑπογνηματογράφος, *actuarius, memorialis*, in Gloss. Gr. Lat. Commentariensis, custos carceris, in lib. 60. Basil. tit. 35. c. 20. 21. Lex 59. Cod. de Decur. (50. 2.): *Si quos spontaneos Hypognematographi munificos suis exhortationibus ad publicas nominaverint functiones, jubemus, etc.* Vide Glossar. med. Græcit.

**HYPOPSALMA**, S. Augustino lib. 1. Retractat. cap. 20. est, *quod ad singulas Psalmi partes succinitur et respondetur.* Galli vocant *Refrain*.

\* **HYPOSARCHEA**, vel potius *Hyposarca*, a Gr. ὑποσάρχη, ut monet docti Editores ad vit. S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 272. col. 2: *Quatuor quidem secundum physicos sunt hydroypis species; quarum duæ, scilicet leucostancia et Hyposarcha sunt in initio, antequam radiceantur et roborentur, curabiles.*

† **HYPOTAMUS**, pro *Hippopotamus*. Epistola Johanni Presbytero seu Regi Abissinorum falso adscripta ad calcem MS. Corbeiensis: *In terra nostra oriuntur et nutriuntur elephantantes, dromadarii, cameli, Hypotami.*

**HYPOTENUSA**. Vide *Tolffmyning*.

**HYPOTHEGA**, [Officina, Gall. *Boutique*. Verum mendium esse pro *Apotheca*, merito quis suspiciatur.] Vide *Apotheca*.

† **HYPOTHECARE** et **HYPOTECARE**, Oppignerare, obligare, Gall. *Hypotequer*. Charta Adolphi Imperat. ann. 1292. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 435: *Hypothecam et impignoramus et Hypothecata et impignorata presentibus assignamus, tradimusque dicto domino Vincelao Regi Bohemie et heredibus suis pro pecunia prælibata.* Instrum. ann. 1317. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 151: *Dicebat etiam dicta D. Anna dictam terram et bona dicta patris sui quondam sibi fore obligata et Hypothecata, ratione legatorum sibi factorum.* Charta ann. 1369. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 350: *Idem Marquesius sponte sua obligavit et Hypothecavit, obligata et*

*Hypothecata esse et tenere voluit dictæ nobili Catharinæ.* Testamentum Anglici Episc. Alban. et Cardinalis ann. 1388. apud Stephanot. tom. 10. Fragment. Hist. pag. 340: *Obligans et expresse Hypothecans ac obligatari et expresse Hypothecatum esse volens.* Adde Hist. Lugdun. pag. 113. col. 1.

\* **HYPOTECATIO**, Obligatio, oppigneratio, Gall. *Hypothèque*. Charta ann. 1351. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Et hoc sub obligationibus et Hypotecationibus prædictis.*

\* **HYPOTHECARIUS**, Medicamentarius, pharmacopola, Gall. *Apoticaire*. Conc. Reg. ann. 1285. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 194: *Statuimus et sub pœna excommunicationis districtius inhibemus, ne quis Hypothecariorum vel quibus alius... toxicum vendat, nec donet;... et quod Hypothecarii quilibet ad hoc servandum juramento... astringantur.*

\* **HYPOTHYRUM**. [ὑποθύρον, ipsum vacuum ostii. Ab ὑπο, sub, et θυρα, janua. Vitruv. 4. 6.]

† **HYPPARCHUS**. Vide *Hipparchus*.

† **HYPPERUS**. Vide in *Hyperperum*.

\* **HYPSONA**. [ὑψονα, exaltatio, altitudo. Tertull. ad Scapul. 3. Sol positus in suo Hypsonate et domicilio.]

\* **HYRINES**, *Convenientiæ, series*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

**HYRITIUS**, Erinaceus. Sugerius in Ludovico VI. cap. 16: *Innumeris sagittis Hyrtiorum more hispidi, etc.*

† **HYROBI**, qui unguis non dividit. Papias.

† **HYRPEX**. Vide *Herpia*.

† **HYSITIUM**, Farcimentum. Apitius de Re culinaria lib. 2. cap. 1: *Et exinde Hysilia plassarum, quod est, effinguntur.* Vide *Isicium*.

† **HYSITIATUS**, Fartus. Idem Apitius lib. 8. cap. 7: *Pullus Hysitiatus, lepus Hysitiatus.*

**HYSOPUS**, Ugutioni, herba est,.... et dicitur Sparsorium aquæ, quia in quibusdam locis fit ex ea herba, vel propter similitudinem purgationis. Præcipitur Numer. cap. 19. ut aqua super cineres in vas infusa mundus homo aspergat hysopo eos, qui mundandi sunt. Liber Sacram. Gregorii M.: *Inde veniens ante altare, cum Hysopo aspergit ipsum altare septem vicibus.* Inventarium Ecclesiæ Eboracensis in Monastico Angl. tom. 3. pag. 171: *Una magna cova pro aqua benedicta, cum Ysopo de argento ponder. 9. libr. 3. unciar.* [Inventarium Ecclesiæ Aniciens. ann. 1444: *Item unum aspersol cum Hysopo argenti.* Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. Junii pag. LXXXIII: *Et vas argenteum ad aquam benedictionis tenendam, cum suo Hysopo ad servitium Capellæ nostræ esse convenienter mandavimus.*] Historia Abbatæ Condomensis pag. 504: *Duas canetas, et unum urceum pro aqua benedicta portanda, cum Hysopo de argento.* Vide Isidorum Hispalensem lib. 17. Originum cap. 9.

† **HYSTERICUS MORBUS**, Mulierum morbi genus, Gall. *Suffocation de matrice*; a Græco ὑστέρηξ, uterus, matrix. Vita S. Philippi Neri tom. 6. Maii pag. 633: *Per annos plures variis morbis conflictata, eoque præsertim quem Hystericum appellant, cum acris quadam distillatione, ex qua deinde putridum malignumque ulcus exortum est.*

† **HYVERNAGIUM**. Vide *Hybernagium*.

# I

## JAA

I Litera numeralis, quæ 100. denotat; unde versus :

I. C. compar erit, et centum significabit.

Seu ut habet Ugutio :

I. retinet centum, vocalibus una tenetur.

In Notis antiquis I. unum valet. Eidem literæ si recta linea superaddatur, mille significat.

I. in superscriptione cantilenæ, jusum, vel inferius insinuat, gratitudinemque pro g. interdum indicat. Ita Notkerus Balbulus opusc. *Quid singulæ litteræ significant in superscriptione cantilenæ.* Vide A.

¶ I. quandoque mutatum in A. *Balanæ* pro *Bilanz*, Gallicum *Paresse* pro *Pigritia*, Latinum *Tango* pro *ῥίγω*. Frequentius in E. *Placetum* pro *Placitum*, *Basilicus* pro *Basilicus*, Gall. *Enfer* pro *Infernus*, etc. J. consonum in G. sæpius, et vicissim. Promiscue fere scribuntur *Gardinum*, *Jardinum*, *Gaola*, *Jaola*, etc. Idem J. consonum pro Ch. *Jaable* pro *Chable*. Ejusdem perpetua mutatio est in Gi apud Italos, ut *Giesu* pro *Jesu*, *Giusto* pro *Justus*, *Giurare* pro *Jurare*. I. quandoque sublatum *Strumentum*, pro *Istrumentum* vel *Instrumentum*. Nihil necesse est moncam I. pro Y. sæpius reperiri, ut Y. pro I. Mutationes aliæ rariores.

\* I, pro Et, in vett. Inscript. apud Vignol. pag. 335: *ABIENTIA CESQUET IN PACE DEPOSITA XIII. KAL. MAR. QUÆ VIXI ANNIS L. MEN. I. I DIES VII.* Ubi Vignolius: *i dies, pro et dies.*

\* I aliquando vocibus præponitur, ut videre est infra in *Ipsonio*.

\* JA, nostris alias, idem quod nunc A *jamais*, In omne tempus. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 33. r. ad ann. circ. 1275: *Nous le mesimes hors de no prison... et li fesimes jurer seur sains que il n'entreroit en le vile, devant là que li esquevin le rapeleroient; et frémames en no conseil que che ne seroit ne à ore, ne à Ja.*

\* JA FUST vero, pro vulgari *Quoique*, *Quamvis*, etsi, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 374: *Iceula sergens moult durement lievent de cordes ledit Jehan Lose, Ja fust il leur desist qu'il estoit cleric.*

¶ JAABLE, Rudens, Gall. *Chable*, vel *Cable*. Epistola Guidonis de Dampetra ad

## JAC

Philippum Aug. ann. 1113. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1114: *No-verit serenitas vestra, quod G. de Gaubertem tradidit mihi in turri de Riomo hæc quæ sequuntur: xxxi. sextaria frumenti... xi. m. quarellorum, et ccc. quarellas ad duos (pedes) ii. cros. iii. pis. ii. martellos, viii. parvas targias et iv. magnas, et i. Jaable et iv. glomos filii.*

\* JAASOU et JAASOUR, vox Gallica, Instrumentum, quo aratrum terra purgatur. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 365: *L'exposant prist un Jaasou, qui estoit devant lui sur la charrue, lequell ilz ont acoustumé de porter pour curer et vuider leur charrue, quant elle se charge trop de terre.* Infra: *Jaasour. Jazour*, in aliis ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 320: *Icellui Renier couru sus audit Guoit à tout le Jazour ferré, dont on cure la charrue.*

¶ JABUS, id est, *Deumæ* xi. uno subtracto de libra. Papias. [\*\* Richer. Histor. lib. 1. cap. 5: *Ovis vero tribus unciis atque vacca Iabo tollebat.*]

JACCA, nostris *le ratelier des chevaux*. Vegetius lib. 1. Artis veterin cap. 56: *Cratis quæ Jacca (alias cocca) vocatur a vulgo, pro equorum stratura, nec nimis alta sit... nec nimis humilis.*

¶ JACCHENSES FLORENTI, Moneta Catalaunis et Aragonis nota, quæ sic dicta est, ut puto, ab urbe *Jacca*. Visitatio Popleti monasterii in diocesi Barchinon. ann. 1316. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1348: *In bursaria vero erant 87667. solidi et novem denarii Barchinonenses, reductis Jacchensibus, Turonensibus, grossis, Florentis in Barchinonenses, computando 12. Jaccenses pro 14. Barchinonensibus, et Turonenses grossosque 15. denariis Barchinonæ et florenos auri de Florentia pro 16. solidis Barchinonensibus. Jacchenses vero sunt in universo 42574. solidi 9. denarii Jacchenses Florenti 100. Turonenses vero grossi sunt circa 2600.* [\* Curia 2. gener. Terracon. sub Jacobo I. reg. Aragon.: *Apud Ilerdam et in locis, ubi currit moneta Jaccensis, etc.*]

\* JACEA, Mentha. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Jacea, dicitur Gallice Menthe.* Nota nostris vox *Jacée*.

\* JACELLUM, Una rete, in Glossar. Lat. Ital. MS. *Giacchio*, Acad. Crusc. Vide infra *Jacula* 2.

## JAC

¶ JACENTIA, *Subciva, reliqua*, in Glossis Isid. Melius in Excerptis *Subciva*. Dicitur de fundis inter colonos indivisis, quæ reliqua erant. *Jacent* enim quæ sunt sine possessore, teste Papiano lib. 37. tit. 3. leg. 3.

\*\* JACENTIA COMESTUS. Vide infra *Obstagium*, et *Haltaus*. Glossar. Germ. col. 1020. voce *Inlager*, col. 1268. voce *Liegen*.

\* JACENTIAE, Idem quod *Adjacentiæ*, Loca vicina eidem domino parentia vel subjecta, appendices. Charta ann. 1053. apud Murator in Antiq. Estens. pag. 203: *Cum suorum pertinentiis et Jacentiis.* Alia ann. 1100. ibid. pag. 313: *Cum omni jure, Jacentiis et pertinentiis earum rerum per loca et vocabula ad ipsas pertinentia superius et inferius.*

JACENTIVUS. Vide *Arbor* 1.

1. JACERE, Gistum. Charta Ludovici VII. ann. 1144. pro Monachis Argentolii in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano f. 152: *Præter Jacere nostrum, et exercitum et equitationem.* Alia ejusdem Regis et anni, in Tabul. S. Dionysii: *Tallium de annonæ, quæ dicitur mestiva, avenam, quam accipiebat ab unoquoque hospite, porcos seu frescingias, anseres, et gallinas, Jacere, et procurari, sive ipse, sive sui,.... corveas, etc.* Occurrit ibi rursus. Pactum inter Monachos S. Dionysii et Advocatum de Solemniaco ann. 1233: *Recognosco quod nec ego, aut hæredes mei possumus Jacere vel manere, vel aliquid capere in domo S. Dionysii apud Solemniacum.* Guigo II. Prior Cartusiæ in Statutis ejusd. Ord. cap. 36. § 4: *In superiori aulem domo non nisi religiosi hospites Jacere consueverunt.* Ita usurpant Statuta antiqua ejusdem Ordinis. cap. 8. § 42. cap. 9. § 28. Itinerarium Petri de Columbaria Cardinalis tom. 1. Bibl. Labbei pag. 354. etc.

¶ 2. JACERE, Abjicere, contemnere, negligere. Statuta Canonorum Regul. apud Raimundum Duellium lib. 1. Miscell. pag. 87:

Qui bona despiciunt, de justis projiciuntur.  
Qui latrariam Jaciunt, cum dæmonibus patientur.

\* 3. JACERE FÆDUS, pro Inire. Annal. Laur. Bonincont. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 92: *Anno salutis 1405. rei frumentariæ inopia Nicolaus Estensis relicto Franciscio Patavino, cum quo fœdus Jecerat, etc.* [\*\* Pro *Icerat*.]



\* 4. **JACERE** DE PARTU, DE PUERO, Cubare ex puerperio, Gall. *Estre en couches*. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 24. r. : *Item dixit... quod ipsa quæ loquitur, in dicta domo Jacebat de partu, etc.* Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 134 : *Quæ quidem Margareta tunc de puero Jacens et propter hoc se balneabat, etc.* Vide supra *Gesina* 1. et infra *Jassina*.

JAGENTIBUS COLUMNIS opus novum impedire, id est, priusquam ædificium eductum et elevatum fuerit, in Lege Bajwar. tit. 11. cap. 6. § 1.

\* **IACET LITERA**, Id est ut litera sonat, ut vox proprie significat : Ital. *Letteralmente, secondo la lettera*, Gall. à la lettre. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 284 : *Et dicta statuta, vel aliquid dictorum statutorum non possit interpretari, vel sensus mutari per aliquem sapientem, vel aliquem alium, nisi sicut litera lacet* ; et tom. III. pag. 387 : *Sed sicut condempnatio et litera condempnationis lænet ita simpliciter intelligatur.* [Fr.]

\* **JACHA**, Inter res aromatarias recensetur, in Convent. Saonæ ann. 1526 : *Pro quibuscumque generibus specierum seu aromatum et drogariarum, videlicet..... cardeghi, Jachæ, etc.*

† **JACHERIA**, Terra novalis, Gall. *Jachere*. Tabularium Fossatense : *Habet corveias octo diebus per annum... in Jacheris duobus diebus, in binalibus totidem, et in seminalibus totidem, in marchesis uno die, et in vindemis uno die.* Vide *Gascaria*. [\* Vide infra *Jascheria*.]

† **JACHTIVUS**, Ad iudicium citatus. Vide in *Abjectire*.

† **JACINTUS**, pro *Hyacinthus*. Lapis pretiosus, apud Bernardum de *Breydenbach* Itiner. Hierosol. pag. 111.

† **JACIS**, pro *Ajasis*, Vicaria, districtus. Vetus formula apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 552 : *Tradimus... manso nostro in pago Arvernico, in Jace illo, in villa illa, quæ de alode vel atracto vissi sumus habere, cum castis, tictis, ædificiis, etc.* Vide *Ajasis* 1.

**JACKE**, **JACQUE**, Sagum militare, quod loriceæ superinduebatur : nescio an a *Jacobs* factiosis, de quibus mox, nomen sumperit. Thomas Walsingham ann. 1379. pag. 239 : *Quod mille loricæ, vel tunicas, quas vulgo Jackes vocant, redemerit de manibus creditorum.* Infra pag. 249 : *Arreptum quoddam vestimentum ipsius, quale Jacke vocamus, et inpositum lanceæ, pro signo ad sagittas suas posuerunt.* Chronicon MS. Bertrandi Guesclini :

S'avoit chascun un Jaque par dessus son haubert.

Alibi :

Car il fut bien armez de ce qu'il luy failli,  
S'ot un Jasque moult fort de bonne soie empli,  
Le baccinet au chief, etc.

Frøissartes 4. vol. cap. 114. sub ann. 1193 : *Et voit adonc vestu un court Jaques d'un drap d'or à la façon d'Allemagne.* Octavianus de S. Gelasio in *Viridario* honoris :

Jaques, plastrons, voulges, et albardes.

Occitani *Jaquetos* vocant, quod nostri *Pourpoint*.

Describitur porro ejusmodi vestis militaris species in Charta, quæ asservatur in Camera Computor. Paris. hocce titulo : *Memoire de ce que le Roy veult, que le Francs archers de son Royaume soient habillez en Jaques d'icy en avant, et pour ce a chargé au Bailly de Mante en faire un*

*get : et semble au dit Bailly de Mante, que l'habillement de Jacques leur soit bien prouffitable et avantageux pour faire la guerre, veu qui sont gens de pié, et que en ayant les brigandines, il leur faut porter beaucoup de choses, que un homme seul et à pié ne peut faire. Et premierement leur faut desdits Jacques de 30. toilles, ou de 25. à un cuir de serf à tout le moins : et si sont de 31. cuir de serf, ils sont des bons. Les toilles usées et deliées moyennement sont les meilleures, et doivent estre les Jacques à quatre quartiers, et faut que les manches soient fortes, comme le corps, réservé le cuir. Et doit estre l'assiette des manches grande, et que l'assiette prenne pres du collet, non pas sur l'os de l'espaule, qui soit large dessous l'aisselle, et planteux dessous le bras, asses faulce et large sur les costez bas, le collet fort comme le demourant du Jacques : et que le collet ne soit pas trop hault derrière pour lamour de saladé. Et faut que ledit Jacques soit lassé devant, et que il ait dessous une porte piece de la force dudit Jacques. Ainsi sera seur ledit Jacques et aisé, moiennant qu'il ait un pourpoint sans manches, ne collet, de deux toilles seulement, qui n'aura que quatre doys de large sur l'espaule : auquel pourpoint il attachera ses chausses. Ainsi flotera dedens son Jacques, et sera à son aise : car il ne vit onques tuer de coups de main, ne de flesche dedans lesdits Jacques ses hommes, et se y souloient les gens bien combattre.*

† **JACMIUM**, *Jacmarium Servitium Matrimonii*, non semel recensentur inter debita domino feudali servitia in Recognitionibus de Vouta apud Vivarienses tom. 2. ex Archivo Principis de Rohan, ut fol. 349. ubi legimus : *Sunt homines litgii prout ceteri homines, videlicet tal-habiles in Serviciis Jacmariis matrimoniorum.* Hæc *Jacmaria matrimoniorum servitia*, nihil aliud forte sunt quam census, quos domino suo solverentur il homines litgii cum maritabantur. Haud scio an a Græco γάμος, Nuptiæ, *Jacmia* seu *Jacmaria servitia* dici poterint census hujusmodi. Vide *Forismaritagium* et *Maritagium*.

**JACOBI**, ex Gallico *Jaques*, appellati factiosi quidam in agro Bellovacensi, ab eorum Capitaneo, quem *Jaque Bonhomme* vocabant, sub ann. 1358. de quibus copiose Frøissartes 1. vol. cap. 187. 188. 189. Matth. Villaneus lib. 8. cap. 67. Continuator Nangii Gall. MS. etc. qui factionem ipsam *Jaqueriam* nuncupant. Regestum 3. Memorialium Cameræ Computor. Paris. fol. 218 : *Sigillum Capitanei Rusticorum vocatorum Jacoborum decapitati apud Clavomontem in Belvacino, fuit traditum Cameræ per Thomam Brochardi Receptorem Silvanect. 11. Dec. 1356. Chronicon scriptum sub Carolo V : Anno 1358. cum Jaqueriis de Belvacino congregati sunt illi de Mucien, et destruxerunt Montmorenci. Vide Louvetum in Hist. Bellovac. tom. 2. pag. 544. et infra *Jaquæ*.*

† **JACOBIPETA**. Vide *Jacobita*.

**JACOBITA**, Qui peregrinationem instituit ad S. Jacobum Compostellanum, *Pelerin* de S. *Jacques*. Ugutio : *Jacobita, qui petit Ecclesiam S. Jacobi.* Joannes de Janua habet *Jacobipeta*. [ut et Gloss. Lat. Gall. Sangerman.]

\* **JACOBINI**, Idem qui *Jacobitæ* 2. Dominicani, in Charta Phil. V. ann. 1317. ex Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 184. Inter codices MSS. eccl. Paris. nunc Bibl. reg. unus ita inscribitur : *Fratris Jacobi de Cessolio, Jacobini, de Moribus hominum*

*et Officiis nobilitium super ludo scacorum.* Vide alia notione in *Jacobitæ* 1.

1. **JACOBITÆ**, **JACOBINI**, in Ægypto et in Terra-Sancta, dicuntur Christiani quidam certis hæresibus ac pravis opinionibus infecti, ob quas a Patriarcha Constantinopolitano olim excommunicati, et ab Ecclesia Græcica sequestrati sunt. Ita autem appellati a quodam Jacobo Severi Patriarchæ Antiocheni discipulo, qui annuente et præcipiente Timotheo Patriarcha Alexandrino Christianos ad sectam Dioscori Alexandrini Patriarchæ revocabat : cujus hæresim amplexus Anastasius Imp. ideo non semel *Jacobita* dicitur in Chronico Orientali ab Abrahamo Ecchellensi edito pag. 59. 60. 120. 121. 122. *Jacobitas* et *Jacobinos*, promiscue appellant Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 75. ubi de eorum hæresibus, Aithonus cap. 13. 14. Willebrandus ab Oldenborg in Itiner. T. S. initio, etc. Sed et Auctor Mappæmundæ MS. ita de *Jacobinis* edisserit :

Autres gens à barbarins,  
Qui se font clamer Jacobins,  
D'un Jacob qui lor maistre fu,  
Et sont Chretien corrompu,  
Par les mariages qu'il font  
As Sarazins qui pres d'eus sont,  
Et pourprennent bien celle gens  
Quarante regnes de tous sens.  
Ne croient pas confession  
A nul autre home, s'a Diu non.  
Quant il se confessent à Diu,  
Près d'eux mettent enchens et fu,  
Et cuident qu'avec la fumée  
S'en aille vers Diu lor pensée.  
Mais n'est pas ainsi comme il croient.  
Saint Jean Baptiste mescroient,  
Qui les baptisa premerains,  
Car dire lors convenoit ains  
Tous lors pechiés à lui meisme,  
Et puis recevoient Baptesme,  
Dont S. Jehan meismes dist,  
Quand li hons ses pechiés gehist  
A un autre, celle verongne,  
Qu'il a de dire sa besongne,  
Li est en liu de penitanche  
Et de ses pechiés alleganche,  
Et plus de pechie se retient,  
Quant il sçet que savoir convient  
A un autre tout son affaire,  
Ains que vers Diu se puisse traire,  
Ce dist S. Jehans li Baptistes,  
Qui par Baptesme nous rent quites  
Envers Diu de tous nos pechiés  
Par confession espurgiés,  
Dont cele gent sont déchu,  
Qui malement l'ont entendu.

De eorum Patriarcha, vide Godefridum Monachum S. Pantal. ann. 1237.

2. **JACOBITÆ**, dicti Dominicani, seu Religiosi Ordinis S. Dominici, quod eis *Hospitale Peregrinorum S. Jacobi* Parisiis ad mansionem assignatum primitus fuerit. Albericus, et ex eo Magn. Chron. Belg. ann. 1207 : *Similiter Parisiis datum est eis (Dominicanis) quoddam hospitium S. Jacobi, a quo denominantur Jacobitæ, ubi fecerunt Ecclesiam et Claustrum.* Rem plenius narrat Matthæus Paris ann. 1198. (in variant. lect.) atque, quod ii *Fratres primitivi, cum non haberent domum, ubi post prædicationis laborem declinarent, longo tempore Parisiis perdurarunt. Quo tempore fuit in eadem civitate quidam famosus Anglicus de villa S. Albani ortundus Magister Johannes dictus de sancto Albano, Physicus præcipuus, et Regis Franciæ curam gerens. Hic cum ditatus fuisset auro Franciæ, sibi quoddam hospitium comparavit in civitate prædicta pæne dilapsam et dirutum in quod solebant ex longinquis partibus venientes causa peregrinationis versus S. Jacobum in Hispania divertere peregrini, et ibidem per dies aliquot exhibere. Sed deficientibus redditibus, et ele-*

mosina substracta est, et est hospitium desolatum. Emit ergo Magister Joannes dictum Xenodochium, et exinde fecit sibi hospitium correspondens fortunæ suæ: qui cum videret dictos Fratres cotidie Missas celebrare, orationibus instare, et prædicationibus invigilare, motus iam devotione quam pietate, contulit eis prædictum Xenodochium in habitaculum sempiternum. Ex cujus hospitalis vocabulo nomen traxerunt præfati Fratres, ut Jacobitæ vocarentur ab adjecto nomine hospitalis. Donationem porro Hospitalis S. Jacobi a Magistro Johanne Decano S. Quintini factam anno 1218. observat Brolius lib. 2. Antiq. Paris. Vide Constit. Ord. Præd. dist. 12. cap. 10. § 2. At idem scriptor et Matth. Westmonasteriens. anno 1198. aliam nominis rationem videntur comminisci: Exortum est in Italia novum genus Prædicatorum, qui Jacobitæ voluerunt appellari, eo quod vitam cœperunt Apostolicam imitari. Unde a Jacob Patriarcha ita appellatos quidam, sed falso, censuere. Hocce Jacobitarum vocabulo nuncupantur apud Thierricum Valliscolorum in Urbano IV. PP. pag. 228. et Joannem Hocsemium cap. 32. Prædicatorum S. Jacobi, dicuntur in Chronico Andrensi ann. 1222.

\* 3. **JACOBITEÆ**, A Jacob patriarcha appellati, qui fratres suos ad illius exemplum supplantant. Charta ann. 1098. ex Tabul. S. Albini Andegav.: *Monachi S. Nicholai... supplantaverunt nobis benedictionem, effeceruntque apud comitem, ut jus nostrum quod repetebamus, eis potius sub nomine elemosinæ daret... Verum cum cognovissemus id agitare Jacobitas illos, etc.*

1. **JACOBUS**, Minutior moneta, vulgo *Jaques*, cujus mentio in Foris Beneharn. Rubr. de Peages art. 12. et in Consuetud. Solensi tit. 7. art. 4. *Jakes*, moneta, nescio an Anglica, occurrit etiam sub Henrico VI. apud Will. Stanford. lib. 2. de Placitis Coronæ cap. 30. [\* Vide infra *Jaquetus*.]

\* 2. **JACOBUS**, Sagum militare, nostris *Jaque*. *Jacobus* seu *Jaquemardus*, etc. in Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 157. r. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 226: *Prædictus monachus monachali habitu abjecto se armavit, et indutus quodam indumento, vulgariè *Jaque* nuncupato, etc.* Vide infra *Jaquetus*.

\* **JACONIA**. Stat. MSS. eccl. S. Laur. Rom.: *Quando canonici fuerint invitati ad funus extra ecclesiam, Jaconia dividatur inter euntes. Cujus capituli inscriptio est: De divisione Jaconiæ, id est, lucri exequiarum et funerum.*

† **JACQUE**. Vide *Jacke* et *Jacobus* 2.

† **JACQUETA**, Species vestis monasticæ. [\* Imo et Toga quævis ad usum quoque laicorum. Vide supra *Fluetum* et infra *Jaqueta*.] Statutum Cisterc. ann. 1519. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1642: *Quia generale Capitulum graviter ferens deformitates et dissolutiones vestium ante et retro fissuram, more secularium manicas latas habentium, Jacquetarum fronsatarum, stramentorum lectorum, et camistarum de canapo, etc.* Hodie *Jacquette* appellamus togam, qua utuntur pueri, usque dum feminalibus induantur, atque etiam sagulum sine manicis ad usum rusticorum.

\* **JACQUETUS**, a vulgari *Jacquet*, *Jacobus*. Charta ann. 1277. ex Chartul. Monast. in Argona: *Maria Damisons vidua supradicti Jacqueli seu Jacobi de Sancto Germano, etc.*

**JACTANDA**, *Gloratio, glorificatio*, in

Glossis MSS. ad Concilium Sardicense can. 15.

1. **JACTARE**, *Dejicere, Jetter à bas*. Capitula ad Legem Alamannor. cap. 40: *Si quis alium de caballo Jactat, etc.* [In ipsa lege tit. 67: *Si quis liber liberum in vita de caballo Jactaverit, etc.*]

† 2. **JACTARE**, Aliquid projicere ad significandum rem aliquam esse a se dimissam. Charta ann. 968. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 7: *Recognoscentes quia nullum directum habebant de ipsis campis et de ipsis vineis, et se querpiverunt, et stipulaverunt, et intra jacentem Jactaverunt et calcaverunt.* Sic in Lege Salica tit. 63. § 1. qui alicujus parentelæ et hæreditati nuntium remittebat, tenebatur quatuor fustes alminos super caput suum frangere, et illas quatuor partes in mallo Jactare, et ibi dicere ut de juramento et de hereditate et de tota illorum se ratione tollat. Vide *Festuca*, *Investitura* et *Laisus*.

\* Nostris *Jetter la pierre*, *Ludi Genus*, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 309: *Icellui jour après souper ledit Jehan le Charon dist qu'il vouloit Jetter la pierre, et y mettoit un franc au plus hardi. Dégetter* vero, Angere, sollicitare sonat, in Event. Rem. ann. 1396. ex Cod. S. Vict. Paris.: *Tu es Dégetté et temptée de diverses temptations.* Vide infra *Jactus* 11.

† **JACTARIUS**. Vide *Jacturarius*.

\* **JACTATOR**, Calculus, Gall. *Jetton*. Memor. D. Camer. Comput. Paris. fol. 52. vº: *Falsa moneta tradita de armariis magistro J. de Acheriis xv. Decembris 1362. pro Jactatoribus Cameræ faciendis mille. Item tradidi eidem cl. Jactatores argenti ad pilam Turon. et cl. alios Jactatores argenti ad scutum cum fol. lilii* Occurrit rursus ibid. fol. 58. vº. Vide infra *Jactus* 8.

**JACTATORIUM**, Machina bellica, quæ tela complura simul vel certe lapides emittebat, *Petraria*. Galbert. in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 96: *Arietes, sues, Jactatoria, scalæ et consimilia, quibus muros et lapideas compositiones destruere solent.* N. 163. 181: *Jactatoria ingenia, instrumenta.* Græcis *ἰακτοδία*.

\* **JACTATUS**. DECIMA JACTATA. Vide supra in *Decimæ*.

† **JACTIO**, f. Traditio quæ fiebat olim projiciendo festucam, ut dicitur in vocibus *Festuca* et *Investitura*. Venditio ann. 1070. Marcæ Hisp. col. 1153: *Ego Rangardis Comitissa (Biterrensis)... per hanc scripturam venditionis meæ vendo vobis omnes voces et dretaticos, possessiones vel auctoritates, quas ego habeo... et homines vel feminæ habent... per me, per fevos, vel per alodia, vel per bajulias, sive per conventias, vel per dimissiones, vel Jactitiones, seu luctuosum, sive decimum, vel qualescumque voces in Comitatu Redensi, etc.*

† **JACTIRE**, In jus vocare festucam in sinum projiciendo. Placitum Caroli M. ann. 812. apud Mabill. lib. 6. de Re Diplom. ch. 63: *Tunc ipse Salacus per triiduum se amplius, ut lex habuit, placitum suum legibus custodivit: et ipso Tingulfo ibidem Jactavit vel solsedivit: et memoratus Tingulfus nec a decto placito vinit, nec ullum direxit ad vicem suam, qui pro sonia nunciasset, sed Jactivus exinde in omnibus apparuit.* Hic *Jactivus* non tantum significat eum, qui in jus vocatur eo quo diximus modo, sed eum qui vadimonium deseruit. Vide *Abjectire*.

\* **JACTISSIUS**, *Projectus*. Charta ann. 1417. ex Tabul. S. Germ. Prat: *Ad re-*

*trahendum terras Jactissias contra dictum murum ad longum et versus dictum ambulatorium existentes.*

† **JACTURA**, *Pœna*. Atto Vercell. Episc. in Libello de pressuris Ecclesiast. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 46: *Eandem accusatoribus reprobatis imponentes Jacturam, quam convicti pati debuerant accusati.*

\* Nihil est, ut opinor, cur nativo sensu hic non accipiatur, Gall. *Perte, domage*, alias *Jacture*, ut in Charta Phil. Pulc. ann. 1306. Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 418. vº. col. 1. Pro Incommodum occurrit in Vita S. Caili tom. 7. Sept. pag. 396. col. 1: *Satius rati, mortis cum illo vel pro illo subire dispendium, totiusque Jacturam penuriæ, quam perfrui, etc.*

† **JACTURALE**, *ἐπιζημιον, Damnosum*. Suppl. Antiquarii. Gloss. Lat. Græc. Sangerm.: *Jacturale, ἐπιζημιον, Mulcta, pœna.*

**JACTURARIUS**, *Qui frequenter jacturam patitur, i. damnus*. Glossæ Isid. [Papias habet *Jacturarius*. Johan. de Janna: *Jactarius, Jacturarius, Qui frequenter damnum patitur, et proprie qui ras suas jactat in mare imminente et ingravescente tempestate. Jacturarius, a, um, Damnosus, patiens vel inferens damnum.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman: *Jactarius, Jacturarius, Domageux ou qui souffre domage.*]

\* **JACTURATUS**, *Jacturam passus*. Hist. transl. S. Corn. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 375: *Hinc nempe tantum in honore exerevit locus iste, ut etsi in tot vicibus reperitur foret Jacturatus, nullus locorum Franciæ huic se ornatu præsumpsisset ullo modo comparare.* Vide *Jacturarius*.

1. **JACTUS**, *ὄπταξις, Missile*. Ita non semel usurpat Cælius Camerarius in Ceremoniali Romano apud Baron. ann. 1191. Jacob. Stephanescus Cardin. De Coronat. Bonifacii VIII. PP. lib. 2. cap. 11:

Hoc illi, verum populus lustraverat urbem Arcubus, in more Veterum, qua tendere mos est: Atque frequens Patrem currens silpabat euntem, In quem Jactus erat valida per cuncta moneta, etc.

2. **JACTUS**, Gall. *Jet. Jacti*, falconariæ artis magistris, dicuntur laquei de corio facti, qui pedibus falconum imponi solent, ut cum eis retineantur, et jactentur ad prædandum, qui ob hoc *Jacti* dicuntur, quod cum eis jaciuntur falcones, et emittuntur ad prædam. Ita Fridericus II. Imper. lib. 2. de Arte venandi cap. 38. et alibi.

† **GETTUS**, Eadem notione, Ital. *Geti*. Constitutiones Friderici Regis Siciliae cap. 115: *Quod si avis amissa, antequam se recipiat in pristinam libertatem, volando per arborem cum Gettis et sonaliis, ab aliquo fuerit cum pastu, vel sine pastu vocata, et ad eum venerit, etc.* Hujusmodi laqueos ex canino corio fere contextos, *Gets* vel *Giez* alias nostris vocaverit, uti videre potes apud Menagium in his vocibus.

3. **JACTUS**. Consuetudines villæ de *Machau* in Comitatu Regitensi MSS. ab Hugone Comite Regitensi et Felicitate uxore editæ: *Tuit cil qui seront manent en la ville à lesgard del Majeur et des Jureis, paieront ce blé areis l'avernage à la premiere mesure et sans Gez, et l'avenance à la mesure premeraine et sans Gez.*

☞ Pro *areis* puto scribendum a *reis* distinctis vocibus, et a *reis* idem esse quod *Mensura rassa*, *Mesura a rez*, ut etiamnum loquuntur Gallo-Belgæ. Per

hæc autem verba *Mesure sans Gez*, intelligo *Mensuram minime jactam*, non agitatam, non succussatam, adeo ut *Jactus* idem sit quod supra *Calcum*. Vide *Getus*.

\* *Jactus* potius Id quod manu mensura superadditur. Charta Barth. episc. Laudun. ann. 1139. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 16: *Dimidium quoque prædicti territorii acceperunt a monachis Majoris monasterii, concedente ejusdem loci capitulo, sub trecensu viginti sextariorum frumenti ad mensuram Roceii sine Jactu*. Alia ann. 1238. in Chartul. Compend. fol. 100. vº. col. 1: *Blado ad rasum, et avena ad combulum sine Jactibus*.

¶ 4. **JACTUS**. Statuta Radulphi Episc. Trecor. ann. 1439. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1148: *Item, etiam noviter intellectimus, quod nonnulli domini temporales, et alii subditi nostri suis subditis inhihent, et non subditis comminantur, decimas et primitias nobis et Ecclesie nostræ Canonice, aliisque viris Ecclesiasticis nostrarum civitatis et diocesis debitas, et laicis et agricolis ad firmam concedi, salvo Jactu seu elatione consueta, a nostris receptoribus et dictis Canonice et aliis Clericis nostris dictas decimas recipere. Et si jam receperunt aliquem Jactum, seu elationem, in fructuum et proventuum beneficiorum nostrorum et ipsorum Canonice et Clericorum crementum facere habeant, reddentes et satagentes ipsis et eorum consanguineis et servitoribus per dicta media dictas decimas et primitias pro vili pretio attrahere et consequi. Unde cum præmissa in derogationem libertatis ecclesiasticæ... redundare constet; omnes et singulos talia de cætero facientes... excommuniemus. Haud scio an Jactus, seu Elatio, hic recte exponi queat per Hastam publicam vel auctionem, adeo ut domini temporales et alii, de quibus agitur, prohiberent ne subditi sui ad firmam reciperent decimas Clericorum; ut hi cogerentur eas præconis voci subijcere, hacque ratione ipsi temporales domini viliori pretio possent illas comparare. Textus non videtur satis emendatus.*

¶ 5. **JACTUS MISSIONUM**, Irrogatio seu Distributio pecuniæ a civibus pro communibus impensis exigendæ. Charta Philippi Regis apud Perardum pag. 348: *Major et Scabini Divionenses pro negotiis dictæ communis Divionis poterunt imponere et levare a dictis hominibus quantumcumque summam pecuniæ voluerint et viderint expedire; et si ad Jactus Missionum dictorum negotiorum dictæ communis faciendum mandatum nostrum interesse voluerit, intererit... et jurabit super sancta Dei Evangelia, quod in dictis Jactibus dictarum Missionum bene et fideliter habeat.*

6. **JACTUS MARIS**, Littus, seu potius agger, mari oppositus, *Rejet de la mer*, [*Jettée*.] Charta ann. 1242. in Probat. Hist. Guinensis pag. 502: *Vendit totam terram... cum omnibus appendiciis suis, scilicet dico et Jactu maris*. Ubi *Dicus* est nostrum *digue*, agger. Consuetudo Bituric. tit. 11. art. 14: *La fossé estant entre deux heritages, appartient au Seigneur de l'heritage du costé duquel est le Ject dudit fossé, etc.* [Obertus Cancellarius lib. 2. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 342: *Quas (paludes) a radice montis usque ad litus maris nemo potest transire propter loca aquosa et profunda, nisi per quemdam Jactum petrarum parte altiore aqua, et vocatur Jactus ille Viaregia, ad quam nemo potest pedes appro-*

*pinguare, nisi forsam parvissimo navigio; in capite Jactus cujus est pulchrum et laudabile ædificium.*]

\* *Giés de la mer*, in Charta Guid. comit. Fland. ann. 1290. ex Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 200. Quod a mare projicitur. Vide infra *Rejactus*. *Geltaton* vero usurpatur, cum merces aliave in mare projiciuntur navis sublevandæ causa. Consuet. maris tom. 1. Probat. hist. Brit. pag. 790. art. 18: *Si Geltaton se faisoit en la mer, etc.*

\* 7. **JACTUS**, nostris vulgo *Terre-jet*. Pactum ann. 1515. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Et habere debere per degam dictorum vallatorum suum Jactum et passagium*.

\* 8. **JACTUS**, Calculus, Gall. *Jetton*. Charta Caroli V. pro eccl. colleg. S. Galli de Leugiaco dioc. S. Flori ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 41: *Proviso tamen, quod de ipsis merellis seu forma Jactorum in dictis cugneis sic concessis fabricandis aut formandis, in allocatione pro moneta se non juvent, nec in aliis usibus, quam ut præmittitur, ulla tenus convertantur*. Vide supra *Gita* et *Juctor*.

\* 9. **JACTUS**, Computatio, quæ cum calculis fit, Gall. *Calcul, supputation*. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 83. Chartoph. reg. ch. 20: *Dicti commissarii reportarunt... supplicentem prælibatum, tam pro ignorantia mali Jactus dictorum comptorum suorum, quam indebita avalluatione seu appretiatione monetarum, etc.*

\* 10. **JACTUS**, nostris *Ject*, Prima perscriptio, vulgo *Minute, projet d'un acte*. Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 430: *Iceului Alleaume escriptuy de sa main la minute ou Ject d'une obligation, etc.*

11. **JACTUS**, *Vexatus*, *σκληρωθείς*. Germ. *Jactatus*. Castigat. in utrumque Glossar. Vide supra *Jactare* 2.

¶ 1. **JACULA**, pro *Jaculum*, Telum, apud Marten. lib. 2. de Ritibus Eccl. pag. 242.

\* 2. **JACULA**, Genus retis. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Vide *Jacellum* et *Jaculum*.

¶ **JACULARIS**, *ἀκοντιστής*, qui jaculatur, in Glossis Sangerman. MSS.

**JACULATOR**. Charta Amelii Episcopi Tolosani in Tabular. Abbat. Conchensis in Ruthenis n. 1: *Tali pacto, ut nullus Miles, neque cliens, neque Jaculator, etc.* Idem forte qui *Arcebalistarius*.

¶ **JACULUM**. Gloss. Isid.: *Cassiculum, Rete, Jaculum*. Legendum est, *Cassiculum, Reticulum*, ut apud Festum.

¶ **JADELLUS**. Genus vasis, fortean idem quod Gallicum *Jale*, Gabata. Charta Geraldii Abbat. S. Joannis Angeiac. ann. 1335. ex Chartulario ejusdem Monast. pag. 460: *Item debet facere Jadellos et scutellas et tersoria ipso die ad faciendum Mandatum*. [\* Vide infra *Jala*.]

\* **JADRUM**. Italis *Zadro*, Theatrum, apud Scip. Maffei in Veron. illust. part. 4. pag. 193.

\* **JAFARINUS**, Crocei coloris; *Zafferano*, Italis, *Crocus*. Charta ann. 1031. ex Bibl. reg. Cot. 17: *Ego Ermensinda inipignorator sum tibi Barnardo abbati in comitatu Narbonense, in ipso brolio prope Narbona juxta fluvium Azalis, modiatas vj. de vineas propter uncias duas de auro lafarino obtimo*. Rursum infra: *Duas uncias de auro bono Iafarino*. Vide *Aurum coccinum*.

\* **JAHOC**, **JAHOT**, in Tract. de Concord. Vet. et Novi Test. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 180. ad quas

voces in Ind. onomast. hæc notat ex Lexic. heptaglot. Castell. Nomen idoli, quod tempore Noe cultum fuisse tradunt: quin et ipsum Noe significat.

\* **JAHGEDING**, Placiti seu assisæ species. Charta ann. 1307. tom. 2. Hist. Trevir. pag. 242. col. 1: *In annuis judiciis omnibus et singulis ad ipsam Abbatiam (S. Maximini) pertinentibus, vulgarter Jahrgeding nuncupatis, etc.* Infra, *Jargedinge*.

\* **JAJA**, Cavæ species ad piscandum. Charta ann. 1215. ex Cod. reg. 4659: *De singulis navigiis hominum piscantium in Jais, qui vendunt anguillas in die Veneris ante Penthecosten, anguillam unam*. Vide *Gaja*.

\* **JAJXUM**, Terra inculta, ager virgultis obsitus. Charta ann. 1056. apud Stephanot. tom. 10. Fragin. Mss. pag. 232: *Donamus illi Jajxum, ab ecclesia S. Nicolai usque ad aquam Gapelli et usque ad vallatum, quod intra in mare*.

¶ **JALAGIUM**, **JALEAGIUM**, Jus mensuræ, ad quam exiuntur dolia vinaria, Gall. *Droit de jaugeage*. Litteræ Officialis Andegav. ann. 1269. ex Archivo S. Albini: *Fulco de Torallo minor Miles... vendidit et concessit... omnes fructus quos habere poterat... (in) avenagiis, bannis, pressoriis, pressoragiis, meseria, bonagiis, Jaleagiis, mensuris, etc.* Vide *Jalagium* in *Galo*.

\* Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 224: *Littera episcopi Laudunensis per quam similiter dedit hominibus communis Lauduni... Jalagium pro octo libris præfatæ monetæ Laudunensis et ad censum perpetuum. De anno 1177.*

\* **JALLEAGIUM**, Eadem notione, nostris *Jailaige, Jailage* et *Jalaye*. Charta Alienordis abbat. Fontis-Ebraldi ann. 1306. in Reg. C. Chartoph. reg. ch. 21: *Cum Jalleagium et mensuragium et præconis vini missio apud Lodunum Pictavensis diocesis, et omnia spectantia ad prædicta ad nos et monasterium nostrum pertineant, etc.* Alia ann. 1331. in Reg. B. ch. 33: *Le droit que il (l'èveque de Laon) demandoit et se disoit avoir par point de chartre ou tonlieu, ou rouage, ou Jailaige, etc. Jailage*, ex ead. Charta in Reg. 63. ch. 518. Charta Ludov. ducis Aurel. ann. 1483. ex Tabul. Capit. Carnot.: *Scavoit vous faisons que Marion de Saurcive, vefve de feu George Bonnemot, nous a aujourd'huy fait les foy et hommage lige de son droit de Jalaye qu'elle a à Yngre*. Vide *Jalagium* in *Galo*.

\* **JALDUS**, ab Italico *Giallo*, Luteus, croceus, flavus. Inventar. Ms. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unum copertorium de listis Jaldis et rubeis, copertum rete de serico viridi*. Vide infra *Jalidus*.

\* **JALEA**, Mensura liquidorum, nostris *Jale*, eadem quæ *Jalleia*. Vide in *Galo*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 235: *Cum de et super hoc pro quadam Jalea vini gagiassent, etc.* Redit. comitat. Namurc. ann. 1265. ex Reg. sign. *Papier velu* in Cam. Comput. Insul. fol. 22. vº: *Si a li cuens le cambage, c'est de cascade cambes, à cascade fie c'on y brasse, trois Jales de cerwoise*. Bononiensibus vero, *Jale*, interdum idem quod *Globus*, vulgo *Boule*. Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 184. ch. 386: *Le jeu de boules, que l'en nomme ou appelle (en Boulenois) le jeu de Jales*.

\* **JALETUM**, Modus agri, modii pars duodecima. Vide in *Modius*. Charta pro eccl. Laudun. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 442: *Nonaginta Jaleta... ascendendo duodecim Jaleta pro*

modio... *Unum Jaletum nemoris, etc. Vide Jaletus.*

† **JALETUS**, Modus agri, vel silvæ. Hemeræus Hist. Viromand. pag. 313: *Rodolphus Eques legaverat testamentum octo Jaletos nemorum suorum de Mortier, octo Jaletos terrarum suorum arabilium, duas falces terrarum suorum situatorum in prato de Anisiaco. Occurrit rursus in Charta Walcheri de Rumigniaco ann. 1231. ex Archivis S. Nicasis Remensis. Vide Galetus in Galo.*

\* **JALIDUS**, Idem quod supra *Jaldus*. Stat. crimin. Ripér. cap. 20. fol. 8. vº: *Item per consilium generale communitatis eligantur octo ministrales, et non ultra, bonæ reputationis et famæ; qui ministrales portare teneantur et debeant singulum biretum, sive infulam rubei seu Jalidi coloris, seu utriusque coloris, etc.*

**JALINUS**, pro *Hyalinus*, coloris vitrei, ὑάλινος. Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1274: *Obtuli eidem Ecclesie unam planetam de xamito Jalino, etc.*

\* **JALLA**, Vasis genus liquidis contentendis aptum, situla, nostris *Jaille* et *Jalle*. Arest. ann. 1345. 6. Aug. in vol. 2. arestor. parlam. Paris.: *Dicti officiales nostri jura et utilitates habent et consueverunt habere in die coronationis nostræ, necnon quandocumque et ubicumque nos contingit comedere coronam regiam portantes; scancionarius... dolia vacua, cuverios, tinas, Jallas, etc. Jura buticul. in Reg. sign. Patar Cam. Comput. Paris. fol. 155. vº. col. 2: *Celui qui les (lies) va guerre et les prend ou non dudit bouteiller, il convient qu'il apporte ou celier son sac et sa Jalle. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 195: *Icelle Jehannette print en ses mains deux seilles ou Jailles, et ala à la fontaine quérir de l'eau. Ex frequenti mutatione l in r, Jarle legitur tom. 1. Fabul. pag. 26:***

Lors a li prestres encontrez  
Deux gars qui portent une Jarle.

\* **JALLEAGIUM**. Vide supra in *Jalagium*.

\* **JALLEATA**, Mensura liquidorum, eadem quæ supra *Jalea*, nostris *Jalaie*. Charta Alfonsi comit. Pictav. et Tolos. ann. 1263. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 373: *Concedimus quod dicti religiosi Mallesienses de sexaginta tribus Jalleatis vini, in quibus nobis tenebantur, sint in perpetuum liberi. Pedag. Prior. S. Gondulfi in dioc. Bitur. ann. 1314: *Dou nuit de vin à ladite mesure (de Gien) deux deniers et une Jalaie. Jaloye, in altero ann. 1375. Testam. Joan. Lessillé ann. 1392. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 391: *Ge donne et laisse à tousjourmes aux parroisiens affluans chacun an en l'église de Juigné au jour de Pasques, une Jalaye de vin. Vide Jallia in Galo.***

**JALO**, [JALONATA, Mensura frumentaria.] Vide *Galo*.

\* **JALOIGNEUS**, Mensura annonaria, nostris ex mutatione *g* in *i* et vicissim, *Golenée* nuncupata. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 522: *Dictus Johannes fuerat deprehensus saisitus de quatuor Jaloigneis, vel circiter, avenæ. Vide supra in Golenæ et infra Jalotus.*

\* **JALONEIA**, Herbarum fasciculus, Gall. *Botte*, alias *Jaglonnée*. Charta Guil. episc. Laudun. ann. 1266. in Reg. B. Chartoph. reg. ch. 16: *Cum discordia esset inter nos ex una parte et majorem et juratos Laudunenses ex altera, super poigneis et Jaloneis (melius infra Jaloneis) quas nos diebus Sabbatis Lauduni in foro et extra per servientem nostrum capere*

volebamus de porris et caulibus et oignonis et nucibus et alijs rebus alijs venalibus, quæ ad vendendum aportabantur, dictis majore et juratis dicentibus econtra quod dictas poigneas non poteramus capere nec facere capi. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 162. ch. 322: *Une Jaglonnée, que l'en dit Jonchée d'erbe au pays (en Gatinois). Jaugle, eadem acceptatione, in aliis Lit. ann. 1413. ex Reg. 167. ch. 148: *Icellui Huet dist au suppliant: Vous avez mené l'erbe de ces prez ainsi que bon vous a semblé... Et lors le suppliant lui respondi qu'il n'estoit pas de ceux qui avoient porté les Jaugles à Sens... qu'il avoit portées les dittes Jaugles, etc.**

\* **JALOTUS**, Mensura annonaria, idem quod *Jaloigneus* supra, nostris *Jaloi*. Charta Phil. Pul. ann. 1312. in Reg. 43. Chartoph. reg. 54: *Sexdecim Jalotos, sive Jalois, Laudunenses avenæ renduales..... concedimus et donamus. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 140: *Un sac ouquel il y avoit environ un Jaloy de blé. Vide supra Galo 1.**

\* Pro mensura agraria legitur in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 64. rº: *Deux muiz et trois pugnez à le mesure de Vervin, dont li Jalois contient quatre vingt verges, et li verge vingt quatre prés. Vide Galetus in Galo.*

\* **JALOUSUS**, a Gallico *Jaloux*, Zelotypus. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 66: *Cum prædictæ mulieres habuissent ad invicem inter se verba injuriosa, eo quia ipsa Helis fuerat zelotipa sive Jalousa de ipsa Johanna.*

† **JAMBELEGUM**, id est, *Pentametrum*, apud Papiam. Agit, ut videtur, de metro seu carmine, quod lambo constet.

\* **JAMBIGINUS**. [Iambicus, ut Iambicus numerns, Capell. 9. p. 355.]

† **JAMBRIGARE**, Tegere, operire. Supplement. Antiquaril: *Jambricat, ἄνεσι, κάλυπται. [\* Leg. Imbricare, ex Castigat. in utrumque Glossar.]*

† **JAMBRICES**, καλυπτήρες, *Tegmina*, ibidem: vel legendum est *Imbricare* et *Imbrices*, quæ voces sunt notæ, vel forte *Lambricare*, a Gallico *Lambrisser*, *Lacunare*, et *Lambrices* a Gallico *Lambris*, *Lacunar*: Gallicum autem *Lambris* dictum est ab *Ambrices*, quæ Festo sunt *Regulæ*, quæ transversæ asseribus et tegulis interponuntur. Turnebus lib. 14. Adversar. cap. 12: *Lego in Festo ambrices regulas esse non tegulas, ut quidam male, id quod sensus ipse declarat, sed et Francorum lingua quæ articulo addito tabellas quibus lacunaria texuntur, aut ædes obducuntur Lambrices vocat, quod cum fit, Lambricari pro Ambricari dicit.*

† **JAMELLOCTUM**, Pannus et pilis camelorum contextus, Ital. *Giamelloto*, Gall. *Camelot*. Nisi de panno laneo vel *Jamellecto*, in Constitut. Frederici Regis Siciliae cap. 93. Vide *Camelotum*.

**JAMJAMQUE**, Continuo, in leg. 32. Cod. Th. de Decur. (12. 1.)

**JAMMUNDLING**, **JAMUNDLINGI**, Servorum, seu glebæ adscriptorum species apud Germanos, qui a *litis* et *colonis* distinguuntur in veteribus Tabulis, etsi utrisque adjungantur. Charta Ottonis M. ann. 937. in Privilegiis Ecclesie Hammaburgensis, pag. 149. et apud Goldastum tom. 2. Constit. Imper. pag. 43: *Si vero aliquis ex libertis voluerit Jammundling vel litus fieri, aut etiam colonus ad Monasteria supradicta, cum consensu cohævedum suorum non prohibeatur a qualibet Potestate, sed habeat licentiam nostra auctoritate. Habeat quoque potestatem prædictas Adalge successe-*

soresque ejus Ecclesie Hammaburgensis Archiepiscopi, super liberos et Jammundlingos Monasteriorum supradictorum in expeditionem, sive ad Placitum Regis. In Chartis Henrici II. ann. 1003. et 1014. in isdem Privileg. pag. 155. 156: *Litis, colonis, atque Jamundlingis.*

Censet Spelmanus *Jammundlingos*, eosdem esse cum *Commendatis*, liberis scilicet, qui se alterius dominio ac protectioni commendabant, ex Saxon. germaniciana, *protegere*: unde *mundium*, protectio, tutela; et *Ling*, quæ est terminatio vocabulorum Anglo-Saxonibus familiaris, et *hominem* fere, aut *hominum* speciem denotat, ut in *Adeling*, *Esterling*, et alibi docemus.

**JAMNUNG**, Ex die præsentis, continuo: occurrit non semel in Cod. Th. locis a Jac. Gotofredo indicatis.

**JAMPNA**. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 23: *Pasturas, mariscos, boscos, Jampna, brueræ, communias, piscarias, redditus, etc. Litteræ anni 1544. apud Rymerym tom. 15. pag. 59: *Centum acras prati, ducentas acras pasturæ, centum acras Jampnorum et buerorum, etc. Conventiones ann. 1551. pag. 266. ejusdem tomi: *Jampna, brueria, mariscos, boscos, etc. Jampna dici videntur loca his arbusculis obsita quas Armoricæ Jan vel Jaon nuncupant. Hæ autem arbusculæ junipero fere similes, pro foliis habent spinulas.]***

**JAMTUM**. ἐπάλατ, in Excerptis Gloss.

† **JAMUNDILINGUS**. Vide *Jamundling*.

\* **JANESTARIA**, Ager genitiss obsitus; *Jannaie*, in Ch. ann. 1384. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 485. *Janniere*, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 312: *Icelle femme s'en ala et se mussa en une Janniere en laquelle on ne la pouoit voir. Charta ann. 1243. in Chartul. Cluniac.: *Medietatem nemoris, quod dicitur Brucia, et Janestariam sitam juxta condemniam del Tronchet.... quitaverunt ecclesie Cluniacensi. Vide supra Gesteinum.**

\* **JANETI**, Nummi argentei, a Jano rege Cypri cusi. Lit. ann. 1277. ex Bibl. reg. col. 15: *Multitudo Janetorum, quos regio Affricana genuit, in Valentino regno convenit. Vide Janneti.*

\* **JANETTUS**. [Gall. genêt d'Espagne: « *Janettum* Hispanorum more insedens. (Burchard. Diar. II. ed. Thuasne pag. 16. an. 1492.) »]

\* **JANGARIA**, f. pro *Juncariæ*, Loci palustres. Vide in hac voce. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 218: *Vinæ, prata, nemora, landæ, Jangaria, ripperæ, ripaglia, molendina, etc.*

\* **JANGULARIA**, Garrulitas, nugæ; a veteri Gallico *Jangle*, unde *Jangler*. Garrire, vulgo *Jaser*, *caquetter*. Notit. vet. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 338: *Facto autem inde judicio, et sine ulla contradictione accepto; quia jam nulla debebat esse querela, quidquid deinceps tale fiebat, sicut nominatim Andegavensis episcopus ait, non jam debebat dici querela, sed sicut vulgariter dicitur, Jangularia. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 183: *Icellui Fougero courroussié de ce, dist à icelles femmes que ce n'estoit pas bien fait à elles de rapporter telles Jangles. Aliæ ann. 1389. in Reg. 136. ch. 27: *Comme iceulx se feussent prins à parler et Jangler ensamble de guerres, impositions, gabelles, etc. Hist. Caroli VI. Reg. Franc. pag. 98: *Its mirent leur information sur le bord de la table, et d'aventure en Jangler et caquetant ensamble, avec aucuns de sollicitateurs et conducteurs de la besongne, lesdites****

informations cheurent à terre. Poem. Eust. Desch. ex Cod. reg. fol. 160. col. 2 :

On les amoit aussi très loyalement ;  
Et ne Jangloit, ne meadisoit en rien.

\* Huc spectare videtur vox *Japeraille* ex Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 243 : *Icellui Bernart dist au suppliant que lui et tout son lignage ne valoient pas son tabart, et que ce n'estoient que Japeraille.*

**JANITORES**, Ostiarii, qui ultimi Ecclesiastici ordinis sunt, ait Eginhardus in Caroli M. Vide *Ostiarius*.

**JANITRICES**, ἀγαθήλων γυναῖκες, in Gloss. Gr. Lat. MS. in quo perperam scriptum *Inanitrices*. Gloss. Gr. Lat. edit. : Ἐὐνομήτος, *Conspousus, Janitrix*. Jo. de Janua : *Janitricēs dicuntur uxores duorum fratrum, quasi eandem januam terentes vel per eandem januam iter habentes*. Ex Isidoro lib. 10. cap. 8. et Gloss. ejusdem. Vide leg. 4. De Grad. et affn. (88, 10.)

\* **JANIZARI**, vel *JENIZARI*, Copiarum Turcicarum milites præstantissimi, Gall. *Janissaires*, qui a pueritia omnibus militariibus exercitacionibus instructi præcipuum sunt robur imperii Turcici : ex iis eliguntur custodes Imperatoris ; cujus aula quia *Porta Osmanica* nuncupatur, a *Janua* dictos fuisse *Janizaros* plerique dixerunt : quocirca etiam a quibusdam dicti *Militēs Januæ*. Probabile tamen non est, Musulmanos a Latino *Janitari* nomen fuisse mutuatos : quare iis suscribimus, qui inde vocabulum arcessunt, quod *Genizeri* lingua eorum signet *novos homines* sive *militēs*, qui Latinis *Tyronēs*. Hæc fere Vossius de vitilis sermonis pag. 227. *Janizaros* passim memorat recentiores, qui de rebus Turcicis scripsere. Vide Carolum de Aquino in Lexico Militari, [\*] et Glossar. med. Græcit. voce Ἐπιτάκτοι, col. 242.]

**JANIZZERI**, Sollicitatores expeditionum, in Curia Romana. Vide Octav. Vestrum lib. 1. et 2. de Judic. Aulæ Rom.

\* **JANNIZERI**, Officiales tertii ordinis in cancellaria Romana, quos male *Sollicitatores expeditionum* post Vestrum vocat Cangius. Vide Diction. Trevol. voce *Janissaires*. Steph. de Infest. Ms. de Bello inter Sixtum PP. IV. et reg. Ferdin. ann. 1482. ex Cod. S. Germ. Prat. : *Quando ceperunt præitari dictus dux Calabriæ cum suis Janizzeris, multum animose se gesserunt*. Nihil tamen forte est quominus hic milites eo nomine notissimi intelligantur. Ital. *Giannettario* et *Giannettiere*, Miles hastatus.

\* [Apud Burchardum, ed. Thuasne, II, 82. an. 1498. dicitur de militibus, scilicet *Génitaires*, non de presbyteris ecclesiastico munere fungentibus : « Et ultra alios numeros *Janizzerorum*, balistariorum et equorum levium (sic vulgariter nuncupantur) et circum circa Urbem damna faciunt infinita. »]

**JANNETI**, Nummei argentei, a Jano Rege Cyprī, cusi, in Statutis Ordinī S. Joannis Hierosolymitani tit. 19. § 83. Vide *Janeti*.

† **JANTACULUM**, *Cibus quo solvitur jejuniū ante prandium ; unde Jantaculare et Jantaculati, idem quod Jantare vel Jantari, Comedere ante prandium, solvere jejuniū secundum Hugutionem*. Jo. de Janua, qui reprehendit quosdam qui *corrupte solent proferre hac vocabula per e. in prima syllaba, scil. Gento, as, etc.* Qui scribantur hæc voces, hodie satis notum. Usi sunt quidam e Latinis. Vide

*Dejejunare et Gentare*. [\* Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 419. et Casaubon. ad Suet. in Aug.]

\* [« *Jantaculo* seu collatione per ipsum facta. (Diar. Burchardi, ed. Thasne, II, 417. ann. 1497.) »]

**JANTAR**, Parata, gistum, pastus, a Latino *Jentare* forte : [quod confirmatur ex antiqua scribendi ratione, de qua mox in *Jantaculum*.] Charta Lusitanica æræ 1168. in Hist. Episcop. Portensium 2. parte pag. 20 : *Pro parata, quod vulgo dicitur Jantar ; scilicet ut Episcopus accipiat pro illo Jantare omnem illam terram, quam habebat Ecclesia sanctæ Mariæ, etc.* Occurrit præterea ibidem in Charta Hagonis Portugalensis Episcopi æræ 1160. pag. 18. et in Charta Henrici Comitiss Portugallensis tom. 3. Monarch. Lusitan. Brandaonis pag. 282.

\* **JANTICLUM**, *Prandium. Janto, prandeo*, in Gloss. ant. forte pro *Janticulum*. † **JANTILIA**, λίθοι τραχείς, διακοπόμενοι, Lapides asperi, diffissi, in Glossis Lat. Græc. Sangerman. et aliis.

\* *Lapides aspratiles*, Gromaticis, ex Castigat. in utrumque Glossar.

\* **JANUARIUM**, Clathrum Gall. *Grille*. Consuet. Mss. monast. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305 : *Debent portari cadauera familiarium per quatuor familiares dicti monasterii coram altari B. M. Virginis extra Januaria ejusdem altaris.*

† **JANUARIUS**, Janitor. Vide in *Excluser*. [\* Chartam Radulphi de Marla in Chartul. Thenol. fol. 16. rº. subscribunt *Petrus camerarius, Godefridus buticularius, Arnulphus Januarius, Guido major de Vervin.*]

† **JANUATOR**. Jo. de Janua : *Janitor et Januator, Qui observat januam.*

† **JANUINI**, Monetæ species cusa Januæ, in Annal. Genuens. Ogerii Panis ad ann. 1204. Jacobi Auricæ ad ann. 1283. Vide *Bruneti* et *Januini*.

**JANUM**. Charta Longobardica ann. 774. apud Ughellum in Archiepisc. Beneventanis : *Nec non Ecclesia S. Mercurii, quæ posita est in Jano nostro, et de ipso Jano circa ipsam Ecclesiam largiti sumus terram modiorum 500.*

\* **JANUNINI**, Idem qui *Januini*, Monetæ species cusa Januæ. Comput. decimæ in Italia collectæ ann. 1278. pro subsidio T. S. ex Cod. reg. 5376. fol. 248. vº : *Summa expensarum... libræ cxxvij. et sol. iv. Januninorum. Genuini parvunculi, denarii minutores*, in Invent. ann. 1240. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 7. ad Hist. B. Chiaræ pag. 233. Consule ibi indicem v. *Januensis moneta*.

\* **JANUS**, Flavius, Gall. *Jaune*. Stat. Placent. lib. 1. fol. 10. rº : *Volumus quod omnes currerii, tam præsentēs quam futuri, teneantur... portare super caput caputium vel zaffardam de panno Jano.*

† **JAOLA**, pro *Gaola*, Carcer, nostris *Geole*. Computus ann. 1202. apud D. Brussel ad calcem tom. 2. de Usu feud. pag. CXXI : *Pro... Jaola reparanda LXXIII. s. Vide Geola.*

† **IAPEX**, *Felox*, in Gloss. Sangerman. MS. num. 501. An *Iapyx*, Ventus spirans ex Iapygia seu Apulia, Gr. ἰάπυξ ἕνεμος. Haud scio an huc referri queat vox *Japigus*, quam usurpat Cosmas Mariensis apud Mabill. sæc. 5. Benedict. pag. 115 :

Cosmas Martyribus sacris carmen dedit actus,  
Gregorii precibus mente pia Japygus.

† **JAPIDES**, *Spolia*, apud Papiam. † **JAPPA**, f. *Juppa*, Vestis species, Gall. *Jupe*. Diarium Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 192 : *Hæc omnia sunt*

*destruenda vel comburenda, magisque licet rusticis in dictis sacris vestibus incidere et Jappas et manicas ex eis facere, quam Presbyteris in eis peragere divina. Vide Juppa.*

\* **IAPRA**. Stat. Avenion. Mss. ann. 1244. ex museo meo fol. 51. vº : *Item statuimus quod nullus faciat infra civitatem istam femoracium, in casalibus vel in locis contiguis carreris publicis, nisi locum illum clausum habeat de pariete vel Iapra vel sepe. Sed leg. Vepre.*

† **JAPYGUS**. Vide *Iapex*.

† **JAQUE**. Vide *Jacke*.

\* **JAQUEI**, a Gallico *Jaques*, Idem qui *Jacobi*, cujus factionis, *Jaquerie* nuncupata, præcipui auctores fuerunt plebeii Parisienses, uti docent nos *Annales Victor*. Mss. ad ann. 1358 : *Contra Karolum ducentem Normanniæ et delphinum Viennensem, primogenitum regis Franciæ, qui, dicto patre suo tunc in captivitate detento, regimē regni tenebat, insurrexerunt cives et populares Parisienses, adhærentibus sibi et consentientibus fere omnibus aliis ejusdem status lingue Gallicanæ ; et facti sibi quodam capitaneo, dicto Jaques Bonhomme, ipsum ducentem ac sibi assistentes deliberaverunt interficere... Eorum capitaneus qui, quia prius se regem Jaqueorum nominabat, fuit cum uno trepode ferrato candenti seu ignito coronatus, ac demum, prout meruerat, occisus. Et sic cessavit hujusmodi tempestas*. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 87. Chartoph. Reg. ch. 117 : *Ou temps que les gens du plat pais, nommez Jaques, aloient par le pais déformans les nobles et ardans leurs manoirs, etc.* Aliæ ann. 1402. in Reg. 157. ch. 261 : *Jehan de Mons dist au suppliant, t'en faut-il parler, très fort seignant villain Jaques ; ... auquel ledit suppliant respondi, nous ne sommes point Jaques. ne de l'age pour l'avoir esté. Rursum aliæ ann. 1401. in Reg. 156. ch. 397 : *Icellui Gilet dist à Toussains hostellier et fermier du quatriemes du vin audit lieu de Vernon, qu'il estoit un villain Jaques, et qu'il allast à sa Jaquerie.**

\* *Hurons* appellati, nescio unde, iidem factiosi. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. ch. 377 : *Comme Aliames de Maresquiell fist délenuz prisonniers... pour le soupçon de avoir esté en l'ost et bataille des Hurons, nommez Jacques Bonz-hommes, à l'encontre des nobles, etc.*

\* Quæ vox, ut et *Jaques* vel *Jaquier*, deinceps injuriæ loco habita est, et pro rustico seu stolido usurpata ; quod ex jam allatis et ex sequentibus observari licet. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. ch. 247 : *Comme les habitans de Villers en Vermandois fuioient parmi laditte ville, ... un appellé Jehannin Corbel dist publiquement : ces Hurons de ceste ville ont il paour ?* Aliæ ann. 1476. in Reg. 195. ch. 1555 : *Estienne Corrade dist au suppliant pour le courrocer et promouvoir à noise plusieurs injures en l'appellant par plusieurs fois villain Huron*. Aliæ ann. 1596. in Reg. 150. ch. 258 : *Icellui prisonnier lui dist qu'il mentoit comme mauvais villain Jaques qu'il estoit*. Poema ann. 1489. inscriptum *L'aisnée fille de fortune* num. 37. ubi de Anglis :

Entre vous autres gros Jaquiers,  
On vous descoudra bien vos toiles, etc.

Ubi a sago militari, *Jaque* dicto, *Jaquiers* nuncupantur.

\* **JAQUEMARDUS**, Loricula annulis contexta. Vide supra *Jacobus* 2.

**JAQUERII**. Vide *Jacobi*.

† **JAQUETA**, Species vestis monachicæ. Statuta MSS. S. Victoris Massil. ann.



1531: *Item Statuerunt, ut omnes Monachi bonelos nigras deferant rotundos et profundos, non cornulos seu laryos nec bassos, sed mediocres, et pariter dispioides, Jaquetas, caligas, etc. Vide Jaqueta.*

\* Imo et Toga capivis ad usum etiam laicorum. Acta capit. Autiss. MSS. ann. 1523: *Sex Jaquetæ ex panno candido... pro sex pueris in albis. Vide supra Jaqueta.*

\* **JAQUETONUS**, Sagum militare, quod lorice superinduebatur, idem quod *Jacke*. Codic. 2. Car. Andegav. ultimi comit. Prov. ann. 1481. ex Schedis D. *Chaiæ* Aquens. advoc.: *Item Hectori de Montebruno capitaneo gardæ, idem dom. noster rex exsolvi ordinavit per dictum christianissimum dom. regem Francorum hæredem suum universalem xxv. marcas argenti per ipsum dom. capitaneum gardæ exbursatas in faciundo fieri Jaquetonos sagittariorum sive archerorum dicti dom. nostri regis. Vide supra Jacobus 2.*

† **JAQUETUM**, Genus vestis. Proclamatio Consilii Massil. circa ann. 1400: *Nullus homo cujuscumque conditionis existat in civitate Massiliæ de cetero portare audeat supertunicale, tunicam, cotardiam, Jaquetum, giponem: quando desuper portabitur vestis illa superior, sit et esse debeat longitudinis usque genu. Vide Jaqueta.*

\* **JAQUETUS**, Minutior moneta, nostris *Jaquet*. Charta ann. 1469. 2. Nov. ex Tabul. Flamar.: *Computando scutum auri pro decem et octo grossis auri et duobus ardicis, et pro quolibet grosso auri sex ardicis, et pro ardicis duos Jaquetos monetæ nunc currentis. Alia ann. 1472. 9. Febr. ibid.: Summa decem mutonum auri, computando, pro quolibet mutone auri decem grossos auri, et pro quolibet grosso auri sex ardicis, et pro ardicis duos Jaquetos monetæ nunc currentis. Eadem rursum leguntur in Charta ann. 1475. ex eod. Tabul. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1165: *Lesquelz hommes payerent le suppliant en faulse monnoye de Jaquetz, targes, etc. Vide Jacobus.**

† **JARBA**, pro Garba, Gall. *Gerbe*, Manipulus. Tabular. S. Martini Pontisar.: *Alelmus... ducat Monachis partem suam vel bladi vel Jarbarum.*

\* Charta ann. 1209. ex Chartul. Campan. fol. 317: *De duodecim Jarbis accipient unam pro terraggio, et alteram pro decima. Jarbe, pro Re quavis simul colligata, in Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 248. r. Acier, le cent de Jarbe, deux sols. Vide supra in Garba.*

\* Aliud vero sonat, Vasis nempe genus, f. pro *Jalle*, cupa minor, vulgo *Baquet*, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 332: *Comme le suppliant qui venoit de la riviere de Loire de querir du sablon, qu'il menoit en une charrete dedens trois Jarbes, pour faire du mortier, etc.*

† **JARBA VACCENTII**. Charta Thomæ Abbat. Sangerman. ann. 1250: *Tenemur cuilibet quadrigam cum blado conducenti ministrare in granchia nostra de Pyrodio unam Jarbam Vaccentii et in Monasterio nostro duos panes. Similia iisdem fere verbis habentur in Charta manumissionis hominum de Theodasio, Choisiaco, etc. ann. 1250. ex Archivis ejusdem Abbatæ. An vicia pro equis?*

† **JARDENUM**, Hortus, Gall. *Jardin*. Computus ann. 1333. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 276: *Apud Scaulum in primo Jardeno ubi Dominus accepit fructus aranganarum, etc. taren. 1. Legitur apud Murator. tom. 12. col. 568. 572. et alibi.*

† **JARDINUM**, Eadem notione, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 81. inter Probat. Hist. Comitatus Ebroicensis pag. 45. et alibi. Vide *Gardinum*.

† **JARDINARIUS**, Cultor *Jardini*, Gallice *Jardinier*, apud Lobinell. in Gloss. tom. 3. Hist. Paris.

\* **JARDINARIUS**, **JARDINERUS**, a Gallico *Jardinier*, Cui *jardinorum* seu horticorum cura incumbit, hortulanus, Ital. *Giardinere*. Charta Phil. Pulc. ann. 1313. in Reg. 49. Chartoph. reg. ch. 116: *Nicolaus de Malaassisia, Jardinarius noster Fontisbliaudi, etc. Alia ann. 1317. in Reg. 58. fol. 7. v. Stephanus Jardinarius jardinorum domini regis, etc. Vide in *Jardenum*.*

\* **JARDINELLUS**, **JARDINETUS**, dimin. a *Jardinus*, Hortus, Ital. *Giardinetto*. Charta Caroli reg. Sicil. ann. 1269. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 80: *Curtis in qua sunt tres domus constructæ et Jardinellus. Pactum inter reg. et abb. de Becco ann. 1308. in Reg. 40. ch. 104: Quidam ortulus seu Jardinetus prope dictum manerium, triginta perticas terræ continens.*

\* **JARDINULUS**, Eadem acceptione. Charta Odon. abb. S. Dion. ann. 1241. in Chartul. ejusd. monast. pag. 167. col. 2: *Retro domum Gaufredi cousturarii cum suo Jardinulo.*

\* **JARDINUS**, ab Horto utcumque distinguitur, in Stat. crimin. Saonæ cap. 42. pag. 94: *Nec quispiam possit nec presumat in aliquo horto, Jardino, viridario, etc. Vide *Jardenum*.*

\* **JARGEDINGE**. Vide supra *Jahrgeding*.

† **JARLERI**, apud Suecos, Idem qui *Earles*, apud Anglos, Comites. Snorro Sturlesonius in Chronico Norwegico, ubi de Herlevo: *Rex offerebat illi Jarleri nomen et comitatum.*

† **JARN-BYRTH**. Vide *Ferrum Candens*.

\* **JAROLIUM**, f. Repagulum, Gall. *Barriere*. Computus anni 1202. apud D. Brussel ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. cxvii. col. 2: *Pro licis circa fossatos faciendis, et pro Jarolio villæ parando, et pro pane portato apud Bellum montem xxiiii. l. iii. s. et dim. Vide *Garrolium*.*

† 1. **JARRA**, Species vasis, Ital. vulgo *Giarra*. Vita B. Martini Solitarii tom. 1. Aprilis pag. 807: *Accidit autem ut cucurbitulam Martini implere oleo jussus procurator monasterii Jarram oleo vacuum esse nuntiaret. Miracula MSS. Urbani V. PP.: xx. Jarras seu hidrias plenas aquæ rosacæ.*

\* Nostris *Jarre*. Inventar. ann. 1449. ex Tabul. D. Venciæ: *Item duæ Jarræ ad tenendum oleum. Vide supra Gerla et Gerula 2.*

\* 2. **JARRA**, Alia notione, quam prodit Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 144: *Cum nobis apparuerit fratres et sorores domus Dei Trecentis habere et habuisse ab antiquo usagium in forestis nostris Insularum et de Erniaco ad Jarras, quæ alias vocantur querquos, et ad fagos, etc. Vide mox *Jarro*.*

† **JARRECTA**, vernacula lingua, inquit Rocchus Pirrus, in Episcopis Catanensibus, scapha est, qua homines alveo fluminis terræ trajiciuntur.

\* **JARREIA**, **JARRERIA**, **JARRETA**, an idem quod *Jarrecta*, Scapha scilicet, qua homines alveo fluminis terræ trajiciuntur? Charta Will. ducis Aquit. ann. 1126. ex Tabul. Monast. novi Pictav.: *Concedo mediætatem pedagii de Ussello et*

*mediætatem de Lolayo et terrarum illi pertinentium et cimiterium ecclesiæ, et Jarretam cum terris sibi appendentibus. Apud Besium pag. 405. in Ch. ann. 1087. quæ de eadem re est, legitur *Jarretia*; inter schedas vero Mabillonii habetur *Jarreja*. Idem forte quod mox *Jarrigia*. Nostris *Jarie*, Morbi genus est. Lit. remiss. ann. 1467. in Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 183: *Lequel garson se plainy d'une Jarie; et dit-on que par eschivissement, mauvaistié et malice dudit garson, ou autrement, lui vint une ominade ou bosse en l'ayne, grosse comme le poing.**

† **JARRETUS**, Species pisciculi. Statuta Massil. lib. 1. cap. 17: *Pisces minuti, scilicet sardinæ, Jarreti, serclet, boguæ, etc. Hesychio ἰάρρα, est piscis genus, unde dictus videtur *Jarretus*.*

† **JARRIA**, **GERRIA**. Charta fundationis Abbatæ Brolii Grollandi in diocesi Lucionensi, ann. 1109. apud Sammarthanos: *Ego Aimericus de Bulio dono et concedo Deo et B. Mariæ et prædictis Monachis ipsum locum, qui vocatur Brolium Gollandi, et Geriam illam, et terram, que ante est, et extenditur usque ad terras Airandensium, et determinatur de valle, quæ subitus Jarriam illam est, usque in viam, quæ de Thalemundo venit.*

† **JORIA**, Eadem notione. Charta Frederici I. Imper. ann. 1157. apud Guichenonum in Bibl. Sebus. pag. 179: *Pratis, pascuis, silvis, Joriis, montibus, vallibus, etc. [Cum in hoc posteriori loco desideretur vox *Garricis*, quæ in similibus Chartis passim apponitur, suspicio est *Jarrias, Gerrias, Joriasve* nihil aliud esse quam *Garricas*, terras incultas seu loca virgultis obsita: hanc notionem patitur loci citati, neque alienam puto ab illo, quem nobis exhibet Charta ann. 1222. ex Camera Comput. Sabaudia, ubi legitur: *Accept in feudum lo Jorrat de Candubrio*. Conjecturam hanc nostram doctiorum judicio subjicimus.]*

† **JARRIGIA**, pro *Garrigia*, de qua in *Garricæ*, Terræ incultæ. Charta Wilhelmi Pictav. Comit. ann. 1073. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 466: *Sunt autem res ipsæ sitæ in episcopatu Santonense... hoc est, Ecclesiam cum omnibus ibi pertinentibus, id est, sepulturam et baptisterium cum fisco presbyteri Ecclesiæ pertinenti, cum offerendis et decimis de omni Jarrigia, vel de omnibus locis Ecclesiæ pertinentibus, etc.*

\* Et pascua, nostris, *Jarrige*. Charta ann. 1810. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 388. r. col. 2: *Derrechef avons assis ausdis religieus tout le pavage de Charros... ou le droit qui y puet appartenir pour rayon dudit paage pour xxv. livres de rente. excepté le paage de las Fons et de la Jarrige. Vide supra *Garriga*.*

\* **JARRO**, **JARRONUS**, Quercus species, Petragor. *Jarryc*. Charta Erardi dom. de Chascenai ann. 1206. in Chartul. Arremar. ch. 9: *Homines et femine de Monsterello... habebunt in perpetuum in bosco, qui dicitur Dervet, integrum usuarium... excepto Jarrone, et piro, et fago. Charta Joan. abb. Pontiniac. ann. 1244. in Chartul. ejusd. monast. pag. 41: *Præterea sciendum est quod prædicti homines... a Jarrono recrescentiarum dictæ venditionis se abstineant usque ad decem annos. Hinc *Jarion*, pro *Fustis quercinus*, in Lit. remiss. ann. 1477. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 1103: *Embastonnes de bastons et armes invasibles, comme d'espées et de grans dagues, et de gros Jarions. Cotgravo, Jarron, canthus,***

vulgo *Jante*. Vide supra *Jarra* 2. et infra *Jayna*.

† **JARROSSIA**, Viciæ genus, Hispan. *Algarova*, Gall. *Jarousse*. Charta ann. 1096. e Tabular. Casæ Dei: *Decima de siligine, de frumento, de ordeo, de avena, de Jarrossis et de vessis*.

\* Nostris *Jarroce*. Charta ann. 1326. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 713: *Item les terrages de Venours en... pois, feves, Jarroces et veces. Jorrasier vero, Pruni, ni fallor, species, in Lit. remiss. ann. 1396. ex Reg. 149. ch. 290: Pierre Lengloys de une serpe avoit copez ou jardin dudit exposant plusieurs arbres, c'est assavoir nouverdiers ou Jorrasiers*.

† **JARSA**, [Scarificatio.] Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MSS. cap. 65: *Qui de ventosis vel Jarsis minuendi sunt, omni tempore post vespas id facere debent, et deinceps per totum diem sequentem, interrim dum Horæ dicantur, in Retrochoro sedebunt, etc.* Vide *Garsa*.

\* **JASCHERIA**, Terra proscissa et nondum seminata, Gall. *Jachere*, alias *Jasciere*. Charta ann. 1218. in Chartul. S. Dion. pag. 476. col. 2: *Apud Ruolium sunt novatia, terra Arnulfi de Baude-ron, et Jasheria Rogeri de Sala. Le Roman de la Rose MS.*

Par montaignes et par rivieres,  
Par prés, par vignes, par Jascieros, etc.

\* *Jafupiere*, eodem ut videtur, intellectu, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 121: *Lesquelles vignes le suppliant ait n'agaires fait essarter et labourer au vuioit, en intention de les mettre en Jafupiere. Vide Jacheria*.

\* **JASIA**, Equa, ni fallor. Reg. episc. Nivern. ann. 1287: *Dux Jasie ad trahendum vineam. Ieqe, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 139: Le suppliant habitant de Tarbe en Bigorre loua les jumens ou eques de Raymond de Fort de Bearn.... Bon homme ne me perturbed pas les jumens ou Iequas... Derechief le suppliant dist à icellui Cloder, laissez moy aler les Iequas... En parlant desdites jumens ou Ieques, etc.*

\* *Jas* vero vel *Jau* Gallum sonat, in Fragm. versionis Gallicæ Passionis secundum Matth. tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 725: *Gil (Pierre) desnoiet davant toz et se dit: ne ni sai, ne ni n'entent ce ke tu dis. Si ussit fuers davant la cort. Se chanteit li Jas. Lo parax quant une altre ancele l'ot veut... Et cil encommeoil excommunier et jurier ke ju ne sai ke cist hom soit ke vos dites. Maintenant to parax chanteit li Jas. Ubi Matth. cap. 26. v. 74: Et continuo Gallus cantavit. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 252: *Item sur celui meismes en fromaiges, eufs et Jaux de rente. Jau ne jeluie, Gallus nec gallina, in Lit. remiss. ann. 1479. ex Reg. 205. ch. 245. Unde Joste de Jaulx, Gallorum pugna, in aliis Lit. ann. 1482. ex Reg. 208. ch. 200: Le quatrieme jour de Février, auquel jour les enfans de l'escolle avoient entrepris pour parfaire leurs esbatemens de la joste des Jaulx, d'aller courir la pouille aux champs. Vide supra in Gallus. Hinc *Baionenses Jau, id est gallum, (auratam vocant) a dorsi pinnis surrectis veluti gallorum gallinaceorum cristis, in Tract. MS. de Pisc. cap. 99. Ex Cod. reg. 6838. C.***

† **JASSEFATUM**, Navii Persici species, apud B. Ordericum de Foro Julio in Pe- regr. n. 6.

\* *Jassefutum*, tom. 1. Jan. Act. SS. pag. 988. col. 1.

IV

\* **JASSILE**, Idem quod mox *Jassium*, f. quod in eo jacent pecora. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 368: *Prædicti consules et tota universitas (S. Amancii) ... de die et de nocte causa depascendi, arramandi, pargalia, Jassilia, cortilla, cabanas pro ipsis animalibus et eorum pastoribus ac familiis intus et extra forestas et nemora... fecerant. Jasseau vero, Manipulus, fascis, vulgo Botte, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 108. ch. 6: A confessé aussi qu'il embla un Jasseau de fain, qu'il vendi à Joigny deux petits blanz. Vide supra *Jalonia*.*

\* **JASSINA**, Puerperium, nostris *Gesine*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Jassina, Prov. Decubæ. Hinc Jassinieria mulier, quæ jacet ex puerperio, in Charta ann. 1483. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 26. col. 2: Exceptis lamen hospicio hospitalis S. Marci, quod pertinet capitulo ecclesiæ cathedralis ipsius civitatis Nemausi, dedicatum principaliter pro pauperibus mulieribus Jassinieris et aliis pauperibus non infectis. Vide supra *Gesina* 1.*

† **JASSIUM**, Ovile, Provincialibus *Jas*, in Charta ann. 1478. ex Schedis D. de Mazaugues, et in Conventione ann. 1522. ex Archivo Eccl. Massil.

\* Charta an. circ. 1460. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Quoddam casale totum situm in loco de Alpibus, prope magnum Jassium, etc.* Vide supra *Jassile*.

\* **IATRIA**. [Curatio, medela. *Alcim. Avit. Ep. 74.* Supplicans ut stomachos, multis Saxonie deliciis nauseantibus, tandem parclioribus Iatriæ vestræ jejuniis attratis. (L. Quicherat: *Addenda Lexicis Latinis*.)

\* **IATRICOLABON**, *Vertibella, i. forfex medicinalis*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Pass. cap. 115: *Ex mulsa lavari bonum est quando molesti humores in aure surrexerint, et exit sæpius quod incidit, et Iatricolabon, i. vertibella, facile trahitur.*

† **IATROMEIA**, *IATROMÆA*, Medica mulier, ab *iatrōpē*, Medicus, et *ματᾶ*, obstetrix. Vetus Inscriptio apud Gruterum pag. M. CX: *D. M. Valerie berecundæ Iatromææ regionis suæ primæ. Exstat etiam in Syntagmate Reinesiano elogium Iatromææ dicatum.*

\* **JAVARINA**, Hastæ seu jaculi species. Vide supra *Gieverina*. Stat. Montis-javari. pag. 167: *Et si fuerit lancea, vel Javarina, vel aliud telum, etc.* Ibid. pag. 313: *Item pro media dozana Javarinarum solvat denarios sex.*

\* Nostris *Javart*, Carcinomatis species, hominum morbi genus. Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 130: *Lequel Robin avoit une grant maladie, que l'on appelle chancre, ou Javart, à la verge.*

† **JAVELINA**, Species hastæ, Gall. *Javeline*. Statuta Eccl. Meld. inter Instrum. Hist. ejusd. Eccl. tom. 2. pag. 513: *Neque portent enses, braccardos, venabula, Javelinas, etc.*

† **JAVELLA** DE BUSCHA, Lignorum fascis, in Tabulario Solemniacensi. Occitanis *Gavel* est Fascis sarmentorum, aliis *Javella*; quod ultimum etiam pro Spicarum mergite aliisve fasciculis accipitur. Quidam vocem *Javelle* deducunt a *Capella* seu *Capulus*, Manipulus; alii ab *Hapsus*, Manipulus, Celso, quod *Havelle* pro *Javelle* olim dictum velint. D. de Casanova *Javelle* quasi *Garbelle*, a *Garba* dictum opinatur. Vide *Menagium* in Etymol. Gall.

\* *Cujusvis rei fasciculus*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624: *Si*

*aliqua persona... exportaverit aliena fræ- sagia seu legumina, solvat de bampno... pro qualibet Javelle solidos duos. Vide supra Gavelli.*

† **JAVELLUS**. [\* Locus, ut videtur, in fluvio *Janellis* seu fasciculis coarctatus piscium capiendorum causa. Vide *Gordus*.] Tabularium Fossatense: *Apud Fossatum... salceias, insulas, gurgites, et Javellos quamplures... habet. Aliud opinor, Javelle sonat in Regesto censuum Carnotensis urbis ann. 1302. fol. 18: Marchand, qui vend charbon ou Javelle en la ville de Chartres, à sas rewidiez, etc.* [Vide *Javelle*.]

\* **JAUGERIA**, Officium dolia vinaria ad bolidem exigendi vel explorandi, Gall. *Jaugeage*. Reg. S. Ludov. in Chartoph. reg. ad ann. 1316. fol. 3. vº: *Dominus rex concessit Johanni dicto Moranc clerico scutiferiæ suæ officium Jaugeriæ vinorum villæ Cadomensis.*

\* **JAUGIA**, Doliaris capacitatis index et norma, Gall. *Jauge*; unde *Jaugiator*, Doliorum explorator. Charta ann. 1344. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 348: *Imponebatur quod ipse Gerardus Jaugias et signa facta pro Jaugiatores bonos et legitime (l. legitimos) in dolis seu caudis mercatorum mutabat et falsificabat. Esjauger et Esjaugeur, pro Jauger et Jauger, in Lit. remiss. ann. 1481. ex Reg. 209. ch. 9: Geuffroy Mornain revisiteur et Esjauger des mesures et poix ès bailleiges de Caen et Constantin;... que c'estoit son office de revisiter et Esjauger poix et mesures ès marchez.*

\* Hinc *Jauge* appellatur Pars aratri, ad quam sulcus exigitur. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. ch. 183: *Desquelles charues le suppliant print et emporta les cepts, la Jauge, deux chevilles de fer et la tune. Aliæ ann. 1388. in Reg. 132. ch. 220: Le suppliant a emblé un soich, un chasnon, une Jauge et une heuse de fer à la charrue de certaine personne qu'il ne cognoist. Inde etiam *Jaugier* un huis, Ostium effringere, illius limen effodiendo. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. ch. 55: *Le suppliant et autres firent semblant de Jaugier ledit huis et de rompre les paleçons dudit hostel. Aliæ ann. 1399. in Reg. 54. ch. 464: Icellui pionier vint audit huis garni de sondit louchet;.... et commença ledit pionier à Jaugier ledit huis et faire son effort de entrer ens.**

\* **JAULARIA**, Carcerarium, seu quod domino carceris vel *Jaulario* ab incarceratis præstatur, Gall. *Geolage*. Charta ann. 1330. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1078: *Pro prisonagio seu Jaularia solvere castellano seu Jaulario dicti castri de Lurda amplius quam duodecim denarios Morlanorum non teneantur. Aliæ ann. 1346. in Reg. 77. ch. 379: Item pro inquantu Jaulariæ et quibusdam noqueriis regiis dicti loci, facta extimatiõe... ad sexaginta solidos Turonensium parvorum, etc.* Vide supra *Geolaria* et infra *Jeularia*.

\* **JAULARIS**, *JAULARIUS*, Carceris custos, Gall. *Geolier*. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 668. art. 46: *Et non cogantur (incarcerati) recipere sibi necessaria a custode carcerum seu communitanti (l. commentariensi) quem Jaularem aut castellanum aliter contingit nominari. Vide Jaularia, et Jaulerius.*

† **JAULERIUS**, Carceris custos, Gall. *Geolier*. Codex MS. Consuetud. Tolos. fol. 41. vº: *Item præcipimus ne castellanum seu Jaulerium levant pro expensis a presonariis, nisi quantum expendent.*

36

\* 1. **JAYNA**, Quercus, trabs quercina. Comput. ann. 1400. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 149. col. 1: *Solvi duobus bastaisis, qui portaverunt trabes, Jaynas, et alia necessaria ad palmum, pro ibidem dicta die Ramis palmarum divinum officium celebrando, etc.* Alius ann. 1479. ibid. pag. 337. col. 2: *Et tam pro suo labore dicti fusterii, decem cannis Jaynae, sex cannis cabrionum, circulis et aliis fustibus necessariis, etc.* Vide supra Jarro. Hinc

\* 2. **JAYNA**, Locus quercubus consitus, quercetum. Charta ann. 1468. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Juxta faisiam sive Jaynam Joannis Alexis. Inde etiam*

\* **JAYNETA**, Armorum species, hasta, cujus hastile ex quercino ligno est. Vide supra in Jarro. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 248. col. 2: *Dedi nuncio misso per Johannem de Capellorubeo... cum literis clausis directis dominis consilibus, continentibus quod iii<sup>c</sup>. homines Spanorum cum Jaynelis veniebant contra villam Nemausi pro dampnificando eandem, et quod domini consules haberent bonam custodiam, vj. grossos.*

\* **JAZALLUM**, JAZULUM, Asur, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

**JAZERAN**, Vestis militaris species. Chron. Bertrandi Guesclini MS:

Que li Duc onterroit du tout en son comant,  
Lui disime sans plus sans vestir Jazerant.

Alibi:

Bien estoient armez de nobles Jazerant.

Rursum:

Dont chascun ot cheval couvert de Jazerant.

**Ghiazzerino**, apud Jo. Villaneum lib. 8. cap. 78. pag. 354.

\* **Loricæ annulis contexta**, Ital. *Ghiazzerino*, nostris vulgo *Cotte de maille*. *Jesseran*, in Hist. Caroli VII. pag. 514. unde *Jazequene*, maculis contextus. Inventar. bonor. mobil. Ludov. Hutini ann. 1316. apud Cangium in Observat. ad Hist. S. Ludov. pag. 75: *Item trois paires de couvertures gamboisices des armes le roy et unes indes Jazequenes.*

\* **IBALIA**, *Mavis habentia*. Glossar. Isid. ad quas Grævius: *Quid si scripserit: Ibis, Avis Ægyptia.* Vide *Hibatio*.

\* **IBER**, ἰβήρος, Mulus, in Glossis Sangerm. MSS. Vide *Iberus* 2. et *Imbrus*.

\* **IBERNAGIUM**, pro *Hybernagium*, de quo supra. Frumentum hyemale, Gall. *Hivernage*. Charta Ministri Hugonis et Capituli Majoris Monast. ann. 1224: *Domus S. Medardi de Favieres singulis annis reddet Ecclesie S. Theobaldi quatuor sextarios Ibernagii ad mensuram Brane.*

1. **IBERUS**. Pactus Legis Salicæ tit. 13. § 3: *Quicumque alienam domum violenter disturbaverit, et domus si pro firmamento Iberus habuisse probatur, qui hoc fecerit, MDCCC. den. culpabilis judicetur.* Ubi Wendelinus, *Iberus*, culmen interpretatur, ita ut *culmine* seu summo tigno domui imposito, tunc confecta et absoluta censeatur: ex Germ. ut ait, *Uber*, quod est *Culmen*, unde Belgæ *Ewer*, et *Ewerboom*, supremum lignum, vel tignum. *Uber* certe Germanis supra sonat.

Paulo aliter ab Eccardo *Iberus* ad verbum redditur, scilicet *superior domus*, sicque pro *Iberus* ait legi *domus superius* in Decretione Clotarii. Deinde observat Saxonibus esse *Superior*, ab ober, supra; *Haus* vero vel *Hus* denotari *Domum*: hincque tandem elicit

hunc esse legis sensum: *Si domus destructa, loco tecti, quod alias infimæ et unitantum contignationi incumberebat, præter illam adhuc aliam contignationem super impositam (ein oberhaus) haberet, multatam 1800. denariorum solvi debere.*

2. **IBERUS**, Equus Hispanicus. Willelmo Brito lib. 11. Philipp.:

Mox caput insectens, collumque amplexus Iberi,  
Per medias acies iterum prorumpit.

Nicolaus de Braja in Ludovico VIII:

Hic lascivit equos, quem gramen pascit Iberi.

Vide Auctores de re Veterin. lib. 2. cap. 112.

\* **IBEX**, *Rupicaprae genus*, in Amalthea. [\*Vide Forcellinum] Chron. Novaliense lib. 2. cap. 5. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 703: *In eo quippe monte asserit popularis vulgus haberi nonnulla ferarum genera, sicut et in Censio monte, ursi, Ibices, capreae, etc.*

\* **IBLADA**, Piscis marini genus. Tract. MS. de Pisc. cap. 60. ex Cod. reg. 6338. C.: *Melanurus, quem Plautus ophthalmiam vocat ab oculo magnitudine, id est oculatam: sicut et nunc Romani ochiata, Massiliense oblado, Niense Iblada, Monspolitæ nigr' oil, id est nigrum oculum. Omnes ab oculis nomen posuerunt.*

\* **IBLOSUS**, Locus, nisi fallor, ebulis consitus, Gall. *Hieble*, Sambucus humilis. Præceptum Caroli Simplicis apud Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 696. col. 2: *Quidquid excrescens Rhodanus... suis inundationibus seu alluvionibus semper reliquerit terrenum arenosum, nemorosum, arbutiferum, virgunculorum, Iblorum, palustricum, lacus, etc.*

\* **IBNALIS**, *Genus aspidis, dicta quod somno necat*. Gloss. Sangerman. MSS. Est pro Græco ἰβναλίη.

\* **ICABA**, Via, iter, ni fallor. Charta ann. 1065. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. sævi col. 197: *Unde per ipsa merisse tetigit a scripto quondam Gregorio portio ex ipsa clusuria a parte Septentrionis iusta Icaba publica, qui pergit ad ipso loco sanctum Sossium... Et scripta Icaba, qui pergiebat ad area nostra, qui modo est explanata, iusta eadem clusuria a parte Septentrionis.*

**ICANATI**, [Cohortes militares.] Vide *Domesticus*.

\* **ICASADIA**, Bona caduca. Statuta Capituli Glandatensis ann. 1327: *Tenet D. Præpositus claves Ecclesie et campanilis, et debet habere campanarium suis sumptibus; et quia in civitate de sede habet jurisdictionem in hominibus brevis præposituræ, et ab ipsis servitium recipit, et alias Icasudias, et alia jura in eis et eorum bonis, etc.* Vide *Escaeta*.

**IC-DIEN**, Epigraphe, qua Principes Walliæ sub emblemate trium pennarum utuntur: facta a Saxonico Ic Ɔien, ubi Ɔ cum traiectione in erecta parte, non D. sed Th. exprimit, significat autem *Ego servus*, vel ipse *servus sum*, juxta illud Apostoli ad Galatas cap. 1. Ɔien enim, Ɔen et Ɔegen, *Servus, Minister*. Inde Barones Regum Anglo-Saxonum, juxta linguam eorum vernaculam, *Theini*, et *Thani*, et *Theigni*: juxta Latinam *Ministri* appellati sunt. Semper igitur scribendum moneo cum aspiratione, ut petitum intelligatur a Saxonibus. Hæc Spelmanus.

\* **ICERE**, pro *Dicere*. Judicium ann. 821. inter Probat. novæ Hist. Occitan. col. 56: *Quia nos subranominati testes Icimus, et bene in veritate novis cognitum est... et oc quod Icimus de hac causa, recte et fideliter testificamus.*

\* **ICHAT**, Rivus, rivulus, Gall. *Rigole*. Charta Occitan. Guillelmi Laveruha pro Bernardo Bermundi ann. 1322: *Et ejus nepotes facere possint libere dictum Ichat sive pazeriam et assumere et habere cursum, meatum et transitum dictæ aquæ sive rivi, pro adquando prata prædicta.*

\* Leg. *Ichac*, ut in Charta ann. 1318. ex Tabul. S. Maur.: *Durat petia terræ de dicto molendino usque ad bozulam, sitam in dicto prato, ante primum escorradorium sive Ichac, versus rivum de Gasquis.*

\* **ICHINARIUS**, Species vasis. Vide *Hichinarius*.

\* **ICHONIMUS**, pro *Oeconomus*, in Litteris ann. 1155. apud D. de Lauriere tom. 1. Ordinat. pag. 12. Vide *Iconomus*.

\* **ICHRARIUS**, Species vasis. Vide in *Hichinarius*.

\* **ICINUS**, Species animalis. Vide in *Ericius* 1.

\* **ICIUM**, *Quasi exicus, nullo remanente*. Gloss. Isid. Gebhardus in Crepundis ait scriptum fuisse *Exitium, Exitus*, Exitium autem esse ἔξοδος, ut Initium pro initu, εἰσοδος.

\* **ICON**, pro *Echo*. Gl. Bituric.: *Icon, Saxum, quod sonum captans etiam verba loquentium imaginatur.*

1. **IGONA**, **ICONIA**, Imago, ex Græco, εἰκών. Gloss. Lat. MS. Reg. cod. 1013. et Papias: *Iconia, Figura, Imago*. Frodoardus de Pontificib. Romanis:

.... sumuntur in ipsam  
Arma Deum, decorisque jubetur Iconia prisci  
Vastari, quacunq; notat pictura triumphos.

Ebrardus in Græcismo cap. 8:

Icos imago sit, quod probat Iconia.

Utuntur promiscue Scriptorum, Joann. Diacon. lib. 4. Vitæ Gregorii Mag. cap. 83. Gregor. Turon. lib. 1. Miracul. cap. 22. Chron. Cas. lib. 3. cap. 31. Anastasius Bibl. in Vitis PP. pag. 179. 184. 202. [Vita S. Kunegundis cap. 4.] Vita S. Hugonis Benedictini n. 11. Acta Innocentii III. pag. 19. Cæsarius lib. 7. cap. 21. 25. 38. 45. Hist. Translat. S. Julianæ ann. 1207. n. 8. Gotselin. de Mirac. S. Augustini. Cantuar. cap. 29. Odo de Digoilo pag. 28. Matth. Paris pag. 146. 491. Roger. Hoveden. pag. 670. Brompt. pag. 1178. etc.

\* **ICONICUS**, *Icone expressus*, in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 189. ubi de B. Petro Petro.

\* **ICONISMA**, εἰκονισμός, Iconica representatio. Vide locum in *Textus*.

\* 2. **ICONA**. [Gallice *Icone*: « Una alia Icona greca depicta cum nostra Domina et filio. (Inv. card. Barbo ex transcript. Müntz, 1457.) »]

\* **ICONISMUS**. [Figura rhetorum, quando ad vivum alicujus rei formam ob oculos ponimus. Vox Græca ab εἰκονίζω, assimilo, exprimo. *Senec. ep. 95.*]

\* **ICONOMUS**, pro *Oeconomus*, apud Jo. de Janua: [*Dispenseur des choses de l'ostel, menager*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Iconomia, Menagiere*, ibid. *Procuratores seu Iconomi* non semel apud Lobinell. tom. 3. Histor. Paris. pag. 330. et 332.] Willelm. Brito lib. 3. Philipp.:

Iconomumque sui patris nihilominus ictu  
Soliis pugni morti succumbere fecit.

Ita ἰκονόμος scribitur in veteri Inscript. apud Sponium tom. 3. Itiner. part. 2. pag. 18.

\* **ICONUM**, *Rotunditatem*, in antiquis Glossis.

† **ICOS.** Vide *Iona*.

† **ICOSAHEDRUM.** *Aqua, humiditas,* apud Papiam in MS. Bituric. Editus habet, *Isoædrum.* Proprie est apud Geometras corpus solidum viginti constans faciebus planis; *εξωσάεδρον*, quod habet viginti sessus.

† **ICTIFER,** Piscosus, a Græco *ιχθύς*, Piscis, et Lat. Ferre. *Amnis Ictifero gurgite undique cingitur,* in fragmento Hist. Britan. Aremor. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 831. [\* Leg. *Ichthiofer.*]

† **ICTIO,** *Percussio,* Joan. de Janua; *Percussio, Ferrure,* in Glossario Lat. Gall. Sangerman. [\* Hinc emendandum Glossar. Lat. Ital. ubi: *Ictio, la persecutione. Leg. Percussione.*]

† **ICTOFAGUS,** pro Græco *ιχθυοφάγος*, qui comedit pisces. Gloss. Lat. Gall. Sangerman: *Ictofagus, Qui mene (mange) poisson.*

**ICTUARE,** Flagellis cædere: nam ut habet Papias, *Ictus proprie sunt flagellorum, ab agitando dicti.* Sed et in flagellatione numerabantur ictus. Vide *Flagellare. Ictus virgarum,* dixit Victor Viensis lib. 3. de Persecut. Vandal. pag. 99. *Ictibus aut virgis castigare,* in Capit. Caroli C. tit. 27. Theod. Campendonensis in Vita S. Magni cap. 6: *Non est tibi necesse eum Ictuari, etc.* Epistola Pauli ad Desiderium Cadurcensem Episc. 13. apud Canisium tom. 5. et 74. inter Francicas tom. 1. Histor. Francor.: *Cognoscatis Chainoaldum Episcopum Ictuum etiam fati munus implese.* Glossar. Lat. Gall. Sangerman.: *Ictuare, Ferrir.*]

\* **ICTUATUS,** Ictu sanguinis seu apoplexia confectus, vulgo *Coup de sang.* Locus est in *Ictuare.*

\* **ICTULIA.** [Pugna. DIF.]

1. **ICTUS PRIMI,** Prima acies. Gall. *l'Avantgarde.* Rodericus Toletan. lib. 8. de Reb. Hisp. cap. 9: *Exercitum suum disposuit in totidem aciebus: primos Ictus habuit Garcias Romerii: secundam aciem Eximinus Corneli, etc.* Hist. Gastonis Comitis Fuxensis, scripta a Guillelmo le Seur ejus domestico MS. cap. 5: *Cela fait il fit ses estandars de ses balailles, et ordonna de son avantgarde, et de ceux qui recevoient le premier Heurt à la veue des ennemis.*

2. **ICTUS,** Cognitionis iudicis de ictu inflicto. Charta Henrici Imper. ann. 932. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 30: *Confirmamus eis bannum et justitiam impetum et burinam, Ictum et sanguinem, reperturam, etc.* Ubi ictus est.

**ICTUS ORBUS,** Qui non apparet, qui sanguini effuso opponitur, livor et tumor, in Lege Saxon. cap. 1. § 2. Gloss. Gr. Lat.: *Ἰχθύς, cæcus, orbis.* Bracton. lib. 2. tract. 2. cap. 5. § 7: *Si inveniantur plagæ apertæ, vel brussuræ per Ictus orbos.* Cap. 23. § 2: *Ligna faciunt brussuras, orbis, et Ictus, qui judicari non possunt ad plagam.* Cap. 24. § 2: *Si nullam plagam ostendit, vel non nisi ruffuram, vel brusrum, orbis Ictus cum baculo, et non armo moluto.* Fleta lib. 1. cap. 41. § 3: *Si de lapide vel baculo plaga facta fuerit, peti poterit iudicium, desicut hujusmodi arma non faciunt plagas, licet horribiles faciant Ictus.* Charta Philippi Regis ann. 1273. pro Ecclesia S. Mederici Parisiens.: *Justitia super Ictibus orbis, vel aliis Ictibus, ex quibus verisimile esset, vel etiam contingeret, quod percussus membrum, seu vitam amitteret, etc. Ictus sine sanguinis effusione,* in Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 14. et in Capitul. Ludovici Pii post Capit. ann.

824. cap. 2. Statuta Mediolanensia part. 2. cap. 487: *Si equus fuerit Orbus, vel diffilatus, etc.* Gallis *Coup orbe.* Itus non apparentes, in Libertatib. villæ S. Paladii in Biturigib. ann. 1279. Ita in Consuetudine Silvanectensi artic. 110. *Sombres Cops,* in Consuetudine Insulæ tit. 1. art. 20. Chronicon MS. Franciæ ex Bibl. Memmiana fol. 373: *Il fut porté jus à terre, et moult ot de Orbes Coups.* Bellomanerius cap. 38: *Il avient aucune fois que aucuns cas aviennent si Orbe, con ne peut pas tantost savoir ce c'est cas qui appartaigne à haute Justice.*

**ORBARE,** Ictum orbem, vel orbem infligere, tumorem facere, apud Ulpianum in Collat. Legis Mosaicæ tit. 2. Capit. Caroli M. ad Monach. cap. 16: *Ut disciplina Monachis regularis imponatur, non sæcularis, id est, non Orbenatur, non mancaciones alias habeant, etc.*

**ORBITATIO,** pro *Orbatio.* Landulfus de S. Paulo in Chronico Mediolanensi cap. 26: *Ipsius autem Grosulani caterva undique concurrrens, ferendo et inferendo vulnerationes, Orbitationes, et occisiones multas in equis et hominibus, etc.*

**ICTUS CÆCI,** Iidem qui orbi. *Cæcæ plagæ,* Apuleio lib. de Herbar. virtutib. cap. 3. ubi Gabriel Humelbergius. Leges Henrici I. Regis. Angl. cap. 94: *Si... alius alium verberet Cæcis Ictibus, et non cruentis, sive cravatus ibi sit, vel non convictus, noxa vitam emendabit Domino, cujus hominem verberavit.*

**ICTUS APPARENS,** cæco et orbo, opponitur. *Plaga aperta,* in Charta laudata, *Plaie à vis descouverte,* in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 12. *Se clamer dou Cop Aparant par l'Assise dou Roy Bauvain,* in Assisiis Hierosol. MSS. cap. 107. qua Assisa, *le Chevalier, qui avoit frappé ou donné coup à un autre Chevalier, et en estoit atteint, payoit d'amende au Seigneur mil bezans, et au blessé harnois de Chevalier.* Si autre que Chevalier donnoit Coup apparent à un Chevalier, et en estoit atteint, il perdoit le point dextre, pour l'honneur et la hautesse que li Chevalier a, et doit avoir sur toutes autres manieres de gens, etc. Adde capita 108. 109.

\* **ICTUS DEFENSALIS,** Quo quis se defendit, ictus agredientis avertendo et declinando; quod *Esister* dicitur, in Lit. ann. 1447. ex Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 237: *Icellui suppliant mist son espée audevant du coup; auquel par ce moyen il Esista.* Aliæ ann. 1385. in Reg. 126. ch. 179: *Incepit reus se defendere et Ictus defensales, videlicet cos fendans et croisies... facere.*

\* **ICTUS MACHAT,** Massa seu clava inflicta, sine sanguinis effusione. Lit. remiss. ann. 1333. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 53: *Joannes Raynaldi verberaverat et percusserat ipsum Johannem Lagut malitiose et injuriose... Item et per partes corporis ipsius Johannem Lagut et in ejus capite à Cops machatz.* Vide *Ictus Orbus.*

\* **ICTUS PLANUS,** Percussio, quæ gladio, qua planus est, fit. Libert. villæ de Andeloto ann. 1268. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 126. art. 5: *Quicumque percusserit iracunde alium plano Icti, sine sanguine faciendo, persolvat quinque solidos pro emenda.*

**ICTUS REGIS.** Aresta Candelosæ ann. 1259. in 1. Regesto Parlamenti fol. 100: *Quia Canonici S. Petri Snession. post pacem tractatam inter ipsos ex una parte, et Comitem Snessionensem ex altera, per Magist. Jo. de Ulliaco et per Ballivum*

*Viromand. contra inhibitionem ipsorum Magistri et Ballivi, ac servientis D. Regis, qui prærens erat, fecerunt dari Ictus Regis in Curia sua, Capitulum ipsum S. Petri, qui in eodem loco, in quo dati fuerunt ipsi Ictus, emendabunt hoc coram omnibus Ballivo pro Dom. Rege, maxime cum Justitia ipsius loci captu esset antea in manu Regis.*

\* Vim vocis explicant Libert. Jonvil. ann. 1354. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 297. art. 18: *Se aucun desdiz habitans estient en gaige de bataille;... ou cas que li premier coup en seroient donnet, que l'en dit les Coups le Roy, encor s'em puent départir et oster de péril parmi dix livres d'amende.*

\* **ICTUS VOLANS,** Gall. *Coup volant,* Cæsim inflicta. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 201: *Ouquel fait ledit Michiel perdi le poing et fu mehaingnié d'un pié d'aventure d'un Cop volant d'espée.*

† **ICTUS CUBITI,** Species sortilegii apud Hispanos. Concil. Liman. ann. 1582: *Item si aliqua persona vel personæ sint sortilegus, veneficæ, striges, vel quæ utantur quibusvis aliis superstitionibus... vel si per aquam, labrum, Ictum Cubiti, vel alium modum veneficum manifestent cogitationes vel voluntates aliorum, vel quæ faciunt ligaturas, etc.*

\* **ICTUM EJICERE,** pro *Inferre:* nostris *Jetter d'une épée, d'une dague,* Ictum sica inferre, aliquem gladio punctim petere, vulgo *Porter un coup d'estocade.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 72: *Dictus Vitalis eracit se ad eum (Gassien) et de quadam magna securi, quam in manibus suis tenebat, unum magnum Ictum ad eundem Gassien ejessit, de quo per caput ipsum percutere putavit.* Aliæ ejusd. ann. in Reg. 138. ch. 43: *Jean Jacopin... tira une dague qu'il avoit en Jettant d'icelle audit Pierre Guerart, etc.* Rursus aliæ ann. 1390. ibid. ch. 190: *Its vinrent tous deux tenant leurs couteaux ou épées nuës assaillir Tripet et le frere de Gilet son cousin, et Jetterent de leurs dits couteaux ou épées contr'eux, en eulx efforçant de les tuer ou mutiler,*

\* **ICTUSIA,** *La elemosina.* Glossar. Lat. Ital. MS.

† **IDALMA,** f. *Facies,* quæ præ se ferebat speciem benignitatis, a Græco *ἰδάλμα*, Species. Belegriini Abb. Novalis. Epistola ad Joannem PP. XIII. ann. 965. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 758: *Sanctissime Vates, competenter vestræ clementiæ benignitatem requirimus, suppliciterque propriam ingenuitatem vestri Idalmatis flagitamus, ut, etc.*

\* **IDAPTICUM.** [Dura locutio. *Idraptica* sunt verba inepta, stulta. DIF.] **IDEA,** Imago. Vetus Inquesta apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 1037: *Veniunt ad Ecclesiam majorem, antequam Missa major ibi inciperet, in Dominicis diebus et præcipuis festivitibus, et adportant arcam et Ideam.*

\* Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 910: *Portant Ideam ad prædictam ecclesiam cum scala. Et legatus primicerii quærit duas corrigias, quas ponat in Idea, et liget super scalam.* Vide mox *Idolum.*

\* **IDEMPTITAS,** a Gallico *Identité,* Æqualitas, parilitas. Libert. villæ de Berco ann. 1290. in Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 229: *Item quod æqualitas et idemptitas debeant observari in mensuris, tam bladi quam salis et vini, et in pondere et in cannis sive ulnis, et breviter*

prædictis omnibus Idemptitas et æqualitas observetur. Lit. ann. 1375. tom. 6. Ordinatio. reg. Franc. pag. 142: Illorum qui nobis sanguinis Idemptitate sunt conjuncti, etc. Chiron. Angl. Th. Otterbourne edit. Hearn. pag. 7: Hanc antedictam insulam (Angliæ) tam pro Idemptitate quam varietate temporum, diversarum notionum homines coluerunt. Vide Identitas 1.

\* **IDEMTITARE**, Iterare. Glab. Rodolph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 61: Didicimus quod visa sit a suis stella Phosphorus, quæ et Lucifer, vespere sursum atque deorsum agitari, quasi comminans terrigenas Idemtitabat. Vide Identitas 1.

1. **IDENTITAS**, Quævis actio repetita. Vita Abbatum S. Albini: Ne Identitas in Claustro accediam parturiret, i. en faisant toujours la mesme chose. Miracula S. Adalberti Egmundani capite 11: Identitas satietatis mater est. Vide Stephanum Tornacensem Epist. 27.

**IDENTITAS**, pro Idem. Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ Abb. Corbeiensis lib. 2. cap. 2: Ideo Identitas est pæne et in rebus Ecclesiarum, etc. [Albertinus Mussatus lib. 16. de Gestis Henrici VII. Cæsaris rubrica 8: Admirabilis hæc mortalibus et veluti fatalis notata loci ac diei intervenientium Identitas, etc.]

\* 2. **IDENTITAS**, Jus, quod domino superiori competere solet. Charta Nic. episc. Camerac. ann. 1249: Volentes Identitatem et subjectionem et jurisdictionem omnimodam, immediatam et indivisibilem, pro nobis et nostris successoribus, in vobis et vestris hæredibus... perpetuo et inseparabiliter relinere.

† **IDERUS**, Placitum anni 860. apud Mabill. Diplomaticæ pag. 534: Sed ipse tantum postulavit, ut diebus vitæ suæ ei habere licuisset, et in S. Petro aliquid daret pro Idero juxta suam voluntatem. [F. leg. Iberus, domus. Vide Iberus 1.]

† **IDERZON**, [Sepimentum.] Vide Derzon.

\* **IDIDA**, Solamente, in Glossar. Lat. Ital. MS.

**IDIOCERA**, ἰδιόγειρον, *Ecrit privé*. Rolandinus in Summa Notariæ cap. 3: Sagacitates vero in deponentem et depositarium, ne depositum alteri detur, nisi sicut ordinant, multimode fiunt: aliquando per Idioceram, aliquando per Cirographum, et multis aliis modis, etc.

\* **IDIOLANA**, Herba genus, portulaca, vulgo Pourpier. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: Idiolana, pourcelaine.

\* **IDIOMELA**, Cantica festo propria, in Ind. onomast. tom. 4. Jun. Act. SS.

\* **IDIOPACIO**, La passione intrinseca. Glossar. Lat. Ital. MS.

**IDIOTA**, Illiteratus, imperitus. Glossæ Gr. Lat.: ἰδιώτης, ὁ μὴ νοῦμων, Rusticus, rudis. ἰδιώτης, Rusticitas. Papias: Idiota, propria vel rustica lingua contentus. Idiota, Rusticus, Indoctus, Ignarus, sine literis. Gl. Lat. MS. Reg.: Idiota, Imperitus, Ignarus, Nesciens, Inscius. Gloss. Ælfrici: Idiota, ungelæred, i. Illiteratus, Indoctus. Will. Brito in Vocabular.: Idiote dicebantur, qui propria tantum lingua naturalique scientia contenti, literarum studia nesciebant, unde dicebantur sine literis, non quod litteras non scirent, sed quia artem Grammaticæ propitiam non haberent. Liberatus Diaconus cap. 7. de Maximiano Patriarcha Constantinopolitano: Constans quidem in fide verâ, Idiota autem sermone. Cælius Aurelianus lib. 1. Acutor. cap. 11: Apud inertes, quos Idiotas appellant. Beda in

Epistola ad Egbertum Antistitem: Et quidem omnes qui Latinam linguam lectionis usu didicerunt, hæc etiam optime didicisse certissimum est; sed Idiotas, hoc est, eos, qui propriæ tantum linguæ notitiam habent, hæc ipsa sua lingua dicere, ac sedulo cantare facite. Capitula Synodalia Laurentii Archiepisc. Strigoniensis: Idiote Presbyteri ne ordinentur. Arnulfus Lexoviensis Episc. Epist. ad Alexandrum PP.: Priorem constituit Idiotam, ut ipse scilicet locum suppleat Idiote. Bernardus Abbas Fontis-Calidi lib. contra Wald. cap. 5: Aliter scilicet Idiote, aliter literato. Arnoldus Abbas Bonæ-Vall. de Operib. sex dier. de Apostolis: Cum repente facto celitus sono, illiterati et Idiote facti sunt fidei assertores. Cæsarius lib. 7. Mirac. cap. 4: Cum esset in ejus diocesi Sacerdos quidam Idiota, nullam sciens Missam, nisi de D. nostra S. Maria. Vide eundem lib. 10. cap. 3. et Goldastum ad Dositheum pag. 53. [Actus Apost. 4. 13. Comperito quod homines essent sine litteris et Idiote. Vide 1. Corinth. cap. 14. v. 16. 23. et 24. Sed et apud Latinos non semel occurrit vox Idiota pro Illiterato. Lucilius: Quidni et tu idem illiteratum me, atque Idiotam dices? Cicero in Verrem: Quæ non modo istum hominem ingeniosum atque intelligentem, verum etiam quemvis nostrum, quos iste Idiotas appellat, delectare possent. Rursus utitur pro Sexto cap. 51. ut et Seneca Suasor. 6. Quintilianus, Gellius lib. 1. cap. 2. ad quem Commentatores annotant Idiotam esse proprie hominem privatum cui opponitur ὁ ἄρχων apud Demosthenem, quia vulgus solet esse imperitum. Tertullianus ad Martyres: Non tantum magistri et præpositi, sed etiam Idiote.]

**IDIOTE**, dicti etiam Monachi, qui vulgo Conversi appellantur, seu qui nullo Ordine Ecclesiastico donati, ut est apud Allatum lib. de Narthece veteris Eccl. pag. 15. Udahricus lib. 2. Consuetud. Cluniac. cap. 10: Quia unum (manutergium) est pueris, alterum Cantoribus, tertium Idiotis. Lib. 3. cap. 8: Incedunt inter Idiotas et Cantores. Joannes Cluniac. in Vita S. Odonis Abb. Cluniac.: Etenim cum Idiota esset, utrumque ei imposuerunt, scilicet obedientiæ jugum et studium literarum. Vide Petrum Vener. lib. 1. Epist. 4. Ita etiam hanc vocem usurpat Petrus Damianus lib. 1. Epist. 91. lib. 2. Ep. 12. Vide Passionem SS. XL. Martyr. Lauræ S. Sabæ. num. 62.

Interdum et qui literas, seu legere nesciebant Idiote appellati. Gregorius M. lib. 9. Ep. 9: Quod legentibus scriptura, hoc Idiotis præstat pictura cernentibus: quia in ipsa ignorantem vident, quod sequi debeant, in ipsa legunt, qui litteras nesciunt.

**IDIOTA**, Privatus. Sententia Ivonis Carnotensis Episc. pro Monasterio S. Martini de Campis: Testis fuit, se vidisse Presbyterum de Hienvilla, servos et liberos parochiales ex debito ad sepulturam susceptisse, sequæ interfuisse; Presbyterum vero Puteacensem in præsentia Presbyteri de Hienvilla tantummodo locum suscepisse Idiote. i. viri privati.

**IDIOTA**, J.C. Anglis, dicitur a natura stultus, qui numerare non potest 20. denarios, et patris vel matris nomina ignorat, vel quam ætatem habet, et similia: ejusmodi enim stulti rei suæ gerendæ incapaces habentur. Verum si non adeo ingenio privatus sit, ut magistro adjuvante legere addiscere possit,

vel ulnam panni mensurare, vel aliud agere, ex quo erui possit non omnino ingenio destitutum esse, tunc non dicitur a natura Idiota. Hæc Rastallus.

**IDIOTICUS** SERMO, in Vita S. Arigii Episcopi Vapincensis, rusticus.

\* **IDIOTUS**, Privatus. Testam. quod circumfertur sub nomine S. Amati Nusc. episc. ann. 1093. tom. 6. Aug. pag. 704. col. 1: Dum jacerem in stratu meo in valida infirmitate detentus, et ante me adstante Urso vicecomite, et alios Idiotos homines, qui me ad visitandum venerunt, etc. Vide in Idiota.

**IDITHUM**, Lambertus Schaffnaburg. ann. 1070: Ipse denique, qui ut res certamini committeretur, vehementissimus auctor inceptorque fuerat Rutgerus Comes, is nunc primus fugiendi auctor ac signifer apparebat, omni que, ut vulgo dicitur, vento citator, montes et colles modernus Idithum transmittabat. Alcuinus poem. 221:

Instituit pueros Idithum modulamine sacro,  
Utque sonos dulces decantent voce sonora, etc.

Ubi vir doctus Idithum putavit esse auctoris nomen, qui sub Carolo M. vixerit. Guill. Brito lib. 4. Philipp. v. 576:

..... Præstructus ab illo  
Esdra, qui docuit reparare volumina Legis  
Atque Prophetarum, Psalmos, Ithidique libellos,  
Et Testamenti simul omnia scripta prioris.

Ubi editor ad marginem correctionis vice reposuit, *f. itidemque*. Alii Psalmos Davidis, qui pro Idithum inscribuntur, intelligi volunt, 38. 61. 76. de quo lib. 1. Paralipom. cap. 9. 16. 25. lib. 2. cap. 5. 29. 35. etc. Hieronymus in Psalm. 27. et Isidor. lib. 7. cap. 8: Idithum, Transiliens eos sive saliens eos, etc. [Jo. de Janua: Idithum interpretatur Transiliens eos vel saltans: quia quosdam humo inhærentes, et ea quæ in imo sunt cogitantes, et in rebus transeuntibus ponentes, transilivit canendo iste qui vocatur Transiliens. Vide Chronicon Alexandrinum pag. 202.]

† **IDOLAGIA**, pro Idololatria. Fulcuinus de Gestis Abbatum Lohiens. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 543: Franci... Gallias demum occupantes... Idolagiam in Christi tyrocinium commutaverunt.

\* **IDOLATICUM**, Idolo consecratum. Gloss. bibl. MSS. anonymi ex Bibl. reg.

† **IDOLATRARE**, pro Idololatrare. Idola colere, in Vita S. Bernardini, tom. 5. Maii pag. 268\*. et alibi.

**IDOLATRIA**, pro Idololatria. Epitaphium S. Isidori Hispalensis Episcopi, In doctrina præmicans, Crucifixum prædicans, fugans Idolatriam. Occurrit non semel.

† **IDOLATRICUS**, Pertinens ad idololatriam. Idolatrica pravitas, in Origine Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 184.

**IDOLIUM**, Locus, in quo idola coluntur. Iso Magister in Glossario: Idoliolum, templum idoli, locus idolorum. Alibi: Idoliolum est locus, in quo idolis immolabatur: Idolothytum, sacrificium. Idoliolum, res ipsa, cui immolatur. Rursus: Idoliolum, servitus Idolorum. In alio MS. Cod.: Officium idolorum. Versificator quidam:

Est locus Idoliolum, quod ibi datur, idolothytum.

Papias: Idoliolum, locus, ubi idololatræ venerantur et colunt idoliolum. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062: Εἰδωλειον, ὁ ναὸς τῶν εἰδώλων, εἰδωλιον δὲ, τὸ ὁμοιωμα. S. Paul. 1. ad Corinth. cap. 8: Qui habet scientiam in Idolio recumbentem, etc. Prudentius lib. 2. adversus Symmachum:



Aspice quam pleno subsellia nostra senatu  
Decernant infame Jovis pulvinar, et omne  
Idolium longe purgata ex urbe fugandum.

Utuntur, idem in Apotheosi, Lib. 1. Macchab. cap. 1. et 10. Dionysius Exiguus in Versione canonis 4. Ancyrani, et Publicola in Epist. quæ 153. exstat inter Epistolas S. Augustini, idem S. Augustinus lib. 2. de Morib. Manichæor. cap. 14. Petrus Cellensis, etc.

**Idola** vocabant interdum Pseudopontifices, seu Antipapas, ut *Burdinum* Calixtus II. PP. in Epist. ad Episcopos Galliarum: *Per illud Teutonicorum Regis Idolum, Burdinum videlicet, etc.* Ita Joannes Sarisber. Epist. 59. 159. 210. **Idolum** Octavianum Pseudo Pontificem vocat, de quo etiam Alexander III. PP. Epist. 1: *Quem sibi in Statuam erexerunt.* Respectum forte ad illud Zacharie cap. 11. v. 17: *O pastor et Idolum derelinquens gregeem, etc.*

† **IDOLIGUS**, Pertinens ad idolum. *Idolica nebula*, in Inventione S. Cataldi Episc. tom. 2. SS. Maii pag. 570.

**IDOLOLATRA**, pro *Idola*, Nicolaus de Braja in Ludovico VIII:

Hac in urbe prius Idololatra culta fuerunt.

**IDOLOLATRARE**, *Idola* adorare, in Concilio Eliberit. cap. 1. Gallis *Idolatræ*.

\* **IDOLUM**, Imago, effigies. Bened. abb. Petrob. de gestis Henr. II. reg. Angl. edit. Hearn. tom. 2. pag. 523: *Noveritis quod dominus Saladinus, assensu imperatoris Constantinopolis, misit Constantinopolim Idolum suum, ut ibi publice adoretur.* Vide supra *Idea*.

† **IDOMADA**, pro *Hebdomada*, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 284.

\* **IDONEARE**, Legitimum jure consonum declarare, asserere. Charta ann. 1115. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 315: *Judicaverunt eam (notitiam) Idoneari duodecim juratoribus... Omnes isti juraverunt veram et Idoneam esse illam notitiam.* Vide alia notione in *Idoneus* 1.

1. **IDONEUS**, Innocens, qui ita ab omni delicto immunis est, ut *Idoneus* sit juri stare. Joan. de Janua: *Idoneus, Irreprehensibilis.* Pactus Legis Salicæ tit. 76. 1: *Et ille postea, qui rogatus fuerat, si ea hoc Idoneum se cognoscat, se debet postea cum duodecim per sacramenta absolvere.* Infra: *Si se Idoneum agnoscit, etc.* S. Audoenus lib. 2. Vitæ S. Eligii, cap. 75: *Cæpit ab ea extorquere, ut se per juramentum ab hac suspitione Idoneam redderet.* Gregorius Turon. lib. 9. cap. 13: *Si eum cum Idoneis hominibus Fredegundis ab hac actione, qua impetitur, immunem fecerit, abscedat liber, et quo voluerit, eat.* Cap. 16: *De quo (crimine), sacramento, si vultis, aut qualibet alia conditione Idoneus reddi potest.* Lib. 8. cap. 8: *Tu vero si Idoneus es, ut adseris, accede propius, et sume tibi Eucharistiæ particulam, et impone ori tuo: erit enim Deus inspector conscientia tua.* Concilium Francoford. ann. 794. cap. 9: *Et exivit ad judicium Dei, qui etiam a Domino liberatus, Idoneus exivit.* Ubi *Idoneus* idem est ac innocens. Idem Gregor. Turon. *Tandemque, inquit, ne crimen consurgat ulterius, Innocentem faciam eum sacramento.* Quod idem valet ac *Idoneare*.

**IDONEUM SE FACERE**, Sacramento ab imposito crimine se purgare, exuere, in Capitul. Carol. M. lib. 3. cap. 89. *Idoneum se reddere*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 19. § 4. et in Concilio Dusiacensi I.

part. 4. cap. 7. in Synodo Suession. ann. 859. in Edicto Pistensi cap. 20. etc.

**IDONEARE SE**, Eadem notione. Charta Caroli M. apud Mabillonium: *Fuerunt namque aliqui in nostra præsentia convicti; et secundum judicium Francorum adjudicati: aliqui vero fideles per judicium Dei se eandem Idonaverunt, etc.* Occurrit passim in Leg. Aleman. tit. 44. § 1. tit. 91. Leg. Ripuar. tit. 67. § 1. tit. 71. Leg. Longob. lib. 1. tit. 1. § 7. tit. 3. § 1. lib. 2. tit. 35. § 4. [\* Roth. 9. 2. Grimoald. 2.] in Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 64. lib. 4. cap. 29. in Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 35. extremo, in Synodo Suession. act. 1. § 6. etc.

**IDUNIARE**, præferunt Edictum Rotharii Regis Longob. tit. 109. § 9. et Leges Grimoaldi tit. 1. § 3.

**EXIDONEARE**, **IDONEUM SE REDDERE**, purgare se. Capitula Caroli C. tit. 9. cap. 6: *Donec se ab illis, quæ ei impingebantur, Idoneum redderet, vel compenter satisfacere procuraret.* Lex Aleman. tit. 17. § 5. et Decretum Tassilonis, § 12: *Si autem tres annos induraverit opus ancillæ, et parentes ejus non Exadoniaverint eam, ut libera fuisset, etc.* ubi Cod. MS. *Exidoniaverint*, alius *Aexoniaverint*.

**IDONEUS sive Liber**, in Speculo Saxónico lib. 3. art. 26. 29. Ita videtur usurpasse S. Fructuosus in Regula cap. 13: *Alius de genealogia et gente sua fatetur esse Principes, alius de parentibus, alius de germanis, alius de cognatis, alius de fratribus et consanguineis et Idoneis, alius de divitiis, etc.* Ubi *Idonei* dicuntur honorabiliores, ut *Idonei servi et liberti*, in Lege Wisigoth. lib. 9. tit. 3. quibus ibidem opponuntur *vilissimi*.

**IDONEITAS**, Facultas. Leges Luithrandi Regis Longob. tit. 74. § 1. [\* 117 (6. 64.) al. *damniatatem*.]: *Nullam exinde habeat Idoneitatem, etc.* [Joan. de Janua: *Idoneitas, Aptitudo, utilitas, convenientia; Idoneitès, convenabiles*, in Gl. Lat. Gall. Sangerm.]

† **IDONEITAS LOCORUM**, Commoditas, apud Ottonem Frising. Episc. lib. 1. de rebus gestis Frederici I. Imp. cap. 3.

\* 2. **IDONEUS**, Mundus, Gall. *Propre, net.* Vetus Pœnitent. MS. ex Cod. reg. 943: *Si quis tinxerit in aliquo cibo manum, et non est Idonea manus, centum palmatis emundetur.*

\* **IDRAGULA**, *Lo sono del organo. Idragulicus, dolce sono de organo.* Glossar. Lat. Ital. MS.

**IDRERON**. Lex Longobard. lib. 1. tit. 19. post § 5. in Editione Boeriana hæc habentur, quæ desunt in Lindenbrogiana [\* Rothar. 290.]: *Si quis sepem alienam ruperit, i. Idreron comp. sol. 6.* [Vide *Derzon*.]

\* **IDRIA**, pro *Hydria*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Idria, Prov. Anfora, diota.*

† **IDROMALUM**, *Unguentum quod fit ex aqua et malis*, Johanni de Janua. Vox hybrida ab ἵδρω et malum.

† **IDROMELLUM**, apud Rymer. tom. 8. pag. 401. pro *Hydromeli*, ἵδρωμελί, Aqua melle mixta, aqua mulsa, Gall. *Hydromel*.

† **IDROR**, *Diabulus, servus*, in Glossis Sangerman. MSS. num. 501. Suspensor legendum, *Idrus, Diabulus, serpens.* Vide mox *Idrus*.

† **IDRUS**, ἵδρω, Hydrus, serpens aquaticus. Charta Fulconis Comitiss Andegav. ann. 1028. ex Tabulario S. Mariæ Andegav.: *De quibus B. Marsus paulo abstinentior, eulogiam in sinu ab ore dejectam in Idrum statim vehementissimum con-*

*versam Dei servo Melanio in ipso reditu celare non potuit.*

† **IDUATUS**, Ultra idus proventus. *Iduato Martio*, in Barthii Glossario ex Guiberti Hist. Palæst. *Iduato Aprili*, apud eundem Guibertum l. 1. Vitæ suæ c. 3.

\* **IDUO**. [Vox videtur composita ex *in*, et *duo*. Lingua Estruca dividere significat: unde dictæ *Idus*, quæ menssem ferme dividunt. *Macrob.* 1.]

† **IDUUS**, ἰδυοῖος, Similis, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. MSS. *Iduum*, ἰδυοῖον. Supplem. Antiquar.

† **IECORUS**, ἰεκουρος, *Ædilis, curator urbis.* Suppl. Antiq. Lege et vide *Viocurus*.

† **JECTARE AD JUDICIUM**, In jus citare, vocare. Constitutio Caroli M. apud Spelmannum in *Abjectire*: *Nullus præsumat hominem ad judicium sine causa Jectare, nisi iudicatum fuerit.* Vide *Abjectire*,

**JECTIGARE**. Pseudo-Ovidius lib. 1. de Vetula:

Sicut multoties agitur furis agitatus,  
Sicut Jectigat is, cujus nervi sunt resoluti.

Id est hac et illac membra disjicit.

**JECTIVUS**, **JECTISCERE**. Vide *Abjectire*. **JECTUS**, [Piscatio.] Vide *Tractus* 2.

† **JECTUS LAPIDIS**, pro *Jactus lapidis*, in Vita MS. S. Winwaloei fol. 103.

**JEDDA**. Vide *Ledda* in *Leudis*.

**JEFFNITEED**, Juramenti species, apud Andream Suenonis lib. 5. Legum Scanicæ cap. 4: *Quam cautionem semper debet præcedere sacramentum, quod Jeffniteed in lingua patria nominatur, virorum duodecim nominatorum de consanguineis occisoris, qui non sacris reliquiis, sed sacro coramposito tacto libro jurant in suas animas, et sic sibi Deum futurum propitium deprecantur, etc.* Danis *Eed* est juramentum. [\* Vide Rosenvingii Histor. Jur. Danici § 69.]

\* **JEHINARE**, Tormentis rem ab aliquo querere. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 78: *Præpositus Parisiensis ipsas sorores bis fecit torqueri sive Jehinari.* Vide supra *Gehennæ*.

† **JEJUNALES DIES**, Dies sacri jejunii, in Statutis Collegii Cornubiæ ann. 1380. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 500. [\* Leg. palat. Jac. II. reg. Majoric. tom. 3. Jun. pag. LXXX. col. 2: *In diebus vero Jejunalibus, puta in Quadragesima et aliis quibus a carnibus abstinetur, etc.* Nostris *Jeuge*, pro *Jejunus*, vulgo *Qui est à jeun*. Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 157: Chartoph. reg. ch. 391: *Icellui Godier qui estoit coutumier à Jeuge et à saoul de injurier et vilener gens, etc.* *Qui est jeun*, eadem acceptione, in aliis ann. 1384. ex Reg. 125. ch. 9: *Icelle Perrenelle, qui estoit laisse et vaine, tant pour ce qu'elle n'avoit mengié de tout le jour, comme... pour ce qu'elle estoit malade et Jeune, etc.* *Jugn*, eadem notione apud Joinvill. in Hist. S. Ludov. edit. Cang. pag. 75. ubi editio reg. pag. 79. habet, *Jeun*.]

**JEJUNITAS**, Abstinentia, jejunium. Titur Cælius Aurelian. lib. 1. Acutor. cap. 11. lib. 2. cap. 10. et lex 4. Cod. Theod. de Suariis (14. 4.)

**JEJUNIIUM QUADRAGESIMALE**, in hoc differt a cæteris jejuniis quod in aliis post nonam. in hoc autem post vesperam reficiebantur. Microlog. cap. 49. Quo vero pacto observaretur a fidelibus, pluribus docent Socrat. lib. 5. cap. 22. Beletus cap. 11. Baronius ann. 57. n. 195. 196. Filesaccus lib. de Quadragesima cap. 5. et 6. Haftenus lib. 10. Disq. Monast. tract. 8. Binius ad Cano-

nes Apost. Henric. Valesius ad lib. 5. Eusebii cap. 24. Joann. Bapt. Cotelerius ad Constit. Apostol. [Thomassinus Tract. de Jejunio, Bailletus de Quadragesima,] et alii. Vide *Quadragesima*.

**JEJUNIUM PASCHALE**, apud Hincmarum; *observantia paschalis*, apud Gregor. in libro Sacram. Idem quod *Quadragesimale*.

**JEJUNIA QUATUOR** a Latinis primitus observata, docemur ex Philastro in Catal. hæres. : *Per annum 4. Jejunia in Ecclesia celebrantur. In Natali primum, deinde in Pascha, tertium in Epiphania, quartum in Pentecoste. Nam in Natali Salvatoris Domini jejunandum est, deinde in Paschæ Quadragesima, atque in Ascensione tñdem in cælum post Pascha die quadragesimo, inde usque ad Pentecosten diebus decem, etc.* Vide *Quadragesima*.

**JEJUNIUM SABBATI**, Petrus Damiani in Vita S. Romualdi n. 15. initium habuisse ait a Silvestro PP. Ast alii antiquos putant, et in Oriente institutum ab hæreticis contra Judæos, statim initio Ecclesiæ. Innocentius vero Pontifex Epist. ad Decentium ait, in quibusdam Occidentis partibus illud fuisse indicium, quod Apostoli Sabbato sancto non minus ac feria sexta præcedente in mœnore positi jejunaverint. Cassianus lib. 1. Instit. cap. 7. istius jejunii causam affert, quod S. Petrus, postridie cum Simone Mago conficturus, antecedente Sabbato cum fidelibus jejunaverit, et illud jejunium in consuetudinem abiit. At hanc historiam incertam esse ait S. Augustinus Epist. 86. Utcumque sit, constat in Romana Ecclesia diu jejunatum esse: contra in Ecclesia Orientali, in qua nunquam jejunabatur, nisi in Sabbato S. ac ne quidem in ipsis Quadragesimis. Quod Cassianus lassitudini a jejunio quinque dierum antecedentium adscribit: S. vero Cyrillus Catech. 4. quod Catholici noluerint participare cum hæreticis. Vide [Concil. Eliberit. can. 26.] S. August. Epist. 118. S. Hieron. Ep. 28. Innocent. I. Ep. 1. cap. 4. [Leonem Papam Epist. 11. et specialem hac de re Quesnellii Dissertationem ad calcem Operum ejusd. S. Papæ, Isidorum lib. 1. Offic. cap. 4.] Cod. Carolinum Epist. 95. Vitam S. Nili junior. pag. 132. etc. Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 184. [\*\*187.] Baron. ann. 34. n. 156. etc. Huc referenda, quæ in hanc sententiam congressit Cotelerius ad lib. 5. Constit. Apost. cap. 15.

**JEJUNIUM Feriæ Quartæ et Sextæ**, ab Apostolis institutum tradunt plerique: et quarta quidem, quod ad vesperam captus sit Dominus; sexta autem, quod in ea sit crucifixus, ut habent Epiphanius in Expos. fid. S. Petrus Alexandr. can. ult. de Pœnit. S. Apollonius apud Rufin. lib. 1. Vitæ Patr. cap. 7. Quod quidem jejunium in Ecclesia Romana non sub S. Augustino duntaxat, sed et a Monachis in Occidente passim observatum, Ludovico Pio imperante docet Concilium Aquisgran. cap. 18. Istius jejunii meminere Canones Apost. can. 61. Clemens Alex. lib. 7. Strom. S. August. Epist. 86. Clemens in Constit. Apost. lib. 5. cap. 15. et ult. lib. 7. cap. 23. Ignat. ad Philipp. 13. Tertullianus de Jejunio cap. 2. 10. 14. Epiphanius, Prudentius, Ambrosius, Cyrillus lib. 10. in Leviticum, Nicolaus I. PP. in Resp. ad Bulg. cap. 4. 5. 60. Philostorgius lib. 10. cap. 12. Socrat. lib. 5. cap. 21. lib. 7. cap. 23. Rupert. lib. 3. de divin. Offic. cap. 5. Baron. ann. 34. n. 168. Hæftenus

lib. 10. Disq. Monast. tract. 7. Disq. 1. etc.

Exinde vero, refrigescente Christianorum pietate, paulatim in desuetudinem abire cœpit isthæc antiqua jejunii religio; diutius tamen perseveravit jejunium sextæ feriæ. Et quidem circa finem x. seculi, retenta tantum pro feria iv. carnis abstinentia, jejunium pro feria vi. præceptum, vel, ut rectius dicam, suasum legimus in Concilio Ansano ann. 990. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 76: *Laici omnes feria iv. a carne absterneant, et vi. feria jejunent, si ita possunt perficere, aut pauperibus elemosynas tribuant.*

**JEJUNIUM Secundæ et Quintæ Feriæ**, Quod Judæorum fuit, ut est apud Clementem lib. 7. Constit. Apost. cap. 23. ad quem vide Cotelerium.

**JEJUNIUM Vernale, Estivale, Autumnale, et Hiemale**, seu *Jejunium primi, quarti, septimi, et decimi mensis*, vel *quatuor temporum*, ubi primus mensis est Martius, a quo annum auspicabatur; quartus Junius; septimus Septembris, et decimus December. Vide vetus Kalendarium Rom. editum ab Allatio lib. de Dominic. et Hebd. Græcor. cap. 37.

In primo mense, inquit Ordo Romanus, quarta et sexta feria, vel Sabbato in prima hebdomada ipsius mensis primum jejunium celebratur.

Secundum temporis jejunium, in quarto mense, in secunda hebdomada ipsius mensis, quarta et sexta feria vel Sabbato consummatur.

Tertium temporum jejunium septimi mensis, id est, Septembris, tertia hebdomada ipsius mensis, ut

Quartum jejunium, quarta hebdomada, in iisdem feriis consummantur, ... et tunc sacri Ordines in Ecclesia Romana de iis qui vocantur Cardinales, tradi consueverunt. Alibi: *Ut autem hoc jejunium celebretur in largitione sacrorum Ordinum, Ecclesiæ primitivæ mos obtinuit.* Sed postmodum Gregorius VII. PP. statuit, ut jejunium, quod dicitur Martii, in prima hebdomada Quadragesimæ, secundum in hebdomada Pentecostes celebraretur, tertio et quarto more solito remanentibus, ut est apud Micrologum cap. 24. quod sane in Concilio Salegunstadiensi ann. 1022. can. 2. in Quintilneburgensi ann. 1085. 13. Gregorii Pontificatus, ac deinde in Placentino ann. 1034. in Concilio Claromontensi ann. 1095. can. 27. et in Conventu generali Episcoporum Germaniæ in Northusens. ann. 1105. apud Conradum Uspersensem statutum legimus. De tempore jejunii quatuor temporum, prostant hi versus:

Vult Crux, Lucia, Cinis, Charismata dia,  
Quod det vota pia quarta sequens feria.

Horum porro jejuniorum denuntiatio olim fiebat in Ecclesia, in Missa, post illa verba: *Pax Domini sit semper vobiscum, et cum spiritu tuo.* Post hæc enim commonebatur plebs pro jejunii 1. 4. 7. et 10. mensis temporibus, ut est in Codice Remensi in orationibus quotidianis ad missam, apud Menardum, Formulam itiusmodi denuntiationis jejunii quatuor temporum habet Gregorius Magnus in libro Sacramentorum. pag. 106. Cardinalis Bona lib. 2. Rerum Liturgicarum cap. 16. num. 4. et cap. 1. num. 4. lib. 1. Sacrament. Ecclesiæ Romanæ cap. 82. Ejus etiam mentio est in Capitulis Caroli M. lib. 6. cap. 183. [\*\*186.] et lib. 7. cap. 98. [\*\*135.] Agunt de his jejuniis Callistus I. PP. Ep. 1. cap. 1. [quem hujus jejunii auctorem faciunt Pontificale,

necnon Leodicenses in Epist. ad Trevirensium ad Leodicenses hac eadem de re apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 292. et seqq.] S. Augustinus, S. Leo in Homiliis, Gelasius PP. apud Holstenium in Concil. Rom. pag. 216. [Isidor. Hispal. lib. 1. Offic. cap. 36. ubi nulla mentio jejunii Decembris.] Ivo part. 4. cap. 26. 33. Eghbertus de Ecclesiastica institutione pag. 109. Rabanus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 19. 21. 22. 23. 24. Alcuinus de divin. Offic. Amalarius lib. 2. cap. 2. Micrologus cap. 24. 25. 26. 27. Rupert. lib. 3. de divin. Off. cap. 5. 6. lib. 10. cap. 26. Homilia Incerti in Appendice edit. Capitular. Baluzianæ pag. 1376. Honorius Augustod. lib. 3. cap. 150. Durand. lib. 6. cap. 6. Denique Baronius ann. 57. n. 207. et Card. Bona loco laudato.

**JEJUNIUM in Litanía Majore**, indictum olim a Mamerto Episcopo Viennensi, et ab Ecclesia potmodum observatum. Joannes Abrincensis Episc. de Off. Eccl. pag. 55: *Litanía major, si infra octo dies Paschæ e venerit, nullum jejunium, nulla abstinentia, nec aliqua ejus mentio fiat, nisi festiva tantum processio. Si autem alio tempore e venerit, omnes exceptis parvulis et infirmis jejunent, etc.* Istius jejunii mentio est apud Sidon. lib. 5. Epist. 14. lib. 7. Epist. 1. In Concilio Engelheimensi ann. 948. cap. 7. Moguntino cap. 33. apud Burchard. lib. 1. cap. 94. interrog. 48. lib. 13. cap. 7. lib. 19. cap. 5. et Ivonem part. 4. cap. 40. Petrum Damian. lib. 6. Ep. 35. etc.

\* Minus attente locum Joannis Abrincensis hic allegat Cangius; aut male a Mamerto hocce jejunium, de quo ille Johannes, institutum scribit vir doctissimus: et quidem Litaníæ Mamertinæ in triduo ante Ascensionem Domini celebrantur, atque adeo infra octo dies Paschæ evenire non possunt. Vide in Litaníæ.

**JEJUNIUM Kalendarum Januarium**, Ideo statuit Ecclesia universalis, inquit Ordo Romanus, *quia cum imperiti homines secundum dementiam gentilium hunc diem a Principe suo Jano, quem pro Deo colebant, ita vocatum, multis Diabolicis spurcitiis sacrarent: quatenus his calamitatibus auctor vitæ finem imponeret, jejunium publicum in isto die fieri præcepit.* De eodem jejunio Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 40: *Proinde ergo SS. Patres considerantes maximam partem generis humani eodem die hujusmodi sacrilegiis ac luxuriis insidere, statuerunt in universo mundo per omnes Ecclesias publicum jejunium, per quod agnoscerent homines in tantum se prave agere, ut pro eorum peccatis necesse sit omnibus Ecclesiis jejunare.* Adde Alcuinum lib. de Divin. Offic. cap. 4.

**JEJUNIUM Kalendarum Novembrium**, universaliter ab omnibus fidelibus observatum, illiusque causam tradit Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 39.

**JEJUNIUM in festis Apostolorum**. Vide Petr. Damian. lib. 6. Epist. 35. Beletum cap. 11. Durand. lib. 6. cap. 7. n. 16. 17. 18. etc.

**JEJUNIUM Vigilæ Assumptionis Dei-paræ** de quo Concilium Salegunstadiense ann. 1022. cap. 1. Petrus Damianus lib. 6. Epist. 35. Joan. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 63. Durandus lib. 6. cap. 7. num. 12. lib. 7. cap. 24. n. 9. [In Statutis Eccl. Leodiensibus ann. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 853. præcipitur ut in hac vigilia etiam a lacticiis absterneatur.]

**JEJUNIUM Ascensionis Domini**. Rabanus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 40: *Ante*

diem Ascensionis Domini mos est Ecclesiarum Occidentis, per tres dies proximos jejunium exercere, et Litanias agere, etc. Concilium Aurelianense I. can. 27: Rogationes, id est, Litanias ante Ascensionem Domini ab omnibus Ecclesiis placuit celebrari: ita ut præmissum triduanum Jejunium in Dominica Ascensionis Festivitate solvatur, ... quo triduo omnes abstineant, et quadragesimalibus cibis utantur. [Concilium Turon. ann. 567. can. 17: De jejuniiis vero antiqua a monachis instituta servantur, ut de Pascha usque ad quinquagesimam, exceptis Rogationibus (quibus et ipsis laicis indictum erat jejunium) omni die fratribus prandium præparetur.] Concilium Coprinacense circa ann. 1255. can. 19: In Septimana Ascensionis Domini non debent carnes comedi, nisi in die. Adde Homiliam Anonymi de Decimis et Jejunio editam a Baluzio post Capitularia col. 1376.

Non ita tamen stricte observatum semper præceptumve ejusmodi jejunium probant Statuta Guillelmi Episc. Nannet. ann. 1446. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1012: *Insuper, omnibus et singulis Rectoribus, et Vicariis et Capellanis prædictis præcipimus et mandamus, quatenus in Majori Letania, festo videlicet Sancti Marci, et tribus diebus Rogationum parochianis suis jejunare consulant; non autem sub pœnis excommunicationis, aliœve præcepto, prout in nonnullis prædecessorum nostrorum Statutis cavetur, ipsos parochianos faciant jejunare.*

JEJUNIUM Epiphaniæ. Joannes Episc. Abrincensis de Officiis Eccles.: *Vigilia vero Epiphaniæ, quam plebes diverse colunt, (alii enim jejunant, et alii prandent,) nobis jejunandum congruum videtur, etc.* Vide Petr. Damian. lib. 6. Epist. 35.

JEJUNIUM Pentecostes. Concilium Turonense II.: *Ut post Quinquagesimam tota hebdomada ex asse jejurent.* Meminit præterea jejunii hebdomadæ Pentecostes, Concilium Oxoniense ann. 1222. cap. 8. et Concil. Coprinacense can. 19. Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 28: *Secundum jejunium est, quod juxta Canonem post Pentecosten alio die inchoatur, ... hoc jejunium a plerisque ex auctoritate Evangelii post Domini Ascensionem completur, etc.* Ordo Romanus jejunium Pentecostes vocat illud Jejunium 4. temporum, quod post Pentecosten fit. Vide S. Leonem Serm. 1. 2. 3. 4. jejunio Pentecostes, Rabanum lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 21. Menard. ad libr. Sacrament. Gregor. pag. 165. et Cotelerium ad Constitut. Apostol. pag. 254.

Commode ergo interpretandum quod legitur in Capitul. Aquisgranensi ann. 817. ubi jejunium per hebdomadam Pentecostes his verbis prohibetur: *Ut in hebdomada Pentecosten non flectantur genua et non jejurent, nisi statuti fuerint dies jejunii.* De jejuniiis quippe Monachorum, uti vocant, regularibus, quæ per hanc hebdomadam interdicuntur isthæ accipienda.

JEJUNIUM Sabbati Pentecostes. Ordo Romanus: *Sabbato in Vigilis Pentecostes omnes jejunium faciunt, etc.* Idem statuitur lib. 6. Capitul. Caroli M. cap. 187. et in Capitulis S. Bonifacii Archiepisc. Mogunt. cap. 34. Adde S. Ambrosium Serm. 60. Anonymum in Homil. de Decimis et Jejunio edit. a Baluzio, et Durandum l. 6. cap. 7. num. 17. In aliquot tamen diocesisibus apud nos Jejunium istud hæc observatur.

JEJUNIA Temporalia, quæ in 4. Tempo-

ribus fieri solent. Statuta Ordinis Carthusiensis 1. part. cap. 3.

JEJUNIUM Purificationis B. Mariæ. Joan. Episcop. Abrinc. de Offic. Eccles.: *Nullam enim celsitudinem reverentiæ hujus diei (Epiphaniæ) reperimus, quam in omnibus diebus Purificationis B. Mariæ, in quibus per aliquot dies jejunamus.*

JEJUNIUM in Vigilia B. Fidis jam ex more institutum apud Ruthenos confirmat Paschalis II. PP. in Bulla ad Begonem Abbatem Conchensem apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 337: *In Ruthenico igitur pago, præsertim apud Conchense vestrum Monasterium, ubi Beatæ Fidis corpus requiescere creditur, ante secundum Nonas Octobris quibus eadem virgo martyrium consummasse legitur, sicut ex more vos devotissime agere audivimus, vigiliis et solemnè jejunium celebrari annuimus et decreti præsentis auctoritate firmamus.*

JEJUNIUM Vigiliæ S. Laurentii, solius inter Martyres celebrat Ecclesia, quia beatus Laurentius gravius cæteris passus est. Unde B. Sixtus dixit ei: *Majora tibi debentur pro Christi fide certamina.* Durandum lib. 6. cap. 7. n. 12. et 20. cap. 4. n. 1. ex Beletto cap. 145. Idem Durandum lib. 7. cap. 23. n. 1: *Beatus Laurentius, quia post beatum Stephanum inter alios Martyres primatum obtinet, vigiliam habet, non quia majorem pœnam sustinuerit, quam alii, nam multi tantam pœnam sustinuerunt, sicut B. Vincentius et B. Georgius, et alii quidam: sed propter Officium Prædicationis et propter Martyrii locum, quia Romæ: et propter bonam administrationem thesaurorum Ecclesie.* Idem n. 5. ait solum inter Martyres habere jejunium institutionis. Hinc mirari subit, cur aliquot Francici Præsules in nupera Festorum abrogatione, et Festum S. Laurentii et Jejunium pariter abrogarint, cum, ut ait ibidem Durandum, generalia et specialia Jejunia per Episcopos in Synodo et Conciliis instituta, solvi non debeant. Vide Concil. Salegunstad. cap. 1. et Coprinacense cap. 19. Synodum Bajocensem ann. 1300. cap. 66. etc.

JEJUNIUM Festi S. Martini, solius inter Confessores celebrat Ecclesia. Durandum lib. 6. cap. 7. n. 20.

JEJUNIUM in Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptistæ, apud Anonymum Homilia de Decimis et Jejunio, edit. Baluzianæ. Vide Durandum in Rational. lib. 7. cap. 14. n. 4.

JEJUNIUM Vigiliæ Festi Omnium Sanctorum. Vide Durand. lib. 6. cap. 7. n. 13. lib. 7. cap. 34. n. 5.

JEJUNIUM S. Michaelis. In Legibus Ethelredi Regis apud Habant editis § 2. apud Bromptonem, statuitur, ut omnis Christianus, qui ætatem habet, jejuret tribus diebus in pane et aqua ante Festum sancti Michaelis, scilicet die Lunæ, die Martis et die Mercurii, et ad Confessionem vadat, et nudis pedibus ad Ecclesiam, etc.

JEJUNIUM Banni, et jejunium Bannitum, banno seu Edicto publico indictum. Indictum jejunium, lib. 5. Capit. Caroli Magni cap. 87. [152.] in Epist. Pipiui Regis ad Lullum Episc. et apud Amalarium de Ordine Antiphonarum cap. 77. Ita Indicare jejunium, dixit Sidonius lib. 7. Epist. 7. ut et Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 34. quemadmodum Indicare hostem, Annales Francorum Bertin. ann. 867. quod alii Hostem bannire. Concil. Salegunstadiense cap. 15. et Capitulare Ahytonis Episcopi Basiliensis

cap. 8: *Indictum vero jejunium, quando a Palatio vel a Domino (al. Domo) fuerit denuntiatum, ab omnibus generaliter observetur.* De Jejuniiis vero a Regibus indictis agunt Gregorius Turon. lib. 9. cap. 21. Carolus M. in Epist. ad Fastradam Reginam, Capitulare ann. 828. Epistola generalis Ludov. Pii, ex Placito Aquisgranensi, et Anonymus de Miracul. S. Wismari cap. 1. extremo.

JEJUNIUM Bannitum, inquit Serrarius lib. 1. Rerum Moguntiac. cap. 32. fuit magnum et intensum Jejunium, quod ad Dei bannum seu pœnam, iramque avertendam ab iis suscipiebatur, qui se banno divino dignos agnoscebant, (videat Lector, an hæc probet) hujusque ad nostra fere tempora fuit in Moguntina Ecclesia usus, et eo modo fere per triduum servabatur, iisdemque Feris, quemadmodum Quatuor Temporum jejunia, sed aliis hebdomadibus, quas ad memoriam versiculo isto significabant:

Post Salus et Miseri tibi erunt jejunia banni.

Id est, post Dominicas, quibus canitur Salus et Misericordia, quarum illa est Dominica, 19. post Trinitatem, hæc Dominica prima post Quasimodo. Jejunii banniti originem sic ex MS. Codice refert idem Serrarius: *Feria secunda, quarta, et sexta post Dominicam Misericordia Domini, et Salus populi, Jejunium Banni in tota Diocesi Moguntina institutum est contra plagam aboriendi, quæ olim in diocesi Moguntina graviter in hominibus et bestiis sæviebat, curataque est, et remota a Domino misericorditer per hanc observantiam, quæ agitur in Ecclesiis Collegiatis, cum Processionibus, jejuniiis, et orationibus singularibus ibi institutis, cum abstinentia carnum in populo, feriis 2. et 4. olim etiam feria 6. cum abstinentia ovorum et lacticinorum, quod modo relaxatum est. Nemo igitur hujusmodi modicam abstinentiam observare negligat aut contemnat, ne incurrat Dei vindictam, qualem communiter incurrunt temerarii prævaricatores.* Codex alius: *Feria secunda post Dominicam Misericordia Domini, celebratur jejunium Bannitum: quia die post Primam itur ad sanctum Joannem, et in exitu cantatur, Omnipotens Deus nostrorum consolatio, et deinde incipitur Missa, qua finita legitur Sexta, et postea reditur ad Ecclesiam Moguntinam cum Litanis.... Feria quarta in jejunio Bannito itur post Primam ad Ecclesiam Moguntinam cum Litanis... Feria quarta in jejunio Bannito itur post Primam ad Ecclesiam S. Mariæ ad Gradus, et ad exitum cantatur Antiphona, Oremus, Dilectissimi: cætera, ut supra. Feria sexta in Jejunio Bannito, itur post Primam ad S. Mauritium, et in exeundo de Choro per totam viam mediam cantatur, Timor et tremor venit in Niven, et cætera, ut supra.*

JEJUNIUM pro defunctis præcipitur in Capit. ann. circiter 744. cap. 2: *Fideles pro defunctis amicis Jejunia et oblationes triginta diebus adimpleri faciant.*

JEJUNIUM Dispensationis est, quod celebratur in Vigilis solennium dierum et magnarum Festivitarum, ut Natalis Domini. Durand. lib. 6. Rat. cap. 7. n. 7. Vide Vigiliæ.

JEJUNIUM Votivæ Promissionis, ut si quis vovet, quod certa die jejunabit, vel a carnibus abstinere. Beletus cap. 11. et Durandum l. 6. cap. 7. n. 8.

JEJUNIUM Pœnitentiæ, quod Ecclesiastico more pœnitentialibus traditur ad

remedium, inquit Sigefridus Episcop. Moguntinensis Epist. 3.

**JEJUNIA Indicta** in poenitentiam, quo pacto redimerentur, docent Canones saxonici sub Edgardo Rege dati, cap. de Satisfactione, § 18. 19.

**JEJUNIA Triduana**, in electionibus Episcoporum observata fuisse animadvertere est in Formulis antiquis apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 604: *Ideoque ammonemus ut Triduana Jejunia ab omnibus in ista parochia commorantibus fieri jubeantur*. Abbatum quoque electioni aliquando jejunium prævisse, testis est Guibertus Gemblacens. in Epistola ann. circiter 1182. ubi de electione Abbat. Majoris Mon. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 609.

**JEJUNIA Monachorum**. Vide Concilium Turonense II. can. 17.

**JEJUNTIUM Escarum**, in quo a carne abstinetur, in Charta Manassis Episcopi Aurelian. ann. 1210. in probat. Hist. Blesensis pag. 10.

**PURGATIO per Jejuniū**. Leges Kanuti Regis cap. 7. apud Bromptonum: *Cum sociis se purget, vel Jejuniū ineat, si opus est, et applicetur ad Corsned, et fiat voluntas Dei*. Ordo Romanus et Beda in Præratione ad librum de Remediis peccatorum: *Singula quæque diducet, et aliquos a cibis abstinendo, alios elemosynas dando, nonnullos sapius flectendo genua, sive in cruce stando, aut aliquid aliud hujusmodi, quod ad animæ salutem pertinet*. Benno Cardinalis de Vita Hildebrandi, seu Gregorii VII. PP.: *Idem Præsumptor* (Gregorius VII.) *Jejuniū indicit Cardinalibus, ut Deus ostenderet, quis rectius sentiret de corpore Domini, Romanane Ecclesie, an Berengarius, per hoc manifeste probatus infidelis, cum in Nicæno Concilio scriptum sit, quia dubius in fide, infidelis est. Et de corpore Domini signum quæsiuit, quod petente B. Gregorio ad firmandam mulieris fidem contigit, quando panis Christi formam accepit digiti: et misit duos Cardinales, Othonem et Cunonem ad sanctam Anastasiam, ut ut cum Suppone ejusdem Ecclesie Archiepiscopo, triduanum jejuniū peragerent, et illi tribus diebus singulis per dies singulos Psalterium et Missas decantarent, ut supradictum signum eis Christus ostenderet: quod minime contigit.* [\* Innocentia vel assertionis probatio per jejuniū. Nihil ergo huc spectat locus ex Ordine Romano prolatus, ubi de animæ per jejuniū purgatione sermo est.]

**JEJUNII Superpositio**. Vide *Superpositio*.

**JEJUNIA Legitima**, [id est, ex præcepto observanda. Collectio antiqua Canonum poenitent. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 50: *Jejunia legitima tria sunt in anno pro populo, XL. ante Pascha, ubi decimas anni solvimus, et XL. ante Natale Domini, et post Pentecostem XL. dies et noctes.*] Vide *Quadragesima*.

† **JEJUNTIUM, Fames**. Barthii Glossar. ex Roberti Monachi Hist. Palæst.: *Hanc famis asperitatem, ut suos probaret, evenire permisit Deus. Nam et suos premebat Jejuniō, et vicinas nationes disternabat gladio.*

\* **IENENSES NUMMI** binas uvæ exhibent cum voce *Ihena*, vel *Ihene*, ob solum vini præstantis fertile, apud Schlegel. in Dissert. de Num. Ienen. edit. ann. 1697.

\* **JENERARE**, pro Generare. Charta ann. 1139. ex Bibl. reg. cot. 17: *Donator sum tibi... uxori meæ, nomine Aladaicis,*

*et ad infantes, qui de me vitæ sunt Jenerati et nati de te.*

\* **JENITRIX**. [Genitrix: « Ego Durandus monachus et soror mea Linguis, filii Vualaronsi et Jenitrice nostra Eiloni. (Confluente in Cerdania, 989. mus. arch. dep. 38.) »]

\* **JENUARIUS**. [Januarius: « Facta ista carta donacione, nonas Jenuarii. (Mus. arch. dep. p. 39. an. 989.) »]

† **IERARCHA**, pro *Hierarcha*, a Græco ἱεράρχης, Qui sacris præest. Hoc honoris titulo Guibaldum seu Wibaldum Abb. Casinensem compellat Lotharius Imper. apud Marten. tom. 2. Collect. Ampliss. pag. 165.

† **IERARCHIA**, Dignitas Ierarchæ, in Epistola Presbytero Johanni seu Regi Abissinorum falso adscripta ad calcem MS. Corbeiensis.

† **IERARCHUS**, ut *Ierarcha*. Sic inscribitur Epistola anni 890. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 280: *Domino beatissimo et vere Apostolico veræ et æternæ Sapientiæ amatore D. sanctæ Viridunensis Ecclesie Ierarcho*, id est, Episcopo.

\* **IERBUS**, Locus vel ager herbosus et palustris, Ital. *Erbaio*. Dipl. Otton. I. imper. ann. 962. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 66: *Inde descendens per ipsum Ierbum seu paludem Trivisiensem, etc. Cum omni honore, pratis, vineis, silvis, Ierbis, cultis, et incultis, etc.* Placit. ann. 1014. ibid. tom. 1. col. 409: *Pecia una de terra, quod est in parte prato et in parte Ierbo, seu in parte silva, etc.* Vide supra *Herbacia*.

† **JERCIA**, Agna, ovis quæ nondum peperit, Picardis *Germe*. Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 27: *Oves L. cum lacte, anniculos xxx. inter arietes et Jercias... bovarios vi. etc.* Vide *Gercis* et *Germgia*.

† **JEREMITA**, Navi, igne Græco plena, Gall. *Brulot*. Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1092: *Alio autem die venerunt Saraceni per flumen cum xxx. galeis et tribus Jeremitis ardentibus ad Comburendum pontem*. Et col. 1100: *Venerunt Pagani et Saraceni et diræcerunt quatuor Jeremitas ardentem per flumen, cooperatas pice et oleo cum stipula et lignis aridis et palea, comburentes ac si essent campanæ, et sulphure et flamma videbantur tangere cælum, et credebant ardere pontem, et intrare civitatem cum frumento et aliis necessariis.*

\* **JERGERIA**, Lolium. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Jergie, une mauvaise herbe qui croist entre les bleds, zizania, i. lolium.*

\* **JERICHIUM**, Locus ubi aluntur senes. Testam. Brun. archiep. Colon. ann. circ. 965. in Suppl. ad Miræum pag. 295. col. 2: *Jerichium loco competentis ad nutum abbatis, non longe a cœnobio constituatur*. Vide *Gerocodium*.

† **JERMEDIA**. Vide *Germgia*.

\* **JERNAGIUM**, pro *Ivernagium*, frumentum hyemale. Charta Guill. comit. Nivern. ann. 1165. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 22. col. 2: *Salvamentum est mina avenæ in ochia, et duo denarii, et unus panis Jernagii*. Vide *Ibernagium*.

† **JERN-BYRD**. Vide *Ferrum Candens*.

† **JEROCMIUM**, [Locus ubi aluntur senes.] Vide *Gerocodium*.

† **JERONTICON**, Liber continens Vitas Patrum. Vide *Geronticon*.

† **JERUPREPES**, [Sacer, divinus.] Vide *Geroprepes*.

† **IES**, Exitus, semita, callis. Charta

Dombensis ann. 1466: *Juxta terram Joannis Chabua quodam Ies intermedio.*

\* **JESA**, vel *Jesus*, vel *Jhesa*, *Gisarme*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Vide *Gisarma*.

\* **JESINU**, Cessatio, Gall. *Chomage*. Charta Odon. archiep. Rotomag. ann. 1259. ex Cod. reg. 1245. fol. 613: *Sciendum est quod occasione seu ratione Jesinæ molendinorum nostrorum, nichil nobis poterit dictus firmarius computare*. Vide supra *Gesina 2*.

† **JESSE**. Will. Thorn. ann. 1097: *Candelabrum etiam magnum in choro æreum, quod Jesse vocatur, in partibus emit transmarinis*. Ejusmodi sunt candelabra, seu *Polycandela* ærea etiamnum in aliquot ædibus sacris, ab humo altius educta, et in latum expansa, *Arboris Jesse* (unde nomen) speciem referentia: seriem scilicet genealogicam Jesu Christi, juxta Isaiam cap. 45. et S. Paulum ad Roman. cap. 1. Sugerius libro de Administr. sua pag. 348: *Vitrearum etiam novarum præclararum varietatum ab ea prima, quæ incipit a stirpe Jesse, in capite Ecclesie, usque ad eam, quæ superest principali portæ... depingi fecimus*.

† **JESUATI**. Vide supra *Fratres Jesuatorum in Frater*.

\* **JESULUS**, Puerulus Jesus, in Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 255. col. 1.

\* **JESUM**, Jesus, Lanceæ seu spiculi species. Vide supra *Gesum* et *Jesa*.

\* **JETA**, Impositio seu impositiois æqua partitio. Libert. Montifer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Quod dicti consules... possint et eis liceat facere... Jetam et Jetas, talliam et tallias, qui et quæ sibi et eorum consiliariis videbuntur in habitantibus... Quamcito Gatiatus de suo cumino, Jeta. seu tallia salisfecerit, etc.* Vide supra *Gita*.

\* Hinc *Jeument*, ut videtur, pro *Equabiliter*, vulgo *Egalement*, alias etiam *Igaument*. Charta ann. 1263. ex Chartul. S. Petri Insul. sign. Decanus fol. 112. vº: *Et pour toutes ces choses faire... doit li fourniers... prendre pour nous trois fournages; desqueles il doit prendre les deux communément et Jeument de cascun soulonc pou k'il cuist de cascun; et le tierce doit il prendre de cascun, ne mie Jeument, mais plus et mains selonc pou k'il sont lonc et priès dou four. Partir igauement*, in Cons. Petri de Font. cap. 32. art. 21. pag. 146.

† **JETUS**, Piscatio. Vide *Tractus 2*.

\* **JEULARIA**, Idem quod supra *Jaularia*. Charta ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 619: *De emolumentis babilie, notarie et Jeularie, etc.* Alia ann. 1350. in Reg. 84. ch. 611: *Item pro inquantu, Jeularia et notaria dicti loci, etc.*

† **IF**, vox Gallica, *Taxus*. *Balistæ de If*, in Epistola ann. 1119. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1115.

† **IFFIGIARE**. Glossar. Sangerman. MS.: *Amendat, Iffigiat, aut longe mittit, vel extra commendat*.

† **IFUNGIA**, Panis primarii genus, panis similaceus, Anglis *Coked bread*. Anonymus priscus:

Dic panem, lapidem; quoque dic Ifungia, quare?  
Hoc quia de facili fungitur omnis homo.

Hæc Spelmann. Sed pro *Ifungia*, scribere debuerat Grammaticulus iste, *Sfungia*, quæ Isidoro lib. 20. cap. 2. dicitur panis, aqua diutissime laxatus, qui simillam modicam accipit, et fermentum modicum, et habet humectationis plus, quam omnis panis, unde et *Spongæ* nomen accepit. Glossæ antiquæ MSS.: *Sfungia*,

*panis aqua ditius* (f. diutius) *malaxatus*. Vide *Panis de Coket*.

† **IGGERERE**, pro *Ingerere*, in Gestis Tancredi, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 132.

\* **IGHEHECLE**, vox Belgica, cujus vim exponunt Lit. remiss. ann. 1420. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 242: *Et sur ce jugier bonne paix selon coustume et usage de la ville et l'entier amendement ou amendise, que on appelle Ighehecle*.

\* **IGILDH**, in Jure Danico apud Ludevig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 175: *Item notum sit, quod Igildh est tantum quantum fur abstulit bondoni*.

† **IGNARURES**, ἀγνοῦντες, *Ignari*, in Supplemento Antiquarii.

\* **IGNATIA**, Placentæ species. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679: *Ignatia, fouace, ab igne*.

\* **IGNATUM**, Morbi genus, carbunculus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Floyronc, Prov. hulcus, Ignatum, forunculus*.

\* **IGNAVIO**. [*Ignavus* homo. *Gell.* 16. 14. ex *Verr. Flacc.* Isti *Ignaviones*, qui nihil perficere possunt. Ita leg. *Lips.* at melius alii *ignaviores*.]

\* **IGNAVITAS**. [Idem ac *Ignavia*. *Justin.* 43. 3. *Ignavitate* et macie terræ. Sed alii melius leg. *exiguitate*.]

\* **IGNAVITER**. [Idem ac *ignave*. *Hirt.* ad *Cic.* post ep. 6. l. 15. ad *Att.* An ego, cum omnes caleant, *Ignaviter* aliquid faciam? Adde *Lucil.* et *Claud. Quadrigar.* apud *Non.* 11. 29. et *Priscian.* 15. p. 1010. *Putsch.*]

† **IGNEARIUM**. Vide mox *Igniarium*.  
\* **IGNEFACTUS**. [Incensus, inflammatus. Lapidis *Ignefacti* aceto exstinguuntur. Addunt alii et locum *Plin.* 20. 9. 40. ad fin., ubi *igne factus* divisim legendum est.]

\* **IGNESCO**. [*Ignitus* flo, in ignem convertor. *Cic.* 2. *Nat.* D. 46.]

† **IGNIA**, Festo, *Vitia vasorum fictilium*, nempe quod ignis eorum quædam causa, ut habet *Martinius*: qui et istud refert ex *Glossis*: *Ignia, voria, φουάσις*: pro quibus suspiciatur legendum, *Ignia, voria* vel *vorria, πυρίασις*, ut intelligatur *Nidus calidus*, cui *Gallina* incubat, fomentum: aut *vorria, πυρίασις*, *Humor calidus*, aqua calida, qua quis fovetur; *vorria* enim est *Uiligo*, humor.

† **IGNIARIUM**, *Focarium*. *Joan.* a *Janua*. *Foyer* Gall. Gloss. *Isid.*: *Ignarius*, ignem continens. [Gloss. Lat. Gall. *Sangerman.*: *Ignearium, Foyer, Ignearius, Contenant feu*. *Onomast.* apud *Martinium*: *Igniarium, πυρσίων*. *Lego* apud *eumd.* de *Janua*: *Ignearius, Ignem continens*; *Ignearium, Focarium*.]

† **IGNIBULUM**, *Thuribulum*. *Joanni* de *Janua*. [*Encentier*, in *Glossis* Lat. Gall. *Sangerm.* Vocem hanc usurpavit *Prudentius* eadem notione.]

\* **IGNICANS**. [Ad exardescendum facilius. *Jul. Valer.* 3. *res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 54. *Granatis* etiam *malis* suam dat gratiam magnitudo; nam *grana* illis, quo *glandes* impetu, verum *Iguccantia*.]

\* **IGNICOMUS**, Cujus coma ignea. *Erm. Nigel.* *Carm.* tom. 6. *Collect. Histor. Franc.* pag. 52:

Ne nox atra cadens miseris deprendat inertes,  
Tradat et Ignicomis illico rite focis.

*Sol ignicomus*, apud *Auson.* *Epist.* 7.

† **IGNICREMUS**, *Ignis crematus*, vel *ignis cremans*, *Johanni* de *Janua*; *Brulé par le feu*, in *Gloss.* Lat. Gall. *Sangerm.*

† **IGNIFER TERMINUS**. *Incertus Gromaticus*: *Lapis si mixtam venam habuerit, Ignifer nomen habet*. *Latinus* et *Myrsontius* pag. 261: *Termini Tiburtini, Siliceæ, Tofineæ, Igniferi, etc.*

\* **IGNIGENUS**. [Ignem gignens. *Apul.* 7.]

\* **IGNILIS**, Belgis *Ickse*, *Nummi* argentei nomen, *schelinus*, vulgo *Escalin*, apud *Leonin.* *cancellarium Gelriæ* in *Consil.* 49.

\* **IGNIPELAGUS**. [Gall. *Feu grégois*. *DIEF.*]

† **IGNIRE**, *Accendere*, Gall. *Alumer*. *Vita S. Johannis Gualberti* tom. 3. *Julii* pag. 381: *Accensa candela, lampadem Ecclesiæ festinabat Ignire*. *Missale Mozarabicum* a *Mabilonio Liturg.* Gall. pag. 37. *laudatum*: *Hodie nobis thesaurus natus est: hodie nobis lucerna Virginis, quam Spiritus Sanctus Ignivit, verum lumen apparuit*.

† **IGNIRE**, *Fulgere*, veluti ignis resplendere, Gall. *Briller*. *Rolandinus Patavinus* de *Factis* in *Marchia Tarvis*. lib. 11. cap. 4. apud *Murator.* tom. 8. col. 328: *Itaque Paduani gigantes calcariis sonipedes Ignientes, discurrunt per actem Alemannorum, non aliter quam animosi leones discurrerent per pecudes*.

† **IGNIRE**, *Instigare*, *instimulare*, *asperare*, Gall. *Irriter*. *Camilli Peregrini Histor.* *Princip.* *Langobard.* apud *Murator.* tom. 2. pag. 241: *Qui illic adiens astu doloso Principem deseruit, et se illis sociavit, eosque Ignivit deterius*.

† **IGNIRI**, *Uri*, *inflammari*, *Gallice Brusler*. *Chronicon Comodoliacense* apud *Stephanot.* *Fragm.* *Hist.* tom. 2: *Sic in interioribus corporis Igniebantur, quod nulla aquæ vel humoris alterius frigiditate refrigerari valebant*. *Alcoran.* *Franciscan.* ex conform. *S. Francisci* fol. 4: *Qui ab ipso tactus manu, summi caloris incendio est Ignitus; quod probabat Franciscum Seraphico incendio esse Ignendum*. *Gloss.* Lat. Gall. *Sangerman.*: *Ignire, Ardoire, Enflammer*.

1. **IGNIS**, Idem quod *Focus*, *Domus*. *Lex Ripuar.* tit. 30. de servo reo, ubi sic dominus loquitur: *Ego ignoro, utrum servus meus culpabilis an innocens de hoc extiterit, propterea eum secundum Legem Ripuariam super 14. noctes ad Ignem presento*. § 2. *Quod si postquam eum ad Ignem applicuerit, fuga lapsus fuerit, etc.* *Charta* ann. 1138. in *M. Pastoralis Eccl.* *Paris.* lib. 7. num. 42: *Comes Theobaldus in Festo S. Dionysii de unoquoque Igne illius villæ pro taxamento (seu tensusamento) unum sextarium avenæ habebit: si vero aliquis ignium defuerit, Comes nec de terra, si sine domo remanserit, nec de domo, si sine Igne fuerit, prædictum taxamentum habebit*. *Charta Conradi Episc.* *Metensis* ann. 1214. apud *Meurissium*: *E contra præfati Canonici et Advocatus proponebant, non ideo eos esse liberos a solutione telonei, quod domos haberent in civitate Metensi, cum non facerent in ea Ignem et fumum, nec eorum uxores et familiæ ibidem manerent, nec ipsi in eadem civitate sicut alii cives facerent excubias*. Ita promiscue *Ignis*, et *focus*, in *Charta* ann. 1306. in *Regesto* 9. *Philippi pulcri Reg. Franc.* ch. 14. *Hinc fovere larem*, aliquis dicitur in *Provinciali Ecclesiæ Cantuariensis*. lib. 2. titul. 1. *qui habet domum, in qua moratur et fovet Ignem*, ut ait *Lindvodus*. *Charta Joannæ Reginæ Siciliæ* ann. 1348. apud *Guesnaium* in *Annalib.* *Massiliensib.* pag. 353: *Hujusmodi civitatis homines... Laves in illa*

*et incolatus proprios confoventes. Ignem tenere, in Libertatibus Jasseronis Oppidi* in *Sebusiis*. *Fori Oscæ* ann. 1247. fol. 8: *Et quod ipsa casa sit cum habitatore, qui faciat ibi Ignem, etc.* Vide *Focus*.

\* 2. **IGNIS**, *Jus lignum excindendi* in nemoribus ad usum ignis, *lignatio*. *Charta Henr. I. reg. Angl.* ann. 1126. inter *Instr.* tom. 11. *Gall. Christ.* col. 235: *In eodem nemore dedit monachis... Ignem et materiam ad omnia ædificia sua et opera*. Vide supra *Accendere*.

† **IGNIS BRIGIDÆ**, quem inextinguibilem dicunt, etc. cujusmodi fuit *Vestallium*. Vide *Silvestrum Giralduum* lib. 2. *Topogr. Hibern.* cap. 34. 35. 36. 48.

† **IGNIS GRÆCUS**, *Confectitius, Feu d'artifice*. *W. Neubrigensis* lib. 4. cap. 19: *Quodam Ignis genere, quem Græcum dicunt*. *Guibertus* lib. 7. *Hist. Hierosol.* cap. 33: *Græcos, quos ita vocitant, Ignem injicere machinis, etc.* [*Johannes Ipe-rius* in *Chronico S. Bertini* cap. 23. part. 1. apud *Marten.* tom. 3. *Anecd.* col. 549: *Henricus cum paucis viriliter occurrit, et injecto igne Græco, omnes pene cum suis navibus ecessit*.] *Πύρρωμαίον*, *Theophani*; *Ignis Romæus*, *Paulo Diacon.* lib. 21. *Hist. Misc.* *Ejusmodi factitii ignis Callinico Heliopolitano, qui sub Constantino Pogonato floruit, inventionem adscribunt Theophanes, Cedrenus* pag. 678. *Constantinus* de *Adm. Imp.* cap. 48. *Paul. Diacon.* lib. 19. *Hist. Misc.* et *Sigebertus* ann. 678. quo quidem igne soli diu usi leguntur Græci Orientales, adeo ut illius conficiendi rationem et modum exteris non modo non communicarent, sed iis, si hac de re rogarentur, responderent, id sibi potissimum interdictum ab *Magno Constantino*, a quo inventum primo esse asserebant aut fingeant, ut est apud *Porphirogenitum* loco citato. Licet vero ignis ejusmodi conficiendi modum docere exteros renuerent, confectum tamen sæpe communicabant Principibus foederatis, navesque eo repletas locabant, quibus hostium classem i comburerent, ut patet ex *Luithprando* lib. 5. cap. 4. et *Ditmaro* lib. 3. pag. 33. Nam in mari potissimum istius ignis usus fuit, unde πῦρ θαλάσσιον dicitur *Theophani*, πῦρ Ἰσάριον [eidem *Theophani* ann. 1. *Leonis Isauri*, ann. 2. *Michaelis Curo-palatae*, *Porphirogenito* de *Admin. Imp.* cap. 48. de *Callinico*, *Anonymo Combesiano* in *Porphirog.* num. 30. in *Romano Juniore* num. 8. et] *Nicetæ* pag. 249. *Ignis liquidus*, *Monacho Florentino* de *Expugn. Accon.* pag. 238. Quo autem pacto Græco igne instruerentur naves, et quomodo eo uterentur Græci tum in navalibus, tum in terrestribus præliis, sat multis diximus in *Notis* ad *Joinvillam* pag. 71. *His* adde *Rigordum* ann. 1190. pag. 32. *Thwrocium* in *Salomone Rege Hungarorum* cap. 50. [*Petavium Rationarii Temporum* lib. 8. part. 1. cap. 1.] et quæ notamus ad *Cinnamum* pag. 480. [\*\* *Glossar. med.* *Græcit.* col. 1275.] etc.

Ait autem *Albertus Aqu.* lib. 7. cap. 15. *hujus ignis genus aqua esse inextinguibile*; quod revera est, siquidem in ipsa aqua, imposito mari ardebat, ut observatum in *Annalib.* 11. *Alexiad.* pag. 336. *Willelmus Neubrig.* lib. 4. cap. 19: *Muris enim admotæ (machinæ) incedebantur ab hostibus quodam ignis genere, quem Græcum dicunt. Denique hoc genus arte confectum miræ esse potentia dicitur, nec contrario cedere elemento*. *Le Roman de Garin*:



Le feu Grezois lors fet leans jalir,  
Aux grans palez et à sales ferir,  
Vente li venez, li paley est espris,  
N'iert niés esteint par eve-neas un dis.

Inventæ tamen postmodum variæ extinguendi istius ignis rationes. Aceto enim extingui annotant Luitprandus lib. 3. cap. 6. Ditmarus lib. 3. Matth. Paris ann. 1219. et Cinnamus: et arena, vel sabulo, idem Matthæus Paris loco citato, et Hist. Hierosol. pag. 1167. Vno etiam, ut auctor est Poeta vernaculus de *Garin le Loherans*:

Més le sablons, et li vins, et l'esil  
L'eust esteint, si s'en fust entremis.

Ubi *esil* idem est quod acetum. Denique Jacobus de Vitriaco lib. 3. cap. 84. ut et Gobelinus Persona ætate 6. cap. 49. urina etiam extingui produunt: et oleo Baldricus Dolensis lib. 3. Hist. Hieros. pag. 125. et idem Jacobus de Vitriaco lib. 3. cap. 84. His omnibus addendus Monachus Florentinus de Expugnat. Acconensi:

Pereat ô utinam Ignis hujus vena,  
Non enim extinguitur aqua, sed arena,  
Vixque vinum acidum arctat ejus fræna,  
Et urina stringitur ejus vix habena;  
Ignis hic conficitur tantum per Paganos,  
Ignis hic exterminat tantum Christianos.  
Incantatus namque est per illos prophanos  
Ab hoc perpetuo, Christe, libera nos.

Ex quibus vero confici soletur Ignis Græcus, discere est ex Anna Comæna, ex Alberto Magno de Mirabilibus mundi, et ex Julio Scaligero Exercitat. 13. in Cardanum n. 3.

*Ignem Græcum in phialis et ollis in hostes projectum habent Albertus Aqu. lib. 9. cap. 49. et Nicol. Trivettus in Chr. ann. 1191. pag. 506. [Bernardus Thesaurarius de Acquisitione Terræ Sanctæ cap. 809. apud Murator. tom. 7. col. 809.] Chron. MS. Franc. ex Bibl. Memmiana ann. 1190: Ainsi qu'il s'en alloit par mer, il rencontre une nef de Sarazins que le Soudan Saladin envoioit en Acre pour le secours faire à ceux, qui estoient en la cité: et cele nef avoit grand planté de fioles de voire pleines de feu Gregois. Octavianus Sangelasius in Viridario Honoris:*

Lances gourgons, et feu Gregois en buire.

Interdum tormentis et machinis bellicis in hostes immisus, ut auctor est Joinvilla pag. 38. et Thwroczius in Salomone Rege Hungariæ cap. 50. pag. 55. Vopiscus in Aurelian.: *Ignes etiam tormentis jaciuntur.* Le Roman de *Garin* MS.:

Lievnt engins, sont perieros dreçiees,  
A mangouiax lo feu Grezois lor gietent.

\* **IGNIS PELASGUS, dicitur Gallicæ Feus Grijois,** in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120. Aliud ex Cod. 7679: *Ignis pellagus, Feu Gréjoays.* Vide *Ignis Græcus.*

**IGNIS SACER HIÉROSOLYMITANUS,** quo scilicet olim quotannis Hierosolymis Sabbato Sancto lampades supra Dominicum sepulcrum appensæ sub horam vespertinam divinitus accendebantur. Miraculum, etsi frustra ab aliquot heterodoxis controversum, fulciunt Scriptores, (atque in iis ἀπόκρυφα nonnulli,) scilicet [Auctor Gest. Franc. expugn. Hieros. pag. 581. et seqq.] Anonymus de Locis Hierosol. num. 1. Bernardus Monachus in Itiner. T. S. cap. 10. Leo Ostiensis lib. 3. cap. 30. Glaber Roderolphus lib. 4. cap. 6. Chronicon Monasterii de Fontanis cap. 4. Willelm. Malmesbur.

lib. 4. Hist. Angl. pag. 140. 147. Hugo Flaviuacensis pag. 178. Albericus in Chron. MS. ann. 970. et Chronic. Andrense pag. 465. in quo *sacer ignis* nuncupatur, quo lampades accenduntur. In Calendario Maronitarum, apud Allatium in Symmictis pag. 301: *Sabbat. ignis jejuniis, Sabbatum sanctum, quo ignis vel splendor divinus apparere solebat supra sepulcrum domini in templo Jerosolymitano, interpretatur Gabriel Sionita.* Sed et scribit Wilhelmus Dugdalis in Antiquitat. Warwicensis Provinciæ, in Eccles. Warwicensi inter reliquias olim asservatum *oleum, in quo venit ignis in vigilia Paschæ de celo.* Adde alia suggerentes Leonem Allatium lib. 1. de Opinationibus Græcorum n. 30. Richardum de Insula S. Irenes pag. 157. Christophorum Angelum de hodierno Græcorum statu cap. 42.

**NOVUS IGNIS,** Qui in Ecclesia Sabbato sancto Paschæ, extincto veteri, accendi solet. Leo IV. PP. de Cura pastoralis: *In Sabbato Paschæ extincto veteri novus Ignis benedicatur, et per populum dividatur.* Ordo Romanus: *Cereus benedictus, illico illuminentur ab eodem in duobus candelabris alii duo cerei statueram hominis habentes, et de ipso novo et benedicto Igne accendant in omni domo, quia omnis ignis anterior, qui tunc ardebat, extingui debet.* Nam, ut ait Alcuius, in Romana Ecclesia extinguitur totus ignis in sexta Feria. Honorius Augustod. lib. 3. cap. 94: *In Romana Ecclesia hora sexta, et in nona reacenditur.* Adde Rupertum lib. 5. de Divin. Offic. cap. 28. Vide *Cereus Paschalis.*

Novum quoque ignem feria 5. in Cœna Domini et in feria 6. Parasceves simili ritu, quo Sabbato sancto, in quibusdam Ecclesiis benedictum fuisse discimus ex MS. Pontificali Ecclesiæ Pictaviensis annorum circiter 800. Hæc inter cetera ex eo MS. referuntur apud Marten. Tract. de antiqua Eccl. Discipl. pag. 283. et 284: *Ipsa quoque die Cœnæ Domini ignis de crystallo sive de annula sumitur, vel etiam de cote, si neutrum horum fuerit, excutitur, et a Presbyteris in novissima sive in forensi loci Ecclesia benedicuntur.... Sicut in isto die taxavimus, sic et feria sexta faciendum est, similiter et Sabbato ea tantum ratione, ut ad horam nonam excutiant ignem de lapide, sicut diximus, et (a) Mansionario quinta feria portetur (cereus ex novo igne accensus, dum Clerus in Ecclesiam revertitur) sexta feria ab Archidiacono, in Sabbato Sancto ab Episcopo juniore portetur. Si vero hic ordo in Monasterio agitur, quinta feria ipse ignis (i. e. cereus ex eo accensus) a Custode Ecclesiæ portetur, sexta feria a Præposito, Sabbato vero sancto ab Abbate portetur.*

\* Ex novo quoque igne benedicto accendebantur cerei in Purificatione B. Mariæ. Ordinar. S. Mart. Lemovic. ex Cod. reg. 1138. fol. 10. r.º: *In Purificatione sanctæ Mariæ... Post Tertiam induti sacerdos et ministri in albis, et Igne de crystallo vel silice noviter excusso, procedant ad altare, et tibi Ignem benedicat et cereos a sacrista præparatos.*

**IGNIS PASCHALIS.** Zacharias PP. in Epist. 12. ad Bonifacium Archiepiscop. Moguntinum: *De Igne autem Paschali, quod inquisisti, a priscis sanctis Patribus, ex quo per Dei et Domini nostri Jesu Christi gratiam, et pretioso sanguine ejus dedicata est, quinta Feria Paschæ, dum sacrum Chrisma consecratur, tres lampades magnæ capacitatis, ex diversis cande-*

*lis Ecclesiæ oleo collecto, in secretiori Ecclesiæ loco, ad figuram interioris Tabernaculi insistentes indeficientes, cum multa diligentia inspectæ ardebunt, ita ut oleum ipsum sufficere possit usque ad tertium diem: de quibus candelis, Sabbato sancto, pro sacri Fontis baptismate sumptus ignis per Sacerdotem renovabitur.* Vita S. Kierani Episc. Sagiriensis num. 24: *Sanctus senex statuit ut in suo Monasterio ignis Paschalis consecratus per annum non extingueretur.* Vide Serrarium lib. 3. Rerum Moguntinar. pag. 474. Idem

**IGNIS LAPIDEUS** dicitur apud Bernardum Mon. in Consuetudin. Cluniac. MSS. cap. 69. quod inscribitur de *Igne Lapideo:* ubi nominis rationem explicat his verbis: *Lapis pretiosus, de quo Ignis est producendus, sub custodia jam dicti Apocrisiarum servatur, etc.*

\* **IGNIS** dictus **FUDOS,** Qui in vigilia S. Joannis Baptistæ accendi solet. Charta ann. 1343. in magno Chartul. nig. Corb. fol. 100. r.º: *Audevant de le maison desdis religieux le nuit de le S. Jehan Baptiste l'an 1342... lidis religieux par euls ou leurs gens avoient fait faire un feu, apelé Fudos, en l'onneur de monsieur S. Jehan.* Alterum ejusdem diei usum referunt Literæ remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 95: *Comme la veille de la saint Jehan Baptiste les bonnes gens de la ville de S. Just, qui ont petit enfans gisans en bers, ont accusé de temps ancien de veillier leursdiz enfans en la rue devant leurs huys, et de y faire ramées de bois vert entour leursdiz enfans pour la solemprité de la feste, et de donner et départir des tartes aux bonnes gens, qui y viennent veillier et eulx esbaire et jouer, ainssi que il a esté et est accoustumé.*

\* In vigilia quoque SS. Petri et Pauli consueverant ignes fieri quibusdam in locis. Lit. remiss. ann. 1358. ex Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 375: *Quadam nocte in vigilia SS. Petri et Pauli apostolorum... qua nocte in honore dictorum Apostolorum fiebant Ignes more solito, in dicta villa de Tribus vallibus.*

\* Imo et qualibet Dominica in Quadragesima idem usus obtinuit in diocesi Suesionensi, ut testantur Literæ remiss. ann. 1396. ex Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 192: *Icellui Jaquemin estoit alez après souper en la ville de Villeblain, en l'éveschié de Soissons, veoir les feux, que l'en a accoustumé de faire chacun Dimanche en Quarésme oudit pais, etc.*

\* **IGNIS SACER,** Qui et **Morbus B. Mariæ** dicitur, in Charta ann. 1248. ex Necrol. eccl. Paris. MS.: *Cum ecclesia nostra in parte anteriori quæ ægri et morbo, qui Beata Mariæ nuncupatur vulgariter, laborantes ac angustias alias patientes reponi consueverint, etc.* Alia ejusd. ann. ibid.: *Cum... statuerimus sex lampades ardentis singulis noctibus perpetuo in ecclesia Parisiensi, ubi infirmi qui morbo, qui Ignis sacer vocatur, in ecclesia laborantes consueverunt reponi, etc.* Vide Miracula S. Ludov. episc. Tolos. tom. 3. Aug. pag. 820. col. 1. [\*\* et Murator. Antiq. Ital. med. ævi tom. 1. col. 911.]

† **IGNIS DIVINUS,** Ignis sacer. Chronicon Andrense tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 411: *Eodem anno (1129.) plaga Ignis Divini Carnotum, Parisius, Suesionem... et alia multa loca mirabiliter pervadit, sed mirabiliter per S. Dei Genitricem Mariam extinguitur. Juvenes etenim, senes cum junioribus, virgines etiam teneræ in pedibus, in manibus, in mamillis, et quod*

gravius est in genis exuruntur et celeriter extinguuntur.

\* Hinc Feus-Dieu appellantur, qui eo morbo laborant, in Charta Guill. de Haricuria ann. 1317. ex Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 122 : *Après Prime chantée, messe à note pour les Feus-Dieu. Vide infra Ignis Judicialis.*

IGNIS SILVESTER, Ignis sacer, ἑρσυνέλας, nostris, *Feu sauvage*. Rogerius Episcop. Abellinensis in Historia Translat. S. Modestini et sociorum cap. 2. n. 9 : *Brachii nimia laborans infirmitate, quæ vulgo Ignis Silvester dicitur. Ademar Cabanensis in Abbatibus S. Martialis Lemovicens. pag. 272 : Hujus Principatu plaga Ignis super corpora Aquitanorum desævit, et mortui sunt plus 40. millia hominum ab eadem pestilentia. Vide Agobardum in Epist. ad Bartholomæum, et supra vocem Ardentis.*

† IGNIS GEHENNÆ, Eadem notione, in Vita S. Eleutherii Episc. Tornac. n. 19.

\* IGNIS S. FIRMINI, Morbi genus, idem qui Ignis sacer. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 217 : *Quædam infirmitas, vocata Ignis sancti Firmini Ambianensis, in pluribus partibus corporis ejusdem Johannis supervenit. Aliæ ann. 1382. in Reg. 121. ch. 121 : Icellui Cote de fer... acoucha malade d'une bosse et epidémie, et aussi d'une autre maladie, appellée le Feu S. Firmin, parquoy il fut porté en l'église de Nostre Dame d'Amiens, si comme en tel cas est accoustumé. Vide infra Morbus Ambianensis.*

IGNIS INFERNI dictus, qui vulgo Sacer, seu *Erpeta*. Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 6 : *Eodem tempore illa ignea pestilentia divino judicio nimis ipsam provinciam oppresserat, qua plurimorum pedes invisibili igne, qui Ignis Inferni vocabatur, publice comburi videbantur.*

† IGNIS INFERNALIS, Eadem notione. Instrumentum MS. ann. 1482 : *Alius in posteriori parte morbo illo horribili qui dicitur Ignis infernalis comburebatur... Quisquis contagio infirmitatis illius quæ dicitur Ignis infernalis fuerit contaminatus, cerei ceram superfluentem in aqua distillet, et lesura ignis aqua aspergatur, cito extinguitur. Chron. Mellicens. pag. 90 : Nam tibia cum pede protinus conjuncta nigredine quadam intumescens, nullo medicorum potuit cataplasmate sedari, quin Igni quem Infernalem vocant, tumori admixto intolerabiliter cruciaretur.*

† IGNIS PERSICUS, Eodem significatu. Acta S. Dymphnæ Virg. et Mart. tom. 3. Maii pag. 488 : *Est morbus hic tabificus, sub extenta livente cute carnem ab ossibus separans et consumens, et mora temporis augmenta doloris capiens et ardoris, per singula momenta cogit miseris mori, sed desiderantibus mortem non advenit, donec depasitis artubus ignis ille sacer et pestifer invadat membra vitalia... Habet ignis ille apud archiatros plura nomina ; dicitur quippe Ignis sacer, Ignis Persicus et Ignis Infernalis, et est qui Ester dicitur Græco eloquio.*

\* IGNIS JUDICIALIS, Morbi terribili genus, quod sic describunt Miracula S. Corn. tom. 4. Sept. pag. 774. col. 2 : *Quodam tempore plaga Ignis judicialis, Dei, ut credo, justo judicio contigit in provincia nostra, ita ut multi, membris amissis, alios, ne talia paterentur, formidare facerent. Hic quippe vastator Ignis putridas carnes, et ad omnium nauseam fetentes, etiam cum ossibus paulatim consumit, et*

non humana, sed divina medicina compeccitur. Vide Ignis Infernalis.

IGNIS SUBCUTANEUS, sic leg. pro igneus, in Chronico Gaufridi Vosiensis parte 1. cap. 27. idem qui sacer. *Subcutaneus morbus*, apud Aurel. Victor. in Epit. in Adriano.

† IGNIS B. MARIÆ, Morbi genus, qui sub Johanne Franc. Rege desævit. Regestum Chartophylacii Regii num. 81. sign. 13 : *Dictus Persil habebat Ignem Beatæ Mariæ in lingua sua et gutture suo ... ex igne prædicto expiravit.*

\* Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 460 : *Ex quodam accidenti Igne B. Mariæ per tibias percussus fuit, ex quo mors fuit subsequuta.*

† IGNIS S. AMBROSII, Caffari Annales Genuens. lib. 1. apud Murator. tom. 6. col. 255 : *Clavarii, Scribani, Cancellarius pro utilitate reipublicæ in hoc consulatu primitus ordinati fuerunt : et Ignis S. Ambrosii in hoc consulatu fuit anno Domini MCCCXXII.*

† IGNIS VOLATILIS, Haud scio an idem qui nostris *Feu volage*, Impetigo, lichen, Gall. *Dartre*. Vita B. Humilianæ tom. 4. Maii pag. 397 : *Sicut cum recessisti a me, nunquam illi et lateris dolore sensi... Infirmitas illa vulgo Papici vocabatur, alio item vocabulo Ignis volatilis, alio modo Gutta salsa nominatur.*

† IGNIS AGRESTIS, Vide in *Ampullæ*.

† IGNIS PENNATIUS, Materia ignita tormentis et machinis bellicis in castella et hostes immissa. Vide *Pennatus ignis*.

IGNIS SILVATICUS, Simeon Dunelmensis, Florentius Wigorniensis, et alii anno 1048 : *Ignis æreus, vulgo dictus Silvaticus... villas et segetes multas ustulavit.*

IGNIS FRICATUS, Pagana superstitio. Vide *Noddyr*, et *Nedfy*.

† IGNIS, pro Incendium. Regimina Paduæ ad ann. 1291. apud Murator. tom. 8. col. 426 : *Hoc anno fuit Ignis ad pontem Corbum, et fuerunt extimata bona, et soluta datia mensis Madii.*

† IGNIS, Jus cognoscendi de incendio. Charta Henrici I. Regis Angliæ ex Histor. MS. Monast. Beccens. pag. 36 : *Habeant in tota parochia Becci omnes libertates, murdrum, mortem hominis, plagam mehain, sanguinem, aquam et Ignem.*

† IGNIS, Dies. Martyrologium Wandalberti tom. 5. Spicileg. Acher. pag. 346 :

... Hæc fulget tricenis Ignibus unda ;  
Hunc hyemis verisque tenent confinia mensæ.

IGNIS INCENSIO, Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Osceæ ann. 1247. fol. 12. ubi de Testibus : *Tamen si postea venerit (is, contra quem testes adducuntur,) et poterit probare, quod legitima causa fuit impeditus, quod non potuit venire ad diem prædictam, quia non potuit aquam transire, etc. non habeatur pro victo, sed detur sibi dies altera ad recipiendos testes, et tunc vocatio adversarii, et incensio Ignis non habeat locum.*

IGNIS JUDICIUM purgationibus vulgaribus accensetur : quo scilicet, manu in ignem immissa, innocentiam suam quæteri tenebatur. Lex Ripuar. tit. 30. § 1 : *Quod si servus in Ignem manum miserit, et læsam tulerit, dominus ejus, sicut Lex continet, de furto servi culpabilis judicetur. Tit. 31. § 5 : Quod si in provincia Ripuaria juratores invenire non poterit, ad Ignem, seu ad sortem se excusare studeat. Hugo Flavinac. in Chron. pag. 244 : Firmantiam autem hanc ita fuisse obla-*

tam affirmare voluerunt, ut judicatum fuisset etiam per Ignis aut aquæ judicium. Charta Balduini Comitis Flandriæ pro Gerardimontensibus, apud Miræum in Diplomate Belgic. pag. 352 : *Nemo cogatur inire duellum, vel subire Judicium Ignis et aquæ. Ita perinde Judicium Ignis et aquæ, in Diplomate Henrici III. Regis Angli. quod descripsit Seldenus ad Eadmerum, ut et Spelmanus in Gloss. Ignitum Judicium, in veteri Charta. Igneum Judicium, in Tabulario S. Albini Andegav. : Probationem per Igneum Judicium obtulit. Sed vereor, ne hæc postrema ad purgationem per ferrum candens pertineant, cum istiusmodi ignis iudicii alibi vix mentio habeatur. Vide Ferrum Candens. Matth. Westmon. ann. 1250 : Prohibitum est Judicium, quod fieri consuevit per Ignem et per aquam. Pro examinatione Ignis et aquæ, pecuniam extorquere Sacerdotes velantur in Appendice ad Concilium Lateranense III. parte 2. can. 3. 11. [Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 912. seqq.]*

Interdum etiam per rogam accensum transeunt illæsos, innocentiam suam, aut rei, quam asserebant, veritatem, probasse legitur : licet id generis iudicii, ut et ignis, inter receptas purgationes vulgares raro legatur ; quædam tamen istius proferunt exempla Cedreus ann. 16. Zenonis, Victor III. PP. lib. 3. Dialog. pag. 98. de B. Petro, inde *Igneo* appellato, postmodum Cardinale Albanense, et ex eo Baron. ann. 1063. Bosius, Ughellus, et alii : Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hierosol. cap. 10. Landulphus de S. Paulo in Chronico Medioli. cap. 10. etc. Vide præterea Pachymerem lib. 7. cap. 22. et Baron. ann. 1063. num. 31. 42.

☞ Triduanum jejunium aliquando ejusmodi iudicio prævisse, quo habitu vestitus reus, quæ ratione rogam disponebant, docet Radulfus in gestis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 179 : *Unde placuit summis procerum, ut qui erroris initium fuerat, ipse litem finiret, Ignito argumento rei dubiæ fidem facturum. Accito itaque in concilium Petro, adjudicantur novem passus hinc inde flammantium mediis spinarum, quatenus hac examinatione aut illævi vera probetur inventio, aut falsa ustulati. Datur jejunio triduum, legitime orandi vigilantique induciæ : sic disceditur ; at mox postredie iterum convenitur. Flammascunt ordine gemino spinæ, Petrus tunica et braccis velatus, nudus cetera per medium graditur, in exitu ambustus cadit, postredie expirat.*

*Ignis* iudicio probatæ reliquiæ, veræne essent, an supposititiæ. Chronicon Andrense pag. 342 : *Comitem ad hoc induxit, ut per Ignis iudicium sanctum famulæ Dei corpus examinaretur.* Complura ejusmodi examinationis reliquiarum exempla habent Scriptorum, Leo Ost. lib. 2. cap. 34. Adamnanus de Locis Sanctis, cap. 10. Matth. Westmonast. ann. 1065. Rodericus Tolet. de Reb. Hispan. lib. 6. cap. 26. Hariulfus lib. 4. cap. 20. Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. ult. Hist. Foundationis Prioratus Stonensis in Anglia tom. 2. Monast. Angl. pag. 125. Hugo Flavinac. in Chronico pag. 258. Galferrus in Vita S. Secundi Episcopi n. 9. Theodericus de Inventione sancti Celsi n. 22. Hist. Inventionis S. Prisci apud Ughellum tom. 8. pag. 424. Merlotus in Metrop. Remensi tom. 1. pag. 626. et alii, quos laudat Ferrandus in Disquisit. Reliquiarum.

IGNITA, Regula S. Tetradii Presb. cap.

26 : *Hæc lucet minus idonei bellatores arma vobis spiritualia contra Ignitas Diaboli providemus. Ubi Ignitæ Diaboli sagittæ intelliguntur.*

† **IGNITABULUM**, *Ignis receptaculum*. Festus. Onomast. : *Ignitabulum*, πυρετων, quod latius patet ut etiam igniarium significet. Gloss. : *Ignitabulum*, δαδὸς παθδίων πυροσάρφρον. Carolus de Aquino in Lexico Militari *Ignitabulum* exponit lignum duplex, quorum alterum levius et rarius substernebatur, atque ab alio duriore, et in terebræ formam facto, tandiu perforabatur, donec excitato calore ignem eliceret. Hac voce usi sunt Solinus cap. 18. et Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 8.

**IGNITEGIUM**, Hora, qua oppidorum incolæ intra ædes suas se recipere, nocte adveniente, et ignem suum tegere coguntur, campanæ, quæ inde *Curfu-bell* appellata, sono indicata, ut furtis nocturnis caveretur : nostris *Couvre-feu*. Id autem a Willelmo Notho Rege Anglorum primo inductum aiunt. Leges Burgorum Scoticor. cap. 86 : *Quando pulsatur Ignitegium*. Statuta Leichefeldensis Ecclesiæ in Anglia : *Est autem Ignitegium qualibet nocte per annum pulsandum hora septima post meridiem, exceptis illis festis, quibus Matutinæ dicuntur post Completorium, in quibus Ignitegium ex consuetudine non pulsatur.* [Statuta Massil. lib. 5. cap. 4 : *Statuimus hac præsentis constitutione perpetuo observandum, quod nullus de cætero vadat per civitatem Massiliæ, vel suburbia civitatis contigua de nocte, ex quo campana quæ dicitur Salvaterra, sonata fuerit, sine lumine.*] Arresta O. SS. ann. 1282. in Regesto Parlamenti B. fol. 96 : *De nocte, post pulsationem campanæ ad Ignitegium, etc.* Charta Joannis electi Archiepiscopi Upsalensis ann. 1291 : *Statuimus, ut nullus extra domum post Ignitegium seu Couverfu exeat, etc.* Thomas Walsingham ann. 1311 : *Ante horam nonam Ignitegii visum est fulgur horribile. Hora Ignitegii, in Tabul. 1. Eccl. Bellovac. apud Louvet. tom. 2. pag. 475. [Ignitegium B. Mariæ, seu Ecclesiæ Parisiensis, apud Lobinell. in Glossar. Hist. Paris. tom. 3.] Le Roman du Renard :*

Si oïrent Cueuvrefeu sonner.

Statutum ann. 1291 : *Nul ne traite vin, puis que Cueuvrefeu sera sonnez.* Vide Gesta Guillelmi Majoris Episcopi. Andeg. cap. 20. Continuatore Nangii ann. 1358. et Steph. Paschasium in Disquisit. Francic. pag. 391. 2. Edit. Institut postmodum Joannes XXII. PP. ut ad pulsationem ignitegii ter Ave Maria diceretur, quod etiamnum obtinet. Concilium Senonense ann. 1347. cap. 13 : *Præcipimus, quod observetur inviolabiliter ordinatio facta per S. M. Joannem PP. XXII. de dicendo ter Ave Maria tempore seu hora Ignitegii.* [Statuta Synodalia Simonis Episcopi. Nannet. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 962 : *Item, præcipimus, ut ipsi faciant hora consueta pulsari campanas in ecclesiis suis ad Ignitegium, Gallice Couverfeu, et præcipiant parochianis ad pulsationem hujusmodi dicere genibus flexis verbum salutationis ab Angelo gloriosæ Virgini Mariæ Ave Maria : et ex hoc lucrantur decem dies indulgentiæ.* Vide Angelus.]

\* *Carrefeu*, in Stat. ann. 1363. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 668. pro *Cerrefeu*, ut legitur in Stat. ann. 1403. tom. 8. earumd. Ordin. pag. 601. art. 14. *Cueuvrefeu*, in Consuet. Bitur. apud Thaumasser. pag. 338.

**PYRITEGIUM**, Eadem notione, in Vitis Abbatum S. Albani : *Non tamen ultra Pyritegium hora loquendi protrahatur. Couverfeu*, nostris passim. Charta Caroli Regis Franc. ann. 1367. pro Servientibus Gueti Paris. : *Et s'en iront faire leur devoir par la Ville jusques à l'heure du Cueuvrefeu nostre Dame de Paris, à laquelle heure ils s'en retourneront audit Chastelet.* Vide *Piritegium*.

\* **IGNITONITUS**, f. pro *Ignitosus*, Ignitus. Chron. Angl. Th. Otterbourne edit. Hearn. pag. 118 : *Circa festum beati Matthæi Evangelistæ cum veru Ignitonitus celanda confossus, ignominiose interemptus est.*

\* **IGNIVOMUS**, Ignem evomens. *Ardeat Ignivoma flamma Judæ et Pilati*, in Chartul. S. Vict. Massil.

**IGNITOSUS**, Ignitus, vel ignem evomens, apud Adamnanum lib. 3 de Locis SS. cap. 6.

**IGNOMINIARE**, Ignominia afficere. Landolphus de S. Paulo in Chronico Mediolanensi cap. 40 : *Nulla guerra Mediolanenses Ignominiauit.*

\* **IGNOMINIATUS**, [Ignominia affectus. Legitur in lemmate c. 15. l. 8. *Gellii* : *cujus libri sola lemmata supersunt, quæ neque certum est, ab ipso Gellio esse.*]

\* **IGNOMINIOSE**, [Cum ignominia, *Eutrop.* 4. 24. et 26. *Ignominiose* pugnare. *Arnob.* 4. p. 147. *Ignominiosius* tractare aliquem. *Oros.* 7. 7. *extr.* *Ignominiosissime* fugere.]

\* **IGNOMINIOSITAS**, Ignominia. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 342 : *Dictus maritus animadvertens Ignominiositates, injurias et difamias, quas factio ipsius mulieris passus fuerat, etc.*

**IGNOMINIUM**, pro *Ignominia*. Papias : *Ignominium dictum, eo quod desinat habere nomen is, qui in aliquo crimine deprehenditur, quasi sine nomine.* Commodianus Instruct. 19 :

Non Ignominium est virum seduci prudentem.

\* **IGNORABILITER**, [Cum ignoratione. *Apul.* 3. *Met.* Laminæ *Ignorabiliter* litteratæ, h. e. ignotis characteribus insculptæ.]

† **IGNOS**, ἀγνωστός, *Ignotus*. Supplem. Antiquarii. In aliis Glossis habetur, *Ignos*, γνωστός, sed legendum ἀγνωστός. In Sangerman. *Ignus*, pro *Ignos*.

**IGNOSCE**, Formula loquendi Monachis olim familiaris, quomodo etiamnum viget apud nostros, *Pardonnez-moi*. *Pelagius* libello 15. n. 20 : *Quando Abbas Theodorus cum Fratribus manducabat, accipiebant calices cum reverentia et taciturnitate, nec dicebant, sicut mos est, Ignosce.* Συγχώρησον, apud Sozomenum lib. 8. cap. 17. Occurrit crebrius in Vitis Patrum. Vide Gl. med. Græcit. in Συγχώρησον, col. 1474. c.

\* **IGNOSCIENTIA**, Innocentia. Lit. remiss. ann. 1334. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 236 : *Idem clericus asserebat se inculpabilem penitus et insonem, et purgare volebat super et de præmissis suam Ignoscientiam coram nobis, et se reddere penitus innocentem.*

† **IGNOTESCERE**, pro *Innotescere*. Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 901 : *Ignotescat hanc cartulam inspecturis, quod ego Ricardus Oriens, etc.*

\* Unde *Ignoticion*, Cognitio, notitia, vulgo *Connoissance*. Lit. ballivi Constant. ann. 1327. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 133 : *Mes pour ce que plait et riote et Ignoticion des faits, de la vérité*

et de la saisine peussent nestre et estre engendrez ou temps avenir, etc.

\* **IGNOTITIA**, [Ignorantia. *Gell.* 16. 13. *extr.* Jura, quibus uti per *Ignotitiam* non queunt. Ita legit ex MSS. *Pareus* in *Læ. Crit.* Vulgo legitur *ignorantiam*. Gronovius mallet *innotitiam*, quod magis probandum.]

† **IGNUS**. Vide *Ignos*.

**IGULUS**. Epistola Eginhardi 26. sic clauditur : *Bene vale. Igulorum amantissime. Sic optet Igulus tuus vetulus et infirmus.* Ubi nescio quis : *Igulus, videtur esse amicus obsequens.* Vide, annon legendum sit *igulus*, pro *æqualis* : nam Franci nostri superioris ævi *igal*, pro *egal* dicebant, *æquales* autem Latini, socii ejusdem ferme ætatis dicuntur.

† **IGUMENARCHIUM**. Vide *Hegumeni*.

† **ITHERATICUS**, pro *Hieraticus*, ab ἱερατικός, Sacerdotalis. *Episcopi et Itheratici*, id est, Sacerdotes, apud Murator. tom. 3. pag. 139. col. 2.

† **HEROCHOMIUM**, mendose pro *Gerocomium*, Locus ubi senes aluntur, in Actis SS. Februarii tom. 2. pag. 539. Vide *Gerocomium*.

**IKENILD-STREAT**. Vide *Erminstreat*.

\* **ILA**, *Becken-hube*, in Twingeri Vocabulario Lat. Germ. MS.

\* **ILBERNUS**, Vestimenti genus. Vide supra *Berniscrist*.

† **ILIA**, f. Insula, Gall. *Isle*. Diploma an. circiter 1000. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 356 : *Et ipse alodis habet terminos in fluvio quem dicunt Welena, et pergit per ipsum rametalem, qui est ultra ipsam salam et pervenit ad ipsam Iliam, etc.*

\* **ILINIRE**, pro *Illinere*. Stat. crimin. Saonæ cap. 50. pag. 104 : *Qui vero auro vel argento quidpiam æris monetali Illinierit animo expendendi, ... plectatur corpore.*

**ILL**, cum linea transversa, in antiquis MSS. crebro reperitur, loco nominis proprii, pro *ille vel illa*, ut ex Formulæ Marculphi, et veteribus aliis Codicibus patet. Vide *Itinerarium S. Willibaldi* num. 25. Litteris istis successit postmodum litera N. qua nomen etiam proprium designabant : quod inductum videtur circa annum Christi millesimum, ut observat Menardus ad libr. Sacrament. Gregorii.

† **ILLA**, σκώληξ κλίνης, in Glossis. εὐλή est Vermis, sed proprie nascens in corpore ex putredine.

\* **ILLESO**, Adverbialiter usurpari videtur in Libert. Vienn. ann. 1361. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 430. art. 3 : *Procurator domini pro jure et interesse ecclesiæ et civitatis Illæso servando, requirere graciosè valat* (f. velit) *cives et incolas.*

**ILLALDIONES**, [Species servorum. Vide *Aldius*.

† **ILLAPSARE**, Illabi, inclinari, verbum ab *Illapsus* effectum. Sallas Malaspinae de rebus Siculis apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 336 : *Sicque affectu thesaurizandi forsitan ardens manus ad exactiones Illapsat, et flagore concupiscentiæ inexplebilis necessario tyrannizat.*

† **ILLARIA**, quasi *Hilaria*, ab *Hilaris*, Festivitas. *Benedictio agni in Illaria Paschæ, Domine J. C. qui per Moysen famulum tuum, etc.* apud Marten. de antiqua Eccl. Discipul. pag. 465.

† **ILLARIDARE**, Larido suffigere, apud Apicium. *Enlarder* nostris, Verubus figere, *Embrocher*. Le Roman de la Rose MS. :

Tout vif me face l'Enlarder,  
Se jamais hons vivans y entere.

\* **ILLATABILIS**. [Latitudine carens. Gell. 1. 20. extr.]

\* **ILLATEBRO**, et **INLATEBRO**. [In latebris abscondo, intus abscondo. Claud. Quadrigar. apud Gell. 17. 2. et Non. 2. 466. Arma plerique abijciunt, atque inermes *Illatebrant* sese. Ubi Gell. *Illatebrant* verbum poeticum visum est, sed non absurdum, neque asperum.]

1. **ILLATIO**, in Missa Mozarabica, est id, quod in Missa Romana *Præfationem* vocant, quæ in singulis Missis propria est.

† 2. **ILLATIO**, Donum, munus, tributum. Senator. lib. 1. Epist. 16: *Sensimus auctas Illationes: vos addita tribula nescitis*. Index veterum Canonum inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 37. col. 2: *Ut nulla prædia (præmia) vel Illationes de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur*. Concil. Tolet. VII. can. 4: *Non amplius quam duos solidos unusquisque Episcoporum præfata provincie Gallie per singulas dioceses suæ Basilicas iuxta synodum Bracharensem annua Illatione sibi expetat inferri*. Concilium Braccarense III. hic laudatum habet can. 2: *Placuit, ut nullus Episcoporum, cum per dioceses suas ambulans, præter honorem cathedræ suæ, id est, duos solidos, aliquid aliud per Ecclesias tollat*. Vide *Inlatum* et *Cathedraticum*.

† **ILLATOR**, Calumniator, qui alicui infert crimina, delator. Ratherius de contemptu Canonum tom. 2. Spicil. Acher. pag. 198: *At si parvipensa tantorum taliumque auctoritate, vi publica expellor, intersit Illatoris*.

\* **ILLATUM**, Vulnus, plaga. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Illatum, plaie*.

† **ILLECEBRARE**, *Illecebris attrahere*. Johanni de Janua. Vide *Illecebrare*.

† **ILLECEBRITAS**, pro *Illecebræ*. Conjectura Cardinalis de Cusa de novissimis diebus: *Persequutionem patietur spiritus rigoris Helie in primoribus ipsis prædicatoribus, uti in Johanne; quoniam Illecebritas fornicaria hujus mundi, quæ fuit causa necis Johannis, non patietur illos vivere*.

\* **ILLECEBRO**. [Illecebris capio. Augustin. serm. 113. de divers. Istam processit in lucem, quæ oculos carnis *Illecebrat*.]

\* **ILLECTAMENTUM**. [Illecebra. Apul. Apolog. Lenoniis patris *Illectamentis* captus. et *ibid*. Animus magicis *Illectamentis* adornatus.]

\* **ILLECTATIO**. [Illectamentum. Gell. 18. 2. Demulcentes animum jucundis sermonum *Illectationibus*.]

\* **ILLECTUS**, et **INLECTUS**. [Invitatus, incitatus. Sallust. Jug. 51. *Illectus* ad prodicionem. et 102. *Illectus* præmio. Tacit. 13. Ann. 37. Tunc primum *Illecti* Insochi, gens ante alias socia Romanis. Id. 4. Hist. 56. extr. Vocula Gallorum fraude *Illectus*.]

**ILLEGALIS**, Extra *Legem* positus, *Exlex*, *bannitus*, *proscriptus*, cui legi ac juri stare non licet. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 71. § 1: *Quicumque contra edictum et adversus ea fecerint, sicut *Illegales* et *banniti* judicentur*. Lib. 3. art. 34. § 1: *A judice proscriptus, et in bannum Regis, seu *Illegalitatem* inductus*. § 3. *Denuntietur *Illegalis* et *bannitus**. Adde Jus feudale Saxon. cap. 37. § 1. [Diploma Ottonis I. Imper. ann. 966. apud Tolnerum Hist. Palat. pag. 18: *Qui illud hactenus possidere visi sunt, exheredes et *Illegales* sunt adjudicati*.] Vide *Exlex*, [22] et *Haltaus*. Glossar. German. col. 1527. voce *Rechilos*.]

**ILLEGIARE**. Vide *Inlegiare*.

\* **ILLEGIBILIS**, Qui legi non potest. Inventar. ann. 1366. MS.: *Item quidam rotulus de cortificibus (corticibus) arboris scriptus litteris quasi *Illegibilibus*, etc.*

\* **ILLEGITIMATIO**, **ILLEGITIMITAS**, Filii non legitimi conditio. Lit. legitimat. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 40: *Ita quod de sua nativitate vel *Illegitimatione* in quocumque actu... teneatur quomodolibet facere mentionem*. Paulo ante: *Illegitimitas. *Inlegitisme* vero, pro Concubina, in Lit. remiss. ann. 1402. ex Reg. 157. ch. 356: *Et y survint Symon Douchet et Ysabel Brougarde sa concubine et *Inlegitisme***.

**ILLETABLE**. *Immortale*, Papiæ.

\* **ILLETGIARE**, Pacto firmare, sacramento ligare. Charta ex Tabul. Flamar.: *Cum domino et acceptamento prædictis præfati venditores michi presbitero assignarunt, assituarunt et *Illetgiaverunt*, et jus et servitatem michi dicto presbitero et meis perpetuo imposuerunt in et super omnibus bonis et rebus suis*. Vide *Inligare*.

\* **ILLETUS**, dimin. ab *Ilex*, quercus viridis, vel *Illicetum*. Charta ann. 1283. ex Bibl. reg.: *Decem solidi Turonenses, sili super unam vergetam terræ... haboustantem ad *Illetos d'Anout**.

\* **ILLEUS**, Avis species. Bestiar. MS.:

D'un oisel oés, sine ne fu deus,  
Qui en Latin a non *Illeus*;  
Sen nou ne sai en Roumans mie.

\* **ILLEX**, Sine lege. Adalber. Carmen tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 70:

Grammaticus simplex, nedum dialecticus *Illex*,  
Valde recordaris studiorum pauca priorum.

† **ILLIBABILIS**, Qui corrumpi non potest, aut contaminari. Lactant. lib. 2. Instit. cap. 7: *Illobabilis est (sapientia) tanquam lux*.

† **ILLIBARE**, Imbuere, instruere, ornare. Vita B. Notkeri Babuli tom. 1. April. pag. 594: *Confidenter præsumebat de Spiritu, qui eum ab infantia suis charismatibus *Illobaverat**.

**ILLIBER**, ἀνελεύθερος, in Glossar. Græc. Lat. MS. Edictum *Inliberalis* præfert.

\* **ILLIBERE**, Cum coactu. Sentent. episc. Cracov. ann. 1369. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 101: *Insuper volumus quod *colombatio Illobere* per rectures ecclesiarum a suis parochianis non exigatur de cætero; sed quod quisque sponte petenti dare voluerit, cum gratiarum actionibus tolli debet*. Vide mox *Illobertare*.

† **ILLIBERIS**, ἀτελευτος, Carens liberis, apud Tertullianum adv. Marcion. lib. 4. cap. 34: *Si frater *Illoberis* decesserit*.

**ILLIBERTARE**, quasi libertatem auferre. Nicolaus Clemangis lib. de Annatis non solvendis: *Per tales appellationes et oppositiones volentes impedire et *Illobertare* dicentes vota sua, etc.* Galli dixerunt: *Voulaens empêcher et oster la liberté à ceux qui exposent leurs demandes, etc.*

\* Unde *Illobertatio*, Privatio libertatis. Stat. ann. 1505. inter easd. Leg. Polon. pag. 307: *Terrigenis Cujavitis conquerentibus nobis, qua per oppidanos Bidgostienses nostros *Illobertarentur*, etc.* Quia istud facerent... in *Illobertationem* nobilium, idcirco stativimus quod *Bidgostie* sit nobilibus libera frumentorum vendicio et deductio. Vide *Illobertas*.

† **ILLIBERTAS**, Privatio libertatis, servitus. Charta anni 1419. apud Rymer. tom. 9. pag. 790: *Quæ quidem petitio, sic respiciens jus quod oriri poterat in futurum, omnino irrationabilis esse dinoscitur, eam continens *Illobertatem*, cuius homi-*

num dinoscitur *subjacere*. Vide *Illobertare*.

† **ILLICENTIATUS**, Non obtenta licentia seu venia. Concil. Pisanum tom. 6. Spicil. Acher. pag. 313: *Non expectato responso *Illicentiati* recesserunt*. Occurrit apud Rymer. tom. 10. pag. 414. et tom. II. pag. 339. et infra in *Licentia*.

† **ILLICIBILIS**, Qui illicit. *Illicibilis voluptas*, apud Lactantium.

† **ILLICITATOR**, Qui tentat vel agit illicita. Decretum Flavii Ervigii Regis pro Concil. Tolet. XII.: *Nullus temerator hæc decreta subvertat, nemo *Illicitator* vel contemptor vigorem his institutionibus subtrahat* (subtrahat).

† **ILLICUS**, Subitaneus. Miracula B. Wernheri Mart. tom. 2. April. pag. 723: *Cum ipse... *Illicam* sanationem de puncto mortis susceperit*.

\* **ILLIGAMENTUM**. [Idem ac *ligamentum*. Salvian. 7. Gubern. D. a med. *Femineis tegminum *Illigamentis* capita velarent* (virii).]

\* **ILLIM**. [Pro *illic*, aut *illinc* habent *Lucret*. 5. 573. et *Pompon*. apud *Non*. 1. 66.]

\* **ILLIMARE**, Lima radere. Acta S. Heler. tom. 4. Jul. pag. 150. col. 1: *In fundo quarum (fossarum) erant lapilluli minuti et asperrimi, qui basibus *Illius* et plantis in tantum *Illimabant*, ut rupta cute aliquando guttæ nigerrimi sanguinis, aliquando vero minutim putrida caro et tabida caries intabescerent*.

\* **ILLIMINARE**, Pingere, coloribus adumbrare, Gall. *Enluminer*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Unum librum... vulgariter vocatum lo *Libre* de l'Arbre de valthas, in pluribus partibus *Illiminatum* auri*. Vide *Illuminare* 3.

† **ILLINGUIS**, *Mutus*, Papiæ pro *Elinguis*.

\* **ILLION**, Parva insula. Charta feud. nobil. Castil. Domb. ann. 1463: *Super quodam *Illion* existente in prato prope molendinum, in angulo sive quadro prati, prope planchias d'Epey*.

† **ILLIQUIRI**. Vide *Inliquiri*.

\* **ILLOC**. [Pro *illo*, et *illic*. Pro *illo* ablativo. *Plaut*. *Bacch*. 2. 3. 77.]

\* **ILLOCALIS**, Qui loco non est circumscriptus; unde *Illocaliter*, non circumscripte. Charta Ebon. fundat. monast. Dolens. ann. 927. ex Chartul. ejusd. monast.: *Quamvis... nullus sapientum ambigat Dominum ac Redemptorem nostrum omnia mundi spatia, cum nusquam sit *Illocalis* *Illocaliter* adimplendo continere et continendo adimplere, etc.* Vide *Localitas*.

\* **ILLOMIUS**, Idoneus, legitimus, vel sacramento ligatus. Charta Edm. abb. de Ripat. ann. 1327. in Chartul. Arremar. ch. 7: *Dicta molendina, sive aqueductus prædictus, erunt per carpentarios terræ *Illomius* et alios probos viros, ad hoc per nos et ipsos religiosos monasterii Arremar. electos, communiter metata et fideliter livelata*. Vide supra *Illetgiare*.

\* **ILLOSUS**, Pieno de fraude. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **ILLUCIDUS**, et **INLUCIDUS**. [Non lucidus, obscurus. Auct. *Itiner*. *Alex*. M. (edente A. Mujo) 120. Exin revertens prærupta per loca cælo *Inlucido*, ut juxtim se viantes vix mutuo noscerent, etc.]

\* **ILLUCUBRATUS**, et **INLUCUBRATUS**. [Non *lucubratus*. *Sulpic*. *Sever*. *epist*. 3. ad *Bassul*. Scripta negligenter emissa, *Inlucubrata*, atque imposita.]

\* **ILLUDIA**, et **INLUDIA**. [Visa, quibus alicui per somnium illuditur. *Tertull*. *Ressur*. *carn*. 16. Præsument, nihil aliud

se, quam *Illudia* animarum somniaturum, urgentium, et inquietantium, etc.] \* **ILLUDIO**, et **INLUDIO**. [Idem quod *Illudo*, in aliqua reludo, quemadmodum *Plaut.* *alludio* pro *alludo* dixit. *Gell.* 1. 7.]

\* **ILLUEUM**, *L'anima che a pena*, in eod. Glossar.

1. **ILLUMINARE**, *Baptizare*, Græcis φωτίζειν. *Illuminati*, φωτισθέντες. S. Paulus ad Hebræos cap. 10: *Rememoramini autem pristinos dies, in quibus Illuminati, magnum certamen sustinistis passionum.* Acta S. Susannæ: *Adjuro te, Domine mi, per ipsum quem Illuminasti, fratrem nostrum Claudium, ne me tardes Illuminare, etc.* Anastasius Bibl. in Hist. Eccl.: *At Imperator cum gaudio illo suscepto, Illuminavit eum, et filium appellavit.* Ubi Theophanes: ἐρώτισεν αὐτόν. Justinus Martyr Apol. 2: Καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμός, ὡς φωτισμένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μαθησάντων. Concilium Laodic. can. 3: Περὶ τοῦ μὴ δεῖν πρόσφατον φωτισθέντας προσάγεσθαι ἐν τάγματι ἱερατικῷ. Hinc in Baptismi ritibus post indutam vestem candidam, adeptæ sanctitatis et innocentiae testem, cereus accensus, seu, ut habet Durandus in Rationali lib. 6. cap. 81. n. 10. *illuminatus*, in signum fidee acceptæque gratiæ, ut est apud Gregor. Nazianzenum orat. 41. quæ est de Baptismo, et Cyrillum Hieros. in Procatechesi, et Catech. 1. de quo more etiam alii, Gregor. Turon. lib. 5. Histor. cap. 11. Fortunatus lib. 4. Poem. Amalarius, Ivo Carnotensis, Hugo de S. Victore, etc. [\*] Vide Glossar. med. Græcit. col. 1719.]

† **DOMUS VENERANDÆ ILLUMINATIONIS**, Baptisterium, seu locus ubi *illuminatur* et baptizatur, in Vita S. Marciani Presbyteri, tom. 1. Januarii pag. 612.

† 2. **ILLUMINARE**, *Accendere*, Gall. *Allumer*. Guido Discipul. Farfensis cap. 21: *In coquina frater qui primus venerit diluculo, quamdiu solus fuerit, nihil aliud gerere poterit, nisi focum Illuminare.* Bernard. Mon. Ord. Cluniac. part. 1. cap. 46: *Venientes in coquinam ignem accendant, candelas duas aut unam a secretario datas illuminant. Cum torchis cereis Illuminatis, in Charta ann. 1398. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 227.*

3. **ILLUMINARE**, *Pingere*, coloribus adumbrare, *Entumener*. Alcuinus Epist. 1: *Quosdam stellarum ordine, ceu picto cujuslibet magnæ domus culmine Inluminari gestio.* Guigo Prior Carthusiæ lib. de Quadruperto exercitio Cellæ cap. 36: *Libris ulique vel præparandis, vel conficiendis, vel ligandis, vel emendandis, vel ornandis, vel Illuminandis, vel intitulantibus, vel iis, quæ ad ista pertinent, ordinandis, faciendis et perficiendis intendere debet.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Librum non scribant, nec Illuminent.* Ibidem: *Misale Auro Illuminatum.* Bromptonus ann. 1076: *Ita ut ipse Episcopus libros scribere, Illuminare, et ligare non fastidiret.* Chronicon Trudonense lib. 8. pag. 441: *Graduale unum propria manu formavit, purgavit, punxit, sulcavit, scripsit, Illuminavit, musiceque notavit syllabatum.* [Testam. Henrici Archiep. Ebreudun. inter Instrum. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 180: *Bibiam quam emi Parisius sine glossillis et sine postillis, Illuminatam auro et azuro in uno volumine, Ordini Prædicatorum lego. Misale bene Illuminatum, in Charta ann. 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Diœcesis Massil.]*

\* 4. **ILLUMINARE** **FAMAM**, Existimationem reconciliare, Gall. *Rétablir sa réputation*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 490: *Cum idem clericus esset penitus innocens de præmissis, ad Illuminandam famam suam et ut sciretur veritas de innocentia sua, etc.*

\* 5. **ILLUMINARE**, subst. *Candelæ, lucernæ ecclesiarum*, Gall. *Luminaire*. Charta ann. 1006. apud Lamium in Dedic. erud. inter not. ad Hodoepor. Charit. part. 3. pag. 888: *In ipsa sancta ecclesia dies noctuque missas et orationes, incensum et Illuminaria, et officium Dei, et ordo sancti Benedicti semper studere et peragere debeant.* Vide *Luminare*.

\* **ILLUMINATI**, Hæretici recentiores in Hispania, de quibus in Actis S. Ignat. tom. 7. Jul. pag. 646. Vide alia notione in *Illuminare* 1.

† 1. **ILLUMINATIO**, *Illustratio*, Gall. *Enluminure*. Martenius Itiner. tom. 2. pag. 149. docet duos codices MSS. sacrorum Bibliorum in Stabulensi Monasterio asservari, ad quorum calcem habetur: *Codices hi ambo quia continuatim et tamen morosius scripti sunt per annos ferme IIII. in omni sua procuratore hoc est, scriptura, Illuminatione, ligatura uno eodemque anno perfecti sunt ambo; licet hic posterior, qui est anterior, et ipse est annus ab Incarn. Domini MXXVII. Indict. V. Henrico IIII. Imperante.* Eadem notione occurrit apud Goulettum in Compendio Jurium Universit. Paris. fol. 7. Vide alia notione in *Illuminare* 1.

\* 2. **ILLUMINATIO**, *Baptismus*, Gr. φωτισμός. Acta S. Gratil. tom. 2. Aug. pag. 729. col. 1: *Et tunc obtulit ei beata Felicissima urceum cum aqua per Illuminationem suam: et baptizavit eam, astante matre sua.* Vide *Illuminare* 1.

**ILLUMINATOR**, Aurarius pictor, qui libros variis figuris, iisque aureis condecorat, Gall. *Enluminneur*. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 480: *Præcipuosque scriptor, et librorum Illuminator.* [Diploma ann. 1386. apud Tolnerum in Probat. Histor. Palatinæ pag. 146: *Concedimus per præsentem ut universi servientes (Academici Heidelberg.) sui videlicet bedelli, librarii, stationarii, pergamenarii, scriptores, Illuminatores, et alii famulantes eidem... libertatibus gaudeant.* Occurrit etiam apud Goulettum in Compendio Jurium Universitatis Paris. fol. 11. et alibi.]

**ILLUSIO**. Usus antiqui Cistercienses cap. 97: *Si et iste non aderit, frater, quamvis Illusionem passus, hoc faciat.* Cap. 90: *Missas solennes debet cantare, etiamsi nocturno somnio Illusus fuerit.* Nomocanon, nuper editus a Cotelero cap. 117. Ἱερεὺς μέλλων λειτουργῆσαι, ἐὰν πέσῃ εἰς ἕδραν, etc. [Vide Constitut. Apost. lib. 6. cap. 26. Dionysium Alexandrinum can. 4. S. Athanasium in Epistola ad Ammonem Monachum, Cassianum Collat. 22. Gregorium M. lib. 11. Ep. 64. resp. 12. ad S. Augustinum Cantuar. S. Thomam in 4. dist. 9. art. 4. quest. 1.]

† **ILLUSTER**, pro *Illustris*. Occurrit passim. Vide *Illustres*.

† **ILLUSTRA**, **ILLUSTRARI**. Vide *Illustres*.

† **ILLUSTRAMEN**, *Lumen*. Acta S. Franciscæ num. 26. tom. 2. Martii pag. 109: *Noli a me auferre confortamentum et totius meæ mentis dilucidum Illustramen.*

† **ILLUSTRAS**, **ILLUSTRATUS**. Vide *Illustres*.

**ILLUSTRES**, *Honoratiores*, vel qui

hocce titulo donati erant. Anastasius in sancto Hormisda PP.: *Qui ingressi una cum Grato Illustri, etc.* Tres porro Honoratorum gradus passim adnotare est apud Scriptores, *Illustrum, Clarissimorum, Spectabilium. Illustrium* potior erat, tribuebaturque Præfectis Prætorio, Præfectis Urbi, Quæstoribus, Magistris Militum, etc. quod pluribus docuerunt Brissonius, Pancirollus, Sirmundus, et novissime Joannes Seldenus lib. de Titul. honorum. [\*] Adde Glossar. med. Græcit. voce Ἰλλούστριος, col. 513.] Apud nostros etiam hæc dignitatis prærogativa diu, stante prima et secunda Regum Franciæ stirpe, obtinuit, cum Reges ipsi, atque adeo Majores domus, *Viros Illustris* sesemtel indigarent: quod ex eorum diplomatibus colligere est apud Doubletum in Historia Sandionysiana pag. 655. 656. 658. 689. 697. 698. 704. 705. 707. et alios. Quomodo vero a Romanis in Franciam ea dignitas transierit, a nemine hactenus proditum. Quod quidem, si hac in reserentiam interponere liceat, inde ortum existimem, quod Clodoveus, acceptis ab Anastasio Consularis dignitatis codicillis, *Inlustris* titulum, qui Consulibus, cæterisque summis magistratibus competeat, tanquam Consul, et Imperii officialis sibi adscripsit. Neque enim hac tempestate Reges, suæ licet potestatis, neque domini jure Imperatoribus obnoxii, eorum dici *Milites*, hoc est, non Vassalli, sed officiales; ut quem tanquam supremum orbis dominum suspiciebant ac venerabantur, renuebant, ut ex Epistola Sigismundi ad eundem Anastasium, apud Avitum Viennensem docuimus in Dissert. 23. ad Joinvillam. Hinc crebro tot Regibus ab iis delata Patricii dignitas, quod in voce *Patricius* infra ostendimus. Exhinc Reges alii Franciæ, indeque Majores domus, qui Regulorum vices obtinebant, *Illustris* nomenclaturam servarunt, aut sibi arrogarunt. [Quin etiam Comitibus eumd. honoris titulum sub Merovingica stirpe tributum fuisse, cum ab aliis, tum ab ipsis Regibus, ex Marculfi formulis probat Mabillonius lib. 2. Diplom. cap. 3. num. 4.] Ad quos vero spectari, inclinato jam Imperio, docemur ex Speculo Saxon. lib. 3. art. 58: *Nullum est feudum vexilli, de quo possit Illustris, seu Princeps fieri, nisi illud sibi a Rege conferatur. Feudum alii prius collatum, sequenti Illustriam non tribuit dignitatem.*

¶ His addam post Mabillonium loco citato *Illustris* titulum, qui fere sæcularis primum habitus fuerat, demum ad Abbates præcipuos transiisse. Exstant in appendice Marculfi formulæ duæ 40. et 51. in quibus *Inlustris* Abbatissa dicitur, forsitan ob claros natales, quemadmodum Chrothildis matrona in suis litteris, quas exhibet laudatus Mabill. lib. 5. tabella 29 et lib. 6. Charta 8. et fortassis eodem ævo idem elogium aliquando tributum est illustrioribus Abbatibus, unde sæculo IX. *Illustris Abbas Rabanus*, apud Lupum abbat. Epist. 5. et Agobardus epistolam suam inscripsit, *Dominis et sanctissimis, beatissimis, viris Illustribus, Hilduino sacri Palatii Antistiti, et Walæ Abbati.* Nova collectio Formularum Baluziana: *Domino venerabile Illustrique sagacissimo, sed inlustriore sanctitate et gratia Dei pollente et sacerdotale apice sublimato:* quod de Episcopo dictum videtur. [\*] Idem titulus tribuitur archiepiscopo Viennensi in Charta ann. 906. ex Chartul. ejusd. eccl.



fol. 38. r. col. 1: *Ubi (Viennæ) Inluster vir venerabilis dominus Alexander archiepiscopus, rector et pontifex præesse videtur.* Procedente tempore *Illustrissimi* dicti sunt Episcopi et Rom. Ecclesie Cardinales. Verum sub Urbano VIII. ut notavit Allatius de Consensu utriusque Eccl. lib. 1. cap. 5. num. 15. cum *Illustrissimi* titulus, qui Cardinalium proprius erat, communicatus aliis minus dignis vilisceret; provisum fuit, ut in posterum Cardinales, exceptis Regibus, *Eminentissimi* titulo insignirentur. Sic paulatim degeneravit *Illustrissimi*, nedom *Illustris* vocabulum, quo nullum fere quondam illustris erat, maxime apud Francorum Reges.

ILLUSTRA, de feminis. Tabular. S. Vitoni Virdun. pag. 1: *Dum illustro viro Pipino, ejusque Illustra matrona Plectrude, etc.*

ILLUSTRIA DIGNITAS, Dignitatis titulus, qui *Illustratus dignitas* dicitur Senatori lib. 1. Epist. 4. et lib. 6. Epist. 11. 16. *Illustratus gradus*, in leg. II. C. de Jud. (1, 9).

ILLUSTRAS, vel melius ILLUSTRITAS, Eadem notione. Utraque vox pluries occurrit in Sententia Sigismundi Regis Poloniae de felonia objecta Ducibus Curlandiae, isque Ducibus tribuitur, apud Ludewig. tom. 6. pag. 217. 218. 220. et 225.

ILLUSTRARI, Illustratus dignitate donari. Salvianus lib. 4. de Gubernat. Dei: *Reddunt miseri dignitatum pretia, quas non emunt. Commercium nesciunt, et solutionem sciunt. Ut pauci Illustrantur, mundus evertitur.* Idem lib. 5: *Veniunt plerumque novi nuntii Epistolarum a summis Sublimitatibus missi, qui commendantur Illustribus paucis ad exitia plurimorum.*

ILLUSTRISSIMITAS, Titulus honorarius quo cardinales compellantur a regibus Poloniae, ex Amyden. in Stylo Datar. cap. 15. pag. 137.

ILLUTIBARDUS, Qui barbam habet illotam et sordidam, apud Apuleium Florid. cap. 3. Quidam legunt *Ialutibardus*.

ILLUTIBILIS. [Et *Intutibilis*, qui elui non potest: ab *illutus Plaut. Men.* 1. 2. 57. Nam ex isthoc loco spurcatur nasum odore *Illutibit*. Alii melius ex MSS. leg. *illucido*, qui scil. ex loco obscuro exhalat.]

ILNECHIA, Navigii species. Vide in *Naca* 1.

ILUA, Lucanica. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Ilua, Saucisse.*

ILUM, Penna substantia medullaris. Idem Glossar. *Illum, Mouele de penne.*

IM. [Inquit *Festus*, ponebant pro eum a nominativo is. *Lex XII. Tab.* apud *Macrob.* 1. *Saturn.* 4.]

IMA, Ora, Gall. *Bord, rivage*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 8. r.: *Helias Vigerii de Sancto Petro..... recognovit se tenere... domum suam,.... sitam..... ad Imam maris ex parte posteriori.*

IMAGINABILIS, *Fictilis*, in Glossis Isonis Magistri. [Imaginabile, *Aptum imaginatione percipi*, J. de Jan.]

IMAGINABILITER, Per speciem imaginis vel figuræ. Johannes Abbas in Præfatione ad libellum Precum: *Sunt aliqui minus proficientes, quique Deum sibi Imaginabiliter fingunt: quia in hæc temporalia deformiter sparsi, illam miram et incircumscripam lucem contemplari intellectualiter nequeunt.*

IMAGINALIS, Constans imagine. S. Irenæus lib. 5. cap. 11: *Hæc Judæorum Imaginalis est descriptio.*

IMAGINALITER, ut *Imaginabiliter*, apud S. Augustinum. Vita S. Winwaloei MS.: *Si autem Angelus ejus, quamvis Imaginaliter hoc fecisset, ipso absente, credendus esset, etc.*

1. IMAGINARE, Imaginem rei alicujus referre, effingere. Alanus de Insulis in Planctu naturæ: *Ilic armilla colubri naturam Imaginans, etc.* [Eadem notione Gellius: *Ὅραται, facit multa demiranda id genus, ut in speculo uno imagines unius rei plures appareant: item, ut speculum in loco certo positum nihil Imaginet, aliorum translatum faciat imagines.*]

2. IMAGINARE, Imagine seu sigillo, illius effigie cujus erat, insignito Chartam munire. Charta Henr. reg. ann. 1002. ex Diplomate. Tegur. apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 80. col. 1: *Propria manu in hac charta subnotavimus signum et sigilli nostri impressione jussimus Imaginari.* Vide *Imaginatio*.

IMAGINARIA, Imago, figura. Chartul. S. Petri puellarum Bituric. fol. 10. v.: *In patrimonio sancti Petri sunt duæ Imaginariæ de argento.* Hinc nostris *Imagier, Sculptor*. Lib. 1. statut. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 209. v.: *Quiconques veult estre Ymagier, c'est assavoir tailleurs de crucefis, de manches de cousteaux, et de toute autre maniere de taille, quelle que elle soit que on face d'yvoire, de fust et de toute autre maniere d'estoffe, quelle que elle soit, estre le puet.* Vide in *Imaginarium* et infra *Ymaginatus*.

IMAGINARIUS, Vicarius, Locumtenens, qui vices alterius in rebus gerendis implet, et *imaginem* quodammodo refert. Vetus Glossar. Bibl. Reg.: *Imaginarium, Subposita persona.* Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 21: *Quem ad vos tanquam Imaginarium personæ nostræ transmittimus.* Lib. 3. Epist. 9: *Filium nostrum ad vos tanquam Imaginarium nostræ præsentiam destinamus.* Adde Epist. 21. et 26.

IMAGINARIUS ORDO, in Concilio Turon. II. can. 3. opus sculptile, aut pictum, [vel potius Ordo seu locus imaginum, quo sensus *Imaginarium pictura* dicitur ab Anastasio in versione Concilii II. Nicæni, et in libro 1. Beati Abbatis adversus Elipandum *Imaginarie*, id est, secundum imaginem. Hæc Mabill. de Liturg. Gallic. pag. 93. ubi integram videre potes explicationem Canonis laudati.]

IMAGINARIUM, Sortilegi quidam ita dicuntur, qui *imagines faciunt, qui in possessionem præsentium spirituum mittunt, ut ab eis de rebus dubiis doceantur.* Ita Petrus Blesensis lib. de Præstigiis fortunæ, seu potius Joan. Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 12. et Vincentius Belvac. lib. 25. cap. 101. Idem forte qui εἰκονιστὸν dicuntur in Glossar. Lat. Græc.: *Imaginarium, εἰκονιστὸν.*

1. IMAGINATIO, pro *Imago*, [seu sigillum, sic dictum, quod ejus cujus erat præferret imaginem.] Charta Friderici I. Imp. apud Ughellum in Episc. Bobiensibus sic dicitur: *In hujus cere materia pro sigillo expressa nostri vultus Imaginatio.* [Chronicon Bonæ Spei 4: *Ut hæc præfata traditio inconcussa permaneat, subsignato canonico testimonio, immo apposita sub Imaginatione nostra, hujus nostri decreti paginam confirmavimus.* Rursus occurrit pag. 10. et tom. 3. Gall. Christ. col. 23. Instrum. Charta Odardi Camerac. Episc. ann. 1108. apud Miræum tom. 1. pag. 81: *Quæ bona ne*

*tradantur oblivioni, nostri sigilli Imaginatione signamus.* Altera Manassis ejusdem urbis Episc. ann. 1096. laudato tom. pag. 165. col. 2: *Ut hæc nostra Charta indissolubilibus permaneat, sigilli nostri Imaginatione firmata est.* Similia leguntur in Charta Nicolai successoris ann. 1142. tom. 5. Gall. Chr. col. 296.]

2. IMAGINATIO. Chron. Angl. Th. Otterbourne edit. Hearn. pag. 158: *In quo (parlamento) quidam frater Carmelita accusavit ducem Lancastriæ de Imaginatione mortis regis.* Forte pro *Machinatione*; nisi id spectet ad sortilegii speciem, quo adversarium vulnerare vel etiam occidere tentabant, illius imaginem ex cera compactam pugione percutiendo. De eo mentio fit in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 14: *Pour laquelle accusation maistre Bernard Desplez fist informacion contre le suppliant; lequel en haine de ce fist une Ymaige, au moyen de laquelle ledit Desplez peut estre si blessié et impotent, qu'il ne peust jamais escrire. Et ainsi advint audit Desplez, comme depuis a oy dire ledit suppliant.* Vide infra *Invultare* et *Vultivoli*.

IMAGINATUS, Imaginibus adornatus, sculptus. Testamentum S. Remigii, Remensis Archiep.: *Tibi hæredi meæ Ecclesie supra memoratæ jubeo thuribulum et Imaginatum calicem fabricari.* Acta Concilii Remensis, ubi de Translatione corporis S. Remigii: *Continens Dominicum sepulcrum eleganter Imaginatum, instar illius Hierosolymitani, in quo nostra requievit salvatio.* Charta Rudesindi Dumiensis Episcopi æræ 930. apud Anton. de Ypez tom. 5. Chron. Ord. S. Benedicti: *Diptagos aureos argenteos Imaginatos et deauratos, calices argenteos eacuratos tres, ex quibus unum Franciscum, et eorum patris, etc.* Infra: *Concos Imaginatos 7. etc.* [In Conciliis Hispan. tom. 3. pag. 180. habetur *Immaginatus*.] Alia Bermundi II. Regis, æræ 1085. apud eundem tom. 5. pag. 439: *Acceptimus de vos unum vasum argenteum et Imaginatum, quod fuit de amica nostra Regina domina Gelvira, etc.* Chr. S. Trudon. lib. 1. pag. 349: *Altare.... auro argenteoque Imaginatum cum ciborio desuper.* [Lactant. lib. 5. cap. 13: *Sibylla Erythraea κωφοῦς καὶ ἀνοήτους vocal, surdos scilicet et excordes, qui nec audiant divina, nec sentiant, sed terram digitis suis Imaginatam (in imaginem efformatam) metuant et adorent.*] [9 Vide infra *Ymaginatus*.]

IMAGINATA VITA, Quæ solam habet virtutis imaginem, qualis est hypocritarum. Chronic. S. Trudonis pag. 346. tom. 7. Spicil. Acher.: *Probi priorum exemplo accensi in melius et melius semper proficiant, improbi imaginata vita sua confusi a malis operibus suis vel sic saltem resistant.*

IMAGINEUS, Imaginarius. Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Nec stat Imagineis simulatilis umbra figuris.

Idem lib. 1. Poem. 13:

Sumpsit Imagineas paries imitando figuras.

Will. Brito lib. 12. Philipp.:

Sunt quibus assuetas vires rapit exaltis umbræ  
Mortis Imagineæ, pavimenti in pulvere pressis.

IMAGINIFERI, Qui vexilla, in quibus Imperatorum erant depictæ imagines, in acie deferebant, apud Gruterum 562. I. 1007. 1. Vide *Stewechium* ad Vegetium lib. 2. cap. 6. et *Pancirollum* in Notitia Imp. cap. 24. in Gloss. Lat. Gr.: *Imagi-*

nifer, est πρωτόμορφος. Emendat Meursius, πρωτόμορφος. [Vide Lexicon Militare Caroli de Aquino.] [\*] et Glossar. med. Græcit. col. 1206.]

**IMAGINIOLA**, Imaginucula. Chronicon Abb. S. Trudonis lib. 6. pag. 403: *Pelviculam... intus habentem Imaginolas, fuisse opere cælatas.*

**IMAGO**, masc. gen. Cum parvo imagine aureo ad figuram D. N. J. C. in Charta ann. 1398. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 227.

**IMAGO**, Vexillum Sanctorum imaginibus insignitum. Epistola Adriani PP. in Codice Carolino 92: *Neapolitani vero cum magno obsequio cum signis et Imaginibus eos suspicientes, Neapolim ingressi sunt.* Honorius III. in V. Compilat. Decret. tit. 6. cap. 1: *Invenimus pro Patriarcha (Gradensi) probatum, quod recipiebatur in ipso Monasterio processionaliter cum incenso, aqua benedicta, et Icona. Et quando revertebatur a gradu, pulsabantur ibi campanæ. Vide Agalmen.*

**IMAGO AURI**, Nummus aureus, Regis imagine signatus. Regiam Majest. lib. 4. cap. 40. § 7: *Pro vulnere in facie, vulnerans dabit unam peciam auri, videlicet unam Imaginem Auri.* Vide Forma 4.

**IMAPUS**. Vita B. Joann. Abbat. Gorziensis cap. 9. n. 75: *Vas quoddam, quod Imapum dicunt, guttulæ excipiendæ vasi vinario suppositum invenit.* Sic etiam præfert Editio Labbei. Sed Hanapum legendum arbitror. Vide in hac voce.

**IMBALNITIES**. [Sordes, squalor, illuvies, h. e. balnei seu lotionis privatio. Lucil. apud Non. 437. Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie.]

**IMBALSAMARE**, Vox Italica, Gallis, *Embaumer*, Corpus mortui balsamo aliisque bonis odoribus condire. Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1272: *Obiit Rex Heuzus... et sepultus fuit ad Ecclesiam FF. Prædicatorum, et fecit Commune Bononiæ eum Imbalsamari.*

\* *Embassamer*, in Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 9. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 188: *La sainte roynne Grotilde prist les cors de ses neveux en grans plours et en grans larmes, atourner et Embassamer les fist.* Ubi Aimoin. lib. 2 cap. 12. *condiens aromatibus, etc.* Vita J. C. Ms. :

Ces trois dames que je vos di,  
Achaté ont chier ongement,  
Et moult vaillant Embassement  
As plaines lor maistre saner  
Et à son cors Embassemer.

**IMBANCHITUS**. Interpres. Novell. 88. cap. 2: *Mullis enim domos possidentibus in hac felicissima civitate, qui imbanchiti non videntur, mox futuris pensiones ab iniquilinis accipere, calumniatur, etc.* Ubi Græc. πολλοὶ δὲ τοῖς οἰκίας κεκτημένοις κατὰ τὴν τὴν εὐδαίμονα πλὴν βασκαίνοντες, etc. Vox videtur deducta a *bancus*, ita ut imbanchiti dicantur, qui in ædibus propriis stallum, seu sedem fixerint. Vide *Bancus*, *Scamnum*, *sedile*.

**IMBANDITIO**. Ferculum, Gall. *Ser-vice*, ab Italico *Imbandire*, Mensam instruere. Chronicon Placentinum Joh. Demussis apud Murator. tom. 16. col. 531: *De victu omnes cives Placentiæ faciunt mirabilia, et maxime in nuptiis et conviviis... et pro prima Imbanditione dant duos cappones, vel unum capponem, et unam magnam peliam carnis, etc.*

\* **IMBANNIRE**, In bannum mittere, confiscare. Stat. eccl. S. Dion. Leod. ann. 1330. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 440: *Elapsis his octo diebus, extunc si manserit (canonicus) extra claustrum, præbenda ejus erit Imbannita, fructusque,*

*tam grossi quam minuti, dictæ præbendæ, cedent ecclesiæ. Vide in Bannum 1.*

† **IMBANNIRE**. Interdici. S. Bernardus Epistola 253. n. 9: *Super omnia plangitis, quod Ecclesiam S. Foillani, quæ de Ordine vestro est, Abbas noster de Villari fecerit Imbanniri. Vide Bannus Episcopi in Bannum 1. pag. 572. et ibi Imbannire pag. 568.*

\* **IMBARCUM**, vulgo *Embargo*. Stat. Genuens. lib. 4. cap. 17. pag. 123: *Nisi navigium jussu superioris loci, ubi fuerat, esset interceptum, aut saxitum, vel, ut dicitur, de eo factum Imbarcum.*

† **IMBASIO**, Adulteratio, ab Anglico *to imbase*, Adulterare. Dicitur maxime de iis, qui cudunt nummos adulterinos. Litteræ anni 1550. apud Rymer. tom. 15. pag. 206: *Alkimisticam multiplicationem et pejorationem sive Imbasionem cunitæ nostræ.*

**IMBASSIATOR**, Legatus. Vide *Ambascia*.

\* **IMBASTARE** a Gallico *Embaster*, Clientellas imponere. Inquisit. ann. 1260. in Reg. Olim parlam. Paris.: *Ipsum militem viliter duæerunt super quemdam roncinum Imbastatum in prisonem ipsius comitis apud Genomanum.* Aliud vero sonat *Embasteis*. Rem nempe inter socios dividendam, in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Bel fol. 123. vº: *Item environ cinquante arpens de bois Embasteis avec autres parsoniers.*

\* **IMBATIARI**, *IMBATEGLARE*, *IMBATTARE*, Munire, *batalliis* instruere. Guido de Vigev. de Modo expugn. T. S. Ms. cap. 5: *De modo faciendi scalas Imbatulatas et super equis involutas apportare.* Cap. 6: *De modo faciendi castrum Imbatulatum, quod ponetur juxta murum civitatis et altius muro.* Ibid. cap. 12: *Et ipsa domus fiat incastellata et Imbatulata, ut videtur operanti.* Chron. Tavis. ad ann. 1379. apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 771: *Insuper pro majori firmitate et securitate formaverunt quædam bastitum ad portum Mathematicum duabus chochis ad traversum illius portus Imbatulatis ut supra.* Vide *Imbatellare*.

† **IMBATELLARE** CASTRUM, f. Arcem munire, instruere, ab Anglico *to imbatte*: quod tamen proprie dicitur de acie. *To Imbatte an army*, Aciem instruere. Vide locum in *Machicolare*.

\* **IMBAXATURA**, Legatio, demandata rei cujuscunque exsequendæ alicui cura, provincia, Ital. *Imbasceria*, Gall. *Ambassade, commission*. Charta ann. 1251. ex Cod. reg. 4659: *Quicumque cives Avinionis a dictis dominis vel eorum curia in Imbaxaturam sive mesagariam mittentur, expensis dominorum seu curiæ ibunt.* Vide supra *Embaxaria*.

\* **IMBAXIATA**, Eodem significatu. Comput. ann. 1381. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 33. col. 2: *Pro viatgio sive Imbaxiata Franciæ faciendi Parisius, etc.* Hinc

\* **IMBAXIATOR**, Legatus, Ital. *Imbasciadore*. Instr. ann. 1359. ibid. tom. 2. pag. 204. col. 2: *Cum Imbaxiatoribus a Montepessulano ad nos destinatis, etc.* Vide supra *Embaxator*.

\* **IMBE**, Apiarium, Germ. *Imme*. Necrol. abbat. Altorf. in Alsat.: *Obiit Bertoldus viij. Calendas Aprilis, qui dedit unam Imbe.*

**IMBELLIA**, Debilitas, ab *imbellis*. Joan. de Janua. [Festus exponit: *Imbelliam, Belli inscientiam.* Macrobius lib. 2. Saturnal.: *Tunc poenus eludens ignaviam Imbelliamque militum ejus pretiose armorum, plane, inquit, satis esse credo Romanis hæc, etiamsi avarissimi sint.* Ea-

dem iisdem prorsus verbis refert Gellius lib. 5. cap. 5. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Imbellia, Fèblesse.* Laurentius in Amalthea: *Imbellia, Ignavia, belli imperitia, imbecillitas.*

† **IMBENEFICIARE**, Bona ecclesiastica in feudum seu beneficium dare, apud Macrobius fratres in Hierolexico ex Burcardo de casibus S. Galli. Vide *Beneficium*.

\* **IMBER**, a Germanico *Regen*, quod *imbrem* sonat, *Regini* fluvii nomen, ut notant docti Editores ad Vit. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 484. col. 1: *Super plantationem vinearum, quæ inter confluenta Danubii et Imbris sita esse dignoscitur.*

\* **IMBERX**, pro *Imbrex*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Imberx, Gouttiere.* Vide infra *Imbrium*.

\* **IMBIBESIA**, Vox ficta ab Henr. ab Heers observ. viij. ad potum, idem quod inedia ad cibum. Hæc post D. Falconet.

• **IMBILIUM**, in Glossario Saxonico Cottoniano, exponitur *leohs-leap*. Vide conjecturam Somneri.

\* *Nostris Emblay* est Torcularium instrumentum. Lit. remiss. ann. 1441. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 78: *Grosse cheville de bois, qui est mise parmi la viz du pressoir, et en quoy l'en mettoit l'Emblay ou grant thignel à faire tourner la dite viz d'icellui pressoir.*

\* **IMBINDARE** OCULOS, Ital. *Imbendare*, Oculis velum obducere, Gall. *Bander les yeux*. Barelet. serm. in Domin. 1. Advent: *Te percutient, te ad columnam ligabunt, oculos Imbindabunt, et cruci affigent, etc.*

\* **IMBIRGARE**. [Vide *Imbrigare*.]

\* **IMBITO**. [Ineo, ingrediator: ab antiquo bito, vs. *Plaut. Epid. 1. 2. 42.* Meam domum ne Imbitas.]

† **IMBLADARE**, Agrum blado seu segete conserere. Vide in *Bladum*.

† **IMBLADATIO**, *Fructus fundi, Emblaveure*, Nomenclatori Idiotismi Leodiensis.

\* **IMBLADIARE**, Ital. *Imbiadare*, Agrum blado seu segete conserere, Gall. *Emblaver*. Charta ann. 1273. ex Tabul. S. Mariani Autiss: *Annis singulis dictas terras suis propriis sumptibus excolent cultura debita et Imbladiabunt modo debito et tempore competent.* Hinc *Emblable* dicitur, Ager blado recipiendo præparatus.

Lit. remiss. ann. 1417. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 77: *Lesquelles terres estoient et encores sont Emblables.* Ejusdem originis *Emblaeir*, pro *Impedire*, vulgo *Embarrasser*. Charta ann. 1247. in Chartul. 21. Corb. fol. 95: *Ne puis je faire herbergage, ne ostise doueir, ne Emblaeir par quoi li hommes devant ditz soient destorbez de leur aaisemens.* Vide supra *Abladare* et in *Bladum*. Inde

\* **IMBLADATURA**, Agrorum fructus, *bladum* quodvis. Charta ann. 1219. in Chartul. Arremar.: *Prior ecclesiæ S. Johannis de castro Trecensi habebit.... Imbladaturam cujusdam petiæ terræ de frumento.* Alia ann. 1252. ex Chartul. Maurigniac.: *Tam in decimis bladorum et cujuscunque Imbladaturæ terrarum arabilium et vinearum, quam in censi, tallia, etc.*

\* **IMBLAVARE**, ut supra *Imbladiare*. Campus *Imblavatus*, vel aliquo semine seminatus, in Stat. Vercel. lib. 5. pag. 119. vº.

**IMBLOCATUS**. Cum legibus Ecclesiasticis vetaretur, excommunicatorum corpora sepelire, non modo in cæmeteriis benedictis, et consecratis, sed ne quidem in humum ubivis mittere, proinde-

que necesse esset in plateis aut agris insepulta relinquere: ne tamen fœtor nares, aut spectaculi horror mentes fœdaret, illa ut plurimum humo injecta, aut tumultuaria lapidum congerie operire solebant: idque *Imblocare* dicebant nostrates Belgæ, quibus *bloc*, est tumulus quidam altior. Lambertus Ardensis pag. 173. de Arnolde Ardeæ Domino, in excommunicatione defuncto: *Dominum Arnoldum juvenem extra atrium ad cellam suam apud Bramas adduxerunt, et eum ita Imblocatum extra parietes capellæ suæ, eo quod ibi non esset atrium adhuc benedictum, neque cimiterium, quam propius potuerunt, collocaverunt.* Idem scriptor pag. 177: *Primus igitur Ardeæ Prior Caradocus ad consilium Abbatis sui Theodorici, et R. Patri et D. Morinensis Ecclesiæ Episcopo Miloni, primo super excessu, quo Ardensis quondam D. Arnoldus... ei obligatus tenebatur, pro quo et Imblocatus sine honore fuerat super terram, omnino satisfaciens, eundem Arnoldum a Bramis apud Ardeam transtulit, et... honorificè sepelivit.* Ejusce moris observo præterea vestigium apud Nicephorum Gregoram lib. 5. histor. pag. 58. 1. Edit. et Rudolphum Monachum in Vita S. Liobæ Abbatissæ cap. 8. et 4. ex Edit. Mabilionii. [\**Sequentia ex Additionibus Cangii post Glossar. Latin. Paulo aliter post Glossar. Græc.: Sed et videri potest vox inde formata, quod qui excommunicati moriebantur, in truncum cavum, quem bloc Belgæ vocant, immitterentur. Certe moris istius, etc.] Non diffiteor tamen, Bloc, vocem Gallicam, hoc loco pro truncu usurpari, quomodo etiamnum Picardi vocant: quippe qui excommunicati moriebantur, cum humo mandari velarentur, in truncum arboris cavum immitterentur. Moris istius argumentum profert Charta Imberti Parisiensis Episcopi apud Jac. Petitem post Pœnitentiale Theodori pag. 557. de quodam Milite: *Morte præventus, exitu miserabili anathematizatus vitam finivit: cujus corpus insepultum atque in concavo truncu repositum, cum per tres menses animalibus et feris esset expositum, conjux ejusque parentes miseratione molis, Odonem Decanum cæterosque Canonicos adierunt, ut terræ commendare liceret, per omnia satisfaciendo, quicquid forsiferat, sese emendaturos promiserunt.**

*Excommunicatorum corpora humari vetitum, a primis Christianismi sæculis palam est.* Exstat apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 106. vetus formula excommunicationis præclara, in qua hæc habentur: *Sint cadavera eorum in escam volatilibus cœli, et bestiis terræ, et non sint, qui sepeliunt eos.* In Charta Hervæi Archiep. Rem. in Concilio Remensi ann. 900: *Sepultura asini sepeliuntur, et in sterquilinum super faciem terræ sint, ut sint in exemplum opprobrii et maledictionis præsentibus generationibus, et futuris.* In alia, quæ descripta legitur in Spicil. Acher. tom. 12. pag. 142: *Anathematis vinculo innodatus, a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alienus efficiatur, et a consortio Christianorum privetur, ejusque corpus exanimè asinorum accipiat sepulturam, et ipse æternarum flammarum incendiis miserabiliter torqueatur.* Denique in Epistola Urbani II. ann. 1091. ad Hugonem Episcop. Gratianopol. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ: *Porro sanctorum Canonum decreta ubique inviolabiliter conservari cupientes, constituimus atque censemus, ut interdictos a nobis, aut excommunicatos*

*in communionem recipere, aut mortuos sepulturæ tradere nemo præsumat.*

Excommunicatorum corpora insepulta jacuisse super terram per vicos et plateas testantur Acta Concilii V. Tricassini ann. 878. can. 3. 7. Innocentius III. lib. 15. Epist. 129. Ejusdem Acta pag. 34. Rogerus Hoved. pag. 769. 773. 801. 810. et Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 908. etc.

Quin et ea invaluit opinio, excommunicatorum cadavera, nisi mortui absolventur, in cineres non abire, et resolvi haud posse: sed in horrendum posteris exemplum indissolubili membrorum compage integra in omnia secula perdurare. Id non uno, licet raro, probant exemplo Scriptores Latini, Matth. Paris ann. 1245. pag. 464. Adamus Brem. cap. 75. vetus Scheda de quodam excommunicato, edita a Tenngelio cum Domnizone pag. 380. Albert. Stadensis ann. 1050. et Odo Geuseus in Hist. Podiensi lib. 2. cap. 21.

In Græcis vero plura observare est, apud quos constans et indubitata ea perseverat adhuc opinio, excommunicatorum corpora post mortem non putrescere. Unde cum id et virorum vitæ sanctitate illustrium cadaveribus non raro æque veniat, hanc potissimum adhibent censuram, ut si illa quidem suave aliquid redoleant, aut quapiam decoris luce præfulgeant, pro reliquiis colant: si vero nigra et deformia appareant, aut fœtorem emittant, denique si τῶν πῶντων sint, i. ad tympani morem turgentia, excommunicatorum illa indubie opinantur. Quod longa apud eos compertum est experientia, ut observat Jacobus Goarus ad Eucholog. Gr. quem consulas velim, ut et Hist. Politic. pag. 27. Turco-Gr. lib. 2. Epist. 21. Leonem Allatum in Epist. ad Paulum Zacchiam de quorundam Græcorum opinionibus, Christophorum Angelum libro de Hodierno Græcorum statu Græce edito cap. 25. et Franciscum Richardum de Insula Sant-Erini cap. 15. extremo. Vix est enim, ut quæ in hanc sententiam conferri possunt, capiat Glossarium.

\* **IMBOBATUS.** Vide infra *Imbotatura*.  
\* **IMBOCCARE, IMBUCCARE,** vox Italica, Influere, os canalis vel fluvii aperire; unde *Imbuccatura*, officium *Imbuccatoris*, cui scilicet ejusmodi cura demandata. Stat. Mutin. rubr. 202. pag. 38. r.: *Imbocando sudarium in canallem de Situla prope stratum.* Addit. ad ead. Stat. cap. 28. pag. 50. r.: *Statuimus quod aqua Situlæ veniens in civitatem Mutinæ, Imbuccari debeat in locis et temporibus solitis, et ubi commodius Imbuccari poterit per Imbuccatorem eligendum per magnificos D. Conservatores.* Ibid. cap. 30: *Nulli liceat ponere aquam in canalibus, nisi tantum Imbuccatoribus, et de quibus in statuto sub rubrica de Imbuccatore et Imbuccatura, nec facere aliquam buccam in flumine Situlæ, nisi fiat per dictum Imbuccatorem.* Non dissimili notione nostris *Emboier*, nimirum pro Transfodere, perforare, vulgo *Percer* de part. in part. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 4: *Don Wathier de Donchery... geta de sa ditte espée contre ledit exposant si grand cop, qu'il Emboia un boucler, que ycellui exposant tendi contre le cop, et lui creva un det de sa main.*

\* **IMBOGARE,** Bogis seu compedibus remu vincire; unde *Imbogatura*, Actio ipsa vinciendo, seu quod commentariensi ob id ab incarcerato solvitur. Stat.

Cuman. cap. 90. ex Cod. reg. 4022. fol. 44. r.: *Pro Imbogatura et bogis nichil debeat (carcerum custos) habere; nisi sibi specialiter præceptum fuerit quod carceratus debeat Imbogari.* Nostri *Embuscher*, pro Compedes indere, vulgo *Mettre des entraves*, dixerunt. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 495: *Le suppliant trouva deux chevaulx Embuschez de bris de fer, lenquels il desbuscha, et furtivement en print et enmena ung. Emboucher un cheval, alia notione, Equum scilicet habenis ad aliquid alligare, occurrit in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 295: *Le suppliant Emboucha son cheval à l'entrée de l'uy.* Vide *Boia*.*

† **IMBOIATUS,** Boiis seu compedibus vinctus. Ordericus Vitalis apud Chesnium Hist. Norman. pag. 449: *Imboiatus in arcto carcere, ut punirentur, servavit.* Vide *Boia*.

\* **IMBONITAS.** [Incommodum, mala res. *Tertull. ad Martyr.* 8. Nemo miles ad bellum cum deliciis venit, nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de papilionibus expeditis, et substrictis, ubi omnis duritia, et *Imbonitas*, et insuavitas constitit.]

\* **IMBOSCA,** Insidiæ Ital. *Imboscata*, Gall. *Emboscade*; unde *Imboscare*, Insidiari. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 654: *Aliqui dictorum inimicorum... erant imboscati prope locum de Chailhaco;... a dicta Imbosca exeuntes aliquos ipsorum hominum armorum et servientium ceperunt.* Aliæ ann. 1391. in Reg. 140. ch. 313: *Nonnulli ex dictis armorum hominibus latitabant, et Imboscam fecerant, ut possent per ibi depreddari transeuntes.* Vide *Imboscammentum*.

† **IMBOSCAMENTUM,** IMBOSCATA, Insidiæ, Gall. *Embuches, Embuscade*, Ital. *Imboscata*. Acta SS. Mail tom. 5. pag. 200. ubi de S. Attone Episcop.: *Et esset ibi cum 25. sociis, ut faceret quandam Imboscatam, etc.* Dominicus de Gravina in Chronico apud Murator. tom. 12. col. 649: *Exercitus egreditur civitate Neapolis, et ad statutum locum Imboscamenti quilibet se recondit.*

† **IMBOSCARE,** Italis, Insidias struere, in insidiis esse. Idem Dominicus de Gravina col. 599: *Invenerunt... Imboscatos in quadam valle memorosa ejusdem itineris Hungaros circa centum.* Et col. 619: *At omnes suspicabamur Imboscatos esse in Petrangia longe parum a civitate Gravina, ut omnes foras euntes capere possent in maceris et campis.*

\* **IMBOSQUARE,** Insidiari, in insidiis esse. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 248. col. 2: *Pro splorando si Spani veniebant, vel erant Imbosquati.*

\* **IMBOSSOLARE,** IMBUSSOLARE, vox Italica, In *Bussolam* seu arculam suffragium conjicere, quod in electionibus fieri solet; unde *Imbussolata*, ipsa electio. Stat. pro castro Castil. ann. 1371. ex Cod. reg. 5376. fol. 85. v.: *Finito vero termino predicto sex annorum, proponatur... quis modus sit servandus per futura tempora in electione dicti Poteslatis, vide licet an velint concedere electionem dicto communi Castilionis; an velint quod per commune Aretii eligatur et Imbossetur, ut moris est.* Stat. criuin. Riper. cap. 17. fol. 7. v.: *Et sic omnes electi Imbussolentur in sacculis duobus super bulletinis æqualis formæ, et postea de sacculis duo eorum extrahantur... Finitis vero illis Imbussolatis, fiat alia nova electio similiter procedendo.* Vide supra *Bussola*.

**IMBOTARE**, [Vox Italica, Gall. *Entonner*, Liqueorem in *Buttam* seu lagenam vel dolium infundere; *Imbotatura*, Infusio in lagenam doliumve.] Vide *Butta*, *Cupa*.

\* Aliud vero sonat *Emboter*, nimirum Inserere, immittere, vulgo *Emboeter*, in Lit. remiss. ann. 1885. ex Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 167: *Pour savoir la vérité, la main de justice avoit esté mise auxdites queues (de vin) et fait deffense qu'elles ne feussent meues; que depuis elles avoient esté abbattues et Embotées*. Aliæ ann. 1409. in Reg. 164. ch. 15: *Lequel fust estoit Emboté avec autres assis près de la maison*.

\* *Ambouschure* vero dicitur de re, quæ cum altera in fraudem commiscetur, in Charta ann. 1415. ex Reg. 170. ch. 1: *Item, quiconques amenera aucunes d'icelles marchandises esdites places et marches, où il y ait aucunes Ambouschures; c'est assavoir qu'ilz ne soient aussi bonnes et souffisantes dessous comme en la montre, il forfera icelles denrées*. *Emboucheure*, in Stat. ann. 1350. tom. 2. Ordin. reg. Franc. pag. 354. art. 61. *Embouqueure*, eadem notione, in Stat. carnif. Ebroic. ann. 1424. ex Reg. 178. ch. 118: *Item se les jurez et gardes dudit mestier trouvent aucunes denrées, ... où il ait eu Embouqueure ou autre liqueur adjoustée, etc.* A verbo *Embouchier*, Ejusmodi permissionem facere, in Stat. ann. 1312. tom. 1. earumd. Ordin. pag. 513. art. 10.

\* **IMBOTATURA**, **IMBOTATUS**, Impositio, exactio, vectigal, a verbo *Imbotare*, Tributum exigere. Charta Frider. III. imper. ann. 1466. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1382: *Cum omnibus redditibus et introitibus, ... videlicet datus, ... salinariis, transversis, Imbotatibus, limitationibus, etc.* Et col. 1383: *Adjicientes expresse quod si forsan aliqua præfatorum jurium, ut pote dattiarum, vectigalium, pedagiorum, Imbotatum (sic) molendinorum, etc.* Charta ann. 1480. ibid. tom. 2. col. 560: *Cum omnimoda immunitate et exemptione quorumcumque onerum et Imbotaturarum*. Annal. Placent. ad ann. 1461. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 908: *Item, quod non Imbotentur bladæ*. *Item, quod pro Imbotaturis vini et fœni, non solvant nisi mediata tem.*

\* **IMBOZITUS**, f. Inæquabilis, asper. Vide supra in *Desbozare*.

† **IMBRACHIARE**, Amplexari, brachiis complecti, Gall. *Embrasser*, apud Goclenium in Lexico Philosophico.

† **IMBRACIARIA**, Judicium corruptio, Angl. *Imbracery*. De eo dicitur qui iudices corrumpit, quem Angli vocant *Imbraceour* vel *Imbrasour*. Litteræ Henrici VI. Angl. Regis ann. 1460. apud Rymer. tom. 11. pag. 456: *Pro omnimodis proditiionibus, murdris, raptibus, mulierum, rebellionibus, insurrectionibus, felonis, conspirationibus, cambipartiis, manutentionis et Imbraciariis, etc.* Litteræ Maximiliani Imp. ann. 1508. apud eumd. Rymer. tom. 13. pag. 233: *Confederationes, impetitiones, deceptiones, extortiones, Imbraciarias, indebitas prolationes verborum, manutentionis, cambipartias, falsitates, etc.*

\* Vim vocis non intellexit Hearnius, cum ad hanc in Chron. Joan. Wethamst. pag. 320. hæc notat: *Brawia* sive *Brasia*, Vepres seu dumetum videtur fuisse, notante Cangio. Unde colligere est *Imbreciatores* homines illos fuisse, qui vepres ac dumeta sibi per fas et nefas asserebant; et *Imbrecia-*

*rium*, Actum ipsum ejusmodi vepres et dumeta assumendi atque tenendi.

† **IMBRACULUM**. Acta S. Helerii Mart. tom. 4. Julii pag. 150: *In Imbraculo enim ostii illius Ecclesie Deum diu noctuque exorabat*. Ubi doctiss. Editor Sollierius: *Imbraculum hic sumitur, ni fallor, pro tecto, quia in illud decidit imber, vel imbricibus tegitur*. Nisi forte quis cum *MS. Rotomag. malit legere Umbraculum, pro loco ubi est umbra, qualis esse solet in porticu Ecclesie*.

† **IMBRARE**, quasi *imbre* perfundere, *Arrosare*. Apitius lib. 8. de Re culin. cap. 6: *Imbrato buccellis panis et oleo modico, i. perfundito*.

† **IMBREN**, vox Anglo-Saxonica, quæ jejuniis quatuor temporum significat, ut est in Concilio Ænhamensi ann. 1009. can. 16. de qua multa commentatur Somnerus in Glossario Sax. voce *ymbren*.

† **IMBRESCERE**, Madefieri, quasi *imbre* perfundi. Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 479:

..... Imbrescunt flibus ora.

† **IMBREVIARE**, In Breves redigere, describere: *Imbreviatura*, *Protocollum*, apud Laurentium in Amalthea. Vide in *Brevis*.

\* **IMBREVIARIA**, Charta compendiaris, prima perscriptio, Ital. *Imbreviato*, Gall. *Minute*. Stat. Placent. lib. 5. fol. 68. r.: *Nullus audeat vendere vel emere aliquas Imbreviarias alicujus notarii vivi vel defuncti*. Vide in *Brevis*.

\* **IMBRIALIS**, [Ab *imbre* profectus. *Gæl. Aurel.* 5. *Tard.* 10. a *med.* Potui aqua *Imbriatis* offerenda, quam vulgo cisterninam vocant.]

† **IMBRICITUR**, ὑμβροῦται, βρέχεται, Pluit, in Glossis Lat. Græc. Sangerman. MSS. et apud Martinium, qui restituit, *Imbre icitur*.

\* **IMBRICO**, [Imbricibus tego, in modum imbricis facio. *Sidon.* 2. ep. 2. Tegulis interjacentibus *Imbricarentur*. *Gloss. Philox*]

\* **IMBRICUS**, [Imbres ferens, pluvius. *Plaut. Merc.* 5. 2. 35. Hic Favonius serenus est, hic Auster *Imbricus*. *Festus*: *Imbrica* tempestas pluviam videtur significare. *Macrob.* 5. *Saturn.* 20. *ad fin.* Ut hiems serena sit, solstitium vero *Imbricum*.]

\* **IMBRIFICO**, [Imbre madefacio, irigo. *Capell.* 6. p. 191. terram Aer complectens *Imbrificabat* aquis.]

\* **IMBRIGAMENTUM**, ab Italico *Imbrigamento*, Impedimentum, obstaculum. Gall. *Empêchement*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 603: *Et dictus lectus novus duret a capite dicti pontis et conductus... per quem possit et debeat aqua apose rami savine aliquo impedimento, sive imbrigamento discurrere ad dictas possessiones*. [FR.]

1. **IMBRIGARE**, [In brigas seu lites et jurgia conjicere.] Vide *Briga*.

\* 2. **IMBRIGARE**, Turbare. Stat. Mutin. rubr. 42. pag. 8: *Nulli liceat dictam aquam Imbrigare sub pœna xx. sol. Mutin. pro qualibet vice*.

\* 3. **IMBRIGARE**, **IMBRIGARE**, Vox italica antiqua, Aditum intercludere, Gall. *Intercepter*, *prendre au passage*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 500: *Quod nullus debeat Imbrigare quod conducitur per aquam reni. — Statuimus quod nullus debeat Imbrigare aliquod lignamen dolatum, quod conducatur per aquam reni; et tom. II. pag. 418: Statuimus quod via... que est inter stratum maiorem et sancti Vitalis maneat ita*

*aperta et disgomborata quod currus et animalia possint ire et transire per eam viam; et qui contrafecerit Imbrigando eam et apponendo in ea aliquid, quod currus et animalia libere et expeditè non possint ire et redire, solvat nomine banni pro qualibet vice c. sol. bon.* [FR.]

\* **IMBRIGENUS**, [Genitus ab *imbre*. *Vet. Poeta* in *Anthol.* Lat. T. 2. p. 406. *Burm.* Ut mersa *Imbrigenis* unda nivescat aquis. Alii tamen leg. *indigenis*.]

\* **IMBRIGUS**, **Ebrius**. Ital. *Imbriaco*. Tract. Ms. de Pisc. cap. 107. ex Cod. reg. 6898. C.: *Mullus imberbis, qui a nostris imbrigo dicitur ab insigni rubore; ebriosis enim, quos Imbrigos nostri vocant, sæpius rubra facies*.

† **IMBRIGARE**, ut *Imbrigare*. Statuta Massil. pag. 68: *Et quod dicto fundegario non impediunt, vel Imbringabunt, vel fieri facient aliquid vel aliqua quæ contraria sint his, quæ dicto fundegario a Rectore Massiliæ sunt vel erunt concessa, vel conventa*.

\* **IMBRIUM**, pro *Imbrex*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521: *Imbrium, Goutiere*. Vide supra *Imberx*.

\* **IMBROCCATUM**, Pannus auro intextus, Ital. *Broccato*, Gall. *Brocard*. Steph. de Infest. Ms. ubi de Innoc. VIII: *Papa donavit ei 700. ducatos et certas vestes Imbroccati et serici*. Rursum infra: *Donavit etiam duas vestes Imbroccati auri, etc.* Vide supra *Broccatum*.

† **IMBROMARI**. Vide *Imbrumari*.

† **IMBROMIDARE**, ἐμβρομιδαίνω, Cibum dare. Alexander Iatrosophista lib. 2. *Passion*: *Quod si cum febre fuerit, impedimentum fit curationi, et ulcera Imbromidantur, et sordidantur*. Ubi Glossæ MSS. interlineares, i. *sordidantur*.

† **IMBROMARI**, Papias: *Bruma; Græcæ edacitas dicitur: tunc enim major sit appetitus cibi: inde Imbrumari dicitur, quibus fastidium est ciborum*. [MS. Bituric. habet *Imbrumari*. Melius Gloss. Sangerm. MS. n. 501: *Imbromari, Quibus fastidium est ciborum, Bromia quippe edacitas est a Gr. Βρομα, Cibus*.]

† **IMBRUS**, ἱμβρος, πρόσβατος, Mulus, Ovis. Gloss. Sangerman. Lat. Græc. MSS. Vide *Iber*.

† **IMBRUTUS**, Papias, *Sine intelligentia, imprudens*.

\* **IMBUBINO**. [Inquino, fædo: est a *bubino*, quam vocem vide suo loco.]

\* **IMBUCCARE**. Vide supra *Imbuccare*.

\* **IMBULBITO**. [Stercore inquino, a βλῆτρον, stercus. *Lucil.* apud *Fest.* in *Bubinare*. Hæc te *Imbulbinat*, et contra te *Imbulbitat* ille. scilicet hæc menstruo sanguine, ille puerili stercore te stuprantem inquinat.]

† **IMBULUS**, ab *ambulando*, *Ambulatorium*, ita Gloss. Isidori. Papias: *Imbuli dicti, vel quia sub volumine sunt, vel quia sub his ambulamus. Sunt enim platearum porticus hinc inde*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MS: *Imbulus, Porche large*. Vide *Embolus*.]

\* Cathol: *Imbulus, quasi inambulans, locus ad ambulandum spaciosus*. Unde suspicatur D. Falconet scribendi compendio *imbulus* scriptum, pro *inambulus*.

† **IMBUMENTUM**, Papias, *Documentum*. Vide *Imbutamentum*.

† 1. **IMBURSARE**, Nummos in *bursam* seu loculos dimittere, Gall. *Embourser*. Sic in Statutis Collegii Narbon. ann. 1379. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 670. et in Concilio Avenion. ann. 1509. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 389. *pecuniam Imbursare* dicitur, qui nummos in propria crumena recondit;

sed interdum *Imbursare* est. Pretium pro convictu solvere, eo quod pecunia ad convictorum alimoniam destinata in arca quam *burse* vocabant, asservaretur. Statuta Collegii S. Bernardi apud eumd. Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 167: *Qui vero minus quam dictam bursam Imbursaverit, nihil eidem de communi ministratur.* Id est, Convictor qui non solverit integrum pretium pro convictu, etc. Infra: *Inhibetur etiam, ne aliquis scholasticus in Collegio S. Bernardi famulum, servientem, vel scriptorem teneat, nisi pro eo voluerit Imbursare.* Pag. 170: *Provisor habeat potestatem compellendi dictos Abbates ad Imbursandum integraliter pro ipsis eorum Capellanis et servitoribus... sicut Imbursant alii, et sint contenti singuli eorum ordinaria portione.* Rursus occurrit pag. 178. Vide *Imbursare*.

† **IMBURSATIO**, Solutio pretii pro convictu, ibid. pag. 167: *Quod si scholares sine Imbursatione post festum O. SS. remanserint, sententiam excommunicationis se noverint incurrisse.* Recurrit ibid. pag. 178.

\* 2. **IMBURSARE**, Nummos in usus suos convertere; quo etiam sensu *Embourser* dicimus. Codicil. Joan. Fabri Carnot. episc. ann. 1390: *Nihil valeat Imbursare seu in usus suos convertere, aut sibi vel suis retinere seu appropriare.* Hinc

† 1. **IMBURSATIO**, Usus rei alicujus non suæ, Gall. *Appropriation*. Testam. Joan. de Grangia card. Ambian. ann. 1402. in Addit. ad Hist. Carol. VI. pag. 755: *Ita tamen quod illa quæ pro dictis reparationibus tradentur de bonis executionis meæ... non veniant ad commodum vel Imbursationem illorum, qui beneficia obtinebunt.*

\* 2. **IMBURSATIO**, Apocha, charta soluta pecuniæ. Sozom. Pistor. hist. ad ann. 1393. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 1156: *Et habitavit super pontem veterem in habitatione templi sancti Sepulchri, et omnes Imbursationes factæ omnium officiorum exstæ fuerunt et remotæ.* Vide alia notione in *Imbursare* 1.

\* **IMBURUM**, [Vasis genus, quod sursum versus redit, apud Varr. 4. L. L. 27. Sed ibi *Scatig.* mendum agnoscit, eamque vocem nihilli existimat.]

\* **IMBUSSOLARE**, **IMBUSSOLATA**. Vide supra *Imbussolare*.

1. **IMBUSTAMENTUM**, **IMBUSTATURA**, pro *Imbucamentum* et *Imbucatura*, Apertura, itineris vel strætæ caput, Ital. *Imbocatura*. Arest. ann. 1410. 8. Apr. in vol. 11. arestor. parlam. Paris: *In Imbustamento seu apertura et ingressu dicti itineris... Imbustatura aut apertura uterentur.* Vide supra *Imboccare*.

**IMBUTAMENTUM**, ab *Imbuere*. Robertus Monachus Walciodorensis in Prologo ad Vitam S. Foranani Abbat: *Sed quoniam Imbutamento artis Philosophiæ minus fulti verbis has (virtutes) enucleare nequimus venustis, etc.* Gloss. antiq. MSS.: *Imbumentis, documentis.* Glossar. Ælfrici: *Imbutor, vel eruditor, Lareow.*

\* Nostris *Embouement*, Illiniendi materia, in Stat. figulor. ann. 1456. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 193: *Ne pourront icelles denrées, ouvrages et marchandises dudit mestier Embourser (i. Embouser), calminer, ne estouper; car l'Embouement est fait de chaulx et d'euf.*

† **IMBUTATURA**, f. Immissio vini in dolium, et tributum inde solvendum, ab Italico *Imbottare*, Vinum in dolium immittere, Gallice, *Entonner*. [\*Idem quod

supra *Imbotatura*. Vide in hac voce.] Chron. Estense apud Murator. tom. 15. col. 509: *Dominus Albertus Marchio... ad eos inermis descendit, et multis eos blandis verbis allocutus, ut eorum impetum et furorem mitigaret, fecit eis trahi omnes scripturas gabellarum, Imbutaturæ et estimorum, tam novas quam veteres; qui statim accenso igne... prædictas omnes scripturas et libros concremaverunt.*

† **IMENERIUS**, Liber hymnorum, in Enumeratione munitionum Somneriæ ann. 1260. Vide *Hymnus*.

† **IMGLA**, vel **IMGLUS**. Confirmatio testamenti per Carolum M. apud Mabill. pag. 507. Diplom. et apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 746: *Morogenna domus... cum ædificiis, cortiferis, exavis, ortis, vineis, campis, seu Imglis, una cum Ecclesia, etc.* Si particula seu vocem præcedentem exponat, *Imglus* idem erit quod *Campus*; verum hæc particula sæpe vim habet conjunctionis in veteribus Instrumentis. Vide *Inlaria*.

\* **IMIGERE**. Vide infra *Imugere*.

**IMINA**, [Species mensuræ.] Vide *Hemina*.

† **IMITABILITER**, Modo quem quis imitatur: *Reddantur promptiores alii Imitabiliter ad exemplum*, in Donatione ann. 1379. ex Regesto Rubei Cameræ Comput. Provinciarum.

\* **IMITARIUM**. Lib. de Mirab. Romæ apud D. Montisfalc. in Diar. Ital. pag. 294: *Sancta Sabina fuit Imitarium Cæsaris.* Ubi vir doctus *Mutatorum* legendum putat. Vide in hac voce.

**IMITAS**, Pars ima, inferior. Testamentum S. Remigii Remensis Episc.: *Partem meam de prato, quod Lugduni juxta vos habeo, ad Imitatem montium posito, et quæ juxta sunt pratella, quæ tenui, ad te revocabis.*

† **IMITATIO**. Vide *Immutatio*.

**IMIZILUM**, **IMIZINUM**, etc. Anastasius in Leone III. pag. 144: *Fecit vestem albam holosericam ornatam in circuitu de Mizilo.* Ubi alii Codd. habent de micilo. In Paschali, pag. 156: *Vela de fundato 14. de quadrapulo 14. similiter et de Imizilo 14.* Mox: *De Imizilo vela numero quatuor.* In Sergio II. pag. 173: *Obtulit vestes de Imizilo quatuor.* [In Leone IV. apud Murator. tom. 3. pag. 246. et tom. 4. SS. Julii pag. 325: *Cum lista de chrysoclavo cum velis ex Imizino duobus.*] In Nicolao I. pag. 210: *Fecit... vestem de fundato unam habentem historiam Leonum, et in circuitu Myzinum.* Bulingerus *Imizikum* his locis sericum lenius, quod Italice dicitur *Ermesino*, vel Byssinum interpretatur. Vide, an non idem sit, quod *Camisiale*.

† **IMLARIA**, Campi modus, ut videtur. Mandatum Radulfi Episc. Atreb. ann. 1217. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1190: *Rex Barbariæ offert pro deliberatione sua octo castra meliora quæ habet, et Christianos quos habet in sex civitatibus suis, vel pro his omnibus dare perpetuos denarios tol, ut de his possit dimidium Inlariæ in latitudine unius agri totaliter cooperire.* Ex his conjecto *Inlariam* spatium fuisse duorum agrorum; de agri spatio dictum est in *Ager*.

† **IMMACULABILIS CONSCIENTIA**, Quæ maculari nequit seu inquinari, in Vitis Patrum Emeritens. inter Concilia Hispan. tom. 2. pag. 648. col. 1.

† **IMMACULATIO**, Integritas, innocentia, in Actis S. Francisci de Paula n. 162. tom. 1. April. pag. 190.

\* **IMMACULO**. [Idem quod maculo,

polluo. *Firmic. 4. Mathes. 16.* Nullus invidia livor *Immaculet*.]

\* **IMMADEO**, et **IMMADEO**, [Extra præteritum nullum adhuc usum vidimus. *Ovid. 1. Trist. 9. 34.* Credibile est, lacrimis *Immaduisse* genas. *Plin. 17. 5. 3.* Cum terra a siccitate continua *Immaduit* imbre. *Adde Stat. 3. Silv. 1. 73.*]

\* **IMMADESCO**, [Madesco, inebrior. (Gloss. Isid.)]

\* **IMMADIDO**, [Mafefacio; Conspargo. (Cic.)]

\* **IMMAGINARE**, vox Italica, *Pingere*. Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 83: *Si quis vero schaciaverit, Imaginaverit, vel alium colorem sibi dederit alicui prædictarum avium, ad hoc ne cognoscatur, curiæ in decem libris condemnatur.* Vide *Imaginatus*.

**IMMAGISTRATUS**, Papiæ, *In honore positus*. [\* Vide *Immagistratus*.]

**IMMAJORARE**, Augere. Acta Episcoporum. Cenoman. pag. 75: *Quam et antea jam dictus Dominus sanctus Victurius Immajorare et restaurare ceperat.* Infra: *Et civitatis Ecclesiam in orientali parte Immajoravit.* [Utrobique Mabill. tom. 2. Analect. legit *Immajorare*.] Pag. 79: *Quam ipse Emelioravit.* Charta Ludovici Pii Imp. in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. pag. 88: *Et quas a novo restructi, atque immelioravit, Immajoravitque.*

\* **IMMALLATUS**, Encausto ornatus, distinctus, Gall. *Emailé*, alias *Enmailé*. Charta ann. 1328: *Item unum dragerium, cum pede de argento Inmallato, Gallice enmailié.* Vide supra *Emmailiatus*.

\* *Emmaler* vero, pro In fascem colligere, in Vita S. Isabel. apud Cangium pag. 171: *Il avint un malin qu'ils devoient heirer, que ciz qui devoient trosser et Emmaler les liets, etc.*

† **IMMANCATIO**, Membrorum conservatio, ne quis fiat *mancus* seu mutilus. Indiculus precatorius ad Episcopum formula 22. inter Bignonianas: *Precamur vobis ut vitam et Immancationem et disciplinam corporalem ei concedere jubeat.* Hæc erat Episcoporum seu Clericorum consuetudo, ut pro sinitibus ad Ecclesiam confugientibus intercederent, nec prius eos redderent, quam ad *evangelia datis sacramentis*, inquit Synodus Aurel. I. can. 3. *de morte et debilitate sint securi, ita ut ei cui reus fuerit criminis, de satisfactione conveniat: quod etiam in servis obtinebat, qui non nisi excusati dominis permittebantur*, ibid. cap. 4. et 5. Vide Gregor. Tur. lib. 5. cap. 3.

\* **IMMANEO**, [Idem quod maneo, in aliqua re maneo, immoror. *Augustin. 2. de Gen. ad litt. 4. extr.* Si potest aqua ad tantas guttarum minutias pervenire, ut super istum aerem vaporaliter feratur, qui natura levior est aquis, cur non possit et super illud levius cælum minutioribus guttis et levioribus *Immanere* vaporibus? Est qui leg. *immanare*, sed minus recte.]

**IMMANTARE**, **IMMANTATI**. Vide *Manutum*.

\* Nostris *Emmanteler* et *Emmanteler*. Inventar. bonor. ducis Bitur. ann. 1416. fol. 7. r. ex Cam. Comput. Paris: *Item un doussellet...où sont ois et cynes Emmantelez des armes de monseigneur, et de son mot, Le temps viendra.* Guignevil. in Perogr. Hum. gen. MS.:

Pour menchonges Emmanteler  
Et faire les voirs ressambler.

\* **IMMASSARE**, [Manducare. (Isid. Or. 11. I.)]



† **IMMATIENS**, ἀνεύρετος in Glossis Lat. Gr. Sangerman. Quem non possumus consequi. Vox, ut opinor, ducta a Græco ματέιν quod Hesyechius exponit ζητεῖν, Quærere, et præpositione in, quæ locum habet à privativi.

† **IMMATRICULARE**, Annectere, adjungere. Fundatio Monasterii de Altaripa apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 318: *Predicta omnia approbata fuerunt et confirmata a dicto Guidone Episcopo Lausanensi, qui hanc domum de Altaripa in suam successorumque specialem protectionem suscepit, decimasque totius laboris et nutrimenti sui juxta generale totius Ordinis privilegium eidem assignavit, adjiciens insuper et Immatriculans huic Monasterio Ecclesias de Escuvillens et de Unens cum fundis et pertinentiis suis.* Gallis *Immatriculer*, In album referre.

\* **IMMEDIETAS**, [Proximitas. (Boet. p. 456.)]

† **IMMEDIETATE**, pro Immediate, sine nullo medio. Litteræ Johannis Franc. Reg. ann. 1361. apud D. Secousse tom. 3. Ordinatio. Reg. pag. 544: *Ordinamus pro nobis et successoribus nostris dictos Religiosos (Clarevallenses)... in et de superioritate prepositure et ressorti dicti loci de Barro super Albam in solidum et Immediate perpetuo permansuros.* Eadem notione legitur, *Sub Immediato ressorto regio*, in aliis ejusdem Regis Litteris eod. ann. ibid. pag. 501.

† **IMMEDULLARI**, Imbibere, quasi medullis infundi, inseri. Vita S. Ayberti, tom. 1. April. pag. 680: *Comes vero finita benedictione, dum portaret ejusdem limphæ potum, per singula sua membra sic sensit Immedullari, ut, etc.*

**IMMEDULLATUS**, Imbibitus, medullis insitus. Jocelinus in Vita S. Patricii n. 109: *Nec magnos illos velle deserere malitiam Immedullatam, etsi cucullis candidatam.*

† **IMMELENATUS**, Mulus, vel onus muli. Radulfus de Gestis Friderici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 1195: *Misit ad eum (Restagus) quod non transiret, nisi daret ei centum summarios auri et argenti onustos. Imperator vero respondit se libenter velle dare ei aurum et argentum, sed nisi Immelentatum unum.* Vide *Innemilus* in *Azemila*.

† **IMMELIORARE**, Meliorem reddere, apud Simeon. Dunelmensem ann. 616. Adde *Vitam Aldrici Episcopi Cenom.* pag. 92. 93. 159. 161.

† **IMMELIORATIO**, in Charta ann. 878. ex *Appendice Marcæ Hisp.* col. 802.

\* **IMMEMORANS**, Immemor. Vita S. Davanz. tom. 2. Jul. pag. 528. col. 2: *Dei Immemorans timoris atque justitiæ.*

\* **IMMEMORANTER**, Ex oblivione. Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordinatio. reg. Franc. pag. 611: *Et si quæ in contrarium videantur aut fieri contingeret Immemoranter aut aliter, ea ad statum præstimum et debitum... reducant seu reduci... faciant.*

\* **IMMEMORIS**, [Idem ac *Immemor*. *Cæcil.* apud *Priscian.* 6. p. 699.]

\* **IMMENSIBILIS**, Immensus. Charta Phil. VI. ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 241: *Builionem usque ad Immensibilem quantitatem extra regnum nostrum portari fecisse dicebantur.*

† **IMMENDARE**, Papiæ, *Depravare.*

\* **IMMENSITAS**, Universitas. Charta ann. 1225. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 390: *Aymarus Dei gratia Maurianensis episcopus, et Berlio abbas Standedei omnibus præsentis scripti audi-*

*toribus æternam in Domino salutem. Noverit vestra Immensitas quod, etc.*

\* **IMMENSITAS PULCHRITUDINIS**, Dicitur de muliere præcellentissimæ venustatis, in Chron. Will. Godel. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 262: *Constantiam, cognomento ob suæ pulchritudinis Immensitatem Candidam, puellam accepit (Robertus rex) uxorem.* Eadem rursum legitur ibid. pag. 277.

† **IMMENSURATIM**, Sine mensura, immente, Gallis *Démesurément*. Salvianus lib. 6. de Gubernat. Dei: *Videamus, quæso, quantumlibet Immensuratim lætemur, quantumlibet fugiter, etc.*

† **IMMERICIATUS**, Cui pro delicto imposita est poena seu multa pecuniaria. Confirmatio Chartæ Ricardi I. Angl. Reg. ann. 1423. apud Rymer. tom. 10. pag. 34: *Si aliquis hominum prædictorum fratrum sit Immerciatus erga nos, vel erga Baillivos nostros, pro quacunque causa, vel delicto, vel forisfacto, mercæ et Amerciamenta pecuniarum prædictis fratribus sine dilatione reddantur.* In Privilegio Equitum S. Johannis Jerosol. pag. 4. perperam legitur *Imminuerciatus*, ut et *Intramenta pecuniarum* tom. 3. Histor. Harcur. pag. 184. pro *Amerciamenta pecuniarum*. Vide *Amerciare*.

\* **IMMERENTER**, Immerito, in chart. ann. 1409. in Alsat. Diplom. num. 1256. tom. 2. pag. 317.

† **IMMERITE**, pro Immerito, apud Thom. *Madox* Formul. Angl. pag. 72.

\* *Immerite*, Qui non meretur, immeritus, in Lit. ann. 1402. tom. 8. Ordinatio. reg. Franc. pag. 496: *Personnes de petit estat et Immerites.*

† **IMMETALLATUS**, Ornatus, vermiculatus, Gall. *Emailé*. Testamentum ann. 1382. e Chartulario B. M. de Bono-nuntio Aurelian.: *Tres scyphi argentei Immetallati, ponderis quinque marcharum. Duo bachini Immetallati, apud Lobinell.* in Glossario ad calcem Hist. Britan. Vide *Smaltum*.

**IMMI**, [Mensuræ species, forte eadem quæ *Hemina*. Fundatio Murensis Monasterii apud Eccardum de Origine familiæ Habsburgo-Austriacæ col. 231: *Reportat ad villicum duos panes et quartam hydræ de vino, et duo Immi de avena sive de hordeo.* Pro mensura lactis sumitur alibi.] Vide *Sester*.

† **IMMINERE**, Papias: *Imminet, instat.* Ita usurpant Tertullianus de Pœnit. cap. 6. Anastasius in S. Fabiano, Greg. Turonensis, et alii.

† **IMMINENTIA**, Instantia, apud Gregor. M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 29. lib. 3. Epist. 10.

\* **IMMINUARE**, pro Imminuere. Acta SS. tom. 4. Jun. pag. 820. col. 2: *Cujus loci, quia tunc temporis a militia castris adjacentis Montis-acuti rebus et ædificiis Imminuatus erat, recuperationi operam dabat.* Vide *Minuare*.

† **IMMINUATUS**, Immunis. Chronic. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 635: *Ab omni datione, ab omni restrictione Pontificum, Ducum, Comitum, vel quorumcumque Rom. Pontificis ministrorum, et cujuscumque dignitatis personæ inconcusus, Imminuatum et liberum existeret.*

† **IMMINUERCIATUS**. Vide *Immerciatus*.

† **IMMINUERE**, Libertate et immunitate donare. Charta ann. 1291. e Chartulario S. Joannis Angeriæ. pag. 277: *Promittimus bona fide eidem Abbati, nos facturos et curaturos, quod nobilis vir dominus Haleburgi amortibit, liberabit, Imminuet ac confirmabit... eidem Abbati et*

*Monasterio omnia supradicta. Sed f. legendum Immunitet, ab Immunitate.*

† **IMMINUTIO**, Immunitas. Eadem Charta Angeriæ: *Et si contingat nos non procurare vel facere amortitionem, liberationem, Imminutionem ac confirmationem prædictas, etc.* Puto legendum *Imminutio*.

\* **IMMINUTOR**, Qui sanguinem minuit seu detrahit. Stat. synod. Tornac. ann. 1366. pag. 50. art. 8: *Item hæc sunt officia seu negotia clericis concessa, et quæ sunt clericis exercere, ut puta... barbator, Imminutor, etc.* Vide *Minuere*.

1. **IMMISSIO**, Exactio, vel violentia. Gregorius M. l. 7. Ind. 1. Epist. 18: *Vel de loco aliquo, qui ad id pertinet, quocumque modo, qualibet occasione minuere, nec Immissiones dolosas aliquas facere.* Charta fundationis Monasterii S. Severi in Vasconia, apud Marcam lib. 3. Hist. Beneharn. cap. 8: *Vel de villis vel Ecclesiis, quæ ad eum pertineant, quocumque modo et occasione movere, (leg. minuere) vel dolos, vel Immissiones aliquas facere, nec in hostem, nec in caballicationem esse ductores, etc.*

2. **IMMISSIO**, ἐπέμπετα, [Operatio.] Joan. Sarisber. lib. 2. Policrat. cap. 17. de Daniele: *Sciens utique satellitem satanæ ad subversionem hominum in angelum lucis transfigurari, et Immissiones fieri per angelos malos, etc.* [Verba sunt Psalmi 77. v. 49.]\*\* Vide *Glossar. med. Græcit.* voco Ἐπιπομπή col. 424. supra *Dæmon* et infra *Incurans* 1.]

† **IMMISSURA**, Sagittarum immissurarum factus. Barthius in Glossario ex Roberti Monachi Hist. Palæst.: *Sed hæc nostri irridebant, et protecti clypeis, loriceis, galeis, eorum Immissuras vilipendebant.*

† **IMMOBILE**, Bona immobilia, in Caffari Annalibus Genuens. ad ann. 1162. apud Murator. tom. 6. col. 278.

† **IMMOBILITARI**, Immobilem esse. Sebastianus Perusinus in vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Mail pag. 360: *Immobilitato hoc sensu, omnes alii Immobilitantur.* Engelbertus de Longævitate ante diluvium cap. 23: *In quarum fundo aquarum aer et aqua præcluduntur et Immobilitantur usque ad infectionem et putrefactionem.*

† **IMMOLARE**, Offerre aliquid Ecclesiis. Tabularium Landavense in Monast. Anglic. tom. 3. pag. 192: *Idon Rex... unam de domibus suis... Immolavit cum omni sua libertate, et cum refugio Ecclesiæ S. Petri, etc.* Pag. 205: *Inmolavit 4. modos terræ... pro commercio regni celestis Deo et Sanctis, etc.* Occurrit in hoc Tabulario non semel.

† **IMMOLATICIÆ** HOSTIÆ, Escæ, carnes, idolis immolatæ. *Mortiferi idolorum cibi*, apud Cyprian. de Lapsis. *Occisarium hostiarum miser sanguis*, apud Julium Firmicum de Errore profanar. religion. *Cibi dolorum cultibus Immolati*, in Concilio Aurelian. II. can. 40. *Immolata demonibus*, in Aurelianensis IV. can. 15. Εἰδωλόθητα, in Epist. 1. ad Corinth. 10. Gloss. Græc. Lat.: Θόσιμος, *Immolaticius*. Εἰδωλόθητα, *Immolaticium*. Ab iis abstinere jubebantur Christiani, ne gentilitiæ superstitioni viderentur participare, adeo, ut si eas contigissent, gravi poena, ac, uti vocant, poenitentia mulcerentur, ut est in Poenitentiali Halitgarrii cap. 6. et in Addit. 4. ad Capitula Caroli M. cap. 54. Solebant autem Gentiles, qui ex sacrificio domum redibant, portiunculam aliquam victimæ consecratæ domesticis suis afferre, quod docet Scholiastes Aristophanis in Pluto.

Sed et interdum in macellis venum exponebant, et ex iis collecta pecunia Sacerdotum erat, ut est apud S. Augustinum lib. Expositionis quarumdam propositionum ex Epist. ad Rom. cap. 78. Unde sæpe legimus, porrectas a paganis ad manducandum ejusmodi escas Christianis Martyribus, in Actis Martyrii SS. Tarasii et Socior. apud Baron. ann. 290. n. 24. et apud Gregorium M. lib. 3. Dial. cap. 27. Vide eundem Augustinum Epist. 153. [et Lactantium lib. de mortibus Persecutorum n. 37.]

† **1. IMMOLATIO** MISSÆ, vulgo *Præfatio*, seu pars Missæ, in qua fit sacrificium, Actio. Acta SS. Junii tom. 4. pag. 699. ubi de festis S. Joh. Baptistæ: *Immolutio Missæ. Vere dignum est, nos tibi semper hic et ubique gratias agere, etc.* Vide Missale Gothicum pag. 263.

\* **2. IMMOLATIO**, Oblatio, quæ ecclesiæ fit. Charta ann. 1462. in Suppl. ad Miræum pag. 621. col. 2: *Item Immolationes et oblationes totius ecclesiæ, et omnia emolumenta ex parte curæ ecclesiæ Arschotensis provenientia.* Vide *Immolare*.

\* **IMMONTUOSUS**, et **INMONTUOSUS**. [Non montuosus. *Not. Tir. p. 70. Montuosus, Inmontuosus.*]

† **IMMORA**, Dilatio, procrastinatio, ἰμπερίαι. Gloss. Lat. Græc. Sangerm. MSS.

† **IMMORANTER**, Sine mora. Gloss. Græc. Lat.: ἄνορηθῆτως, *Immoranter, incunctanter.*

\* **IMMORATIO**. [Moratio, perseverantia. (Interp. Iren. I. I.)]

† **IMMORIGERATUS**, Non morigerus, male moratus, in Chron. Modoetensi apud Murator. tom. 12. col. 1129.

† **IMMOROSE**, ut *Immoranter*, in Litteris Caroli VI. Franc. Regis ann. 1411. ex Libro viridi 2. Castelleti Paris. fol. 136.

\* **IMMORTALIS**, **INMORTALIS**, Non mortiferus, Gall. *Qui n'est pas mortel.* Libert. Brager. ann. 1334. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 830: *Item si dicta vulnera judicentur Immortalia, dictus burgensis tradetur ad recedentiam vel in commendam.* Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. ch. 157: *Cum hujusmodi vulnus esset curabile et Immortale, prout chirurgici... relati fuerunt.* Aliæ ann. 1385. in Reg. 127. ch. 157: *Licet periculum vulneris coram justitia loci fuisset reportatum tanquam Immortale et sanabile, etc.*

\* **IMMORTIFERUS**, Eodem intellectu. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 115: *Vulnera per medicos et chirurgicos in talibus expertos sanabilia et Immortifera justitiæ reportata, etc.*

† **IMMORTIFICATUS**, lib. 1. de Immit. Chr. cap. 3. n. 3. Qui sibi plus satis blanditur et indulget, Gall. *Immortifié.*

\* **IMMOTABILIS**, Immutus. Charta ann. 863. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 558: *Ad utilitatem... servorum Dei ibidem Domino famulantium, eique Immutabili religione cum ipsius adjutorio acceptabiliter servantium.* Vide *Immutabilitas*.

**IMMUTABILITAS**, ἀκίνησις, in Gloss. Gr. Lat.

† **IMMOTORES**. Vide *Usupelliones*.

† **IMMOVILE**, pro *Immobile*, Res immobilis, in Charta ann. 1064. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. col. 534. edit. ann. 1717.

\* **IMMUNDABILIS**. [Qui mundari non potest, ut *Immundabile vitium, Tertull. Pudic. 20.*]

† **IMMUNDÆ** CARNES, a quibus Judæi debebant abstinere; quæ fuerint, dici-

tur Levitici cap. 11. quænam vero fuerint Christianis immundæ, discimus ex Actibus Apost. cap. 15. ubi Gentes recens ad Christum conversæ jubentur abstinere a sanguine et suffocato. Hinc liquet quid sibi velit Capitulum 100. Theodori Cantuar. Archiep. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 61: *Qui carnes Immundas manducaverint, et olera quæ cum carne coquantur, cessare oportet a ministerio; hoc est, Qui carnes cum sanguine, seu carnes suffocatas manducaverint. Interpretationem, si opus est, firmant Capitulum 105: Sanguinem sine voluntate edentibus non esse peccatum, et Capitulum 119. Aves et animalia cætera, si in retibus strangulentur, non sunt comedenda; similiter ab accipitre mortua. Apostolus etiam dicit: Similiter abstinete vos a suffocato sanguine et ab idololatria. Haud scio an aliud posterius sit hujusmodi interdictionis exemplum.*

\* **IMMUNDICITIA**, Immundities. Arest. parlam. Paris. ann. 1394. in Cod. reg. 9852. 3. 3. fol. 84. vº: *Nonnulli alii in scutum armorum nostrorum in lapide sculptum, lutum et immundicitiam, arma nostra vituperando, projecerant.*

† **IMMUNDITIÆ**, Purgamenta. Vide *Munditia*.

\* **IMMUNDITIATUS**, Immundus, impurus, immundities destitutus. Annal. Placent. ad ann. 1445. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 890: *Post vero palatium ipsius (Baptistæ) in ruinam dederunt, et Giselarii lex ibi dicta est, ne quis audeat edificare, sed locus sit Immunditiatus.*

\* **IMMUNDUS**, et **INMUNDUS**. [Inquinatus, spurcus, sordidus. *Cic. fragm. apud Quintil. 8. 3. Humus erat Immunda, lutulenta vino. Virg. 3. Æn. 238.*]

\* **IMMUNIFICUS**, et **INMUNIFICUS**. [Il liberalis, avarus, sordidus, tenax. *Plaut. Trin. 2. 2. 69. civi Immunifico, scis, quid cantari solet? Quod habes, ne habeas: et illud, quod nunc non habes, habeas malum.*]

\* **IMMUNIMEN**, Munimen; dicitur de sigillo quo Chartæ muniuntur. Charta ann. 1216. tom. 1. Germ. sacræ pag. 361: *Præsentem paginam sigilli nostri Immunimine cum horum, qui interfuerunt, nominibus jussimus annotari.*

\* **IMMUNIRE**, Immunem facere. Charta ann. 1114. ex Tabul. episc. Carnot.: *Eos et terras ipsas sive possessiones vel hæreditates et animalia liberavit, ipsam ecclesiam omnino et immunivit. V. Emunire in Emani.*

\* **1. IMMUNITAS**, Protectio, tutela. Charta Caroli C. ann. 844. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 475: *Qua (auctoritate) continebatur, qualiter prædictum monasterium, ædificatum a Castellano quondam in valle, quæ dicitur Asperia, sub sua Immunitate atque defensione... plenissime suscepit.*

\* **2. IMMUNITAS**, ἀπέλευσις, ἀλιτρωγγοσία, in Gloss. Lat. Græc. quomodo *Emunitas* sumitur, uti in hac voce docuimus: in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 21. 25. in Capit. [\*\* Pippin. 5. 19.] Caroli M. lib. 5. cap. 187. [\*\* 339.] etc.

**IMMUNITAS**, Locus *immunis*, asyli jure donatus, cum de ædibus sacris agitur, ut in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 30. 36. lib. 2. tit. 39. § 3. 4. [\*\* Lud. P. 10. Loth. I. 58. Carol. M. 9. 102.] in Capit. Caroli M. lib. 3. c. 26. l. 4. c. 13. 51. 52. l. 5. cap. 13. 148. [\*\* 15. 279.] in Fragmentis Capit. Baluz. cap. 8. 14. etc. ipsa scilicet Ecclesia, Monasterium ipsum, vel ædium

sacrarum ambitus. Concilium Coloniense ann. 1260. cap. 8: *Item Canonice, ne frequentent extra Immunitatem Ecclesiarum suarum, comedant aut dormiant extra ipsam, firmissime prohibemus.* Cap. 14: *Ut Omnes Ecclesiæ Collegiatæ Immunitates suas muro circumdadas, et clausuras portarum bene munitas habeant, firmissime præcipimus.* Adde cap. 13. et Statuta Conradi Archiep. Coloniensis ejusdem ann. 1260. cap. 19. 28. Concilium Londinense ann. 1268. can. 13. etc. Inde prædia ac villæ de immunitate esse dicuntur, quæ ad Ecclesias pertinent, in Edicto Pistensi cap. 8. 18. in Chronico Besuensi pag. 504. in Præcepto Barnoini Viennensis Archiepiscopi ann. 811. tom. 12. Spicil. Acher. pag. 140. 141. in Concilio Coloniensi ann. 1266. can. 4. etc. [Chartularium Gemmetic. tom. 1. pag. 10: *Item en la ville et cité de Rouen avons un ancien manoir, la chapelle S. Philebert dudit lieu, ou sont plusieurs maisons et jardins, ainsi que le tout se comporte, clos de hauts murs anciennement nommé Turris Alneredi, et de present la Poterne, qui est lieu d'auomosne, franchise et Munilé, assis pres le Palais en la paroisse S. Lo.*] Vide *Emunitas*.

\* **Nostris Immunitæ**, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 71: *Et se mit en Immunité et franchise en l'église du Sépulcre à Paris.*

† **IMMUNITARIA INSTITUTIO**, Qua conceditur Immunitas, in Charta Chonradi Regis ann. 971. apud Menesterium Hist. Lugdun. pag. XXXVIII.

† **IMMUNITATIO**, Idem quod *Immunitas*. Charta Regis Bosonis pro Ecclesia Viennensi ann. 2. regni ejus: *Quod irrationabiliter ablatum foret, cum omnibus appenditiis et Immunitationibus redderemus.*

† **IMMUNITIO**, Eadem notione. Charta Roberti Ducis Burgundiæ apud Perardum pag. 348: *Promittimus... omnia privilegia, omnes libertates, Immunitationes, cartas, instrumenta... inviolabiliter observare.*

**IMMUNITATEM ECCLESIE PERSOLVERE**, id est, bannum seu mulctam propter infractam Ecclesiæ immunitatem. Synodus Pontionensis ann. 876. can. 3: *Quod si quispiam fecerit, restitutus male præsumptis, Immunitatem ipsius Ecclesiæ persolvat, et bannum nostrum tripliciter componat.*

\* **IMMURARE**, [Carcere includere, Gall. *Mettre entre quatre murailles.* Poena alias satis frequenter irrogata hæreticis aliisque graviter delinquentibus, ac præsertim iis qui in judicio constituti diu negarant veritatem, et se perjurio obstrinxerant. Chronicon Trivetti ad ann. 1222. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 572: *Rusticus etiam quidam seipsum crucifigens et stigmata vulnere Christi superstitione quadam circumferens perpetuo Immuratur.*] Vide *Murus* et *Inclusi*.

\* **Nostris Emmurer**. Charta ann. 1260. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 372: *Et si hæreticus fuerit, simpliciter ut hæreticus condemnatus, regali curiæ relinquatur; si autem fuerit Immurandus, vel poena leviori seu poenitentia onerandus, id totum per episcopalem curiam expediatur... Ad expensas hæretici Immurati dominus rex et episcopus pro rata conferant.* Lit. remiss. ann. 1444. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 334: *Comme Jehanne femme de Philippot de Culan, pour son petit gouvernement et impudicité... fu Emmurée jusques à ce que du*

consentement d'icellui Philippot, elle fu desmurée à ses amis, etc.

\* **IMMURMURARE** REMEDIUM, illud quasi *Immurmurando* implorare, in Vita S. Godebertæ tom. 2. SS. April. pag. 35.

\* **IMMUTATIO**, Imminutio. Capitularia Caroli M. lib. 7. cap. 445: *Monemus ut jura Ecclesiarum, sicut a Patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, inviolata permaneant. Nihil alienam improbus ambitus concupiscat, nec per alterius Imitationem suam aliquis quærat augmentum.* Eadem habentur in Capitulari tertio incerti anni cap. 10. quod ad annum 814. refert Baluzius. Sed quamquam et in antiquis Benedicti Levitæ exemplaribus legitur *Imitationem*, contendit tamen idem Baluzius legendum esse *Immutationem*, idque probat ex lege Codicis Theod. relata ejusd. lib. cap. 477. ubi sic habetur: *Quæcumque a parentibus nostris diversis sunt statuta temporibus manere inviolata atque incorrupta circa sacrosanctas Ecclesias præcipimus. Nihil igitur a privilegiis Immuletur, hoc est, Imminuatur, ex ejusdem Baluzii interpretatione, quæ belle congruit his verbis, nec per alterius Immutationem (seu Imminutionem) suam aliquis quærat augmentum.*

\* A Latino *Immutare*, nostri *Immuter*, eodem sensu, dixerunt. Lit. ann. 1388. in vol. 8. arestor. parlam. Paris.: *Pendant laquelle cause aucune chose ne doye estre Immulé ou innovée au préjudice des parties, etc.*

\* **IMMUTATOR**. [Qui mutat. Oros. 7. 49.]

\* **IMMUTILATUS**, Integer, illibatus. Philippus II. Franc. Rex in Charta ann. 1189. pro Ecclesia Eduensi, tom. 8. Spicil. Acher. pag. 203: *Jura harum Ecclesiarum volumus et debemus Immutilata conservare.* Occurrit in Formul. Anglic. Thomæ Madox pag. 60. 177. etc.

\* **IMNARIUM**, pro *Hymnarium*, Liber continens hymnos solitos in Ecclesia decantari; legitur in Prefatione Francisci Blanchini in Vitas Rom. Pontif. apud Murator. tom. 3. pag. 86. Vide *Hymnus*.

\* **IMNELLA**, Porcella ablactata, ut opinor. Charta Caroli regnum regentis ann. 1358. ex Bibl. reg.: *Item les harans truiarum, Innellarum, qui valent sex libras communiter annuatim.* Vidé *Ymnisfih*.

\* **IMON**, pro *Imo*, in Charta Petri Rob. milit. ex Tabul. Flamar.: *De et super... aliis bonis ipsius quondam Guillelmi prædictis, Imon et quamcumque aliam servitutum, censum sive redditum.*

\* **IMPAGATUS**, [Non solutus.] Vide *Pacare*.

\* **IMPALANGARE**, ab Italico *Palanca*, Confixis palis munire, Gall. *Palissader*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 385: *Item dicimus quod potestas bon. precise teneatur et debeat facere actari, claudi et impalangari, terlisari, murari et cooperiri turres et barachanos dicti Castri Franchi.* [FR.]

1. **IMPALARE**, In palum impingere. Lex Burgund. tit. 24. § 2: *Si quodlibet animal, dum de messe, aut de prato... expellitur, Impalaverit, etc.* Lex Ripuar. tit. 70. § 3: *Si in sepem animal Impalaverit.* § 4: *Si autem deintus sepem se in virgam Impalaverit.* Lex Longob. lib. 1. tit. 19. § 10. [Rothar. 809.]: *Si caballus aut quodlibet peculium in clausuram alterius, intus saliendo, se Impalaverit, etc.* Adde Leges Henrici I. Regis Angli. cap. 9.

2. **IMPALARE**, Papiæ, est *Impugnare*.

\* **IMPANALARE**, In schedulam referre, ab Anglico *Panel*, Pagina, schedula. Henricus VI. Reg. Angli. in Charta ann. 1447. apud Kennetum Antiquit. Ambrosden. pag. 657: *Concedimus præfato Edmundo quod ipse hanc habebat libertatem videlicet quod de cætero durante vita sua, aliquo statuto non obstante, contra voluntatem suam non ponatur nec Impanaletur in aliquibus assisis, juratis, recognitionibus attinctis seu inquisitionibus quibuscumque, etc.* Vide *Pannellum* 2. et *Pannellare*.

\* **IMPANATORES**. Sic Guitmundus lib. 3. appellat Berengarii sectatores, qui panem et vinum in Corpus et Sanguinem Christi *transubstantiari* negabant; hocque deinceps nomine vocati sunt Lutherani, qui panem una cum Corpore Christi in Eucharistia remanere somniantur.

\* **IMPANATUS CHRISTUS**, Eadem ratione, dicitur Anonymo qui ab annis plus quingentis confutavit errores *Impanatorum*. Hujus Scriptoris Anonymi necdum editi excerptum refert Marlen. tom. 2. Itin. pag. 125.

\* **IMPANELLARE**, ut *Impanalare*, In schedulam referre. Vide *Pannellum* 2.

\* **IMPANNATA**. [Vox Italica, Gallis *châssis*: « Antonio Bucii dicti domini nostri pape scutifero pro faciendo fieri fenestras *Impannatas* tam in capella majore quam in sala consistorii. » (Archiv. Vatic. Mandat. camer. apostol. an. 1417-21. f. 155.)]

\* **IMPANS**. Papias: *Impans, in manu Regis servus dimissus, extraneus est.* Lex Longob. lib. 2. tit. 34. de Manumissionib. § 1. [Roth. 235.]: *Similiter, qui per Impans, i. in votum Regis dimittitur, ipsa lege vivat, sicut qui amund (i. a tutela liber) factus est.* Edictum Rotharis tit. 91. § 5. habet qui *Impans*. [Cod. Estens. *Infans*, alter Codex *Infans*, apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 34.] [Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 333.]

\* **IMPARAGARE**, Puellam nobili et convenienti conjugio copulare. V. *Disparagare*.

\* **IMPARAMENTUM**. Munitio, propugnaculum, nostris *Emparement*. Vide supra *Emparementum*. Charta Joan. reg. Franc. ann. 1362. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 110. col. 1: *Ipsi supplicantes muros et fossata atque Imparamenta dictæ villæ fecerunt suis propriis sumptibus et expensis.* A verbo

\* **IMPARARE**, Munire, nostris alias *Emparer*. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 519: *Ecclesiam de Paulliac... incastellaverant et Imparaverant, etc.* Vide *Emparare* 2.

\* **IMPARENTIA**, Sequestratio, vox fori Aragonensis, a verbo *Imparare*, Hisp. *Amparar*, sequestrare, unde *Ampara*, sequestratio, apud Acad. Hisp. in Diction. Charta pro reformat. regni Navar. ann. 1322. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 163. rº: *Item in causa super jure patronatus ecclesiæ de Lanz testes fuerunt citati, aliqui non comparuerunt, fuerunt Inparati ratione contumaciæ, possunt pati Imparentiam annum et diem.* Vide infra *Inparentiam*.

1. **IMPARARE**, [Invadere, occupare, Gall. *S'Emparer*; *Imparentia*, Invasio, Tuitio.] Vide *Amparare*.

\* 2. **IMPARARE**, Munire. Vide supra in *Imparementum*.

\* **IMPARGARE**, IMPARCAMENTUM, IMPARCATIO. Vide *Parcus*.

\* **IMPARENS**, [Non parens, non obediens. *Festus*.]

\* **IMPARENTIA**, Tutela, protectio. Articuli treugæ inter Henr. reg. Angli. et Joan. comit. Armen. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 83. rº: *Possessiones, quæ pro nunc existunt sub gubernatione et Imparentia ipsius comitis, etc.* Pluries ibi. Vide *Amparentia* in *Amparare*.

\* **IMPARENTIA**. [Inobediencia. *Gell.* 1. 13. Ne, si spes fefellisset, culpa Imparentiæ, et pœna indeprecabilis subcunda esset. Al. leg. *imparentiæ*, al. *impatientiæ*.]

\* **IMPARTES**, *Expertes*, sine parte, Glossæ Isid.

\* **IMPARTICARE**, Ad *perticam*, seu furcam vel patibulum suspendere, ex Gallico *Empercher*. Lambertus Ardensis pag. 169: *Mox quæsitis mortuitoribus et proditoribus, et consciis, et consiliariis, et multis inventis alios innotavit, alios Imparticavit, alios caudis jumentorum protrahendos et discernendos adhibuit, etc.*

\* **IMPARTIRI**, f. Amplificare, Gall. *Agrandir*. Charta ann. 1221. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 257: *Rad. Jugan dedit et concessit sæpe dicto hospitali... septem virgatas terræ et dimidium, quas fratres ejusdem hospitalis intra fosseia sua Coardellæ incluserunt, exceptis duobus pedibus terræ, quos reliquerunt extra fosseia ad Impartiendum ea, prout necesse fuerit. Potest et de fossatorum purgatione intelligi.*

\* **IMPARTITIO**, Muleta, emenda. Vitalis Episcopus apud Blancam in Comm. Rer. Aragon. pag. 728: *Pœna vero homicidii, flagitiorum æqualium vel majorum, nec Impartitiones, quæ intercessionem vel incurrimenta vulgariter appellantur, etc.* Vide *Incurrimmentum*.

\* **IMPASSIBILIS**, Qui sustineri non potest. Vita S. Bertel. tom. 3. Sept. pag. 452. col. 1: *Gigas vero horribilis rugilus protiliens leonino, assultus minabatur Impassibiles.* [Rº *Impassibilis*, Qui pati non potest, et *Impassibilitas*, passim apud Christian. auctor. Vide *Forcellinum*.]

\* **IMPASSIONABILIS**, Qui pati non potest. *Impassionabilis Deitas*, apud Christian. Lupum de Appellationibus pag. 890. ex fragmento Eutychetis.

\* **IMPASSIONATUS**, *Passionis expertus*, Gall. *Apathique*, ex Goclenii Lexico Philosophico.

\* **IMPASSULATUS**, Desiccatus, ab Italico *Impassire*, siccare. Catalogus Sanctorum apud Rocchum Pirrum Siciliæ Sacræ pag. 61: *Et invenerunt caput purum et immaculatum.... oculi erant clausi.... dentes albissimi, pellis faciei Impassulata seu desiccata, nasus erat planus et venustissimus.*

\* **IMPASTARE**, In *Pasta* seu pane coquere, Gall. *Mettre en pâte*, Ital. *Impastare*. Vita S. Guillelmi Fundatoris Montis-Virginis tom. 5. Junii pag. 135: *Pavo Impastatus delatusque in Montem, invenitur totus scatere vermibus.* Vide *Passina*.

\* **IMPASTATIO**, Commistio; unde *Impastare*, commiscere. Arnauld. in Rosar. MS. lib. 2. cap. 3: *Spiritus cum corpore tunc impastatur, et omnia hæc quæ impastantur ex toto dissolvuntur; et Impastatio fit tamen in una contritione et in seratione et assatione: nam propter contritionem et assationem ad ignem dividuntur partes ligatæ a viscositate, quæ est in corporibus.*

\* **IMPATIENTIA VULTUS**, Oris depravatio, Gall. *Grimace*. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1258: *Racemi etiam maturari non potuerunt debite, ideoque vina fuerunt viridia nimis et rubia, adeo quod*

cum difficultate et vultus Impatentia bibebantur.

† **IMPAUSABILIS**, Qui non pausat, quiescit. Fulgent. Myth. 1: Alecto Græce Impausabilis dicitur.

† **IMPAUSABILITER**, Incessanter, continue. Cæli. Aurel. lib. 3. Tard. cap. 2: Impausabiliter cibum sumere.

† **IMPECHEMENTUM**, Impedimentum, Gall. Empeschement. Tractatus ann. 1428. apud Rymer. tom. 10. pag. 890: Absque licentia, demanda, impedimento seu Impechemento quocumque.

\* Alias Empagement. Libert. Matiscon. ann. 1346. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 111: Item se aucuns a fait Empagement en voies ou en chemins, chascuns s'en puet plaindre.

† **IMPECHIAMENTUM**, ut Impechamentum, Idemta anni 1407. apud eumd. Rymer. tom. 8. pag. 498: Absque Impechiamento, impedimento, arrestatione quavis, libere vehere, mittere et disponere poterunt omnia eorum bona. Possent hæc duæ voces eadem notione explicari, qua sequens

**IMPECHIARE**. Henric. de Knyghton ann. 1256: Et promisit Regi Navarræ, quod nunquam eum Impecharet pro morte dicti Caroli de Hispania, etc. i. impeteret, vel quæstionem moveret. Ita Empescher, usurpat consuetudo Carnot. art. 82: Un Seigneur feudal, par défaut d'homme, ou de devoirs de Fiefs non faits et payez, peut assigner luy-mesme sur les heritages tenus en Fief de luy, et les mettre en sa main, brandonner et Empescher, et y faire mettre et apposer la main du Roy, etc. Consuetudo Vadensis art. 82: Le Seigneur nouveau ne peut Empescher, ne mettre en sa main les Fiefs, etc. Quam quidem vocem Gallicam, non ab impedire, sed ab impetere, videntur accersere Spelmannus et Somnerus: est enim impetere, idem quod in jus vocare, accusare, apud Gregorium Turon. lib. 5. cap. 14. Hist. Flodoardum lib. 3. cap. 21. in Legibus Henrici 1. cap. 6. [et apud Rymer. tom. 8. pag. 108. et alibi.] Unde Impetitio, pro accusatione, ut in Jure Anglico, sine Impetitione vasti, exponitur, sans Empeschement de gast. [Permutatio anni 1319: Renunciantes... omni actioni, Impetitioni, liti, juri, etc. Præceptum anni 1326. apud Rymer. tom. 3. pag. 879: Sine Impetitione ponenda in corporibus hominum illorum, vel in navibus, seu bonis ante dictis.] Impacciare dicunt Itali, pro impedire, molestiam afferre.

\* Empescher, eodem sensu; unde Empeschement, accusatio, in Lit. remiss. ann. 1381. ex Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 43: Icellui Andrieu... au conjurement des jurez de nostre ville de Tournay, ainsi qu'il est acoustumé à faire en tel cas, en culpa et Empescha ledit exposant, et dist que icellui exposant lui avoit fait l'une desdites plaies; ... et par vertu dudit Empeschement, ledit exposant et son dit oncle ont esté et sont enregistrez es registres de nostredite ville comme avoir perdu à toujours l'abitation d'icelle sans rappel. Vide Impedire.

**IMPECTORARE**, Pectori recondere. Auxilius de causa Formosi Papæ: Paulisper vis artis aperienda est, ut locorum status finesque constitutionum facilius Impectorantur. Vita S. Willibaldi Episc. Eystetensis cap. 5: Soliloquiorum Dei librum amplectens legebat, quoad usque secundum morem ordinis Psalterium sibi ex integro memoriter Impectorasset.

**IMPEDATURA**. Esdras lib. 3. cap. 5: Et horum quæ sita est generis Impedatura, et non est inventa. Ubi Gr. Edit.: Κα-

τῶν ἐπίσης τῆς γενικῆς γραφῆς ἐν τῷ καταλογισμῷ, καὶ μὴ εὐρεθείσης, etc. Will. Brilo in Vocabul. MS.: Impedatura, dicitur pedis mensura vel impressio, vel investigatio. Est autem peda, ut dicit Uguccio, vestigium humanum, unde dicitur, pedo, pedas, et per compositionem impedo, das, i. pedam facere, vel imprimere, vel investigare, et inde dicitur Impedatura. Unde 3. Esdræ 5. dicitur, ... et generis sexta Impedatura i. generis investigatio; vel genealogiæ computatio, Impedatura dicitur, quod sicut in deambulatione una peda post aliam terræ imprimitur, et una alteri succedit, ita et in hujus computatione una peda post aliam minatur, et æqualiter una alteri successit; observatur, et sicut peda distinguitur a peda, et similiter persona a persona. Adde Auctorem Mamotrecti. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS.: Impedatura, Impressure de pié, ou mesure, ou trace de pié.]

\* Nostri Empiener dixerunt, pro Cogere aliquem pedibus suis ire. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 328: Lesquelz rompirent les serreures de ladite prison, prindrent ledit religieux et l'emportèrent ou Empienerent tout enfermé en l'ostel du suppliant.

\* **IMPEDIMIA**, pro Epidemia, in Anal. Fossens. ad ann. 1360. apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 34.

\* **IMPEDIA**, **IMPEDIUM**, Empiengne. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide supra Empedia.

\* **IMPEDICATUS**, Pedica constrictus, Gall. Empétré, Ital. Impedicato. Lex Burgund. tit. 4. art. 6: Si autem Impedicato caballo ingenuus pedicam tulerit, etc.

† **IMPEDIARE CANEM**, Ejus pedes quodammodo mutilare. Vide Expediare Canem.

† **IMPEDICARE**. Papias: Impliciscere, implicare, iligare, irretire, Impedicare.

† **IMPEDIENS**, Reus, in litem adductus et causam defendens. Hæc est finalis concordia facta... anno regni Regis Henrici filii Regis Joannis septimo... inter Willelmum de Mohun querentem, et Willelmum Brewere Impedientem, de manerio de Clynton, apud Thomam Blount in Nomolexico Anglic.

\* **IMPEDIMENTOSUS**, Noxius; incommodus. Conv. apud Marsn. ann. 851. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 605: Et ideo tanta Deo contraria, et nobis ac vobis Impedimentosa acciderunt.

† **IMPEDIOSE**, Cum impedimento. Utitur Gocelinus in Translatione S. Augustini Cantuar. tom. 6. Maii pag. 434.

\* **IMPEDIRE**, In jus vocare. Stat. ann. 1505. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 310: Si Christianus Judæum Impedit, asserens quod ei pignora sua obligaverit, etc. Vide supra Impechiare.

\* **IMPEDIRE SE**, Curare, sollicitudinem habere, Gall. s'Embarrasser. Acta S. Anton. Ripol. tom. 6. Aug. pag. 535. col. 1: Qua in re idem D. consul decrevit non se de hoc homine Impedire: sed rogatus... eundem fratrem Antonium a dicto carcere idem D. consul extraxit.

† **IMPEDITIVUM**, Quod obstat, impedit, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. Mss. pag. 191.

\* **IMPEDITO**. [Frequentativum ab impedito, et ejusdem fere significationis. Stat. 2. Theb. 590. Impeditant numero, seque ipsa vicissim Arma premunt.]

† **IMPEDITOR**, Qui impedit, obstat, apud Rymerum tom. 5. pag. 4.

\* **IMPEDIUM**. Vide supra Impedia.

**IMPEGNARE**, ex Italico Impegnare, Im-

pignorare, pignori dare, in Statutis Venetor. ann. 1242. lib. 1. cap. 4.

**IMPEJORARE**, [Pejorem facere.] Vide Pejorare.

\* **IMPEJORATIO**, Rei in deteriorem statum deductio, imminutio, Gall. Détérioration. Charta ann. 1317. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 274: Pro Impejoratione cujusdam domus canonicalis, etc. Vide Pejoramentum.

\* **IMPELIMENTUM**. [Idem ac Impedimentum, apud vet. Fest.]

† **IMPELLARE**, pro Impellere. Donatio Alphonsi VI. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 283. col. 2: Qui alium Impellaverit, aut eum pugno percusserit, quinquæ solidos dabit Abbati.

\* **IMPELLERE**, Agitare, succutere: dicitur de Mensura quæ ut oppletior sit, agitur. Charta ann. 1317. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 355. r.º: Item concessit (rex) Guillelmæ uxori Roberti de Gamachiis militis lxxx. minas avenæ ad mensuram carcatam et Impulsam ad hæreditatem pro xxiv. lib. viij. sol. iij. den.

**IMPELLICATUS**, Concubinatus, a pellice. Papias.

\* **IMPENDIA**. [Idem quod Impendium, Impensa. Inscript. apud Grut. 871. 8.]

\* **IMPENDIOSUS**. [Qui plus æquo Impendit, et plus consumit, quam par est. Plaut. Bacch. 3. 2. 12. Nimio præstat, Impendiosum te, quam ingratum dicitur.]

\* **IMPENDIUM**, La fidelita, in Glossar. Lat. Ital. MS. Hinc pro servitio feudali, seu hominio et fidelitate, in Charta Aymari comit. Valent. ann. 1324. ex Cod. reg. 6008. fol. 27. v.º: Ordinamus quod universaliter comitatus Valentiniensis et Diensis, et omnia et singula castra, loca, bona et jura in jurisdictione, mero et mixto imperio, et Impendiis sive feudis existentia, etc.

**IMPENSA**, Farturæ, seu condimenti species, de qua Apitius lib. 8. de Re culinaria cap. 7. et 8. Gloss. Lat. Gr.: Impensa, ἀνάλωμα ἐλατθραρον. Gloss. Isid.: Conditura, Impensa. Ita etiam Papias. Hinc forte Impensam vocabant Architecti, quarumvis rerum ad opus albarium commixtionem, ut Anonymus de Re Architectonica cap. 18. 19. 23. Palladius de Architectura: Nucleus Impensa meliore inducatur. Alio loco: Exacto pavimento ad regulam et libellam, supra Impensa testaceo mollior inducatur.

\* **IMPENSATIO**. [Inordinatio. (Isid. Or. 4. 7.)]

† **IMPENSATUS**, Inopinatus. Hora Impensata redire, in Miraculis B. Raymondum, tom. 5. Junii pag. 689.

\* Ital. Impensato: nostris Empensé, sensu opposito. Charta ann. 1392. in Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 277. r.º: Sur la nuytier, d'aguet et entreprinse Empensés, sanz défiances précédens, etc. Le Roman de Robert le Diabie MS. :

Il a fait son commandement  
Ite! com il l'ot Empensé.

Vide supra Appensatus.

\* **IMPENSIBILIS**. [Qui satis expendi non potest. Gell. 11. 5. Omniumque rerum fidem veritatēque, mistis confusisque signis veri atque falsi, ita impensibilem videri ajunt, ut quisquis homo est, etc. Al. leg. incomprehensibilem: alii aliter.]

† **IMPENSIO**, Donatio. Concil. Tolet. VI: Quicumque Simonis imitator, Simoniacæ quoque hæresis exstiterit auctor, ut Ecclesiasticorum ordinum gradus, non dignitate morum obtineat, sed munerum

*Impensione conquirat, etc.* Charta ann. 1046. ex Chartul. Apt. : *Ego Pontius, qui hoc litterali aniniculo mea persona firmo, et aliis pluribus firmari adopto, ut incorrupta coemptio, suo servata pretio, perduret hæc Impensio.*

\* *Impenser*, pro Remunerari, in Charta ann. 1333. ex Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 287 : *Pour Impenser les bons et agréables services que Marote la Guyeure m'a faiz, etc.*

† **IMPERACTE**, Otiose. *Imperacta negligebat*, in Vita B. Aleidis, tom. 2. Junii pag. 418.

† **IMPERAMENTUM**, Census pro amparantia seu protectione solutus. Saisimentum Comitatus Tolosani ann. 1271. apud la Faille, tom. 1. Annal. Tolos. in Probat. pag. 28 : *Et quod propter dominationem et libertatem quam dominus Raymundus quondam Comes Tolosanus eis dedit, ipse Abbas et Universitas dicti castri debent domino Regi per Imperamentum in uno quoque anno centum solidos Tolosanos et sexaginta sestaria mediorum frumentum, medium avenam et sex modios vini ad mensuram antiquam, et exercitum et cavalcata. Vide Amparantia in Amparare.*

\* **IMPERANCIA**, idem quod supra *Imparantia*. Comput. Guill. de Cheriaco recept. regni Navar. ann. 1300 : *De laborioribus de Diacasteyllo pro residuo emende Imperanciarum fractarum, L. lib.*

\* **IMPERANTE CHRISTO**, Formula sæpius Chartis inscripta, eadem quæ *Regnante Christo*. Vide in *Imperium et Regnans*. Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 79 : *Actum anno incarnationis Dominicæ 1138. indict. 1. epacta vij. concurrente v. ciclo lunari xv. regnante Ludovico rege Francorum, Imperante Domino nostro Jesu Christo.*

**IMPERARE**, Vox Medicis attributa, cum ægris remedia imponunt, quomodo ea ab iis ordinari dicimus, apud Arnobium Jun. in Psalm. 143. Cælium Aurelian. lib. 1. Chron. cap. 4. etc. Vide *Juratum* ad lib. 10. Symmachi Epist. 1.

\* **IMPERARE ANTIPHONAM**, Præcinere. Ordinar. MS. S. Petri Aureæ-val. : *Reliquæ antiphonæ Imperantur religiosis presbyteris et antiquis per illos, qui exequent officium cantoris : antiphona vero de Benedictus semper Imperatur dompno abbati Dominicis diebus et festis Apostolorum, et magnis et simplicibus dupplicibus, si præsens fuerit... In diebus vero trium lectionum non Imperatur prædicta antiphona, sed incipitur per illum, qui exequitur officium cantoris. Vide infra *Præcipere Antiphonam*.*

\* **IMPERATIO**, Imperatum, jussum. Charta ann. 770. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 209 : *Per annos triginta, tam parentes mei quam et ego, voluntate mea Imperationem fecimus de presbiteris supradictæ Dei ecclesiæ ; et hic Luca propter chrisma nos mittebant ad tollendum ab episcopo, et cavalcaturam cum ipsis presbiteris faciebamus.*

† **IMPERATORICALIS**, Scripturæ genus. Vide in *Scriptura*.

**IMPERATORIS** dignitatem, quæ penes Romanos et Constantinopolitanos Augustos hactenus remanserat, Leo III. PP. Carolo M. indulsit anno 801. Annales Eginhardi : *Ipse autem cum die sacratissima Natalis Domini ad Missarum solemniam Basilicam beati Petri Apostoli fuisset ingressus, et coram altari, ubi ad orationem se inclinaverat, assisteret, Leo Papa coronam capiti ejus imposuit, cuncto Romano populo acclamante, KAROLO AU-*

*GUSTO A DEO CORONATO, MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORUM VITA ET VICTORIA. Post quas laudes, a Pontifice more antiquorum Principum adoratus est : ac deinde omisso Patricii nomine, IMPERATOR ET AUGUSTUS appellatus. Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 28 : Cum autem ibidem aliquot diebus reparandi exercitus gratia moraretur, convocavit Antistes Apostolicus de vicinis partibus quoscumque potuit, et coram positus illis, et invincibilibus gloriosi Caroli Comitibus, nihil minus suspicantem pronunciavit Imperatorem, Defensoremque Ecclesiæ Romanæ. Mox addit, huncce titulum grantanter haud suscepisse, quod cum Byzantino Imp. amicitiam servare cuperet.*

Cur vero a Leone divisum fuerit Imperium, et a Constantinopolitano Augusto ipse secesserit, ita refert Anastasius Biblioth. in Præfat. ad VIII. Synodum : *Sed postquam Imperatores Romanorum, qui nunc Græcorum appellantur, variorum fautores vel incitatores essent errorum, sanctam Christi Ecclesiam diversis hæresibus scindere minime formidaverunt. Scidit Deus Imperium eorum, et in occiduis partibus paulatim regnare, superno decernente judicio, cessaverunt : donec Romanos Pontifices suis pravitatibus incurvare conantes, nec valentes, ac per hoc multiplicibus penis afficientes, Hesperix potestatem jam prorus amitterent. Occidentis etiam amisso Imperio, nihilominus Romanis Pontificibus, quia jam jubere nequeunt, suadere nituntur, suis læsis favorem sensibus accommodandum.*

Exhine Summi Pontifices, Occidentis Imperatores coronandi jus sibi adscripsere. Glaber Rodolphus lib. 1. cap. 5. sub ann. 900 : *Illud nihilominus nimium condecens ac perhonestum videtur, atque ad pacis tutelam optimum decretum, scilicet, ut ne quisquam audacter Romani Imperii sceptrum præproperus gestare Princeps appetat, seu Imperator dici aut esse valeat, nisi quem Papa Sedis Romanæ morum probitate aptum elegerit reipublicæ, eique commiserit insigne Imperiale. Vide Annales Henrici Rebdorff. ann. 1339. 1347. et quæ de divisione Imperii, post Bellarminum et alios, acute et erudite commendatus est vir doctissimus Ludovicus Maimbourg Soc. Jesu, in Historia Iconoclastarum Gallice nuper edita.*

\* Quod assumptum jus adeo invaluit, ut Imperatores minime renunciarentur, nec ea, quæ ad Imperatoris dignitatem munusve pertinent, existimarentur exsequi posse, donec a Romano pontifice coronam suscepissent. Quæ omnium imperii principum statuto anni 1338. antiquata sunt. Codex reg. 10197. 2. 2. fol. 110. r. : *Anno Domini 1338. Ludovicus IV. Romanorum Imperator..... apud Confluenciam supra Renum tenuit consistorium imperiale, in quo... de consilio electorum, principum et procerum suorum... quinque novas leges imperiales quæ sequuntur promulgavit. Prima lex est, quod per principes electores concorditer, aut per majorem partem ipsorum electus in regem, et Imperatorem postea promovendus, potest statim jura, castra et bona imperii apprehendere et administrare, confirmatione papali, quoad hoc, nullatenus exspectata. Vide in voce *Electores*.*

Cum igitur translatum fuisset Imperium ab Orientalibus Principibus ad Occidentales, Summi Pontifices, qui id sibi juris potissimum arrogaverant, Imperatorium nomen Constantinopolitanis

Augustis fere semper denegavere, cum unicum Imperatorem Francorum seu Germanorum agnoscerent, in quem eam dignitatem jam olim ipsi transfuderant. Unde in Provinciali Romano, et in Cereimoniali Romano lib. 1. sect. 3. lib. 3. sect. 2. Constantinopolitanus Princeps Regibus semper accensetur. Honoratus Bonnor [Bonnet] Salonensis, qui sub Carolo V. Rege Francor. vixit, en l'Arbre des Batailles, 4. parte cap. 131 : *Or devez sçavoir, qu'il ne doit estre sur terre que un seul Empeureur, combien que celui de Constantinoble extime estre seul Empeureur, mais non est, il n'est fors seulement que ung Roy, et lui ne porte que una seule couronne.*

*Imperatores*, seu Βασιλεῖς sese etiam inscripsisse Bulgariae Principes, testatur Luitprandus in Legatione : *Cum Christophori filiam Petrus Bulgarorum Vasileus conjugem duceret ; ut et Scyllitizes pag. 623. qui iidem, quibus Imperatores Constantinopolitani usos insignibus ac vestibus auctor est. In Actis Innocentii III. PP. habetur Epistola Joannici Bulgariae Regis, quam sic orditur : Ego Calojoannes Imperator Bulgarorum et Blancorum, seu Βλαχων. Alia ibidem : Cum placuit Domino nostro Jesu Christo, me Dominum et Imperatorem totius Bulgariae et Blachiae facere, etc. A Latinis tamen, non Imperatores, sed Reges compellabantur. Innocentius ibidem in Epistola ad eundem Joannicium : Monemus igitur Serenitatem Regiam, etc. Et in alia ad Archiepiscopum Trinitavitinum : Carissimum in Christo filium nostrum Calojoannem ipsorum dominum Regem statuiimus super eos, etc.*

*Imperatoris titulum* sibi arrogasse Reges Anglosaxonicos ex hoc patet, quod *Basileas* sese passim indigitarent ; quæ vox Imperatorem tum sonabat. Sed et Edgarus in Rescripto, quod habetur in Epistolis Hibernicis Usserii Armachani, ita inscribitur : *Ego Edgarus Anglorum Basileus, omniumque Regum Insularum Oceani, quæ Britanniam circumjacent, cunctarumque Nationum infra eam includuntur, Imperator et Dominus. Alia Charta ejusdem Regis de Clericis uxoratis, quam ita subscribit : Ego Eadgar Basileus Anglorum et Imperator Regum Gentium, etc. Alia : Ego denique Imperator Knuto, a Christo Rege Regum regimini Anglici in Insula potitus, etc. Vide *Basileus*.*

\* Stephanus rex Anglorum *Imperatorem* se inscribit in Charta ann. 1136. ex Chartul. Cluniac. ch. 203 : *Ex gratia supernæ miserationis sedulus Imperator, etc.*

*Imperatoris titulum* Regibus Franciæ Scriptores non semel attribuunt, ut Chlodovæo Baltherus in Vita sancti Fridolini Abbat. n. 30. Pipino Sugerius lib. de Administrat. sua, atque adeo ipsius Pipini sigillum, si genuinum est, apud Zyllesium in sancto Maximino, in quo exaratum, *Pipinus imperator*. Exstat vetus Charta cujusdam Maurengi in Tabulario Flaviniacensi, quæ sic clauditur : *Actum Flaviniaco Cænobio anno 17. Pipini Imperatoris 3. Idus Junii. Carolo Calvo, antequam hac dignitate donaretur, Tabularium Belliloci ch. 74. apud Beslium in Regib. Aquitan. pag. 3 : Regnante domino nostro Carolo Rege, vel Imperatore Francorum, sive Aquitanorum, Garrulfo Abbate an. 844. Carolo Simplicii vetus Charta ex eod. Tabul. Flaviniacensi, quæ sic clauditur : *Data in mense Febr.... regni autem vel Imperii Augusti Karoli Simplicis anno 3. Odoni Regi**



Stephanus PP. in Epistola, quæ describitur in Vita S. Theodardi apud Catalogum lib. 5. Rer. Occitan. pag. 765. ubi *gloriosissimus et Catholicus Imperator* dicitur: Roberto Helgaldus in ejus Vita pag. 67. Ludovico VI. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandriæ num. 84. cæteris denique Regibus Rigordus ann. 1185. ubi de Monasterio seu Ecclesia S. Dionysii: *Quæ corona Regni Francorum est, et Regum seu Imperatorum sepultura.* Vide *l'Arbre des Batailles*, 4. parte cap. 84. Tillium tom. 1. pag. 249. et Dominicum in Assertore Gallico pag. 177.

*Imperatores Hispaniæ*, vel *Hispaniarum* sese appellitasse Castellanos Reges, probant eorum complures Chartæ, quod, ut ait Mathæus Paris ann. 1155. *principarentur Regulis Aragonum et Galliciæ.* Zurita in Annalibus Aragon. lib. 1. cap. 55: *En el ano de 1135. el Rey Don Alonso, estando en la ciudad de Leon, tomo la corona e insignias del Imperio, como Imperador y Monarcha de toda Espana, pretendiendo que los Reynos y Senorios della o eran suyos, o le devian reconocer como a Senor soberano.* Adde Indicem ejusdem Zuritæ lib. 1. æra 1160. Christi 1122. Lucas Tudensis de Alphonso VI: *Ad tantam devenit gloriam, ut Imperatorem Hispaniæ faceret se vocari.* Rodericus Toletan. lib. 7. Hist. cap. 7. de eodem: *Post hæc rediens Legionem, imposuit sibi Imperii diadema, et vocatus fuit deinceps Imperator.* Idem Lucas Tudensis de Alphonso VII: *Fecit congregari Episcopos, et omnes Barones Regni sui in Legionem et imponere sibi coronam secundum Legem Dei et Consuetudinem Regum priorum: ab illa die vocatus est Imperator Hispaniæ.* Chartas varias ann. 1122. 1136. 1144. in quibus uterque Alphonsus Imperatorio donatur titulo, habent Michael *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. pag. 246. Colmenaresius in Hist. Segobiensi cap. 14. § 2. 12. cap. 15. § 1. cap. 16. § 11. Antonius de Yezep in Chron. S. Benedicti, et Doubletus in Hist. Sandionys. lib. 3. Sed et Alphonsus VII. post Friderici II. Imp. obitum, extincto Willelmo Hollandiæ Comite, Electorum pars Imperatorem dixit anno 1155. de qua re consulendus præ cæteris Ughellus in Archiepiscopis Pisanis n. 15. Sed longe ante hæc tempora ejusmodi titulos sibi arrogasse Castellanos Reges, probant, quæ Mariana lib. 9. Hist. Hisp. cap. 5. narrat, ad Concilium scilicet Turonense, ann. 1055. missos ab Henrico II. Imperatore Legatos, ejus nomine quæstos adversus Ferdinandum M. Castellæ ac Legionis Regem, quod contra morem majorum, et legum præscripta, se Imperii Romani jure exemptum ferret, et incredibili arrogantia ac levitate in ipsum Imperii nomen invaderet. Quid inde secutum sit, pluribus exequitur idem Mariana. Vide Indicem Suritæ ann. Ch. 1024. Vetus Scheda apud Martinezum in Hist. Pinnatensi lib. 5. cap. 8. ubi de pacto inito inter Alfonsum Aragoniæ, et Alfonsum filium Castellæ Reges: *Et Alfonsus de Arragonia tradidit absolute totam illam terram Castellæ, quæ pro ipso tenebatur Alphonso de Castella, et deinde noluit quod vocaretur Imperator, nisi Rex Aragonum, Pampilonæ, et Navarræ.* Alia Sanctii Majoris Regis Aragonum, apud eundem lib. 2. cap. 17: *Ego Sanctius Rex Imperator in Castella, et in Pampilone, et in Aragonem, et in Suprarbi.* Alia ann. 1036. eod. lib. cap. 34: *Regnante Imperatore Beremundo in Leyone, et Comite Ferdinando in Castella, et Rege Garsea in Pampilona, et*

*Rex Ranimirus in Aragona, et Rex Gundesalvus in Ripacurtia, etc.* Vide Chartam Ordonii II. Regis æræ 947. apud Antonium de Yezep tom. 4. pag. 450. et aliam æræ 990. apud eundem tom. 5. pag. 437. Reges etiam Wisigothorum Imperatoris sibi arrogasse titulum, colligi potest ex Legibus Wisigoth. lib. 12. tit. 2. § 13.

\* Sic et reginæ Imperatrices nuncupatæ. Charta æra 1181. ex Chartul. Cluniac.: *Ego Adefonsus Imperator hanc donationem... Deo auctore confirmo... Ego Berengaria Imperatrix confirmo. Ego Sanctius Imperatoris major filius, etc.*

\* [« Ego Adefonsus, Imperator Hispaniæ, cupiens ut orationum sanctorum et religiosorum virorum mihi et parentibus meis suffragia communicent. (Diploma Adefonsi VIII, regis Castellæ, 1149. mus. arch. dep. p. 75). »]

☞ Ceterum haud satis sibi constitere Scriptorum in hujusce tituli distributione, ut quid inde uti indubitatum hauriri liceat. Modo enim qui Imperator est dictus, is paulo post ab eodem Rex est appellatus; et vicissim: quod etiam accidit in Imperatricis titulo. Verum hac in re, quod longe gravius est, non Scriptorum tantum, sed et Instrumenta publica variasse certum est. Hæc pluribus exemplis confirmat Mabillonius lib. 2. Diplom. cap. 4. ad eas literas vindicandas, in quibus Regis et Imperatoris vocabula confunduntur, quales, ut observat Vir doctissimus, inveniuntur non paucæ apud Hispanos. Quæ quidem observare pretium erat ne quis eam tantum ob causam pro libitu suo quævis repudiet Instrumenta.

\* IMPERATOR ROMANORUM quando vacare dicebatur, vide in *Imperium vacare*. Form. MSS. in foro Senensi usitatæ ann. 1414. ex Cod. reg. 4726. fol. 1. rº: *Anno Domini ab ipsius salutifera incarnatione 1414. die 12. mensis Novembris, tempore pontificatus SS. in Christo Patris et DD. Johannis divina providentia papæ xxiiij. Romanorum Imperatore, ut Senis fertur, sede vacante, constitutus, etc.*

\* IMPERATOR, Notione Ciceroniana etiam apud recentiores, Dux, vir militari gloria clarus. Annal. Placent. ad ann. 1447. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 893: *Hic comes (Franc. Sfortia) plures secum duxerat Imperatores, dominum scilicet Alexandrum ejus fratrem, D. Robertum ejus nepotem, comitem Ducium, Almatium Barilem, comitem Franciscum, et quamplures alios duces experitissimos.*

\* IMPERATOR MILES, in Comput. MS. ann. 1239: *Dominus Baldoinus Imperator miles in Penthecostes pro suis vadiis c. lib. Turon.*

\* IMPERATOR STULTORUM, alibi Regis titulo donatus, Princeps juvenilis societatis. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 117: *Certain esbat ou assemblée faict en la ville de Neelle entre plusieurs compagnons avecques celui que lors on nommoit l'Empereur des sotais.* Vide infra *Rex*.

\* IMPERATRIX SUMMA nuncupatur Virgo Dei Genitrix in Charta Girfredi archiep. Vesont. ann. 945. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 113. *Empereris, pro Imperatrice, in Lit. ann. 1248. inter Probat. Hist. Villehard. pag. 6.*

† IMPERATUS, Jussus, mandatum. Ammianus Marcell. lib. 31: *Richomeris Imperatu ejusdem Gratiani motus e Galii properavit ad Thracias.*

\* IMPERCO, [Idem quod parco. *Plaut. Amph. 1. 3. 2. Imperce, quæso: menses*

jam tibi esse actos vides. *Abbiti riguardo et Cas. 4. 4. 11. Amabo, integræ atque imperitæ huic Imperito. Est qui leg. Imparce.]*

† IMPEREGRE, *Instabiliter, vel sine certa mansione, Johanni de Janua; Sens maison ni stablement, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.*

\* IMPERFECTIO, [Defectus. *Augustin. 1. de Genesi ad lit. 4. Formam Verbi semper Patri cohærentis non imitatur Imperfectio.]*

† IMPERFECTUS, substant. Defectus. *Cujus naturali Imperfectui condolentes, etc. in Miraculis S. Gengulpii tom. 2. Mail pag. 651.*

† IMPERFICIUM, *Superficium, Cenaculum, ὑπερφύον, in Glossis Sangerman. MSS. Imperficium, ὑπερφύον, Superficius, in Suppl. Antiquarii.*

\* IMPERFIDUS, *Perfidissimus. Constit. Frider. imper. contra hæret. inter Stat. Astæ pag. 2. vº: Ut Imperfidus contra Deum et ecclesiam insultantes, tamquam materni uteri corrosores in judicio et justitia persequamur.*

\* IMPERFUNDIES, [Illuvies, squalor. *Lucil. apud Non. 2. 437. Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie, Imperfundie, incuria. Al. leg. improfundie, minus recte.]*

† IMPERIA, vel EMPERIA, a Gr. ἐμπερία, Peritia. *Vegetius lib. 4. de Re milit. cap. 41: Hæc gubernatores sese scire profitentur, sed eatenus, quatenus eos Imperiæ usus instruit, non altior doctrina firmavit.* Sic legendum, non *Imperitiæ*, merito censet Carolus de Aquino.

\* Nostris *Imperice*, opposito sensu, ab *Impericia*, Gall. *Ignorance*. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 110: *Lequel vendeur de triacle.... n'estoit que un broulleur, et ne se congnoissoit au fait de chirurgie; pour l'Imperice et non saichance dudit Castille, etc. Par Imperice ou autre coupe, in Stat. ann. 1402. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 530. art. 47. Quomodo etiam legendum, pro *Imperité*, in iisd. Ordinat. tom. 6. pag. 227. art. 8. et tom. 9. pag. 57.*

IMPERIALE, Pannii pretiosioris species. *Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis ann. 1295: Item tunica de Imperiali cum arboribus rubeis et leonibus aureis, etc. Item tunica de alio Imperiali, florigerata viridi et rubeo, etc. Item tunica ex alio Imperiali, quasi marmorea, etc. Frontale ad altare de Imperiali debili.*

† IMPERIALE DIADEMA, Tiara Pontificalis quæ Clemens PP. V. Lugduni coronatus est. Chron. Triverti tom. 8. Spicil. Acher. pag. 723: *Bertrandus Burdegalensis Archiep. natione Vasco in Papan electus, Clemens V. dictus est, qui mense Octobri in Lugduno convenientibus illuc Cardinalibus, Rege Francorum Philippo suam præsentiam exhibente, Imperiali Diadema coronatur.*

† IMPERIALES LITTERÆ, Antiquationis diplomata, nostris *Lettres de rescision*. Resignatio et venditio Ducatus Stinaviæ apud Ludewig. tom. 5. pag. 547: *Renunciantes in his omnibus ac singulis supra scriptis exceptioni doli mali, in factum actioni beneficio restitutionis integrum... Litteris et indulgentiis Apostolicis, Imperialibus, vel a Romanorum Regibus impetratis.*

IMPERIALIA, [Imperii insignia.] Vide *Regalia*.

IMPERIALIS. Gloss. Græc. Lat.: Ἀποκατορθικός, *Imperialis*. Ita autem proprie appellabatur Moneta Imperatorum, quæ

in Italia currebat jam inde ab anno 1187. Bulla Urbani III. PP. pro Fratribus Cruciferis Hospitalis Bononiensis: *Ad indicium, quod eadem domus vestra specialiter B. Petri existat, 12. Imperiales nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis.* Chronicon Ricardi de S. Germano ann. 1236: *Hoc anno jussu Imperatoris Brundusii novi Imperiales cuduntur, et veteres cassati sunt.* Matth. Paris ann. 1249: *Octodecim millia librarum, de moneta Imperialium, quæ tantum fere valeat, quantum Esterlingorum.* Innoc. IV. PP. in Rescripto ad Potestates et Rectores Civitatum Italiæ ann. 1254. apud Waddingum n. 12: *Dentur de Camera communis civitatis vel loci, unicuique pro qualibet die 18. Imperiales in pecunia numerata.* Occurrit ibi pluries. Chartæ Henrici et Ludov. Imp. pro Monasteriis Cumensibus et Papiensibus ann. 1311. et 1329: *Operarii debent habere pro operatio denariorum, qui dicuntur Imperiales, de quolibet penso 20 marcharum et unciarum 2. 10. solidos et 10. denariorum Imperialium novæ nostræ monetæ.* Adde Ughellum tom. 2. Ital. sacr. pag. 162. [Muratorium tom. 6. col. 1189.] et Vitam Balduini Lutsemburg. Archiep. Trevirens. lib. 2. cap. 10. Vide Augustalis et Regales.

☞ **IMPERIARE**, Imperare, vox Italica. Charta ann. circ. 870. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 79: *Imperante domino nostro Hlodovico imperatore, Hlotharii filius, postquam Imperiare cepit, anno vicesimo quinto, etc.*

† **IMPERIATUS**, Imperium. Godefridi Viterbiensis Pantheon apud Murator. tom. 7. col. 387: *Octo sedens annis Phocas tenet Imperiatum.*

☞ **IMPERIOSITAS**, Majesta imperiale. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide Imperositas.

† **IMPERIOSUS**, Splendidus, speciosus. Gasp. Barthii Gloss. ex Baldrici Hist. Palest. Tentoria Imperiosa.

**IMPERIUM**, Merum Imperium, jus summum. Curia generalis Barcinone a Petro II. Rege Aragon. acta anno 1233. cap. 3: *Restituimus possessionem, vel quasi meri Imperii, omnibus illis qui ipso ab antiquo usi sunt.* [Transactio inter Priorem Cartusie Vernensis et Rossolinum de Fossis Dominum Bormiensem ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Habere debeant merum Imperium et majorem jurisdictionem, videlicet mortis illationem et membri abscissionem.* Altera ejusd. inter eosdem: *Propter merum Imperium, quod habet dictus Rossolinus in territorio de Verna, non possit ibi acquirere aliquam servitutem super dictum Monasterium, Monachos et Donatos, et alios dictæ domus Vernæ, nec pro filia maritanda, suo filio uxorando, vel alio quocumque casu tallias vel quistas facere nec exigere, nec mutuum vel exactiones, angariam, proangariam (parangariam) vel aliquid novi facere, aliquid fortalitium vel tenere vel habere, nec castellum in vista Monasterii.* Hæc alibi præcipua videntur fuisse meri Imperii jura, quibus hic ad tranquillitatem Monachorum eximitur Monasterium Vernense.]

**IMPERIUM MIXTUM**, in Curia generali supradicta cap. 4. Justitia media. [Vetus vocabular. Juris utriusque: *Mixtum Imperium, est potestas media per quam ea quæ sunt in jurisdictione media explicantur.* Et dicitur mixtum, quasi ex jurisdictione et mero imperio; eo quod habet commodum pecuniarum. [Stephanus Tornacensis Epist. 132: *Jurisdictionem civilem usque ad rigorem, quam Imperium*

*Mixtum quidam appellant, sub potestate Comitum Flandrensis procuratorio nomine diu exercuit, etc.* [Privilegia a Raymundo de Agouto superiori domino castri de Masalgis anno 1348. concessa Johanni de Masalgis ejusdem loci condomino, qui in eo minorem seu mediam habebat jurisdictionem, ex Archivis Præsidis de Mazaugues: *Quod Præfatus Dom. Johan. de Masalgis et ejus uxor et eorum liberi et successores habeant in eorum hominibus larem soventibus in dicto castro sub ipsorum dominio et ejus districtu omnem civilem jurisdictionem et Mixtum Imperium, et eorum exercitium... sit eis licitum constituere et creare Bajulos, Judices, Notarios, nuntios et præcones, et præconisationes facere... et præconisationes habere, ac contumassare, et de contumassia condemnare; possit habere carcerem et incarcerare... ac eos torquere... compellere dictos homines ad confitendum veritatem per omnem coheritionis modum juridicum atque formam... et habere costellum... adcalhenare... et citra sanguinem fastigare. Quod possint dictos homines suos inquirere, corrigere, et punire, et facere condemnari pecuniariter de adulteris voluntariis seu sine violentia perpetratis tam in malem quam in femineam cujuscumque sexus; necnon et de quibuscumque furtis... et criminibus minoribus, quæ pecuniaria coheritione plecti solent, et maxime de illis de quibus alii Castellani de Comitatu Provinciæ habentes Mixtum Imperium et jurisdictionem homines suos puniunt, et punire consueverunt de consuetudine vel de jure.* Hic notanda Mixti Imperii seu Medii Justitiæ jura, quæ dominus inferior ab eo tenet, qui merum habet imperium.] Vide Sanguis.

† **MERUM ET MIXTUM IMPERIUM**. Sæpissime in veteribus Instrumentis occurrit ad significandam omnimodam justitiam, altam uti vocant, et bassam. Charta foundationis Cartusie S. Crucis in Maceriis insulæ Barbaræ pag. 534: *Item, quidquid habeo in villa de Treves cum omnibus jurbus et pertinentiis universis... exceptis banis, clamoribus personalibus, Mero Imperio.* Charta ann. 1293. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 496: *Concessit et transtulit quidquid juris, possessionis et proprietatis, jurisdictionis, Imperii Meri et Mixti... habet.* Ordinatio Philippi VI. Regis Francor. ann. 1333. apud de Lauriere tom. 2. Ordin. Reg. Franc. pag. 96: *In terris Prælatorum... in quibus habent omnimodam justitiam altam, et bassam, seu Merum et Mixtum Imperium.* Occurrit etiam in Pacto inter Jacobum Aragon. Regem et Berengarium Magalonæ Episc. ann. 1272. locum vide in Boyranium. Nonnihil tamen discriminis aliquando interesse altam et bassam justitiam inter ac merum et mixtum imperium, vix dubitare sinunt Instrumenta quædam; hinc in iis civilem et criminalem jurisdictionem significari facile crediderim. Litteræ ann. 1313. apud Rymer. tom. 3. pag. 372: *Dudum nobilem virum Bertrandum de Gulo... volentes prosequi munere gratiose, sibi et hæredibus suis... castrum et villam de Blancaforti Burdegaliæ diocesis, cum omnibus ædificiis, fortaliis, jurbus et pertinentiis, territorii, jurisdictionibus altis et bassis, Mero et Mixto Imperio, homagiis, etc.* Vide pag. 513. et 521. Charta ann. 1380. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 173: *Una cum omnibus suis jurisdictionibus et justiciis altis, mediis et bassis, Meris et Mixti Imperii, feudis, etc.* Vide Glossar. Calvini.

☞ **Nostris Mere et mixte Empere vel Impere**, eadem acceptione. Pactum inter reg. et Archiep. Lugdun. ann. 1320. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 125. r: *Jurisdiction haute, moienne et basse avecques mere et mixte Empere. Juridictions haute, basse et moyenne, mixte et mere Impere*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 444.

† **IMPERIUM VACARE**, Merum est Scriptorum quorundam figmentum; quod sedulo est observandum, ne quis in hæc verba cum occurreret, reipsa tunc temporis vacuum fuisse imperium falso existimet. Id autem accidere duplci potissimum ex causa temere opinati sunt: prima est, cum electus Imperator, a Romano Pontifice coronam imperialem nondum est adeptus; tamdiu enim vacare imperium fingebant, quamdiu huic ceremoniæ, quam sibi abscrisserant Romani Pontifices, cujusque defensores erant acerrimi, non esset factum satis. Inde est etiam quod apud Romanos, nonnisi a coronationis die, Imperatoris anni computari solent: quod sub Ludovico Pio in usu cæpit, ac tandem sub Carolo V. Imperatore desit. Altera est, cum Imperator ob grave aliquod crimen Ecclesiæ censuras incurrit atque a Romano Pontifice excommunicationi subjicitur: statim quippe jure imperium administrandi Imperatorem privari, atque eo ipso imperialem dignitatem auctoritatemque penes Romanum Pontificem esse atque ad eum pertinere commenti sunt. Primum probat Charta ann. 1068. quo nondum Henricus III. solemniter ritu coronatus fuerat, quæ sic clauditur: *Domino nostro Papa Alexandro Romano imperium tenente, et Henrico III. regnante.* Id tamen non omnibus probatum innuit Charta provocationis Delphini ann. 1304. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 121: *Coram Serenissimo Principe D. Alberto Dei gratia Romanorum Rege semper Augusto, ut pote domino ipsius feudi, vel saltem coram Parisiis curiæ, ac forte coram Apostolica Sede, si secundum estimationem quorundam Imperium vacare dicatur, licet idem D. Albertus Rex Romanorum existat.* Secundum eruitur ex Charta ann. 1082. quo eundem Henricum excommunicaverat Gregorius PP. VII: *Domino nostro regnante et Domino nostro Papa Gregorio imperium Romanum tenente.* Vide Commentaria in Hist. Dalphin. loco laudato.

☞ Huc spectat formula, *Regnante Christo*, quæ passim veteribus Instrumentis, sive publicis, sive privatis, olim apposita est. Hanc primum in vexit religio, quam exinde pro arbitrio usurparunt vel mutarunt Notarii: eam nihilominus quosdam consulto adhibuisse, etiam in Galliis nostris, existimo, præsertim eo tempore quo aliqua discordia erat inter Romanos Pontifices et Francorum Reges. Consule, si placet, Blondelli diatribam hac de re ex professo editam.

**IMPERIUM**, Titulus honorarius Imperatoris. Constitutio Theodosii et Valentiniani Imp. apud Facundum Hermianensem lib. 8. cap. 3: *Turbam atque tumultum, qui evenit in Oriente nostrum cognovit Imperium, etc.* Epistola Caroli M. ad Albinum et Monachos Turonenses: *Adlatæ sunt nobis literæ de contemptu justionis Imperii nostri, etc.* Epistola Theodeberti Regis ad Justinianum Imperat.: *Amorem nostrum erga Imperium vestrum, etc.* Joannes VIII. PP. Epist. 24. ad Carolum Calvum Imp.: *Et*

*idcirco inter Pontificum nostrum et Imperium vestrum mediatorum illum esse decrevimus.* Adde Epist. 27. Nicolaus I. PP. Ep. 8. ad Michaellem. Imp. : *Porro scripsit nobis Imperium vestrum, etc.* Η βασιλεία μου, cum de se loquuntur Imperatores Constantinopolitani passim. Adde Diurnum Roman. cap. 2. tit. 3. Vide Dissertationem nostram de Imperatorum Byzantinorum Numismatibus.

\* *Ampiere*, pro *Empire*, Imperium, in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 156.

\* **IMPERIUM**, Quævis jurisdictio. Stat. ann. 1330. tom. 11. Ordin. reg. Franc. pag. 39 : *De litteris donationis Imperii seu jurisdictionis, quinquaginta florenos.*

\* **IMPERIUM** de Ducatu Normanniæ dicitur in Charta ann. 1066. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 59 : *Ego Normannorum dux Guillelmus, etc. Conventientes Imperii nostri excellentissimi pontifices, etc.*

\* **IMPERIUM**, Auctoritas. Charta ann. 1197. in Lib. nig. S. Petri Abbavil. fol. 314. v. : *Ego Warinus Imperio domini Hugonis abbatis Cluniacensis, prior monasterii S. Petri Apostoli, etc.*

† **IMPERLATUS**, Ornatus perlis seu unionibus. Constitut. Frederici Regis Siciliæ cap. 94 : *Item quod nulla domina sive mulier audeat portare capellum Imperlatum, sive smallatum sub pœna unciarum 12.* Cap. 95 : *Item uxores tantum Militum possint portare gerlandam Imperlatam et cum gemmis et auro.* Vide *Perlæ*.

\* **IMPERMUTABILIS**, Immutabilis. Charta ann. 1312. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 589 : *Ut autem hæc nostra conventio simul et actio rata et Impermutabilis perpetuis temporibus perseveret, etc.*

\* **IMPERNATOR, TRIX**. [Confer vocem italicam *Imperniare, mettre sur un pivot, travailler au repousé*, in Archiv. Acad. Pontific. S. Lucæ, 1478.]

**IMPERNATUS**, [ut *Imperlatus*.] Vide *Perne* 2.

† **IMPEROSITAS**, *Majestas*, Johanni de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Imperositas, Majesté, Imperialis dignitas.*

† **IMPERPETI**, pro *Perpetim*, Perpetuo. Chartular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 2001. ex Charta anni 1153 : *Hugo D. G. Rotomag. Archiep. Contulimus nostræ auctoritatis munimine Imperpeti duratura, etc.*

† 1. **IMPERS**, καλυπτῆρ, Tegmen, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. MSS. [\* Ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Imbræx*.]

† 2. **IMPERS**, *Expers, sine parte.* Ambr. super *Egisippum* : *Vestro prælio omnes implicabuntur, nec erit nostra ulla regio vestri Impers decoris.* Joh. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Impers, Sens partie.*

† **IMPERSONALITER**. Altare seu Ecclesiam Monasterio vel Collegio tradere dicitur Episcopus, cum nullum sibi jus reservat *Personam* seu Clericum, qui ei Ecclesiæ deserviat, nominandi, aut certam præstationem, quam Altarium redemptionem vocabant, accipiendi, cum instituitur nova persona. Hac notione legitur tom. 5. Annal. Benedict. pag. 310. 387. et in Vita Urbani II. PP. tom. 3. Operum Posthum. Mabillonii et Ruinartii pag. 213. etc. Vide *Personæ*.

\* An ea sit unica constansque hujus vocis notio, subdubitari haud temere potest, cum de præbenda etiam usurpe-

tur, ut in Charta Petri episc. Bellov. ann. 1132. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 429 : *Præbendam quam clerici ecclesiæ S. Vincentii in ecclesia S. Evreundi de Credulio legitime possederunt et possident, ut ipsa ecclesia perpetualiter et impersonaliter possidat concedimus et summa pontificali auctoritate firmamus.* Unde *Impersonaliter* dicitur altare aliudve beneficium alicui monasterio concedi, cum altaris aut beneficii titulus nemini nominatim adscribitur, totique conventui tribuitur possidendum. Quod ex hodierno Canonicorum Regularium usu, præsertim ubi de præbendis in aliis ecclesiis ipsis attribuitur agitur, confirmari licet. Vide mox

† **IMPERSONALITER**, Alia notione. [\* Id est, Nemine nominatim appellato.] Epitom. Constitutionum Eccl. Valent. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 170 : *Ne quis ex Beneficiatis circa onus Missarum sibi incumbentium dubitet pro varietate clausularum institutionis beneficii sui, declararunt quod institutio loquitur Impersonaliter, scilicet quod quotidie, vel expresse, quod per se, vel per alium celebret, seu faciat celebrare.*

**IMPERSONARE**, [in Beneficio seu Ecclesia *Personam*, i. Clericum constituere.] Vide *Personæ*.

\* Seu in *personatus* possessionem mittere. Charta Alb. episc. Leod. ann. 1187. in Suppl. ad Miræum pag. 356. col. 1 : *S. R. S. Apostolicus Lucius III. præfatam Bonæ Spei ecclesiam jam dicto de Genetines altari perpetuo Impersonavit et investivit.*

† **IMPERSONATUS**, dicitur de Conventu qui potestatem habet *Personam* in Ecclesia instituendi, apud Th. Madox. Formul. Anglic. pag. 248.

\* **IMPERSONATUS**, Liber a *persona*. Vide supra *Impersonaliter* 1. Charta Nicolai I. episc. Camerac. ann. 1164. ex Tabul. ejusd. eccl. : *Allaria quæ ab antecessoribus nostris Burcardo scilicet et aliis sanctæ recordationis episcopis cœnobio Hunocurtensi fratrum. Impersonata æternæ salutis contemplatione collata concepimus; auctoritatis nostræ titulo... confirmare decrevimus.* Alia Alardi ejusd. eccl. episc. ann. 1175. ex Tabul. S. Gauger. : *Unam præbendam in construendis seu restituendis ejusdem ecclesiæ ædificiis, sive ad quoslibet usus ecclesiæ necessarios liberam et Impersonatam concedimus et assignamus.* Occurrit rursus ibid. in Ch. ann. 1182.

† **IMPERSUASIBILIS**, Cui nihil persuaderi potest, in Epist. Cleri Nannet. ad Leonem IX. PP. apud Marten. tom. 1. Collect. novæ in 4. part. 2. pag. 24.

\* **IMPERTILIS**. [Sine parte, individuus. Augustin. 6. de Mus. c. ult. *Impertilis* nota.]

† **IMPERTINENS**, Ineptus, insulsus, Gall. *Impertinent*, in Vita B. Coletæ n. 54. tom. 1. Martii pag. 553. *Impertinentia verba*, apud Leibnizium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 906.

\* **IMPERTINENTIA**, Vox fori ; dicitur de eo quod a re, de qua agitur, alienum est. Lit. remiss. ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 229 : *Primum articulum negat dictus Johannes (reus) salvo jure ineptitudinis et Impertinentiæ, etc.* At vero *Impertinentiæ*, idem quod Ingenitas, simplicitas, in Lit. ann. 1382. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 634 : *Nous eu regart à la simplessé, Impertinentiæ, etc.*

\* **IMPES**. [Idem quod *Impetus*.] Vox poetica, quæ nullum habet usum, quod

sciam, in rectis casibus : frequentem in sexto singulari. Lucret. 6. 326.]

\* **IMPESATUS**, Gummi oblitus, Gall. *Empesé*. Guido de Vigev. MS. de Modo expugn. T. S. cap. 8 : *Illæ aræ cum scisura a tergo cooperiantur de corio bene Impesato.* Rursus ibid. : *Sed antequam firmetur navis super curvis habeantur stopini præparati, Impesati et Incerati qui ponantur in illis tribus scisuris.*

\* **IMPESCERE**. [In lætam segetem pasceendi gratia immittere. *Festus*.]

† **IMPESIUM**, Prælium, forte sic dictum ab *Impetu*, quasi *Impetium*. Litteræ Philippi Franc. Regis ann. 1329. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 224 : *Notum facimus, quod cum dilectus et fidelis consanguineus noster Guigo Dalphinus Vienn. ad nostram requisitionem dilecto et fidei nostro Johanni de Cabillione Comiti Altissiodorensi, quem idem Dalphinus in Impesio captum in bello suo et in terra sua prisonarium detinebat, elargitionem prisonis, usque ad instans festum S. Andrew Apostoli concessisset.* [\* A Gallico veteri *Empainte*. Vide infra *Impetius*.]

\* **IMPETIS**, *Impubes*, ἀρπαξ; sic etiam in Germ. sed leg. *Investis*. Herald. Castigat. in utrumque Glossar.

† **IMPETEUS**, Impetuosus, violentus. Glossar. Lat. Græc. : *Impetius, βλαξος*, Sangerman. habet *Impetius*.

\* *Empeitous*, eadem acceptione, in Consolat. Boetii MS. lib. 1 :

Quant le vent qui est Empeitous,  
Fait de mer en poy mouvoir l'onde, etc.

Hinc *Empainte*, Tempestas, maris sævitiæ, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :

Et si reclaiment seins et saintes,  
Quant de mer voient les Empaintes.

\* Sed et pro oppugnatione, assultus, dixerunt nostri. Froissart. vol. 1. cap. 226 : *Et fut commandé de par leur mareschal que nul n'allast avant sans commandement, ny ne fist joustes, course, n'Empainte.* Vide infra *Impingere*.

**IMPETERE**, [Imponere, expetere, exigere. Præceptor Lotharii Regis Franc. pro Monasterio S. Petri Carnut. apud Mabill. tom. 4. Annal. Benedict. pag. 689 : *Nullo tempore aliquis Principum ecclesiasticorum aut sæcularium... in clastro prædicti Monasterii, aut in cunctis rebus... ipsi adveniens aliquis impetaret exactiones, neque bannum, neque districtum, aut quidquid in aliquo terrenæ justitiæ titulo dici potest.*] Vide *Impechiaris* et mox *Impeticio*.

\* **IMPETIBILIS**, et **IMPETIBILIS**. [Qui peti non debet, aut potest, ἀνεπιχειρητος, ut exponit Gloss. Philox. Hinc usurpatur pro turpi et reprehensibili, ut *Impetibile* scelus, apud Apul. *Apolog.* turpe, et *Impetibile* est, apud *Symmach.* 9. ep. 103. (at. 113.) Sic *Plin.* 20. 18. 76.]

\* **IMPETICIO**, Petitio in jure, exactio. Charta ann. 1278. tom. 1. Amceni. Lit. pag. 193 : *Ab omni Impeticione noxia prædictam ecclesiam volumus verendare.* Alia ann. 1282. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 417 : *Eandem ecclesiam per judicium nostræ curiæ absolvimus super prædictis omnibus ab Impeticione hominum prædictorum.* Instr. ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 1 : *Hennickius ad hanc Impeditionem domini archiepiscopi præcise respondere dissimulans, etc.* Rectius paulo post : *Impetitio*. Vide *Impetere*, [\* et *Haltaus*. Glossar. German. voce *Ansprache*, col. 42. et *Zusprechen*, col. 2180.]

† **IMPETIGINOSITAS**, *Scabiositas*, Johanni de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS.: *Impetiginositas, Dertruyie* (a Gallico *Dertre* vel *Dartre*, *Scabies*), *Rugne seche*.

\* **IMPETIGINOSUS**, *Dertreux, rongneux*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide *Impetiginositas*.

\* **IMPETIGO**, *Cange*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Forma* 16.

\* **IMPETITE**. [*Impetigo. Festus.*]

\* **IMPETRABILITER**, [Cum facilitate *Impetrandi. Symmach. orat. pro patr. (edente A. Maio) 4. Impetrabilis cuncta nunc petitis, quam aliquando iustis.*]

\* **IMPETRATIO**, Libellus simplex, quo coram iudice superiori, omisso medio, jus suum prosequendi licentia petitur. Lit. ann. 1356. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 177: *Pro expeditione causarum suarum, prædictos decanum et capitulum (ecclesie Carnotensis) oportet per Impetraciones recurrere ad nostram curiam parlamenti. Empêtrer, pro Impêtrer, Impêtrare*, in Vita S. Ludov. Edit. reg. pag. 337. *Enporter*, eodem sensu, in Annal. regni S. Ludov. ibid. pag. 191.

† **IMPETRATUS**, *θυρία*, in Glossis Lat. Græc. Sangerman. MSS. Sacrificatio Impetratoria.

\* **IMPETRIO**. [Idem quod *Impetro*. Est augurale verbum omne valens in auguriis, quod in sacrificiis *litare*, nempe cum aves admittunt, et ostendunt, *Impetratum* esse quod petebatur. Cic. 1. *Divin.* 16.]

† **IMPETUM**. Conventio inter Arelatenes et Barralum ann. 1245. e MS. D. Brunet fol. 79. v: *Non faciat dictus Barralus, nec fieri patiatur aliquod Impetum... ante capud pontis, quod est Trentacathiarum, per quod minus libere ire et redire possint.* Puto legendum esse *Impedimentum*.

**IMPETUS**, Aggressionis crimen. Vide *Pergus*.

† **IMPEYSONATUS**, f. *Inclinatus*. Visitatio anni 1347. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 67. col. 2: *Domus mercati... quæ male fundata et Impeysonata est a parte superiori... reparetur.*

† **IMPHALERARE**, Phaleris instruere, ornare. Vide in *Phaleræ*.

† **IMPIARE**, Profanare, impie agere, scelere contaminare. Gloss. Lat. Græc.: *Impio, πιαίνω*. Gloss. Cyrilli: *Ἄσεβω, Impior, Impie facio*. Jonas Aurelian. lib. 3. de Institut. laicali cap. 15: *Hæc consuetudo in tantum quibusdam irrepsit, ut se in hoc facto peccare non intelligant, dicentes nihil obesse illis, quorum ossa Impiant, cum utique si illis non obsit, plurimum sibi tamen noceat... Desinant ergo homines Impiare ossa mortuorum.* Guibertus lib. 1. de Vita sua: *Quibuslibet impuritatibus Impiari.* Idem lib. 1. de Pigneribus Sanctorum: *Sunt enim quamplurimæ super quibusdam Sanctis relationes, quibus potius eorum præconium apud infideles Impiari poterat, quam aliquatenus illustrari.* Vide *Turnebum* 1. 15. *Advers.* cap. 6.

† **IMPIATUS**, *Sceleratus*, apud *Festum*.  
\* **IMPIATIO**, Profanatio, rei sacræ violatio. *Mirac.* S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 267. col. 1: *Mulier, Doda nomine, sacras ferias negligentius tractans, ipsam quoque diei Dominicæ majestatem... ausa est iustifico usuali violare... Ejusdem Impiatione diei Nonmula mulier itidem contrahi meruit.*

† 1. **IMPIGNORARE**, Oppignerare, pro pignore tradere, Gall. *Engager, Hypo-*

*thequer.* Charta anni 1292. apud Ludewig. tom. 5. pag. 435: *Hypothecamus et Impignoramus, et Hypothecata et Impignorata presentibus assignamus, etc.* Computus anni 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 281: *Pro redimendo mantello Domini, qui erat Impignoratus, etc.*

† **IMPIGNORATIO**, Pignoris obligatio, Gall. *Engagement*, in *Litteris* ann. 1348. apud Ludewig. tom. 5. pag. 568.

\* 2. **IMPIGNORARE**, *Faire alliance, i. amorem firmare*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† **IMPIGNORANTIA**, in Charta Bernardi Attonis Vicecomitis ann. 1114.

\* Libert. Montisfr. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Item non debent (dominus et bajulus) Impignoraciones, los Engetz, nec oblationes, quas et quæ fecerint alicui de dicto usatigo infringere, impedire.* Vide in *Impignorare* 1.

\* **IMPIGNORATURA**, Præstationis species domino feudali solvenda, cum fundus aliquis in pignus alicui assignabatur. *Pariag.* inter reg. et abb. Gemondi ann. 1322. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 53: *Census seu oblix, vendæ seu paz, Impignorature, retrocapita majora et minorâ, etc.* Libert. Montisfr. ann. 1369. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 52. art. 2: *Habentes vel habituri plateas infra dictum locum... solvent pro qualibet platea... octo denarios Turonenses monetæ tunc currentis; et similiter vendas et Impignoraturas, quando dictæ plateæ seu earum altera de uno in alium transferuntur.*

† **IMPIGNRABILE**, *εὐπερίστατον*, ut ex vett. Glossis legit Martinus, pro *εὐαγγέστατον*, Actuosum, non pigrum.

**IMPILARE**, Convictio proscindere, castigare, impugnare, Papias. [MS. Bituric.: *Impilasti convictio, pro cecidisti, vel castigasti, impugnasti.*]

\* **IMPILORAMENTUM**, *Pilorii* seu numellæ versatilis supplicium, *Pilorisementi*, in *Consuet. municip. Arest. parlam.* Paris. ann. 1330. 17. Maii in Reg. Olim: *Idem Baudelotus ponetur in piloreyo, et per mensem dumtaxat, post ultimum Impiloramentum, in prisione apud Laudunum delinebitur.*

† **IMPINCTIO**, Impulsio, sollicitatio. *Notitia* anni 1074. inter *Instrum.* tom. 1. Gall. Christ. pag. 44: *Postmodum suasionibus et Impinctionibus, ut ita loquamur... victus, etc.*

**IMPINGERE**, Lex Salica tit. 33. § 1: *Si quis baroni viam obstaverit, aut eum Impinxerit, etc. In puteum aut in pelagus Impingere, tit. 43. § 10. Impingere in aquam, in Addit. ad leg. Frison. tit. 3. § 41. Impingere alium ut cadat, in Lege Longob. l. 1. tit. 6. § 5. t. 16. § 3. [\*\* Roth. 385. 381.]*

\* Hinc nostris *Empaigner, Empaindre* et *Empeindre*, pro *Impellere*, ferire, vulgo *Frapper, heurter, pousser*. Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 307: *Cele nef Empaint et hurta en une dure gravele.* Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 535: *Iceelle femme prist une petite espée, laquelle elle mist audevant de son mari, qui estoit tout nu levé pour la batre, et n'avoient point de clarté, et de ladite espée eust Empaignné tellement sondit mari que il chey mort.* Aliæ ann. 1377. in Reg. 111. ch. 107: *Iceellui curé Empaint et bouta ledit Symmonnet vilainement, si que il le fist cheoir sur un sauger.* Rursus aliæ ann. 1395. in Reg. 147. ch. 251: *Iceellui varlet charretier prist une charrette, laquelle il Empanit et hurta deux fois contre l'uis, telement qu'il*

*le rompi. Empaindre* vero, *Implicare*, vulgo *Embarrasser, entortiller*, sonat, in aliis Lit. ann. 1395. ex Reg. 148. ch. 284: *Toutesvoies pour la force du cop et de ce que la picque estoit Empainte ou fichée es robes dudit exposant, etc.* Vide supra *Impeteus*.

\* **IMPINGERE**, *Irruere*. *Inquisit. ann. 1252: In dominum Amalricum et socios suos Impinzerunt.*

\* **IMPINGUARI**. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. *Passion.* cap. 40: *Impinguntur enim magis (humores) sub his, quam ad digestionem subveniant.* Ubi Glossæ: *i. siccitate ingrossantur.*

\* **IMPINGUERE**, *Estre gras dedens*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† **IMPIPERARE**, *Pipere condire. Ova Impiperata*, in *Consuet. MSS. Monasterii Solemniacensis*.

† **IMPIREUM**, pro *Empyreum*, Summum Cælum, Gall. *l'Empirée*, a Græco *πῦρ*, Ignis, præ lumine et splendore sic appellatum. *Cum Angelis in Impireo*, in Vita B. Giraldi de Salis, apud Marten. tom. 6. *Ampliss. Collect.* col. 1002.

\* **IMPIZARE**, Italis *Impinzare*, Suffarcinare, obvolvare. Gall. *Envelopper*. *Stat. Montis-reg.* pag. 167: *Extraneis possint usque ad hospitium vel ad domum ejus, ad quam accedunt, arma vetita portare, et etiam alibi... dummodo spatam seu cutellum, vel alia arma, portet ligata cum marico, ita quod non possit extrahi: et si fuerit lancea, vel javarina, vel aliud telum Impizatium in summitate.*

† **IMPLA**, Velum. Marten. de antiqua Eccl. Disciplina pag. 341. ex *Missali Mozarabum: Supra dictam patenam et calicem ponat Implam et pulcrum; quæ quidem Implâ cooperiat totum calicem.* Vide *Guimpla*.

**IMPLACITARE**, [In placitum et jus vocare. Charta Philippi Aug. ann. 1194. pro *Atrebatensibus: Nullus civium debet alium Implacitare de catallo, nisi coram justitia nostra et Scabinis, et si alias Implacitaverit, etc.* Occurrit in Vita B. Lanfranci, tom. 6. Maii pag. 848. et S. Anselmi, tom. 2. April. pag. 909.] Vide *Placitum*.

\*\* **IMPLACITATIO**, in Leg. Henrici I. reg. Angl. cap. 61.

\* *Emplaidier*, in *Poem. Rob. Diaboli* MS.:

Quand chil qui furent au concille  
La vérité oïrent dire,  
Que chilz qui tant lor a aidié,  
Et par cui furent Emplaidié,  
Est li senescaus de la tierre, etc.

1. **IMPLAGARE**, *Plagis*, id est, retribus irretire, apud *Sidonium* lib. 9. *Epist.* 6.

\* 2. **IMPLAGARE**, *Verberibus excipere*, flagellis cedere. Vita S. Bertholdi tom. 6. Jul. pag. 480. col. 1: *Sed, ut redeam ad confessiones... morem habuit verberare omnes absque personarum acceptione, nullum omnino sinens transire Implagatum.*

† 1. **IMPLAGIUM**. *Isid.* lib. 19. cap. 5: *Minus autem rete Implagium dicitur a plagis; nam plagas proprie dicimus funes illos, quibus retia tenduntur circa imam et summam partem.* *Cangius* supra scripsit *Emplagium*: quod vide. [\* *Leg. Semiplagium*. Vide in hac voce.]

† 2. **IMPLAGIUM**, f. *Expletio*, completio, Gall. *Remplage* vel *Remplissage*. Charta Thomæ Abb. Sangermani. ann. 1248. e *Tabulario* ejusd. loci: *Licebit nobis et Ecclesie nostræ habere barnum singulis annis in dicta villa de Antogniaco de duobus tonis, quæ ibi sunt, vel aliis tantumdem tenentibus, cum duobus trossulis pro Implagio.*

\* Alias *Emplage*. Charta ann. 1322. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 439: *Quant les deux tonneaux sont dévalés de la nef dedens les charretes et illec aemplis et acuellis par le marchaant, que il ne les sont depuis tenuz à Emplir ne eullier en meson ne en celier... Lesdiz fermiers maintenaient au contraire que non contrastans l'Emplage fait es charretes, il estoient en saisine pour le roy de faire apporter l'eullage au celier, ou les vins de la prise sont, par les marchaans, pour lesdiz vins acuellir et emplir. Hinc emendandæ videntur Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 182. ch. 128. ubi Voiller, pro Aeuller vel Eullher, legitur: Le fermier fut par sentence condamné à rendre et restituer la pipe de vin, et se plaine n'estoit à la Voiller et emplir. Stat. tabernar. in lib. rub. fol. mag. domus publ. Abavil. art. 6: Que nulz taverniers soit si hardis qu'il acateche vin de buffet, pour faire œuillage ne Remplage, ou aultrement. Idem etiam quod Accessio, additamentum in Charta ann. 1310. ex Reg. 45. ch. 139: *Lequel bos contient onze acres et vint perches, sanz point de raemplage, à la perche dont l'en mesure les bois..... Duquel (bois) nous avons la tonture six livres douze sols Tournois pour chascune acre, sans Emplage. Quæ vox totam præterea cujusvis rei summam interdum significat. Stat. ann. 1407. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 210. art. 4: Sur paine de dix sols d'amende pour chascun cent (des peaux) qu'il achettera, et de plus plus, et de moins moins, et au desoubz au fuer l'Emplage. Charta ann. 1490. ex Chartul. Latiniac. fol. 148: *De chacun septier ung boisselet, et aussi de plus plus, et de moins moins, au fur l'Emplage. Vide infra Implengagium et Remplagium.***

**IMPLANARE**, Joan. de Janua, et Will. Brito in Vocab.: *Implanare, dicitur decipere, vel in errorem ducere. Unde Eccles. cap. 15. 12: Non dicas, Is me Implanavit. Et cap. 34: Qui implanatus est, etc. et componitur Implanare, ut dicunt quidam, ab in, et planos (πλάνος) quod est error, vel vagatio. Gloss. Lat. Gr.: Plano, ἀποπλανῶμαι. [Implano, apud Martium qui pro ἀποπλανῶμαι restituit ἀποπλάνω. S. Cyprianus: Si quis putat se aliquid esse, cum non sit, seipsum Implanat: pro quo vet. Interpres habet Galat. 5. 3: Ipse se seducit.] Frigidodus in Vita S. Wilfridi cap. 23:*

Syngraphidem scripsit, muuus venale notavit  
Quiret Adalgisum collatis subdole Regem  
Implanare optibus Ervinus Philocompos.

\* **IMPLANATOR**, *Impostor*, apud Laurent. in Amalth. Vide *Implanare*.

**IMPLASTRARE**. [\*Infundere, intromittere.] Victor. in Epist. ad S. Fulgentium: *Minoravit se paululum magnitudo, ut cum osculatur mortuum, Implastraret animam, et redderet puerum vivum.*

1. **IMPLASTRUM** dictum eo quod inducatur, Papiæ. MS. *Implastrum*; pro *Emplastrum, Emplâtre*.

2. **IMPLASTRUM**, Locus vacuus ædificandis domibus idoneus, idem quod supra *Amplastrum*. Libert. Clarim. in Bassig. ann. 1248. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 601. art. 18: *Licebit autem prædictis burgensibus, uni eorum alteri vendere domum suam, vel Implastrum, vel pratum, vel vigneam, etc.*

\* **IMPLAUSTRUM**, *Lo Implauastro*. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **IMPLECTERE**, Mulctam impositam solvere. Chartul. Aptense fol. 137: *Sit culpabilis et Impleturus* (l. impleturus)

*auri libras duas. Hinc emendandum videtur Instrum. 1. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 1: Tunc sit culpabilis et Impleturi tantum libras auri XVI. componat. Vide Plectat 2.*

\* **IMPLECTICUS**. [Ut *Implecticus* bos apud Veget. 3. Veterin. 29.]

\* **IMPLECTIO**, Cumulatio, a verbo *Implere*, Gall. *Remplir*. Charta ann. 1331. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 524: *De quibus (fossatis) erant et eorum prædecessores fuerant in possessione pacifica, vel quasi, a tempore... Implectionis fossatorum seu vallatorum Tholosæ.*

**IMPLEGIARE**. Vide *Plegium*.

**IMPLEITE**, Sumptus in emendas merces, vel ipsæ merces emptæ, ex Gallico *Empletis*. Fori Morlanenses art. 37: *Nullus... teneatur solvere in Ortesio lesdam, sive pedagium de aliquibus mercibus, vel Impletis, quas habeant seu apportent et adducant in villa Ortesii.*

† **IMPLEMENTA**, An idem quod *Impleitæ*? Litteræ ann. 1541. apud Rymer. tom. 14. pag. 723: *Cum omnibus et omnimodis vasibus, jocalibus, ornamentis, bonis, catallis et Implementis.*

\* **IMPLEMENTUM**, Complementum, Gall. *Accomplissement. Raemplance*, in Vitis SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 1. v. col. 1: *La Raemplance del tans n'estoit encor venue par la temprance de celui, par lequel li tans sont fait. Charta ann. 1479. ex Tabul. colleg. Lombard.: Ad Implementum voluntatis fundatorum secundum formam et tenorem in instrumento fundationis contentum. Nostris Ademplir, pro Accomplir, exæcuter, Exsequi. Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 143: *Et en Ademplissant ledit jugiet, fu ladite vérité criée souffisamment en l'église de Herlies.**

\* **IMPLENGAGIUM**, Expletio, seu quod implendo dolio infunditur, Gall. *Remplage*. Comput. MS. ann. 1245: *Pro Implengagio de quatuor tonellis vini sancti Porciani xvij. sol. Vide supra Implagium 2.*

\* **IMPLERE**, Impendere, insumere, Gall. *Employer*. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 121: *Centum et decem milia francorum debebant Impleri in acquisitionem hæreditatis pro prædicta domina suisque liberis. Vide Implicare.*

**IMPLETOR**, Fullarius, Goldasto ad Ephemerides Monasterii S. Galli 5. Kal. Dec.

\* **IMPLEX**, f. Velum. Inventar. sacræ supellect. abbat. Prum. ann. 1003. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthelm* pag. 350. col. 1: *Implices duo, dalmaticæ diaconales xvij. Vide Impla.*

† **IMPLICAMENTUM**, Impedimentum. Remigius Autissiod. Homil. in Evang. *Ecce nos reliquimus omnia: Hæc sancti Evangelii lectio... congruit eis qui cuncta mundi Implicamenta pro amore divino postponere... eligunt. Imit. Christi lib. 2. cap. 8: Sine alicujus creaturæ Implicamento.*

1. **IMPLICARE**. Expendere, insumere, ex Gall. *Employer*. M. Pastorale Eccles. Paris. lib. 2. ch. 147: *Dedit 40. libras Implicandas in augmentum communitatis. Passim pariter in Necrologio ejusdem Ecclesiæ: occurrit etiam apud Stephanum Julianum in Vita B. Coletæ n. 50. et in Charta ann. 1247. in Probat. Hist. Monmor. pag. 411. Implicatura, Employ, in eadem. [Vide Glossarium Lobinelli tom. 3. Hist. Paris. Le Roman de la Violette MS.:*

Mais Girart son mantel lui ploye,  
Le serpent son cop y Employe.]

**IMPLICARI IN SERVITIO**, Idem quod *Inclinari*, de qua voce infra, in servitute redigi. Capitulare 3. ann. 819. Edit. Baluzianæ cap. 3: *Si quis ingenuus ancillam alienam in conjugium acceperit, ipse cum ea in servitio Implicetur. Et cap. 6: Judicatum est ab omnibus ut si francus homo vel ingenua femina in servitio sponte sua Implicaverit, etc.*

\* 2. **IMPLICARE**, Implere. Charta ann. 1318. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 229: *Stanna piscibus Implicare, prout erit agendum, facere non tardetis.*

**IMPLICATRIX**, Ornatrix, ἐμπλέκτρια, in Gloss. Græc. Lat. quæ capillos mulierum recte *implicare* novit.

\* **IMPLICATURA**, Sumptus in emendas merces, vel merces ipsæ emptæ, idem quod *Impleitæ*, Gall. *Emplette*. Lit. ann. 1406. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 157: *Plures mercatores, tam de transmontanis partibus, quam aliis diversis partibus, ad dictas nundinas affluentes, et billonum auri et argenti deferentes, eorum Implicaturas sæpius facere obmiserunt et obmutant in toto vel in parte, defectu cambii et alicujus nostræ monetæ ibidem in qua possent dictum eorum billonum implicare. Vide in Implicare 1. et mox Implicita.*

\* Aliud vero sonat *Emploite*, idem quippe quod genus, species, vulgo *Espece*, in Lit. ann. 1378. tom. 7. earum. Ordin. pag. 79: *Autre drapperie à deux pas, de tele emploite comme la précédente, etc.*

† **IMPLICISCERE**, *Implicare*. Papias. Hinc emendandæ Gloss. Isid. ubi: *Implicisceret, Implicare*, legendum quippe *Implicisceret*.

\* **IMPLICISCOR**. [Mente aberro. *Plaut. Amph. 2. 2. 95. Amph. Delirat uxor. Sos. atra bili percita est. Nulla res tam delirantes homines concinnat cito. Amph. Ubi primum tibi sensisti, mulier, Impliciscier? Alc. Equidem ecaster sana et salva sum. (Impliciscier est paragoze pro Implicisci.)]*

\* **IMPLICITA**. Stat. Genuens. lib. 4. cap. 13. pag. 113: *Implicitam vero declaramus emptionem mercium per committentes ordinatum, in quibus ille, qui administrat seu exequitur, non habet partem, sed solum capit suas provisiones; dum tamen in dictis accomendis et Implicitis societas aliqua seu ratio imposita non fuerit. Vide supra Implicatura.*

† **IMPLICITARE**, In jus vocare, pro *implacitare*. Epist. ann. 1153. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 180: *Qui (Robertus Episc.) justiciarius totius Angliæ... in ultimo vitæ suæ anno bis Implicitatus est a Rege per quemdam justiciarium ignobilem, et damno gravissimo cum dedecore bis afflictus. Vide Placitum.*

1. **IMPLODERE**, Cum plausu imponere. Dicenti coronam implodit, in Vita S. Eulogii Mart. tom. 2. Martii pag. 91.

2. **IMPLODERE**. Inferre, infligere. Vita S. Columbæ tom. 5. Sept. pag. 624. col. 2: *Cum plus aliquid, ut reor, in semetipsam cruciatus ipsa inferret, quam furens Imploderet carnifex, etc.*

† **IMPLOMBARE**, pro *Implumbare*, Plumbo claudere, signare. Miracula S. Bononis tom. 5. Maii pag. 191: *Clausaque et Implombata fuit dicta arca. Vitruv. lib. 10. cap. 6: Ferreos chodaces in capitibus scaporum Implumbavit.*

\* **IMPLUERE**, *Employoir*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide infra *Implutus*.

**IMPLUMBARI**. Constit. 20. in Appendice Codicis Theod.: *Hinc adduci jussimus, et manus ejus Implumbari. Constit.*



21: *Impliciti sceleris auctores coercitos Plumbo exiliunt, in quo omni vitæ suæ tempore afficiantur, accipiet.*

\* **IMPLUS**, Amplius. Chron. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 1:

Res agitur publica recte, si quæque gerenda  
In scriptis reddatur sapiens et videantur  
Per successores; sic erant utiliores  
Impius, quam si sola essent in mente divina.

**IMPLUTUS**, Madidus, super quem pluit. M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conscientia: *Si tales homines cum sint cum papalardis viris et religiosis, dicunt: Orate pro me, et faciunt gallum Implutum, et contrafaciunt Magdalenam.*  
\* Nostris Emplus, eodem sensu. Fabul. tom. 1. pag. 51:

Mais à la dame mes-avint  
Que li sires Hernoul vint  
Tous Emplus et tous engeles.

Vide supra *Impluere*.

\* **IMPLUVIATUS**, Color similis pullo sive nigro, sic nominatus quasi fumato stillicidio implutus. Vide Alciat. Emblem. 117. pag. 550.

**IMPLUVIUM**, Pluvia. Sugerius in Ludovico VI. cap. 4: *Mulata quippe grata aeris temperie, ingrata et turbulenta intemperies emerit, tantoque et tam horribili Impluvio tonitruorum coruscatione totam terram in nocte turbavit, etc.*

\* **IMPOCIONABILIS**, Venenatus, veneno infectus. Lit. official. Senon. ann. 1336. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 22: *Supra cibaria et in potu dictorum mercatoris et ejus famuli clam et occulte pulveres venenosas seu Impocionabiles et plenas malicia, dolo et fraude posuerunt.* Vide *Impocionare*.

\* **IMPOCIONATIO**. Vide *Impotionare*.

† **IMPOENITENS**, Quem non poenitet, perstans in peccatis. Vox Biblica quæ occurrit tom. 3. Concil. Hisp. pag. 122.

† **IMPOENITENTIA**, Peccandi pertinacia, apud Johan. Sarisber. et alios recentiores.

† **IMPOENITUDO**, Eadem notione, in Barthii Glossario, ex Baldrici Hist. Palæst.

† **IMPELLIRE**, detrahere, protrahere. Papias.

\* **IMPONENTUM**, *Desrenier mès, comme fruit.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Aliud Lat. Ital. MS.: *Imponentum, quello che se pone dapo cena, como fruti, e simile.*

† **IMPOMIFER**, Qui non fert poma seu fructus. Dicitur de quavis arbore fructus non ferente apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 85. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 100. et alibi non semel. Vide *Pomifer*.

**IMPONERE** PSALMUM, LITANIAM, est eorum cantum incipere, et quo vocis sono decantari debeant, designare. Ordo Romanus: *Schola vero ad nutum Diaconi Imponit Litaniam.* Liber Miraculorum S. Adelardi Abbatis Corbeiensis cap. 8. n. 16: *Occurrunt Ambianenses cum S. Firmino Corbeienses cum S. Adelardo: utque simul perveniunt, Antiphonas ex more Imponunt.* Vita S. Austrebertæ cap. 3: *Mox vero Imposito Psalmo, etc.* Adde Petrum Diaconum lib. 4. Chron. Casin. cap. 77. Gregorium Turon. de Vitis Patrum cap. 4. Fulbertum in Vita S. Auberti Episcopi Camerac. Regulam Magistri, Leonem Atinensem in Translatione S. Marci Episcopi Atinensis num. 7. Rainaldum Abbat. Vezeliacensem in Vita S. Hugonis Abbat. Cluniac. num. 10. Ezelonem in Vita ejusdem sancti Hugonis n. 11. etc.

† **IMPOPEE**. Charta ann. 37. Conradi

Regis apud Stephanotium tom. 7. Fragm. MSS. pag. 349: *Quod si ad ipsum terminum pretium ipsum non fuerit persolutum, mansus ipse sit suus, lingua rustica Impopée.*

**IMPOPULARIS**, IMPOPULABILIS. Papias: *Impopularis, inusitata; Impopulabile vero, illæsum.*

† **IMPORCARE**, Sulcare, porcas facere. Gloss. Lat. Græc. in *Imporco*, ἀλλοτίζω. Columella lib. 1. cap. 10: *Cum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, Imporcaturumque occabimus.*

\* Consuet. Neapolit. MSS.: *Si de terra ipsa (colonus) præstat annuum pensionem terrarum, terram ipsam debet arare seu secundum vulgare Neapolis Imporcare.*

**IMPORTABILIS**, ὀδύνητος, in Gloss. Græc. Lat. *Importabiles dolores*, apud Anastasium Bibl. in Hist. Eccl. ubi Theophanes, ἀπόρητοι ὀδύνας. [*Mulier Importabilis omnibus et invisa*, apud S. Bernardum in Vita S. Malachiæ, cap. 25. *Importabilis labor*, in Edicto ann. 1358. apud D. Scousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 936.]

\* **IMPORTABILITAS**, Intolerantia, Joan. de Cardahaco serm. in Nativit. B. M.: *Omnes infirmantur... aut in oculis per Importabilitatem et invidiam, etc.* Vide mox *Importabilis*.

† **IMPORTANCIA**, IMPORTANTIA, Gall. *Importance*, Momentum, pondus. Statuta Capituli Tull. ann. 1497. cap. 9: *Et si res ipsa esset magnæ Importancie, etc.* Legitur *Importantia*, apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 328. Rymer. tom. 7. pag. 638. Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 583.

† **IMPORTANS**, Utilis, magni momenti, Gall. *Important*, ex quo in Epistola anni circiter 1408. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 900: *Percurram igitur, Importantiora legens ex plurimis.*

\* 1. **IMPORTARE**, Asportare, auferre, Gall. *Emporier*, alias *Impourter*. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 1: *In domo Sandræ unum forge-rium, in quo erant lx. grossi Flandrenses, ... furtive et malitiose cepit et Importavit.* Lit. offic. Noviom. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 88: *Johannes dictus de Neelle importavit unam cuvetam argenteam et duo coclearia argentea.* Libert. Joinvil. ann. 1354. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 299. art. 35: *Et se il li plaît départir, il s'empuent départir par le congé de nostre justice, et Impourter avec lui ses biens.*

\* 2. **IMPORTARE**, Afferre, inducere, trahere; quo sensu *Importare* Itali et nostri *Emporier* dicunt. Charta ann. 1264. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 1: *Et duos solidos apud Anconam; qui quidem duo solidi dominium non Important.* Alia ann. 1511. in Terrear. Apchon.: *Sub censu annuo cum omni directo dominio, quod census Importat, et omnimoda jurisdictione, alta, media et bassa. Avoir Emporier*, dicitur de eo qui auctoritate sua rem aliquam obtinet, quo sensu *Emporier* dicimus. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 25: *Pour ce que je n'eusse point d'Emporier, je me levoie du conseil, et en ting quant que il rapportarent, sanz débat.* Vide *Importancia*.

\* **IMPORTIBILIS**, Intolerabilis, Gall. *Insupportable*, alias *Importable*. Rob. Avesbur. in Eduardo III. reg. Angl. edit. Hearn. pag. 239: *Sed onera quasi Importibilia multociens sibi imposuerat.* Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 90: *Injurier de villaines*

et *Importables paroles*. Vide *Importabilis*.

**IMPORTITOR**, Qui portas facit. Jo. de Janua. [*Faiseur de portes*, in Glossario Sangerman. Lat. Gall.]

† **IMPORTUNARI**, Importune instare. Gonzo in Miraculis S. Gengulphi, tom. 2. Maii pag. 649: *Huic tunc senex quidam visione persæpe assistens Importunabatur dicens, etc.*

\* **IMPORTUNITAS**, Improbitas, injuria. Charta Nic. abb. S. Joan. Laudun. ann. 1197. ex Tabul. ejusd. monast.: *Si qua vilis et inhonesta persona, honestum virum vel mulierem turpibus conviciis inhonestaverit, liceat alicui viro probo de pace, si supervenerit, illum objurgare, et illum uno vel duobus aut tribus colaphis sine forisfacto ab Importunitate sua com- pescere.*

**IMPORTUNIUM**, Importunitas. Concilium Matisconense II. can. 8: *Ut quicumque culpa compellente, aut potentium Importunia non sustinens suæ gremium matris Ecclesiarum petierit, etc.*

\* **IMPORTUNUM**, In quo nullum est auxilium, ut esse solet portus navigantibus. Laur. in Amalth.

**IMPORTUNUS**, Edictum Dominicum de honore et adjutorio Episcopis præstando ann. 800: *Si quis autem, quod absit, unus ex vobis illud de nonis et decimis censibus reddendis atque renovandis negligens apparuerit, et Importunus Episcopis nostris de his, quæ ad illorum ministerium pertinere noscuntur, ... contradicere præsumpserit, etc.* id est, cum pertinacia et obstinatione.

\* **IMPOS**, Qui non potest, impotens. Charta Hugon. comit. ann. 1097. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 20: *Abbas et monachi tantumdem habebunt et ibi, dantes ad construendum partis suæ compendium. Si vera tunc temporis Impotes fuerint ad dandum, etc.*

\* **IMPOSICIONARIUS**, Vectigalium impositorum redemptor et exactor, nostris *Impositeur*. Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 409: *Mandamus... universis et singulis prædictarum senescalliarum justiciariis, officariis, Imposicionariis, leudatariis, gabellarum, redibenciarum, barragiorum et aliorum quorumcumque subsidiorum levatoribus, collectoribus et gubernatoribus, etc.* Lit. remiss. ann. 1333. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 235: *Sans ce que ledit de Louvres feust onques du conflict, ne de l'assemblée des mailles à tuer, ne rober Impositeurs, ne Juifs.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 138. ch. 78: *Guillaume Boute, qui est grand Impositeur, meu de convoitise, vint trouver Fiquet, et lui dit qu'il vouloit partir à ladite ferme; Fiquet lui répondit qu'il ne vouloit point de parçonner.* Denique aliæ ann. 1408. in Reg. 163. ch. 190: *Jouart le Villain soy disant Impositeur et tenant la ferme de l'imposition, etc.* Vide *Imposita* 2.

† 1. **IMPOSITA**, Mandatum. Gloria posthuma B. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 243: *Facta tamen Imposita de infra scriptis apud dictum palatium.*

\* 2. **IMPOSITA**, Tributum impositum, collatio. Charta Ludov. Bavari imper. pro Camerac. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 759. col. 2: *Indulgemus ut... Impositam, quæ assista apud eos vocatur... imponere... valeant.* Vide *Impositus*.

\* **IMPOSITIO**, Institutio. Charta Theob. episc. Ambian. ann. 1194. in Lib. 1. nig. Vulfr. Abbavil. fol. 2. vº: *Ordinavimus quod omnes obventiones personatus prædictæ ecclesie, fratres hospitalis sub præ-*

dicto censu in perpetuum tenebunt, Impositione sacerdotis a predictis canonicis tantum retenta; ita quod sacerdos, qui a canonicis ibidem instituitur, fidelitatem faciet predictis fratribus de hiis, quæ ad portionem eorum pertinent.

◦ **IMPOSITIVUM**, Quod impositum et non naturale est. Impositivum, Impositivum, nomen non a natura positum, sed ad libitum. Laur. in Amalth. Adde Ulpian. in leg. de Pupillo.

◦ **IMPOSITOR** AQUARUM, Qui aquis præest, vel qui superiorem fluminis partem habitat. Annal. Placent. ad ann. 1483. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 976: *Cum civitas Placentina et peste et fame periret propter aquarum retentionem per Durindanum et Antognatium Colam, Impositores aquarum fluminis Trebbiæ pro magnifica communitate nostræ, etc.* Et col. 977: *Manfredus ipse una cum Impositoribus aquarum ausus est Placentiam intrare cum equis quadraginta, etc.*

◦ **IMPOSSESSIONATUS**, Qui non habet possessiones, hoc est, bona solo. Stat. ann. 1496. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 263: *Ipsi vero si possessionati fuerint, personaliter citabuntur, ... contra quos sic agendum procedendumque erit, ut fieri consuevit iudicium cum Impossessionatis.* Vide infra Possessionatus.

† **IMPOSSIBILIS**, Impotens, Gall. Impuissant. Acta S. Pontil Mart. tom. 3. Mail pag. 278: *Licet incredulitas tua Impossibilem Dominum nostrum dixerit; ego tamen in nomine Domini JC. credo, ut pœnæ tuæ ad nihilum redactæ, nullum corpori meo dolorem incutiant.* Passio SS. Sisinnii et Martyrii, tom. 7. Mail pag. 43: *Nisi quia Impossibilem me, ut insequendo ista, confiteor referendo.* Litteræ ann. 1262. apud Rymerum tom. 1. pag. 754: *Ad quæ tam pro loci distantia, quam pro temporis brevitate nos jam Impossibile effici satis liquet, ... in quibus nostram impotentiam, non voluntariam, sed potius necessariam, regali Excellentia vestræ habere placeat excusatum.*

◦ Gloss. Gr. Lat.: 'Αδύνατος, Impotens, Impossibilis, invalidus, inops, infirmus.

† **IMPOSSIBILITAS**, Impotentia, imbecillitas. Translatio S. Jacobi Apost. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 124: *Ut omnium imbecillium in te se inclinantium Impossibilitates sustentent et foveas.*

◦ **IMPOSSIBILITER**, Coacte. Vide Possibilitas.

† **IMPOSTA**, vox Italica, Gall. Impôt, Vectigal, tributum. Chron. Parmense ad ann. 1302. apud Murator. tom. 9. col. 845: *Fuerunt impositi per Commune Parmæ mille equi de Imposta, id est, Vectigales.* Vide Impostus.

◦ **IMPOSTOR**. Vide Imposturare.

◦ **IMPOSTORIUM**, Deceptorium. Cath. et Joan. de Janua.

† **IMPOSTRIX**, Quæ decipit, imponit. Vita Vener. Idæ Virg. tom. 2. April. pag. 159: *Blasphemisque vocibus Impostricem, et hypocritico respersam vitio, devotissimam Dei famulam inclamare aggressus est.*

◦ **IMPOSTURA**, [Fraus, deceptio. Ulp. Dig. 47. 20. 3.]

◦ **IMPOSTURARE**, Decipere, fallere, User d'imposture, ab impostura, quæ vox prisca Latio vix nota: unde impostores Christiani olim appellati Ulpiano leg. 1. D. de Var. et extr. cognition. (50, 18.) qui et, impostura, vocem usurpat in leg. 1. § 3. Crim. stellionat. (47, 20.) ut et utrumque alii sequioris ævi Scriptores. Anonymus de Orthographia: *Imponere, pro fraudem facere, aliquando dicitur,*

unde impostura vocatur, cum argentum vel aurum viliori metallo adulteratur; et qui hoc facit, Impositor vocatur. Unde etiam qui aliquid fraudis facit, aut simulationis, Impositor solet appellari. Gregorius M. PP. lib. 3. Dialog. cap. 14: *Hunc simulatorem dicere, et verbo rustico cepit Impositorem clamare.* Gloss. Lat. Gr.: *Impositor, ἐπιθετης.* [Gloss. Lat. Gr.: *Impostura, stellionatus, ἐπιθεσις, ἡ χλεύη.* Vide Martin. Lexic.] Hincmarus Remensis in Opusc. 55. Capitular. cap. 18: *Quidam ipsas scripturas verbis illicitis Imposturaverunt.* Baldricus lib. 3. Chronici Cameracensis: *Summa curetis vigilantia, ne antiquæ... religionis nobilitas aliqua adinventionis novitate Impostoretur.* Vetus orbis descriptio cap. 18: *Non enim est apud illos ulla Impostura; sed singuli eorum, quod pollicentur, certe sciunt.*

† **IMPOSTURATIO**, Impostura, fraus, deceptio. Chron. Watinense inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 824: *Diversis tamen questibus conculcantur medici, diversis imposturationibus adquirunt medici, diversis modis seipos extrudunt medici, multis assertionibus promittunt, multis promissionibus fallunt.*

◦ **IMPOSTUS**, Tributum impositum, Gallis *Impost*. Charta ann. 1272. apud Joan. Carpentarium in Hist. Cameracensi: *Compositionem pro talliis et Impostibus, etc.* [Pro medietate talliarum et Impostuum, in Instrum. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 38. Vide Imposta.]

◦ **IMPOSUISTA**, pro *Imposta*, Vectigal, tributum. Charta ann. 1319. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. edit. ann. 1717. col. 426: *Monasterium ipsum liberationem facimus et exemtum ab omni solutione decimarum, jure cathedralico, dantiis, collectis, Imposuistis, et aliis occurrentibus oneribus.* Vide supra *Imposta*.

◦ **IMPOTENTER**, Tyrannice, apud Laur. in Amal.

◦ **IMPOTENTES**, Mutilati, debiles, quomodo etiamnum *Impotens* dicimus. Cap. 6. ann. 819. cap. 7. Edit. Baluzianæ: *De viduis et orfanis et pauperibus, vel omnibus Impotentibus, etc.* *Impotens* ad matrimonium, apud Albericum Argentini. pag. 168. Sextus Platonicus lib. 1. de Medicina animalium cap. 5: *Ad eos, quibus semen fuit, et non potentibus, etc.* Vide Synodum Vermeriensem ann. 752. can. 17. et supra in *Apocopus*. [Castigat. in utrumque Glossar.: *Impotens, senescens, ζῆνος.* Hinc]

◦ 1. **IMPOTENTIA**, Mutilatio, membri amputatio, debilitas, nostris *Impotence*. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. Charthoph. reg. ch. 115: *Idem Petrus Johannam uxorem dicti Guillelmi Bay in pollicem manus suæ in rixa hujusmodi dicitur vulnerasse, absque tamen Impotentia et membri mutilatione.* Aliæ ann. 1456. in Reg. 183. ch. 209: *Fut d'opinion icellui suppliant que icellui curé feust mangé par aucunes gens qu'ilz trouveroient, sans trop grant oultrage lui faire, parquoy s'ensuivist mort ou Impotence de son corps.* Judic. ann. 1397. in vol. 4. arestor. parlam. Paris: *Nous avons ordonné que le prieur et la prieuse de l'Hostel-Dieu de Compiègne, qui sont à présent, demeureront en leur estat toute leur vie sans estre ostez, se ce n'estoit pour Impotence de corps, ou par male administration.*

◦ 2. **IMPOTENTIA**, Defectus naturalis vel accidentalis, quo quis copulationi minime aptus est, in Tit. de frig. et malefic. in jure canon. Calvin. Lex. jurid. Justinian. in Novel. 22. cap. 6. de *Impotentia*, permittit uxori *disjungere*

*matrimonium et mittere repudium, post elapsam triennium, quando aliquis impotens fuit coire mulieri et agere quæ a natura viris data sunt.* [Conf. Capitular. Car. M. lib. 6. cap. 55.]

◦ **IMPOTIONARE**, Veneno propinato extingueri, unde Galli *Empoisonner* habent. Ordericus Vitalis lib. 4. pag. 552: *A Normannis Impotionatus occubuit.* Vincentius Belvac. lib. 33. cap. 36: *Dicebaturque ab omnibus, quod ibidem... fuisset Impotionatus.* Leges Willelmi Nothi vernaculæ cap. 38: *Si homo Empoisonned altre, seit occis, u permanablement eissillé.* Id est: *Si quis atiquem Impotionaverit, occidatur, aut perpetuo exilio damnetur.* Hic enim cæcutiit eruditus Interpres.

◦ **IMPOCIANATIO**, Potio venenata. Chron. Th. Otterbourne edit. Hearn. pag. 224: *Nondum convaluerat* (Henricus rex) *de infirmitate gravissima, quam contraxerat ex Impocianatione vel per cibaria intoxicata.* Hinc emendandus Labbeus tom. 11. Concil. col. 1632. ubi *Impocotate* et *Impocotatio* perperam, pro *Impocionare* et *Impocionatio*: *Leprosi Christiani suos confratres Christianos Impocotaverunt... Si Impocotaciones istæ non bene fecerint cursum suum, etc.* Vide *Impocionabilis*.

◦ *Empotionnement* vero, pro *Potione* medica, apud Guignevil. in Peregr. hum. gen. MS. ubi de Medicorum arte:

Et non pour quant maugré ses boistes  
Et ses emplastes et ses moistes,  
Et ses Empotionnements, etc.

◦ **IMPOTIONATUS**, Cui potio medicata data est, Gall. *Qui a pris médecine*. Chart. ann. 1288. apud Schannat. Histor. Fuld. tom. 1. pag. 16: *Minutus aut Impotionatis et infirmis... uti carnibus liceat.*

◦ **IMPOTIRE**, *Divestire*, ut, *impotiat* cum præbenda sua, id est, *investialis*, et derivatur ab *impos*, *polis*. Ita Joan. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Impotire, devestir, Dessaisir.*] [Cath. apud Laur. in Amalth.: *Inpotio, devestio, spolio.*]

◦ **IMPOTUS**. Lex Salica tit. 29. *De furtis diversis*, § 8: *Si quis Impotos de melario aut de pirario tulerit, etc.* Editio Heroldi tit. 27. § 21: *Si quis Impotus de pomario aut de pirario, etc.* Ubi *Impotus*, vox confecta ex Belgico Theutonico *inte*, insitum, et *pote*, surculus, calamus; unde nos *Entes* dicimus. Forte igitur pro *impotos*, legendum erit *intpotos*, quo accedit Editio Heroldi, ex *int pote*. [Id est, *poma*, in Gloss. codicis Estens. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 288. Ubi divinum egisse videtur Glossator.]

☞ Si fidem habemus Eccardo, omnia sunt ab *Impositus*, unde corrupte *Inpotus* et reliqua formata. *Imp* Cambro-Britannis quoque *Surculus* est. Addit idem Scriptor: *Nos a posteriori Inpoti parte defleximus etiam nostrum Poten, Pfofen, Surculus inserere, Propfen.* Quod jam Winsbekio notum fuit, qui § 36. canit:

Sun, du solt boeveliche sitte  
In dinen sinnen lassen Pfaden.

† **IMPRÆCEPS**, pro *Præceps*, Festinus, properans. Vita S. Romani Archiep. Rotomag. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1661:

Fortè sed Impræceps turba stipante minister,  
Dum pede festinat, ne Pontifici mora fiat,  
Labitur e manibus, fractum vas vacuat.

† **IMPRÆDATIO**, Prædatio, in Capitulis Caroli Calvi tit. 22.

† **IMPREGNARE**, Gravidare, gravidam facere. Utuntur Jo. Sarisber. lib. 8. cap. 11. Lamb. Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 389. Bern. de *Breydenbach* Itin. Hierosol. pag. 114. et alii recentiores. Will. Brito Philipp. 5. usurpat pro *Augere* :

Utilius fusos potes Impregnare Philippo.

Vide Vossium de Vitiis Lat. Ling. lib. 1. cap. 23.

\* **Empreingner**, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 249 : *Comme pieça Pierre le Maire prestre eust sèduicte laditte Perrette, et tant fait par ses cauteles que il la défloira et l'Empreingna, et en ot un enfant.* Laur. in Amalth. : *Impregnari, concipere.*

† **IMPREGNATUS**. Idem Will. Brito Philipp. 7 :

Et jam finis erat hyemis, tellusque calore  
Impregnata novo flores gignebat et herbas.

\* **IMPREGNATIO**, Graviditas ; unde *Impregnator*, qui gravidam facit. Stat. crimin. Saonæ cap. 24. pag. 47 : *Si accusatus vel inculpatus de Impregnatione negaverit, etc.* Ibid. pag. 48 : *Et quam cautius poterit (magistratus teneatur) investigare quis fuerit ipsius (sclavæ) Impregnator.*

† **IMPREDITATE**, Sine prævia meditatione, imprudenter, extemplo. Buschius de reformat. Monast. apud Leibnizium tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 876 : *Impreditate subito feci sic.*

\* **IMPREDITE**, et **IMPREDITO**, [Sine impedimento, nullo impediende. *Amnian.* 27. 10. *Impredite* abduxit. *Id.* 26. 6. Ut *Impredito* ipse pergeret, quo tendebat.]

\* **IMPREDIATUS**, *Habens præputium, non circumcisus*, ex Tertull. apud Laur. in Amalth.

\* **IMPRESSENTIA**, *Non præscientia*, ex eod. Ibid.

\* **IMPRESSENTIARUM**, *Impresentiarium, et In presentiarium, εν τῷ παρόντι.* [Dictio conflata ex *in presentiâ rerum*, ut putat *Voss.* in *Etymol.* idem significat, quod in *presens*, in *presentia*, in *presenti* : neque solum dicitur de eo, quod presens nunc est, sed et de eo, quod presens fuit, aut erit. *Cato R. R.* 144.]

**IMPRESSTABILIS**. *Salvianus* lib. 4. de Gubern. Dei : *Dicentes Deum incuriosum, Deum non intendentem, Deum negligentem, Deum non gubernantem, ac per hoc immisericordem, et Impresstabilem, inhumanum, asperum, durum.* Ubi *Brassicanus* *impresstabilem* dictum a *Salviano* Deum opinatur, qui nihil præstet pro rei dignitate. [Martinius exponit, *Non placabilem, non propitium.*]

\* **IMPRESSTANS**, Idem quod *Impresstabilis*. *S. Irenæus* lib. 4. cap. 75 : *Quamvis Deus... hoc fecerit, ne quis eum putet invidiosum aut Impresstantem, etc.* Vide *Martin.* Lex.

**IMPRESTARE**, [Commodare] **IMPRESTITUM**, [Mutuum.] Vide *Præstare*.

\* **IMPRESTIMONIUM**, Dicitur de prædio ad usum fructum concessio, in Testam. *Mafaldæ* reg. ann. 1256. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 33 : *Item quod illud casale, quod dedi magistro V. per Imprestimonium, qui ambulat cum fratre meo, quod teneat ipsum in vita sua.* Vide *Præstimonium*.

**IMPRESMISSE**, Sine mora, ac dilatione, utuntur *Gresconius* in *Breviario Canon.* cap. 129. *Nicolaus I. PP.* Epist. 7. cap. 1. Epist. 39. *Hadrianus II. PP.* Epist. 6. *Joannes VIII. PP.*

Epist. 23. 30. *Herardus Turonensis* in *Capitul. discipul.* cap. 133. *Regino* lib. 2. de *Ecclésiast. discipl.* cap. 1. *Anastasi* Bibli. in *Præfat.* ad VIII. *Synod.* initio, etc. [Pro *Continuis*, sine intermissione, usurpat *Lambertus Ardensis* apud *Ludewig.* tom. 8. pag. 490 : *Quandoquidem cum eo semper et Impresmisse, ubi stationarius esse nequivit, strenuissimum in armis nepotem suum... consocium reliquit.*]

\* **IMPREVARICABILIS**, *Inviolabilis.* *Charta Pipini* reg. *Aquit.* pro monast. *S. Florent.* in *Reg.* 107. *Chartoph. reg.* ch. 264 : *Dado abba ex monasterio, quod vulgari nomine dicitur Glonna,.... obtulit obtutibus nostris Imprevaricabilia præcepta.* Occurrit rursus in *diplom. Caroli C.* tom. 8. *Collect. Histor. Franc.* pag. 622. *Imprevaricatus*, eadem acceptione, in *Ch.* 863. *ibid.* pag. 588. Vide *Imprevaricandus* et *Imprevaricabilis*.

† **IMPREVARICANDUS**, *Inviolabilis*, perpetuo duraturus. *Præceptum Caroli Calvi* apud *Baluz.* tom. 2. *Capit.* col. 1482 : *De quibusdam rebus a gloriosis Imperatoribus Karolo avo nostro et Ludovico genitore nostro eidem Ecclesiæ nostræ (SS. Emeterii et Genesii) per præcepta Imprevaricanda concessis.*

† **IMPRECARI**, Bene precari. *Translatio SS. Sebastiani et Gregorii* n. 5 : *Fit unus omnium in hac re consensus, et ut felicem obtineat exitum votis Imprecantur unanimes.* Recurrit *ibid.* num. 7.

† **IMPRECARIA**, *Species exactionis*, de qua sermo est in *Precaria* 2. *Charta* anni 1155. *Histor. Lossensis* pag. 107 : *Erit vero tam ipsum prædium, quam familia collata cum prædio, liberum ab omni advocatorum exactione, sive Imprecaria, vel angaria, vel placitis, vel hospitibus.*

† **IMPRECATIO**, seu *Benedictio Principis noviter nati*, apud *Mabill.* tom. 3. *Analect.* pag. 502. ubi refertur *Benedictio Ludovici filii Ludovici Ducis Andegav.* post ejus baptismum facta a *D. Johanne Alexandrino Patriarcha* ann. 1377.

\* **IMPRECATIONES**, in *vett. Instrumentis* adhibita. Vide *Maledicere*.

\* **IMPRECIABILIS**. Vide infra *Impretia-bilis*.

† **IMPRESMIA**, *στυγγραφία*. *Glossar.* Vide-tur dici ab *Imprimo* ; ut sit delineatio, quæ primum tabulæ alicui imprimitur. *Martinius* in *Lexico. Supplem. Antiquarii* præfert, *Impresmia*.

\* **IMPRESMPTA**, *Impressio*, a *Gallico Empreinte*. *Charta Joan. reg. Franc.* ann. 1351. inter *Probat.* tom. 4. *Hist. Occit.* col. 231 : *Cum archiepiscopus Narbonæ... recipere consueverit... pro qualibet Impresmpta sigilli curiæ suæ duos denarios Turonenses, etc.* Vide infra *Impresura*.

\* **IMPRESMIBILIS**, et **INPRESMIBILIS**, [Incomprehensibilis. *Gell.* 11. 5. Omniumque rerum fidem veritatemque ita *Impresmibilem* videri aiunt, etc. *Alii aliter leg.*]

\* 1. **IMPRESSIO**, Quodvis opus quod aggredimur, *Gall. Empreinte, præntention.* *Chartul. eccl.* *Andegav.* ad ann. 1081. tom. 1. *Probat. Hist. Brit.* col. 456 : *In capitulo S. Mauricii Marbodius scholasticus questus est de injuriis et Impressionibus, quas Goffridus cantor contra morem majorum sibi faciebat, quod scilicet scolares Marbodi a se petere volebat licentiam chorum intrandi.* Vide infra *Impresia*.

\* 2. **IMPRESSIO**, *Sigillum*, quod in eo impressa sit imago sic dictum, apud *Heinec.* de *Vett. sigill.* cap. 2. num. 8. pag. 19 : *In sigillo minori ecclesiæ SS. Simonis et Judæ Goslariensis cum hac*

*inscriptione : IMPRESSIO SCI MATHIE.* Vide infra *Impresia*.

† **IMPRESSOR**, *Librarius, typographus*, *Gallis, Imprimeur*, in *Litteris* ann. 1552. apud *Rymer.* tom. 15. pag. 356.

† **IMPRESSORIA ARS**, *Typographia*, *Gall. Imprimerie.* *Utitur Trithemius* lib. 1. *Exhortat. homil.* 7. et *Epist.* 48. inter familiares.

\* *Cum primi hujusce artis executores aut inventores nequaquam prætermittendi sint, quorumdam nomina profero ex Lit. natural. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1321 : Michiel Friburgier, Uldaric Quering et Martin Granetz natifz du pais d'Alemagne... sont venus demourer en nostre royaume puis aucun temps en ça, pour l'exercice de leurs ars et mestiers de faire livres de plusieurs manieres d'escritures en mosle et autrement, etc. Berchtoldo Rembolt artis impressoriæ architecto primario epistolam inscribit Vitalis de Thebes juris canonici professor ad calcem Decreti Gratiani edit. Paris. ann. 1501.*

\* **IMPRESSURA**, *Impressio*, *Gall. Empreinte.* *Memor. E. Cam. Comput. Paris.* ad ann. 1390. fol. 229. vº : *Quorum (sigillorum) Impressura ponitur in camera prædicta, videlicet in altero parvorum serinorum stanni.* *Vidimus* ann. 1397. *Chartæ Joan. ducis Brit.* ex *Bibl. reg.* : *Gum Impressura unius scuti arma Britannicæ, videlicet nonnullas herminas in quartiero dextro illius scuti, et in residuo ejusdem scuti arma de Drolor continetis.* *Impressor* nostris, pro *Empreindre*, *Imprimere.* *Lit. remiss.* ann. 1479. in *Reg.* 206. *Chartoph. reg.* ch. 247 : *Le suppliant Impressa en pain tendre icellui martel et fleur de liz.* Vide supra *Impresmpta*.

\* **IMPRESSUS**, *Non pressus*, ex *Lex. Philol.* apud *Laur.* in *Amalth.*

† **IMPRESTARE**, *Commodare*, *Gall. Prêter ; Imprestitum, Mutuum, Gallis, Emprunt.* Vide *Præstare*.

**IMPRESIABILIS**, *Pretium omne superans*, passim apud *Matthæum Paris.*

\* *Epist. Theod. reg. Ital.* 18. tom. 4. *Collect. Histor. Franc.* pag. 8 : *Indicamus nos vententibus legatis vestris Impresibilis quidem rei, sed more gentium suscepisse pretia destinata, etc.* *Impresibilem sanguinem Christi*, in *Sermone* habito in *Conc. Turon.* ann. 1163. inter *Epist. Arnulphi episc. Lexov.* pag. 71. vº. *Chron. Angl. Th. Otterbourne* edit. *Hearn.* pag. 258 : *Thesauro Impresciabilis et coronis suis ex inundantia aquarum repente perditis et demeris.* *Impresciabile*, apud *Rabelais.* in *Prol.* ad lib. 1. pag. xl.

† **IMPRESVARICABILIS**, ut *Imprevaricandus*, Qui violari non debet, in *Præcepto* ann. 878. apud *Marten.* tom. 1. *Ampliss. Collect.* col. 207.

† **IMPRESYSIA**, ut *Impresia.* *Instrum.* ann. 1342. *Hist. Dalphin.* tom. 2. pag. 441 : *Impresyam fecistis de invadendo terram, bona et jura et subditos Dalphinenses, et ex proposito et Impresya, armis bellicis sumptis... more hostili intravistis, etc.*

\* **IMPRESZIA**, *Militaris expeditio*, idem quod *Impresia.* *Comput.* ann. 1405. inter *Probat.* tom. 3. *Hist. Nem.* pag. 182. col. 1 : *Indictio levari ordinata per dominum nostrum regem in senescallia Bellicadri et Nemausi pro resistendo Impreszia Henrici de Lencastre, regnum Angliæ occupantis, de anno Domini 1404.* Vide supra *Empresia*.

† **IMPRIMITUS**, pro *Imprimis*, tom. 2. *Annal. Benedict.* pag. 702. tom. 3. pag.

721. col. 1. apud Leibnit. tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 102.

† IMPRIMUM, Eadem notione, pluries in Histor. Harcur. tom. 4. pag. 1397.

IMPRISA, IMPRISIA, Militaris expeditio, vel quodvis opus, quod aggredimur, Italica *Impresa*, nostris scriptoribus ævi mediæ, *Imprise*, hodie *Entreprisam*, Vide Dissertat. 7. ad Joinvillam p. 176. 180. Epist. Ingeranni Dom. Codiciaci ad Theob. Comitum Campan. in Chartul. Campan. Thuani fol. 180: *Multum nobis cederet ad honorem, si Imprisam, quæ sicut dicitur, adversum vos et nos incepta erat, dirumpere possetis, et illis cederet ad dedecus, qui Imprisiam illam, ut dicitur, inceperant, nisi eis, quibus Imprisi erant, auxiliarentur.* [Forma pacis inter Reges Franciæ et Angliæ ann. 1216. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 859: *Domini Ludovicus quitat omnes Barones et homines de regno Angliæ de omnibus terris domini Regis ab omnibus homagiis, fidelitatibus, confederationibus et Imprisiis, et de cætero cum illis nullam inibit confederationem.*]

\* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 370: *Colloquio inter eos habito, consensit quod idem curatus verberaretur; et sic, post hujusmodi consensum et Imprisiam, fuit factum, eodem Stephano in facti perpetratione non præsentem.*

IMPRISII, Qui *imprisæ*, seu partibus alicujus favent, vel alterius tutelam suscipiunt, quomodo dicimus *Empren-dre*, vel *Entreprandre le party de quel-qu'un*, unde vocis origo. [Charta Philippi August. Reg. Franc. ann. 1220. apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 328: *Barones vero Pictaviæ qui Imprisi nostri sunt, et alii quos voluerimus, faciant nobis homagium ligium.* Occurrit iterum in Conventionibus ejusd. Regis cum Rege Angliæ ann. 1220. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1144. et 1145.] Matth. Westmonaster. ann. 1224. pag. 282: *Respondit præterea quod juramentum in Anglia factum, ex parte Regis Anglorum fuerat violatum, dum Imprisi sui ob redemptionem gravissimam sunt redempti.* Concordia facta inter Henricum Reg. Angliæ et Ludovicum primogenitum Regis Franciæ: *In primis quod omnes homines et Imprisi Domini Ludovici et coadjutores sui Anglici... habeant terras suas, etc.* Charta Henrici Reg. Angl. in Additam. ad Matth. Paris pag. 127: *Videlicet quod nos erimus Imprisi ejusdem Regis Castellæ contra omnes homines, et juvabimus eum cum toto posse nostro bona fide.* Utitur hac notione non semel Matth. Paris pag. 206. 207. 218. 654. Falluntur, qui a Gallico *prix*, pretium, vocis etymon accersunt, quasi sint alteri pretio auctorati.

EMPRISIA, Idem quod *Imprisia*. Concilium Roffiacense ann. 1258. can. 1: *Confederationes, conspirationes, colligationes, Emprisias, tacitas vel expressas, et alias machinationes, etc.*

\* IMPRISIA, ut supra *Impressio* 2. Inquisit. contra Templar. ann. 1311. ex Cod. reg. 5376. fol. 16. vº: *Duodecim scutellas argenti et sex platellos argenti et unum collarem auri sub Imprisia regis Siciliæ. Id est, sub sigillo regis Siciliæ signatos.*

† IMPRISINAMENTUM, apud Rymer. tom. 2. pag. 614. pro *Imprisonamentum*; quod mox vide.

† IMPRISIUS. Vide *Imprisi* in *Imprisa*.

† IMPRISONAMENTARE, In carcerem

conjicere, Gall. *Emprisonner*, Rymer. tom. 15. pag. 64.

† IMPRISONAMENTUM, In carcere detentio: Gall. *Emprisonnement*, apud Rymer. tom. 5. pag. 4.

IMPRISONARE, [ut *Imprisonamentare*.] Vide *Prisona*.

† IMPRISUS, Ad certum diem vel locum indictus, a Gall. *Empris*, *Entrepris*, Susceptus. Charta ann. 1279. apud Rymer. tom. 2. pag. 1073: *Est enim vista Imprisa inter ipsos duos Reges in media Quadragesima apud Belli-Quadrum. Vide Imprisa.*

† IMPROBABILITER, Imprudenter. Atto Verzell. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 80: *Ne postea si reprehensibilis videatur, peniteat rei principem populi non ad liquidum judicasse, sibique metuat imputandum quod meretur, civem Improbabiliter ordinavit.*

\* IMPROBATUM, Malum, scelus, apud Ulpian. L. 24. § 3. ff. de Pignerat. actio. *Si proposituit ancillam, vel aliud Improbatum facere coegit.*

† 1. IMPROBITAS, Pusillanimitas, in Barthii Glossario, ex Gautherio de Bellis Antiochenis.

† 2. IMPROBITAS, Molestia, importunitas. Luc. 11. 8: *Propter Improbritatem tamen ejus surget, etc.* Vide Annal. Benedict. tom. 3. pag. 292. et infra *Improbis*.

† 3. IMPROBITAS, Inverecundia. Gloss. Lat. Gr.: *Improbritas, ἀναιδέια*. Gloss. Gr. Lat. *ἀναιδής, Improbis, impudens.*

\* IMPROBITER, [Improbe. *Petron. fragm. Tragur. 66. Burm.*]

† IMPROBROSE, Probrose. Epistola Cardinalis Sabinensis de expugnatione urbis CP. ann. 1453: *Feminas virtute prædicta et nobilitate, vituperose et indecore detractas, nonnullis injuriis, ac si meretrices et prostibulo institutæ essent, trahebat, cædens et Improbrose ac inhoneste eas vituperans, etc.*

† IMPROBROSUS, Probrosus. Vita B. Caroli Boni n. 48. tom. 1. Mart. pag. 137: *Diversis suppliciis Improbrosis, ut dignum erat, tormentati.*

IMPROBUS, Molestus. Hermes apocryphus lib. 1. cap. 3: *Sed tu non desinis in petendo revelationes, Improbis enim es.* Infra: *Consummavit igitur enarrationem turris. Ego vero cum adhuc essem Improbis, interrogavi illum, etc.*

IMPROCRATUS, Non procerus, humilis. Gl. Lat. Gr.: *Improcerata, εὐτελής, ταπεινὴ, ἀναργα*. Sed leg. *Improcera, τὰ εὐτελής, etc.* [Improcerata, in Supplemento Antiquarii.] [\* *Improcerus*, eadem notione, apud A. Gellium lib. 4. cap. 19.]

\* IMPROCINCTUM, Acto a malicia. Glossar. Lat. Ital. Ms.

† IMPROCRATUS, Orbatus, destitutus, cujus nulla cura est. Buschius de Reform. Monast. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 858: *Quoniam D. Deus eorum est procurator, et non dimittet eos improcratos de cunctis sibi necessariis.*

\* *Impourveu*, eadem acceptance, in Lit. Caroli V. ann. 1370. ex vol. 6. arrest. parlam. Paris.: *Comme le suppliant Impourveu de conseil eust appellé en nostre cour de parlement, etc.*

\* IMPROHIBITO, Licenter, ἀκωλύτως. Germ. et Reg. *Improhibite*, in Castigat. ad utrumque Glossar.

\* IMPROLIS, Prole carens, vel qui legitimos filios non habet, apud Boll. tom. 3. Jul. pag. 150. col. 2.]

† IMPROLIS, Eadem notione. Append. ad Form. Marculfi tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 521. art. 54: *Dum In-*

*prolis fuerit, nec legitimos infantes habuerit, etc.*

IMPROLOQUIBILE, ἀλόγητον, in Gloss. Lat. Gr. [Supplem. Antiquarii: *Improloquibilis, ἀλόγητος, Inenarrabilis.*]

\* IMPROMISCUUS, et INPROMISCUUS, [Non promiscuus, non admixtus, sincerus, purus. *Gell. 12. 4.* In his versibus suavitas tam *Impromiscua*, tamque a furo omni remota est, ut, etc. *Id. 1. 7.*

\* IMPROMITTERE, perperam pro *Intromittere*. Vide in hac voce. Charta ann. 1105. apud Lamium in Delic. erudit. inter notas ad Hodæpor. Charit. part. 3. pag. 1099: *Si unquam in tempore de prædictis rebus præsumpserit agere, causare, tollere, contendere, Impromittere, intentionare, aut pro placito fatigare, etc.*

\* IMPROMPTARE, Mutuari, Gall. *Emprunter*. Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 48. col. 1: *Item solverunt uxori de Bernisson pro una magna olla, Impromptata pro decoquendo potagium,...* tj. sol. Vide infra *Imprinare*.

\* IMPROPE, [Prope. *Tertull. Exhort. ad cast. 10.* Si orationem facit ad Dominum, *Imprope* est celo.]

† IMPROPERANTER, Cum improperio. Promissio B. Thomæ Mart. in Anecd. Marten. tom. 3. col. 1878: *Alioquin non diceret Dominus Improperanter malis Ecclesiarum Rectoribus per Ezechielem: Non opposuistis vos murum pro domo Domini, etc.*

\* IMPROPERATOR, Conviicator. B. de Amor. in Speculo sacerdot. Ms. cap. 26: *Non discordator fratrum, non Improperator.*

\* IMPROPERATUS, Non festinus, apud Laur. in Amalth.

IMPROPERIUM, Dedecus, convitium, injuria, derisio. Sueno Aggonis filius in Histor. Danica: *Nam et tunc temporis ignominiosum exitiit Improperium, si solum duo jugularent.* Utitur sæpe vetus Bibliorum Interpres. [\*\* Vide *Forcellinum*.]

\* IMPROPERO, et INPROPERO, [Intro propero, hoc est festinanter et properanter ingredi. *Varr. apud Plin. 36. 13. 19. n. 4.* Quo si quis Improperet, sine glomere lini, etc. exitum invenire nequeat. *Adde Not. Tir. p. 95.*]

\* IMPROPORTIONALIS, Non egal. Improportionaliter, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

\* IMPROPRIARE, A proprio et nativo sensu declinare. Stat. Mantuæ lib. 2. cap. 72. ex Cod. reg. 4820: *Addentes quod statuta ipsa a quocumque... glossari, subaudiri, Impropropriari seu extendi non possint.* Molin. in Consuet. Paris. tit. 1. de Feud. § 60. gloss. 1. num. 16: *Verba judicis, etiam Impropropriando, si opus, reducuntur ad intellectum juris et materiæ subjectæ, et talis ejus scilicet judicis mens præsumitur, qualis esse debet.*

† IMPROPRIATUS, f. Jure proprio possessus, apud Rymer. tom. 15. pag. 69: *Ego Thomas Wrythesley... Cancellarius Angliæ... tradidi... Henrico VIII... rectoriam meam Impropropriatam de Southmymes.* Et infra: *Quæ habeo aut unquam habui de et in rectoria Impropropriata de Southmymes in Comitatu, etc.*

† IMPROPRIETARIUS, Non proprietarius, qui realicujus non habet proprietatem et dominium. Albertus Mussatus apud Murator. tom. 10. col. 765: *Viduuarum, pupillarum, pauperum civium, qui inquilini, vassalli, libellarii erant, ac Impropropriatorum quibuslibet titulis uterentur, etc.*

† IMPROPUGNATUS, Indefensus. Mar-

cell. lib. 29 : *Quod si contigisset, Impro-pugnata civitas venisset in manus hostiles.* Et lib. 31 : *Et tanquam signo erecto occultius... civitas prorumperetur Impro-pugnata.*

\* **IMPROTECTUS**, Protectione carens, indefensus. Arest. parlam. Paris. ann. 1361. 21. Aug. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 411 : *Indefensi et Improtecti remanerent.*

† **IMPROTRACTIM**, Sine mora, abjecta omni cunctatione. Litteræ ann. 1402. apud Rymer. tom. 8. pag. 273 : *Nostris opidanis et vicinis restitutio fieri deberet Improtractim.*

\* **IMPROVIDENTIA**, Incuria, negligentia. Dipl. Frider. I. imper. ann. 1159. apud Lamium in Delic. erudit. tom. 3. pag. 188 : *Quoniam tenemus antetribunal Christi Deo... in die iudicii reddere rationem, si per Improvidentiam imperii nostri homines in camino perirent, etc.*

\* **IMPRUNTARE**, Mutuari, a Gallico *Emprunter*. Arest. parlam. Paris. ann. 1283. in Reg. 2. Olim fol. 67. r. : *Fuit inventum quod ipsi usi erant dictos clericos ponere sub cuppa et in ferris Impruntatis, etc.* Practicis nostris *Emprunter prison* ; quo etiam sensu, *Impruntavimus curiam*, in Chartul. S. Maxim. Vide Radulph. Forner. lib. 6. Rer. quotid. cap. 28.

**IMPRUNTATUM**, Mutuum, ex Gall. *Emprunt*. Vide *Mutuum volentum*.

† **IMPRUTAMENTUM**, ut *Impruntatum*, Mutuum. Vide *Rogatio*, Census.

† **IMPUBERE**, Johanni de Janua, Non pubere, ut exponitur in Glossis Lat. Gall. San-German. MSS. ubi *Impubeo*, *Non croire, non commencer avoir barbe.*

\* **IMPUBESCENS**, [Qui nondum lanuginem emisit. *Plin.* 28. 7. 64. Corticem ejus *Impubescentem* puer impubis si detrahat.]

**IMPUBLICARE**, [In publicum seu fiscum redigere, infiscare.] Vide *Publicum*.

† **IMPUDEFACIUS**, Impudens, quem non pudet. *Impudefactus adulter*, in Epistola Montani Episcopi inter Concil. Hisp. tom. 2. pag. 270.

**IMPUDERATUS**, **IMPUDORATUS**, Impudens, absque pudore. Gloss. MS. : *Impudoratus, inverecondus.* Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanasio pag. 85 : *Non despicias revera conviperinos tuos Arianos, natos videlicet de Impudorato patre vestro diabolo.* [Concil. Tolet. VIII : *Recedant ergo talium desideriorum Impudorati fautores. Impudorati et audaces,* apud vet. Interpretem Irenæi lib. 3. cap. 25.]

**IMPUDORATE**, pro *Impudenter*, dixit vetus Irenæi Interpres lib. 1. cap. 21. [et lib. 2. cap. 14.]

\* **IMPUDICARE**, *Corrumpe, violer*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Impudicatus, stupratus, impudicus factus,* apud Laur. in Amalth. ex Festo.

\* **IMPUDOR**, Labes, macula, pudori opponitur. Lit. legitim. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 414 : *Quia decus virtutis genituræ maculam abstergit in filiis, et pudicitia morum Impudor originis aboletur, etc.* Eadem formula passim occurrit in ejusmodi Litteris.

\* **IMPUGNE**, pro *Impune*, in Lit. ann. 1365. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 591. et alibi.

**IMPULATOR**, *Concitor, Incitator*, in Glossario MS. Reg. Cod. 1013. infra : *Impulsor, Hortator, Concitator.*

\* **IMPULSA**, Dilatio, procrastinatio, Gall. *Delay*. Lit. remiss. pro consilibus Villæ-longæ ann. 1337. in Reg. 71. Char-

toph. reg. ch. 47 : *Qui res a se venditas minori pretio in fraudem usurarum reemerunt, aut pro impulsu seu spera temporis plus sibi dari in pecunia, blado aut alias in similibus, seu obligari ultra sortem fecerunt.*

† **IMPULSARE**, Excitare. Epistola encyclica Henrici V. Abb. Fuldensis ad alios Abbates Ordinis S. Benedicti : *Ab-bates quidem Ordinis nostri nos... multipliciter Impulsarunt, quatenus... assumere curaremus, etc.* Aliquem de statu *Impulsare*, apud Marculfum lib. 2. form. 52. Eum est dejicere, expellere, removere.

† **IMPULSATUS**, Illæsus. Joh. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. tom. 2. Mail pag. 270 : *Multa pericula latronum et bestiarum, Martyri glorioso se devovens, Impulsatus evasit.*

**IMPULSORIUM ALÆ**, Fridericus II. Imp. l. 1. de Venat. cap. 27 : *Reliqua vero tertia pars alæ descendit ab illo loco, qui dicitur Impulsorium alæ, et Gallice dicitur le bout, usque inferius.* [\* Imperfectus, vitiosus, ut videtur ; f. pro *Impur.*]

\* **IMPULSTRIX**. [Quæ incitat ad aliquid faciendum. *Nonius* 2. 631. usurpari hanc vocem affirmat, quemadmodum et tonstrix, curatrix, plaustrix, assestrix.]

\* **IMPULSARE**, pro *Impugnare*, in Lit. ann. 1355. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 728.

\* **IMPUNCTUS**. [Non punctus, nullis asper punctis, ἀκέντρος. *Apul.* 2. *Met.*]

\* **IMPUNIS**. [Impunitus, illæsus. *Solin.* 27.]

\* **IMPUNITE**. [Impune. *Marius* ad *Cic.* 11. *Fam.* 28.]

1. **IMPUNUS**. *Fleta* l. 1. cap. 20. § 22 : *Si mercedem accepert, per quod hujusmodi pannes Impunus vendi sustinerent.*

† 2. **IMPUNUS**, apud Johannem de Janua, ut *Impunis*, sine pœna. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS. *Impunus vel Impunis, Non punis, sensu peine.*

\* **IMPURATUS**. [Impudicatus, violatus, *Impurus*. *Ter. Phorm.* 4. 3. 64. *Impuratus* me ille ut etiam irrideat ? *Plaut. Rud.* 3. 4. 46.]

\* **IMPURGABILITER**, Absque venia, ita ut ab indicta pœna quis purgari vel absolvi non possit. Charta ann. 1313. in Reg. 49. Chartoph. reg. ch. 179 : *Mandamus sub pœna viginti mille librarum Paris. quam eo ipso per eundem Hugonem contrarium facientem vel etiam attemptantem Impurgabiliter committi, ... decernimus.* *Pariag.* inter comit. *Petragor.* et capit. S. Front. ann. 1317. in Reg. 56. ch. 462 : *Item obligamus nos dictæ partes sub pœna mille marcharum argenti dictam compositionem servare ; quæ pœna Impurgabiliter committetur per partem compositionem hujusmodi non servantem.*

1. **IMPURIA**. *Pirminius* in Excerpt. ex libris Canonici : *Qui Impurias, quæ dicunt homines super lecta [tectus, apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 586.] mittere ut aliqua possint eis denuntiare, quod eis bona aut mala adveniant, nolite eis credere, quia soli Deo est futura præscire.*

\* 2. **IMPURIA**, *Ordure*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Vide *Impuricia*.

† **IMPURIMUS**, f. pro *Impurissimus*. Gloss. Lat. Græc. : *Impurimum, ἀκάθαρτον.* Supplem. Antiquarii præfret *Impurimum*. Vide *Impuricia*.

\* **IMPUS**, ἀεβήτ. leg. *Impii*. Castigat. in utrumque Glossar.

† **IMPUSTELLARE**, *Agnellus* in Vita *Sergii Episc.* apud *Murator.* tom. 2. pag.

174. col. 2 : *Cuncta atrii lychnia extinguantur, ne illis flammæ candellarum nocte solatia præstent, et quod possumus occulte abdicare, omnia Impustellentur, ignorante Pontifice nostro.* *Mutin.* cod. clarius habet, *In cryptis celeritur.*

\* **IMPUTABILE**. Vide infra *Imputatio*.  
1. **IMPUTARE**, Non putare, non existimare, apud *Sidonium* lib. 9. *Epist.* 11. initio.

† 2. **IMPUTARE**, pro *Amputare*. *Capitula General.* S. *Victoris* *Massil.* MSS. : *Ut omnis dissolutionis occasio a juvenibus Imputetur.*

\* 3. **IMPUTARE**, Latinis ; unde *Gallicum Imputare*, alias *Emputare*, pro *Accusare*, denuntiare. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 189. *Chartoph.* reg. ch. 134 : *Icele Guillemette Emputa aux Anglois du lieu de Sainte Suzenne le pere du suppliant, et leur dist qu'il receloit les François et les entretenoit à son pouvoir.* *Hinc Empu-temet*, *Delatio*, in aliis Lit. ann. 1447. ex Reg. 179. ch. 157 : *Comme ledit blé estoit ainsi mussié, vindrent audit buisson par Empuement ou autrement trois gens de guerre, etc.* Et *Emputeur*, *Delator*, *calumniator*. Lit. remiss. ann. 1480. in Reg. 209. ch. 176 : *Guillaume Bernard... homme Emputeur, sedicieux et plain de mauvais langage, etc.*

\* **IMPUTATIO**, Nil aliud est quam quædam ascriptio eorum, quæ locum tenere debent in his, quæ sunt detrahenda ad differentiam computationis, quæ est cumulatio rerum in hæreditate, ex qua deductio fit. Ita *Ant. Mangil.* *JC. Pisaur.* in *Præfat.* ad *Tract.* de *Imputat.* etc. num. 2. et 3. *Imputabilia* frequenter ibid. ab *Imputare*, *Supputare*, numerare, subducere rationem.

\* **IMPUTATIO**, Alia notione, in *Glossar.* *Gr. Lat.* : *Καταλογισμός, Acceptilatio, Imputatio.*

\* **IMPURIBILITER**. *Incorrupte.* *Augustin.* ep. 82. ad *Paulin.* *Cedri Libani* mundi hujus fluctus *Impuribiliter* secant.]

\* **IMRECILLOR**, ἀρρωστώ, in *Glossar.* *Lat. Gr.* at *Gr. Lat.* *Ἀρρωστώ, egrotō, languesco, Imuecillor.* Pro *Imbecillor*, ut videtur, sum *imbecillis*.

\* **IMROS**, ἀνεξούσιος, *Impos.* *Cujac.* *Scalig.* ad *Festum*, in *Castigat.* ad utrumque *Glossar.*

† **IMSIMUM**. Vide *Juisium*.

\* **IMUGERE**, **IMIGERE**, f. *Adæquare*, complanare. Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 191. *Chartoph.* reg. ch. 70 : *Ipsō supplicante existente in suo operatorio carpenteria, utendo suo ministerio do-lando et Imugendo doctas cujusdam pipæ seu dotii, ... cum quadam doela pipæ, quam Imugebat, etc.*

\* **IMUS**. AD **IMUM**, *Ultimo*, *Gall.* *En dernier lieu.* *Udalr. Onsong Chron.* apud *Oefellium* tom. 1. *Script.* rer. *Boicar.* pag. 357. col. 1 :

*Thassilo dux primum,*  
*Postea rex, sed monachus ad Imum.*

**IN**, Præpositionem, Germani, Poloni et Bohemi iis fere attribuunt, qui domini sunt locorum : cæteris nempe, *de*, *a*, vel *ab*, etiam iis, qui inde duntaxat orti vel oriundi sunt, etiamsi ibi non habeant, ubi pedem figant. Ita *Martinus Cromerus* lib. 1. *Polon.* pag. 105. *Addit Ægidius Boillæus* in *Notis* ad *Ludovicum Davilam* de *Bello Germanico* pag. 37. locorum, vel dignitatum ejusmodi, primogenitos dominos nude, secundogenitos vero in iisdem perinde sese indigitare, cum in Germanica feuda majora divisionem admittant.



† **IN VITAM ET IN MORTEM.** Tabularium Savignei: Radulfus D. G. Dominus Filgeriacum. Rogerius Viarius et Marchisus filius ejus anno MCLV. coram me et Baronibus meis dimiserunt abbatiæ Savignei viariam in Lovigneo, et ipsi cum Hamelino Breetas nepote Rogerii prædicit concesserunt semetipsos ecclesiæ Savignei Ad Vitam et Ad Mortem. Ad Vitam scilicet, ut in ea monachi fierent, quando eis placeret; et Ad Mortem, ut ibidem sepelirentur, si in sæculo mori contingeret. Ibidem: Andreas dominus Vitrei et Alanus dominus de Dinan elegimus domum de Savigneo, ut ibi et nos et fratres nostri Robertus et Joscelinus habeamus sepulturam in capella S. Catharinæ juxta dominum Robertum de Vitreo patrem nostrum; et dedimus nosmetipsos et fratres nostros Abbati et Monachis Savignei et In vitam et In Mortem. Facta est hæc donatio in capitulo Savignei coram omni conventu. Ibidem: Willelmus de Guirchia elegi domum de Savigneo, ut ibi habeam sepulturam, et dedi meipsum abbati et monachis Savignei et In Vitam et In Mortem. Hæc donatio mea facta est in Capitulo, etc.

\* **INA.** Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 677. col. 2: *Habemus de Vico, qui est in Salmine, ocinas duas, id est casas duas, in qua sunt Inæ tres, quæ vulgo nuncupantur patellæ. Exit de una Ina in unoquoque mense burduræ viij. Vide Patella.*

† **INABSTINENTES, Impatientes.** Gloss. Isid.

\* **INACCESSIBILIS.** [Inaccessus. Marmertin. Genethl. Maximian. 9. Tanta facilitate illa (loca), quæ tunc aliis forent Inaccessibilia, superastis. Adde Tertull. advers. Prax. 15. ex 1. Timoth. 6. 16.]

\* **INACCUSATUS.** [Tertull. Apolog. 49. Inaccusati et impuniti.]

\* **INACERBO.** [Exacerbo. Gloss. Philox.]

† **INACIDUM VINUM,** pro Mucidum, Vappa, vapidum vinum, Gall. Vin pousé. Vide in Vinum.

**INACTE,** Nulla re acta, *Sans rien faire.* Chronicon Montis-Sereni ann. 1156: *Hinricus Dux Fresiam hostiliter ingreditur, sed Inacte revertitur.*

† **INACTITARE,** In acta publica referre. Litteræ ann. 1432. apud Rymer. tom. 10. pag. 517: *Quod præmissa in rotulo Parlamenti prædicit Inactitari, et postmodum litteræ sub sigillo regio prædicit, sibi in forma debita, fieri deberent. Inactitata acta, apud Th. Madox Formul. Anglic. pag. 70.*

**INACTIVUS,** Negligens. Capitulatio Caroli Mag. pro partibus Saxoniarum, apud Holstenium in Collect. Romana, cap. 31: *Si cuilibet homini sacramentum debet, adrameat illum ad Ecclesiam sacramentum ad diem statutum: et si jurare contempserit, fidem faciat, et sol. 15. componat, qui Inactivus apparuit, et deinceps causam pleniter emendare faciat.*

\* **INACTUOSUS.** [Segnis, deses. Augustin. 4. Civ. D. 16. Faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, id est nimis desidiosum et Inactuosum. Adde Serv. ad 3. Æn. 587.]

† **INADIBILIS,** Inaccessus. Vita S. Eulogii Mart. tom. 2. Martii. pag. 91: *Multa Inadibilia tentare in Scripturis, puerilis immatura docibilitas egit.*

\* **INACRESCERE,** Accrescere. Tertul. Scorpiac.: *Sanguis animi gelascit, ... nau-sea nominis Inacrescit.* Ubi quidam Codd. habent, Inagrescit.

\* **INACTUM,** Decretum, ab Angl. *Enacted.* Chron. Joan. Whethamst. pag. 473:

*In die desicionis parlamenti, in quo die solent singula in eo Inacta sive inactitata afferri in medium, ibique legi in publico publiceque promulgari, etc. Vide Inactitare.*

\* **INACTUS.** Qui nihil egit. Chron. Sith. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 72: *Recesserunt Inacti et cum majori Danorum seu Normannorum exercitu Lotharingiam petierunt. Vide Inacte.*

\* **INADMISSIBILIS,** Non admittendus. Arest. parlam. Paris. ann. 1473. in Lib. pitanc. S. Germ. Prat. fol. 215. r: *Pro parte vero dictorum defensorum plura in contrarium facta et rationes propositæ existissent ad finem seu fines, quod diceretur et declararetur præfatum actorem certamque veritatem per eum de rebus contentiosis factam Inadmissibiles fore ac quod super dicta verita idem defensores procederent dicta tenebantur.*

† **INADMODIATIO,** ut Admodiatio, Locatio, datio ad firmam, in emphyteusim. Charta Theobaldi Comitis Campaniæ ex Archivis B. Mariæ in valle Pruvini: *Concesserunt mihi ad Inadmodiationem, et hæredibus meis, molendinum quod habebant apud Provinum.*

\* **INADVERTANCIA,** a Gallico *Inadvertance,* Imprudentia. Libert. Villæ-franchæ ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 700. art. 7: *Et si quid per errorem seu per Inadvertanciam aut aliter factum fuerit, dum ad noticiam eorum pervenerit... revocabunt et ad statum pristinum et debitum reducent.*

\* **INADVERTENCIA,** Eadem notione. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 87. Charthoph. reg. ch. 136: *Dictus Petrus percussit ex Inadvertencia et a casu prædictum Martinum in capite de uno baculo. Inadverti, pro Imprudens, in aliis Lit. ann. 1406. ex Reg. 160. ch. 321: Et pour ce que tousjours elle (Alips) persévéroit à dancier, icelle Katherine Inadvertie et non souvenant dudit asseurement la féry de la main.*

† **INADORANDUS,** Non adorandus. [Imo, Valde adorandus.] Epist. Hadriani PP. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 93: *Si quis dicit... Inadorandam Domini nostri carnem sicut hominis, et non adorandam Domini et Dei carnem, hunc anathematizat sancta et apostolica Ecclesia.*

\* **INADSPICUUS.** [Invisus. (Aug.)]

† **INADULATUS,** Qui non movetur adulationibus. Epistola ann. 1160. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 854: *Pius, prudens, constans, disertus, magnanimus, Inadulatus, largus, etc.*

† **INÆNIGMATARE,** in ænigmatæ representare. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. LXXIV: *Ut ad præfatam stellæ claritatem et baptismatis munditiam Inænigmatandam, paramentis et vestibus albis ista die in capella nostra (uti) teneantur.*

† **INÆQUALICALIS VARIANA MEDIA,** Scripturæ species. Vide *Scriptura.*

\* **INÆQUALIS,** Injustus, iniquus. Charta ann. 903. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 313: *In publica synodo ad justa judicium discernenda, et Inæqualia destruenda, etc.*

**INÆQUALITAS,** Ægritudo, invalidudo, ἀνομαλία, Indispositio. Glossæ antiq. MSS.: *Inæqualis, infirmus.* Ἀνομαλείν in Concilio Ephesino act. 1. pag. 543. Edit. Labbei Epist. Honorii Imp. ad Paulinum Episc. Nolan. apud Baron. ann. 419. n. 20: *Cum Beatitudo tua de corporis Inæqualitate causata, itineris non potuit injuriam sustinere. Regula S. Cæsarii*

ad Virg.: *Abbatissa, nisi Inæqualitate aliqua, aut infirmitate, aut occupatione compellente, extra congregationem penitus non reficiat.* Regula S. Aureliani cap. 7: *Et si Inæqualitas exegerit, jubente seniore quod necesse fuerit, non ei negetur.* Vita S. Eugendii Abb. cap. 4: *Cum ergo Pater ille... etiam corporeæ Inæqualitatis frangeretur incommodis. Cap. 12: Febricula levi correptus est, paulatimque Inæqualitate vexatus, cursum vitæ præsentis explicuit. Occurrit rursum cap. 15. Ita etiam Atto Vercell. Episc. in Capitul. cap. 54. Symmachus lib. 7. Epist. 12. Ennodius non uno loco, Avitus Viennensis Epist. 4. ex Baluzianis, Diurnus Romanus cap. 3. tit. 15. Synodicon adversus tragediam Irenæi cap. 26. Concilium Carthaginense IV. can. 49. Vita S. Lupicini Abbat. Jurens. n. 4. 12. etc. Vide Notas nostras ad Alexiadem pag. 224. et infra in Varietas.*

† **INÆQUUS,** pro INIQUUS, apud Lobinellum in Glossario Hist. Paris. tom. 3.

† **INÆSTIMABILITER,** Turpiter. *Quidam... ebrietati Inæstimabiliter incumbens, etc.* in Vitis Patrum Emeritens. tom. 2. Concil. Hispan. pag. 641.

† **INAFABILIS,** Insuavis et austerus ad loquendum, Johanni de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS.: *Inaffabilis, non disabile, ou non recontable, ou dure à dire; ubi confunduntur Inaffabilis et Ineffabilis.*

**INAFECTIO,** Affectionis defectus. Vita S. Anscharii Corbeiensis Monachi cap. 17: *Hoc autem venerabilis Abbas non de Inaffectione faciebat, etc.*

\* **INAGNITUS,** Incognitus. Acta S. Anath. tom. 2. Jul. pag. 681. col. 1: *In specu videlicet illo, in quo ex mundi naufragio nudus evadens vir Domini Benedictus... Inagnitus hominibus tribus latuit annis.*

\* **INAGRESCERE.** Vide supra *Inacrescere.*

\* **INALARE,** Redolere, fragrare, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. pro *Inhalare.*

† **INALBARE SE,** Albas induere. Guidonis Discipul. Farfensis cap. 7: *Sacerdos cum ministris Inalbert se. Cap. 17: Octava ejusdem magnifici Johannis Inalbert se. Et cap. 23: Ad Sanctus, Sanctus, omnes Inalbertur a minimo usque ad maximum. Vide Alba 3.*

\* **INALESCO.** [Una cresco. Not. Tir. p. 110. Inalescit, inaluit.]

\* **INALIENARE,** Alienare. Bulla Bened. VI. PP. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 241: *Non habeat potestatem vel licentiam Inalienare eundem locum, vel sub alterius monasterii dominatione submittere.*

† **INALTARARE,** Consecrare, dedicare, ornare, in Hierolexico Macri: quod vide.

**INALTARE,** Valde altare, altum facere, Willelmo Britoni in Vocabul. In altum levare, in Mamotrecto. [Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Inaltare, essaucer, haut lever. Inaltatio, essaucement.*] Vita S. Drausii Episcopi Suess. num. 3: *Taliter tantæ nobilitatis lineam sanctis acibus Inaltavit. Ordericus Vitalis lib. 9. cap. 754: Turribus Inallandis insistebant. Baldricus Dolensis in Vita B. Roberti de Arbressello: Jam igitur parietibus oratorii dilatandis et Inallandis instabatur, etc. Occurrit in Ecclesiastico semel aciterum. *Allatus,* apud Sidonium lib. 2. ep. 2.*

\*\* **INALZARE,** Idem. Annal. Mosomag. ad ann. 1259. apud Pertz. tom. Script. 3. pag. 164: *Muros circa dictam villam Inalzari fecit.*

† **INALTATIO,** Elevatio, in majorem

altitudinem exstructio. Vita S. Medardi, tom. 2. Junii pag. 96: *Funditus eam (regiam) diruere jussit, et tam culminis Inaltatione, quam longitudinis porrectione ampliavit honorifice.*

† **INALTERABILITER**, hoc est absque ulla alteratione, conjuncta dicuntur duæ in Christo naturæ, divina et humana, in Concilio Armenorum ann. 1342. art. 20. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 336.

\* **INALTERO**. [Tertull. Virg. vel. 4. Quas non divisit, tacendo Inalteravit, h. e. alteram in altera complexus est.]

\* **INALTO**. [Exalto, extollo. Paulin. *carm.* 21. 738. Quia qui superbos deprimit, humiles Inaltat.]

† **INAMARICARE**, Exacerbare, animum exulcerare, ad iram excitare, Gall. *Aigrir, Irriter*. Codex Sacramentorum ante 900. annos MS. pag. 394: *Dominum deprecemur, quem quotidie pravitt Inamaricamus operibus.*

\* **INAMBIGUUS**, Certus, indubius. Epist. Nic. I. PP. ann. 864. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 400: *Non immerito credula, vel Inambigua, fidem certam accomodans.*

\* **INAMISMA**, La imagine. Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **INAMORARE**, Amore inflammare. Joh. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. tom. 2. Mail pag. 274: *Volens ego dictum Barthossium ab upore ea die sequestrare et odiosam illi facere, et de filix suæ Dorotheæ ductione Inamorare.*

**INAMORARI**, Amore capi, vox Italica, Petrarchæ et aliis familiaris, Michael Scotus de Physion. cap. 14: *Frater non sic Inamoratur in sorore, quæ est pulchra et delectabilis.*

\* *Nostri s'Enamourer*. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 10: *Comme l'Exposant se feust Enamouvez par jeunesse et druerie de ladite femme et elle de lui.* Aliæ ann. 1398. in Reg. 154. ch. 126: *En icelui an s'Enamoura ledit chevalier de ladite Jehannete, qui estoit belle fille et jeune.*

† **INAMOROSUS**, Amore captus, incensus: *Inter infuriosum et Inamorosum nihil aut parum prostat*, apud Raymundum Duellium lib. 1. Miscell. pag. 241.

\* **INAMOVIBILIS**, Idem quod *Immobilis*: dicitur de bonis immobilibus. Charta ann. 1119. apud Lamium in Delic. erudit. in Præfat. ad Hodoepor. Charit. part. 1. pag. XXIV: *Ut omnes res mobiles et Inamovibiles, terras et vineas aliarum ecclesiarum, etc.*

\* **INANIA**. [Inanitas, ut Non. 2. 421. docet. Plaut. Aul. 1. 2. 5. Hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus: Ita Inaniis sunt oppletæ (ædes) atque araneis.]

† **INANIMARE**, Animos addere, animare: Italis *Inanimare*, et *innanimare*. Utitur Galfridus Monemuthensis lib. 8. cap. 4. lib. 10. cap. 9.

\* **INANIMENTUM**. [Inane, res inanis. Plaut. Stich. 1. 3. 19. Inanimentis explementum quærito.]

\* **INANIRE**, Exinanire, ad nihilum redigere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Despular, Prov. exuere, nudare, Inanire*. B. de Amor. in Spec. sacer. MS. cap. 5:

Ludens res perdit, famam et tempora perdit, ...  
Perdens insanit, malestando corpus Inanit.

† **INANITAS**, Deliquium, animæ defectio, Gall. *Défaillance, Evanouissement*. Acta SS. Junii tom. 1. pag. 793. de S. Bertrando: *Subito venit sibi Inanitas, taliter quod cecidit in terra pro mortua.*

† **INANITRICES**. Vide *Janitricis*.

**INANTE**, In posterum, *deci en avant*, in Fœdere Regum apud Nithardum lib. 3. ann. 842. Inanzi Itali dicunt. Commo-dianus Instr. 46:

.... Cave, ut non delinquas Inante.

Gregor. Turon. lib. 2. Hist. cap. 16: *Inante absidem rotundam habens*. Vita S. Deicoli Abb. cap. 2. num. 10: *Subito febre invaditur, languore nimio arctatur, adeo ut nec passum quidem Inante perficere valisset*. Capitula Caroli C. tit. 12. cap. 6: *Quicumque abhinc Inante latronem receperit*. Adde Vitam S. Wunibaldi cap. 14. Bedam lib. 1. Hist. cap. 5. etc. Gloss. Isid.: *Inante diem, in ipso die*. Gloss. Gr. Lat.: *Εἰς τὴν ἡμέραν ἡμέραν, Inante diem*. Octav. Horatianus lib. 4. *Rer. Medic.: Ita ut unum habeat Inante, et alterum retro*. Utitur et Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. cap. 66. ut et Plautus, Cicero, Propertius, et alii.

**INANTEA**, Eadem notione. Sacramentum fidelium apud Pithœum: *Promitto, quia de isto die Inantea isti seniori meo, quandiu vivero, fidelis et obediens, etc.* Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 60. [\*\* 167.]: *Habeat eas (res) sibi Inantea absque portione fratrum*. Adde Leges Aistulph. Regis tit. 9. § 5. [\*\* 14.] Occurrit passim.

† **INANTIA**, Eadem significatione, in Chronico Novaliciensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 751. in Charta ann. 691. apud Felibianum Hist. Sandionys. pag. XI. et apud Mabill. de Re Diplom. pag. 510.

\* **INANTEA**, Præterea, ulterius. Gregor. Turon. lib. 7. Hist. Franc. cap. 28: *Post hæc exercitus ab urbe Pictava remotus, Inantea post Gundovaldum proficiscitur*. Charta ann. 1043. ex Bibl. reg. cot. 17: *Qui meam donationem infringere voluerit, ... componat tibi in vinculo tantum et alium tantum, et Inantea quod petit adquirere non valeat, et Inantea hæc mea donatio firmis et stabilis permaneat*. Pro In posterum, passim occurrit, ut observat Cangius in voce *Inante*.

\* **INAPOZIMATUS**, i. sine jure, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 2. Passion. cap. 112: *Accipiant pullos et gallinas non satis pingues, Inapozimatas magis quam zimas*.

† **INAPPREHENSIBILIS**, Qui non potest comprehendi. S. Paulinus Epist. 32. n. 20: *Jam constat quomodo videas invisibilem et Inapprehensibilem comprehendas*.

† **INAPPRETIABILIS**, Sine pretio, qui non potest pro dignitate et excellentia satis æstimari. Concil. Tolet. XI.: *Scienter ne Inappretiabilem S. Spiritus gratiam donis vel muneribus quis existimet comparandam*. Concil. Tolet. VIII.: *Sacrosancti baptismatis Inappretiabile donum*.

\* 1. **INAQUARE**, Aqua macerare, subigere, Gall. *Rouir*. Stat. antiq. Cumanæ cap. 75. ex Cod. reg. 4622. fol. 42. rº: *Nulla persona præsumat Inaquare linum nec canapum, etc.*

\* 2. **INAQUARE**, Irrigare, Ital. *Adacquare*. Stat. Cadubr. cap. 99: *Sancimus quod quilibet buscherius in Cadubrio per dies octo, postquam signatæ fuerint ejus talleæ per aliquem mercatorem, tam terrogenam quam forensem, teneatur et debeat eas Inaquare vel Inaquari facere, sub pena solidorum centum pro quolibet buscherio, et nihilominus ipsas talleas Inaquare omnino teneatur*.

\* **INARDEO**, [Idem quod ardeo, aut valde ardeo. Enn. apud Cic. 2. Orat. 54.]

\* **INARMARE**, Ansa seu corrigia, nostris *Enarme* nuncupata, scutum instruere. Arest. parlam. Paris. ann. 1304. in Reg. Olim fol. 64: *Declarantes quod licet dicti sellarii sui officii ratione pectoralia, estriverias et culerias de duobus coriis suere non possint, ... ipsi tamen ... preparare poterunt et scuta Inarmare, et cætera facere ad ipsorum officium pertinentia*. Guill. Guiart. ad ann. 1304:

Fors messire Oudart seulement,  
Qui l'escu pris par les Enarmes, etc.

Le Roman de Garin :

L'escu au col par les Enarmes tint.

Alibi :

Il s'entrehurte et de cors et de pis,  
Que les Enarmes se font des poins saillir.

Rursum :

Là veissiez grosses lances croisir,  
Et les Enarmes fors des poins départir.

Vide supra *Giga 3*.

† **INARERAMENTUM**, f. ut *Æramentum*, Quodvis utensile agricolarum. [\* Malim de Agro, qui aratur et colitur, intelligere.] Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 265: *Guillelmus in Darrenno granchiam ex suo proprio edificabit, et cum defecerit de communi reedificatur, et tempore messis garbæ per manus famulorum utriusque partis ante granchiam partientur. Et sciendum quod de omnibus Inarreramentis, quæ per Guillelmum vel hæredem ejus in eadem tenura facta fuerunt, Abbatia medietatem habebit*.

† **INASPICABILIS**. Gloss. Græc. Lat.: *Ἄσπαρας, Invisibilis, Inaspicabilis*.

\* **INASPILATUS**, Alligatus. Chron. Tarvisin. ad ann. 1380. apud Murator. tom. 9. Script. Ital. col. 777: *In capite autem caputium alterius dictorum pannorum gestabat, sub gula Inaspilatum cum chordulis sircis ejusdem coloris, quibus infra brachia caputium per spallas emissum conligabat*.

† **INASTA**, Sancta, pulchra, clara, splendida. Gloss. Isid. In excerptis *Inacta*. Grævius haud sine probabilitate existimat legendum esse *Inclyta*. Papias: *Inclytus, clarus, gloriosus, invictus, illustris*.

**INATRIUM**, Atrium Ecclesiæ, *Paradisus*. Anastasius Biblioth. in Vita Stephani II. PP. ex Bibl. Cæsarea apud Lambecium lib. 2. pag. 927. (nam desunt in Editis): *Renovavit Inatrium ante fores B. Petri Apostoli, qui Quadriporticos dicitur*. Vide *Atrium*.

† **INATINGIBILIS**, Qui non potest attingi, comprehendi. Gervasius Tilberiensis in Otis Imperial. apud Leibnizium tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 884: *Super istud arbitror esse cælum Trinitatis, ubi sola Trinitas habitat non localliter, sed incircumscripte, et inenarrabili et Inatingibili gloria*.

**INAVARITIES**, in veteri Inscriptione 1046. 6:

Feido feida viro veixit studio parili, quum  
Nulla Inavarities cessit ab officio.

**INAUDIENTIA**, Inobedientia. S. Cyprianus Ep. 28: *Perniciem sibi et mortem per Inaudientiam et intemperantiam provocent*.

\* **INAUDIRE**, Non audire, inauditum rejicere. Vita S. Vital. tom. 2. Mart. pag. 31. \* col. 2: *Noli delinquentem aliquem Inaudire*.

◊ **INAUDITOR**, Inobediens. Acta Lat. S. Niceph. tom. 2. Febr. pag. 894. col. 2: *Sapricius presbyter imperatorum contemptor et Deorum immortalium Inauditor, etc.* Vide *Inaudientia*.

† **INAVISATUS**, Inconsultus, a Gallico *Avis*, Consilium. Confirmatio fundationis Capituli Middelburg, ann. 1480. apud Miræum tom. 2. pag. 1346. col. 2: *Nec alienentur dicto domino et nobis Inavisatis et inconsultis et non consentientibus.* Occurrit rursus in Chronico Bergomensi apud Murator. tom. 16. col. 1404.

◊ **INAURATUS**, perperam emendatum pro *Inornatus*, recte monet D. de S<sup>o</sup>. *Palaye* in Comment de Ant. Milit. pag. 191. ex Vita S. Elig. tom. 2. Spicil. 2. edit. pag. 82. col. 2. Sed minus attente hanc temerariam emendationem Acherio tribuit, quæ D. de la Barre tribuenda erat, ut ex ipsa nota ad hunc locum colligitur.

◊ **INAURES**, dicuntur *Philateria idolorum*, sicut dicit, *Glossa super Genesim xxv.* Vocabul. Brevil.

◊ **INAUSTRO**, *αὐστῶ*, in Excerptis. Mendose fortassis pro *Inlustro*, inluminio.

◊ **INAUTORARE**, Cooptare; unde *Inautoratio*, Cooptatio, præsertim cum ex auctoritate fit. Leg. Polon. a Prilusem collectæ pag. 267: *Civium ad militarem ordinem Inautoratio quomodo rata esse debet, vel non...* Porro quod sculteti et kmelones etiam in militarem ordinem per regem Inaurentur, et milites atque scartabelli appellantur.

◊ **INAUXILIATUS**, Auxilio, ope destitutus, Sapiens. cap. 12. v. 6. ubi Græca habent *ἀβοήθητος*.

◊ **INBALSAMARE**, Grato odore perfundere, quo etiam sensu *Embaumer* dicimus. Metaphorice usurpat Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 7. pag. 14: *Dumque ipsa tempora potius viciorum sordere scoria, quam morum Inbalsamari odore mellito, aspiceret, etc.*

◊ **INBANNARE**, Sub *banno* ponere; cum scilicet agri, prati aut silvæ usus edicto publico prohibetur. Charta Joan. delph. Vienn. ann. 1315. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 100: *Et quod possint eisdem uti et frui, essartare et essartata tenere, pasqueyrare,.... et ipsa Inbannare, etc.* *Enbaldir*, pro Publicare, proclamare, in Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 455: *Ordinons que nuls queilconques vendans vins dedains la citeit de Liege, ne polrat faire nonchier vin tenant colleur, ne ainssy enbaldir tenant colleur, se celly vient (vin) ainssy nonchiet et Embaldis ne tient colleur douze heures entieres.* Vide *Inbannire* 1.

1. **INBANNIRE**, [INBANNARE, In fisco redigere. Statuta Ecclesiæ Leodiensis ann. 1287. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 859: *Fructus decimæ dictæ Inbanniant et saisiant auctoritate nostra, donec de prædictis fuerit satisfactum, et quicumque de prædictis fructibus post hujusmodi Inbannitionem se intromiseric, etc.*] Vide *Bannum* 1.

† 2. **INBANNIRE**, Excommunicare, interdico subijcere. Charta Liethardi Camerac. Episc. ann. 1132. pro Ecclesia Grimbergensi, apud Miræum tom. 1. pag. 97: *Concedo etiam ut si Inbannitur terra, remotis excommunicatis, hæc cantet Ecclesia januis clausis.* Alia Odonis ejusd. urbis Episc. ann. 1112. laudato tom. pag. 371: *Et si tota patria offensis aliquorum Inbanniat, remotis sæcularibus laicis Ecclesia non cesset, sed sub silentio can-*

*et.* Charta anni 1244. apud Hansizium tom. 2. Germaniæ sacræ pag. 342: *Si aliquis Episcopus aliquem Inbannierit et ille contumaciter XL. diebus Inbannitus perseveret, Duci per litteras suas insinuet, et Dux ipsum statim proscibet. E converso Dux de contumacia proscripto nunciet Episcopo, et nec Inbannitus, nec proscriptus absolvatur, nisi ab eo qui prius ipsum ligavit.* Vide *Bannus Episcopi* in *Bannum* 1. [\* Reinard. Vulp. lib. 3. vers. 2331:

Corvigare infelix, esse hæc rasoria dicis?  
Inbannite quater quindiesque Satan!]

† **INBANNITOR**, Qui invadit et quasi in *bannum* mittit. Statuta Eccl. Leod. ann. 1290. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 888: *Occisores, mutilatores, percussores atrociter clericorum, Inbannitores, et arrestantes bona Ecclesiarum, vel Ecclesiasticarum personarum, etc.* Vide *Inbannire* 1.

† **INBANNIZARE**, ut *Inbannire* 2. Vita S. Ayberti, tom. 1. April. pag. 679: *Concedimus etiam tibi, ut in oratorio tuo licentiam habeas ostiis apertis Missas celebrare, etiamsi pro aliquo forisfacto patria reliqua Inbannisata fuerit.*

◊ **INBANNUM**, Idem videtur quod *Bannus*, stallum, ubi mercatores merces suas exponunt. Privil. concessa ab Eduardo reg. Angl. habitatoribus Salvet. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 658: *Volumus quod Inbanna et projecta et domorum stillidicia, fenestras et antefenestras, quæ sunt ante mercatum, sint liberæ burgensibus, quorum fuerint dictæ domus.*

◊ **INBASTARDIRE**, Degenerare, Ital. *Imbastardire*, Gall. *s'Abatardir*. Serm. Gabr. Barel. in festo S. Steph.: *Italia... Inbastardita dicitur, quia degeneravit a bonis moribus.*

◊ **INBASTUM**, [Gallice *bât*: « Pro uno Inbasto pro equo qui portavit Christi corpus. (Mandat. camer. apost. f. 28. oct. 1458.) »]

◊ **INBAXIATOR**, Legatus, in Comput. ann. 1383. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 51. col. 2. Vide supra *Imbaxiator*.

◊ **IN BENE**. Capitula Caroli C. tit. 21. cap. 2: *Vobis sic merere possimus, sicut antecessores nostri vestris antecessoribus In bene meruerunt, etc.* Phrasis Gall. *Meriter en bien.* [\* Utitur Seneca lib. de Beat. vit. cap. 9.]

◊ **INBENEFICIARE**, [Prædium in beneficium dare. Lambeciani Annal. Franc. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 120: *Primores itaque Marchenses, qui fuerunt Italici regni... Regi se præsentaverunt, sed præsumptuose se Inbeneficiari ultra modum jactantes, omnes capti sunt.*] Vide *Beneficium*.

◊ **INBLADARE**, [Sementem facere, *Bladum* terræ committere, Gall. *Emblaver.*] Vide *Bladum*.

◊ [« Quando dicta terra erit *Inbladata* frumento seu debuerit *Inbladari.* (Chart. Lingon. in coll. Campan. B. N. t. 152. n. 11. an. 1307.) »]

◊ **INBOIARE**, [Compedibus vincire.] Vide *Boia*.

† **INBONITAS**, *Malus animus*, in Glossis Sangerman. MSS.

◊ **INBOSCA**, **INBOSCATA**, *Insidiæ*, Gall. *Embuscade*. Comput. ann. 1383. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 54. col. 2: *Pro videndo si erat Inboscata gentium armorum, etc.* Instr. ann. 1384. ibid. pag. 68. col. 2: *Inde animalia, tam per falsas Inboscas quam alias deraubando.* Vide supra *Inbosca*.

◊ **INBRACCATUS**, *Bracis* seu femoralibus vestitus. Chron. Danic. incerti auctoris ad ann. 1389. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. Mss. pag. 114: *Hic (Albertus rex Sueciæ) videns femineum principatum Daniæ, multis contumeliis reginæ ejus Margarethæ illatis, vocando eam regem Inbraccatum, juravit, non se gesturum caputem, priusquam illi scepra Daniæ adimeret.*

† **INBREMATA**, *Ornamenta vasorum*. Glossar. vet. Sangerman. MS. num. 501.

◊ **INBREVIARE**, [In *Breves* redigere, describere. *Cætera, ut super Inbreviatum est, concessit*, in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 5. Rursus occurrit apud Marten. tom. 7. Collect. Ampliss. col. 13.] Vide *Brevis*.

† **INBREVIATIO**, Descriptio in *Brevi* seu schedula. Bern. Ord. Cluniac. part. 1. cap. 14: *Si quando festiva Inbreviatio est agenda, non agitur in illa minori tabula quotidiana, sed in alia proprie ad festivitates deputata. Fit etiam apud nos alia Inbreviatio non inutilis... scilicet ut qui servierunt in coquina, omnes per ordinem conscribantur, ne forte per oblivionem contingat, ne quisquam frequentius quam alii eo officio gravetur.*

† **INBREVIATURA**, ut *Inbreviatio*; vel etiam id quod pro *Brevibus* obtinendis, vel actis in *Breves* redigendis solvebatur. Charta Stephani I. Comitis de Sancerro ann. 1152. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 703: *Census denariorum et frumentum... decimam arietum, quinque solidos de Inbreviaturis, consuetudinem pasnagii et herbagii.* Vide plura in *Brevia*.

◊ Aliud sonat *Embrieffver*, Aliquem nempe per *breve* in jus vocare, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 3: *A quoy icellui Regnault dist au suppliant, jete te vois Embrieffver à Clermont. S'Embrieffver vero, pro s'Amortir, s'êteindre, Exstingui, in Vit. SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 34. r. col. 1: Com li filz au prevost la cuida touchier (S<sup>te</sup> Agnes) la clartez s'Embriève en lui. Ubi Acta ejusd. Mart. tom. 2. Jan. pag. 352. col. 2: *Irruens in ipsum lumen, priusquam vel manu eam contingeret, cecidit in faciem suam, et præfocatus a diabolo, expiravit.**

† **INBRICARE**, Tegere. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS.: *Inbrico*, *καλυπτρίζω*.

◊ Hinc vox *Imbrinqué*, Practicis nostris etiamnum nota, teste Pr. de Mazaugus, pro re intricata, obscura et difficili: inde etiam vel ab *Embrum*, ut supra in hac voce dictum est, nostrum *Embrunchier*, Tegere, operire, involvere. Charta ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 26: *Il estoit si Embrunchié de son chaperon, que on ne le congnoissoit pas.* Vide supra *Embrum*.

◊ **INBRIGATIO**, Difficultas, molestia, lis. Charta Yoland. de Lezign. comit. March. et Engolism. ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 175: *Promittimus ipsos et successores suos ab omni impedimento, inquietatione, perturbatione, Inbrigatione, ..... immunes facere.* Vide *Briga* 1.

◊ **INBROCCARE**, [Transfigere.] V. *Broccæ*.  
\* **INBROCCATUM**, [Gallice *étouffe brochée*: « Paramentum unum album de *Inbroccato* albo cum duabus cortinis et uno copertorio cum frangiis deauratis. (Inventar. rer. forr. pal. apost. 10. oct. 1461.) »]

† **INBRUCLUM**. Vide *Inburuchum*.  
**IMBRUTUS**, *Imprudens, sine sensu, sine*

*intelligentia*. Glossæ antiq. MSS. [\* *Imbrutus*, ex Papiâ. Vide in hac voce.]

† **INBUCUM**, Infundibulum, Gall. *Entonnotr*, Ital. *Ombuto*, Hispan. *Embudo*. Inventarium ann. 1341. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Item unum Inbucum magnum et aliud parvum, unam estivam de fuste, item foratam unum cum ystono*. [\* Provincialibus *Embud*. *Imbutum*, eadem notione, in Macri Hierolex. ex Victor. de Persecut. Vandal.]

**INBULLARE**, [Sigillare.] Vide *Bulla*.

**INBURSARE**, *In bursa reponere*. Ugutioni: nostris *Embourser*. [Concilium Salisburg. ann. 1456. apud Hansizium tom. 2. Germaniæ sacræ pag. 503: *Habentes enim duas partes decimarum, duas etiam partes novalem in gravamen partium animarum sibi Inbursare non verentur*. Hoc est sibi sumunt, ut solent qui pecuniam in bursa sua seu loculis recondunt. Vide *Imbursare*.]

**INBURUGLUM**, **INBRUCLUM**. Gloss. Gr. Lat. MS.: *Ἐμβούλουλον*, *Inbrucum*. Editum *Inburuculum* habet. Meursius in Auctario libri de Gloria cap. 32. et in Gloss. v. *Βουπιγος*, putat, nescio an vere, sellam esse equestrem, quæ scilicet *burici* dorso aptatur. Aliis est involucrium. Vide Glossarium mediæ Græcitatatis.

† **INCENIARE**, *Stupere, cessare*. Gloss. Isid. *La Cerdâ* legit: *Incenare*, ut primo sit *ἔδειπνον εἶναι*, deinde quia ex jejuniodelirium, *Stupere*. Sic et ante hunc Gebhardus in Crepundiis. Grævius.

\* **INCENIUM**, Donum, munus, pro *Encenium*. Vide in hac voce. Stat. Montis-reg. pag. 64: *Caveant dicti domni vicarius et iudex, ... ne ultra eorum ordinata salaria, a quavis persona exigant vel acceptent... aliqua munera vel Incœnia*. Vide infra *Incennium*.

† **INCESA**. Vide *Incisa*.

\* **INCALATIONES**, [Invocationes. *Festus*.]

\* **INCALATIVE**, [Vocative. *Festus*.]

**INCALCARE**, Quærere. [Persequi, Ital. *Incalzare*.] Fori Oscæ ann. 1247. sub Jacobo I. Rege Arag.: *Si aliquis homo fuerit intersectus in castro, vel villa Infanctonis, ... homines ipsius villæ vel castri tenentur Incalcare illum, et esorcium facere, quod capiant eum, et reddant bajulo Regis*.

† **INCALLARE**, Callo obducere. *Carnem indurare et Incallare*, apud Vegetium lib. 2. de re veterin. cap. 27. Italis *Incallire*. Hinc

† **INCALLITUS**, Callo obductus. Miracula B. Gregorii Vernaculi. tom. 1. Maii pag. 539: *Statimque genu extendit, paulo post pedem Incallitum movit, et paulatim crus totum*.

\* **INCALLEGARE**, Vendere. Stat. Genuens. lib. 6. cap. 10. pag. 155: *Non possit aliquis fideicommissarius, executor, administrator, tutor vel curator emere neque Incallegare, per se vel interpositam personam, rem aliquam, licet mobilem, fideicommissariæ, tutelæ seu curæ*.

\* **INCALO**, [Invoco. *Festus*: *Incalanto*, invocanto.]

† **INCALUMNIATUS**, Liber a *Calumnia* seu ab omni juris actione. Charta Sigeri Castellani Gandensis ann. 1217. apud Miræum tom. 2. pag. 1213: *Nos ergo id, quod in prædictis nostri juris esse putabamus, Incalumniatum relinquentes, liberum ab omni vexatione dimittimus. Vide Calumnia*.

† **INCALZUS**, Persecutio, cum victor hostem fugientem insequitur, ab Italico *Incalzare*, Insequi. Regimina Paduæ ad ann. 1320. apud Murator. tom. 8. col.

434: *Disconfitissus fuit dictus dominus Canis, et fugit usque ad Montem Silicem cum maximo Incalzo filii domini de Gualser, semper sequendo cum sociis suis usque ad dictum castrum Montissilicis*.

† **INCAMARARE**, Adulterare. Dicitur de quibuslibet mercibus fallacibus et fucosis. Statuta Massil. lib. 5. cap. 21: *Ne a vera aliqua Incamarentur sive sophisticatedur. Constituitur ut nemo possit vel audeat in Massilia Incamarare, seu sophisticatedare, aliquod avere cujuscumque sit generis et materiei; et quicumque hoc fecerit puniatur ad arbitrio Rectoris, vel Consulium. Ad dentes insuper quod tres probi homines statuatur, ad arbitrium quorum fiant caricæ averorum, quæ vehentur in Franciam, et qui cavere debeant ne possit ibi fieri aliqua Incamaratio, vel sophisticatedio: et si prædicti tres homines non poterint interesse dictis caricis faciendis, quod possint fieri ad arbitrium duorum ex eis, et qui debeant judicare a vera, cum dubitaretur, an essent Incamarata. Vide Incameratus 1.*

**INCAMATATUS**. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 7: *Indiget præterea dictus exercitus, quod ex istis navigiis antedictis aliqua sint Incamatata seu barbotata, tali modo, quod homines prædictorum non timeant lapides machinarum. Forte incamerata*.

† 1. **INCAMERATUS**, Adulteratus. Statuta Massil. lib. 1. cap. 38: *Nullus audeat afferre in Massilia herbas Incameratas, seu mixtas; imo illæ quæ apportantur, apportentur in Massilia mundæ... Nullus blanquerius audeat de cætero emere herbas Incameratas, seu mixtas, vel de eis operari. Ibid. cap. 40: *Et quod teneantur dicti corraiterii sui officii sacramento non vendere, nec vendi facere, nec barattare aliqua vera Incamerata; et si alicubi in Massilia talia vera sic Incamerata sciverint, teneantur hæc manifestare illis duobus probis hominibus, qui erunt constituti a communi Massiliæ super averis Incameratis. Vide Incamarare*.*

† 2. **INCAMERATUS**, In camera seu cubiculo habitans, inclusus. Vide locum in *Forcaria*.

† **INCAMISIATUS**, Indutus *camisia*, seu indusio. Miracula S. Amalbergæ, tom. 3. Julii pag. 111: *Ego templum tuum ad honorem nominis tui, nuda pedes, Incamisiata peregre visitabo*.

† **INCANALIS**, *Via angusta inter montes transgrediens*. Gloss. MS. in Seguer. Cod. Canonum collect. præmissæ. V. *Canalis* 1.

\* **INCANAVARE**, **INCANEVARE**, Idem quod infra *Incannipare*. Vide in hac voce. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 255: *Statuimus quod nullus debeat emere blavam neque vinum causa Incanavandi vel revendendi, excepto ordeo et spelta; et tom. II. pag. 210: *De blado non emendo nec Incanevando, et ubi emendum est bladum*. [FR.]*

\* **INCANCERATUS**, Gangræna infectus, Ital. *Incancherato*, Gall. *Gangrené*, alias *Engriné*. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 207: *Tant par la mauvaise garde dudit Willaume, comme pour le harle et air du temps, laditte playe porroit estre Engrinée*. Mirac. S. Fiacrii tom. 6. Aug. pag. 616. col. 2: *Quædam mulier habebat mamillam Incanceratam, etc. Vide Incancirre*.

**INCANCIRRE**, In cancrum desinere. Alexander Iatrosophista lib. 2. Passio.: *Si Incancirerint ulcera*.

† **INCANDIDARE**, Candidum facere, lavare, mundare. Jul. Firmicus de Error. relig. profanæ pag. 57: *Maculas Christi sanguis Incandidat*.

† **INCANIGENIA**, *Primigenia*. Papias.

\* **INCANNIPARE**, *In canipam* seu cellam penariam vel vinariam inferre, Gall. *Encaver, mettre en cellier*. Stat. Cadubr. pag. 52. v.: *Item ordinamus... quod nullus homo vel persona forensis... audeat vel præsumat per se vel alium... Incannipare vel Incannipari facere vinum, bladum, oleum, sal, pannum cujuscumque maneriei et conditionis, vel aliqua alia mercimonia in terra Cadubrii, animo et intentione vendendi ipsa ad minutum*.

† 1. **INCANONIZARE**, Approbare. Joan. XIII. PP. apud Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 587: *Annuiamus et collaudamus atque Incanonizamus, ut ad ecclesiam S. Viti et S. Wenceslai Martyrum fiat sedes episcopalis*.

† 2. **INCANONIZARE**, In Sanctorum numerum referre, adscribere, Gall. *Canonizer*. Dissertatio de corpore S. Adalberti, tom. 3. April. pag. 204: *Quem tu dicis Sanctum, adhuc non est per apostolicam sedem Incanonizatus. Missam ejus ut pro defunctis celebramus*.

1. **INCANTARE**, Præstigiis magicis illudere, *Enchanter*. Gloss. Gr. Lat.: *Ἐνέω, Incanto, præcanto*. *Carmina profana Incantare*, apud Lamprid. in Juliano. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 18. § 6: *Si quis Christianus... apostata verit, vel venenum alicui ministraverit, aut Incantaverit, etc.*

**INCANTATORES**. Anianus ad leg. 3. Cod. Th. de Malefic. (9. 16): *Malefici vel Incantatores, vel immissores tempestatum*. Vita S. Præjecti: *Cum nullatenus a medicis vel Incantatoribus medelam consequi valuisset*.

**INCANTATIO**. Fredegar. Epist. cap. 9: *Mummolom factione Fredegunde, cui reputabant filium suum per Incantationem interfecisse, jussit Rex suggillare*.

† **INCANTATURA**, Eadem notione. Index vet. Canonum tom. 3. Concil. Hispan. pag. 7: *De eo quod non liceat Sacerdotibus vel Clericis Incantaturas vel etiam contrarias ligaturas facere*.

**INCANTAMENTUM** ad leniendum dolorem adhibere, apud Ammian. lib. 16. ubi *Lindenbrogins*.

\* Præstigiis, uti ad sanandum licet ex Stat. Mantuæ lib. 1. rubr. 83. ubi alioquin severe prohibentur: *Et per hoc statutum non includatur seu etiam officiat, qui vel quæ prædictas incantationes fecerit ad sanandum vel liberandum aliquem de aliqua infirmitate, et alio modo licito et a jure communi permisso*.

2. **INCANTARE**, Auctionari, sub hasta vendere, [vel locare.] Italis pariter *Incantare, Far Incanti, vender all' Incanto*, nostris *Vendre à l'Encant*. [\* Vide Murat. Antiq. Ital. tom. 2. col. 1230.] Statuta Veneta lib. 6. cap. 63: *Antequam procedatur ad Incantandum aliquam proprietatem, etc.* [Statuta Arelat. MSS. tit. 146: *Castrum Auriculæ non Incantetur, sed Castellani constituantur, et communes habeant in dicto castro tres guachas et septem alios sufficientes cives Arelatis quorum duo sint peyraroni*. Statuta Massil. lib. 1. cap. 53: *Statuimus similiter observandum etiam in eo, qui jus dicti ponderis tunc emerit, vel incantaverit, seu teneret*. Occurrit ibid. lib. 2. cap. 1. lib. 6. cap. 16. apud Ogerium Panem lib. 4. Annal. Genuens. ad ann. 1214. et Marchisium lib. 5. eorund. Annal. ad ann. 1222. etc.] In Charta ann. 1372: *Incantator Gabellæ salis. Vendre à l'Enchantement*, in Assisis Hierosol. MSS. cap. 134. *Mettre à l'Encant*, in Consuetud. Pictavensi art. 428. et Britannica art.

729. Vide Foros Beneharn. Rub. *de forma de far Incant.* [et supra *Encantare.*]

† INQUANTARE, Eodem intellectu. Statuta Arelat. MSS. art. 156: *Inquantatores Arelatis jurent... quod bene et fideliter vendant et Inquantant* (sic) *omnes res que sibi tradite fuerunt.* Occurrit rursus art. 190. et apud Salvaing. de Usu feud. pag. 44.

\* *Incantar*, eodem sensu, in Lit. ann. 1474. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 324. col. 2.

\* INCANTOR, Auctionans, nostris alias *Enchanteur*. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 663. art. 13: *Ipsique consules instituere poterunt corretarios... et Incantatores, quos et quot voluit et volent.* Charta ann. 1340. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 148: *Cou-ratiers, crieurs de vins et Enchanteurs.* *Encanteur*, in Lit. ann. 1373. tom. 5. earumd. Ordin. pag. 682. art. 12.

\* INCANTATOR, Licitator. Stat. datiar. Ripar. cap. 5. fol. 14. r°: *Quilibet Incantator, emptor seu conductor, etc.* Rursum cap. 19. fol. 6. v°: *Item quod dicto Incantatori et emptori dicti datii, etc.*

INCANTATORES, in Charta ann. 1309. in 9. Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ch. 88. ex Tabulario Regio: *Bajuli, Notarii, Servientes, Incantatores, Præcones, et alii Curiales dictarum villarum, etc.* [Statuta Massil. lib. 6. cap. 16: *De officio Incantatoris. Quoniam res mobiles quotidie per licitationem venduntur, et in ipsa licitatione, seu Incantu, multæ fraudes excogitantur... statuimus inviolabiliter observandum, quod nullus Incantator, etc.* Pluries occurrit ibi. Litteræ Johannis I. Regis Franc. ann. 1351. quibus creat Consules in castro de Gleola: *Item, quod Incantator publicus dicti castri valeat et debeat facere proclamationes.* *Inquantator*, in Statutis Arelat. MSS. art. 156.] Huc spectant hæc Exodi cap. 36: *Jussit ergo Moyses præconis voce Cantari, etc.*

ACCANTATORES, Vectigalium conductores, qui vulgo *Firmarii*. In Tabul. Tolosano Camera Comput. Paris. ann. 1289. fol. 87: *Hæc est carta commemorationis de placito, quod habuerunt... pro se et pro cæteris Accantatoribus eorum bonorum hujus urbis Tolosæ ac suburbii, etc.*

† INCANTUM, INCANTUS, INQUANTUS, Auctio, hasta publica, Gall. *Encant.* Statuta Eccles. Cadurc. etc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 731: *Non permittant aliquatenus Sacerdotes in Ecclesiis, vel cimeteriis, choreas fieri, nec dici cantilenas profanas et sæculares, nec edicta, vel Incanta, ibidem induci (indici) per laicos, sive banna.* Passim occurrit *Incantus* in Statutis Massil. lib. 1. cap. 39. lib. 2. cap. 1. lib. 6. cap. 16. Charta ann. 1496: *Per captionem, vendicionem et distractionem omnium et singulorum bonorum eorundem, præsentium et futurorum, quorumcumque prædictorum, bannique, Inquantus et garnisionis duorum aut plurium servientium in bonis et domibus appositionem.* Bley. Instit. pag. 552: *Subhastationes publicas Pragmatici Incantus vocare malunt, a voce forsitan præconis proclamantis licitationes... attollit enim vocem, ita ut eam per modum cantus emittere videatur.* D. de Caseneuve ab *In quantum*, Gall. *Pour combien*, *Incantum* deducit, et ad confirmationem sententiæ laudat Consuetudinem Britannicæ art. 728. ubi: *Ladite maison sera vendue et Inquantée entre lesdits heritiers.* Addit Menagius Arestum Parlamentii ann. 1413: *Tellement que comme à l'In-*

*quant se bailloient lesdites Prélatures.* Horum Scriptorum sententiæ suffragatur Testamentum Johannis de Talaru Card. et Archiep. Lugdun. in Maceris Insulæ Barbaræ tom. 2. pag. 671: *Vendatur ad Inquantum publice, et majus pretium offerenti tradatur. Vendantur ad Inquantum et extinctum candleæ, in Litteris anni 1363. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 626.*

\* INCANTATURA, Officium *Incantatoris*, seu emolumentum ex *incantationibus*. Charta ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 551: *Bassam jurisdictionem loci Agrifolii... dominus noster rex tenebat et possidebat, cum... sergenteria, Incantatura, geolaria, etc.*

\* INCANTUS, Eodem significato. Charta Phil. V. ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 221: *Habeant* (consules S. Pauli in senescal. Tolos.) *Incantum seu Institutionem præconis et incantatoris, cum emolumentis inde percipi consuetis.* *Jura incantus et cridæ*, in Ch. ann. 1332. ex Reg. Cam. Comput. Aquens. *Incantum et bannum*, in Lit. ann. 1368. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 286. art. 6.

† 3. INCANTARE, Injungere, vehementer rogare. Limborch. Sent. Inquis. Tolos. pag. 140: *Incantavit eum, quod non loqueretur alicui extraneo de eis.* Pag. 141: *Incantavit eam, quod nulli revelaret.* Pag. 153: *Incantabat eum, quod esset constans, quia ipse nihil dixerat contra eum.* Pag. 205: *Illos de domo sua Incantavit, ne prædictum hæreticum revelarent.* Et pag. 222: *Fuit similiter Incantatus, ne revelaret eos.* Eodem intellectu vocem *Enchanter* etiamnum usurpant quidam in inferiori Normannia.

\* Monere, denuntiare. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Et dixit quod frater Raimundus Audefredus Incantabat illos de baillia, quod non acciperent cirogriillos; quia præconisatio facta erat, quod nullus caperet cirogriillos sub pena 60. solidorum.* Annal. Victor. MSS. ad ann. 1378. ubi de Romanis pentibus, ut nemo nisi Romanus aut Italicus in Papam deinde eligeretur: *Rogaverunt* (cardinales) *et requisierunt eos* (Romanos) *ut cessarent a requestis et verbis suis hujusmodi, quæ minas expresse sapiebant, et ex quibus etiam impressionem ipsis per eos fiendam vehementer suspicabantur, quam si facerent, eos ex tunc advisaverunt et Incantaverunt, quod si ejus aliquem eligerent, ipse non esset Papa, sed intrusus.* Bonifac. prior major. Cartus in Defens. Bened. XIII. cap. 98: *Nec hoc est detrahere, sed Incantare, instruere, avisare.*

\* 4. INCANTARE, Cantare, legere. Parid. de Grassis Cærem. capell. Papal. MS.: *Quoniam hi decem et novem ordinarii (sermone) Incantati Evangelii currentis expositionem, et in Dei laudem aguntur, sacri vocantur.* [Vide Forcellin.]

\* INCANTATURA. INCANTOR. Vide supra in *Incantare* 2.

INCANUS, Σκαροπόδιος, in Gloss. Gr. Lat. [Vide Forcellinum.]

\* Valde canus apud Laur. in Amalth. Proprie, Cui sparsi per tempora Capilli cani, a σείρω, spargo et ποίος, canus. In quibusdam Gloss. *Incanus, canaster*, teste Kuhnio in Polluc. lib. 4. cap. 19. 3.

INCAPABILIS, [Qui capi non potest seu comprehendit. Suppl. Antiquarii: *Incapabilis, ἀχώρητος, Incomprehensibilis, immensus.* Vetus fidei professio apud Mabillon. tom. 4. Analect. pag. 177: *Ceterum Deitatem invisibilem, inenarra-*

*bilem, Incapabilem, incomprehensibilem confitemur.*] Vide *Capabilis*.

\* Occurrit in Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr. Iren. lib. 4. cap. 37: *Incapabilis visibilem se et comprehensibilem et capacem hominibus præstat.* Charta Ragenfredi episc. Carnot. ex Tabul. S. Petri Carnot.: *Divina autem quia sunt pleraque rationis Incapabilia, admirationis nonnumquam subeunt contemplativa.*

† INCAPARARE, Manus in aliquem injicere, Gall. *Arrêter*, ab Italice *Incaparare* vel *Caparare*, Detinere. [\* Minus recte; ibi enim *Incaparare*, est sibi aliquem devincire, quasi arrhis datis: nam Italis *Incaparare*, proprie Arrhabonem dare sonat. Vide supra *Caparra*.] Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 386: *Immo quantoscumque poterat Incaparare, potius gloriabatur in faciendis injustitiis, ut Bononienses et alios adhaerentes potius perterreret.*

INCAPILLATUS. Anastasius in Gregorio IV. PP.: *Signum Christi habet historiam in modum leonis Incapillatam, cum diversis operibus purissimis aureis pendentibus in catenulis quatuor et unctio uno.*

INCAPITALIS. Gloss. Gr. Lat.: *Ἀπίθαλος, Incapitalis, sine capite.* [\* Legitur in Castigat. ad utrumque Glossar. deest vero in Gloss. editis.]

INCAPITARE, ἐπαγγεσθαι, in Gloss. quasi *in*, vel *a capite incipere*. Nihil est, quod viri docti *inceptare*, restituant. [\* Excerpta: ἐπαγγεσθαι, *insecro, Incapito.* Vide in Amalth.]

INCAPITATUM, Papiæ, sine capite, [in Glossis Sangerm. MSS. *Incapitatus*.]

INCAPPARE, [Cappa induere.] Vide *Capa*.

INCAPSARE, Intra capsam includere, *Enchasser*, apud Jo. de Capella in Chron. Centulensi MS.

INCAPTIBILIS, Incomprehensibilis, apud Baltheram Mon. in Vita S. Fridolini Abb. num. 29.

† INCAPTIVARE, Captivum reddere, in Glossario Barthii ex Roberti Monachi Hist. Palest.: *Qui eam Incaptivaverant.*

\* INCAPTUS, Non captus. Acta S. Andr. abb. tom. 2. Mart. pag. 48. col. 1: *Etenim semel utcumque Incaptus evasisti.*

\* INCAPUTIATUS, *Caputio* seu capitis tegumento tectus, involutus, Gall. *Encapuchonné*. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 266. col. 2: *Et ipse Incaputiatus ac secum commorans et soli Deo vacans, etc.* Hinc *Enchapperonner*, Murum fastigio suo coronare, in Charta ann. 1378. ex Chartul. Latiniac. fol. 224. v°: *Auquel jardin les dits preneurs feront une cloison de pierres et de mortier, Enchapperonné de plastre.*

† INCARARE, ab Hispano *Encarar*, Aspicere. *Incarare versus Boream*, in Charta ann. 1473. ex Schedis Præsidis de Mazaugues.

\* Hinc practicus nostris *Accarar des témoins*, illos cum reo componere, vulgo *Confronter*. Vide supra *Accaratio*.

† INCARAXARE, Vide *Incharaxare*.

† INCARBONARE, vox Italica, Gall. *Charbonner*, Carbone denigrare. Acta S. Fridolini Abbatis, tom. 1. Martii pag. 433: *Superior pars sarcophagi pene tota Incarbonata est; interius erat pannus e gossipio.*

† INCARCATUM DEBITUM, quo quis laborat, ut videtur, *Dettes dont on est chargé*, ab Italice *Incarcare*. Instrum. ann. 1238. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 105: *Respondit comune Massiliæ non prius castra restituere prænomina, quam omnium Incarcatorum fieret solutio debitorum.*



† **INCARCERAMENTUM**, Quod præstat custodi carceris ab incarcerato pro cibo et potu, qui ei subministrantur. Charta Ludovici Hutini Regis Franc. ann. 1315. apud La Faille tom. 1. Annal. Tolos. pag. 63. Probat.: *Cum super eo quod frequenter aliquem capi et incarcerari contingit, causa cognita innocentem seu inculpabilem reperiri, ac nihilominus retineri pro geologia, seu carceragio, et scriptura, peterent ab hujusmodi extorsionibus desistere et cessare, concessimus quod nullus... ad solvendum hujusmodi geologium, seu Incarceramentum, aut scripturam ob hoc factam, aliquatenus teneatur.* Videsis Carcerarium.

\* **INCARCERATI**, Idem qui *Inclusi*, monachi qui in cella privata solitarii degunt. Stat. ann. 1334. apud. Cl. V. Garamp. in Dissert. 1. ad Hist. B. Chiaræ pag. 100. inter not.: *Sorori Incarceratæ apud pontem Levoronis 20. sol. Ravennat.* Testam. ann. 1348. *ibid.*: *Reliquit cuilibet loco dominarum seu Incarceratarum et fraticellorum... 12. den. Ravennat. Incarceratus, in alio ann. 1294. ibid. in Ind. pag. 522. col. 1. Vide supra Carcer 2.*

† **INCARCERATIO**, Jus habendi carcerem. Charta Thomæ Regis Manniæ ann. 1055: *Et quod habeant Incarcerationem, et incarceratorum evasionem, et furcas seu patibulum super terram suam.* [Alias Incarceratio idem est quod Inclusio, Gall. *Emprisonnement*. Vide Ludewig. tom. 6. pag. 124.]

\* A Lat. *Incarcerare*, nostri *Encarcerer* et *Enchartrer* dixerunt. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 32: *Le suppliant a esté de cepuniz et Encarcerer au pain et eave.* Aliæ ann. 1357. in Reg. 91. ch. 68: *Pour le quel fait ledit Perrot fu pris et Enchartré à Cambray es prison de l'évesque.*

\* **INCARCERATUS**, ab. Ital. *Incarcerato*, In carcerem coniectus. Gall. *Emprisonné*. Stat. Nicie inter Mon. Hist. Patr. Taur. tom. II. col. 181: *Quod nullus Incarceratus aliquid solvat pro carceragio, dum tamen in carcere non dormiat.* [Fr.]

† **INCARDINARE**, Episcopum, Presbyterum, Diaconumve in alicujus Ecclesiæ possessionem mittere, eum ibi *Cardinalem* seu proprium Sacerdotem vel ministrum instituire. Litteræ Urbani II. Papæ ad Atrabat. ann. 1093. apud Miræum tom. 1. pag. 76: *Volumus... Cardinalem Episcopum vobis et Ecclesiæ vestræ utilem eligere, et electum per manum Metropolitanæ vestri consecrare et Ecclesiæ vestræ Incardinare studeatis.* Passim occurrit. Vide *Cardinare*.

\* Occurrit ea notione apud Joan. Diac. in Vita Greg. M. lib. 3. cap. 3. in Epist. Hadr. PP. ad episc. Suesione congregatos ann. 867. etc. Hinc

\* **INCARDINATIO**, Eodem significato, in Epist. Atrabat. ad Urb. II. PP. apud Labb. tom. 10. Conc. col. 466.

\* **INCARDIUM**, *Prisciano*, Interior pars seu medullium cujusque rei. Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959: *Incardium, palmæ medulla, corculum*, ex Diosc. apud Laur. in Amalth.

\* **INCARIAMENTUM**, Auctio in licitatione, Gall. *Enchere*, ab *Incarciare*, Liceri. Vide in hac voce. Arest. ann. 1313. in Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 273: *Requirens per Incariamentum hujusmodi sibi tradi firmam prædictam.* Ita etiam leg. puto in Ch. ann. 1371. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 308. col. 1. pro *Incartamentum*. Vide infra *Incarimentum*.

† **INCARIARE**, *INCHARIARE*, Rei alicujus licitationem facere, illius pretium augere, Gall. *Encherir*, Ital. *Incarrire*. Charta anni 1468: *Cum Petrus Charreton acquisierit unam cupatam terræ sitam versus pontem de Moges contiguam terræ Joannis et Petri Barâtier, quæ cupata terræ movet a dominio Desiderii Aubel civis Matisconensis, fuerunt laudimia Incariata et duplicata per dictum Petrum Barâtier contra dictum Petrum Charreton, et ultimo fuerunt Inchariata per dictum P. Charreton; hinc est quod dictus Desiderius confiteatur habuisse dicta laudimia eidem debita ratione dicti acquæstus, scilicet quinque solidi pro qualibet libra, una cum Incariationibus laudimiorum et augmentationibus realiter in 40. sol. Turon. solyis eidem Aubel, de quibus laudimis et Incariamentis ipsum Petrum quitat, et in teneментарium eum recipit, ipsumque investit per præsentem.*

† **INCARIATOR**, Licitator, Gall. *Encherisseur*. Regestum Parlamenti ann. 1483. fol. 69: *Dictarum rerum cridatarum plus offerenti et ultimo Incariatori.* Et apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 642. ann. 1491: *Pro eadem bona eridando et subhastando ac plus offerenti et ultimo Incariatori vendendo et per decretum adjudicando.* Transactio anni 1479. ex Archivo Cartusie de Bassavilla: *Decimæ Turiaci tradentur ad firmam plus offerenti et ultimo Incariatori.* Galli dicimus: *Au plus offrant et dernier Encherisseur.*

† **INCARITATIVUS**, Privatus caritate, apud Lobinellum in Glossario tom. 3. Hist. Paris.

\* **INCARIATUS**, Eodem intellectu. Charta ann. 1397. ex Bibl. reg. cot. 19: *Domum et jardinum hujusmodi cum suis pertinentiis... ad Incariatum... præconizari fecimus.*

\* **INCARICARE**, vox Italica, Onerare. Charta ann. 957. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 719: *Illi vero, qui de villa Lemonta videntur esse, ... vasa eorum ad utilitatem prædictæ olive, quantum opus est, debent dare, seu et simul omnes debent cæteri adjuvare ad Incaricandum, prout necesse fuerit.*

\* **INCARIMENTUM**, Auctio in licitatione, Gall. *Enchere*. Charta Phil. V. ann. 1320. in Reg. Cam. Comput. Paris. ex Bibl. reg. sign. 8406. fol. 103. rº: *Omnes et singule scripturæ nostræ et emolumenta sigillorum nostrorum quæcumque, per subhastationes sollempnes personis idoneis et plus dare volentibus, ad Incarimenta consueta vendantur.* Arest. ann. 1340. 20. Maii in vol. 3. arestor. parlam. Paris.: *Philippus de Pagals fecerat Incarimentum ad monetam prædictam supra dictum Petrum.* Vide infra *Incheria*.

\* **INCARIORAMENTUM**, Eadem notione. Charta Phil. Pulc. ann. 1309. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 383. rº col. 1: *Vobis committimus et mandamus, quatenus dicta molendina nostra ydoneis personis ad firmam perpetuam, proclamationibus super hoc in locis ubi expedit prius, factis deliberationeque præhabita diligentibus, ad competentia Incariamenta tradatis.* A sis livres Parisiis d'Encherissement, in Ch. ann. 1310. *ibid.* col. 2. Alia Ludov. X. ann. 1315. *ibid.* fol. 525. vº: *Quamdã domum... sub licitatione seu Incariamento sollempniter expositam, pro cccx. libris emendam duxerit.* Postmodum dilecto et fideli Petro de Machello cambellano nostro Incarioramentum xx. librarum supra dictam domum tunc temporis offerente, etc. A verbo

\* **INCARIORARE**, Liceri, Gall. *Encherir*. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 113: *In venditionem fecit exponi dictum castrum de Balma cum pertinentiis ejusdem, quæ licet valoris quatuor millium francorum auri vel circa forent, ... attamen nisi ad summam duorum millium francorum posita fuerunt; quamobrem ad manum dalphinalem remanserunt, super quam nemo de patria ausus fuit Incariorare.* Vide *Incarriere*.

\* **INCARIZATIO**, Auctio, licatio. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 703: *Hæreditagia omnia prædicta ... absque alia venditione, proclamatione vel subhastatione aut Incarizatione aliqua... tradantur.*

† **INCARMINATRIX**, [Saga.] Vide *Carminare*.

\* **INCARNABILIS**, *Incarnabilis in carne fit, nam verbum caro factum est*, apud Marium Mercatorem pag. 184. et 239. ed. Baluz.

† **INCARNARE**, *Carnem inducere*, Jo. de Janua; *Encharner*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.

\* Active sumitur, quomodo *Incarnare* apud Italos, pro Carne seu corpore induere, creare, in Vita S. Facundi. tom. 6. Aug. pag. 477. col. 1: *Aliquando per charitatis zelum, ut alter Helias, ascendebat in Deum, et illius charitate accendebatur, cufus inæstimabilis bonitas Filium voluit incarnari et crucifigi, ut redimeret quos Incarnavit.*

\* 1. **INCARNATIO**, Nota chronologica, quæ a Christo incarnato computatur. Charta ann. 1240. in Chartul. Pontiniac. lib. 4. ch. 10: *Quarum (litterarum) Incarnatio talis est: Datum anno Domini 1238. mense Maio.*

\* 2. **INCARNATIO**, *Carnosæ molis in vulva productio*, ex Onomast. medic. apud Laur. in Amalth.

† **INCARNATIO HERILIS**, Dominica, seu D. N. J. C. in Charta ann. 977. Marcæ Hisp. col. 918.

\* 1. **INCARTARE**, Transigere, pactationem facere, Gall. *Passer un contrat; Encarter*, in Instr. ann. 1481. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 345. col. Stat. ann. 1358. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 189. art. 17: *Quod quilibet possit mercari et negotiari et contractu inire ad monetas firmas et stabiles auri et argenti regni Franciæ, quæ cursum habebunt, et ad dictas monetas firmas et stabiles valeant Incartare.*

† 2. **INCARTARE**, etc. Vide *Inchartare*.  
\* **INCARTIO**, *Compedes, impedimentum*, Gall. *Entrave*. Libert. villæ de Bivreyo ann. 1229. in Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 336: *Si armenta reperiantur in vineis absque Incartione, duodecim denarios solvet.*

† **INCASEATUS**, Abundans, uber, pinguis. S. Aug. lib. 9. Confess. cap. 3: *Quoniam dimisisti ei peccata super terram in monte Incaseato, monte tuo, monte uberi.*

\* A Lat. *Caseus*. Vide *Martin*. Lexic. in voce *Mons coagulatus*.

1. **INCASSARE**, Idem quod *Incapsare*, Gall. *Enchasser*. Occurrit in Vita B. Coletæ.

\* *Inclusus*. Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1340. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 8: *Item quoddam altare portatile Incasatum de argento, cum gemmis et esmaldis.* Vide infra *Inchasillare*.

† **INCASSATUS**, Gallice *Enchassé*, in capsam missus. Vita Urbani V. PP. apud Bosquet.: *Reliquiarium aliquorum Sanc-*

torum munitum et *Incastratum* in auro. Occurrit etiam in Vita B. Coletæ.

\* 2. **INCASSARE**, Rumpere, confringere; unde *Incastratura*, Fractura, disruptio. Stat. crimin. Rip. cap. 94. fol. 16. vº: *Quicumque aliquem vulneraverit vel percusserit, Incassaverit vel smaccaverit, etc.* Ibid. cap. 253. fol. 30. rº: *Quicumque insultum aut percussorem seu vulnus, Incassaturam, etc.*

† **INCASSUS**, Vanus, inutilis, irritus. *Incastræ blandimentorum adulationes*, in Actis SS. Maii tom. 6. pag. 30.

† **INCASAMENTUM**, Theca sacrarum reliquiarum, Gall. *Chasse*. Leges Palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. LXXII: *Ad reliquias tam Domini quam Sanctorum tenendas septem Incasamenta haberi ordinamus.*

† **INCASARE**, Includere, Gall. *Enchasser*. Litteræ Petri Cardinalis ann. 1503. apud Stephanotium tom. 10. Fragm. MSS. pag. 255: *Crucem dictum lignum in se habentem situari et Incasari fecimus per aliquem in quadam alia magna cruce de argento. Lapides pretiosi Incasati*, in Charta ann. 1262. vel 1264. apud Acherium tom. 10. Spicil. pag. 190. Vide *Incasare* et *Incastrare*.

\* **INCASATURA**, *Encaveure, enchasseure*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7634. Vide *Incastraturæ*.

**INCASTELLARE**, Vallo munire, ad modum et usum castri aut castelli redigere. Charta scripta ann. 20. Ludovici IV. Regis Franc. in Tabulario Conchensi in Ruthenis n. 6: *Similiter et ipsa roca Priscia, ubi nos et parentes nostri propter gentes nefandas Incastellare consuevimus. Usurpatur autem hæc vox præsertim de Ecclesiis, quæ vallo munitabantur.* [Charta ann. 1270. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 9. col. 2: *Ecclesiam de Magdalena Lugduni Incastellaverant et ad usus redederant sæculares contra Deum et canonicas sanctiones fecerant, etc.*] Otto Frisingensis lib. 7. Chron. cap. 31: *Ecclesiam B. Petri... Incastellare sacrilege et prophanissime non metuunt.* Gervasius Dorobern. ann. 1144: *Qui post mortem patris Ecclesiam Incastellatam retinebat.* Will. Malmesb. lib. 2. Hist. novellæ: *Ecclesiam B. Dei Genitricis de Lindocolino Incastellaverat.* Constitutiones Catalanenses MSS.: *Ecclesias quoque Incastellatas sub eadem pacis et treugæ defensione constituo.* Charta Raymundi Comitis Tolosani: *Item quod Incastella, aut Ecclesias Incastellatas detineo.* Concilium Helenense ann. 1065: *Ecclesias vero illas, ubi Castra fuerint constructa, etc.* Cogitosus de S. Brigida: *Juxta portam interioris Castelli, quo Ecclesia ambitur.* Henricus Huntind. lib. 8. pag. 393: *Monachus avulsis, Ecclesias converterent in Castella.* Vide Basilium Seleuciensem lib. 1. de Vita S. Theclæ Extr. pag. 124. et lib. 2. cap. 17. Vitam Balduini Lutemb. Archiep. Vitremensis. lib. 3. cap. 7. Bohuslaum Balbinum in Hist. Bohem. pag. 299. Bertoldum Constant. ann. 1077. 1091. Appendicem ad Radevicum ann. 1178. Radulfum de Dico ann. 1171. Continuatorum Nangii ann. 1358. Gesta Innocentii III. PP. pag. 107. Edictum Jacobi Regis Aragon. de Pace et Treuga tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 384. Wilharduinum n. 237. Paradinum lib. 3. Hist. Lugdun. cap. 4. Catellum in Historia Tolosana pag. 245. 246. Columbium lib. 2. de Episcopis Vasionensibus num. 41. etc.

Ecclesias porro *incastellare* non semel

vetitum in Conciliis, Lateranensi ann. 1122. can. 12. Avenionensi ann. 1209. can. 6. Budensi ann. 1279. can. 53. Palentino ann. 1322. can. 17. in Synodo Coloniensi ann. 1280. can. 11. Herbipolensi ann. 1287. can. 18. præterea in Statutis Simonis Comitis Montisfortis apud Gallandium de Franco alodio pag. 356. Quintilianus Declamat. 369: *Tecta insubeuntes et sacra, quin etiam Templorum fastigia desperantium tela sunt. Certum est, omnia licere pro patria.*

**INCASTELLARE**, Castellis provinciam munire, apud Giraldum Cambrensem lib. 1. de Expugn. Hibernia cap. 36.

\* *Enchasteler un héritage*, pro Prædium rebus ad culturam necessariis instruere et illud colere, apud Loisel. in Tract. de Offic. lib. 3. cap. 4. num. 44.

† **INCASTELLATÆ NAVES**, Ad bellum instructæ. Joh. Demussis Chronicon Placentinum apud Murator. tom. 16. col. 503: *In quo navali exercitu erant tunc XXVIII. naves grossæ Incastellatæ, VII. barbotæ et VI. ganzerræ, omnes bene munitæ peditum et balistariorum.*

**DECASTELLARE**, Castellum et munitiones destruere. Ricardus de S. Germano in Chronico anno 1215: *Illis autem abeuntibus, idem Abbas pravo usus consilio, Monasterium munire curavit militibus, etc.* MOX: *Qui præstito sacramento, quod Monasterium Decastellaret, etc.*

† **INCASTELLATIO**, Munitio, castellum. Bulla Clementis VI. PP. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 432: *Et quod Incastellatio Prioratus S. Justi prope Viennam Ordinis S. Augustini per prædictum Dalphinum facta totaliter dirueretur, et custodes dicti Dalphini existentes in eo abinde amoverentur omnino.* Rursum occurrit infra.

† **INCASTELLATURA**, Eadem notione. Concil. Avenion. ann. 1209. can. 6. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 613: *Ne quis... Ecclesiam Incastellare præsumat et attentet, immo Incastellatas, videlicet totam Incastellaturam, et quidquid infra cimiterium edificatum est, ad arbitrium diocesanorum Episcoporum quam celerius poterit ad diruendum jubemus.*

**INCASTRATURÆ**, apud Interpretem Biblior. Exodi cap. 26. v. 17: *In lateribus tabulæ duæ Incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur.* Adde cap. 36. v. 22. 24. ubi Græcus Interpres, ἀκρωτικῶν, habet. Papiæ, *Incastraturæ* dicuntur *Tabularum compaginations.* Idem: *Ancones, Incastraturæ, uncini.* Rursum: *Aspidicæ, uncini, Incastraturæ, fimbriæ, catenulæ.* Alio loco: *Antro-niscus, Incastraturæ.* Rectius Glossæ Isidor.: *Anconiscus, Incastraturæ*, (sic legendum pro *Incastrare*) [vel *Incastare*, ut apud Grævium.] Græcis enim ἀκρωτικῶν, est, ut ait Will. Brito in Vocabul. MS.: *Incastratura, incavatura lignorum, per quam sibi mutuo copulantur, scilicet in extremitatibus asserum runcinatorum, et dicitur castratura, quod in ea quasi in castro uniuntur ligna et muniuntur.* Glossæ MSS.: *Incastratura, conjunctio, vel conglutinatio.* Catholicon Armoricon: *Engravade, Gall. Encharneure, Lat. Incastratura.* Historia Translationis corporis S. Marci Venetias, apud Baron. ann. 820. n. 36: *Aperuerunt occulte sepulcrum, quod erat ex marmore, habens veluti Incastraturas per latera in modum capsellæ, per quas tabula desuper erat inducta.* [25 Virgil. Grammat. pag. 85: *Videtur mihi hæc pars orationis, quæ conjunctio vocatur, similis esse Incastraturis quibusdam et nexuris, quibus vincienda*

quæcumque colligantur molimina, maximeque tabulorum.] *Incastrare* est includere, ἐγκαστρῶν, Græcis recentioribus. [*Incastratus*, Gall. *Enchassé*. Testam. Beatricis de Alboreya ann. 1367. tom. 1. Anecd. Marten. col. 1523: *Item unam crucem argenti deauratam cum lapidibus pretiosis Incastratis in dicta cruce.*] Italis *Incastrato*, est simul conjunctus, compactus, commissus. Historia Belli sacri vernacula MS.: *Et si avoit dedens casune (cisterne) une cuve de marbre bien Encastrée de fors maisieres.* *Excastrare*, apud Cellium, Scribonium Largum cap. 1. et Marcellum Empir.

1. **INCASTRUM**, in Statutis Mediolan. part. 2. cap. 282. 284. Commissura quædam in flumine facta.

† 2. **INCASTRUM**, pro *Incaustum*, Atramentum. Computus anni 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 278: *Item, pro cartis bombicinis... et pro Incastro, gran. xv.*

**INCASTUS**, ἀστυς, in Gloss. Græco Latino, non castus. [Ἀνάγος, in Supplem. Antiquarii.]

† **INCATENARE**, Vox Italica, Gall. *Enchainer*, Catenis vincire, illigare, claudere. Lanfrancus Pignolus lib. 7. Annal. Genuens. ad ann. 1266: *Galeas faceret Incatenari.* Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 152: *Non sinebat gradus sive scalerium apertum dimitti, sed ne illo de nocte uterentur faciebat Incatenari.*

\* 1. **INCATENATIO**, Catenatio. Stat. Genuens. lib. 1. cap. 12. pag. 19. vº: *Non tamen possit fieri interdictum, seu aliqua Incatenatio, vel impedimentum reale de aliquo ligno, galea vel nave, vel alio vase navigabili, etc.*

\* 2. **INCATENATIO**, Jus catenis reum constringendi. Charta ann. 1358. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 408: *Nec sibi liceat facere exercere per se vel per alium... pœnam sanguinis, fustigationis, Incatenationis, ligationis, etc.*

† **INCATESTATUS**, *Incastratus*, Inclusus, Gall. *Enchassé*. Excerptum ex veteri collectione miraculorum patrum in diocesi Magalonsi apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 356: *Dum magister ligno (S. Crucis) Incatestato et firmato vellet signum scindere, subito exinde exiliens cum strepitu nimis ac si sagitta emitteretur de balista, etc.* Vide *Incastraturæ*.

1. **INCATHEDRARE**, [Promovere ad cathedram episcopalem, in Epistola ann. 1408. apud Marten. tom. 7. Amplis. Collect. col. 844. et 848.] Vide *Cathedra*.

\* 2. **INCATHEDRARE**, In possessionem cathedræ professoris mittere. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7634: *Incathedrare, mettre en chaire.* Constit. Carmelit. MSS. part. 1. rubr. 15: *Item ordinamus quod magister regens Parisius, postquam suum successorem Incathedraverit, manere poterit ibi quousque suo immediate successoris alius succedat tanquam magister vacans.*

† **INCATHENARE**, ut *Incatenare*, Catenis ligare. Testamentum Joannis de Plesselo ann. 1394. ex archivo S. Faronis: *Item volo et ordino, quod duo mea brevitaria ad usum Meldensem... Incathenantur in choro Ecclesie Meldensis.*

† **INCATUM**, f. pro *Incaustum*. Regula Monasterii S. Cæsariæ inter Acta SS. Januarii tom. 1. pag. 794: *Capita nunquam altiora ligent quam hoc loco mensuram de Incato fecimus; id fortean est, incausto seu atramento delineavimus.*

† **INCAVATURA**. Vide *Incastraturæ*.

\* **INCAVEARE**, In caveam seu carcerem conjicere. Petrus Cantor in Summa MS. part. 1. de Pœnit.: *De Incaveandis*

a domino Papa. Item queritur de aliquo Incaveando propter enormitatem peccati, si post præceptum papæ, hoc scilicet, Vade in caveam, si evaserit, utrum teneatur redire ad caveam.

\* **INCAVIGIATUS**, Italis Incavicchiato, Connexus, colligatus, Stat. civil. Cumanæ cap. 96. ex Cod. reg. 4622. fol. 155. r°: Et quod similiter non possit... exportare... assides, nec pledas infichatas, nec sternitas, nec Incavigiatus. Guido de Vigev. MS. de Modo expugn. T. S.: Et post hæc conjugatur una assis cum alia cum quatuor axis Incavigiatis fortiter inclavatis.

\* **INGAVILLATIO**, [Per despectum irrisio. Festus.]

\* **INCAUSALE**, Cujus non est causa. Promissio B. Thomæ Mart. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1873: Mala autem Incausalia sunt, nec habent rectum ordinem neque finem. In quantum enim a bono deficiunt, in tantum ad nihil tendunt, et non est in eis nisi privatio boni, quod nihil ponit in re, sicut claudicatio in homine vel equo nihil ponit nisi privationem recte ambulandi.

**INCAUSARE**, [In jus vocare.] Vide Causa.

\* **INCAUSTRUM**, INCLASTRUM, INCLAUSTRUM, Italis Inchiostro, Gallis Encre. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. 1. pag. 87: Et liceat mihi [notario] accipere Incaustrum [Inclastrum '53 '59 '67; — Incaustrum '62], et cartas a comuni necessarias pro meo officio pro scripturis; et tom. II. pag. 205: Item ille qui facit Incaustrum [Inclastrum '52, '59, '64.] non vendat alicui quem sciat deferre, vel deferri facere extra districtum bononie. [Fr.]

**INCAUSTUM**, [Atramentum; Encre de quoi on escript, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.] Tabular. S. Eparchii Inculism. f. 39: Qui in hac cartula proprias cruces fecerunt de succo cauli, quia aliud Incaustum non habebant. [Bernardus Ord. Cluniac. part. 1. cap. 5: Postquam nomen de Incausto scriptum fuerit in femoralibus, ponit ea super eundem arcum, ut per ipsas litteras filium imprimatur. Ibid. cap. 47: Scriptor si Incaustum temperare voluerit, non prohibetur. Statuta Massil. pag. 123: Attendant in super Notarii et alii scriptores, quod de Incausto competenter nigro faciant scripta sua, et præcipue de bono Incausto et nigro scribant cartas, etc. Benedictio Abbatis ad calcem libri Johannis Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 237. edit. 1679: Tunc faciat Abbas cum penna et Incausto crucem in fine cedulæ.] Vide Encaustrum.

† **INCAUTARE**, Cautum reddere, admonere. Leges Palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. XXXII: At vero nobis in mensa comedentibus medicos nostros inibi præsto jubemus assistere, quatenus nos solerter Incautent præcavere a cibis incompetentibus et nocivis. Bonifacius Ferrerius cap. 99. Defensionis Benedicti XIII. PP. dicti, tom. 2. Anecd. Marten. col. 1504: Ecce pono vobis hic verba B. Bernardi qui ad Incautandum Papam Eugenium 4. libro de Consid. ad eundem sic ad litteram dicit, etc. Cap. 106. col. 1509: Durante dicto sacro concilio fuerunt certificati, avisati et Incautati de omnibus. Vide Cautum, Cotum.

† **INCAUTATIO**, Cautio. Ibidem cap. 108. col. 1510: Queratis ergo ab eis, de quo vel super quo petunt informari, post tot avisiones, informationes, Incautiones, etc.

\* **Tutela**, cautio. Charta Ferd. reg. Castel. ann. 1223. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 472: Facio chartam protectionis, Incautionis, absolutiois, confirmationis... monasterio Sancti Spiritus de Abula... Si quis vero hanc chartam infringere, vel in aliquo diminuere præsumpserit... regis parti mille maravelinos Incauto persolvat, etc. Ubi Incauto idem sonat quod propter Incautionis seu tutelæ violationem.

**INCAUTELA**, vulgo Inadvertentia, ex Incautus. Salvianus lib. 6. de Gubernat.: Unus Incautior perit, ne multi per Incautelam postea deperirent. [Nicolaus de Jamsilla de gestis Frederici II. Imp. apud Murator. tom. 8. col. 514: Princeps autem ne per dictum locum angustum Incaute transiret, et posset sibi forsitan ex Incautela evenire periculum, etc. Vide Acta SS. Maii tom. 7. pag. 161.]

\*\* **INCAUTERIARE**, Germ. verschemen, missruchtig machen, ex vet. Glossar. Lat. Germ. apud Haitaus. col. 1352. Infamare.

† **INCAUTIONARE**, pro cautione pignus dare. Instrumentum anni IX. Conradi Regis apud Stephanotium tom. 7. Fragm. MSS. pag. 257: Ego Agninus et uxor mea Incautionamus... curtillum indomnicatum... pro xxx. solidis ad tres annos. Chartul. Matisconense: Incautiono tibi meum curtillum, etc. Terra Incautionata, ibidem.

\* **INCAUXARE**, In capsam mittere, includere, Gall. Enchasser. Inquisit. pro canonizat. Urbani V. PP.: Item dedit ad ecclesiam Montispessulani... brachia SS. Germani et Benedicti, singula in auro et argento, quæ ipse noviter fecerat recludi et incauxari. Vide supra Incassatus.

\* **INCEBRUS**, Fallax, decipiens, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. f. pro Inlecebrus ab Inlecebrare.

\* **INCELABILIS**, Manifestus, nemini incognitus. Lit. Phil. Pulc. ann. 1301. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 142. col. 1: Quamvis per edictum pridem durissemus expresse et specialiter, ad Incelabilem omnium noticiam, etc. Vide Incelatus.

\* **INCELARE**. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641: Incelat, inclamat, arguit.

† **INCELATUS**. Gloss. Græc. Lat.: Άπετρον, Incelatum, inabscondibile.

\* **1. INCELLARE**, In cellam inducere. Stat. ord. Cartus. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 691. col. 2: Recepti ad statutum terminum venientes, si prior absens fuerit et multum remotus, nihilominus a conventu induantur et Incellentur.

\* **2. INCELLARE**, Sella instruere, Gall. Enseller. Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 197. col. 1: Dimittatur unus parvus quichetus... per quem possit exire unus ronsinus Incellatus. Vide Insellare.

† **INCEMENTATUS**, Cæmento nullo consolidatus. Barthius in Glossario ex Baldrich Hist. Palæst.

\* **INCENDARIUM**, Incendium, incensio. Tract. MS. de Re Milit. et mach. bellic. cap. 54: Domicilium ambulatorium portans secum perticas cum caldariis ardentibus unctis tormentina, pice et sulfure bene contritis, et in medio stupa oleo uncta, de quibus fit Incendarium, quod ab aqua non extinguitur, etc.

† **INCENDARIUS**, Pro Incendarius, in Vocabulario Juris utriusque, et in Codice Legum. Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 155.

\* **INCENDATOR**, Incendarius. Consuet. Norm. part. 1. cap. 12. ex Cod. reg. 4651: Debet dux per justitarios... latrones, robatores, Incendatores... capere. Ubi in Gallico, les Ardeurs.

\* **INCENDEFACIO**. [Incendo. Trebell. Claud. 8. Qui carraginem tantam nunc Incendefecit. Ita legit Salmas. Alii incendi fecit, alii incendio affecti.]

\* **INCENDACIO**, Incendium, incensio, Gall. Incendie, alias Encendement, Hisp. Encendimiento. Lit. ann. 1376. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 66: Propter occupationem fortalicii de Paulhe... et Incendiationem hospicioium dicti loci, etc. Charta ann. 1372. tom. 5. earum. Ordin. pag. 566. art. 4: Pour raison de crime de leze-majesté, de murtre, de larcin, d'Encendement et de ravissement, etc.

\* **INCENDIARE**, Incendere, Gall. Brûler, alias Incender. Charta ann. 1361. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 83: Castra insultavit, domos quam plurimas Incendavit, etc. Lit. remiss. ann. 1434. in Reg. 175. ch. 310: Jehan Morel menaçoit de Incender et embraser en feu et en flambe icellui hostel.

\* **INCENDIARIUS**, pro Incendarius, in Bulla Clement. III. PP. ann. 1168. pro Præmonst.: Si episcopus eos infra xl. dies, postquam ei conquesti fueritis, neglexerit emendare; ipsos maleficos, Incendiarios, prædones rerum vestrarum in coabbatum vestrorum collegio excommunicationis (liceat) ferire pena.

**1. INCENDIUM**, in Legibus Malcolm II. Regis Scotiæ cap. 11. in Statutis Alexandri II. Regis Scot. cap. 14. § 2. et in Regiam Majestatem, est unum ex quatuor Placitis Coronæ, et quæ pertinent ad Curiam Justitiarii.

† **2. INCENDIUM**, Febris. Mabill. tom. 4. Annal. Benedict. pag. 363. ex Hildeberto in Vita S. Hugonis Abbat.: Quidam Frater, cum Borboni per sex menses quartana sustinisset Incendia, a S. Patre, qui illuc ex tempore accesserat, sacris jussus interesse mysteriis, epoto post missam vino, in quo lota fuerant Sanctorum pignera, sanitatem recepisse dicitur.

\* **3. INCENDIUM**, Ignis, focus. Charta Will. Norm. ducis ann. 1042. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 542: Donavi decimam eidem ecclesiæ (Cirsiaci) in pasnagiis... Ad do insuper... ligna in luco meo sufficienter ad Incendium ejus.

\* **INCENDORIUM**, Id quo aliquid incenditur. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 42: Notandum est sicut oppidum est focus et ejus intus domus ardens, statim oportet ipsum oppidum bataliari, quia totum oppidum est sub armis, et non possunt oppidanæ stringere ignem et defendere oppidorum moenia... Incendorium intus tangens coconem, etc.

\* **INCENNIUM**, Munus, donum. Comput. ann. 1393. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 124. col. 2: Dicti domini consules ordinaverunt fieri Incennium domini de Montepessulano ibidem missis pro dicto consilio... Rursus infra: Domini consules ordinaverunt facere Incennium domino Petro de Chabrosia, videlicet unum vas vini, etc. Vide Encennium et supra Incennium.

† **INCENSARE**, INCENSARIUM. Vide Incensum I.

\* **INCENSATUM**, Tomaculum. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: Mortayrol, Prov. Incensatum.

\* **INCENSE**. [Vehementer, ardentem.]

Gell. 10. 3. circa med. Odium in Verrem *Incense*, atque acriter, atque inflammantem facit.]

† **INCENSERE**, Locare sub annuo censu. Gall. *Acenser*. Charta anni 1309. de officio iudicaturæ Judæorum, apud Rymer. tom. 3. pag. 141: *Dum tamen officium illud modo non sit in propria manu dilecti et fidelis nostri Arnaldi... set alii Incensetur; ita videlicet quod idem Albertus pro eodem officio, si alii Incensetur, tantum firmam annuam nobis solvat, quantum ille, qui modo illud tenet, pro eodem solvit per annum.*

**INCENSIO**, Morbi species, quem *Erpetam* vocant. Hist. MS. Advectionis corporis sancti Arnulfi Episcopi Turon. Crespiacum: *Sed et multi veabantur eo morbo, qui vocatur Incensio, qui meritis B. Arnulfi restituti redierunt.* Vide *Ardenes*.

† **INCENSIO IGNIS**. Vide supra in voce *Ignis*.

**INCENSIO LUNÆ**. Kalendarium sancti Victoris Parisiensis et aliud Bibliothecæ Regiæ cod. 1445: 6. *Id. Januar. Incensio Lunæ Septuagesimalis*. 8. *Id. Mart. prima Incensio Lunæ Paschalis*. Nonas April. *ultima Incensio Lunæ Paschalis*. 8. *Id. April. prima Incensio Rogationum*. [Quæ in omnibus fere Kalendaris MSS. leguntur, quoad primam et ultimam Incensionem Lunæ Paschalis.] Ita Luna dicitur *reacendi a Sole*, apud Honorium in *Imagine mundi* lib. 2. cap. 61. 85. [Vide *Accendi*.]

**INCENSITUS**, [Censui obnoxius.] Vide *Census*.

1. **INCENSUM**, Thus dictum, quia igne consumitur, dum offertur, etc. ait Isidorus lib. 4. cap. 12. Gloss. Græc. Lat.: Θυσιαμα, *Incensum*. Glossæ Antiq. MSS.: *Thus, incensum*. Uranius in Arabicis apud Stephanum: *Ἡ γάρ τῶν Ἀδωνίου φέρεται καὶ ὄσπον, καὶ θυμίαμα, καὶ κέρπυλον: ubi θυμίαμα pro thure posuit.* Anastasius Bibl. in S. Sotere, et in S. Bonifacio PP: *Hic constituit, ut nulla Monacha pallam sacramentum contingeret, nec Incensum poneret in sancta Ecclesia. Offerre Incensum, in Libro Sacramentorum Gregorii M. Notitia ann. 1069. apud Sammarthanos in Archiepiscopis Aquensibus: Et omni anno presentem Incensum sanctæ Aquensis Ecclesiæ in die Sabbati sancti, duas libras legales Incensi optimi, et tres libras cere, etc.* [Vetus Sacramentarium Bibl. Stabulensis Monast. ubi de consecratione Ecclesiæ, apud Marten. tom. 2. Itiner. litter. pag. 151: *Deinde ponat tres portiones corporis Domini in confessionem et tres de Incenso, et tunc ponantur reliquiæ in confessionem.*] Occurrit passim. Thurificationis usum in Ecclesia perantiquum probat Menardus ad dictum Librum Sacrament. pag. 195.

**INCENSARE**, Thure adolere, Gall. *Encenser*. Lambertus Ardensis: *Volens ut... lectum eorum thuris et aromatis gummis... Incensaremus*. Leo Ost. lib. 2. cap. 33: *Morsique est singulis annis... per totum Mandati spatium ab Acolitho Incensari*. [Occurrit rursus in Synodo Valentina ann. 1590.]

**INCENSORIUM**, Acerra, thymiamaterium, navicula ad reponendum incensum, apud Leon. Ost. lib. 2. cap. 98: *Thuribula argentea duo... aquamanilia argentea duo, Incensarium de argento unum*. Hic enim distinguitur thuribulum, quod vulgo *Encensoir* appellamus, ab Incensario. *Encensoirs* nostri olim dicebant. Le Roman de Garin MS.:

Et environ vin cierges ont espris,  
Et firent crois et Encensoirs venir.

Alibi:

Cierges comande li Loherans Garin,  
Et fait chandoilles et Encensoirs venir.

[Le Roman de la Guerre de Troyes MS.:

D'un grand toppace riche et clier,  
Tient en sa desirer un Encensier.]

**INCENSARIUM**, Eadem notione. Uguccio: *Thuricremium, Incensarium, quia in eo crematur thus*. Papias: *Thuribulum, Incensarium*, quod Græci θυμιατήριον dicunt. Apud Hariulfum lib. 2. cap. 10: *Incensaria argentea auro parata quatuor*. Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis anno 915: *Incensarios 2. cum catenis argenteis*. [Rituale Autissiodor. ann. 1536. ubi de Benedictione campanarum: *Ponat Sacerdos in Incensario ignem et thimiama, thus et myrram, erigendo clocam supra Incensarium.*

† **INCENSORIUS**, Eodem significato. Breve sacræ suppellectilis ann. 1419. apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 451: *Item duos Incensorios argenti et duas navetas argenti.*

† 2. **INCENSUM**, Vectigal. Charta Ætelbaldi Regis apud Hiccesium Dissert. pag. 62: *Quamobrem ergo Ethilbaldus Rex Merciorum presentibus literis indico me dedisse pro anima mea Aldulfo Episcopo Ecclesiæque B. Andreæ Apostoli, quam gubernat, unius navis, sive illa proprie ipsius, sive cujuscumque alterius hominis sit, Incensum, id est, vectigal, mihi et antecessoribus meis jure regio in portu Londoniæ usque hactenus competentem.*

† In vel ad **INCENSUM VENIRE**, Censui obnoxium esse. Codex MS. Folquerii: *Homines qui faciunt duos dies in anno sunt quatuor. Sunt ibi duo. XIV. veniunt ad Incensum*. Ibid. infra: *Homines XX. qui faciunt in anno duos dies, habet ibi sedilios X. veniunt in Incensum de argento sol. VIII.* [\*\* Guerard. in Glossar. Irmin.: *Incensus, Locatio sub conditione census exsolvendi.*] Vide *Census*.

\* **INCENSUS**, Furore accensus. Charta offic. Autiss. ann. 1338. in Reg. 72. Charthoph. reg. ch. 40: *Item quod satis cito postea... dicta Isabellis fuit Incensa et furibunda; et satis cito postea amisit loquelam.*

\* **INCENTIVA**, Cupiditas, in Gloss. antiq. Vide *Incensivus*.

† **INCENTIVUS**; Effrenatus appetitus, corporis faces, quibus mens incenditur ad cupiditatem. Concil. Dertusanum ann. 1429. cap. 2: *Et si deinceps tertio relapsus fuerit in concubinato notorio, privetur omnibus beneficiis, et alias carceribus affligatur, ut sic ferro exusta vulnera et secata sanentur... taliumque gravis castigationis exemplo mentes teneat et Incentivos comprimat aliorum*. Gloss. Isid.: *Incentiva, Aculei vitiorum; quæ Papias sic exponit: Desideria carnis, stimuli luxuriæ, ab incitando dicta. Incentiva vitiorum dixit Hieronymus* epist. 2. *Incentivum peccaminis Prudentius* Apotheol. v. 929.

\* 1. **INCENTOR**, Præcentor. Vita S. Lietb. tom. 4. Jun. pag. 593. col. 1: *Dum ventum est ad id divini officii, ut ab Incentore dicebatur, Accedite ad eum et illuminamini, etc.*

\* 2. **INCENTOR**, Inventor, auctor. An. Bertin. ad ann. 833. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 195: *Inter quos Ebo Remorum episcopus falsarum objectionum*

*Incensor extiterat*. Agobard. epist. 4. Ibid. pag. 361: *Ac primum ipse scire potes, melior nunquam inter majores nostros et meliores nobis tanti loci vel honoris fuisse, ut aut Incensor discordiarum aut pacis conciliator esse potuerim.*

† **INCENTRUM**, Incitamentum, aut inflammatio, in Glossis Sangerman. MSS. n. 501. f. legendum *Incendium*, vel *Incensivum*.

† **INCENTURIATA ACIES**, Exercitus cuius centuriæ confusæ simul et permixtæ nullum servant ordinem. Albertinus Mussatus de Gestis Ital. post Henricum VII. Cæsarem lib. 3. rubrica 3: *Lucenses campanarum tinnitibus, magnoque fremitu, ira, metuque pariter advehentibus, Incenturiatis incompeditisque aciebus, lacero agmine ad hostes discurrere.*

† **INCEPIENDIUM**, Fulmentum quo ligna sustinentur, Gall. *Chenet*. Inventar. ann. 1342. MS. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Apud focariam duo Incepiendia, unam saccaginem (sartaginem) item unam cassam, unam vigilem, etc.*

\* **INCEPOLLARE**, an idem quod *Interpolare*, miscere? Stat. Perus. pag. 53: *Si quis Incepollaverit vinum alienum, vel vastaverit scienter in vegete vel tina, solvat pro banno libras decem.*

**INCEPS**, pro *Deinceps*, [Festo.] Utitur Thwroczius non semel, pro quo *deinceps* restituit Corrector, uti Editor monet. [Invenitur adjectivum apud Apuleium lib. 3. Florid. De Incipiti.]

\* **INCEPTIO**, Infulæ doctoralis adeptio, seu actus, ut vocant, quo quis ad doctoris gradum promovetur, in Instr. ann. 1462. apud Boul. tom. 2. Hist. Univers. Paris. pag. 685. et tom. 5. pag. 858. Vide infra *Incipere* 2.

† **INCEPTUM**, Inceptio, initium actionis. S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 1. cap. 63: *Si serius post Inceptum lectionis intraverit. Ciceroni Inceptum, Consilium est seu molitio, Gall. Entreprise.*

\* *Encommencement*, eodem intellectu, in Serm. S. Bern. laudato tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 181: *Nos faisons ui, chier freire, l'Encommencement del Avent, etc.*

\* **INCEPTUS**, Institutio. Charta Roricon. episc. Laudun. ann. 973. ex Charthul. S. Vinc. ch. 5: *Melcalannus venerabilis abbas monasterii S. Vincentii... sapissime nostram postulavit mansuetudinem et sibi catervæque sub se positæ, quæ ad duodenarium monachorum numerum Inceptu nostro bonorumque hominum adiutorio exceverat, tale præberemus subsidium, etc.*

\* **INCERROYRATUS**, Vox incertæ lectionis et notionis. Terrear. castel. d'Ibois in Reg. 24. Charthoph. reg. fol. 140. vº: *Vitalis Pontz debet sex sextaria mixturæ pro quodam molendino... Et solebat esse Incerroyratus supra Petrum Salzedo ad summam duodecim sextariorum bladi. An pro Inchieratus? Vide infra Inchiementum.*

\* **INCERTITUDINALITER**, Incerto. Testam. Rob. reg. Sicil. ann. 1343. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1103: *Fragilitate transfusa misere Incertitudinaliter dormivit, etc.*

\* **INCERTITUDO**, a Gallico *Incertitude*, Instabilitas, inconstantia. Testam. Galt. episc. Carnot. ann. 1234: *Nos considerata hujus vitæ Incertitudine, volentes nobis in futurum præcavere, dum adhuc essemus in bono statu, etc.*

\* **INCERTO**, [Incertum, seu dubium reddo. Plaut. Epid. 4. 1. 18.]

† **INCESA**, Concædes, Gall. *Abatis d'ar-bres*. Vide *Cesa* 1. et *Incisa*.

\* **INCESSABILIS**, Æternus; de Deo dicitur apud Burcard. Argent. in vita Alex. VI. PP. pag. 8: *Ut ipse Deus Incessabilis verus testis est*. Pro Continuo, in Epist. 43. Nic. I. PP. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 493: *Incessabilis cura, etc.*

† **INCESSABILITER**, ut *Incessanter*, in Libello Episcoporum Italiae contra Ellipandum, tom. 3. Consil. Hispan. pag. 98.

**INCESSANTER**, Continuo, *Incessament*. Utitur lex 28. Cod. Th. de Cohort. (8, 4.)

† **INCESSARE**, Non cessare, apud Ludewig. tom. 5. pag. 400.

\* **INCESSERE**. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641: *Incessit, incuravit*. Infra: *Incurvavit, incessit*.

† **INCESSERIUM** THURIBULUM, pro *Incensarium*, vel *Incensorium*, in Testamento Beatricis de Alboreya Vicecomitissæ Narbonæ anno 1867. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1523.

\* **INCESTARE**, *Despucceller, i. violer, corrumpre nonain, ou sa parente, ou vierge*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

**INCESTIVA**, Conjugia incesta, in Capitulis Caroli M. lib. 5. cap. 158. [\*\* 810.]

\* **INCESTRIA**. Charta Petri de Fenolito ann. 1229. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 337: *Trado vobis D. Nunoni Sancio... totum castrum meum de Fenolito... justitias, firmancias, aiguas, exorchias, Incestrias, excadutas, etc.* Leg. forte *Intestrias*, qua voce bonorum, qui intestati decedunt, significari possunt. Vide *Intestatio*.

† **INCHARACTATUS**, Inscriptus, impressus, ab ἐνχαράττειν, Imprimere, insculpere. Joan. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. tom. 2. Maii pag. 244: *Qualitatem nummorum imaginemque et superscriptionem, qua Incharactati sunt, conspicio*. Vide *Charaxare*.

**INCHARAXARE**, ex Gr. ἐνχαράττειν, Perforare, aperire. Apicius lib. 6. cap. 5: *Agitabis jus apio viridi et nepata, ovem Incharaxas et perfundis*. Apollonius: *Juvat autem hæc Incharaxatio in oculis diuturno facta rheumatica passione*. Idem: *Oportet etiam et per ipsa loca patientibus fieri Incharaxationes*.

\* **INCHARIMENTUM**, Auctio in licitatione, ut supra *Incarimentum*. Memor. C. Cam. Comput. Paris. fol. 51. vº: *Die xiiij. Aug. 1349. Johannes Crolleboys cepit ad firmam officium defuncti Johannis d'Angivillers in castelleto et dedit denarium Dei pro iij. lib. Paris. ad Incharimentum consuetum*. Vide infra *Incherimentum*.

† **INCHARIRI**, Carius fieri, Gallice *Encherir*. Item hoc anno quando sal incepit *Inchariri*, apud Rymerum tom. 3. pag. 685.

1. **INCHARTARE**, [INCARTARE, Aliquid scripta charta donare, conferre, in charta describere. Instrum. anni 1085. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Quidquid vendatur aut donetur litteris alligetur, schedulis Incartetur*. Statuta Arelat. MSS. tit. 132: *Statuimus quod Consules, neque Judices, neque Curiales, possint aliquod debitum Incartare, vel libellum facere super bono Communis*. Charta Bertrandi de Baucio Comitis Avellini ann. 1284: *Prout inter bonæ memoriæ dominum Barrahum quondam patrem nostrum, et inter consilium et universitatem Arelatis hæctenus existit Incartatum*. Instrum. 1. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 1: *Donamus*

et *Incartamus in ea ratione dummodo vixerimus usum et fructum habeamus... Si quis vero... contra donatione vel Incartatione ista dicere vel calumpniare voluerit, etc.* Aliud Instrum. ibid. col. 269: *Totum et ad integrum, vel in exquisitum præter hoc, quod Incartatum habui, omnia et in omnibus ad præmeroratam Dei domum S. Vincentii (Matiscon.) suisque Canonicis, sicut supra insertum est, dono, trado, atque transfundo perpetualiter tenendum*. Concil. Hispan. ann. 1215. Anecd. Marten. tom. 4. col. 170: *Adjicientes præsentis auctoritate Concilii, ne viri religiosi sine consensu sui Diocæsani Episcopi possessiones monasteriorum vendant, vel Incartent, sive concedant ad vitam, etc.* Eadem habentur in Concilio Tarrac. anni 1591. Instrum. anni circiter 1040. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Antiquitus valebat datum nec tamen Incartatum*. Statuta Massil. lib. 1. cap. 63. § 3: *Non intelligimus derogare in aliquo illis conventionibus et compositionibus, quæ olim facta sunt et Incartatæ*. Saisimentum Comitatus Tolossæ n. 75: *Et quod in eis habet fidelitatem, et servitium exercitus, et oblias, et retrocapita in mutatione novi domini, et alia jura, sicut sunt Incartata*. Chartular. Matiscon. fol. 117: *Berno Presbyter dat Ecclesiæ Matisconensi quidquid habet in villa Tornaci, præter res quas Incartatas habet; id est, ut coniecto, Res in censum data et in chartis seu terrariis descriptas*. Ibidem: *Dono curtillum præter tres petiolas a sero, quas Incartatas habeo*. Terræ Incartatæ et non Incartatæ, in Sententia arbitrari ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte.] Vide *Charta*.

\* **INCARTARE**, In possessionem per chartam mittere, vulgo *Ensaissiner*. Scacar. ann. 1237. apud Abrincas ex Cod. reg. 4651: *Judicatum quod inquesta fieret, utrum terra quedam fuisse de hæreditate Ricardi de Fonteneto, et idem Ricardus fecerit eam Incartari primogenito suo in præjudicium aliorum filiorum suorum per Ranulphum comitem Bononiæ, qui erat dominus feodi*.

† **INCARTAMENTUM**, Charta, instrumentum. Chartul. S. Petri de Domina fol. 35: *Signum Atenuis, qui hoc Incartamentum scribi iussit*. Testam. ann. 1461. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 726: *Si apud me aut in archivio episcopali Ruthen. reperiantur aliqua Incartamenta seu documenta, quæ concernant domum meam paternam... tradantur dicto heredi meo*.

\* **Enchartrement** nostris, eadem notione. Charta ann. 1366. in vol. 5. aresor. Parlam. Paris.: *Veulent lesdittes parties que tout, c'est assavoir procès, lettres, Enchartremens, escrits, soient en la vertu et estat, qu'estoient avant que se missent en voy d'accord*. Occurrit præterea in Lit. ann. 1404. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 20.

\* **INCARTATIO**, Eodem intellectu. Charta ann. 847. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 361: *Ipsæ locus (Glonna) cum omni suo grege, necnon Incartationibus omnium bonorum hominum, quas ibidem habuerunt, etc.*

† **INCHARTATUS**, Accusatus, apud Hispanos leguleios. Vide in *Charta*.

\* 2. **INCHARTARE**, Carro vehere. Charta ann. 1310. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 212: *In usu et possessione fustes... secum adportant et Inchartandi*. Vide supra *Carreare* 2.

† **INCHARTULATI**, Idem qui supra *Chartulati*, Servi per *Chartulam* manumissi. Greg. Monachi Chronicon Far-

fense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 416: *Insuper Inchartulatos et colonos atque cultores exinde expulit*. Ibid. col. 590: *Item Berardus Episcopus Asculanus fecit convenientiam cum Abbate Berardo de terris, quas manuales laborant ad suas manus, et servi, et libertini, et coloni, et Inchartulati permaneant in hoc Monasterio*.

\* **INCHASSARE**, Intra capsam claudere, includere, Gall. *Enchasser*. Inventar. S. Capellæ Paris.: *Una magna smaragdus quassata per medium auro Inchassata, tres minores smaragdi auro Inchassata, unus rubisus Inchassatus auro*. Item quoddam altare viaticum portatile *Inchassatum argento*. Comput. ann. 1491. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 61. col. 1: *Item Georgio Gallard et Johanni Cauvert pro viaquo ad portandum magnum arborem ad Inchassandum magnam bombardam, etc.* Vide supra *Incassatus* et *Incazare*.

\* **INCHASSILLARE**, Eodem intellectu, nostris *Encassillar*. Inventar. ejusd. S. Capel. ann. 1385. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 7: *Item una magna smaragdo in argento cassata et una parva in auro Inchassillata*. *Huis encassillez*, in Stat. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 243.

**INCHERAMENTUM**, Auctio in licitatione. *Enchere*, in Charta de Præpositura Calvimontis ann. 1205. [Vide *Enchera-mentum*.]

† **INCHERIA**, ut *Incheramentum*. Locum vide in *Pyxis Lombardorum*.

\* Gall. *Enchere*; *Encherie*, in Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 1. vº. *Renchiere*, in Charta ann. 1311. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 394. vº. col. 2. et *Rencherie*, in Lit. ann. 1355. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 680. art. 2. Unde *Incheriare*, Liceri, et *Incheriator*, Auctionans. Charta ann. 1332. in Reg. 68. ch. 2: *Geraldus de Martello fecit quandam dicham sive Incheriam de quatuor libris pro milliari*. Reg. Cam. Comput. in Bibl. reg. sign. 8406. fol. 102. vº: *Quando aliqua vanda Incheriatur, quilibet Incheria est de x. den. in quibus Incheriator habet quartam partem Incheriæ suæ, et rex tres partes residuas, et ultimus Incheriator seu mercator debet totum, cum corpore vendæ*.

\* **INCHERIMENTUM**, Eadem notione; unde *Encheriare*, Gall. *Enchérir*. Lit. Alf. comit. Pictav. ann. 1269. in Reg. 11. Chartoph. reg. fol. 36. vº: *Conveniantur in pacto venditionis, quod ille supra quem Incherizatum fuerit; habeat et teneat in dictis forestis pro pactum habitum in dicta conventionem certum numerum porcorum loco Incherimenti*.

\* **INCHERAMENTUM**, Eodem significato, *Enchierement*, in Stat. ann. 1806. ex Reg. Cam. Comput. sign. *Pater* fol. 166. rº. Hinc *Incheriare*, Liceri, et *Incheriator*, Auctionans. Scacar. S. Mich. ann. 1282. ex Cod. reg. 4653. A.: *De habendo consilio utrum dangeria licentiæ bosci data per dominum regem Inchierabuntur, sicut tertia Inchierari consueverunt, habito consilio concordatum fuit, quod ipsa dangeria possunt Inchierari*. Aliud ann. 1288. ibid.: *De habendo consilio utrum de Inchieramentis, de quibus pars datur Inchieranti, de parte ipsius, sicut de parte dom. regis, decima deducetur*. *Concordatum fuit quod omnes Inchieratores de suis Inchieramentis solvant decimam*. Vide supra *Incarioramentum*.

\* **INCHOANTIA**, Auxilium, adjutorium, virtus. Præfat. ad Lib. ant. Saxon. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 256: *Dei*



omnipotentia atque Inchoantia mirabiliter actum est nuper, ut cunctus populus suæ ditioni (Ludov. Pii) subditus, Theudisca loquens lingua, ejusdem divinæ lectionis nihilominus notionem acceperit.

\* **INCHOIACIO.** Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 465: *Habita in Inchoiacionem rei publicæ dicti loci, et ut in eadem villa degentes minime discederent, etc.* Vox pessime lecta pro *Melioracionem*, quam exhibet Registrum cum abbreviationis nota, quamque hic apprimè convenire nemo non videt.

**INCHORIS.** [Indigena.] Vide *Enchoris*.  
**INCIBARE.** Cibum porrigere, *αὐτὴν*. Vetus Interpres Juvenal. Sat. 10: *Ut pulli hirundinis, quæ pleno ore volat, dum Incibat filios suos.*

\* **INCIBATUS.** Jejunus, cibo abstinens. Vita S. Joan. Laudens. episc. tom. 3. Sept. pag. 164. col. 1: *Multa bidua, multosque similiter singulares dies Incibatam transisse.* Occurrit præterea in Vita Abbon. Floriac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 337.

† **INCIDENS.** Causæ accessio, Gall. *Incident*. Vox practica. Vide *Emergens*.

\* **INCIDENTALITER.** Ital. *Incidentemente*, Gall. *Incidentement*, Obiter. Coron. Angl. Th. *Otterbourne* edit. Hearn. pag. 41: *Et præterea hic sciendum Incidentaliter, quod, etc.*

† **INCIDENTER.** Gall. *Incidentment*, per accessionem. Johan. Sarisber. in Præfat. *Quæ Incidenter dicta sunt.*

\* Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 628. art. 10: *Et alias personas quascumque factum dicti salis exercentes, quamdiu dictum factum exercebunt, principaliter vel Incidenter, etc.*

**INCIDENTIÆ.** Casus, quomodo *Incidens* dicimus. Otto a S. Blasio cap. 12: *Traditionesque Hebraicas cum Incidentiis historiarum notas faciens, etc.*

† **INCIDERE.** Vide *Incisio*.

\* **INCIDERE INSTRUMENTUM,** ut nulum, abrogatumque appareat; quod scissuris in decussem scalpello factis fiebat. Charta ann. 1234. ex Reg. Cencii apud Vir. doct. Garamp. in *Disquisit.* de Sigil. Garfagn. pag. 31: *Et non probabimus dictam pecuniam fore solutam, nisi per hoc Instrumentum cancellatum et Incisum.* Vide *Cancellare*.

\* **INCIDIUM,** pro *Insidiæ*. *Incidio* pensato, Gall. *De quiet apens*, Consulto, ex præparato. Charta offic. Ruthen. ann. 1392. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 58: *Cum nobilis Alardus de Ornan domicellus coram nobis... delatus fuerit, quod Incidio pensato... rectorem de Tolonnaco interfecerat, etc.* Vide supra *Appensatus* et *Impensatus*.

\* **INCIDUS.** [Qui cito cadit. DIF.]

\* **INCILLO.** [Increpo, objurgo, improbo, dictis asperis mordeo. *Voss.* vellet esse ab *Incio*, commoveo. Alii ab *Incido*, concido. *Lucret.* 3. 977.]

**INCIMBILES.** *Nocibiles, vel discordes.* Papias. [MS. Bituric. habet *Incinibiles*.]

**INCIMGLARE.** Charta Waldemari Regis Daniæ anno 1326. apud Pontanum lib. 7. *Rer. Danicar.*: *Si alicubi infra regni nostri terminos naufragium passi fuerint, advocatus noster... ipsorum bona nullatenus impediatur, vel si de ipsis nullatenus Incimclet, quandoquidem ipsa bona personaliter per se vel per alios... valeant de naufragio liberare.* Ubi *Incimclet*, idem valet ac *immisceat*: unde fortean legendum fuerit *immiscelet*. Vide *Misculare*.

\* **INCIMETUM.** Vide supra *Cimetum* 2.

**INCINCTA.** *Pregnans, eo quod est sine cintu, quia præcingi fortiter uterus non*

permittit, Isidoro lib. 10. et nostris *Enceinte*. *Incinta*, apud Jo. Villanum lib. 1. cap. 21. lib. 2. cap. 12. Hist. Miscella lib. 20. extremo pag. 128: *Viri civitatis illius mulierem Incinctam, jamjamque parituram Inciderunt.* Ubi Theophanes, *ἐγκύου*. Le Roman de *Parise la Duchesse*:

Je suis de vous Ançainte, de verté le sachez.

[\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Incincta, Enczaintte, grosse. Enchainte*, in Lit. remiss. an. 1365. Vide infra *Præcincta* 2.]

† **INCINEFACTUS,** In cineres redactus. Commodian. Instr. 41:

Tunc Babylon meretrix erit Incinefacta favilla.

**INCINERARE,** In cineres redigere. Utuntur Saxo Grammaticus lib. 4. initio, Cæsarius Eisterbach. lib. 4. Miracul. cap. 99. lib. 10. cap. 67. Guillelm. Brito lib. 1. 2. 3. 4. Philippus Architenius lib. 6. cap. 3. etc. [\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Incinerare, mettre en cendre.*]

† 1. **INCINERATIO,** Resolutio in cineres, in Diario Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 135. et in Tractatu Engelberti de S. Mariæ virtutibus cap. 26. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 736. *Capitis Incineratio*, Impositio Cinerum in capite feria IV. Cinerum in Constitut. Ecclesiæ Valentiniæ tom. 4. Concil. Hisp. pag. 179.

\* 2. **INCINERATIO,** Sordes ex cinere et pulvere. Vita S. Gandol. tom. 5. Sept. pag. 709. col. 2: *Mandat itaque iterum præsul ut, corpore de Incineratione per venerabilium manus sacerdotum purgato, diligentissime postmodum lavaretur.*

† **INCINIBILES.** Vide *Incimbiles*.

† **INCINTA.** Vide *Incincta*.

\* **INCIOSITAS,** *Insцитia*. Charta Poppon. archiep. ann. 1033. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthheim* pag. 365. col. 1: *Atque non propter aliud hæc prædia eorumque census tamdiu esse sublatum, nisi propter Inciositatem inquisitorum, oblivionemque dominorum.*

† **INCIPARE.** Vide *Incipere*.

1. **INCIPERE.** Vetus Interpres Epistolæ S. Barnabæ: *Qui Incipiebant prædicare*, ubi Gr. τὸς μέλλοντας κηρύσσειν. Alibi: *Quia ipse Incipiebat apparere.* Gr. ἤμελλεν. Et non semel in hac Epistola. Ita Jacobus 2: *Per legem libertatis Incipientes judicari.* In textu Græco μέλλοντας. Hac notione vocem *incipere* usurpasse non semel Interpretrem S. Irenæi, observatum a Jacobo Billio lib. 1. Observ. Sacrar. cap. 33. lib. 2. cap. 5.

\* 2. **INCIPERE,** Doctoris gradum adipisci, apud Boui. tom. 5. Hist. Univers. Paris. pag. 911: *Et sub eodem Incepit seu magisterii gradum consecutus est anno 1409.* Pluries ibi. Hinc *Incipientes* appellantur ibid. pag. 913. doctorali infula donati. Vide supra *Inceptio*.

\* 3. **INCIPERE,** nude, pro Cantum imponere. Acta MSS. capit. eccl. Lugdun. ad ann. 1342. fol. 78. v. col. 1: *Item abilitaverunt ad Incipiendum in choro omnes illos, qui litteras super dicta cappella habent... Dederunt potestatem Incipiendi, prout capellanus perpetuus dictæ ecclesiæ Incipere conseruerunt.* Hinc *Le Commanczant le lettrin* dicitur, qui ad pulpitem cantum imponit. Testam. Franc. ducis Brit. ann. 1449. ex Bibl. reg.: *Une messe cotidienne à dyacre et sousdiacre en tunique et dalmatique, et le Commanczant le lettrin en chappe. Enquemancer, incipere, inchoare, in Testam. ann. 1137. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 159.*

**INCIPIENS,** Discipulus. Auctor Queroli: *Quid ad hæc vos dicitis, novelli atque Incipientes mei? quando hæc discere potestis, etc.*

\* **INCIPIENTES.** Vide supra *Incipere* 2.

† **INCIPIENTIA,** Initium, exordium. Epistola Cæsariæ Arelat. Abbatissæ, tom. 1. Anecd. Marten. tom. 4: *Sicut lætatur Deus in Incipientia conversionis vestræ; ita luget de ea diabolus.* Et infra: *Qui vobis Incipientiam, donare dignetur et perfectionem: quia, non qui cœperit, sed qui perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit.*

\* **INCIPISSO.** [Antique idem est, quod incipio. *Plaut. Capt.* 3. 3. 17. *Maximas nugas ineptiasque Incipisso.* et 4. 2. 22.]

**INCIPPARE.** [Gloss. Isid.: *Incippat, Illudit.* Melius *La Cerda* legit: *Incippat, Includit, καταστρατεῖται.* Papias: *Incipare, Involvere*, videlicet *cippis*. Sunt autem *Cippi*, *Compedes*, Gall. *Ceps*, vel *Carcer* ipse, quoniam qui compedibus vincuntur, includi solent in carcere. *Incipare* igitur idem est quod *Compedibus ligare*, vel in carcerem detrudere. Theodoricus Engelhusius in *Genealogia Ducum Brunsvic.* apud Leibnit. tom. 2. *Scriptor.* Brunsvic. pag. 20: *Ernestus Dux, dum quodam tempore equitaret per Nortem, nihil adversi suspicans, captus est a Henrico de Hardenberch et Incippatus... cumque Hardenberge hoc vindicare vellet, captus est idem Henricus de Hardenberg sedens in equo Ducis capti, et in castrum salis Incippatus.* Vide *Cippus*, [\* et *Haltaus.* Glossar. German. voce *Stocken*, col. 1748.]

**INCIRCA,** *Circiter*, Galli dicunt, *aux environs*, in *Addit. ad Vitam S. Antonini*.

† **INCIRCATUS,** In modum circuli curvatus, in *Onomastico* ad calcem tom. 3. SS. Junii.

\* **INCIRCONSCRIPTUS.** [Incircumscribitus: « *Incirconscriptus, nient com pris.* » (Lex. lat. gal. bibl. Ebroic. n. 28. XIII s.)]

\* **INCIRCUMCISUS,** *Intemperans*, qui flagitiose et libidinosè vivit, Gall. *Debauché*. Charta ann. 1118. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 316: *Ut ecclesiam B. Mariæ in castro Galardone sitam, quam per pecunias a manu laici occupaverant quidam clerici Incircumcisi, Bonevallensi monasterio concederemus... Concessimus eo tenore, ut clerici præbendas suas in vita sua habeant, si caste viverint.*

† **INCIRCUMSCRIPTE,** Non circumscripse, immensum, Gall. *Sans borne.* Vide *Inattingibilis*.

† **INCIRCUMSCRIPTIBILIS,** Qui nullis limitibus circumscribi potest, apud Marten. tom. 7. Collect. Ampliss. col. 324.

† **INCISA.** Alias *Incæsa*, apud Scriptores rerum gestarum et Vitæ Caroli Magni, sunt celsi cæsarum arborum cumuli pro vallo ad arcendos hostes per extrema silvarum exstructi. Ita *Valesius* Notit. Gall. pag. 100. col. 2. Vide *Cesa*.

† **INCISILIS.** *Culter*. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 30. de S. Cyrico: *Fac capitisfragium et uncinos ad oculos evellendos, et forfices dentium, et genufragium et nervorum Incisiles.*

\* Ab *Incidere*, Gall. *Inciser*; *couper*, alias *Ensiser*. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 163: *Lequel Aymeri en tirant à lui Ensisa le petit doy d'icelle Jehanne Dupont de ladite serpe.* Ejusdem originis *Enciraitter*, *Minutatum* concidere, Ital. *Incischiare*. Aliæ ann. 1438. in Reg. 187. ch. 177: *Lesquel*

les escuelles le suppliant Enciraila et mist à pieces.

\* **INCISINUS**, Superfluo. Glossar. Lat. Ital. MS. Leg. Incisivus. Vide in hac voce.

1. **INCISIO**, Idem quod *Tallia*. Charta Henrici III. Imp. ann. 1056. pro Monasterio Sancti Maximini Trevirensis apud Nicol. Zyllesium: *Nullus illorum hospitia seu servitia in curtiis Abbatis aut Fratrum, sive a rusticis violenter exigat, nullus eorum per Incisiones aut petitiones homines gravare.... præsumat*. Charta ann. 1468: *Jus investiendi, destituti, clamores, banna, emendas, aspatgia, Incisionem, etc.* [Charta anni 1112. e Tabulario Rothoniensi: *Alanus Hoelli filius Comes totius Britanniæ... dedit S. Salvatori quamdam consuetudinem.... quæ vulgo Tallia nuncupatur, nos Incisionem nominamus... insuper concessit et in arbitrio et potestate Abbatis sit, ut quotiescumque Comes suos homines Inciderit, hoc est, censum a suis exigat, Abbas suos homines secundum velle suum Incidat, et potestative, ut concessum est, colligat et habeat*. Vide *Incisura* 1.]

2. **INCISIO**, Paulus Diacon. lib. de Gestis Episcoporum Emerit. in sancto Paulo cap. 1: *In spe Dei mira subtilitate Incisionem subtilissimam subtili cum ferro fecit, atque ipsum infantulum jam putridum membratim abstraxit*. *Encis*, dicitur in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. cap. 25. et in Consuetudin. Andegav. art. 44. et Cenoman. art. 51.

3. **INCISIO**, Sectio, Capitulum in Hbris. Gennadius de Scriptorib. Eccles. in Severo: *Scriptis... et Collationem Posthumiani et Galli... habitam in dialogi specie, duabus Incisionibus*. Walafridus Strabo in Præfat. ad Theganum: *Huic opusculo ego Strabo quasdam Incisiones et Capitula inserui*.

4. **INCISIO**, *κόμμη*. Ordo Romanus: *Episcopi omni tempore benedicantur; nunc vero mos est, ut nocturno tempore benedicantur*. Secunda namque Incisione, id est, Lectione sexta, egreditur Pontifex de Ecclesia S. Petri, et ascendit Monasterium S. Martini, etc. Consuetudines Floriacensis Monasterii: *Et 15. Cantica Graduum sub silentio ab unoquoque dicuntur, et post singulas Incisiones ab unoquoque procumbitur ad formas*. Adde Udalicum lib. 5. Consuet. Cluniac. Monast. cap. 5. [et Bernardum Monachum part. 2. Ord. Cluniac. cap. 15.] *Interscissiones*, apud Cassianum lib. 2. de Nocturnis orat. cap. 11: *Et idcirco ne Psalmos quidem ipsos, quos in Congregatione decantant, continuata student pronuntiatione concludere: sed eos pro numero versuum duabus vel tribus Interscissionibus cum orationum interjectione divisos, distinctim particulatimque consummant*. *Distinctiones* dicuntur in Admonitione Synodali antiqua: *Psalmorum verba et Distinctiones regulariter ex corde cum canticis consuetudinariis pronuntiare sciat*. *Pausationes* vocat Synodus Narbonensis sub Recaredo Rege: *Per majores vero Psalmos, si fuerint prolixiores, Pausationes fiant, etc.*

5. **INCISIO**, alia notione. *Signum secunda vel tertia Incisione pulsare*, apud Guigonem in Statutis Cartusiensib. cap. 7. § 5. in Statutis antiq. ejusdem Ordinis. I. part. cap. 41. § 9. cap. 43. § 5.

6. **INCISIO**, Typus nummi, Figura. Anastasius in Hist. Eccles. *Cum Arabes non suscipere Romanorum Incisiones in nummis suis*. Theoph. *χρᾶξις* habet.

7. **INCISIO**, Castratio, apud eundem

Anastasium: *Alios autem... partim suspendio, partim Incisione perdebat*. Ubi Theophanes, *ἀπέτελε*.

8. **INCISIO**, vox Architectorum, de qua Jacobus Gothofred. ad leg. 8. Cod. Th. de Excusat. artifice. (13, 4.)

\* 9. **INCISIO**; Cæso, Gall. *Coupe*. Charta Sigfr. episc. Hildesheim. apud Leuckfeld. in Antiq. Gandersheim. pag. 179: *Prata, pasqua et decem legifimæ lignorum Incisiones, etc.* Vide in *Incisor*.

\* 10. **INCISIO**, Apertura, per quam aqua effluit, incile, Gall. *Coupure*. Charta ann. 1125. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 436: *Primum Guillelmus Incisionem alvei quam fecerat, ita restituit, ut non minus quam antea solebat aqua ad molendinum Bernardi decurrat*.

† **INCISIVUS**, Non in tempore sectus, vel immaturus, vel superfluis, et derivatur ab *Incido*. Horat. in *Odis*:

Ut Gaudet Incisiva decerpens pira.

Et hoc Incisivum potest dici substantive superfluum illud quod inciditur de aliqua materia. Johannes de Janua. Gloss. Sangerman. Lat. Gall. MSS.: *Incisivus Non copēs à temps, non meur, ou superflue; Incisivum, Rongneur*. Fictæ voces ex prava lectione. Legendum *Institivus*, ut apud Horatium editum:

Ut gaudet Insiliva decerpens pyra.

**INCISOR**. [Raimundus Duellius lib. 2. Miscell. pag. 44. in fragmento Chartularii San-Hypolytensis ann. 1263: *Notum sit omnibus præsentem literam inspecturis, quod nos Chunradus judez in S. Ypolito, Hainricus Uurfler, Chunradus Incisor apud portam, Hainricus dictus Hungarus, cives ibidem, interfuimus, vidimus, etc.*]

*Incisores casei*. Statut. Commun. Bonon. ann. 1288. apud Ghirardacum lib. 9. Histor. Bonon. pag. 279: *Sæpe contingit, quod illi, qui ludunt ad azardum in scalis et in platea Communis Bononiæ, et etiam qui caseum Incidunt, iracundiæ calore succensi, contra Deum et matrem ejus ignominiosa verba proferunt, etc.* Infra: *Lusores azardi et bescarizæ, et Incisores casei, etc.* Caupones hic interpretor, apud quos caseus in escam potatoribus datur. [Incisor lignorum, Qui incidit ligna, in Charta ann. 1233. ex Schedis Præsidis de Mazaugues.] Vide *Scissor*.

1. **INCISORIUM**, Orbiculus mensarius, super quo escas incidimus. Gallis nostris seu Gallobelgis, *Tranchoir*. Chronicon Nonantulanum MS. de Institutis et ritibus sub Friderico II. Imper.: *In cœnis vir et uzor una edebant parapside, usus Incisoriorum* [Incisorum mendo librarii apud Murator. tom. 9. col. 669.] *ligneorum non erat in mensis, unus vel duo scyphi erant in mensa, nocte cenantes lucernis aut faculis mensas illuminabant, faculum tenente uno ex suis*. Nam *candelarum de sepo vel de cera usus non erat*. [Extractum computi ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 273: *Pro Incisoribus, parascidibus, salzeris, astis, palis et aliis rebus, etc. unc. XVI. taren. I. gran. XVIII.*] Petrus de Crescentibus lib. 5. pag. 267: *Azerus est arbor satis magna, quæ in Alpibus invenitur, quæ optime convenit cyphis, et parapsidibus et Incisoribus faciendis, et vasculis omnibus, etc.* Ubi vetus Interpres Gallicus: *Est très-bon pour faire hanaps, escuelles, et plateaux, etc.* Adde pag. 279.

† 2. **INCISORIUM**, Ordinatio Humberti II. Dalphini tom. 2. Hist. Dalphin. pag.

313. cap. 2: *Item volumus et ordinamus, quod singulis diebus in prandio serviat nobis pro persona nostra de quatuor panibus albis de bocha, quorum quilibet sit ponderis unius libræ cum dimidia, vel circa, et de octo panibus parvis, quorum quilibet sit ponderis unius libræ, et circa, pro Incisorio faciendõ*. Semel et iterum ibidem memorantur ii parvi panes pro Incisorio faciendõ; necio quo condimento vel minutali cum pane inciso, ut videtur.

3. **INCISORIUM**, Novacula, apud Petrum Cell. lib. 6. Epist. 20. [Instrumentum omne aptum ad incidendum, apud Julianum Pomer. in Præfat. ad librum Ildephonsi de Virgine intemer. tom. 2. Concil. Hispan. pag. 658. col. 2. Sicula, apud Joh. Sarisb. lib. 5. cap. 10.]

† **INCISORIUS**, ut *Incisorius* 1. Ordinatio anni 1340. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 394: *Ipsi namque soliardis in omnibus obediant magistro coquinæ, nec obmittant lavare scutellas et Incisorios et alia vasa coquinæ*.

† **INCISURA**, pro *Incisura*, vel *Scisura*. Privilegia Bolci Ducis Silesiæ ann. 1337. Friburgensibus concessa, apud Ludewig. tom. 6. pag. 41: *Omnes ejus incolæ civilia jura habentes, pannos et stamina non falsificata, cujuscumque valoris et coloris fuerint, licite possint vendere et incidere per ulnas, ulnatim vel integre*. *Extraneis autem forum ibi quærentes debent adducere stamina qualiacumque et vendere sine Incisura, ut fecerunt ab antiquo; id est, stamina sua non possunt incidere per ulnas, sed ea tenentur integra vendere sine ulla divisione, ut satis per se patet*.

1. **INCISURA**, *Tallia*, Exactio: nam nostris *Taille*, idem valet ac *Incisio*. Charta Manassis Comitis Guinensis in Chronico Andreani pag. 356: *Firmiter statuimus, ut nullus... coactivam petitionem seu Incisuram super ipsos instituire... audeat*. Adde pag. 424. [Tabularium Kemperlegiense: *Redditus ipsius terræ... cum Incisura et forisfactis, etc.* Ibidem: *Redditus terræ est Incisura, quæ dicitur Taellid, cum forisfactis et furtis et aliis exactionibus*. Vide *Incisio* 1.]

\* 2. **INCISURA** et **INCISIO**, apud Gromaticos. Vide *Arbor*.

\* **INCITABILIS**, [Qui incitari potest. Gloss. Philox.]

\* **INCITABULUM**, [Idem ac incitamentum. Gell. 15. 2. Fomitum esse quendam dicens, et *Incitabulum* ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagraret.]

\* **INCITAMEN**, Exordium, Gall. *Commencement*. Glab. Rodolph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 24: *Nunc igitur quoniam de priorum gestis aliqua retulimus, ab illo et infra, ut spondimus, anno videlicet millesimo nati cuncta vivificantis Verbi, tertii sumamus Incitamen hujus operis libelli*.

**INCITARE**, Præcipitare. Epistola Bonifacii PP. in Synodo Rom. sub Bonifacio II. apud Holstenium: *Sane, quoniam servandum accusatori locus est, ne audientiam penitus Incitare videamur, etc.*

**INCITI**, dicuntur calculi, qui in ludo scacorum omnino moveri non possunt. Item et homines egentes *Inciti* vocantur, quibus spes ultra procedendi, i. proficiendi, nulla restat. Breviloq. [ex Isidoro lib. 18. Orig. cap. 67. Vox ducta a *ciere* vel *cire*, movere, et particula *in*, quæ vim hic habet privativam. Nota est loquendi formula ad *incitas* redactus: ad

quam videre potes Scaligerum in Appendice ad Conjectan. lib. 6.]

\* 1. **INCIVILIS**, Imprudens, inconsideratus. Vide supra *Civilis*.

\* 2. **INCIVILIS**, Injustus, iniquus, nostris *Incivil*, eodem sensu. Charta ann. 1156. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 560: *Sicut Incivile est, ut homines de rebus suis aliquid facere cogantur invitati, ita conveniens est et juri consentaneum, ut de proprietate sua, quod cui placuerit, sibi facere liceat.* Alia ann. 1462. in Chartul. S. Mart. Augustod.: *Disoient en oultre que ledit mandement estoit Incivil et Incivilement donne par plusieurs causes et raisons.* Vide infra *Incivilliter*.

† **INCIVILITAS**, Rusticitas: *Contigit per Incivilitatem militis*, apud Ammianum lib. 18. cap. 2.

\* Vel Inertia. Hugo Flaviniac. in Chron. Virduin. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 863: *Hic accepta legatione a Pippino per Burgardum Vitzoburgensem episcopum, et Fulradum ipsius Pippini capellanum, de Incivilitate regum ex antiqua Merovingorum stirpe descenditum, etc.*

\* **INCIVILITER**, Injuste, contra jus, nostris *Incivilement*, eadem acceptione. Charta ann. 1318. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 207: *Id factum fuit Incivilliter et injuste, occulte et clandestine;... et tanquam Incivilliter factum, revocatum fuit.* Alia ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 43. col. 1: *Indebite tamen et injuste, nulliter Incivilliter, voluntarie et de facto, etc.* Vide supra *Incivilis* 2.

**INCLAMARE**. Edictum Theoderici Reg. § 145: *Si quis barbarorum tertio competentis judicis auctoritate conventus, et edictis solenniter Inclamatus, ad judicem, cujus præceptione conventus est, venire neglexerit, merito sub discussione causæ sententiam excipiet contumaciæ, etc.* Ubi *Inclamatus edictis*, videtur esse, qui banno publico et judicis auctoritate ad iudicium citatur, quomodo forenses nostri, *Crier à trois briefs jours*, dicunt de reis contumacibus. Ita *Inclamare* usurpat lex 7. Cod. Th. Si certum petatur (2, 27.): *Per intervalla temporis longioris Inclamatus, i. citatus edicto a iudice impetrato, uti viri docti interpretantur.* [Consuetud. Furn. ex Archivo S. Audomari: *Qui vero de nachbrand Inclamatus fuerit, per quinque coratores purgare se poterit, alioquin suspendetur.*]

† **INCLANGORIUM**, Campanile. Sic unica voce scribitur apud Acher. tom. 3. Spicil. pag. 262. in Chronico Fontanellensi; sed divisus vocabus legendum est *In clangorium*. Vide in hac voce.

\* **INCLASTRUM**, INCLAUSTRUM. Vide *Incastrum*.

† 1. **INCLAVARE**, Gall. *Enclouer*, Clavum in equi pedem altius infingere, in Statutis Massil. lib. 6. cap. 77. non semel.

**INCLAVATURÆ EQUORUM**, de quarum cura vide Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 55. et veterem ejus interpretem Gallicum cap. 56. *De diversis Encloueurs et de leur cure*, eodem libro.

\* 2. **INCLAVARE**, a Gallico *Enclaver*, Includere, inserere, committere. Lit. ann. 1359. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 198: *Domano regio ac dicto regno et nobili coronæ Franciæ posuimus, ad junximus, Inclavavimus et applicavimus, etc.* Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Pro facione*

*dictarum portarum quorundam ceporum et faciendi et Inclavandi infradictam granchiam, etc.* Guido de Vigev. Ms. de Modo expugn. T. S.: *Et post hæc conjungatur una assis cum alia cum quatuor acis incavigiatis fortiter Inclavatis.* Vide *Inclavatus*.

† **INCLAVATURA**, Ager vel agri portio in alium incurrens, Gall. *Enclavé*. Charta XI. sæculi [\* pro Monast. Montis-major.]: *Donamus... Ecclesiam S. Johannis cum terra terminata, quæ est in valle quam vocant Luco, cum Inclavatura quæ vadit usque ad claparium.*

† **INCLAVATUS**, Incurrens, inclusus. Donatio Johannis Regis Franc. de Ducatu Bituriæ et Arvernæ facta filio suo Johanni ann. 1361. ex Chartulario Eduensi: *Retentis nobis et successoribus nostris Regibus Franciæ inter alia gardiis Ecclesiarum Cathedralium... et salva gardia cum omnibus bonis ad causam dictæ Ecclesiæ in quacumque parte regni existentibus in Baillivia Bituricensi Inclavatis... infra cujus terminos dictus Episcopus quamplures terras, villas, bona et possessiones habet Inclavatas.* Diploma Johannæ Ducissæ Brabantiæ ann. 1384: *Et tenemus nostrum præfatum hospitale de Postele tanquam locum Inclavatum.* Rursum occurrit in Charta ann. 1290. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 232.

**INCLAUDARE**, Clavum in equi pedem inducere, *Enclouer*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 598: *Et si Inclaudet palefridum Domini Regis, dabit ei palefridum 4. marcarum.*

\* **INCLAUDERE**, Includere. Arest. scar. apud Abrinc. ann. 1236. ex Cod. reg. 4651: *Juramentum gagiatum in assisia de appendiis placiti, potest fieri in placitis vicecomitalibus; sit (sic) maxime quando leges debet in proximo Inclaudere.*

\* **INCLAVELARE**, Clavum infingere. Guido de Vigev. Ms. de Modo expugn. T. S. cap. 2: *Et sic canigia firmiter Inclaveletur, quod nunquam removeatur.* Occurrit rursum infra. Vide *Clavellare*.

\* **INCLAUSTRARE**, In claustro includere. Charta Mariæ de Brab. ann. 1398. in Suppl. ad Miræum pag. 439. col. 2: *Poterit idem decanus capellanum, aut aliam ecclesiæ personam, qui non sit canonicus, pro levioribus culpis per diem unicum Inclaustrare.* Vide mox **INCLAUSTRUM**.

**INCLAUSTRUM**, Claustrum vel ambitus Monasterii, *Enclos*. Vita S. Lietberti cap. 49: *Adificatoque Inclaustrum cum cæteris officinis, etc.* Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. cap. 72: *Factum est autem hoc lignarium... et positum est in Inclaustrum S. Auberti.*

\* Alias nostris *Enclouestre* et *Enclouestre*. Charta ann. 1267. in Chartul. S. Petri Insul. sign. *Decanus, Fourfait ne enfraindre ke on face el moustier saint Pierre ne dedens l'atrie benoit, ne devens leur Enclouestre.* Serm. Mss. sæc. XIV. ex Cod. S. Vict. Paris. num. 18: *I fu uns bons hom de religion... Un jor bien par matin estoit li bons hom assis en son Enclouestre.*

† **INCLAUSURA**, Septum, quo agri includuntur et muniuntur. Litteræ ann. 1509. apud Rymerum tom. 13. pag. 244: *Omnimodas prostrationes, abrutiones, sive permissiones cadendi aliquarum domorum, ac etiam omnimodas Inclausuras aliquarum terrarum arrabiliū et eisdem terras ad pasturam mittendas, etc.*

\* *Enclave*, eodem sensu, in Charta ann. 1312. ex Chartul. S. Mart. Pontisar. fol. 30. v: *Et est assavoir que avesques*

*les heritages dessusdis, il y a une Enclave, qui est tenant ausdites mesons.* *Renclave*, eodem sensu, in Sent. arbitr. ann. 1313. ex Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 53. *Enclastre* vero, pro Loco quovis clauso, etiam ubi grana frumentaria reconduuntur, vulgo *Grange* vel *Grenier*. Lit. remiss. ann. 1446. in Reg. 176. ch. 426: *Cellui Biaurain dist au suppliant que il vouloit avoir une Enclastre en son hostel pour mettre son blé.*

1. **INCLINARE**, Ad servitium repetere, revocare, ad servitium interpellare, in Synodo Remensi 3. can. 19. apud Flooard. lib. 2. cap. 5. in Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 43. in Concilio Valentino III. ann. 855. can. 23. et in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 89. Lex Ripuar. tit. 57. § 1: *Nullatenus eum permitimus in servitium Inclinare.* Marculfus lib. 2. form. 32: *Si quis vero... contra hanc ingenuitatem tuam venire, aut eam infringere conaverit, aut te in servitio Inclinare voluerit, divina eum ultio subsequatur.* Adde form. 28. Charta ingenuitatis apud Will. Hedam in Bernulpho Episcopo Ultrajectensi: *Mundibordem vero vel defensorem alibi non inquiramus, nisi ad supradicti Sancti altare, ad defendendum scilicet, non ad Inclinandum, et ab omni servitio permaneamus liberi atque illæsi stabili lege.* Ita vocem *Inclinare*, pro deprimere usurpat Gregorius M. lib. 1. Epist. 72: *Cognovimus enim eos, fidem velles Christiani nominis Inclinare.*

\* 2. **INCLINARE**, Capite seu corpore inclinato salutare. Chron. Leob. ad ann. 1298. apud Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 876: *Adolfus, magis inconsulte quam ignave pugnans, galea de capite distringitur;... et cum Alberto se cursu rapido vicinaret, Albertum Inclinavit.* Stat. Mss. eccl. Tull. ann. 1497. fol. 60. r: *Spalarius venit et Inclinat eos, quos ad servendum videt esse propitios.* Vide supra *Encliticare*.

**INCLINATI**, Servi. Capitulare 3. ann. 811. cap. 9: *Sunt et alii, qui de ipsa genealogia non debent esse Inclinati, atiamen fiunt propter illam occasionem Inclinati.*

**INCLINATIO**, Salutationis apud Monachos species, quæ soli Abbati debetur. Ingulphus pag. 886. de Priore: *Et quia in medio fratrum rector est eorum, in honore, præter Inclinationes, omnis honor ei et reverentia exhibeatur.*

**INCLINATIO**, Submissio, humiliatio. Epist. Archiepiscopi Bulgariæ, in Gestis Innoc. III. PP. pag. 56: *Multas Inclinationes et magnas preces ad Dominum et gloriosissimum et Cathedralem Apostolicæ sedis, etc.* Ubi perperam editum indignationes. Rectius in alia ejusdem Archiepiscopi pag. 71: *Ipse multas Inclinationes et multas sanitates a me Basilio humili Bulgarorum et Blancorum Primate erga patrem universorum... sanctissimum Papam Innocentium, etc.*

**INCLINATIO ANTE ET RETRO**. Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 2: *Quilibet novitius est instruendus, ut regulariter sciat caput inclinare, scilicet non dorso arcuato, ut quibusdam negligentibus est familiare: sed ita ut dorsum sit summis quam lumbi, et caput submissius quam dorsum: quam Inclinationem nos per usum Ante et Retro appellamus, quia incipit contra Orientem, et finit contra Occidentem.* Hinc formula frequens apud eundem et Bernardum Mon. in Consuetud. MSS. ejusd. Monasterii, *Facere ante et retro, vel facto ante et retro nude.* Vide Eadmerum de Simi-

litudinibus S. Anselmi cap. 9. [\*<sup>2</sup> supra Ante et retro. Glossar. med. Græcic. col. 422. voce Ἐπίκλισις; et Μετανοία col. 917.]

INCLINATIO CUM GYRO, Salutatio apud moniales in usu, quæ gyRANDO fit. Reg. soror. Fontis-Ebr. cap. 48: *Prosternat se lectrix et Inclinatione facta cum gyro sedit in ordine suo.*

\* INCLINATISSIMUS, Humillimus. Lit. senesc. Petragor. ad Phil. Pulc. ann. 1294. in Reg. 2. Olim parlam. Paris. fol. 7. r<sup>o</sup>: *Senescallus Petragoricensis et Caturencensis se recommendatum ad ejus beneplacita ac mandata, cum promptissimo et Inclinatissimo famulatu.* Epist. Monach. B. M. de Josaphat. ad Innoc. PP. ex Tabul. ejusd. Monast.: *Humillimi ac devotissimi orator abbas et conventus monasterii B. M. de Josaphat juxta Carnotum, ordinis S. Benedicti se ipsos Inclinatissimos reddentes ad devotissima pedum oscula beatorum, etc.*

† INCLINATORIUM, Sella canentium in choro. Mabill. in Disquisitione de Cursu Gallicano ex libello supplici Monachorum Fuldensium, in quo ad Carolum M. conqueruntur, quod præ Ratgarii Abbatis duritia ipsis infirmis nec baculum pro sustentatione ferre liceat, nec ad Inclinatorium, quod nos formulam dicimus, morando inhxerere.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Inclinatorium, Enclinouer.* Vide *Forma* 18.

\* INCLINEA, Inclinatio. Constit. monast. S. Petri-mont. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 428: *Illi duo qui invitatorium cantaturi sunt, in medio convenient, et illum usum, qui paulo ante de Inclineis dictus est, observabunt.*

† INCLINIS, Incumbens. Gloss. Isid. Vide *Inclinus*.

† INCLINIUM, Inclinatio. Epistola Gozechini Scholastici apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 392: *Librum autem quem mihi scripsisti... in quo mihi articulos digitorum, oculos et animum, Inclinium cervicis, laborem capitis, immo te totum animo meo insinuasti; in exterioribus meis non invenio unde possim ex æquo recompensare.* Vide *Onomasticum* ad calcem Act. SS. Bened. sæc. 3. part. 1.

\* INCLINIUS, Inclinatus. Constit. laudata in *Inclinea* pag. 429: *Pronuntiatio versiculo, oratio illa Dominica quæ lectiones antecedit, ab Incliniis non dicenda; absque (a qua) inclinatione est dicenda; donec sacerdos Et ne nos dixerit... Fiet oratio Dominica ante omnes alias horas diei, ab Incliniis seu per formas, sicut tempus dictaverit.* Vide *Inclinus*.

† INCLINUS, Cernuus, pronus. Barthius in Glossario ex Anonymi Hist. Palest.: *Per omnia cupiunt effici Turci, et Deum vestrum quem vos Inclini colitis, abnegare volunt.* Antiquæ Consuetud. Canonico. Regul. apud Marten. Collect. vet. Script. part. 1. pag. 307. in 4<sup>o</sup>: *Oratione Dominica ad nutum abbatis seu prioris terminata inchoent Tertiam: fiet autem hæc oratio tam ante istam, quam ante alias horas diei ab Inclinis, seu etiam sub formas.* Occurrit eadem notione in Vita Caroli Boni tom. 1. SS. Martii pag. 195. *Inclinus, Benignus*, in *Onomastico* ad calcem tom. 2. SS. Aprilis.

† INCLITARE, Vide *Inclitare*.

INCLITUS, Integer, totus. Charta Caroli M. in Vita S. Auberti Abbatis Benevent. n. 9: *Et nullis sit deinceps licentia infra prædictos fines aliquam contrarietatem seu molestias partibus inferre præfati Cænobii per Inclitos fines, neque per possessiones, etc.* Chr. Casinense lib. 1.

cap. 49: *Reddidit huic Monasterio Inclitam curtem in loco Patenara.* Lib. 4. cap. 84: *Manifestavit et renuntiavit se de Inclita parte sua de castello Mortala.* Regestum Petri Diaconi Casin. n. 416: *Totum et Inclitum monasterium S. Erasmi.* Vetus Instrumentum, in Vita Gelasii II. apud Cajetanum: *Vendita tota et Inclita ipsa petia de terra nostra.* Vetus Charta Amalfitana apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 394. et 399: *Tradidimus atque confirmamus superscripta plagia Inclitya de Cantu in cantum, etc.* Alia ann. 1178. pag. 410: *In eam enim rationem, ut amodo, et semper Inclitya ipsa prædicta nostra traditione, seu offensione, etc.* Occurrit præterea in Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 674. 685. 686. 689. 690. Vide *Spicilegium Acherianum* tom. 11. pag. 286. [\* et infra *Incritus*.]

\* INCLOTUS, Inclusus, Gall. *Enclave*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1848. ex Cod. reg. 4120: *Storiobella, Gall. chevilles, et sunt quidam nodi Incloti rotæ, qui movent fusum molendini.*

† INCLUDERE, Vide *Inclusor*.

† INCLUNIARI, *Concubium pati, vel per chunes curvari*, Joanni de Janua.

† INCLUSA, INCLUSAGIUM, Vide in *Inclusi*.

\* INCLUS, pro *Incus*. Vide infra in hac voce.

INCLUSI, RECLUSI, ἔγκλειστοί, Theodoro Studitæ. Theophani ann. 17. 25. Constantini Copronymi, [Anonymo Combesiano in Lacapeno num. 27. et Auctori narrationis restitutionis Imaginum pag. 719.] dicuntur Monachi, qui aut prope vicos, vel Cænobia, aut etiam in ipsis Monasteriis, in singulares cellas, ex iis non exiuri, vitæ solitariæ, quam alias consequi non licet, intuitu sese concludunt, ut Deo sibi que vacent: quod genus Monachorum Cassiano Collat. 18. cap. 8. et S. Isidoro in Regula cap. 5. haud omnino probatur, [sed nec Johanni Tzetæ Chiliad. 9. v. 380.] Qui vero ad istud strictioris vitæ genus aspirabant, ad id neutiquam admittebantur, nisi post emeritis labores, et data virtutum monasticarum argumenta, petitamque Episcopi vel Abbatis licentiam, a cujus imperio et potestate propterea non eximebantur, ut est in Concilio Venetico ann. 465. can. 7. Agathensi can. 38. Toletano VII. can. 5. Francoford. ann. 794. can. 12. in Statutis Guidonis Episcopi Prænestini ann. 1202. apud Chapeavillam tom. 2. Hist. Leod. pag. 201. et in Regula Solitariorum cap. 15. Qui denique, ut de Eremitis aiebat S. Hieronym. Epist. 4. *De ludo Monasteriorum egrediebantur milites, quos eremi dura rudimenta non tenerant, qui speciem conversationis suæ multo tempore dederant, qui omnium fuerant minimi, ut primi omnium fierent, quos nec esuries aliquando, nec saturitas superaverat, qui paupertate lætabantur, quorum habitus, sermo, vultus, incessus, doctrina virtutum erat, etc.* Sed et Synodus Trullana can. 41. decernit, ut qui clausuram hanc amplecti volunt Monachi, ab Abbate primum, dein ab Episcopo strictius examinentur, nec tamen statim, sed elapso post anno includantur, hac adhibita lege, ut eis in posterum omnis prohibeatur regressus, nisi id evincat utilitas communis, vel alia quævis necessitas, quod ne sic quidem sine Episcopi benedictione fieri iis licet: cujus quidem istiusmodi Inclusorum egressus ob communem utilitatem exempla produunt S. Audoenus lib. 2. de Vita S. Eligii cap.

29. et Chronicon Fontanellense cap. 11. Alias in Concilio Toletano æræ 684. can. 5. Monachi, qui a clausura præ tædio aut tepore se subducunt, pro spuriiis habentur.

Sed et interdum Abbates ipsi id strictioris vitæ generis amplectebantur, cum interim Monasterii regimen non abdicarent: quod docet vetus Epitaphium Leoniani Abbatis, quod exstat in suburbana æde S. Petri Viennæ: *Epitaphium S. Leoniani. Hic vir sanctitate conspicuus in hac urbe Viennensi Abbas extitit, Sabbaria Pannoniæ ortus, a barbaris captivatus, Gallorum finibus devenit, Augustoduni primum, deinde Viennæ claustrum peculiaris cellæ conclusus, quadraginta plus annis tali ordine Christo militavit, tantæ districtiois, ut pæne vultu omnibus undequaque venientibus ignotus introverit, cum esset verbo doctrinæ multis ad salutem notissimus. Ita ut juxta cellulam quam plurimos Monachos rezerit, Monachos vero, ambitu Monasterii infra urbem inclusos, ad sexagenarium numerum mirabili ordinatione paverit, et disciplinabiliter custodierit.* Inclusorum ejusmodi regulam peculiarem descripsit Matthæus Raderus, et ex eo Hæftenus lib. 1. Disq. Monastic. tract. 8. Disq. 2. Aliam habet Codex Regularum Monasticar. Holstenii tom. 2. pag. 281. *Le Roman du Chevalier au Barisel MS.:*

Il n'èpargnoit ne clerz ne Moines, Enclus, Hermite, ne Canoine.

Ejusmodi Inclusos, κουβουκλειστους appellari apud Pachymerem lib. 12. cap. 2. opinatur vir doctissimus, quod vix putem: cum potius videantur fuisse ex eo Clericorum genere, quos *Capellanos* dicimus: est enim veteribus *Cubiculum*, idem quod *Capella*, ut suo loco docuimus. Vide in *Cubicularius*.

*Inclusorum* vere passim meminere Scriptores, S. Augustin. de Oper. Monach. cap. 23. [Apophtegm. Patrum in Motio num. 2. in Serapione n. 1.] Evagr. lib. 1. Hist. cap. 20. Gregor. M. lib. 4. Dial. cap. 9. lib. 7. Ind. 2. Epist. 54. ubi solitariæ istius vitæ incommoda exagerrat. Paulus Warnefr. lib. 3. de Gest. Langob. cap. 1. Gregorius Turon. lib. 1. Hist. cap. 37. lib. 5. cap. 9. 10. lib. 6. cap. 6. lib. 7. cap. 1. lib. 8. cap. 34. de Vit. Patr. cap. 2. 5. 7. 12. 13. de Gloria Confessor. cap. 86. Aimoinus lib. 3. Histor. cap. 45. S. Anselmus lib. 1. Epist. 37. lib. 2. Epist. 22. Vita S. Poppon. Abbat. cap. 2. n. 46. Vita S. Ayberti n. 11. Sigebert. ann. 1016. 1050. 1058. 1078. Theophanes pag. 367. [Anonymus Combesianus in Lacapeno n. 44.] Concil. Aurelian. II. can. 13. Lamethense ann. 1330. can. 9. Vita Burchardi Episcopi Wormaciensis, Marianus Scotus in Chron. ann. 1068. 1069. Petrus Abbas Cluniac. lib. 1. Epist. 20. Vita S. Leodgarii cap. 5. Vita S. Juniani tom. 1. Hist. Franc. pag. 542. Vita S. Geraldii Abb. Grandisilvæ n. 18. Vita B. Mariani Ratispon. Abbat. num. 15. Simeon Dunelm. de Gest. Reg. Angl. ann. 1063. Continuator Hist. Episcoporum. Virdun. pag. 268. Raulf. de Diceto ann. 996. Petrus Diacon. Casinensis in Miraculis S. Benedicti Casini patris n. 42. Ughellus tom. 5. Italiæ sacræ pag. 424. et alii sine numero. Vide Glossarium mediæ Græcitatibus in voce ἔγκλειστοί, col. 314. [\*<sup>2</sup> Haultaus. Glossar. German. voce *Einvermawern*, col. 375. et Murator. Antiq. Ital. tom. 5. col. 366.]

INCLUSAS etiam Sanctimonialia, quæ id instituti sectatæ sunt, recensent non

paucas Scriptores, Greg. Turon. lib. 6. cap. 29. Dodechin. ann. 1136. S. Brigitta in Revelat. lib. 4. cap. 127. 128. W. Malmesburg. lib. 3. Hist. pag. 112. etc.

**INCLUSA**, **INCLUSORIA**, **INCLUSERIA**, **Ædes**, ubi **Inclusi**, seu **Monachi** degunt: **ἔκκλῆστρα**, in Synodo Trullana can. 41. et apud Theophanem ann. 25. Copronymi, **Incluseria S. Helenæ** Lugduni, cujus mentio in veteri Charta apud Paradinum in Hist. Lugd. lib. 2. cap. 104. **Clusa**, apud Marianum Scotum ann. 1058. 1069.

\* Charta ann. 1365. ex Cod. reg. 5187. fol. 39. v: **Incluso Incluseriæ S. Mariæ Magdalene salutem... Vobis confiteri volentium confessiones audiendi... etiam in et de casibus dicto domino Lugdunensi reservatis, etc.**

† **INCLUSAGIUM**, Eadem notione. Processus de Vita S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 557: **Inclusi in Inclusagio sito prope Rochem-Deriani.**

**RECLUSORIUM**, apud Petrum Damiani in Vita S. Romualdi num. 84. 100. in Vita S. Julianæ Virginis lib. 1. n. 22. in Chr. Belg. M. ann. 1256. in Concilio Avenionensi ann. 1297. can. 1. apud Henric. de Knighton ann. 1392. in Annalib. Colmariensib. ann. 1292. et in Charta ann. 1240. in Hist. Monast. S. Mariæ Suesion. pag. 451.

**CLUSORIUM** in Vita B. Rayneri Solitarii n. 1: **Cum multa devotione et reverentia clausus est in Clusorio juxta ostium majoris Ecclesiæ.** Menardus lib. 2. Observation. id olim in more fuisse docet, ut virorum Ordinis S. Benedicti Monasteriis adjunctæ essent quædam cellulæ: quas **Clusas**, seu **Inclusoria** vocabant, arctiori studio virtutem exercitauris. Quod et testatur Hugo Archidiaconus Turon. de Mirac. in Translatione S. Martini: **Huic juxta Monasterium parvula cellula quietis secretum præstabat, qua se vir sanctus, quia conventus vitabat humanos, per multos annos concluserat.** Præterea descriptio cellulæ retrusionis, quæ habetur in Regula Solitarior. cap. 16. et in Ordine Inclusorium apud Raderum in Bavaria Sancta, ubi sic describitur: **Inclusa, id est, domus Inclusi, debet esse lapidea, longitudo et latitudo in 12. pedes abeat, 3. fenestras, unam contra chorum, per quam corpus Christi accipiat, alteram in opposito per quam victum recipiat, tertiam, unde lucem habeat, quæ semper debet esse clausa vitro vel cornu, etc.**

**RECLAUSI**, Idem, qui **Inclusi**, apud Gregor. Turon. lib. 8. cap. 34. Aimoinum lib. 3. Hist. cap. 45. in Chron. Fontanell. cap. 11. etc.

**RECLUSA**, in Charta Herimanni Episcopi Metensis apud Meurissium pag. 370.

**RETRUSI**, apud Carolum M. de Cultu imag. lib. 3. cap. 31. Sic **retrusionem**, dixit auctor Vitæ sancti Eugendi Abb. num. 5. Vide Leges Wisigoth. lib. 6. tit. 2. § 3.

**INCLUSOR**, **INCLUSARIUS**, Joanni de Janua, et Guillelmo Britoni in Vocabulario dicitur, **qui aliquid includit sicut auri faber, qui includit gemmam in anulo; similiter rusticus, qui includit aliena pecora pro forefacto, secundum Ugutionem.** Glossar. Arabico-Latin.: **Clusor, qui gemmas auro concludit.** Gloss. Lat. Gall.: **Inclusor, qui enclost, ou cleiut.** Sanctus Hieronymus in cap. 24. Hierem.: **Fabros et Inclusores, vel Legis Interpretes atque Doctores debemus accipere, vel artifices Inclusoresque auri, atque gemmarum, quæ apud barbaras nationes pretiosissimæ sunt.** Eddius Stephanus in Vita S. Wil-

fridi cap. 16: **Nec non Bibliothecam librorum eorum omnem de auro purissimo et gemmis pretiosissimis fabrefactam compaginare Inclusores gemmarum jussit.** [Guidonis Discipl. Farfensis cap. 1: **Juxta istam sit disposita alia cella, ubi aurifices vel Inclusores seu vitrei magistri conveniant ad faciendam ipsam artem.**] Sic **Includere** et **Inclusor** sæpius apud veterem Bibl. Interpretem: et auro **clusum, conclusum et interclusum**, passim habet Anastasius Biblioth. pag. 12. 13. 14. 15. 16. 17. etc. Vide **Cataclitus**.

**INCLUSORIUM OPUS**, Aimoinus lib. 2. Histor. Francor. cap. 9: **Quæ omnia cum solido fabricata forent auro, gemmisque ornata opere Inclusorio, etc.** Sugerius: **Quod videlicet vas, tam pro pretiosi lapidis qualitate, quam integra sui quantitate mirificum Inclusorio sancti Eligii Opere constat ornatum, quod omnium aurificum judicio pretiosissimum æstimatur.**

\* Hinc **Enclastre** dici videtur, vel pala quæ includit, vel lapillus seu gemma quæ includitur, in Arest. parlam. Paris. ann. 1321. 9. Maii ex Reg. **Olim: Item unum scrinium de latone, nigallatum de argento cum multitudine de Enclastres, quæ non possunt æstimari. Enclus, pro Includi, inclusus, in Diar. Petri Scatisse inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 3. col. 1: Du xij. jour de Juillet Enclus, jusques au darrein jour d'Avoust Enclus, etc.**

† **INCLUSUM**. Vide in **Inclusi**.  
\* **INCLUSURA**, Locus, ubi concluduntur aquæ, Gall. **Encluse**. Charta ann. 1025. ex Bibl. reg.: **De insulis quæ prope molendinum sunt, sumantur arbores et motæ ad Inclusuram faciendam: quæ quidem Inclusura pro necessitate componentium profendatur.** Vide **Exclusa**.

† **INCLYTARE**, Nobilitare, ditare, illustrare. Agnellus in Vita Johannis Episc: apud Murator. tom. 2. pag. 134. col. 1. **Illi pro ipsorum animabus partem rerum maximam suarum Ecclesiis obtulerunt et Ecclesias Inclytaverunt.** Ricobaldus Ferrar. de partibus Italiæ apud eundem Murator. tom. 9. col. 188: **Deus in eligendo urbis Ravennæ Præsules undecim, columba missa cælitus indice, palam cunctis eam urbem peculiari gratia Inclytavit.** Acta SS. Maii tom. 7. pag. 364. de S. Ferdinando Reg. Castellæ: **Cathedralem Ecclesiam Legionis possessionibus et donationibus inclytavit.**

† **INCLYTUS**. Vide **Inclitus**.  
\* **INCOCTUS**, Incompositus, inordinatus. Chron. Joan. Vitodur. in Thes. hist. Helvet. pag. 1: **Rudi tamen et Incocto sermone, cum faleratis et pompaticis verbis loquendi peritiam et eloquentiam non habeam.**

† **INCENARE**. Vide **Incenare**.  
\* **INCENIS**. [Qui sine cœna est, qui non cœnavit. **Plaut. Cas. 4. 1. 18.** Illæ autem senem **Incenem** extrudere cupiunt ex ædibus.]

† **INCOGITABILIS**, Qui non potest cogitari seu cogitatione comprehendendi. Eucharistiæ Sacramentum dicitur **IncoGITabile**, in Libro de doctrina Novitorum Ord. Grandimont. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1832.

† **1. INCOGNITUS**, Ingratus, immemor beneficii. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majorie. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. LXXI: **Ne simus Incogniti tanti beneficii.**

\* **INCOGNITUS**, Ignarus. Vita S. Columbæ tom. 5. Sept. pag. 625. col. 1: **In forum digrediens, licet Incognita viarum urbis existeret, etc.**

\* **INCOGNOSCŌ**, [Idem quod cognoscŏ, Apud Florid. n. 19. Propius accessit, ut etiam **Incognosceret**, quisnam esset. **Alii fortasse melius leg. ut ne cognosceret.**]

\* **INCOHIBESCO**. [Nullo modo cohibeo, impotens sum ad cohibendum. **Lucret. 3. 445.**]

**INCOHIBILIS**, **Ardor Incohibilis**, qui cohiberi non potest, apud Ammian. lib. 14.

\* **INCOINQUINATUS**. [Immaculatus. **Hier.**]

\* **INCOLARE**, Inserere, conglutinare, Ital. **Incollare**. Guido de Vige. Ms. de Modo expugn. T. S.: **Et sint (assides) taliter firmatæ et insimul clavelatæ et optime Incolatæ, quod aer nec aqua non possit intus ingredi.** Vide **Incollatus**.

† **INCOLATA VESTIS**, Carens collo, cujus superior pars quæ tegit collum abscissa est et amputata. Statuta Eccl. Aduensis ann. 1468. tom. 4. Anecd. Marten. col. 508: **Non sint etiam vestes eorum (Clericorum) a parte superiori nimis excisæ, vel etiam Incolatæ, sicut multi faciunt, ne carnes eorum inverecundæ videantur.**

\* **INCOLLATURA**, [Gall. **Badigeon**: a Pro ejus salario sibi debito occasione **Incollature** octo pillastrum per eum incollatorum in fonte jardini secreti. (Edif. publ. Arch. Vatic. f. 129, an. 1468).]

† **INCOLLATUS**, f. pro **Incollanatus**, ab Italico **Collana**, Catena. Pons interdum catenis ligatur. Chron. Parmense ad 1283: **Facti sunt omnes arcus sive voltæ pontis de galeria, quæ fuerunt numero octo, et Incollatus et planellatus per Dei gratiam, et totus completus.**

† **INCOLORATE**, Colorate, simulate. Epistola Gregorii X. PP. ad Regem Siciliæ, apud Marten. tom. 7. Collect. Ampliss. col. 229: **Verum quia, sicut nobis a dignis fide suggeritur, ipse, nisi treugis tecum initis, quieti sibi ad tractandum de præmissis et securâ tempora concedantur, occasionem assumet et causam ex hoc Incolorate prætetendat hujusmodi recusandi tractatum, etc.**

\* **INCOLATUS**, Commoratio et habitatio incolæ in loco aliquo, apud Laur. in Amalth. Gloss. Lat. Gr.: **Incolatus, ἐνοικησις, παροικία.**

\* **INCOLONUS**, Fermo como colona. Glossar. Lat. Ital. Ms.

**INCOMA**, **INCOMMA**. Gloss. Lat. MS. ex Bibl. Reg. Cod. 1013. et Gloss. Isidori: **Incoma, mensura militum.** Vegetius lib. 1. cap. 5: **Proceritatem tyronum ad Incommam scio semper exactam.** Ita enim in MSS. Codd. scribi monuere Stewechius et Scriverius. Videtur autem **Incommam** fuisse palus quidam mensuralis, in castris ad hanc rem positus, ut ad eum admotis, qui ad militiam deligebantur tyronibus, vel qui sponte ad militiam accedebant, an statura justa ac legitima essent, examinarentur. Est enim **ἔκκομμα**, palus in terram defixus. Hæc Salmasius in Notis ad Lamprid. pag. 199. Eam porro mensuram 5. pedum et semis fuisse colligi potest ex Dositheo lib. 3. ubi quemdam in militiam adscribi postulanti Adrianus Imp. sciscitatus est, **ποῖον μέτρον haberet** cui ille respondit, **πέντε πόδας καὶ ἥμισυ.** Vide Cujacium lib. 21. Observation. cap. 5. Certe Milites non tantum ætate et fortitudine, sed et statura æstatatos palam est apud Frontinum lib. 4. cap. 1. n. 3: **Pyrrhus delectori suo fertur dixisse: Tu grandes elige, ego eos fortes reddam.** Hinc evanescit Rigaltii conjectura ad Agrimensores, qui apud Isido-



rum legendum censet, hæc groma, mensura limitum. Vide *Spatha*. [\* Consule Dissert. quam in hanc vocem edidit D. Joan. Liron.]

¶ ENCOMA, Eadem notione. S. Hieronymus lib. 2. adv. Jovinianum: *Si tollis ordinem tabernaculi Templi, Ecclesie; si omnes qui a dextris sunt, unum, ut vulgo dicitur, Encoma ad militiam probat, nequaquam Episcopi, frustra Presbyteri, sine causa Diaconi sunt.* Sic Marius Victorius in Scholiis ex quinque MSS. restituit hunc locum, de quo dissertatio est in Diariis Trevoltianis. Vide Carolum de Aquino in Lexico Militari, ubi conjicit non castrensem duntaxat mensuram fuisse *Incommam*, sed potius regulam ad multiplicem metiendi usum idoneam: exponitur autem, inquit, tanquam mensura solum castrensis, quia ejus notio ad nos pervenit a Vegetio in re militari.

INCOMARE, ad *Incomam* tyronum statutam metiri. Passio S. Maximiliani ex Edit. Oxoniensi nupera: *Dixit, Fabius Victor Temonarius est constitutus cum Valeriano Quintiano Præposito Casariensi, cum bono Timone Maximiliano filio Victoris. Quoniam probatus est, rogo ut Incometur. Dion. Procos. dixit, Quis vocaris? Maximilianus respondit: Quid autem vis scire nomen meum? mihi militare non licet, quia Christianus sum. Dion. Proconsul dixit: Incometur. Cumque Incomatus fuisset: ex officio recitatum est: habet pedes quinque, uncias decem. Dion. dixit ad officium, Signetur. Cum resisteret Maximilianus, non possum militare, etc. Ubi perperam editum intumetur et intumatus. Neque enim hoc loco intumare est inscribere, quod vult Editor, cum tyrones, non inscriberentur, nisi postquam ad *incomam*, seu *incomam*, essent applicati, id est ad palum, cui insculptæ vel incisæ erant pedum, eorumque partium mensuræ, ex Gr. ἔγκομμα, Incisio.*

¶ INCOMBIUM, pro *Incombrum*. Vide infra in hac voce.

¶ 1. INCOMBRARE, Arboribus excisis viam occludere. Vide Valesii Notitiam Galliarum pag. 100. et supra vocem *Combr*.

¶ 2. INCOMBRARE, Oppignerare. Pactum ann. 1068. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 263: *Item conveniunt inter se, ut de tota ista supradicta honore unus non donet nec Incombrat ullam rem ad nullum hominem. Quem (honorem) abalienaverat aut Incombraverat idem abbas, in Ch. ann. 1117. ibid. col. 398. Vide in *Combr*. Aliud vero sonat vox Gallica *Enchomer*, scilicet Percutere, vulnerare, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 96: *Le suppliant frappa d'un petit coustel Robert le Quien deux coups en hatereau et l'Enchoma à plaie ouverte et sanc courant.**

¶ INCOMBRUM, Impedimentum, oppigneratio. Charta ann. 1092. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 193: *Et in toto isto honore supra scripto non possit aliquis canonicus vel clericus S. Nazarii aliquid Incombrum mittere.* Leg. *Incombrum*, ut in Charta ann. 1105. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 367: *Non possimus aliquid dare, nec vendere, nec impignerare ad ullum hominem vel feminam, neque mittere ullum Incombrum per ullum Ingenium.*

¶ INCOMES, [Sine comite. Festus.]

¶ INCOMITIO, [Incomitari, inquit Festus, significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conventum venire. Plautus: (*Curc. a. 3.*

v. 30.) quæso ne me incomities. Hæc Festus.]

¶ INCOMMELINUS, vulgo *Incommelin*, idem videtur atque supra *Espavus*, Alienigena, extraneus, qui, dimisso proprio domicilio, alio migrat ibique incolit. Charta ann. 1923. ex Cam. Comput. Insul.: *Item et au cas où on mefferoit sur la personne du Comte ou de ses enfants, ... laquelle chose nous declaronz estre entendue des Incommelins en telle maniere, que de tout le droit que nous, ... et que nos devanciers Comtes de Flandres... ont accoutumé à avoir par la cause de ce qu'ils sont Incommelins, soit de main morte, si comme de meilleur kief ou d'autre droiture.... Mais pour ce ne demeure mye que Incommelins ouit francz, de leurs biens, possessions et heritages.... recevront loy, tendront ghysselschep et seront taillables, ainsi comme il a esté accoutumé.*

¶ INCOMINATIO, pro *Comminatio*. Sub *Incominatione* anathematis firmiter inhibentes, ne quis, etc. in Charta ann. 1190. apud Miræum tom. 2. pag. 980.

¶ INCOMITIARE, Johanni de Janua, *Comitium celebrare, vel eligere*, (nempe quod in Comitibus publicis magistratus eligentur apud Romanos) vel *inthrônare*, vel *in comitio et conventu loqui*. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS.: *Incomitiare, Entronizer en Consulat. Feste Incomitiare significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est, in conventum venire, scil. ad dicendam causam. Plautus: Quæso, ne me Incomities. Vide *Comitari*.*

¶ INCOMMA. Vide *Incoma*.

¶ INCOMMODOsus, INCOMMODOsus, Incommodus, damnosus, Gall. *Dommageable, desavantageux*. Supplicat. ann. 1341. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 193: *Quædam alia ordinata et contenta in ipsis privilegiis et libertatibus Incommodiosa aut aliter inutilia eisdem consulibus et universitatibus existant.* Charta ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 247: *Molendina dicti loci de Vauro domino nostro regi in solidum pertinentia, defectu regiminis et reparationis ipsorum... erant penitus inutilia et Incommodosa dicto nostro regi. Hinc*

¶ INCOMMODITER, Incommode, non sine detrimento. Charta ann. 1330. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 834: *Item quod casus frequenter contingebat, quod clerici per curiam de Lautrico capti detinebantur, ex quo universitas de Lautrico Incommoditer interdicta, etc.*

¶ INCOMMODOsus, Homo ægrotans, Gall. *Incommodé*. Vita S. Boniti Episc. Arvern. in Actis SS. Benedict. sæc. 3. part. 1. pag. 92: *Quidam frater Incommodus, nomine Auderamnus, advenit, et ipse Levitam petiit, ut ex Sacerdotis manibus aquam ei ad bibendum præberet; qua hausta salutis pristinae restitutus est. Rursum occurrit ibid. pag. 97.*

¶ INCOMMUNICARE, Alterum possessionis suæ socium et participem facere. Pariagium villæ Magni montis inter Abbatem S. Benigni Divion. et Ducem Burgundie ann. 1160. inter Instrumenta Gall. Christ. tom. 4. col. 180: *Philippus Abbas S. Benigni Divion. per manum nostram (Episcopi Lingon.) laude Capituli sui Incommunicavit Oddoni Duci Burgundie... locum qui dicitur Magnimons, gratia edificandi... Dux etiam Incommunicavit Monachis quidquid in eadem parrochia quolibet modo deinceps adquisierit. Præpositus, vel villicus, sive ministrælus constituentur, vel destituentur, assensu Ducis et Abbatis, et quidquid inde provenerit lucri commune eis erit...*

*Si propter hanc Incommunicationem Ecclesia S. Benigni ab aliquo infestabitur, Dux pro posse suo sopiri faciet et fideliter auxilium feret. Sciendum est etiam quod Duci non licebit jure doni, vel casamenti in aliam manum istud transferre: sed quicumque ducatum Burgundie de hæredibus ejusdem habuerit, ad illum tantummodo Incommunicatio ista transibit. Vide Pariagium in Par.*

¶ INCOMMUNICATUS obire dicitur, qui non sumpto viatico moritur, apud Ordericum lib. 6. pag. 616. Vide *Inordinatus*.

1. INCOMMUNIS, Non particeps. Capitulum. Caroli Calvi tit. 29. cap. 4: *Si seipsum vult aut talibus Incommunem ostendere.*

¶ 2. INCOMMUNIS, Non communis. Charta ann. 1047. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 197: *Una cum terris... paludibus communibus et Incommunibus, ripis, rupinis, etc. Tertul. de Pallio cap. 3: Indumentorum formæ cæteris Incommunis.*

¶ INCOMMUTABILIS, Non commutabilis. Epist. Boson. reg. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 306: *Gratiarum actiones corde et ore rependo, quod, licet immerito, sola vestra benevolentia, per Incommutabilem Dei gratiam, amplecti me visceribus vestris ad liquidum comperio.*

¶ INCOMMUTABILITER, Sine commutatione, Gall. *Immuablement*, apud Glabr. Rodolph. tom. 10. ejusd. Collect. pag. 35. et 36.

¶ INCOMMUTABILITAS, apud Mar. Mercat. pag. 113.

¶ INCOMMODOSUS. Vide supra *Incommodiosus*.

¶ INCOMPARABILIS, Qui tanti pretii est, ut emi non possit, seu comparari. Bernardus de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 217: *Parvi sunt precii homines illi in foro isto, cito autem ad aliud ducentur, ubi Incomparabiles erunt.*

¶ INCOMPARATUS, [Incomparabilis. Inscript. apud Fabrett. p. 421. n. 386. L. Cordio Agatocleti Flavia Vera conjugi Incomparatissimo.]

¶ INCOMPASSIBILITAS, vulgo *Incompatibilité*, dicitur de officiis seu beneficiis, quæ simul ab eodem homine exerceri vel possideri nequeunt. Arest. ann. 1357. 29. Apr. in vol. 4. arestor. parlam. Paris.: *Magister Simon propter Incompatibilitatem dimiserat dictam cantonariam.*

¶ INCOMPASSIO, Ital. *Incompassione*, Commiserationis oppositum. Barel. serm. 2. in Domin. 1. Quadrag.: *Incompassio, vel crudelitas et duritia super pauperes.*

¶ INCOMPASSIVUS, Intolerabilis, incompatibilis, ut supra *Importibilis*. Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. Reg. Franc. pag. 611: *Nos autem animadvertentes maximum dilectionis fervorem, quem nobis iidem supplicantes de facto quamplurimum dicuntur ostendisse, gravamina Incompassiva guerrarum nostrarum occasione innumerabiliter supportando, etc. Nostris vero Impitiis, idem atque Inhumanus, pietatis experts, vulgo Denaturé. Pactum inter Ludov. de Cabilone comit. Tornodor. et Margar. ejus sororem ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 129: *A ce raison et nature et pitie naturelle y esmeuvent et doivent esmouvoir; et qui ne le seroit Impitié et injuste.**

¶ INCOMPATIBILITAS, Dissociatio, distinctio, qua fit, ut alius cum alio non possit decenter sociari. Sixtus IV. PP. ann. 1483. in Bullario Carmelit. pag. 376.

col. 1. arguit dicti Ordinis professores.... minus pensantes vario et distincto colore indutos intra eundem Ordinem in studiis, disputationibus, processioneibus... sine scandalosa populi admiratione convenire, eorumque Incompatibilitatem sibi invicem suffragari non posse.

† **INCOMPENSUM**, Idem, opinor, quod *Compensum*, Præstatio, oblatio, collatio. Chronicon S. Trudonis apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 466: *Igitur Abbas Rodolphus audiens ea quæ Abbates de suo dabant ad vestimenta fratrum, quia cum labore et dolore, et longa prius afflictione eis dedissent, timensque quia id post se posset accidere, uile duxit tam animæ suæ quam fratribus, ut plene ordinaret et denominaret bona ad vestimenta fratrum jam amplius pertinentia, maxime quia fratrum numerus creverat sub eo qui supra Incompensum vestiri non poterat; id est, si bene coniecto, Supra eo, quod ad vestimenta fratrum ab Abbatibus tradi solitum erat et impendi. Vide *Compensum*.*

† **INCOMPERENDINARE**, *Dilatare*. Glossæ Arabico-Latinæ.

† **INCOMPESCIBILIS**, Qui compesci non potest. Dudo de Norman. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 143: *Hinc namque morbo crudescente, cæperunt Northmannicæ urbes metu trepidare, Incompescibilique luctu cælum pulsare.*

† **INCOMPETITIO**, Petitio, postulatio. Præceptum Caroli Calvi ann. 850. pro Abbate Anisolensi postulanti, ut sibi sua confirmaretur Abbatia, apud Marten. novæ Collect. in 4. part. 2. pag. 4: *Ejus (Abbatis) Incompetitionem clementi aure excipientes, hoc scriptum altitudinis nostræ fieri jussimus, per quod secundum preces ejus, eandem iterum cellam secundum Regulam S. Benedicti ab eo gubernandam et commisimus.*

† **INCOMPLACENTIA AERIS**, Illius in temperies, apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Wascon. MSS. pag. 109.

† **INCOMPLEBILIS**, *Insatiabilis*, ἀπληρωτός. Germ. *Incomprehensibilis, instabilis*. Castigat. in utrumque Glossar.

† **INCOMPLETUS**, Imperfectus. Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 600: *Nos tam pium tamque salubre paternæ devotionis affectum Incompletum remanere nolentes, etc. Imperfecta Incompletaque consilia relinquere*, apud Jul. Firm. lib. 5. cap. 2.

† **INCOMPOS**, pro *Impos*, apud Wiltecelum in Miracul. S. Joannis Beverlac. num. 14: *Sui ipsius Incompos.*

† **INCOMPOSITUS**, De cuius morte nulla faciendi est compositio, seu nulla multa persolvenda. Leges Caroli M. [\*34.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 98: *Si vero quisquam in sua superbia adeo contenderit, ut ibidem interfectus sit, Incompositus jaceat; et neque senior neque propinquus ejus pro hoc ullam fidam portet.* Vide *Componere* 2.

† **INCOMPREHENSIBILIS**, Innumerus vel inexplicabilis. Acta S. Januar. tom. 6. Sept. pag. 881. col. 2: *Ex quibus (beneficiis) tria tantummodo istis commendamus litterulis, cætera, quia multa sunt et Incomprehensibilia, fervore potius celebrantur.* Vide supra *Incomplebilis*.

† **INCOMPULSUS**, in chart. ann. 1330. apud Schannat. Histor. Wormat. tom. 1. pag. 66. Passim occurrit.

† **INCONARDI**. Vide *Abbas Conardorum*.

† **INCONBRARE**, Oppignerare. Gall. *Engager, Hypothequer*. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 611: *Quam masuram dictus Radulfus Sejerne maritus meus, dum vi-*

veret, Inconbraverat erga dictos Religiosos. Vide *Combr*.

† **INCONCARE**, seu *Inconchare*, Inconcham vel scyphum immittere. Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. cap. 2: *Ad quamdam de more profectus, cervisiam nimiam Inconcauit.*

† **INCONCESSUS**, Suppositivus, non concessus. Lit. Caroli VI. ann. 1418. tom. 10. Ordin. reg. Franc. pag. 486: *Epistolæ mendaces, legationes falsas, Inconcessa procuratoria scripsere, quibus moliti sunt dulcia pacis federa violare.*

† **INCONCILIABILIS**, ἀδιάλλατος, ex Cod. reg. in Castigat. ad utrumque Glossar.

† **INCONCILIO**, [Contrariam significationem habet τὸ concilio, et significat improbare, inimicum facere, irritare, alienare. *Plaut. Most. 3. 1. 84. Festus* docet, valere etiam, comparare, commendare, idem scilicet, quod conciliare: additque apud antiquos fuisse, per dolum decipere. Quæ postrema interpretatio in postremo allatum *Plauti* locum cadere potest.]

† **INCONDERE**, Condere, reponere. Acta S. Jeron. tom. 3. Aug. pag. 478. col. 1: *Ideoque labores suos manibus pauperum in caelestibus thesauris laborabat Incondere.*

† **INCONFECTUS**, Non complanatus, asper, inæquabilis, Gall. *Raboteux*. Vita S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 204. col. 2: *Spatium vero lectuli sui trabeculæ dolatiles ambiebant, injectos cineres usque ad marginem continentes: qui tamen quotidiana impressione densati, Inconfecti soli duritiam præferebant. Inconfectum solum dici etiam potest, ut moment docti Editores, quod numquam aratro aut ligone versum exercitumve, obterentium pedibus omnino induruit.*

† **INCONFUSIBILITER**, Sine confusione, in Libello Episcoporum Ital. contra Elipandum, tom. 3. Concil. Hispan. pag. 99.

† **INCONGRUENTIA**, Inconvenientia, apud Tertul. lib. 2. adv. Marcion. cap. 25. de Anima cap. 32. Lactant. lib. 5. Instit. Divin. cap. 13. S. Aug. lib. 22. de Civ. Dei cap. 19. etc.

† **INCONISMA**, *Imago vel figura*, in Glossis Sangerman. MSS. n. 501. Vide *Icona*.

† **INCONQUESTUS**, Qui quæstari seu exigi non debet, dicitur de tributo non exigendo, vel de re alia qualibet non petenda. Charta ann. 1321. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 177: *Nolumus quod vos faciatis... aliquas Inconquestas vel indebitas novitates.* Vide *Quæstata*.

† **INCONSCIENS**, ἀσυνείδητος; *Inscientia*, ἀσυνείδησια, in Glossis Cyrilli.

† **INCONSILIIUM**, ἀβουλία, in Gloss. Lat. Græc. ubi Edit. *Inconsilium*.

† **INCONSOLABILITER**, Insolabiliter, in Vita Abbon. Floriac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 340.

† **INCONSONUS**, Dissonus. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 50. pag. 124: *Tractatus varios... inivit, quorum quidam, quia in quibusdam suis articulis regali discretionem videbantur Inconsoni, etc.*

† **INCONSPRETUS**, [Non improbat. *Festus*.]

† **INCONSTABILITIO**, Inconstantia, instabilitas. Esdras lib. 4. cap. 15. v. 15. et 16: *Exurget gens contra gentem in pugnam, et rhomphæa in manibus eorum: erit Inconstabilitio hominibus, et alii aliis invalescentes non curabunt regem suum, etc.*

† **INCONSTARE**, Constare, certum esse.

[\*\* Non constare.] Epist. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 44. col. 2: *Quia non Inconstabat eis, qui erant magis culpabiles, ordinarunt, etc.*

† **INCONSULTANS**, Imprudens, inconsultus. Conones Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 8: *Qui arguitur pro aliquo delicto, et quasi Inconsultans refrænatur, cæna careat.*

† **INCONSULTUM**, *Inconsultatio, malum consilium*, ex Cod. reg. in Castigat. ad utrumque Glossar.

† **INCONTEMPTIBILIS**, [Non contemptibilis. *Tertull. Apolog. 45. Incontemptibilis* dispector Deus, ubi alii leg. *intemptibilis* eodem sensu.]

† **INCONTENTIONE**, *Mox, de repente*. Papias. Melius infra *Incontente*.

† **INCONTENTUS**, ἀκατάσχετος. Gloss. Lat. Gr. *Incontentus*, in Cod. S. Germ. Prat. *Incontent*, nostris, pro *Offensus*, iratus, vulgo *Mécontent*. Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 152: *Lequel Grasset Incontent de la response dudit Bayot, etc.*

† **INCONTESTANS**, pro *Contestans. Incontestantem et asserentem, quod non erat suæ intentionis, etc.* In Litteris Innocentii VI. PP. ann. 1500. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 81.

† **INCONTINENTE**, Quam cito, quam maturius, ἐν τάχει, in Glossar. Græc. Lat. Gallis, *Incontinent, Incontinenti*, apud Ottonem Morenam in Histor. Rerum Laudensium pag. 21. [et in Annal. Mutinens. apud Murator. tom. 11. col. 69. Ulpianum D. lib. 48. tit. 5. leg. 23. Marten. tom. 1. Anecd. col. 1323. Murator. tom. 8. col. 431. etc. *Incontinenter*, apud Rymer. tom. 1. pag. 274.]

† *En Eslepas* idem significare videtur in Vit. SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 73. r. col. 1. ubi de S. Bened.: *Soudainement li soliers chai et fu Florenz estains et mors En eslepas.*

† **INCONTINUITAS**, pro *Incontinentia, Intemperantia*. Gisleburtus in Miraculis S. Romani Monachi, tom. 5. Mail pag. 161: *Tam superflua atque pestifera accidit Incontinitas, ut non modo diutina edacitatis illecebris, verum assiduis semet urgeret Falerni potatibus.*

† **INCONTRA**, pro *Juata*: Galli dicimus *Encontre*, vel *Contre*. Vetus Epitaph. Romæ ad S. Pauli extra muros: *Hic jacet nomine Matrona C. P. in pace uxor Cornili Primicerii Cenariorum... deposita die Jovis Iduum Maiarum Incontra colonna, etc.*

† **INCONTRA**, pro ἀντιπρὸς, usurpat Anastasius in Hist. Eccl.: *Et Incontra transiens, ad portum Boni-agri applicuit.*

† **INCONTRADICIBILIS**, Qui contradici non potest. Vita S. Berth. tom. 6. Jul. pag. 480. col. 1: *Cum sciret suas necessarias et Incontradicibiles occupationes nullius damni, sed potius nullorum bonorum esse causam.*

† **INCONTRADICTE**, Sine ulla contradictione, Gall. *Incontestablement*. Transact. ann. 1501. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Ipsi homines prætendebant... se esse in possessione et consuetudine antiqua... libere et Incontradictæ, etc. Vide Incontradictorie.*

† **INCONTRADICTORIE**, Sine ulla contradictione, in Litteris ann. 1389. ex Archivis S. Victoris Massiliensis.

† **IN CONTRAM**, Contra, adversus, Gall. *A l'encontre; à l'incontre*, in Diar. Petri Scatisse inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 6. col. 1: *Deux mille hommes d'armes et cinq cents arbalétriers, que il menoit en France, du commandement du roy, à l'incontre du duc de Lancastre.*

Charta ann. 1374. inter schedas Pr. a S. Vinc. : *Procurator autem ipsius universitatis In contram asserebat, etc. Envers, pro vulgari Aupres, in comparation, Præ, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :*

N'est nule odour Envers celui  
Ne soit coreuse, amere et fade.

† **INCONTRUM**, f. Caducum, quidquid alicui casu obvenit boni cujusvis, ab Italico *Incontro*, Occursus, casus. Testamentum ann. 1347. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 545. col. 1: *Item, volo quod de predictis omnibus dicta Dalphina sit contenta, et prohibeo quod in hereditate nihil aliud ratione dotalitii, donationis propter nuptias, quartæ, tertie, Incontri, petere valeat. Vide Escæta.*

\* Sensum hujus vocis apertius docent statuta Cadubrii lib. 2. cap. 108: *De Incontris dotium. Quæ de dotibus dicuntur et statuta sunt, eadem et de Incontris dotium intelligantur esse statuta.* Ubi *Incontrum* dotis intelligit id quod uxori a marito in compensationem dotis assignatur. Vide supra Dos 1. et *Examen dotis*. Italis *Incontro*, Occursus, nostris vero *Encontre*, idem quod Congressus, ubi etiam de ludo agitur. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 3: *Adam Curcé de Coucy, qui souloit et avoit Encontre de corps et de piz à plusieurs personnes, en la maniere que on a accoustumé de faire Encontres en jouant à la soule audit lieu; après les-queux Encontres ledit Remy prist l'esteuf ou soule, et en portant icelluy, si comme l'en a accoustumé, ledit feu Adam vint et Encontra audit Remy et ledit Remy audit Adam de corps et de piz, si comme on a accoustumé de faire audit jeu.* Hinc etiam *Encontrée*, pro *Rencontre*, Conflictus, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1:

Mainte joust, mainte Encontrée  
Faisoit por li par le contrée.

*Entrecontrer*, Occurrere, nancisci, Ital. *Incontrare*. Charta ann. 1340. in Chartul. 23. Corb: *Qu'il puissent prendre terre pour leur édifice,.... en tel largeur que trois benel se puissent Entrecontrer.*

\* **INCONTUEBILIS**, Qui videri non potest. Virgil. Grammat. pag. 77: *Contuebilis mundus ab Incontuebili potestate creatus.*

\* **INCONVALESCENTIA**, Invaletudo, infirmitas. Inquisit. ann. 1270. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 108: *Ipsa sic contracta maneret in anchis ex utroque latere, quod fortiter claudicando vix poterat se movere,.... cum reverentia Deo supplicans, ut beati Armani meritis eam ab hujusmodi Inconvalencia liberaret.* *Incollumité*, opposito sensu, a Lat. *Incolumitas*, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 154: *Afin de recouvrer et avoir Incollumité et plaine santé de leur maladie, etc.*

\* **INCONVENIENTIA**, f. pro *Inconveniencia*, Difficultas, incommodum, Ital. *Inconvenienza*, Gall. *Inconvenient*. Lit. Raim. comit. Tolos. vº: *Super pace inter nos et vos reformanda ex parte nostra,.... propter quasdam Inconvenencias quas nos non provideramus a principio, etc.* Vide infra *Inconvenientia*.

\* **INCONVENIENS**, Dicitur de carne, quam venum exponere non convenit. nostris alias *Inconvenable*, eadem acceptione. Charta ann. 1341. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 300: *Condemnationes causarum, quæ coram ipso iudice movebantur, prætextu carniū leprosarum seu Inconvenientium, etc. Beste qui ait*

*jambe brisée, ou qui soit deshonorable ou Inconvenable à vendre, in Stat. pro carnific. Lingon. ann. 1381. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 608. art. 3. Inconvenienter, nostris, Gravare, lædere, mutilare, vulgo, Incommoder, faire de la peine ou du mal, estropier. Lit. remiss. ann. 1471. in Reg. 194. ch. 352: *Le suppliant sans qu'il eust mesprins, ne que icellui Ysambert eust esté ou feust Inconvenienté, etc.* Aliæ ann. 1475. in Reg. 195. ch. 1522: *Lesquelz compaignons eussent tué le suppliant ou autrement Inconvenienté de sa personne, etc.**

\* **INCONVENIENTER**, Indecenter. Epist. 39. Nic. I. PP. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 421: *A qua indulgentia Viridunensem antisilitem non Inconvenienter exciimus.*

\* **INCONVENIENTIA**, Difficultas, incommodum, non convenientia. Epist. inter Hincm. 2. ann. 858. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 519: *Sed nos ad placitum illud occurrere non potuimus, et propter incommoditatem et brevitate temporis, et propter inconvenientiam loci.* Charta ann. 1394. in Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 78: *Fustes sive vasa... dictum flumen (Eraudi) per dictum gradum intrare, propter Inconvenientiam mali introitus, non possunt.* Lit. ann. 1405. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 706: *Quo circa nos talibus Inconvenienciis et oppressionibus, ac utilitati rei publicæ providere cupientes, etc.* Vide *Inconvenire*.

† **INCONVENIRE**, Non convenire, decidere. *Pro conditione et statu filii nostri nobis valde Inconvenit, etc.* in Epistola ann. 1498. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 114.

\* **INCONVERSIBILIS**, Qui ad officium reduci seu revocari non potest. Lit. Caroli VI. ann. 1413. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 407: *Hostes nostros in prædictis partibus præpollenter repellens,.... fortalitia eorum castra, et oppida Inconversibilia obsidendo, etc.*

† **INCONVERTIBILES**, quæ Christi Domini naturæ, divina et humana, dicuntur in Concilio Tolet. XV quod neutra in alteram converti possit seu mutari. Utuntur Tertul. adv. Hermogen. de Anima cap. 12. et S. Ambros. de Filii Divinitate cap. 8.

† **INCONVERTIBILITER**, Immutabiliter, in Epistola Ratherii tom. 2. Spicil. Acher. pag. 249.

\* **INCONVINCIBILIS**, Invictus, impugnabilis. Nov. 44. cap. 1: *Quibus facilis est et Inconvincibilis denegatio horum, quæ pro veritate secuta sunt.* Hinc

\* **INCONVINCIBILITER**, Manifesto, Gall. *D'une maniere convaincante.* Instr. ann. 1294. in Reg. 2. Olim parlam. Paris. fol. 2. vº: *Ejus (regis Angliæ) conniventia, scientia et assensus ex his videtur argui evidenter et quasi Inconvincibiliter apprehendi.*

\* **INCONVOLUTUS**, [Convolutus, involutus; vel potius explicatus, evolutus. Ammian. 29. 2. Post Inconvolutos multiplices casus.]

† **INCONVULSE**, Immutabiliter, perpetuo, eo modo qui convelli nequeat seu infringi. Litteræ ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. pag. 579: *Inconvulse et irrevocabiliter perpetuoque absque quovis impedimento gaudeant et fruuntur.*

† **INCONVULSIBILIS**, Qui convelli nequit seu infringi, apud Morettum Antiquit. Navarræ pag. 597. et in Decreto Ervigii Reg. pro Concilio Toletano XII.

† **INCONVULSUS**, ut *Inconvulsibilis*, Inviolabilis, in Præcepto Caroli C. ann.

850. Marcæ Hisp. col. 786. in Litteris ann. 1339. apud Ludewig. tom. 5. pag. 563. *Inconvulsa simplicitas*, in Codice Theod. lib. 12. tit. 14.

**INCOPOLITUS**, Procurator, Vicarius. Charta Henrici I. Reg. Angl. in Monastico Angl. tom. 1. pag. 1023: *Prohibeo ne submoneatis Monachos de S. Remigio de Remis, ut eant ad hundreda, nec ad sirras, sed Incopolitos suos, vel unum ex hominibus suis mittant.*

**INCOPRIARE**, ἐνκοπιᾶν, Conspurare, opprobriis et conviciis quasi χερσῶ, seu stercore conspergere. Glossæ Isidori et Pithœanæ: *Scurra, qui Incopriatur. Scurrula, qui Incopriat.* Id est, qui diceris impetit, et scurriliter exagitat. commodianus Instr. 19:

Incopriat cives unus detestabilis omnes.

**INCORAM**, pro *Coram*. Vide *Juretum* ad *Symmachum* lib. 2. Epist. 3.

**INCORDARI**, Inspirare, in cor cogitationem ingerere, immittere. Vita sanctæ Rusticulæ Abbatissæ Arelatensis cap. 27: *Aliæ fideli sorori dignatus est Dominus Incordari, ut ex capillis beatissimæ Matris igne supposito ureret, etc.* [Hæc notione Plautus dixit *Incordiare*: *Ut ut me erga meritum est, tamen Incordies.*]

† **INCORDATUS**, Sui oblitus, ab Italico *Scordare*, oblivisci. Vita B. Luchesii tom. 3. April. pag. 596: *Orationi tanto ardore vacabat quod... a terra elevatus, oculis in cælum apertis, flexis genibus et clausis manibus, Incordatus inveniebatur, hominis sine sensu.* Vide *Scordalus*.

† **INCORDATA** scarlatæ tunica, in Constitut. Frederici Regis Sicilia cap. 106. Vide *Cordatæ tunicæ*.

† **INCORES**, Indigenæ. Vide *Enchori*.

**INCORIARE**, *In corium mittere*, Ugu-  
tioni.

**INCORONARE**, pro *Coronare*, usurpat Bertholdus Constantiensis ann. 1083. 1084. 1092. etc. [\* *Incoronatus fuit Federicus Rogerius in urbe Romana ann. 1220.* in Vet. Kal. Mediol. apud Murator. tom. 1. Scriptor. part. 2. pag. 236. D.]

\* **INCORONATIO**, Coronatio, Ital. *Incoronazione*. Invent. Monast. Cassin. ann. 1497. tom. 2. Hist. ejusd. pag. 599. col. 1: *Item una ycona cum Incoronatione Virginis Mariæ, cum quinquaginta sanctis tenentibus reliquias suas in manibus.*

\* [« Idem (patriarcha)... venit ad regis Incoronationem. (Diar. Burchard. ed. Thuasne. II. 151. an. 1494.) »]

† **INCORPORABILIS**, ut *Incorporalis*, sine corpore. *Habitus Incorporabilis*, apud Tertull. lib. 3. adv. Marc. cap. 17.

\* **INCORPORALIS**. Vide supra *Corporalia*.

† **INCORPORALITAS**, Qualitas incorporea. Usi sunt Macrobi. in Somnio Scipionis lib. 1. cap. 5. et 11. Tertull. de Anima cap. 7. Licianus Episc. in Epistola ad Epiphanium inter Concil. Hisp. tom. 2. pag. 431.

† **INCORPORALITER**, Sine corpore, spirituum modo. Claud. Mamertus lib. 3. de Statu animæ cap. 14: *Memoria Incorporaliter etiam corporalium reminiscitur.*

1. **INCORPORARE**, Uguatio: *Corporare, corporeum facere, vel impinguare, vel in corpus immittere, inde Incorporare. Incorporare sibi Christum*, dixit Petrus Blesensis Epist. 86. et 123. quod idem est ac *sumere Christum* in sacra Eucharistia, et in propriam substantiam transferre. Idem, sive alius Auctor Tractatus de sancta Eucharistia cap. 1:

Non igitur satis est nasci de Virgine Christum, Si suus esuriens homo non Incorporaret ipsum.

† INCORPORARE, Aggregare. Epistola Petri Abb. Cluniac. ann. 1142. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 395: *Quando primo novam plantationem de Thierbach inchoastis, et in subjectionem esse Cluniaci destinatis, vos ipsos omnium fratrum Cluniacensium orationibus Incorporastis.*

† INCORPORARE, Gallis *Incorporer*, Adjungere. Instrumentum ann. 1348. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 576: *Humbertus Dalph. Vienn. uniens, Incorporans et annectens perpetuo et inseparabiliter Dalphinatum suo castrum Miribelli.* Litteræ ann. 1356. Ludewig. tom. 5. pag. 517: *Territorium..... episcopali mensæ alias Incorporatum sibi suisque successoribus... perpetuo reservavit.* Miracula S. Mildredæ Abb. tom. 3. Julii pag. 523: *Si vero super istis paulisper procederemus, in medulla Cantix eum Incorporassemus.* Hic loquuntur iudices, qui manerium volebant in potestatem regiam seu fiscum redigere. Donatio ann. 1390. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Unierit... Incorporaverit et annexerit... sicut de unione, Incorporatione et annexione constare videmus.*

INCORPORATIO, Medicis, est cibi, qui sumitur, digestio et in propriam hominis substantiam transmissio et traductio. Gloss. Gr. Lat.: *Σωματική νομή, ἡ παραδοσις, Incorporatio.* Alexander Iatro-sophista lib. 2. Passion. cap. 79: *Cibi... qui stiptici sunt, bene digestibiles et evanadoti.* Ubi Glossæ MSS.: *Evanadoti, i. facile Incorporabiles.* Græcis autem *εὐανάδοτα* dicuntur, quæ facilem habent digestionem.

INCORPORATIO, interdum etiam pro œconomia seu Incarnatione Christi usurpatur. Ita non semel Philastrius, in Catal. hæres.

INCORPORATIO, denique vox Jurisconsultorum est, diciturque de bonis, quæ in ærarium publicum seu in corpus fisci rediguntur. Vide tit. Cod. Just. de Bonis vacantibus et incorporatione, et Cod. Th. de Incorporatione.

† INCORPORATIONES ECCLESIAARUM, quibus redditus et decimæ subtrahuntur Ecclesiis parochialibus, ut aliis non parochialibus conferantur, prohibet Concilium Trevir. ann. 1310. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 242. his verbis: *Item, cum cessiones seu collationes Ecclesiarum: quas Incorporationes vocant, in quantum Ecclesiis et Monasteriis, non Personis, conferantur, ad perpetuas alienationes pertineant super eisdem Ecclesiis Incorporandis... per importunitatem potentium ab Ecclesiarum Prelatis et Capitulis faciendis, tantæ et totiens gratiæ factæ fuerunt et fieri sperantur in posterum, quod parochiales Presbyteri via jam habent... unde secundum eorum statum commodè sustententur, sed per Incorporationes hujusmodi, per quas redditus et decimæ a parochialibus Ecclesiis subtrahuntur, licet de jure communi pertineant ad easdem, plurimis eisdem parochialibus Presbyteris... spiritualia seminantibus, ipsi carnalia non metunt... Nos itaque... statuimus ut deinceps... hujusmodi institutiones seu Incorporationes Ecclesiarum non fiant in Ecclesiis et Monasteriis, nisi subsit causa notoria et legitima, de qua constet... Ita quod Incorporationes hujusmodi ipso facto non valent, nisi contractu præhabito inter Episcopos et Ecclesiarum cathedralium Capitula causa rationalis... ad prædictas Incorporationes de cetero faciendas indu-*

cat. Si qui vero aliquid contra fecerint... illud decernimus irritum et inane. Per hoc tamen præsens nostrum statutum in nullo derogavimus Incorporationibus Ecclesiarum hactenus rite factis. [\*\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce Einleiben, col. 297.]

\* 2. INCORPORARE, Oppignerare, obligare. Gall. *Hypothéquer*. Epith. apud Charvet. in Hist. eccl. Vien. pag. 776: *Anno Domini 1323. iij. Non. Martii obiit dompnus Martinus Canuti presbyter, qui dedit die obitus sui omnibus missas celebrantibus in ecclesia S. Mauricii v. denarios; Incorporavit supra domum sisam prope portam monasterii Andree.*

\* INCORPORATI in Ecclesiis Lugdunensi et Viennensi dicuntur Canonici ordine secundi. Acta MSS. capit. eccl. Lugdun. ad ann. 1341. fol. 73. rº. col. 2: *Item uni de Incorporatis, qui cantabit victorium ad matutinas, xij. denarios... dare teneatur.* Charta ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 127: *Remittit (archiepiscopus) dictis decano et capitulo (Lugdun.) et successoribus suis... omnia jura et emolumenta lectorum decani, dignitatum, canonicorum, custodum, militum, Incorporatorum et capellanorum perpetuorum dictæ ecclesiæ decedentium.* Adde Hist. eccl. Vien. Charveti.

† INCORPORATUM JUS. Bley. Institut. pag. 103: *Alia elici potest juris approbati divisio, in Extravagans et Incorporatum: quod enim in libris juris quo utimur, comprehensum est, non male specialem Juris Incorporati sortitur appellationem.*

† INCORREGUDS. Vide *Incorregutus*, in *Incurrimentum*.

\* INCORREPTUS, Non correptus, inemendatus. Ital. *Incorretto*. Charta ann. 1245. ex Tabul. S. Ægid.: *Abbas Cluniacensis... Incorporptos possit in capitulo S. Ægidii corrigere fratrum excessus.*

† INCORRIGIBILIS, Gall. *Incorrigible*, Inemendabilis, in Bullario Carmelit. pag. 263. col. 1.

\* [Pistensis synodus IIIª. anno 869. can. 10. *Inobediens et Incorrigibilis permanserit.* p. 26.]

† INCORRIGIBILITAS, Contumacia, in Constitut. Sororum Pœnitent. apud Raymund. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 176.

† INCORRIMENTUM. Vide *Incurrimentum*.

INCORTINARI, [Cortinis seu aulaeis ornari. De festivitatibus SS. ad calcem Libri Johan. Abrinc. de Off. Eccl. pag. 346. ed. 1679: *Incortinatur altare S. Johannis et juncatur.*] Vide *Cortina* in *Cortis* 2.

\* Nostris *Encortiner* et *Encourtiner*. Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1335. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 7: *Item duodecim paramenta ad cooperiendum sive Incortinandum chorum dictæ capellæ super cathedras. Unum lectum incortinatum, in Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 259: *Et fu la cité de Paris Encourtinée moult richement toutes les octaves de la Penthecouste.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. ch. 271: *Comme la femme de Jehan Blanchet nostre secrétaire et plusieurs autres en sa compagnie à cheval et en un chariot Encourtiné, etc.* Serm. 35. ex Cod. S. Vict. Paris. XIV. sæc.: *Cooustume est quant l'an doit faire la feste de la dedication d'une iglise, que l'an cortine lan et aorne.* Rectius infra semel et iterum: *Encortiner*.*

† INCOSTARE, Costas immittere. Johannes de Janua in voce *Costa*.

\* INCOSTELLATUS perperam pro *Incastellatus*, id est vallo munitus. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 246: *Addimus quod potestas et consules terrarum districtus bon. faciant laborari ad castrum, de quo sunt rectores, scilicet ad munitionem ipsius, et hoc si castrum est Incostellatum (Incastellatum '52-64; — Incastellatum '67.) [Fr.]*

\* INCOURTINAMENTUM, Aulæum. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 403: *Cum Perrinus, dictus Aubræe, serviens eques castelleti nostri Parisiensis, in vigilia Epiphaniæ de præcepto Stephani de Fonte argentarii nostri, visset apud S. Audoenum ad comprehendendum et conservandum paramenta sive Incourtinamenta, ibidem pro festivitate illa tunc in nostra nobili domo Stellæ facta, ordinata, etc.*

\* INCOXO. [Incozare nates est infecere, demittere, ut qui sedendi gratia subsidunt. Pompon. apud Non. I. 180. Neque interim cacandi causa unquam Incoxavi nates. Absolute Pacuv. Adeo Incoxanti mihi pes obstupuerat. Ita referunt perique Lexicographi. Etiam in verbis Pomponii al. leg. Incoxavi nate.]

† INCRALLUM, [Præconium, promulgatio per præconem, a veteri Gallico, *Grails, Greille*, vel *Grelle* species cornu, quo præcones utebantur ad aliquid promulgandum. Vide *Gracilis*.] Charta Ludovici VII. Regis ann. 1141. pro Bituricensibus: *Præconum consuetudo talis in urbe remansit, ut adsint ammodo præcones in urbe 12. habeantque quinque per tabernas suas cum solito clamitante præconio per civitatem, ut mos eorum est, vino delibanda portaverint de primo Incrallo denarium unum, etc... quotiescumque sic secundo vel sæpius reclamitaverint, de quocumque Incrallo denarios singulos præconii jure recipient, apud Thomasserium in Consuet. local. Bituric. cap. 61.*

† INCRAPULARI, *Trop mangier*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

† INCRASSIARE, INCRASSARE, Impinguare ex Gall. *Engraisser*. Statuta antiqua Abbatix Corbeiensis lib. 1. cap. 7: *Porcos autem, aucas, et pullos, quos de suo molino Incrassiare debet, de suo nutrit. Sed lege Incrassiare, vel Incrassare, ut est in Monastico Angl. tom. 1. pag. 691: *In tempore messis Incrassare 40. porcos suos, etc.* Polypichus S. Remigii Remensis: *Summa fœni carra 138. silvæ porcorum Incrassationis 1300. etc.**

† INGRAUDA, mendum pro *Merauda*, seu *Emerauda*, Gallis, *Emeraude*, Smeragdus. Testamentum ann. 1367. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1527: *Item, unum anulum cum parva nigra; item, unum anulum, in quo est quedam Ingrauda. Infra habentur: Aliquot anulos, diamans, perlas, Meraudas, saphirs, etc.*

\*\* INCREABILIS. Marius Mercator pag. 55: *Non peperit creatura eum qui est Increabilis. Vide Innascibilis.*

† INCREMENTES, Infideles, Saraceni, apud Joan. Bromptonum pag. 1203.

† INCREMENTIA, Infidelitas, hæresis. De hæreticis dogmatizantibus et relapsis in Incrementiam quid sit agendum, apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1798.

\* INCREDERE, In vadimonium vel mutuo dare. Charta ann. 1023. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 187: *In prædicta ratione exinde Incredere et recedere possint subius ipsa ædificia. V. Accredere 1.*

† 1. INCREIBILIS, Incredulus. Vita S. Ettonis, tom. 3. Julii pag. 59: *Interli-*

*mitaneam Francorum gentem reliquerant Christo omnino Incredibilem.*

2. **INCREDIBILIS**, Infamatus, intestabilis, qui testis esse non potest. Leges Edgari Regis § 12: *Qui fuerit accusatoribus infamatus, et populo Incredibilis, etc.* [\* Adde Leges Henric. I. cap. 64. et 67.]

\* **INCREDULITAS**, Insolentia, ἀπειθία. Reg.: *Detrectatio, Incredulitas, inobedientia* Castizat. in utrumque Glossar.

\* **INCREDULUM**, Cui fides adhiberi non potest. Charta Rob. Franc. reg. ann. 1021. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 361: *Et ne cuiquamque Incredulum videatur, manu propria firmavimus.*

**INCREMENTARE**, Incrementum dare. Pro eo, quod est apud Paulum 2. ad Corinth. cap. 3. *Qui incrementum dat Deus*, S. Augustinus habet, *Dominus qui Incrementat*. [Ordo Missæ in Circumcisione Domini apud Mabill. Liturg. Gallic. pag. 201. col. 2: *Excide* (Deus,) *quod scandala Incrementat, ut amputato facinore, solam nos valeat caritas propagari.* Remigius Altissiod. in Cantica Cantorum: *Ascendit ad illam sua dona Incrementando*, id est, augendo et multiplicando. Acta S. Lamberti Episc. Traject. n. 11: *Si diutius in mundo habitasset, aucta potius opera Incrementasset.* Occurrit in Capitular. Caroli M. lib. 5. c. 207. Caroli C. tit. 84. c. 1.]

\* **Encraver**, eodem sensu, in Lit. ann. 1343. apud Rob. Avesbur. in Hist. Eduard. III. reg. Angl. pag. 111: *Par qui le service Dieux et la foy Cristienne fussent honourez. Encravez et embelis.*

\* **INCREMENTATIO**, Incrementum. Chron. Joan. Wetham. edit. Hearn. pag. 380: *Res regis, quæ olim, ad gloriæ cumulum, stare solebant sub congrua continuæ Incrementatione. Encresce, eadem acceptione, in Gest. Brit. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1459:*

Quar assez a de tous la grace,  
Senon de cels à qui l'Encresce  
De son estat et de sa vie, etc.

¶ 1. **INCREMENTUM**, Charta Philippi Pulcri Fr. Reg. ann. 1303. pro apanagio Ludovici fratris Comitum Ebroic. in Probat. Hist. ejusd. Comitatus pag. 29: *Item griagia castellaniz de Meullento, excepto Incremento quod extenditur in feodis et retrofeodis et tenementis de l'Arche et Castellania de Reumont... prout castellaniz de Meullento dividitur de dicto Incremento.* Alia Gallice exarata de eadem re ann. 1298. ibid. pag. 23: *Item les griages de la chastellenie de Meullant, excepté les Cressemens qui se estendent es fiefs et arrierefiefs et es tenures de la Roche et en la chastellenie de Chaumont... si comme la chastellenie dudit Meullant se deparse dudit Escressement.* Vide *Crementum* et *Census crescens*.

2. **INCREMENTUM**, ἡ ἀπὸ τῆς ἐπιζυγοῦ. Gl. Gr. Lat.

**INCREPARE**, Arguere, vox Forensis. *Increpare sententiam, sententia Increpata*, arguere ut male datam, Galli dicunt, *Blâmer une Sentence*: in Speculo Saxon. lib. 2. art. 12. § 9. 11. 13. lib. 3. art. 30. § 2. art. 69. § 2. *Increpari in jure suo*, in Wichbild Magdeb. art. 4. § 6. et in Speculo Saxon. art. 36. § 1. Charta Berengarii Regis Italiæ ann. 890. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 896: *Sanctentes, ut nullus ex judiciario ordine iuxta eadem Incepationes aliquando iudicium proferat.*

\* Unde nostris *Inceper* et *Incesper*,

pro *Reprendre, réprimander*. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 248: *Le suppliant et Gauteron commancerent à blasmer et Inceper par douce maniere icellui Boutemie.* Aliæ ann. 1481. in Reg. 209. ch. 56: *Lesquelles femmes increpererent et blasmerent fort icellui Garreau.*

\* **INCREPATIO**. [Objurgatio. Tertull. 4. advers. Marcion. 7. sub fin. et 5. ibid. 20.]

\* **INCREPATOR**. [Censor; Præfectus morum. (Veter. Gloss.)]

¶ **INCREPATUS**, Herniosus, ramicosus. Miracula B. Henrici Baucen. tom. 2. Junii pag. 387: *Increpatus et deruptus erat in parte inferiori.*

\* **INCREPIDA**, INCREPITA, Crepida. Serm. Gabr. Barel. in festo S. Cathar. Senen.: *Tertium ornamentum pedum, caligas, pulcre Incepita.* Alibi *Incepida*.

¶ **INCREPITUS**, Chartularium Matisconense fol. 56: *Silva ex oriente terminat a circio Incepito.* Ibid. fol. 83: *Terminat a medio die ab ipso Aldoni et genipereta Incepita.* An montosus, ut vir doctus suspicatur? An circius dicitur *Incepitus* ab increpando seu sibilando, quia dum flat sonum vel sibilum edit; *genipereta* vero *Incepita*, quod in igne crepitet juniperus, dum accenditur?

**INCRESCERE**, Chronicon Fredegarii cap. 60: *Nomina concubinarum, eo quod plures fuissent, Increvit huic Chronicæ inseri; id est, piguit.* [Epistola Hincmari Rem. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 827: *Quibus enim Increscere* (l. *Increscit, piget*) *legere, vel audire, quæ scripta sunt, vel scribuntur, sciunt quia non de ignorantia judicabuntur, sed de contemptu, quo nolunt scire, quo nolunt legere, vel audire condemnabuntur.*] [\* Vox Italica, Tædere, pigere.]

1. **INCRETUS TERMINUS**, Tabularium Brivatense ch. 127: *De tertio latere viam publicam, ex quarto latere campum cum Termino Increti.* Et ch. 372: *Et quarto latere terram S. Juliani et Terminum Incretum.* Tabularium Celsiniacense: *De tertia parte via publica, de quarta parte Terminum Incretum in Flaico, etc.* Occurrit rursus alio loco: verum in alia Charta legitur, *Terminus Incretum*.

\* 2. **INCRETUS**, SILVA INCRETA, Alta, ardua, vulgo *Bois de haute futaye*. Charta ann. 817. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 297: *Donamus res nostras sitas in pago Nivernense, hoc est terris, silvis Incretis, cultis et incultis, etc.* [\* Forte *Increta* hic sunt loca ubi nihil crescit, ita ut virgula sit ponenda post *silvis*.] Hinc forsitan *Encreue* dicitur equa vel vacca feta, in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Bel fol. 148. r: *Les amendes qui encheiront pour les forzez ès arbres pourlanz fruit et en bestes Encreues.*

**INCRIMINARE**, Accusare, in crimen adducere. Liber Pontificalis in Symmacho PP.: *Aliqui in Senatu... Incriminaverunt Symmachum.* Occurrit in Lege Salica. Vide Anastasium in S. Damaso, et in S. Bonifacio PP. [*Persona Incriminata*, eadem notione, in Instrumento ann. 1463. ex Schedis D. de Mazaugues.]

\* **INCRIMINATIO**, [Criminationis, vel criminis, vel accusationis defectus. Tertull. Resurr. carn. 23.]

\* **INCRITUS**, Integer, totus, pro *Inclitus*. Vide in hac voce. Charta ann. 1010. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 185: *Hæc vero res per jam dictos finis totum et Incritum in præfatam sanctam sedem concessimus.*

**INCROCAMENTUM**, Leguleis Anglis,

*Encrochement*, dicitur, cum dominus majorem præstationem, vel majus servitium a tenente vel vassallo exigit, quam debet. Ea enim actio vocatur *Incrocamentum* ejusmodi præstationis vel servitii. Rastallus. Occurrit hæc vox Gallica apud Knightonum pag. 2715. 2716.

**INCROCARE**, Unco suspendere, in cruce agere. Lex Salica tit. 69. § 2: *Si quis hominem sine consensu judicis de ramo, ubi Incrocatur, deponere præsumperit, etc.* Galli *Encroier* dixerunt, quasi *pendre au croc*. Gl. Lat. Gall. Thuanum MS.: *Cacuminare, Encroier*. Ita Poetæ nostrates passim usurpant. Le Roman de Parise la Duchesse MS.:

Si soit pandus as forches, et o vent Encroez.

Alibi:

Je te ferai la hare antor le col noer,  
Et pandra as forches, et au vent Encroer.

Le Roman d'Auberi MS.:

Ferai vous pandre, et Encrouer au vant.

Le Roman de Gaydon MS.:

Or est Thibaas as forches Encroez.

Chronicon MS. Bertrandi du Guesclin:

Aux creniaus de la tour volant la Baronnie,  
Le ferai Encroier, comme beste enragie.

Alibi:

Les prisons fist tantost là aler et convoier,  
Et pour faire Encrouer, et au vent balier,  
En despit de la Ville, et pour eux courroucer.

Idem:

Si vous verray trestous à un arbre Encrouer.

\* **Encroer**, alia notione; dicitur nempe de arbore, quæ in aliam incidit, adeo ut rami inter se implicentur. Stat. ann. 1376. tom. 6. Ordinat. Reg. Franc. pag. 231. art. 23: *Pour ce que moult de fois a l'on veu que aucuns coustumiers ou acheteurs, qui un arbre ou plus avoyent à prendre en nos forez, le faisoient abatre telement qu'il se Encrooit sur autre.* *Encrouer*, in alio Stat. tom. 8. earum. Ordinat. pag. 527. art. 22. Vide mox *Incrozare*.

**INCRONIZARE**, Will. Brito in Vocabul.: *Comitio, as, i. Comitium celebrare, vel eligere, vel Incronizare.* Forte *Inthronizare*.

\* **INGROSATUS**. [Gallice *croisé*: « Senex barbatus stans, integer, solum digitis aliquibus fractis in manu dextera, tenens super femur sinistram extensam, cum tibiis *Ingrossatis*, verum una illarum fracta est. » (Inv. card. Barbo ex transcript. Müntz, 1457.)]

\* **INGROSSILARE**, ut mox infra *Incrozare* ab Ital. *Incroccchiare*. Gall. *Croiser*. Stat. Nicisæ inter Mon. Hist. Patr. Taur. tom. II. col. 81: *Item statuerunt et ordinaverunt quod aliquis, qui apporet... ligna ad vendendum, non sit ausus discargare ligna... nec ausus sit ea Incrossilare in basto cum ea cargabit.* [Fr.]

\* **INGROSTARE**, vox Italica, *Incrustare*. Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. VIII. PP. ad ann. 1492: *Cum cardinalis S. Crucis... sua impensa faceret Incrostari et dealbari ecclesiam prædictam, etc.*

\* **INGROXARE**, Decussatim ponere, Ital. *Incroccchiare*. Stat. Vercel. lib. 4. pag. 71. v: *Ille qui ea (ligna) duxerit ad vendendum, non ponat nec ponere debeat super carro transversata nec Incroxata, etc.* Vide supra *Incrozare*.

\* **INGRUDESCO**. [Grudescio. *Incrudescit*, et *incrudit* habentur in Not. Tir. p. 81.]

**INGRUSTATURA**, *Incrustatio*. Gloss.



Gr. Lat.: Μαπαρρωαις, *Incrustatio*. Sanctus Cyprianus de Nativitate Christi: *Nullum domus arta diversorium occultabat: nec secreti recessus erant illius casulae, Incrustaturam, tectum, et tholi parietes per circuitum vestiebant.*

† **INCTIMARE**, pro *Intimare*, Denunciare, Gall. *Intimer*, in Charta ann. 1387. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 131. col. 1. Vide *Intimare*.

\* **INCUBANS**, Regnans, in throno sedens. Charta ann. 1079. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 253: *Actum Trevis... regnante in caelis Domino nostro Jesu Christo, sedente Gregorio papa in Romana cathedra, Incubante Philippo rege in Gallia, tenente Tebaldo comite Treacas, Hugone secundo ejusdem urbis episcopo.*

\* **INCUBARE**, Cubare. Arest. ann. 1411. 12. Mart. in vol. 11. arestor. parlam. Paris.: *Pro conservatione sanctarum Reliquiarum in sacra capella cum matriculariis nocturnaret et Incubaret, etc.*

† 1. **INCUBATOR**, Qui incumbit, sedulamque rei alicui dat operam. Concil. Herdense ann. 546. tit. 16: *Quia durum est, ut hi quos constat in servitio Domini cum primæ sedis Antistite desudasse, illorum qui suarum rerum Incubatores, vel utilitatibus servientes atque vacantes fuisse noscuntur, despectibus aliquatenus crucientur.*

† 2. **INCUBATOR**, Injustus violentusque possessor, tyrannus, apud Macrobius. Servius: *Apud nos Incubator imperit tyrannus dicitur.* S. Bernardus Epist. 236. n. 2: *Si non miseremini magnis et religiosis monasteriis, quibus omnino sub Incubatore illo destructio imminet.* Meisterlini Hist. Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 93: *Emori satius præstat, quam tam inhonestam vitam ducere sub alieno imperio, misere officia singula, inquiring, possessores seu potius Incubatores habent, et abrasores, non gubernatores.* Rursum occurrit pag. 65. Gaudentius Donatista apud sanctum Augustinum tom. 9. col. 660: *Sed hoc non sciunt alienarum rerum Incubatores (i. cupidi) qui nec Deum audiunt dicentem, Non concupisces rem proximi tui. Incubare pecuniæ Tullius dixit pro Inhiare.*

**INCUBI**, **INCUBONES**. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam: *Incubus, est passio, in qua dormientes suffocari et a dæmonibus opprimi videntur.* Glossar. Græc. Lat.: Ἐπιάλτης, *Incubo*. [Onomast. apud Martinium: *Incubones, ἐπικευρότες.* Gl. Lat. Gall. Sangerman. MS.: *Incuba, Surgeseur. Incubi vel Incubones, une manière de deables qui solent gesir aux femes.* Vide *Dusii*.] *Ugutio: A fando dicti sunt quidam Dei, qui voce, non signis, ostendebant futura in lucis consulti a paganis: hi vulgo Incubi et Incubones, a Romanis vero Fornicarii dicuntur.* [Chronicon Engelhusii apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 1133: *Incubus quidam nominans se regem Goldemar, adhasit cuidam armigero... Incubus loquebatur cum hominibus, lusit in instrumento musicali, perceptibiliter lusit ad taxillos, pecunias exposuit, vinum bibit, visibiliter multis tam religiosis quam secularibus responsa dedit, etc.] Hugo Archiepiscopus Rotomagensis lib. 3. de Hæreticis cap. 5: *Sciendum autem quia neque Monachi, neque Canonici, nec alii qui coram Ecclesia publice castitatem professi conjuges possunt fieri. Quod si secus agere tentaverint, Incubones reputantur et fornicarii.* [Atto Vercell. Episc. lib. de pressuris Eccl. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 81: *Stulti enim episcopi non**

*pastores, sed Incubones dici possunt, eo quod sanctam incumbent Ecclesiam; non errantes requirunt oves, sed collectas etiam errare permittunt.]*

\* **INCUBICULARIUS**, Familiaris, intimus, qui idem cum alio cubiculum habitat. Chron. Bohem. tit. 2. cap. 7. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 138: *Omnia secreta sua scio, et sortilegia et auguria sororis suæ Tetzæ, et medicinas et herbas, sanitates et infirmitates agnosco, velut Brela soror ejus, quia valde eis Incubicularia fui.*

\* **INCUCOLLARE**, Cuculla induere. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 268. col. 2: *Panno tamen incerato corpus tunicatum et Incucullatum obvolventes, etc.* Vide in *Cucullus*.

\* **INCUDO**, Ital. *Incude*, *Incus*, Gall. *Enclume*. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 151: *Tunc oportet quod intus mittatur super rena fluminis posita in navigio sub Incudine, et postea ponatur catena super Incudinem, etc.*

**INCULARE**, In aliquem proterve agere, proculcare. Concilium Arelatense I. can. 17: *Ut nullus Episcopus alium Episcopum Inculet.* Lemma canonis habet, *conculcet.*

† **INCULCATIO ORDINUM**, apud Lyndwoodum in suo Provinciali pag. 309. edit. 1679. dicitur de pluribus sacris Ordinibus eodem die collatis: quod ibidem fieri vetatur.

† **INCULCATOR**, Qui inculcat, pedibus calcatur. Tertull. Scorp. cap. 6: *Deus evulsum hominem de diaboli gula per fidem, jam et Inculcatorem ejus voluit efficere per virtutem, ne solummodo evasisset, verum etiam evicisset inimicum.*

\* **INCULPABILIS**, Qui culpam non potest, apud Laur. in Amalt. Utitur etiam Solin. cap. 33. Nostris, *Inculpable*. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 323: *Le suppliant qui de toute trayson se sentoit et sent Inculpable, etc. Combien que le suppliant feust Inculpable d'icelui fait, in aliis ann. 1415. ex Reg. 168. ch. 317. Vide mox*

**INCULPARE**, Culpare, Italis *Incolpare*, maxime apud Joan. Villaneum lib. 1. cap. 17. Will. Brito in Vocabul.: *Imponere, Inculpare, Imputare.* Gl. Lat. Gall.: *Imponere, Encoulper.* Alibi: *Circumvenire.* Lex Salica tit. 42. § 6: *Si servus de quolibet crimine Inculpatus fuerit, etc.* Adde § 7. Legem Burgund. tit. 8. et Legem Ripuar. tit. 31. § 1. Vetus Charta apud Catellum lib. 5. Rerum Occit. pag. 855: *Et si de hoc fevo Præpositus poterit eos Inculpare, faciat eis justum, et habeat 5. solidos justitiam.* [Charta Philippi Aug. pro Atrebatensibus ann. 1194: *Quem scabini inde juste Inculpaverint, in culpa erit, et quem juste liberaverint, liber remanebit. Quando quis Inculpatur de crimine, in Consuet. Auscorum MSS. ann. 1301. art. 34.] Utuntur Leges Inæ Regis § 39. et Alvredi § 3. Radulphus de Diceto pag. 680. Otto Morena pag. 2. 9. etc. Charta Gallica ann. 1236. apud Vassorium in Noviom. pag. 947: *Et jurra li Prevos le Chastelain, quant il sera nouviaus Prevos, qu'il n'encoupera homme ne femme de ces trois choses, s'il ne croit qu'il en soit coupables.**

\* Nostris, *Encolper, Encoulper* et *Encorper*; unde *Encouplement, Accusatio*. Stat. ann. 1360. in Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 7. r.: *Et se vous trouvez aucuns Encolpés des choses dessus dites, etc.* Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 43: *Icellui Andrieu..., au conjurement des jurez de nostre ville de Tournay... Encoulpa et empescha ledit*

*exposant;... et soubz umbre dudit Encouplement, etc.* Gesta Ludov. Pii cap. 19. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 158: *Comme li empereres avoit fait commune pénitance et pleine satisfaction au pople de ce dont il l'Encorpoient. Acoulper, eadem acceptatione, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 111. ch. 276: Thomas, au lit de la maladie dont il mouru, les en descoupa et descharga, et en Acoupa et charga du tout ledit Couvreur et son filz. Coupoier vel Coupoier, eodem sensu, a Culpare, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2:*

Mais pluiseurs sont, ce n'est pas doute, Qui des sains voelent Coupoier, etc.

Infra:

Qui copoie sor Nostre Dame, etc.

\* **INCULTIBILIS**, Qui coli non potest, culturæ inhabilis. Charta ann. 1328. in Reg. 65. bis Chartoph. reg. ch. 24: *Item quindecim arpenta de brueris vel circa Incultibilia. Item duo arpenta terræ vel circa Incultibilia.*

**INCULTIO**, Ruditas, seu barbaries sermonis, apud Eulogium Cordub. lib. 1. Memorial. SS. sub finem.

\* **INCULTURA**, Non cultura. Lit. ann. 1394. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 674: *Hereditaria, quæ in ruinam et ad Inculturam... devenerunt.*

† **INCUMBENS**, Possessor, ab *Incumbere*, *Obtinere*, possidere, ut est apud Jurisconsultos. Litteræ anni 1456. apud Rymer. tom. 15. pag. 85: *Cum Episcopatus Insulæ de Man, per mortem naturallem Episcopi et Incumbentis ejusdem, jam pastore sit destitutus, diuque vacavit... sicut prælibatus Episcopus et Incumbens ejusdem, dum vixit, vel aliquis alius prædecessorum suorum, etc.*

**INCUMBARE**, Impedire, etc. Vide *Cumbri*.

\* **INCUMBRUM**, Oppignatio. Charta ann. 1093. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 432: *Istos autem manos et casam et campum et vineam et ortum in tali convenientia retineo in vita mea, ut nunquam valeam dare vel vendere, aut impignorare, vel Incumbrum aliquod facere.* Vide supra *Incombrum*.

\* **INCUNCTABILIS**. [Qui moram, vel dubium non patitur. *Arca. Dig. 22. 5. 21. Illud quoque Incunctabile est, ut, si res exigat, testimonium dicant.]*

\* **INCUNCTANTER**, Instante, apud Laur. in Amalth. ex Cath.

† **INCURABILIS**, Qui non potest curari, Gall. *Incurable. Morbus Incurabilis*, apud Fulgentium in Epistola ad Venantium. Improbatur Vossius de vitiis linguæ Lat. lib. 3. cap. 16.

† **INCURABILITAS**, Incuria. Miracula B. Simonis de Lipnica. tom. 4. Julii pag. 563: *Mater ejus dicta Apollonia quadam levitate et Incurabilitate votum emissum pro modico ponderans, etc.*

**INCURARE**, Curionem, Parochum facere, Ecclesiæ curam conferre. Charta Durandi Episcopi Cabilonensis ann. 1220. [inter Instr. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 246.] *Sciendum est etiam, quod Abbas S. Ruffi et Conventus unum de Fratribus suis idoneum ad curam Ecclesiæ præsentabunt, et tam nos de cætero, quam successores nostri præsentatum Incurabimus. [Incuratus vero nobis et nostris successoribus ad omnia ea tenebitur, quæ tenentur alii nostri Sacerdotes.] Et mox: Præsentans vero et Incuratus in vita sua præfatæ Ecclesiæ præesse tenebitur.*

**INCURATUS**, Cui cura Ecclesiæ data est, Curatus. Charta Official. Lugdun. ann. 1276: *Quod quotiescumque institue-*

tur, *Incuratus in posterum in dicta Ecclesia, seu etiam Capellanus, qui in dicta Ecclesia curam habeat animarum, etc.* [Charta ann. 1244. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 249: *Johannes tamen presbyter Incuratus ipsius Ecclesie de Melliceyo, etc.* Antonius capellanus *Incuratus Alavardi, in Instrum. ann. 1318. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 175.]*

Vide Cura.

\* **INCURATUS**, Non curatus, Ital. *Incurato*. Charta Gaufr. episc. Carnot. ex Tabul. major. monast.: *Quotiens super hoc impossibilitas nostra divinitus adjuvatur, ut quod Incuratum deserit, divinæ operationis potentia corrigatur.*

\* **INCURIABILIS**. Lit. Caroli VI. ann. 1418. tom. 10. Ordinat. reg. Franc. pag. 485: *Ab incitis nostræ stirpis auctoribus acceptimus orthodoxæ fidei vires humilitatis Incuriabilis maxime coalescere, longe firmioribus radicibus subsistere, etc.* An Sincerus, non affectatus?

\* 1. **INCURIALIS**, Qui officia civilia exercet, aut exercuit. Pactum inter reg. et capit. eccl. Ruthen. ann. 1809 in Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 88: *Item quod de injuriis vel offensis per curiales vel Incuriales seu officiales dictionum locorum commissis, etc.* Vide Curiales 1.

\* 2. **INCURIALIS**, Rusticus, inhumanus, Gall. *Impoli*. Vita S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 435. col. 1: *Ut quid tam Incuriales estis, ut quid tantæ vos tenent moræ, ut ei minime assurgatis?* Vide Curialis 4.

\* **INCURIALITER**, Inhumaniter. Vide Curialiter.

\* **INCURIOSITAS**, Incuria, negligentia. Canones Pœnit. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 44: *Si mus comedit Sacrificium causa Incuriositatis, XXX. vel XL. dies pœnitentiæ imponuntur.*

† **INCURRAMENTUM**, ut infra *Incurramentum*. Litteræ ann. 1273. apud Rymer. tom. 2. pag. 13: *Non coactus, nec inductus dolo, set sua spontanea voluntate promisit, et ad sancta Dei Evangelia juravit sub obligatione et Incurramentum sui corporis et totius terræ suæ..... Obligaverunt se dicto domino Regi sub obligatione et Incurramentum corporum, terrarum et bonorum suorum mobilium et immobilium, etc.* Occurrit rursus pag. 424. Gallice verteremus, *Sous peine de saisie.*

† **INCURRATORIA**. Vide *Curratoria*.

† **INCURREGUTUS**, INCURRI, in *Incurramentum*.

\* **INCURREMENTUM**, Bonorum alicujus fisco addictio, confiscatio, practicis nostris olim *Encorremet*. Charta ann. 1284. in Reg. Cam. Comput. Paris. alias Bitur. fol. 99. r.º: *Quod si aliquis hominum suorum... tale crimen committeret, propter quod oporteret de consuetudine vel de jure extrema tempestatis discrimini bona subijci condemnati, quod vulgari Incurramentum vel confiscatio appellatur, totum illud Incurramentum et confiscatio ad dictum militem et successores suos perpetuo remaneat.* Alia ann. 1229. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 344: *Dixit quod les Encorremens totius Albiæ sunt episcopi, sine consortio prædictorum. Encourment vero, dicitur Mulcta, quam quis delinquendo incurrit, in Lit. ann. 1362. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 586. art. 35: *Que nostre prevost de Paris, auquel appartient la cognoissance des cas et choses dessusdit, puist modifier et modérer sur ce et sur l'Encourment et la qualité desdites peines.* Vide *Incurramentum*. Hinc*

\* **INCURRERE**, Confiscationi obnoxium esse. Liber. Montisfer. ann. 1291. in

Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Item aliquis de Monteferrando et pertinentiis non Incurrat aliquid de bonis suis pro quocumque forefacio, nisi in casibus, in quibus bona delinquentis de jure scripto Incurruntur.* Vide in *Incurramentum*, ubi *Incurrere* alia etiam notione legitur, nempe pro *Devenire*.

† **INCURRILES AQUÆ**, Quæ non fluunt. Vide *Curriles Aquæ*.

† **INCURRIMENTUM**, INCURSUS, Mulcta, quam quis incurrit: *Encourment*, in Consuetudine Burdegalensi art. 82. Charta anni 1264. in Regesto Comitum Carcassonæ fol. 26: *Pro parte nostra proponetur, quod ratione jurisdictionis, quam nos habemus in civitate Albiensi, Incurramenta hæresum et fœdimentorum pertinebant ad nos, etc.* Alia ann. 1231. in Regesto Comitum Tolosæ: *Abbas petebat medietatem omnium Incurramentorum, quæ adveniunt in dictis villis. Infra: Quilibet haberet partem suam de emendis et Incurramentis.* Occurrit passim. Vide Probat. Hist. Turrensis pag. 63. Cruceum in Episcopis Cadurcensibus n. 88. [et supra *Incurramentum*.] \* Idem quod supra *Incurramentum*. Vide in hac voce.]

† **INCORREMENTUM**. Charta ann. 1238. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 496: *Et si contra illam permutationem contingeret me venire, mitto ei et concedo in Incorremmentum omnia supradicta, quæ mihi permulavit.*

† **INCURSIO**, Eadem notione, apud Rymer. tom. 1. pag. 734. in Litteris ann. 1261: *Hæc omnia promisi fideliter observanda sub Incursione personæ meæ et omnium rerum mearum. Infra: Sub Incursione personarum et omnium rerum nostrarum.*

† **INCURSUS**, Eadem significatione. Charta ann. 1231. in Regesto Tolos.: *Videlicet domos, census, furnos, homines et fœminas, et justitias et Incursus, leidam et pedagiū, et albergam, etc.* Alia ann. 1238: *Dicta feuda deciderunt in Incursum, sive commissum D. Raymundi C. Tolos.* Eā notione usurpat in Consuetudin. Tolos. 4. part. tit. de Feud. art. 10. in Charta ann. 1228. apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 337. etc. *Encourance de peine*, in Consuetudine Aquisi tit. 8. art. 5. *Pœnæ Incursus*, in leg. 7. Cod. Th. de Accusat. (9. 1.)

† **INCURRI ALICUI**, In mulctam Principis incidere. Statutum 2. Westmonast. cap. 37: *Statutum est, quod ejusmodi tenentes capitibus dominis aut Regi Incurrantur.* [Haud eadem prorsus, ut videtur, notione in Homagio ann. 1320. apud Rymer. tom. 1. pag. 314: *Cencessi quod omnes terræ meæ, quas de ipso Savarico teneo, Incurrantur de me et hæredibus meis, ipsi Domino Regi et hæredibus suis in perpetuum, ad faciendum et disponendum inde pro voluntate sua.*]

† **INCURSA TERRA**, Mulcta et confiscationi obnoxia. Consuetudines Comitum Montis-fortis ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 836: *Item, quicumque in terra Comitibus poterit capere hostes fidei et suos, et non ceperit, et poterit inde comprobari aut convinci, Terra sua erit Incursa, et corpus suum in manu et misericordia Comitibus.*

† **INCURREGUTUS**, Simili notione. Conventio Raimundi Comitibus Barcinon. cum Ermengaudo Comite Urgell. ann. 1064. Marcæ Hisp. col. 1128: *Similiter prædicti mei homines, quos nunc ego prædictus Ermengaudus mitto in pignora ad prædictum Raimundum, Incurrant in potestatem Raimundi Comitibus, uniusquis-*

*que per suprascriptos decem millia solidos sine engan de prædicto Raimundo Comite.... Et si de prædictis ostaticis Incorregutis surrexerit placitum, etc.* Alia Conventio inter Hugonem Comitem Emporitani et Guilbertum Comitem Ruscinonensem ann. 1085. ibid. col. 1178: *Sin autem infra jam dictos quadraginta dies... non fecero tibi directum... Incurrat jam dicta pignora in tua potestate sine tuo engan, sine ulla mea contradictione. Et si ego prædictus Ugo Comes primum dixerō tibi prædicto Guilberto Comite quod jam dictas pignoras, quod ego misi in tua potestate fiant ereptæ, et ipsas quod tu mihi misisti fiant Incurregutæ in mea potestate, ambo veniamus in locum præscriptum collum de Spils infra jam dictos quadraginta dies, et eligamus ibi de nostris bonis hominibus, qui recte judicent inter nos qualiter de jam dictis nostris pignoribus fiant Incurregutæ aut ereptæ. Et si meis hominibus noluerint judicare, et tuis judicaverint, statim fiant tuæ pignore absolutæ et meæ Incurregutæ in tua potestate sine tuo engan.*

\* **INCURSAX**, Crebro faciens incursiones, apud Laur. in Amalth. Occurrit apud Sidon. lib. 8. epist. 12.

\* **INCURSIO**, Jus bona alicujus fisco addicendi. Charta ann. 1499. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 388: *Quæ quidem medietas tenetur cum et sub consilio, dominio, laudimio, forscapio, jureque prælationis, Incursionis, commissi et advantage.* Vide in *Incurramentum*.

1. **INCURSUS**. Lactantius lib. 4. cap. 27: *Denique si constituitur in medio, et is, quem constat Incursum dæmonum petiti, etc.* Rursus: *Hominumque mentes motas, et malis Incursibus furiatas in sensus pristinos reponerat.* Julius Tolestanus in Prognost. lib. 1. cap. 18: *Malignorum spirituum sæva vel cruenta Incursio.* Messianus in Vita S. Cæsarii Arelat. de quadam arreptitia: *Per biduum quo ibi fuimus, ad Ecclesiam processit, Incursusque ille malus deinceps nunquam ad eam rediit.* Infra: *Virgamque ipsam de pariete suspendunt, deferentes ad locum, ubi dæmonum Incursus audiebantur.* Sextus Platon. de Medicina animal. lib. 1. cap. 9. num 16: *Efficit ut nec caducus fiat, nec phantasmata Incurrat.* Versus de S. Norberto in Bibl. Præmonstrat. pag. 891:

Dæmonis Incursus fidei virtute fugavit.

Vide *Dæmon meridianus*.

† 2. **INCURSUS**, Concursus, hominum frequentia. Epistola Deodati PP. inter Concil. Hisp. 2. pag. 461: *Quidam viri etiam et mulieres, præteritū sabbatum, Paschali die, præ magno populorum Incursu, etc.* Vide alia notione in *Incurramentum*.

\* 3. **INCURSUS**, Confiscatio, idem quod supra *Incurramentum*, nostris etiam *Incours*. Charta Phil. Pulc. ann. 1302. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 91. r.º. col. 2: *Concedimus ælvij. sol. et v. den. Paris. annui et perpetui redditus assignandas eisdem conjugibus seu eorum hæredibus in forefacturis seu Incursibus Flandriæ.* Stat. ann. 1317. in Reg. A. ejusd. Cam. fol. 202. v.º: *Nec non super forefacturis, excasuris, Incursibus, emendis et aliis emolumentis.* Arest. ann. 1355. 20. Febr. in vol. 4. arestor. parlam. Paris.: *Absque metu alicujus Incursus seu confiscationis.* Reg. A. 2. ad ann. 1321. fol. 40. r.º: *A mestre Germain est renouvelle l'office et la procuracion des Incours de hérésie en la sénéchaucie de Thoulouse et d'Abejois.* Vide in *Incurramentum*.

\* 4. **INCURSUS**, Qui poenam confisca-



sont tellement Affléboyées, etc. Le Roman d'Alexandre MS. :

De leur vies defendre nul d'eulz ne s'Atébloie.

Affoibloyer, in Poem. Rob. Diaboli MS. :

Chiaus de Rome a si avilliez,  
De sain les a Affoibloyez.

Hinc Affléboiement, Imminutio, in Lit. ann. 1315. tom. 1. earumd. Ordin. pag. 614 : Par la mutacion et Affléboiement des monnoies, etc.

**INDEBITARE**, Ære alieno obligare, nostris *Endebter*. Additio 4. ad Capitul. Caroli M. cap. 94 : Nullus Presbyter... decimas vendere, aut dare, vel pignoraré, aut Indebitare præsumat. Will. Thorn ex MS. Thwisdar. ann. 1348 : Pro causa hujus miserimæ provisionis Monasterium exstitit Indebitatum in 1000. libris et eo amplius.

† **INDEBITATUS**, Contraria notione, Ære alieno liberatus. Hist. Monasterii Viconiensis apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 307 : Gerardus Abbas domum hanc transiens a sæculo Indebitam reliquit, fertilem et uberrimam.

\* **INDEBITARI**, Ære alieno premi, in Cod. leg. antiq. Chron. Joan. Whetham. edit. Hearn. pag. 380 : Indebitatur locus dictus in summis gravibus, promittit ea solvere. Vide *Indebitare*.

† **INDEBITE**, Immerito, injuste. Rolandinus Patav. de Factis in Marchia Tarvisina lib. 5. cap. 15 : In anno Domini MCLII. alii quidam nobiles similiter Indebite perierunt, occasione injuste sumta, etc. Laurent. in Amalthea : Indebito, Contra il douere.

\* *Maudeument*, contra jus, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 140. Chartoph. reg. ch. 150 : *Icelle exposante dit à Perron le Leu que elle le mescreoit qu'il n'eust prins et emporté Maudeument un trébuchet à pranre oyseaulx.*

**INDEBITOR**, in Glossar. Arabico-Lat. *Devotus, officiosus.*

\* **INDECENTIA**, Insufficiencia. Judic. ann. 1287. in Reg. Olim parlam. Paris. fol. 78 : *Super deceptione seu Indecentia assisizæ duorum millium librarum terræ, ut dicitur, factæ dominæ reginæ Margarete, ... dominus rex faciat emendari et rescindi.*

† **INDECIMATUS**, Qui non pendit decimas. Donatio Jacobi Aragon. Regis ann. 1241. inter Concil. Hispan. pag. 498. col. 1 : *Similiter concedimus vobis et vestris in feudum perpetuum omnes decimas totius portionis reddituum vel proventuum vestrorum, quæ vos percipitis... in omnibus furnis et molendinis, et tertiam partem in piscatione maris et Albufere Valentiz, salva parte vestra, quam recipitis vel recipietis in dicta Albufera, quæ pars vobis et vestris remaneat Indecimata.*

\* **INDECISIM**, Dicitur de lite injudicata, Gall. *Indecis*, in Arest. parlam. Paris. ann. 1488. 20. Febr. inter Observ. ad Carol. VIII. pag. 561 : *Quibus processibus in dicta nostra curia Indecisim pendentibus, etc.*

\* **INDECORABILITER**, [Indecore. Accius apud Charis. 2. p. 182. Putsch. *Indecorabiliter* alienos alunt.]

\* **INDECORO**, [Dedecoro, dedecus affero. Accius apud Non. 2. 490. Me spernens, incilians probris, sermone Indecorans. Quidam tribuunt et Horatio 4. Od. 4. 36. Indecorant bene nata culpæ. Al. leg. dedecorant, sed prius præstat.]

† **INDEFECTIBILITER**, Citra defectum, constanter. *Perseveravit Indefectibiliter*

usque in finem, in Vita B. Coletæ, tom. 1. Martii pag. 545.

† **INDEFECTIVUS**, Qui non potest deficere, perpetuo duraturus. Imitat. Chr. lib. 3. cap. 47. n. 2 : *Salus erit Indefectiva.*

\* **INDEFENDERE**, Non defendere, de evictione non cavere. Charta ann. 1152. apud Lam. in Delic. erudit. inter notas ad Hodoepor. Charit. part. 3. pag. 1161 : *Et cum vobis ac omni homine defendere non potuerimus et Indefenderimus, spondemus nos vobis componere, etc.*

\* **INDEFENSE**, Indistincte, vel nuda conventionem facta, in leg. penult. in fine C. de Constit. pecun. (lib. 4. tit. 18. c. 2. § 2.) Lauremh. antiqu. ex Thes. var. Lectio. a Pancirolo lib. 1. cap. 77. pag. 107.

† **INDEFENSUS**, Non defensus, cui nemo patrocinatus est. *Inauditi, Indefensi atque indamnati, etc.* in Charta ann. 1523. apud Ludw. tom. 5. pag. 323.

[\* *Indefensus* apud Anglos est contra quem contumacem pronunciat, quum non respondeat nec obtemperet jus dicenti. Placit. ann. 22. Edward. I. rot. 40. in Abbrev. Placit. pag. 290 : ... *Joh. requisitus si velit vadiare deliberationem equi prædicti dicit quod habet superiorem. Et super hoc prædictus Thomas petit judicium de eo tanquam de Indefenso... Ideo consideratum est quod prædictus Johannes sit Indefensus ; et prædictus Thomas recuperet dampnum scilicet 10. sol. et Joh. in misericordia et finivit pro 3. sol. domino regi. Rot. 63. ann. 32. Edward. I. ibid. pag. 297 : Quia defendens noluit respondere ultra prout sibi injunctum fuit, adjudicatur quod indicium reddatur contra ipsum tanquam Indefensum, quia non respondebat ad maliciam allegatam.]*

† **INDEFESA**, Locus pascuus. Vide *Defensa, Defesa.*

\* **INDEFICIARI**, *Negare, abdicare, Desnari*, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* **INDEFICIENS**, [Qui non deficit. *Tertull. advers. Jud. 14. Decor Indeficiens.*]

**INDEFLEBILIS**, ἀκλαυστος, in Gloss. Græc. Lat.

\* *Instabilis*, ex Cod. reg. in Castigat. ad utrumque Glossar.

\* **INDEGUARE**, Indagare. Comput. ann. 1381. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 33. col. 2 : *Solvi Petro Brosse nuncio misso apud locum de Calmeta... pro Indeguando sive explorando ubi erant gentes armorum. Hinc emendandus Comput. ann. 1383. ibid. pag. 49. col. 1 : Primo tradidi præceptoris S. Anthonii, qui ivit apud Avinionem pro Indeguando de hiis, quæ agere habebant communitates præsentis senescalliæ. Leg. enim Indeguando.*

\* **INDELIBERATUS**, Dicitur de eo, quod in sola deliberatione hæret et non perficitur, ut docent docti Editores ad Vit. Leonis IV. PP. tom. 4. Jul. pag. 319. col. 2 : *Ad quam ipse cum suis fratribus non modicas argenti libras direxit, ut sicut dictum est, tam proficuum opus Indeliberatum minime remaneret.*

\* **INDELICTUS**, [Non malus, nihil delicti in se habens. *Attius* apud Fest. in *Probrum*.]

\* **INDELITESCERE**, Delitescere. Vita S. Hildulfi tom. 3. Jul. pag. 224. col. 2 : *Siquidem anxianbundus suspecto honore sublimari in peregrinis, quasi ignobilem se posse Indelitescere suscipabatur in propriis.*

\* **INDEMINUTE**, Minutatim, Gall. *En détail*. Epist. Hadr. I. PP. ann. 776. tom.

5. Collect. Histor. Franc. pag. 551 : *Sed et ipsi præfati vestri missi Indeminute nobis omnia, quæ illis a vobis injuncta sunt, detulerunt plenissime.*

† **INDEMNIS**, Insons, qui nullum fecit dampnum. Paulus Diac. in Vitis PP. Emerit. : *Cum subito sanctissimus vir Massona Episcopus e gremio raptus Ecclesiaz tolleretur, et Indemnisi quasi reus ad exsilium aucceretur.*

† **INDEMNISARE**, Dammum præstare, Gall. *Indamniser*. Fundatio Collegii Cenoman. ann. 1526. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 585 : *Ad onus... solvendi (Episcopo Cenom.) summam xxv. librarum turon. hac conditione adjecta, quod cum... eidem Domino... emerit et tradent unam medietariam seu hereditatem... Indemnissatam... tunc hujusmodi redditus xxv. lib. turon. cessabit et extinctus erit.*

\* **INDEMNITAS**. [Epist. Urbani papæ III : *Eorum indemnitati... vobis imminet præcavere. p. 91.*]

\* **INDEMPNITAS**, Dammum, detrimentum. Lit. ann. 1351. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 109 : *Volentes eisdem supplicantibus, quos semper invenimus nostris beneplacitis et mandatis promptos et fideles, in eorum proposito confovere, et eorum Indempnitatibus, oppressionibus et gravaminibus obviare, etc.*

† **INDEMPNARE**. Vide *Indeptari*.

**INDEMPUTABILIS**, Immutabilis. Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 61 : *Qui crederet in eo fidem non factam, firmam et Indemputabilem stabilitatem.* Latini demutare dixerunt, Plautus, Tacitus lib. 4. Annal. etc. Salvia. lib. 5. de Gubern. Dei : *Qui post veterum flagitorum probrosa crimina... nomen tantum Demutare, non vitam.*

\* **INDENGENTIA**, pro Indigentia, in Lit. ann. 1361. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 214.

1. **INDENTARE**, veteres dicebant, *Occare*, quod occa dentata terræ infringerentur. Gloss. Gr. Lat. : Σαράπετος, *Fossura, occatio, Indentatio.*

2. **INDENTARE**, Dente infringere : Galli dicunt *Mettre la dent dedans quelque chose.* Sanctus Pacianus Barchinon. Episc. Epist. 2 : *Recole utrumque literas, jam videbis spiculicis, an floribus paginam conseramus. De similibus quidem Apostolus, quos oportet Indentari.*

\* Metaphorice, ut in loco laudato ex S. Paciano, pro Redarguere, verbis gravioribus appellare. Nostris vero *Enderter* et *Adenter*, est dentes seu faciem ad terram aut ad quodvis aliud ponere, puta manibus faciem acclinare. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 408 : *Les supplians prindrent icelle Beraulde qui estoit morte, et la mirent toute Endentée dessus les degrez d'icelle crotte, le visage contre la terre.* Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 19. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 238 : *Li rois... entra là où elle (la reine) estoit si coïement, qu'elle ne s'en aperçut (mie) en ce que elle se fu Adentée sour un banc sus oreilliers et sus quarriaus. Ubi Aimoinus lib. 3. cap. 56. habet : *Super scamnum acclinem.* Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. ch. 331 : *Drion Bardenan Adenta son visage sur ses deux mains, etc.* Aliæ ann. 1463. ex Reg. 199. ch. 1 : *Le suppliant print Jehan Liegart par les cheveux, telement qu'il le fist courber et Adenter vers la terre.* Unde Adans, facie ad terram prostrati, apud Joinvil. Hist. S. Ludov. edit. Cang. pag. 112 : *Et y en avoit plusieurs devant le corps Nostre Seigneur, qui estoit en la**

nef, tous Adans, et crians pardon à Dieu. Car chacun se actendoit de noier. Ubi in edit. reg. pag. 130. inter varias divisis vocibus, à *dents*, minus recte legitur. Hinc etiam *Adenter*, dicitur de vase quod invertitur, in Lit. remiss. ann. 1425. ex Reg. 173. ch. 244: *Si lui mist sur son ventre trois ou quatre petites chandelles de cire, qu'elle alumà et les assist sur une crouste de pain, qui estoit sur le ventre de ladite femme, et Adenta un pot de terre sur les chandelles estans sur le ventre d'icelle malade, qui fut fait par forme de ventouse, pour aidier à relever la marris d'icelle malade. Adent vero vel Endante, lignariis nostris appellatur, Dens seu commissura, qua lignum ligato aptatur; unde *Adant* alias nuncupatum *Ædificium* domui additum, vulgo *Appentis*, quod ex lignis ita simul compactis constat. Terrear. Mont. Leher. ann. 1548: *Plus un Adant et mesure assis audit lieu, appellé le Pot vert... Quatre espases de maisons couvertes de thuille avec ung Adant (sic) couvert de chaulme... Plus ung Adant couvert de chaulme contenant trois espases. Plus ung Adant, alias apentis, couvert de thuille. Inde Adenti, Rei alicui addictus, illigatus, in Bestiar. MS.:**

Quant il furent souef nourri,  
Et à délices Adenti,  
A la char et à la luxure, etc.  
De foles gens est autressi,  
Tant sont apris et Adenti,  
A lecheries, à mauvaistiés, etc.

**INDENTURA**, Gallice *Endenture*, JC. Anglis, idem est quod *Chirographum*, nempe syngrapha, vel scriptura conventionalis, alii, quæ idem continet, quasi parallela, et ab ea decisa in modum dentium, ut pares esse et una confectæ videantur: ut si de rebus in iisdem contentis emergat controversia, ad contractus veritatem firmandam, eadem *Indenturæ* simul aptentur, et invicem sic collatas, ex una eademque confectas charta esse appareat. Ejusmodi *Indenturarum* apud Anglos usum ante Henrici III. ætatem non reperisse se ait Spelmannus: sed ejusdem esse ævi, cujus *Chirographa*, docet Ingulfus ann. 875: *Egelricum tunc provisorem suum, statum domus tam in thesauris, quam in localibus aliis jussit ostendere, et de universis post obitum suum per Indenturam conventui respondere.* Ejusmodi *Indenturam de vasis argenteis* descripsit Will. Thorn. ann. 1321. Vide Littleton. sect. 217. [et Rymer. tom. 1. ubi exhibet hujuscemodî Chartam Indentatam.]

Porro, quod de *Chirographis* docuimus supra, in *Indenturis* idem observabatur, ut contrahentium alter sigillum suum apponeret *Indenturæ*, quæ penes alterum remanebat, *Indenturæ* apud Littletonem sect. 371. 372. sic clauduntur: *In cujus rei testimonium uni parti hujus Indenturæ penes præfatum V. de D. remanenti prædictus R. de P. sigillum suum apposuit: alteri vero parti ejusdem Indenturæ penes R. de P. remanenti idem V. de D. sigillum suum apposuit.* Alia *Indentura* in Monastic. Anglic. tom. 2. pag. 259: *In cujus rei testimonium huic Indenturæ tam dicta Elizabetha, quam prædicti Prior et Conventus... alternatim sigilla sua apposuerunt.* Similibus formulis clauduntur Chartæ aliæ Gallicæ in eodem Monastico Anglic. tom. 1. pag. 375. 904. tom. 2. pag. 97. Adde præterea Walsinghamum ann. 1354.

\* Pactum inter Eduard. reg. Angl. et comit. Namurc. apud Rymer. tom. 4.

pag. 666: *En tesmoignance de quele chose lesditz roi et coumte à cest Endenture entrechaungeablement unt mis leurs seals.* Lit. Henr. VI. reg. Angl. ann. 1424. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 208: *Savoir faisons... Nous avoir veues les lettres de contrat, fait par maniere de cirograffe ou endenture, du bail d'une place assise... à Therouenne.* Unde *Escrit endenteis*, in Inventar. jocalium Eduardi I. reg. Angl. ann. 1297: *Et pour souvenance et cogniscance des joiaus desusdit est fait chis escrits Endenteis et doubleis.* Quarum *Indenturarum* apud Anglos usum, post Normannorum in Angliam adventum, assignat Hiccius tom. 1. Thes. Septemtr. in Præfat. pag. xxj. et xxix. licet aliter doceat Ingulfus ad ann. non 875. sed 975. Consule præterea Dissert. Eplst. præfixam tom. 2. ejusd. Thes. pag. 76. Vide supra *Chirographum*.

Erant autem *Indenturæ*, non modo bipartitæ, sed et interdum tripartitæ, quadripartitæ, etc. pro contrahentium numero, ut est apud Littletonem sect. 370. Tripartita *Indentura* describitur in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 280.

**INDENTATA** CHARTÆ, Eadem etiam dictæ. Fleta lib. 1. cap. 18. § 4: *Quorum præsentationes fiant duplicatæ in modum cyrographorum Indentatæ, quarum partes sigillis suis appensis dictis Inquisitoribus liberentur.* [Indentatæ *Litteræ*, apud Rymer. tom. 4. pag. 101. et tom. 13. pag. 708. *Madox Formul. Anglic. pag. 33.*] *Scriptum Indentatum*, tom. 2. Monastici Anglicani pag. 83. cujusmodi est *Indentura* illa apud Thom. Walsinghamum pag. 238. [\*] Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Zerte* col. 2152.]

**INDEOCRONITUS**, Conciliabulum Sarcidense sub Julio I. PP.: *Inducentesque novam sectam Indeoconiti Marcelli mixta Sabellio et Paulo.* Vox indubie corrupta, sed quæ idem sonat quod θεοσυγγής, *Deo perousus*, in Gloss. Gr. Lat.

† **INDEPARATUS**, imparatus. Radulfus Cadom. in Gestis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 204: *Christiani ternis agminibus incedebant, Boddmundus dextra; sinistra et parte et sorte Comes Balduinus: ambo inermes, Indeparati, improvidi.*

**INDEPTARI**, pro *Indipisci*, ab *Indeptus*. [Festus habet, *Indeptare*.] Lucifer Calaritan. lib. 3. pro S. Athanasio: *Conspicis interea mandasse Apostolum, ut vos veritati resistentes Indeptemini Episcopi intervenit, ut per sanam doctrinam vestra punita esset blasphemia.* Ita emendant viri docti pro *Indemtemini*.

**INDERENZARE**, Dirigere. Epistola Alfonsi Imperatoris Hispaniæ ad Henricum Comitem Portugalliæ: *Et dicunt mihi, quia dedi illam (villam) ad sanctum Cyprianum; sed non venit mihi in mente: et quamvis ego eam dedissem, si in testamento erat de illo monastico, ego nec autorigo, nec autorigabo eam, sed vos, quantum mihi bene quæritis, causam de illa sede et de illos monasterios, Inderenzate illas.* Ubi Brandaeus lib. 8. Monarch. Lusit. cap. 9: *Vos pello bem que me quereis in caminahi la, et resolvet a contienda destas igreias.*

\* **INDESTRUCTUS**, Integer, non destructus. Elmham. in Vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 42. pag. 102: *Sicque tam suburbia quam abbatia, secundum intentionem et jussionem regiam, remanent Indestructa.*

† **INDEXTAMENTO**. Sic apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 20. terminatur Privilegium Domnoli Episc. Cenoman. pro S. Vincentio: *Voluntas nostra perpetim*

*auxiliante Domino capiat firmitatem, Ans Juliani legis Indetamentionem. Actum Cenomanis civitate ann. XI. regnante domini nostri Chilperici Regis pridie Nonas Martias.* Clausulam singularem et procul dubio mendosam doctioribus emendam propono. [\*] Leg. Aquiliani legis indeta mentionem. Vide *Stipulatio*.]

† **INDETERIORARE**, Deterius efficere, apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1054.

\* **INDETERMINABILIS**, [Qui terminari, seu definiti non potest. *Tertullian. advers. Hæret.* 7. *Indeterminabiles quaestiones*.]

\* **INDETERMINATE**, Gall. *Indéterminé-ment*, Indefinite. Stat. Cadubr. pag. 52. r: *Quod nullus buscherius et laborator lignaminis se obligare possit... alicui mercatori terrigenæ vel forensi ad dandum et vendendum sibi Indeterminate lignamen;... sed certam et expressam quantitatem lignaminis se daturum exprimeri possit ad certum tempus.* Utitur Festus.

† **INDETERMINATUS**, Innumerabilis, numerum excedens. Barthii Glossar. ex Baldrici Hist. Palæst.

† **INDETRACTABILIS**. Engelbertus de S. Mariæ virtutibus part. 1. cap. 10: *Qui per Incarnationem Deus factus est homo, assumens omnia, quæ ad humanæ naturæ proprietates Indetractabiles, sive non inconvenientes, aut indecentes, ex parte humanæ animæ et humani corporis pertinebant.* Ubi per *Proprietates Indetractabiles* eas puto esse intelligendas, quæ sic humanæ conveniebant naturæ, ut ab ea non potuerint detrahi et separari.

\* **INDEUCIA**, Inductus, suasio. Charta Phil. Aug. ann. 1204. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 160: *Homines isti duas minas faciunt per Induciam et respectum viariorum Chastrarum.* Vide *Inductio* et *Regardum* 5.

\* **INDEVIABILIS**, A via nusquam aberrans. Molin. in Consuet. Paris. tit. 1. art. 1. Gloss. 9. num. 21: *Juxta sacre Scripturæ gnomonem Indeviablem, naturalis rationis et æquitatis dictamen.*

† 1. **INDEVOTIO**, Neglectio divini cultus, irreligio, Gallis *Indevotion*. Statuta Ecclesiæ Constantiensis apud Marten. tom. 1. Collect. vett. Scriptor. part. 1. pag. 251. edit. in 4: *Quoniam propter Indevotiones, ut non dicamus derisiones, quorundam ad synodum venientium, novimus scandala suborta fuisse, etc.*

\* 2. **INDEVOTIO**, Malevolentia, in leg. ult. Cod. de duob. reis stipul. et promit.: *Et quærebatur, si eis vel ei daretur licentia adversus alios Indevotionem suam exercere.* Occurrit etiam in leg. 35. § ult. Cod. de Donat. Vide Calv. lexic. jurid. ad hanc vocem.

† 1. **INDEX**, *Cotricula*, qua solet aurum explorari. Sussannæus in Vocabulario. Vox nota Vitruvio hac significatione.

2. **INDEX**, Horologii index horarius, vel ipsa, quæ horas sonitu indicat, campanula. Regula Magistri cap. 54: *Cum advenisse divinam horam percussus in Oratorio Index monstraverit.* Cap. 55: *Cum sonuerit Index.* Cap. 93: *Cum ad opus divinam Oratorii Index sonaverit.*

† **INDEXTRARIIS**, Equites, ut puto, dextrariis, seu equis majoribus insidentes. Charta Frederici Ducis Austriæ ann. 1309. apud Ludewig. tom. 5. pag. 534: *Cum centum armatis Indextrariis, et cum centum balistariis equitibus.* Quid si legendum divisis vocibus in *dextrariis*. Vide *Dextrarii*.

**INDICATOR**, Accusator. Lex Longob.



lib. 1. tit. 25. § 4. [Roth. 260.]: *Si quis per proditorem, id est, per certum Indictorem furtum invenerit, sibi nonum reddat, qui furtum fecerit, ei cui factum fuerit.* Apud Lampridium in Commodo: *Indices de Senatu, delatores de Senatu, etc.* Vide Cujacium lib. 6. Observ. cap. 24. et supra Alator.

† **INDICATURA**, Æstimatio, pretium. Rob. Constantini Nomenclator insignium Scriptorum: *Mihique genus nummi ostensum est, quod adhuc appellatur Nobile Raymundi, auri videlicet puri et obrizi, summæque Indicturæ.* Haud dissimili notione Plinius in Proœmio: *Nec fiducia operis est hæc, sed Indictura.*

† **INDICENDUS**, Qui dici non potest, ineffabilis. Gloss. Cyrilli: *Indicendus, ἀλετος.*

\* **INDICIALIS DIGITUS**, Index. Vide supra in *Digitus*.

† 1. **INDICIARE**, Indicare, monere. Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1140: *De factis terræ Modoetiæ eum Indiciavit.*

\* *Enditier*, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 150: *Si tu fu Enditié Estienne Boilyaue, lequeul maintint et garda si la prevosté, que nul malfaitteur, ne liarre, ne murtrier n'osa demourer à Paris. Indire*, eodem sensu, in Lit. reg. ann. 1561. tom. 2. Comment. Cond. ult. edit. pag. 357. *Endité* vero, pro *Edoctus*, vulgo *Instruit, informé*, apud Phil. Mouskes:

Et si fut mult bien Inditités,  
Coment il ere desérités.

\* 2. **INDICIARE**, [*Indiciare, respiter.* (Lex. lat. gal. bibl. Ebroic. n. 23. XIII. s.) »]

† **INDICIBILIS**, ut *Indicendus*, Gall. *Indicible*, apud Johann. Sarisber. Epist. 291. Acher. tom. 9. Spicil. pag. 679. Murator. tom. 6. col. 70. et alibi.

† **INDICIBILITER**, *Modo indicibili*, apud D. Calmettum tom. 2. Hist. Lotharingæ col. xxxviii.

\* Glab. Rodolph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 28: *Qui (Deus) cetera Indicibiliter sua sapientia disponit.* Occurrit rursum ibid. pag. 56. et 172.

† **INDICIO**, pro *Indictio*, apud Paptam. [Vide infra *Indictio* 1.]

1. **INDICIUM**, [Specimen rei, Gall. *Echantillon, Montre*.] Vide *Digma*.

\* 2. **INDICIUM**, *Forum rerum agnorum dicit*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

\* 3. **INDICIUM**, pro *Insidium*, *Insidiæ*. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 19: *Duos homines... posuit in ambosca seu Indicio in quodam nemore.* Vide supra *Incidium*.

**INDICTARE**, Accusare: *Indictatus*, Accusatus. *Endier, Endité*, apud Littletonem sect. 194. et in Libello accusationis Alexandri Nevillii apud Knyghton. pag. 2721. *Indictari per inquisitionem*, in Aditamentis ad Matth. Paris. pag. 102. quomodo hæc vox usurpatur passim apud Anglos, in Legibus Malcolm II. Reg. Scotiæ cap. 3. art. 6. apud Bractonem lib. 3. tract. 2. cap. 11. § 8. cap. 22. § 1. in Fleta lib. 1. cap. 20. § 98. cap. 25. § 3. 4. apud Will. Stanford. lib. 2. Plact. Coronæ cap. 24. 25. et seqq. etc. Proprie autem

**INDICTAMENTUM**, Gall. *Enditement*, apud eundem Stanford. locis laudatis, (ubi multa de Indictamentis) dicitur, ut ait Skenæus ad Regiam Majestatem l. 1. cap. 1. § 8: *Cum singuli de malefactoribus interrogantur, et singulatum respon-*

*dere jubentur, si quos criminosos in provincia noverint. Nam Indictamentum fit, quando Justitarius Regis per suos Clericos privatim inquiri jubet, de delictis et maleficiis in ipsorum ballia commissis, et singulorum malefactorum nomina referri jubet in tabulas, ut per Coronatorem attachiari et arrestari possint, ut in itinere justitarii compareant, et coram eo respondeant. Cognitio vero de Indictamento, sive de criminibus per Indictamentum inquisitis, perlinet ad Justitarii cognitionem. His consonant, quæ habet Spelmanus; qui insuper addit, Indictamentum esse accusationem 12. ad minus Inquisitorum juramento firmatam. Comperito enim Indictamento, postulatus, quem Indictatum dicunt, pro tribunali sistitur, exigiturque duodecimvialis jurata ad cognoscendum de facto ejus secundum probata et allegata. Jurantur ipsi, jurantur et testes accusatorii, quorum auditis criminacionibus et postulati responsis, duodecimviri seorsum a Curia de re omni inter se consulunt, donec in sententiam coeuntes, postulatum aut sontem denuntiant, aut insontem. Thom. Walsinghamus pag. 276: *Robertus Trisilian... Justitarius... convocari fecit duodenam, quam pridie oneraverat ad Indictandum et prodendum malefactorum et pacis Regiæ turbatores. Venerunt igitur jurati de villa, et dixerunt se nullum talem scire, nullum Indictare juste posse, cunctos fideles et obsequentes Regi fore, semperque fuisse. Infra: Turbati ergo villani æstimaverunt salubrius Indictare reos vicinos, quam in semetipsos dicta mala congerere, et Indictaverunt quamplures tam de patria, quam de villa. Idem pag. 354: *Fecit Indictari dictos dominos prodicione.* Adde pag. 329. Statutum 2. Westmonast. cap. 15. Regiam Majest. lib. 4. cap. 5. § 5. Concilium Londoniense ann. 1328. can. 7. Bractonum l. 3. tract. 2. cap. 11. § 8. etc.**

† **INDICTAMENTUM DE VIRIDI**, Accusatio, delatio cujusvis delicti in viride lignum commissi, vel etiam multa pecuniaria quæ pro ejusmodi delicto exigitur. Charta ann. 1091. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 78: *Per servitium reddendi domino Regi pro terra prædicta x. s. et pro foresta prædicta xl. s. per annum pro omnibus proficuis forestæ prædictæ exceptis Indictamentis de Viridi et venatione quæ domino Regi omnino reservabantur.*

† **INDICTATIO DE VIRIDI**, Eadem notione. Charta ann. 1230. apud eundem Kennett. ibid. pag. 209: *Et dicunt etiam quod idem Johannes debet habere feodum in bosco domini Regis videlicet attachiammentum de spinis de bosco suo, et de bosco qui vento substituitur, et pannagium et clamationes et Indictiones si quæ fuerint de Viridi et venatione. Exceptis Indictionibus... de Viridi et venatione, in alia Charta ann. 1266. ibid. pag. 265.*

**INDICTIO**, Idem quod *Indictamentum*. Charta Edw. I. Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 3. pag. 1141: *Nonnunquam enim sunt accusationes de foresta, et indictiones vulgariter sic appellatæ, non per legitimas inquisitiones proborum et legalium hominum procedentes, etc.*

1. **INDICTIO**, Annona, tributum, quidquid in præstationem indicitur: *Canon* possessionibus et agris impositus. Salviianus l. 5: *Qui exactionis publicæ nomen in quæstus proprii emolumenta vertent, et Indictiones tributarias prædas suas etiam fecerunt. Infra: Indictiones tributarias ipsi interdum divites faciunt, pro*

*quibus pauperes solvunt.* Sidonius lib. 13. Epist. 5: *Quos... inauditibus Indictionum generibus exhaurit. Indictionale augmentum*, apud Ammianum lib. 17. p. 90. Id est, *superindictum*, de quo tit. Cod. Th. lib. 11. num. 6. Vide titulum ejusdem Cod. Th. de Indictionibus, (11, 5.) et Legem Wisigoth. lib. 12. tit. 1. § 2. [*Indictitia onera*, apud Cassiodorum lib. 5. Var. Epist. 14. *Cessent omnia subsidia, focagia, capagia, quarantena, Indictiones, equi qui dicuntur de debito, et alia onera*, in Litteris Johannis Franc. Regis ann. 1363. Sic legendum, non ut est editum *Indictiones equi*, sine virgula: quod tenebras offundit vel ipsi oculatissimo Editori. Lactantius de Morte persecut. cap. 7: *Ut enormitate Indictionum consumitis viribus colonorum desererentur agri, et cultura verterentur in silvam.* Asconius in hæc Ciceronis verba lib. 2. in Verrem cap. 2: *Quando illa (Sicilia) frumentum quod deberet, non ad diem dedit? Quando id quod opus esse putaret, non ultro pollicita est? Quando id quod imperaretur recusavit? Observat omne pensitationum genus, Canonis, Oblationis, Indictionis, in hoc capite positum esse. Canon in frumento consistebat et ad certum diem pendebatur. Oblatio spontanea erat. Indictio præter ordinem et de novo imponebatur. Hæc vera apud antiquos et recentiores Indictionis notio. Exactio nova seu Indictio, in Conventioibus ann. 1385. ex MS. D. Brunet. Plinius in Panegyrico Trajani cap. 29: *Nec Novis Indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt.*]*

\* *Nostris Indiction*, eadem acceptance. Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 480. art. 9: *Au roy seul et et pour le tout appartient de octroyer nouvelles Indictions généraux sus villes et sur pais.* Libert. Lautrici et Forciarum ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 361: *Ordinat quod si contingeret aliquam fieri Indictionem sive talliam, quod talis Indictio sive tallia imponatur et dividatur pro capite sive testa. Tallia vel Indictio, in Libert. Ruthen. ann. 1371. tom. 5. supra laudato pag. 411. art. 1. Stat. sabater. Carcass. ann. 1402. tom. 8. earum pag. 559. art. 4: *Si vero pro aliis causis et negociis levis licitis et honestis, ubi non esset Indictio, etc.* Unde *Indire*, pro Tributum seu præstationem indicere, in Lit. reformat. in Occit. ann. 1389. ex Reg. 146. ch. 223: *Maistre Pierre Bayer donna conseil de faire, Indire et mettre sus le peuple plusieurs et diverses subsides. Indire et imposer... taille, queste, etc.* in Libert. villæ d'Aigue-Perse ann. 1374. ex Reg. 198. ch. 360.*

2. **INDICTIO**, Latinis appellatur numerus quindecim annorum, annis Christi addi solitus, ad cavendum errorem, qui de temporibus forte oboriri poterat, institutus, ait Beda de Ratione temp. cap. 48. Indictionum mentionem ante Constantini Mag. tempora non fieri constat: quæ aliquot Constantii Imperat. primum, ac deinde subsequentium Augustorum constitutionibus adscriptæ leguntur in Cod. Theod. quarum laterculum contexit Jacobus Gothofredus in Prolegomenis ad eundem Codicem. Verum non una eademque est ubique Indictionum ratio, cum diverse ab communi usu interdum attextantur: adeo ut aliæ ab anno 312. aliæ ab anno 313. 314. et 315. consurgant. Verbi gratia primus Consulatus Honorii N. P. ann. 386. in Indictionem 15. rejicitur in leg. 8. de Indulgent. debitor. (11, 28.) qui in 14. a Marcellino et in Chronico Alexandrino:

Consulatus Valentiniani III. et Eutropii ann. 367. in 14. Indict. quæ est aliis 15. in leg. 8. eod. tit. Consulatus Olybrii et Probrini ann. 395. in Ind. 9. quæ Marcelino est 8. leg. 3. de Indulg. debet. Consulatus Vincentii et Fravitæ ann. 401. in 12. Indict. leg. 3. de Equorum collat. (11, 17.) quæ vulgo est 14. Consulatus Honorii VII. et Theodosii II. ann. 407. in Indict. 4. d. leg. 8. et in Indictionem 5. leg. 9. eod. tit. et sic de aliquot aliis paribus Consulatum. Quæ ut conciliet idem Gothofredus, quadruplicem Indictionem conficit, *Italicam*, quæ consurgit ab ann. 312. *Orientelem* ab ann. 313. *Carthaginiensem*, seu *Proconsularem Africæ* ab ann. 314. et *Africanæ dioceseos* ab ann. 315. at cur Indictionum initium non ubique idem fuerit, non aperit.

*Constantinianam*, ac proinde *Orientelem* a Consulatu Constantini III. et Licinii III. auspicatorum Chronicon Alexandrinum, in quo hæc habentur pag. 656: Ἰνδικτιῶνων Κωνσταντινιανὸν ἐντεθῆεν ἀρχῇ, ἰνδ. 4. ἡ δὲ. Κωνσταντίνου Ἀγούστου τὸ δ', καὶ Λικινίου τὸ γ'. Ubi pro δ' reponendum γ'. Atque hic quidem Consulatus incidit in annum Chr. 312. juxta Victorium, cujus Coss. anno uno prævertunt: juxta vulgarem vero Chronologorum sententiam, ann. 313. *Constantinianam* Indictionem appellatam, sunt qui putant, quod sub Constantino, ut *Valenticam* in leg. 9. et 10. Cod. Th. de Indulgent. debitor. (11, 28.) quod sub Valente currerit. Sed an Indictiones ante Constantini ævum obtinuerint, addubatur, cum nulla harum occurrat mentio, etsi idem Chronicon Alexandrinum pag. 446. ἀρχὴν ἰνδικτιῶνων αὐτοῦ Ἰουλίῳ Καίσαρι anno repetat, et a primo Septembris mensis die numeratas scribat.

De nominis ratione non minor est difficultas, etsi ab *indictionibus*, seu functionibus tributariis manasse constans fere sit opinio, quod vox ipsa *fusionis*, quæ *indictioni* tribuitur, omnino evincit, uti in hac voce observatum. Sed cur 15. annorum spatio *Indictiones* finiri placuerit, quove tempore id primum usurpari cœperit, cum multæ multorum conjecturæ sint, nulla satis probabilis affertur, inquit Petavius. Vide quæ in hanc rem congescit Baronius ann. 1312. n. 104. et seqq.

Triplicem Indictionis usum observare est apud Scriptores. Alia enim a Kl. Septembris proficiscitur, eaque *Constantinopolitana* dicitur; altera ab VIII. Kl. Octobris, quæ *Constantiniana* et *Cæsarea*: tertia denique quæ *Pontificia* seu *Romana*, et a Kl. Januarii consurgit. Quartam addit Scaliger *Antiochenam*, quæ initium esse ait a neomenia *Iar*, id est, Mali.

*Constantinopolitana Indictio* est, qua Imperatores Constantinopolitani utebantur, quaque semper utuntur Historiæ Byzant. Scriptores. Cujus quidem usus, si Scaligerum audimus, non est antiquior Imperio Justiniani, sub quo constat numeratam Indictionem a Kl. Septemb. ex Cedreno et Paulo Warnefrido lib. 2. cap. 25. Indictionis istius usum in Italia obtinuisse ostendunt præ cæteris Chartæ duæ apud Franciscum Mariam in Mathildi Comitissa lib. 3. pag. 105. et 108. quarum prior acta dicitur anno ab Incarnatione 1079. 15. Kal. Octob. Indict. 3. quæ erat secunda Romana: altera anno 1078. 6. Kal. Octob. Indict. 2. quæ erat 1. Romana. [Alia anni 1053. apud Puricellum pag. 430. data dicitur *Quinto die Septembris, ingrediente Indictione VII.* In veteri monumento, quod

Sirmondus in Notis ad Ennodium lib. 8. Epist. 9. refert Romæ in æde suburbana S. Pancratii ab se visum, Maximus parvulus depositus memoratur, *sub diem III. Id. Augustarum, Symmacho et Boetio VV. CC. Consulibus, in fine Ind. xv.*] S. Ambrosius de Noe et Arca: *Etsi a septembris mense annus videatur incipere, sicut Indictionum præsentium usus ostendit, etc.* Ea vero indictio etiamnum obtinet apud Mediolanenses, ut colligere est ex Statutis Mediolan. part. 1. cap. 109. [Olim etiam obtinebat in regno Neapolitano, ut patet ex Litteris Roberti Regis Siciliae Neapoli datis ann. 1333. die II. Novembris primæ Indictionis, tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 241. hoc enim anno currebat 15. Indictio Romana. Eamdem quoque Indictionem Constantinopolitanam interdum adhibitam fuisse in Dalphinatu constat ex Computo anni 1333. quo currebat Indictio 1. Romana; numeratur enim 2. Indictio die 5. Septembris ibid. pag. 277. Communis tamen usus illius provincie idem erat qui Romæ, ut probatur pag. 568.]

*Indictionis* quæ ab VIII. Kl. Octob. proficiscitur, originem Constantino M. adscribunt passim Chronologi unde et *Constantinianam* vocant: quam ab hac die cœptam ideo volunt, quod tum imperare cœperit ann. Chr. 307. Atque hujus usum Gallis et Britannis familiarem fuisse constat. De Britannis, testatur Beda lib. de Rat. temp. cap. 48. de Gallis præ cæteris Rabanus lib. de Computo cap. 66: *Incipiunt autem Indictiones ab VIII. Kl. Octobris, ibidemque terminantur.* Hariulphus lib. 3. Chr. Centul. cap. 1. *Notetur*, inquit, *descriptio, quia eodem quidem quo sanctissimus Angilbertus Abbas obiit anno, sed non eadem Indictione, hic Hericus Abbatia Centulensi prælatus est: siquidem mense Septembris die 24. Indictiones mutantur.* Kalendarium MS. S. Victoris Paris.: VIII. Kal. Octob. incipiunt Dictiones. (sic.) Præterea exauctorationem Ludovici Pii Imperat. anno Incarnat. 833. Indict. 12. factam habent illius Acta, quo anno Indict. II. Pontificia currebat: unde saltem conficitur post 24. Octobris coactum ejusmodi Concilium Compendiense, quod circa *Missam S. Martini*, solum tradit auctor Vitæ ejusdem Ludovici. Sed et extremis sæculis eadem Indictio obtinuit. Exstant siquidem in 4. Regesto Memorialium Camera Paris. Acta hominii a Duce Britannicæ Regi Franciæ præstiti, quæ confecta dicuntur anno Domini 1366. *Indictione quinta secundum morem Franciæ, mensis Decembris die decima tertia*: quippe tum currebat Indictio Romana quarta. Vide Sirmondum ad Concilium Parisiense IV. anno 573.

In Germania perinde eadem semper obtinuit Indictio, obtinetque etiamnum: unde et *Cæsaream* vocant. Legi Chartam originale Ottonis II. Imp. datam 6. Kal. Octobr. an. *Dominicæ Incarnationis* 982. *Indictione* 11. *anno vero regni secundi Ottonis* 22. *Imperii autem* 12. Exstat apud Chiffletium in Beatrice Comitissa Cabilonensi pag. 113. Charta Henrici Imp. cum hac temporis nota: *Datum apud Bernum 5. Kal. Januarii, Indict. 13. anno Dominicæ Incarnationis* 1224. *anno regni nostri* 5. quippe anno 1224. putato a Kl. Jan. initio currebat Indictio Romana 12. anno vero 1225. Ind. 13. Joannes de Janua: *Nota, quod anni Domini renovantur in Kalendis Januarii, sive in Nativitate Domini. Sed Indictio renovatur in octava Kalendas Octobris:*

et sic anni Domini præcedunt novem mensibus. Unde versus:

Mensibus hanc novem Domini præcursitat annus.

*Et si computas vel quæris Indictionem a Nativitate usque ad octavas Kalendas Octobris, jungas tantum duos annos annis Domini, et si quæris de ea ab octavo Kalendas Octobris, usque ad Nativitatem Domini, jungas annos tres.* Obtinuit etiam in Italia. Exstat quippe Charta Mathildis Comitissæ apud Franciscum Mariam lib. 3. pag. 108. quæ descripta dicitur anno ab Incarnatione *millesimo septuagesimo octavo* 6. Kal. Octob. *Indictione secunda*, quæ scilicet biduo ante incœperat.

*Indictio Romana, seu Pontificia*, quando cœperit, non omnino constat. Nam ex Epistolis Gregorii M. Joannis VIII. et Gregorii VII. lib. 1. Epist. 29. 30. etc. Pontificia diplomata ac Epistolas Indictionibus more Græcorum, a prima ipsa Septembris die inchoatis, subnotari, observare est: quod et astruunt Acta vetera Vaticana apud Baron. ann. 1154. Otto de Morena ann. 1158. etc. At Acta Alexandri III. PP. apud eundem Baron. ann. 1158. videntur Indictionem a 1. Januarii exordiri, in quibus hæc habentur: *Acta sunt hæc omnia anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo quinto, Indictione tertia decima, undecimo Kal. Decembris Pontificatus vero ipsius anno sexto.* Ex quibus recte conficit Chiffletius in Trencchio pag. 253. Indictionum initia varie pro Scriptorum aut Notariorum arbitrio ea tempestate tabulis adscripta: adeo ut aliquot in Gallia nostra confecta ab ipsius Caroli Calvi ævo diplomata recensent, in quibus Indictiones Pontificiæ seu Romanæ adscribuntur. Consulto omittimus cætera, quæ de Indictionibus hic conferri possent, cum satis sit indicasse, quæ ad Scriptorum et Tabularum ævi inferioris intelligentiam necessaria visa sunt. Præstat tantum hoc loco rationem inveniendæ Indictionis Constantinopolitanæ inserere ex recentiori Scriptore MS. Bibliothecæ Regiæ cod. 1024. qui inscribitur *περὶ τῆς ψήφου τῆς πασχαλίας, cap. περὶ τῆς ἰνδικτίου.* Ἰστῶν, ὅτι ἡ ἰνδικτίος, ἥτις καλεῖται καὶ ἐπινέμησις, ἄρχεται ἀπὸ τῆς πρώτης τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός. ἀνέρχεται δὲ ἕως ἑτῶν δεκαπέντε καὶ πληροῦται, καὶ πάλιν ὑποστρέφει, καὶ ἀρχεται πρώτη. Ἐάν δὲ οὐ γινώσκῃς τὴν ἰνδικτίον ὅποια ἐστὶ, καὶ μέλλῃς εὐρῆσαι αὐτήν, κράτησον τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη, ἕως τοῦ ἐνεστώτος. καὶ ὑπεῖλον αὐτὰ ἐπὶ τῶν δεκαπέντε, καὶ τὰ ἔχοντα καταλειφθῆναι κἀπῶθεν τῶν δεκαπέντε. ἔστιν ἡ ἰνδικτίος ἥτοι ἡ ἐπινέμησις, εἰ δὲ οὐ μείνει τι, ἐστὶν ἡ πεντεκαίδεκάτη. καὶ ἰδοῦ, πρὸς ὑπὲρθεῖν ἔστω σοι οὕτως: εἰσὶ τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη ἕως τοῦ ἐνεστώτος, στήλα. ὑπεῖλον οὖν τὰ ἅσα ἐπὶ τῶν δεκαπέντε οὕτως: ιε υ = στ' ιε μ = χ' ιε στ = γ' καὶ ὑπελείφθη ἑν. ἰδοῦ οὖν, πρώτη ἰνδικτίος ἐστίν. [\*\* Locum integritati suæ restituit Vir summus Car. Ben. Hase.] Vel ex hoc loco plus satis patet, errasse viros doctissimos in Exegesi ad tom. 3. Martii cap. 4. § 26. ubi ἐπινέμησιν a nullo hactenus Scriptore Indictionem appellatam negant, licet longe secus se res habeat, uti obiter monuimus ad Alexiadem. [\*\* adde Glossar. med. Græcit. col. 423. et Append. col. 72. c.] : quod et diserte observarat Josephus Scaliger lib. 5. de Emendat. temp. pag. 501. ubi nominis etiam rationem exequitur. Glossæ Græco Lat.: Ἐπινέμησις, *Indictio*. Addendum postremo videtur, quod de ratione inve-

niendæ Indictionis habet Rollandinus in Summa Notariæ: *Fuit vero prima inventa ista Indictio, sive factum fuit istud præceptum a Cæsare Augusto tribus annis, antequam Dominus nasceretur de Virgine, et propter hoc divisus annis Domini per quindenās, si quid a quindenis supererit, ei quod supererit, debent addi tres, et quot fuerint illi anni qui supererunt a quindenis cum dictis additis tribus, tanta erit Indictio, in hoc exemplo, Ponamus enim, quod anni Domini sunt 61. divide 61. per quindenās, superest unus. Illi anno adde tres, et ita faciunt 4. et ita erit quarta Indictio. Sed si nihil a quindenis supererit, nihilominus adde tres, et erit Indictio tertia. Sed si ab omnibus quindenis supererunt 13. adde illis 13. et tres, et ita faciunt 16. de illis 16. trahere unam quindenam, supererit unus, et ita prima erit Indictio. Unde versus:*

Si tribus adjunctis Domini divideris annos  
Per ter quinque solet indictio certa manere.

Prostant præterea hi in eamdem sententiam versus:

Si per quindenos Domini divideris annos,  
His tribus adjunctis, Indictio certa patet;  
Si nihil excedit, quindenā Indictio currit.

Aliter concepti leguntur apud Joan. de Janua:

Si tribus adjunctis domini divisoris annos  
Per ter quinque datur Indictio certificata;  
Si nihil excescit quindenā Indictio currit.

\* Consule novum Tract. diplom. tom. 4. pag. 674. et seq. [\* Savinium de Capitatione pag. 379. sqq. Murator. Antiq. Ital. tom. 3. col. 48. et *Art de vérifier les dates* tom. 1. edit. octon. form. pag. 36. ubi monetur duodecimo seculo interdum non solum annum indictionis quindenæ, sed numerum etiam indictionis notari in chartis, ut Indictionis 79. anno 5.]

3. INDICTIO, Bannum, proclamatio ante nuptiarum benedictiones, in Præceptis synod. Petri de Collemedio Archiepisc. Rotomag. ann. 1245. Vide *Indictum 4.*

† INDICTIO PRO ANIMA, Quævis donatio quæ alicui Ecclesie ea conditione fit ut pro donantis salute preces fundantur. Charta ann. 1251. tom. 3. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 216: *Omnia bona corporalia et incorporalia cum omnibus pertinentiis quæ prædicti Episcopus et Ecclesia... jure institutionis, legatorum, relictorum, mortuorum, Indictionis pro Anima, donationis, emtionis, permutationis, aut alio quocumque nomine... hac tenus adepti sunt.*

† INDICTIO STATUTA. S. Gerardus lib. 1. Miracul. S. Adalhardi cap. 8: *Excitur ad processionem, venit ad statutam Indictionem; hoc est, ad locum indictum et designatum, medio itinere inter Ambianorum urbem et Corbeiam, ad quem processionallyter cum sacris reliquiis Ambianenses et Corbeienses convenire consueverat octavis Rogationum.* Hic locus hodieque *Indictum* dicitur, vernacule *Lendict*, teste Mabillonio.

\* 4. INDICTIO, Feriæ indictæ. Notit. vetus apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 135: *Et postea fecit nobis Indictionem, præcipiens presbyteris totius Creonia, ut locum nostrum annuatim visitarent cum processionibus suis.* Vide *Indictum 3.*

\* 5. INDICTIO, Idem quod *Sacra* seu diploma principis, labente imperio Romano, vel quod *Literæ de credentia*, ut vult P. Hugo ubi de Prima scrib. orig. pag. 199. laudatus tom. 1. novi Tract. diplom. pag. 333. Vide *Sacra 1.* et in *Credentia 3.*

† INDICTIONALIS, INDICTITUS. Vide *Indictio 1.*

† INDICTOUDIENS, Immorigerus. Interpretes Irenæi lib. 4: *Filii patribus Indictoadiendes.*

\* INDICTOR, Qui jus habet indicendi de aliqua re. Libert. civit. Mimat. ann. 1469. in Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 178: *Corraterios, aliatores seu Indictores ponderum et mensurarum eligendi concedimus potestatem.*

1. INDICTUM. Gloss. Lat. Gr.: *Indictis, constitutis.* Ebrardus in Græcismo cap. 10. et Willelmus Brito in Synonymis:

Edicunt Reges, indicit festa Sacerdos,  
Præssit Indictum, dic Edictum foro Regum.

Charta Caroli M. in Actis Episcoporum. Genoman. pag. 261: *Quia nostram jurisdictionem atque nostrum Indictum et præceptum contempsit atque prævaricavit.*

2. INDICTUM, Idem quod *Indictio*, Tributum, apud Symmachum lib. 10. Epist. 41. Gloss. Lat. Gr.: *Indictum, ἐπιπέμματα.* Infra habetur *Indictus, ἐπιπέματα.* *Indictum census*, apud Joannem Sarisber. Epist. 159.

\* *Lendit*, eadem notione, in Charta Phil. VI. ann. 1340. ex Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 632: *Nostre Lendit ou piage et bastage de S. Julien en Minerbois, en la sèneschaussée de Carcassone.*

3. INDICTUM, Nundinæ, Feriæ indictæ, publicatæ. Libellus Fulconis Comitiss Andegavensis ann. 1096. apud Holstenium in Collectione Romana part. 2: *Constituit etiam idem Apostolicus, et edicto jussit, ut in eodem termino, quo dedicationem fecerat, Indictum publicum celebraretur unoquoque anno apud sanctum Nicolaum, et septima pars penitentiarum populo convenienti ad illam celebratam dimitteretur.* Vide *Gesta Consulum Andegavensium* tom. 10. Spicilegii pag. 396. Charta Innocentii PP. pro Monasterio Corbeiensi, in Tabulario ejusdem Monasterii damasceno operto ch. 7: *Indictum quoque sicut hac tenus Corbeiensis Ecclesia celebrare consuevit, vobis confirmamus, et ne quis eos, qui ad ipsum Indictum conveniunt, in bonis vel in personis offendere vel molestare præsumat, auctoritate Apostolica prohibemus.* Charta Henrici I. Regis Angli. in Tabulario Fiscanensi fol. 6: *Sciatis, me concessisse et charta mea confirmasse, quod omnes, qui veniunt ad Indictum sanctæ Trinitatis de Fiscano singulis annis a die Dominica in Ramis Palmarum, usque ad clausum Pentecosten, habeant meam firmam pacem et custodiam, ut salvi et securi eant et redeant per totam terram meam, de quacumque terra sint, nisi sint fugitivi de terra mea pro muldro, vel furto, vel alio scelere.*

Ita porro proprie nundinas Sandionysiensis vocant, quas a Dagoberto Rege Doubletus pag. 434. alii a Carolo Calvo institutas volunt. Eæ *nundinum Indicti*, in Charta Ludovici VI. ann. 1124. apud eundem Doubletum pag. 854. appellantur, hodie la *Foire du Lendit*. Nangius in Chronico: *Eodem tempore attulit ipse Rex Carolus Calvus ab Aquisgrano ad Ecclesiam sancti Dionysii in Francia Clavum Dominicum et spineam Coronam, quam Carolus M. annis suis ibidem in Ecclesia B. Mariæ olim a se fundata, reposuerat. Et nundinas Indicti in platea quæ Indictum dicitur, quotlibet anno in secunda quarta feria junii fieri instituit: et venientibus ad benedictionem illarum nundinarum indulgentiam tertie partis peccatorum fieri et relaxari per PP. et*

*Episcopus totius Gallie sicut antea Carolus M. Aquisgrani feri impetraverat.* Sugerius in Ludovico VI. pag. 313: *Rex exhilaratus, nec ingratus ad protectores suos sanctissimos Martyres humillime devenit; eisque post Deum gratias magnas referens, coronam patris sui, quam injuste tenuerat, (jure enim ad eos omnes pertinet) devotissime restituit, Indictum exterius in platea (interius enim Sanctorum erat) libentissime reddidit, etc.* Idem in lib. de Reb. in administratione sua gestis cap. 1. a Ludovico VI. has nundinas, si non institutas, certe Monasterio Sandionysiano concessas videtur innuere: *De Indicto vero, quod Dominus Ludovicus pater B. Dionysio dedit, etc.* Charta Philippi Aug. ann. 1215: *Convenient Præpositum sancti Dionysii in loco, in quo Indictum solet convenire.* Supra: *Mercatores, qui veniunt ad nundinas Indicti.* Vide eundem Sugerium de Consecrat. Eccl. sancti Dionysii pag. 355. et Chartam ann. 1218. in Probat. Hist. Montmor. pag. 84. et Bulæum de Academia Parisiensi tom. 1. pag. 196.

\* Charta ann. 1261. in Chartul. S. Dion. pag. 252. col. 1: *Centum solidi Paris. annui redditus, quos ego percipiebam singulis annis in bursa dicti dom. abbatis apud S. Dionysium die benedictionis Indicti. Ou mois de Juin le Diemenche après la bénédiction, in Ch. ann. 1280. ibid. pag. 397. col. 2. Alia ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 9: *Le Dimanche prochain après la bénédiction du Landit.* Vide infra *Landicum.**

\* INDITUM, Eadem notione, Lit. ann. 1375. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 144: *Omnimoda jurisdictione et justitia alta, media et bassa in campo sive terra, in quo ab antiquo est consuetum teneri et sedere Inditum.*

INDICTUM, pro loco, ubi *Indicti* nundinæ fiunt, usurpat Rigordus ann. 1205: *Psalmos cum orationibus psallendo usque Indictum venit.*

\* INDICTI REGINA, Nomen cujusdam meretricis in *indicto* seu nundinis Sandionysiensibus celebris. In Tabul. S. Mart. de Campis exstat arestum *par lequel une femme amoureuse, qualifiée Keyne du Lendit, fut contrainte vuider d'une maison assise en la censive de S. Martin.*

4. INDICTUM, Bannum, Proclamatio. Charta Libertatum oppidi des Ais in Biturigib. ann. 1301: *Si autem Indictum fieri oportuerit in villa, per vavassores et per burgenses villæ fiet, vel per illos, quos dominus villæ mitteret ad Indictum faciendum.*

INDICULUM, Incerta notione. Lambertus Ardensis pag. 161: *Hic gradalis et Indicula de area in aream, de domo in coquinam, de camera in cameram.* Vide mox *Indiculus.*

1. INDICULUS, vel INDICULUM, Epistola, sed proprie ea, qua quid præcipitur, seu *indicitur*, quæ videtur vocis origo. Nam in Vita sancti Desiderii Episcopi Cadurc. cap. 8. habetur *Indiculus Dagoberti Regis*, ad Sulpitium Archiepiscop. Bituricensis, quo præcipitur, ut eum ad Cadurcensem Ecclesiam ordinet ac consecret; cujusmodi est formula 6. apud Marculfum lib. 1. quæ inscribitur *Indiculus Regis ad Episcopum, ut alium benedicat.* Sic porro Dagoberti *Indiculus* clauditur: *Quod vero indicimus, manus nostræ subscriptione, ut mos est, decrevimus roborare.* Dagobertus Rex subscripsit. At cum apud Marculfum similis Epistola form. 5. ejusdem exstet argumenti cum hoc titulo: *Præceptum*

de *Episcopatu*, putat Bignonius, id esse discriminis inter *Indiculum*, et *Præceptum*, quod hoc majoris fuerit auctoritatis diploma, non modo manu propria subscriptum, sed etiam sigillo roboratum, quo caruerit *Indiculus*. Idque elicit ex Capit. Caroli Magni lib. 3. cap. 58 : *Et si sacramentales homines cum ipso venire renuerint, jussione Dominica, aut Indiculo, aut sigillo ad palatium venire cogantur*. *Indiculus* ejusmodi Regum, eorum manu subscriptos docet præterea Epistola Sigeberti Regis ad eundem Desiderium, quæ est 17. ex iis, quas edidit Canisius : *Et ut certius credatis, hunc Indiculum manu propria subter subscripsimus : Syggiberius Rex sub*. Ita porro pro Epistola præceptoraria *Indiculum* usurpant Hormisdas PP. apud Baron. ann. 515. n. 24. ann. 519. n. 3. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 45. lib. 8. cap. 28. Fredegarius Scholast. cap. 40. Marculfus lib. 1. form. 26. 27. Agobardus de Insolentia Judæor. pag. 61. Capit. Caroli Calvi tit. 11. Anastasius in Nicolao I. pag. 211. tom. 1. Histor. Franc. pag. 883. Hincmarus Remensis Opusculo 34. § 4. in Concilio Dusiac. 1. part. 2. cap. 27. Asserus de Reb. gest. Elfredi pag. 14. ubi perperam *Indiculus* bis legitur, etc.

[*Indiculus bibi*, in Epistola Alberti Abb. Miciacensis ad Johannem XVII. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 440.]  
\* Etiam Notitia seu index ad modum epistolæ scriptus, quo aliquid *indicatur* aut notificatur. Nomen cæteroque genericum, quo non unius speciei literæ significantur. Vanum est quod inter *Indiculum*, et *Præceptum* assignat discrimen Bignonius : *Indiculus* quippe ut et *Præcepta* sigillo aut annulo regio roborata fuisse docet Agobardus de Insol. Judæor. pag. 61 : *Venientes itaque primum Judæi, dederunt mihi Indiculum ex nomine vestro, et alterum ei qui pagum Lugdunensem vice comitis regit, præcipientem illi ut auxilium ferret Judæis adversum me*. Quos *Indiculus*, licet ex sacro nomine vestro recitarentur, et vestro annulo essent signati, nullatenus tamen credidimus ex judicio vestro tales prodisse. Consule novum Tract. diplom. tom. 1. pag. 270.

Interdum tamen pro quavis Epistola hanc vocem deprehendere licet apud Gregorium Turon. lib. 8. cap. 2. Marculfum lib. 1. form. 9. lib. 2. form. 42. 50. in Capit. Caroli Magni lib. 4. Append. 3. cap. 5. etc.

**INDICULUM**, neutro gen. apud Avitum Vienn. Epist. 28. Gregorium Turon. lib. 8. cap. 28. in Diurno Romano cap. 2. tit. 19. cap. 3. tit. 8. in Vita S. Samsonis Episc. Dolens. lib. 1. cap. 42. Epist. 51. 94. et 104. inter Epistolas sancti Bonifacii Archiepiscopi Moguntini, apud Eddium Stephanum in S. Wilfrido cap. 47.

\* **2. INDICULUS**, Bedæ de Temporibus ratione cap. 47. Tabella cereo Paschali affixa, de qua in *Cereus Paschalis*.

\* **1. INDICUS**, Belgis *Ingedyct*, quibus *Dik* est Moles opposita fluctibus, agger, Gall. *Digue*. Charta Margar. comit. Fland. ann. 1269. in Suppl. ad Miræum pag. 602 : *Cum Johanna Flandriæ quondam et Hannoniæ comitissa contulisset ecclesiæ B. Mariæ de Camberone Cisterc. ordinis totam terram de Indico et utdico in officio et Hulst, etc.* Alia Joan. abbat. de Camber. ejusd. ann. ibid. pag. 603. col. 2 : *Nullum jus de cætero reclamabimus in terris, moris, Indicis, utdicis et maris jactibus, etc.* Vide supra *Dicus*.

\* **2. INDICUS**, mendose pro *Sindicus*, in Stat. crimin. Saonæ pag. 115.

\* **3. INDICUS**, Niger. *Indica cornix*, in Eccl. vers. 480.

† **INDIESCENS DIES**, Dies incipiens, primum diluculum, apud Ludewig. tom. 6. pag. 163.

**1. INDIFFERENTER**, Sine dilatione. Ita Glossæ MSS. Regiæ ad canon. 12. Concilii Nicæni ; ἀδιαφόρως, in Gr. Eædem Glossæ ad can. 4. Concilii Ancyran. : *Indifferenter, Indistanter*. Ad can. 10. Concilii Laodic. : *Indifferenter, sine dilatione, id est, sine prolongatione*.

\* Statim vel assidue. Vita S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 206. col. 2 : *Propterea Indifferenter aras eorum (Deorum) lacrymans pulso*. Mirac. ejusd. pag. 272. col. 2. ibid. : *Barbarus auctoritatem celestem in prævule reformidans, cum conjuge et liberis Indifferenter egreditur*. Et pag. 273. col. 1 : *Quæque Divinitati præstare placuerit, ea Indifferenter schedis indere non gravabor*.

\* **2. INDIFFERENTER**, Promiscue, sine ulla exceptione, Gall. *Indifféremment*. Inquisit. ann. 1268. ex sched. Pr. de *Mazaugues* : *Et aves... multorum, quia Indifferenter averia hominum Arelatis utebantur per dictum territorium, etc.*

\* **INDIFFERENTIALITER**, Sine differentia, indistincte. Judic. magistr. Acad. Vienn. ann. 1385. tom. 11. Amoenit. liter. pag. 231 : *Ex quibus omnibus clare judicamus, quod sicut nec anima nec corpus Indifferentialiter unus est homo, ita nec divinitas, anima et corpus Indifferentialiter unus est Christus*.

† **INDIFFICULTARI**, Difficultatibus impediri. Johan. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. tom. 2. Maii pag. 258 : *Gloriosi Stanislai canonizationis gloriam Indifficultari permisit*.

**INDIFFICULTER**, Absque difficultate, apud Joannem VIII. PP. Epist. 43.

\* **INDIFINITE**, Assidue, continuo. Epist. Alexii Imper. ann. 1097. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 390 : *Quasi nos propriis oculis aspexisset quotidie et loqueretur vobiscum Indifinite*.

† **INDIGENATIO**, Jus indigenæ. Exstat apud Rymerum tom. 15. pag. 37. *Carta Comitum Lynox de Indigenatione*, qua ipse Comes de cætero ad totam vitam suam sit *Indigena et ligens* Henrici VIII. Angliæ Regis ann. 1544.

† **INDIGENTIA**, Quæ necessaria sunt ad vitam. Chron. Fontanell. apud Acher. tom. 3. Spicil. pag. 227 : *Status sanctæ Regulæ periclitari cepit, ob inopiam videlicet compescendarum Indigentiarum, quas B. Pater Benedictus in eadem lege monachis porrigendas præcepit*.

\* Gall. *Besoin*. Instr. ann. 1401. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 157. col. 1 : *Mare hic prope est ad tres leucas et plura stagna salsata, ex quibus tanta habetur copia piscium, quod sufficit ad Indigentiam gentium*.

† **INDIGERIA**, Natura necessaria. Guidonis Disciplina Farsensis lib. 1. cap. 22 : *Surgant omnes et lectici, et provident Indigeris suis, et convenient, et lavent manus ac facies*. Lib. 2. cap. 1 : *Ex alia namque parte ordinati sunt lectuli xxx. ubi Comitissæ et aliæ honestæ mulieres pausent cum latrinis xxx. ubi solæ ipsæ suas Indigerias procurant*.

\* **INDIGERIES**. [« *Indigeries, trop menger*. » (Lex. Lat. Gal. Bibl. Ebroic. n. 23, XIII<sup>e</sup> s.)]

† **INDIGETARE**, Invocare. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 17 : *Vestales ita Indigetant, Appollo medice, Appollo Pæan*.

Inscriptio arcus triumphalis erecti in honorem Marchionis Uxellensis introeuntis Cabilonum, in Hist. ejusd. urbis pag. 769 : *Auspicato isthoc adventas, illustrissime Marchio, quando discapedinata te civium vota Indigetant, volnera civitatis serenifico vultu undequavorum educaturum*. Festus : *Indigantio, Impreantio*. Verbum ab antiquo *Indu* pro *in* et *citare*, hoc est, *vocare*, ductum, ut contendit Vossius lib. 1. de Vitili serm. cap. 34. et in suo Etymologico voce *Indigitamenta*. [\* *Vulgo apud scriptores mediæ ævi ponitur pro Indicare, nominare, unde Joan. de Janua : Indigito, digitos induere, demonstrare, nominare, quo sensu apud Arnobium occurrere monet Forcellinus Chart. ann. 968. in Madox Formul. Anglican. pag. 174 : His metis præfatum rus hinc Indigitatur, etc.*]

**INDIGNANTIA**, pro *Indignatio*, in Vita S. Carthaci Episcopi. [Spicil. Fontanell. MS. pag. 220 : *Patres nolite ad Indignantiam, id est ad impatientiam, filios vestros provocare*.]

\* **INDIGNARE**, Indigne, indecenter habere, agere, ab Italico *Indegno*, indignus, indecens. Barel. serm. in Dom. 3. Quadrag. : *Salomon, dum fuit occupatus in templo, satis continens stetit ; dum fuit in otio, Indignavit femora multissimis mulieribus*. Nostris vero alias *Indigner*, pro *Dédaigner, mépriser, Dédignari*, aspernari ; unde *Indignation*, Contemptus, aspernatio. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 90 : *Icellui bastard se mist à garant ou pourpris des Freres Meneurs à Lille, ouquel lieu en Indignant justice et les amis dudit mort, se monstroit orgueilleusement*. Aliæ ann. 1376. in Reg. 110. ch. 57 : *Item que ledit Pierre avoit ja pieça une femme, appelé Guilla, laquelle il n'aimoit point, ains la Indignoit moult et mesprisoit, et laquelle fu morte si secretement que nulz ne vit ne ne sceut sa mort, et présuinoit l'en communement que ledit Pierre l'avoit occise ou faite occir, à cause de laditte Indignation et mesprisance*.

**INDIGNARI**, Vindicare. Gesta Regum Francor. cap. 23 : *Indignare, dulcissime Frater, laborem et injuriam meam*.

\* **INDIGNE**, Immerito, Gall. *Sans sujet*. Bulla Joan. XXII. PP. in Reg. sign. Noster Cam. Comput. Paris. fol. 287. v° : *Gaudet et exultat sancta mater Ecclesia, et plebs cuncta fidelium potest et debet, et non Indigne, lætari quod... Philippus rex Francorum... Terræ Sanctæ, etc.*

† **INDIGNIP**, pro *Andingaverit*, de cujus notione in *Andigare* dictum, in codice Estensi legi monet Muratorius tom. 1. part. 2. pag. 34. in notis.

\* **INDIGNITER**. [Indigne. Vet. epigr. in Anthol. Lat. T. 2. p. 176. Burm. Vixit bis decem annis nata Indigniter.]

† **INDIGNUM**, Injustitia, molestia, damnum. Charta ann. 1233. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1333 : *Et si aliquod Indignum supra hoc dicto Reginaldo et Gilleberto et heredibus eorum evenerit, ego Walterus et heredes mei tenemur restaurare*.

\* **INDIGNUS**, Ita se se inscribit Richardus Normannorum dux, in Charta ann. 1015. ex Chartul. S. Quint. Viromand. : *Dudo pretiosi martyris Christi Quintini canonicus nosterque fidelis idoneus ad me, qui nuncupor Richardus felicissimi comitis Richardi filius, dicorque gratia summæ individueque Trinitatis Deificæ Normannorum, licet Indignus, dux et patricius, etc.* Alia ann. 1060.

inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 126 : *Ego peccator Ricardus comes Indignus, etc.*

† **INDIGRESSA VIA**, Per quam nemo digressus est, transitiv. in Actis SS. Junii tom. 2. pag. 338. ubi de S. Margarita Regina Scotiae.

\* **INDIGUUS**, [Indigus. Paulin. Nolan. *carm.* 27. 4.]

† **INDILATE**, Absque dilatione, statim. Utitur Fulcherius Carnotensis lib. 1. Hist. Hieros. [cum aliis non paucis.]

\* **INDIMINUTUS**, Absque minutione, integer. Epist. Joan. VIII. PP. ann. 880. tom. 9. Collect. Histor. Fr. pag. 191 : *Ut omnis honor... in omnibus integer accrescat, et Indiminutus permaneat.*

\* **INDIPISCO**, [Idem ac indipiscor. Plaut. *Asin.* 2. 2. 13. Nunquam ædopol quadrigis albis indipiscet postea. *Id.* *Aul.* 4. 10. 45.]

\* **INDIRIMENTUS**, Continuus, non interruptus. Guibert. abb. Novig. in Prol. ad Abdiam proph. in Append. tom. 6. Annal. Bened. pag. 639. col. 1 : *Quia vestro diuturno certamini (abbates S. Medardi et Florin. alloquitur) credi nefas est aliquam inesse statuum ignorantiam internorum. In quo enim vestra disertitudo ambigat; quæ pene momentis omnibus Indirimenta cogitationum promiscuitate laborat?*

\* **INDISACUM**, Instrumentum rusticum, cujus usus declaratur in Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flam. : *Item plus unum Indisacum, cum quo est assuetum plantare palmites sive vineas.*

† **INDISCIPLINABILIS**, Gall. Indisciplinable, Indocilis. Major pars (exercitus) retrograda et Indisciplinabilis fuit, apud Murator. tom. 12. col. 437.

† **INDISCIPLINATA**, Speculum Saxonium lib. 1. art. 59 : *Si ei tumultus et Indisciplinata, hoc est, insolentias, inobedientiam in judicio liceat prohibere.* [\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Unlust*, col. 1945.] *Indisciplinata dissensio*, apud Simeonem Dunelmens. ann. 1141.

† **INDISCIPLINATIO**, Relaxatio a disciplina et a recta vivendi ratione. Possidius in Vita sancti Augustini cap. 25 : *Indisciplinationes quoque et transgressionis suorum a regula recta... arguebat.* Gregorius M. lib. 8. Epist. 38 : *Ne non rectitudini, sed Indisciplinationi, quod absit, videamini consentire.* Utitur rursum lib. 4. Epist. 7. lib. 7. Ind. 2. Ep. 5. ut et Evagrius in Vita sancti Antonii, Senator lib. 7. Ep. 3. etc. Vita B. Stephani Abbatis Obasinensis lib. 1. cap. 9 : *Indisciplinationes et transgressionis suorum, maxime juvenum ac puerorum tam districte coercerat et arguebat, etc.* *Ἀπειθείαν, ἀπαίδευσίαν, ἀλογία*, apud Theophanem, *Indisciplinationem* reddidit Anastasius Bibliothecarius in Hist. Eccles. Glossæ MSS. ad Concil. Antioch. can. 3 : *Indisciplinatione, inquietudine, ἀταξία* in Græco.

† **INDISCIPLINATUS**, Disciplinæ expertus, moribus dissolutus, apud [Cyprianum Ep. 4. edit. Oxon. Augustinum Ep. 50. ad Bonifacium,] Gregorium M. lib. 7. Ind. 2. Ep. 5. Ivonem Carnot. Ep. 27. 219. in Epist. Alexandri II. PP. apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacre pag. 865. etc. [*Indisciplinata animæ erraverunt*, Sap. 17. 1. Rursus occurrit Eccli. cap. 5. 7. 18. 20. 21. 22. 23.] Gregorius Turon. in Vita S. Aridii pag. 196 : *Regalis palatii vanas superatitones, et Indisciplinatas sociorum fabulas declinando. Indisciplinatas questiones, non semel apud Marium Mercatorem, quæ sine disciplina dicuntur*

Paulo 2. ad Timoth. cap. 2. v. 23. *Indisciplinate agere*, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 54.

† **INDISCIPLINOSUS**, Experts disciplinæ. *Indisciplinosa loquela*, Eccli. 23. 7.

† **INDISCISSE**, Indistincte, generatim, in solidum. Charta XI. sæc. ex Chartular. Atpensi fol. 58 : *Idem ipse qui vendidit cum uxore, seu filiis ac filiabus meis Indiscisse confirmo.*

\* **INDISCUSSUS**, Non examinatus, nostris alias *Indiscus*. Epist. 12. Nicolai I. PP. ann. 863. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 394 : *Nos autem causam Rothadi in virtute Dei non patiemur, vita comite, Indiscussam relinquere. Et finalement on ne sceut que conclurre, et demoura la matiere Indiscusse*, apud Juvenal. de Ursin. in Hist. Caroli VI. pag. 139. Vide infra *Inexaminitus*.

† **INDISGREGABILIS**, Individuus. Acta SS. Vitalis et Valeriæ, tom. 3. April. pag. 565 : *Oporet utriusque metropoleos (Ravennæ et Mediolani) cives ita caritativa societate ac sociali caritate inextricabiliter convinci, sicuti noscuntur tantorum Martyrum Indisgregabili communiione connecti.*

† **INDISPAR**, Inæqualis, in Miraculis S. Servatii Episcopi Trajectensis.

† **INDISPENSABILITER**, Gall. *Indispensablement*, Necessario, apud Robertum Goulet in Compendio Jurium Universitatis Paris. fol. 3.

\*\* **INDISPERTIBILIS**, Individuus. Marius Mercator pag. 407 : *Quod (deus) incorporeus sit et Indispertibilis.*

\* **INDISPOSITIO TEMPORIS**, Intemperies. Acta dissolut. matrim. Ludov. XII. fol. 91. r. ex Bibl. reg. : *Propter inundationem aquarum, quæ illa nocte ejusdem diei circumcirca dictum castrum supervenit, seu Indispositionem temporis... minime accessit. Actenta Indispositione temporis*, in Instr. ann. 1481. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 16. col. 2.

† **INDISPOSITUS**, Intestatus, qui sine testamento decedit. Gloss. Græco-Lat. : *Ἀσύντακτος, Indispositus*. Vide *Inordinatus*. [\* et Glossar. med. Græcit. voce *Ἀδιάτακτος* col. 26.]

Interdum etiam *Indispositus*, idem valet ac in valetudine affectus, Gallis, *Indisposé*. Sanctus Augustinus Epist. 217 : *Tractoria ad me 5. Id. Nov. venit... et me Indispositum invenit, ut occurrere omnino non possem.* [\* Stat. colleg. Fuxens. ann. 1457. ex Cod. reg. 4233. fol. 236. r. : *Non autem interdicitimus, quod si quis stomacho Indispositus fuerit, possit intrare dictam coquinam, et petere scintillam brolii.*]

\* **INDISSIMILITER**, Simili modo. Vita S. Cadroë tom. 1. Mart. pag. 474. col. 2 : *Cum ad sepulcrum ejus cum jejuniis et orationibus pernoctasset, vix obdormierant, et singulas se tenere candelas cum lumine Indissimiliter videbant.*

† **INDISTANTER**, Incunctanter. Utitur Matthæus Westmonast. ann. 1244 : *Indistanter remeavit.*

\* Occurrit et pro Continue, indesinenter. Vita S. Facund. tom. 6. Aug. pag. 478. col. 1 : *Indistanter serviebat Domino in timore, etc.*

\* **INDISTANTIA**, La propinquitia. Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **INDISTEMPERATUS**, Intemperatus. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 273 : *Est terra Indistemperata, quia in hyeme est nimis frigida, in æstate nimis calida.*

† **INDISTRINGIBILIS TERRA**, Quæ in-

culta est et vacua. Vide *Distringibilis in Distringere 2*.

\* **INDITIALIS**, Qui indicat rei alicujus veritatem. Charta ann. 943. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 279. col. 2 : *Si aliquis huic veridicæ obviare nititur kartule, perfacile est eum cum sua pravitate enervare subscriptorum testium Inditiali certamine.*

† **INDITIO**, pro *Indictio*, Exactio nova et insueta. Conventiones Ludovici Regis Siciliae cum Arelatensibus ann. 1385. ex MS. D. Brunet fol. 7 : *Item quod dicti domini Regina et Rex, aut aliquis eorum nomine non possit facere exactionem novam, seu Inditionem, vel superinditionem, aut pedagium novum.* [\* Ita etiam in Divisione imper. Carol. M. apud Eginhard. e codicibus scripsit Pertzius Scriptor. vol. 2. pag. 461.] Vide *Indictio 1*.

\* **INDITIONARIUM**, Index. *Inditionarium in hoc opere contentorum* Magistr. Gaspar. Haslachi ad calcem Gabr. Biel Exposit. sacr. canon. Missæ edit. ann. 1516. Hæc post D. Falconet. Vide supra *Indiciare*.

\* **INDITUM**. Vide supra in *Indictum 3*. **INDITUS**. Gloss. MS. Reg. cod. 1197 : *Indita, data sive insinuatata. f. insinuata*. Alibi : *Inditur, infertur*, i. in acta refertur.

† **INDITI PUERI**. Donatus Diaconus in Vita S. Trudonis n. 15. inter Acta SS. Benedict. sæc. 2. pag. 1080 : *Plurimos autem discipulos venerabilis Pater nutrebat in eodem loco, Inditos quoque pueros divina sapientia eruditos mundi hujus caducos et temporales honores despiciere solebat. Suspiciatur Mabillonius forte legendum *Inclytos* : sed retenta voce *Inditos*, intelligi possent Pueri monasterio Oblati, de quibus in hac voce. [\* Forte leg. *Indoles*.]*

† **INDIVICABILITER**, Indiscriminatim absque ulla divisione. Concil. Armenorum ann. 1342. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 359 : *Populus totius Ecclesie Armenie Indivicabiliter de una diocesi in aliam diocesim, et vice versa, accipit omnia sacramenta, et usque nunc non fuit prohibitum. Simili modo est de Episcopis in Alnanc et in Archamar, accipiunt mutuo sacramenta Indivicabiliter; sed Archiepiscopus Archamarensis, ex tunc quod fuit rebellis nobis, et excommunicatus simul cum Suffraganeis suis, non possunt participare nobiscum.*

\* **INDIVIDUARE**, Individuum constituere; *Individuatio*, Singularis constitutio, in Lexico Goclenii.

\* **INDIVINATOR**, Idem ac *Divinator*, ab Italico *Indivinator*, *Indovino*, Gall. *Devineur*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. I. pag. 447 : *Statuimus quod ponantur in banno perpetuo omnes Indivinatores et divinatrices (Indivinatrices '52, '53, '62), etc.* [Fr.]

\* **INDIVINATRIX**, ab Ital. *Indivinatrice*, Gall. *Devineresse*. Vide locum supra allatum. [Fr.]

\* **INDIVISIO** opponitur divisioni seu partitioni hæreditatis paternæ. Charta ann. 1247. in Chartul. Pontiniac. pag. 212 : *Quod si Galterus ejus frater ex patre solum aliquid vellet reclamare, ... ratione Indivisionis vel communitatis fraternæ, etc.*

† **INDIVISUM**. Sententia L. Decani Remensis ann. 1199. e Tabulario Compendiensi : *Decimam illam pro Indivisio possidebant Monachi Compendienses et Monachi de Chimino. Hoc est, Indi-*



wise, Gall. *Par Indivis, en commun, una, simul.*

\* 1. **INDIUM**, pro *Indicum*, Genus coloris cærulei, in Append. Statut. Petri Carb. apud Guerard. pag. 336.

\* 2. **INDIUM**. Polypt. Irmin. Brev. 13. sect. 102. pag. 149: *Hilduinus, cellarius, solvit Indium* 1. Guerdardo videtur idem esse quod *Andedus*, Ferreum fulmentum foci.

† **INDIVOLUS**, Qui per vim aliquid aufert, nostris *Voleur*, Præceptum Caroli C. ann. 859. pro Ecclesia Augustodun. apud Baluzium tom. 2. Capitul. col. 1473: *Ipsa enim villa olim per incuriam rectorum prædictæ Ecclesiæ et Indivolorum hominum violentiam ab eodem loco distracta esse dinoscitur. Indi*, vel potius, *Indu*, pro in antiquitus positum fuisse alibi observatum. Vide *Involare*.

\* **INDOCTUS**, *Imbecillis, inscius, nepos, ἀδαήμενος. Inscitia, imperitia, ἀδαημοσυνη*, ex Gloss. reg. in Castigat. ad utrumque Glossar.

\* **INDOLATILIS**. [Qui dolari nequit. Translate. *Sidon. 5. ep. 5.* Corporeibus ac sensibus rigidi, *Indolatitlesque*. Al. leg. *Indociles*.]

**INDOLENTIA**, pro *Indoles. Infans miræ Indolentiæ, regalis Indolentiæ*, apud Felicem Girwensem in Vita S. Guthlaci num. 9. 11.

† **INDOLES**. Vide *Indolis*.

† **INDOLETIA**, *Indolentia, carentia doloris* in Amalthea ex Glossis.

**INDOLIS**, vel **INDOLES**, Adolescens, Puer. Glossæ Gr. Latin.: *Ἐδούρις, Ingeniosus, Indolens; εὐψυχία, hoc Ingenium*. Sic in Cod. MS. Passio S. Artemæ Puteolani Mart.: *Dum adhuc Indolis, hoc est, juvenilis ætatis annos gereret*. Vita S. Aridii Episc. Vapincensis: *Sui quoque moris erat neminem contemnere, et si aliquem ad erudiendum suscepisset, Indolem primo quidem ob rudimenta infantis blando commendans intimabat magistro, ut teneram instruens fovaret ætatem*. Jonas in Vita S. Joannis Reomaensis apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 514: *Anno tertio Chlotarii Regis Indolis, ex jussu, etc.* Charta Edwini Regis Angl. ann. 956. in Monastico Angl. tom. 3. pag. 120: *Ego Eadgar Indoles Clito consensi*. Althelmus de Laud. Virgin. cap. 25:

Tradidit investem rectorum forte magistros,  
Ut puer Indolis librorum disceret artes.

Idem cap. 26:

Nititur Indolem claris natalibus ortum  
Flectere cum precibus.

Et cap. 32:

Femineum Indolis gaudens spectare triumphum.

Ubi perperam *indocilis* scribendum putat Canisius. Smaragdus in Præfat. ad Reg. S. Bened. de Monacho:

Indolis et docilis, sapiens, ac mente benignus,  
Conceptus, placidus, et bene cautus erat.

Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini:

Indolis a patribus generose Lycontius olim.

[Vita S. Romani Archiep. Rotomag. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1664:

Aurea Jerusalem valvas sibi pandit et arcem,  
Qui penitus sprevit Babylonis ab Indole fascem.

Id est, a puero.] Vide Anson. in Vita S. Ursuarii. cap. 3. et Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 152.

Præsertim vero sumitur hæc vox pro puero vel adolescente studioso ac laborioso, et, uti vulgo dicimus, *bonæ ac*

*præclaræ Indolis*. Gloss. Latino-Gr.: *Indolis, ἐπίπονος, σπουδαίος. Indoles, ἐπίπονος*, est enim *Indoles*, ut est apud Serivium ad 10. *Æneid.*: *Imago quædam virtutis futuræ. Spes in puero*, in Gloss. Isidor. *καλὴ ἑλπίς ἐν νεοτέρῳ*, in Gloss. Lat. Gr. *Imago futuræ bonitatis*, in Glossis MSS. Unde spectat ea potissimum nobiles ac principes adolescentes vel pueros, quorum in rebus gerendis virtus speratur. Ita Crispus *commodæ Indolis juvenis*, apud Eutropium, *Gratianus*, apud Ammianum lib. 31. *præclaræ Indolis adolescens* appellatur: ut *Tulgas bonæ Indolis et radix Gothorum*, apud Isidorum Pacensem in Chronico æræ 678. Carolus Calvus, *bonæ Indolis puer*, in Hist. Translat. S. Sebastiani cap. 20. Lotharius Rex Francor. *Gloriosæ Indolis puer*, in Bulla Joannis PP. in Tabulario Humolariensi: in Charta vero pro Monasterio S. Bavonis Gandensis, *bonæ Indolis Rex gloriosissimus*. Otto III. Imper. *admirabilis Indolis adolescens*, in Inventione SS. a Deoderico Metensi Episc. repertorum: Carolus filius Regis Ludovici Ultramarini, *juvenis magnæ Indolis*, in Charta Gerbergæ Reginæ anno 968. apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 19. Philippus I. Rex Francor. *claræ Indolis Rex Francorum*, in Hist. S. Macarii Patriarch. Antiocheni n. 60. Tabularium Monasterii Regulæ de eodem Philippo: *Anno ab Incarnat. 1103. Philippo Francorum Rege superstitæ, Ludovico tamen filio Indolis et probitatis memorandæ juvene, Franciæ temonem obtinente*. Rigordus, in Præfat. ad Hist. Philippi Augusti: *Serenissimo et amantissimo domino suo Ludovico Augusti filio Regiæ Indolis adolescenti*. Sed et apud eundem Rigordum ad ann. 1182. Philippus Augustus Rex *Bonæ Indolis adolescens* appellatur. Acta Episcoporum Cenoman. pag. 306. de Hugone Cenomanensi Comite: *Hugonem videlicet Herberti filium bonæ Indolis adolescentem omnino honore exheredarent*. Saxo Grammaticus lib. 2. Hist. Danicæ pag. 33:

Filius hic Regis et avito sanguine lucens  
Indole clarus erat.

Ratherius Veronensis Episc. in Epist. apud Chappeavillum tom. 1. Hist. Leod. pag. 180: *Allatæ cum his sunt et literæ Domini Papæ tunc temporis Joannis (XI) gloriosæ Indolis*. Sic indigitatur apud Dudonem lib. 3. de Actis Normann. pag. 124. Richardus Dux Norman. pag. 124. *Indolis sacræ*, apud Hemereum in Charta ann. 948. *Adalbertus inclityæ Indolis Comes* (Viromandensis) apud Saxium in Pontific. Arelat. Willelmus Marchio Provinciæ in Charta ann. 992: *Marchio istius provinciæ bonæ Indolis Willielmus*: apud Lambertum Scaffnaburg. ann. 1044. Godefridus Gozelonis Lotharingiæ Ducis filius, *Nobilissimæ Indolis juvenis*: apud Ægidium Bry in Hist. Comitum Perticens. lib. 2. cap. 8. *Hugo bonæ Indolis Comes* Cenomanensis, in Tabulario Brivatensi ch. 191. Warinus Comes Arvernix, *Gratia Dei bonæ Indolis strenuissimus Comes*, apud Ademarum Cabanensem in Chron. pag. 180. Willelmus Dux Aquitanix: *Prudentissimus adolescens*, et mox: *Clarissimæ Indolis Comes*, in Triumpho S. Remacii lib. 2. cap. 9. uxor Henrici IV. Regis Rom.: *Bonæ Indolis Regina conjux ipsius*, apud Gregor. VII. PP. lib. 1. Epist. 40. Mathildis Comitissa, *Egrediæ Indolis puella*. Similia suggerunt liber Miraculorum S. Quintini cap. 40. Wippo in Vita Chun-

radi Salici ann. 1028. Haræus in Castellanis Insulens. lib. 1. pag. 41. etc. Vide Alcuinum Epist. 48. Atque inde fluxit, ut

**INDOLES**, pro titulo Principum, adolescentium maxime, honorario usurparetur. Monachus Sangallensis lib. 2. de Rebus Caroli Mag. cap. 15: *Quo etiam tempore epistolam ad vestram Indolem direxit, etc.* Epistola Angilberti Archiepisc. et Andree Patriarchæ ad Ludov. II. Imp. ann. 855: *Quibus auditis, omnes unanimiter pro vestra Indole omnipotenti Deo gratias egerunt, etc.*

**INDOLORIA**, pro Indolentia, occurrit apud Sidonium in Epithalam. Poemii. Vide Sirmondum ad hunc locum.

\* *Indoloria, ἀνάληγτα*, forte *ἀνάληγτα*, vel *Indolora, ἀνάληγτα*, in Castigat. Vide Gloss. Gr. Lat.

† **INDOLORIUS**, *Ἀνάληγτος, Stupidus, carens dolore*, in Supplemento Antiquarii.

\* **INDOLORUS**, Sine dolore. Marius Mercat. pag. 121: *Indoloræ enim primæ illæ protoplasti fuere delicæ.*

\* **INDOLORIS**. [Sine dolore, expers doloris. Gloss. Philox.]

† **INDOLUS**, Sincerus, probus, Gr. *ἄδολος*, sine dolo. Chartularium Landevenecense: *Ego quædam mulier Indolis moribus, stemate regalium orta, nomine Winargant*. Occurrit non semel in eodem Chartular.

\* **INDOMINATURA**, pro *Indominatura*, Dominium. Charta ann. 1463: *Unam bichonatum terræ de Indominatura dicti castri d'Epay, etc.*

\* **INDOMINICATA**, Pari intellectu. Charta Brunon. abbat. ann. 1158. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 89: *De cultura vero quæ est ante curtem, quantum ad Indominicatum nostram pertinet, quintam garbam.*

\* [Pistens. synodus III<sup>a</sup>, ann. 869, cap. 13: *De carrucâ Indominicatâ... decimam consequatur. p. 27.]*

† **INDOMINICATURA**, Dominium, proprietas, possessio. Hist. Mediani Monast. pag. 271. in Excerptis Joannis a Bayono de Abbatibus ejusdem Monast.: *Hugo circa finem vitæ suæ contulit ex Indominicatura in allodio suo duas croadas cum parte prati.*

† **INDOMINICATUS**, substant. Eadem notione; adject. Ad dominum pertinens, proprius, non datus in feudum. Vide *Dominicum* 3. et Glossar. Lobinelli tom. 3. Hist. Paris.

\* Charta Henr. imper. pro monast. Florin. ann. 1012: *Si ecclesia de suis Indominicatis, silvis, pratis, etc.* Infra: *Foragia atriorum et Indomnicatorum et omnium locorum, in quibus bannum et justitiam habent, sint ecclesiæ.*

**INDOMITAS**, Aimoins lib. 2. de Mirac. SS. Georgii et Aurelii num. 14: *Ecinde vero, quos per Indomitatem linguæ male præsumperat, etc.*

\* **INDORATUS**. [Gall. *doré*: « (Corona regis) in uno bacili argenteo *Indorato*. » (Diar. Burchard. ed. Thuasne, II, 154, an. 1494.)]

**INDORMIS**, *Insomnis, ἀκοιμητος*. Gloss. Gr. Lat.

**INDORMITABILIS**. Libellus precum Marcellini et Faustini pag. 25: *Gravium exilium temporale esse crediderunt, quam perpetuam penam secundum Esaiam: Indormitabilis vermis, et ignis inextinguibilis.*

\* Qui non dormitat. Agobard. in Lib. apoget. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 250: *Non ita placuit illi indormitabili oculo, qui custodit Israel suum.*

\* **INDORMITUS**, Soporatus, torpore affectus. Ital. *Indormitato*, Gall. *Endormi*. Vita S. Rayner. tom. 3. Jun. pag. 460. col. 2: *Theodora... habebat manus, ut vulgo dicitur, Indormitas, ut filare non posset*. Lit. official. Senon. ann. 1336. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 22: *Mediantibus pulveribus prædictis... ita et adeo fuerunt Indormiti et ipsos dormire oportuit*. Entomi, pro Engourdi, in Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 479: *Qui ont les membres aussi com Entomiz et endormiz*. Vide infra *Inertia*.

**INDORSARE**, Joanni de Janua: *Supra dorsum ponere: quod vulgo dici solet intersellare*; [*Endorsser*, in Glossar. Lat. Gall. Sangerman.]

**INDORSARE**, Gall. *Endosser*, Chartæ dorsum seu tergum, vel cujuscumque scripti partem aversam, aut exteriorem inscribere. Proprie vero indorsatæ litteræ dicebantur *Brevia citationum*, seu *Submonitionum*, quod in ejusmodi brevium, per quæ a Rege actori reum in judicium adducendi facultas dabatur, dorso seu tergo citatio et submonitio ab Apparitore vel *Serviente* reo facta, ut in judicio compareret, adscriberetur: unde *Indorsatio*, executio citationis vulgo in foro Anglicano dicitur. Vide Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 18 et 41. Apud Willelm. Thorn. ann. 1289: *Littera clausa, et sigillo Indorsata, id est, sigillo munita. Endos du contract, in Consuetudin. Normanniæ art. 182. Endossetur, in Peronensi art. 260. Adde Consuetudinem urbis Insulensis art. 97. Vide Redorsare.*

† **INDRICTO**, f. Recta, Gall. *Droit*. Vetus traditio apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 23: *Propterea donamus ad Monasterio de foreste nostra... usque in ipso vado in Prumia, et de ipso vado Indricto usque in Melina flumen*. Vereor ne legendum sit *indicto*, quasi *indicato*.

† 1. **INDUBIÆ**, *Indumentum*. Gloss. Isid. Legendum, ut apud Plautum, *Induviæ*, cui contrarium *Ecuvivæ*. *Induviæ arboris*. Cortices, apud Plinium.

† 2. **INDUBIÆ**, perperam pro *Induciæ*, Gloss. Isid.: *Indubias, Belli intervalum, id est, pax bello manente. Indubies, pax, bellum manens*.

\* **INDUBITANS**, Certus. Epist. 16. Nicolai PP. I. ann. 863. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 399: *Et ad equitatis debitæ jus pars justa sine protelatione Indubitanti sine perveniat*.

**INDUBITANTER**, Sine dubio, in leg. 3. Cod. Theod. de Hæreticis. (16, 5.)

\* **INDUBIUS**, Non dubius, indubitabilis. Charta ann. 1217. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 1. ch. 105: *Universis præterea certum et Indubium esse volo quod, etc.*

1. **INDUCERE**, Installare: *Inductio*, Installatio. Provinciale Eccl. Cantuar. lib. 3. tit. 6: *Ut hi, qui admissos ad beneficia Ecclesiastica ad mandatum superioris tenentur Inducere, pro Inductione hujusmodi faciendâ sumptibus contententur moderatis*.

\* 2. **INDUCERE**, Abigere, ut videtur. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 317: *Dicta animalia (porcos scilicet et equos) secum Induxerat, alia secum importaverat, etc.*

\* 3. **INDUCERE**, *Caraxare*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

† **INDUCIALIS**, **INDUCIARIUS**, Johanni de Janua, Spectans inducias: *Appartenant à treves*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

† **INDUCIARE**, Eidem J. de Janua, *Differre per inducias, vel inducias facere*

*et constituere*. Sæpius occurrit apud Scriptores inferioris ævi pro Moras necere, procrastinare, differre, ut apud S. Bernardum Epist. 303. Eadmerum in Vita B. Lanfranci, tom. 6. Maii pag. 850. etc. Consuetudines villæ Hasprensia a Balduino Hannoniæ Comite ann. 1176. confirmatæ, apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 893: *Prædicta etiam placita ad alios, quam præscriptum est, terminos Induciare non potest*. Vita B. Caroli Comitis Flandriæ tom. 1. Martii pag. 212: *Quatenus usque in Dominicam proximam Induciet de vobis*. Gesta S. Anselmi, tom. 2. April. pag. 910: *Non ea re concessi causam, de qua agitis, hesterno Induciari*. Historia canonizationis S. Godehardi Episc. apud Leibnitionum tom. 1. Scriptor. Brunsvic.: *Causa patroni nostri B. Godehardi usque Induciata, etc.* Sic recentiores, præsertim Jurisconsulti, procrastinationes, moras et dilations passim vocant *Inducias*, quamvis Latini hanc vocem non soleant usurpare nisi pro pace vel cessatione a bello in certum tempus inter hostes inita. Varias juris *Inducias* exponit Calvinus in Lexico.

\* **INDUCIATUS**, Cui induciæ concessæ sunt, vel qui per inducias datas securus esse debet. Charta ann. 1327. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthheim* pag. 111. col. 1: *Si capti fuerimus, ... tunc infra annum et diem post nostram captionem, et quamdiu excediti et Induciati fuerimus, aliquam exactionem solvere non debemus pro nostra liberatione*.

† **INDUCIUM**, *Induciæ*, intercapedo. *Cumque ibi duo manerent simul ad Existet aliquantum temporum Inducium*, in Vita S. Willibaldi, tom. 2. Julii pag. 511.

\* Nostris *Induce* et *Indusse*, eodem sensu. *Induces mestives*, in Consuet. Turon. art. 5. *Wit jours de Indusse*, in Lit. ann. 1409. tom. 9. Ordinatio. reg. Franc. pag. 480.

**INDUCTA**. Liber foundationis Monasterii Gozecensis pag. 250: *Ubi in brevi spe sua frustratus moritur, et super Inductam B. Michaelis sepelitur*.

† **INDUCTIBILIS**, Qui facile inducitur. Cælius Aurel. lib. 2. Acut. cap. 87: *Coagulata Inductibiliaque et digitis convoluta. Qualitas Inductibilis*, ibidem.

† **INDUCTILIS** PORCUS, Sues quæ porcellos ducit et nutrit, ut suspicor, quæ *Ductrix scrofa* dicitur in Lege Bajw. tit. 12. cap. 4. § 2. Charta Ottonis Episc. apud Schannatum Vindem. Litter. pag. 45: *Et tunc ad servitium exigat duos porcos, quos vulgo Inductiles vocant, et unum lateralem et unum porcellum, et quatuor gallinas, etc.*

† 1. **INDUCTIO**, Suasio qua quis inducitur ad aliquid faciendum. Origo belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 156: *Ad Inductionem ergo Sacerdotum... Monasteria destruuntur et diruuntur*. Auctor ad Herennium hac notione dixit: *Quod alieno Inductu fecerit*.

\* Vox Latinis ea acceptione haud ignota: nostris alias *Induce*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 223: *Jean Fourquié estoit marié à une jeune femme... Nicole Menard prestre par ses fausses Induces et monitions avoit séduit laditte femme, en tele maniere qu'il la congnoissoit charnelement*. Aliæ ann. 1398. ex Reg. 153. ch. 566: *Guillaume Merlin prestre, lors curé de la paroisse de Giry, fist tant par ses promesses, Induces ou menaces, que Philiberde femme dudit suppliant et de laquelle il estoit compere, se accorda à faire sa volenté et plaisir*. Hinc *Indu-*

*ciuz*, Qui inducit, impellit et movet, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 164. ch. 205: *En laquelle hostellerie après que la suppliant se fust logié, ... par Inducieuses paroles eust mené en une estable icelle fillette, etc.* Vide *Inductivus*.

\* 2. **INDUCTIO**, Installatio. Vide *Inducere* 1. [\*] Vide supra *Amlleit* et *Haltaus*. Glossar. German. vocibus *Anleite* et *Anleiter*, col. 85. et 86. de *Inductione* in bona debitoris et de *Inductore* in possessionem a iudice dato.]

† **INDUCTITIUS**, *Invectitius*, *ascititius*. Gloss. Cyrilli: *Inductitius, ἐπισκοπος*.

\* **INDUERE**, *Investire*. Occurrit in Tradit. Fuldens. Schannat. num. 111. ann. 796.

† **INDUCTIVUS**, Qui inducit, excitat, movet. *Inductiva persuasio*, in Chronico Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 97: *Inductivæ viæ et media licita et honesta*, apud Rymer. tom. 8. pag. 453.

† **INDUCTOR**, Qui inducit, impellit, excitat. Gloss. vet.: *Inductor, εἰσαρκής*.

**INDUCTORIUM**, pro eo quod inducitur, vel illinitur. Occurrit apud Nithardum. [*Inductorium facere*, apud Plinium.]

† **INDUCTUS**, pro *Indutus*. Albertus Mussatus de gestis Henrici VII. Cæsaris apud Muratorium tom. 10. col. 399: *Abbas... cum potestate ac primoribus civitatis, plebeque tota obviam procedentes millibus ferme quinque Inductis similis amictus ornatu, introeuntem supremis exceperet gaudiis*. Occurrit alibi, teste Muratorio in notis.

**INDUGULA**, *Indumentum*. Joan. de Janua. [Martinius in Lexico et Laurentius in Amalthea addunt. *Vestis interior*.]

† **INDULCARE**, Dulce facere. Tertul. adv. Judæos cap. 13: *Hoc enim lignum tunc in sacramento erat, quod Moyses aquam amaram Indulcavit*. Eccl. 49. 2: *In omni ore quasi mel Indulcabitur ejus memoria*. Rursus occurrit ibi 12. 15. *Aqua Indulcata*, ibid. 38. 5. et apud S. Optatum lib. 6. *Ollam propheticam Indulcat commixta farinula, et austeritatem presentium laborum temperat superne dulcedinis memoria*, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 516.

† **INDULCORARE**, Eadem notione. Onomast. apud Martinium: *Indulcoro, ἠδύω*. \* **INDULCITAS**. [Non dulcitas, apud Non. 2. 215. ubi *Cæcilius*: Tanta huic invasit in corda *Indulcitas*.]

**INDULGENTIA**, Lex, qua Imperatores Romani in quinquennialibus et decennialibus leviorum criminum reos vinculis solvebant, ut in Cod. Theod. de indulgent. crimin. (9. 38.) Ea autem *δωρεά* appellatur ab Eusebio de Martyr. Palest. cap. 2. Gloss. Gr. Lat.: *Θεία δωρεά, Indulgentia*. [\* Legere poteris litteras quibus Odo Tusculanensis cardinalis *Indulgentias* concedit ecclesie Novi Vici, an. 1246, mus. arch. dep. p. 146.]

**INDULGENTIA**, Venia, culpæ condonatio, pœnæ remissio. Synodus Pistensis can. 3: *Aut solvant legale placitum, aut per Indulgentiam sibi impetrent pardonari*. Capit. Caroli Calvi tit. 30. cap. 1: *Posteaquam nos invicem mutua Indulgentia... reconciliavimus, etc.* Occurrit in iisdem Capitularibus non semel, et apud Jurisconsultos.

\* Charta Reginaldi episc. Paris. ann. 1254. in Chartul. S. Maglor. ch. 29: *Desiderantes Domino reddere populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum et quasi quibusdam illectivis muneribus, Indulgentiis scilicet et remissionibus invitamus, ut ex inde reddantur divinæ gratiæ aptiores*.

INDULGENTIA, nostris Remissio aut relaxatio poenae vel poenitentiae pro peccatis, vel debita, vel imposita, uti describitur a S. Gregorio Nysseno in Epist. ad Letoium. Ita Indulgentiam accipiunt Jurisconsulti, pro poenae relaxatione. Eckehardus Junior de Casibus sancti Galli cap. 2. initio: *Ille vero pie discretus, poenitentia eorum accepta, populo Domini pro eis inclamante, Indulgentiam eis dedit, allevatos praer foribus basilicæ eo die et nocte punitionis gratia incommunicatos jusserat stare.* Bernaldus de Reconciliatione lapsorum: *In Canonum judiciis profectus Ecclesiasticæ disciplinæ potissimum attenditur, ut et qui peccaverint corrigantur, et alii, ne peccent, deterreantur; hinc est, quod quidam nunc 7. nunc 10. annis, aliquando etiam usque ad finem vitæ, pro suis criminibus ab Ecclesiis separantur, qui et libenter sub hac restrictione debent laborare, non solum ut peccata sua diluant, sed etiam ut sanctæ Dei Ecclesiæ satisfaciunt, eamque sibi reconcilient poenitendo, quam scandalizaverunt delinquendo. Nulli tamen eorum ille numerus præcludit, quin et ante expletionem eorum Deus eis indulgere valeat et soleat, si digne poenituerint, juxta illud B. Leonis PP. etc. unde et sancti Patres hunc numerum annorum, si tamen Ecclesiasticæ disciplinæ non obfuerit, multociens anticipandum in reconciliatione censuerunt, in his duntaxat qui digne poenituerint, etc.* [Acta consecrationis Ecclesiæ Parthenonis B. M. de Epeia Diocesis Veron. Urbani III. PP. ann. 1: *Postea exivit D. Papa de prædica Ecclesiæ, et ascendit super pergulum et prædicavit populo... Auctoritate nostra concedimus omnibus ad anniversarium hujus dedicationis diem advenientibus, et volumus quod auctoritate apostolica prædicti Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi debeant auctoritate nostra in hoc facto unum annum et XL. dies omnibus vere poenitentibus et confessis de injuncta eis poenitentia criminalium et quartam partem venialium, fractionem votorum ita ut ad eam (vitam monasticam) redeant, excessus parentum nisi fuerint enormes, poenitentibus in carentena, unum annum de tertiis et XLVII. dies, in solemnibus poenitentibus advenientibus calcamenta restituis, mulieribus quæ volentes parvulos oppresserunt Ecclesiæ introitum. Et tunc prædicti D. Cardinales et ceteri Pontifices annuerunt quilibet pro se voluntati D. Apostolici, dantes et concedentes auctoritate D. Papæ Indulgentiam, sicut scriptum est. Antiquam hanc indulgentiarum concessarum formulam hic inserere visum est, quod illi parum consentiant hodiernæ.] Vide Morinum lib. 10. de Poenit. cap. 22. et alios passim, qui de hoc argumento libros conscripserunt. [\* Murator. Antiq. Ital. tom. 5. col. 761.]*

\* Ad episcopos quamquam hæc pertineat remissio, ab abbatibus sæpissime tamen concessas Indulgentias fuisse, docent quamplurima documenta, ex quibus unum aut alterum satis sit ex Tabul. Cassin. desumptum. Charta ann. 1299: *Nos Dei gratia Thomas abbas Casinensis... omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in singulis subscriptis festivitibus, videlicet ipsius B. Thomæ, natiuitatis... ac in dedicatione ipsius ecclesiæ et per octo dies festivitatis ipsas immediate sequentes devote accesserint annuatim, de omnipotentis Dei misericordia quadraginta dierum Indulgentias de injunctis eis poenitentibus misericorditer in Domino relaxa-*

*mus. Quod auctoritate sua præstare confidenti animo proficitur abbas Henricus in eod. Tabul.: Nos autem de omnipotentis Dei misericordia... omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eidem fratri Andræ manus porrezerint adiutrices, nomine ecclesiæ et hospitalis prædictorum, auctoritate nostra qua fungimur, quadraginta dies de injunctis eis poenitentibus misericorditer in Domino relaxamus. Vide supra in Absolutio 1.*

† INDULGENTIAE DIES, in Translatione S. Maurini Abb. inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 338. Cœna Domini, sic dicta quod hac die poenitentes absolvi consueverint. Vide Absolutionis dies.

INDULGENTIAM FACERE. Cæsarius lib. 6. cap. 5: *Sedensque in angulum juxta Ecclesiam beatæ Dei Genitricis, (Colonis) ubi Episcopus in die Palmorum consuetudinis est populo facere Indulgentiam.*

† INDULGIBILIS, Pronus ad indulgendum. *Indulgibilis clementia*, in Epistola Dungalii reclusi ad Carolum M. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 144.

\* INDULGITAS. [Indulgentia. Cælius apud Serv. ad 2. G. 345. Consuetudine uxoris, Indulgite liberum. Sisenn. apud Non. 2. 499. Bassus assiduitate, Indulgite victus. Gloss. Philox.]

† INDULSATUS VINO, Indulsus vino, inebriatus. Meisterlini Hist. Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 100: *Ad sua diverticula vino Indulsati, curis posthabitis, Baccho sacrificant.*

† INDULTOR, Qui indulget, parcit et non ulciscitur. Ordo celebrandi Concilii tom. 1. Concil. Hisp. pag. 231: *Te quoque (Deus) in hoc fine judiciorum nostrorum Indultorum nostris excessibus speramus.*

\* INDULTUM, Gall. *Indult*. Pontificaria gratia de re, quæ a jure communi aliena est. Bulla Pauli IV. PP. ann. 1559. ex Continuat. magn. Bullar. Rom. part. 4. pag. 74. col. 2: *Revocantes, cassantes, et annullantes omnia et singula Indulta, concessionis, dispensationes, etc.* Consule Juris canonici commentatores.

INDUMINA, Papiæ, *Indumenta*. Vetus versio Josephi lib. 17: *Quando civitatem intrabat, privati Induminibus utebatur.*

\* INDUPERARE, Impedire, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

† INDUPERARE, pro Imperare, præsertim apud Poetas, ut *Induperator*, pro Imperator, metri gratia. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MS. et Supplem. Antiquarii: *Induperare*, ἐπιτάσσειν. Acta S. Cassiani Mart. apud Illust. Fontanium ad calcem Antiq. Hortæ pag. 345. ubi de Juliano Apostata:

Unde erga Sanctos bellum commoverat excors, Induperans perimi, et nullum super arva pacis.

Dudo de Ducibus Norman.:

Regibus et ducibus verbo Induperabat amico, Grator in regno Regibus et Ducibus.

Inter Latinos vocem *Induperator* usurpavit Juvenalis Satyra 4. inter Latino-barbaros vero Odo in Carmine de varia fortuna Ernesti Bavaris Ducis apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 374. Gilo Paris. de expeditione Hieros. ibid. col. 249. Auctor Carminis de Lothario Rege in Appendice tom. 2. Annal. Bened. pag. 745. etc. [\* *Induperatrix* apud Ermold. Nigellum lib. 4. vers. 361.]

\* INDUPLARE, Duplicare, Gall. *Doupler*. Tradit. Diessens. apud Oefellum tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 692. col. 1: *Si uno anno omiserit quod censum non dederit, in secundo Induplare teneatur; et si in secundo anno non Indupla-*

*verit, cadat ab omni suo jure dictæ locationis. Vide Duplare.*

† INDURARE, Ferre, pati, Gall. *Endurer*. Capitula Caroli C. tit. 36. cap. 34: *Qui pro Deo suos denarios vel suam annonam, quæ a Deo accepit, (egeno) dare non Indurat, cum Deus setpsum et sanguinem suum pro eo in cruce clavis et lancea transfusus fudit. Plinio Indurare est Durum reddere.*

\* Endurement, Toleratio, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 131: *Le suppliant moiennant son labour et travail et le grand Endurement et patience qu'il a eu, etc.*

† INDURATIO, apud S. Augustinum et Theologos, Durities animi, Pertinacia, qua quis peccare non desinit. Gall. *Endurcissement*.

\* INDURATIVUS, Facile indurans, Arnald. in Rosar. Ms. ex Cod. reg. 7149: *Multiplicando virtutes minerales lapidificaturas et conglutivas et Indurativas.*

INDURATOR, Gloss. Græc. Lat.: Σφοδρῶ, Ferrumino, σφόδρα, Ferrumen, στοματώης, Indurator.

† INDURITIA, Duritia, obstinatio, pervicacia. Mandatum ann. 1318. apud Rymer. tom. 3. pag. 714: *Contra dictos inimicos et rebelles nostros, ad ipsorum Induritiã, militiam et protervitiam... reprimendum.*

INDUS, INDICUS COLOR, Cæruleus, seu Azureus, quod id genus metalli ex India advehatur: in Monastico Angl. tom. 3. pag. 315. 316. et alibi passim. Le Roman d'Alexandre MS.:

Illeques veissiez des vaincus gonfanons, Vers et Indes et jaunes et de toute façons.

\* INDUSCILE, Endouille, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Aliud ex Cod. 7692: *Indusillæ, Andouille.*

† INDUSIAMEN, Indumentum, Johanni de Janua: *Vestement*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

INDUSIARI, *Indui vestibus, vel ornari. Indusiarius, Vestiarius.* Papias *Indusiat*, revestitus, *Indusio* indutus, [apud Plautum. *Indutiarii, vestiarii*, in Glossis Isidori.] Martianus Capella lib. 1: *Et ipsum tonantem exuviis Indusiarii publice cernerent.* Apuleius: *Pulcre Indusiatius adolescens.* Gerardus abbas Silvæ Major. in S. Alexandro cap. 3: *Cujus dignitatis honore Indusiatius, et a Principe regni legaliter inthronizatus, etc.* [Ratherius lib. 5. Præloquiorum: *Laicis non timent vestibus Indusiarii.*]

† INDUSSATUM, ἐπιδαφίλευθέν, *Abundans*, in Supplemento Antiquarii. *Indussatus, ἐπιδαφίλευθείς* in Glossis Sangerman. Lat. Græc. MSS. ἐπιδαφίλευομαι, apud Synesium exponitur. Adde corollarium et auctarium.

\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar.: *Indussata, ἐπιδαφίλευθέντα.* Leg. *Indultata vel Indulgitata*, de qua voce Nonius Goldast. ad Dosith. pag. 69. *Indulta*, Vulc.

\* INDUSTRIA, Modus, ratio. Charta ann. 1353. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 90: *Talem in Gestu et habitu Industriam teneatis, quod nihil in vobis appareat quod offendere debeat intuentes.*

\* INDUSTRIALIS, Ad industriam seu artem pertinens. Charta ann. 1400. in Access. ad Hist. Cassin. part. 2. pag. 507. col. 2: *Item dixerunt quod omnes habitatores dicti castri Luci tenentur singulis annis decimas personales seu Industriales dare præpositis.*

INDUSTRIARE, Docere. Papias, et Gloss. Isid.

\* INDUSTRIOSE, Artificiose, callide,

Gall. *Artificieusement*. Hincmar. de divort. Lothar. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 295: *Eccontra ipse cum maximis attestationibus nobis declaravit, solam rei veritatem illam confiteri se persuasisse, nec in ea causa Industriose aliquid amplius egisse.*

† **INDUSTRIS**, Industrius. *Cives in artibus Industres*, in Laudibus Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 22. Charta Ludovici Regis filii Bosonis ann. 896. ex Chartulario Aptensi fol. 1: *Nosse volumus quod Industrissimus quidam fidelis nos-ter nomine Teubertus illustris Comes, etc.* \* Chron. Joan. Whetham. pag. 366: *Paciemur ergo nos... principem tam illustrem, ducem tam Industrem... sic lacerrari a canibus, etc.*

\* **INDUSTRIUS**, *Fauchons*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

\* **INDUSTRUUS**, [Industruus, sachans. (Lex. Lat. Gall. bibl. Ebroic. n. 23. XIII. s.)]

† **INDUTIARIUS**. Vide *Indusiari*.

\* **INDUTILIS**. [Qui indoi seu inseri potest. *Cato R. R.* 135. *Yomis indutilis optimus erit. Al. leg. in Rutulis, alii rectius inde utilis.*]

**INDUVIUS**, pro Indubius. Charta Hispan. apud Sandovallium in Episcopis Pampilon. pag. 62: *Ego Garsias gratia Dei Rex, quamvis indignus, tamen non Induvius magna Christi pietate, et confusus in ejus gratia, etc.*

\* **INEA**, pro *Ænea*, idem quod *infra Inno*. Vide in hac voce.

† **INEBRÆ**. Vide *Inhibæ*.

† **INEBRIVIATUS**, in brevi seu indiculo descriptus. Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 6: *Tales dies (anniversarios) habet Cellarius apud se Inebriviatos. Eadem habentur in S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 2. cap. 43. Vereor ne utrobique legendum sit Imbreviatos. Vide Imbreviare et Imbreviare.*

**INEDAX**, ἀλαγοπάγος, in Gloss. Gr. Lat. [et Supplemento Antiquarii.] Qui parce edit.

\* **INEDIBILIS**, Non edulis, non esculentus. Charta ann. 1266. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 216: *De aliis vero rebus Inedibilibus, ut pote de cuculis, osillis, furcis, rastris et aliis instrumentis ad tempus messium et vindemiarum necessariis, etc.*

† **INEDIGIBILIS**, Ineffabilis, qui edici nequit, Gall. *Indicible*. Sermo Rabodi Episc. Noviom. de Annunciatione ann. 1081. ex veteri Lectionario Monasterii S. Eligii ejusdem urbis: *Inedicibili autem ammiratione visionis et salutationis angelicæ turbata, etc.*

† **INEDIUS**, Jejunus. Vita B. Jacobi Philippi, tom. 6. Maii pag. 168: *Quin etiam mane Inedius rem divinam celebraverat.*

\* **INEFANS** inter species aromatics recensetur in Convent. Saonæ ann. 1526.

\* **INEFFICAX**, Dicitur de exercitu, qui nihil obtinuit, in Annal. Victor. Mss. ad ann. 1219: *Circa festum Penthecostes Ludovicus filius regis Philippi iterum ivit in terram Albigenium... cum magno exercitu... Sed eodem anno redierunt Inefficaces, propter prodicionem quorundam in obsidione Tholosæ.*

† **INEFFIGIABILIS**, Qui fingi seu figurari nequit. Tertull. de Anima cap. 24: *Adjicit (Plato animam esse) immortalem, incorruptibilem, incorporalem... invisibilem, Ineffigabilem, uniformem, principalem, rationalem, intellectualem.*

† **INEFFIGIATUS** Non figuratus. Tertull. de Anima cap. 9: *Anima indissolubilis, qua immortalis, et Ineffigata qua*

*indissolubilis. Utitur Gellius loquens de re necdum efformata.*

† **INEFFRENATUS**, Effrenatus, non frenatus. Concil. Trevir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 241: *Ineffrenatam utique aviditatem eorum refrenare volentes, statutum, etc. Ineffrenata multitudo delinquentium, in Charta ann. 1484. apud Rymer. tom. 12. pag. 240.*

\* **INEFFUGABILITER**, Sine effugio, Gall. *Inévitablement*. Præcept. Chilper. ann. 583. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 624: *Cum in hac vita brevi tempore maneamus, et ad mortem Ineffugabiliter properemus, etc.*

\* **INEFFUSUS**. [Non effusus. Apul. 2. Met. Sed, ut mihi morem plenius gesseris, Ineffusum laxa crinem, et capillo fluenter undante ede complexus amabiles. Alii leg. eod. sensu in *effusum laxa crinem*, ita ut *laxa* non verbum, sed nomen sit.]

\* **INEFRENATUS**, ut *Ineffrenatus*, Effrenatus. Charta ann. 1302. ex Tabul. Massil.: *Item attenda Ineffrenata audacia, imo inobedientiæ spiritui laboratorum, etc.*

\* **INEFRONS**, *Senza fronte*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **INELEEMOSYNATUS**, Cui non est erogata eleemosyna. Gerardus Abb. in Vita S. Adalhardi n. 17: *Si quando fortuna egentes sibi præsentabat bis unum, et agapen utrisque competentem non habebat ad manum, satius censebat alteri totum tribuere, quam uterque eorum pæne Ineleemosynatus videretur recedere.*

† **INELIGIBILIS**, Qui ad aliquam dignitatem non potest eligi, in Bullario Carmel. pag. 243. col. 2.

\* **INELIGIBILITAS**, Facultatis inopia, ut quis ad dignitatem aliquam vel aliquod officium eligi possit, vel ab iis repulsa. Stat. S. Flori Mss. fol. 44: *Cum talium (excommunicatorum) participatio excommunicationem ad minus minorem et interdum majorem inferat, et a participatione sacramentorum et hominum quandoque se injungat ac Ineligibilitatem inducat. Ubi leg. ut infra Ineligibilitatem. Vide Ineligibilis.*

\* **INEMBOSCATUS**, In insidiis positus. Procs. crimin. ann. 1488. ex Tabul. D. Venciæ: *De hominibus civitatibus Inemboscatis stabant numero viginti et ultra armati cum achis, etc. Vide supra Imbosca.*

**INEMENDABILE**. Vide *Emenda*.

† **INEMERIBILIS**, Non emerendus. Tertull. de Resurrectione carnis cap. 18: *Non quia substantiæ ipsi Inemeribile sit, aut Deo impossibile.*

\* **INENATABILIS**, Unde enatari haud possibile est. Tertul. de Idolol. cap. ult.: *Cæterum Inenatabile excussis profundum est.*

† **INENGIUS**, ut mox *Inennis*. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 13: *Concessimus filio Nicolai la Waisdie nostro filiolo Inengio pro salute animarum nostrarum XII. denar.*

† **INENNIS**, Minor, qui nondum annos pubertatis attigit, aut nondum est sui juris. Ἀνήλξ et Ἀερίλξ Jurisconsultis Græcis. Speculum Saxonicum lib. 1. tit. 23. art. 1: *Ubi filii Inennes sunt, agnatus expeditoris accipit res. [\*Germ. binnen iren jaren.] Vim vocabuli eandem habet nostrum Nonage, quod passim occurrit apud Littletonem, in Statutis S. Ludovici lib. 1. cap. 122. in veteri Consuet. Normanniæ cap. 43. etc.*

\* **INEPTIOLA**. [Diminut. ab ineptia. *Auson. epist. Edyll. 11. præmissa. Fuit Ineptiolæ hujus ista materia.*]

\* 1. **INEPTITUDO**, vox fori, Circumstantiarum repugnantia, cum quis scilicet

cet crimine purgatur ex absentia. Lit. remiss. ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 229: *Primum articulum negat dictus Johannes (reus) salvo jure Ineptitudinis et impertinentiæ, protestans de proponendo et probando... quod eo tempore, in quo dictus Johannes Valheti fuit occisus, dictus denunciatus erat absens ab illo loco, etc.*

\* 2. **INEPTITUDO**, Vitium, Gall. *Défaut*. Charta ann. 1303. in Reg. 37. Chartoph. reg. ch. 28: *Item quod propter Ineptitudinem libelli, dummodo ex causa debendi ad causam petendi recta conclusio sequi possit, iudex ferre sententiam non omittat.*

† **INEPTITUDO** LOCRI, Locus ad habitandum ineptus, in Bullario Carmel. pag. 52. col. 1.

\* **INEPTUS**, Vitiosus, Gall. *Défectueux*. Arest. ann. 1410. 29. Nov. in vol. 11. arestor. parlam. Paris.: *Johannes Cognati experimenter et venditor, ex eo quod tyriacam inutilem et Ineptam vendebat, etc.*

† **INEQUITARE**, Equitare, apud Apuleium lib. 6. et Solinum cap. 45: *Audet Inequitare philosophiæ, 1. Insultare, Macrobio lib. 7. Saturn. cap. 15.*

† **INERASIO**, Neglecta et omisa ratura. *Expediit calamum quassatum non conteri, et Inerasionem æruginis vas non frangi*, in Maceriis Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 175.

† **INERGIA**, ut *Energia*, Johanni de Janua, *Vis et efficacia, effectus... agilitas, et rerum gestarum aut quasi gestarum sub oculis inductio. Dicitur etiam animi anxietas... vel dicitur Inergia, interior labor vel interior operatio, ab eo quod est in, et ergo (Græc. ἐργον, opus) quod est operatio, labor.* Gloss. Latin. Gall. Sangerman.: *Inergia, Force, vertus, efficace, effet ou engoisse de cuer.* Vide *Energia*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7648. *Inergia, forcenerie, angoise de cuer.*

† **INERGIUMENUS**, pro *Energumenus*, apud Ordericum Vital. lib. 2. pag. 422. Bladricum Noviom. lib. 2. cap. 6. [Johannem de Janua, et in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS.]

\* **INERTIA**, Mörbi genus, Torpedo, Gall. *Engourdissement*. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 267. col. 1: *Agius, ejusdem loci presbyter, tertianam diu passus Inertiam; ut se devote ad Deum contulit, obtentu beati præsulis celeri donatus beneficio, importunam mox pestem excessit.* Vide supra *Indormitus*.

\* **INERTICULA**, *La vite nigra*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. *Inerticula vitis*, Plinio, cujus vinum tenue est.

\* **INERTICULUS**, *Remissus, pessimus*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide *Inerticus*.

† **INERTICUS**, *Gravis, ignarus, remissus*. Jo. de Janua.

† **INERTIOSUS**, *Piger, segnis, tardus*, apud Papiam. Male in Glossis Isidorianis: *Inesis, segnis, piger*. Legendum *Iners*, vel potius *Inertiosus, segnis, piger*.

† **INERTITUDO**, ἀδραγία, *Inertia*, in Supplem. Antiquarii et in Gloss. Lat. Gr. Sangerman.

\* **INERUDITIO**, [Eruditionis defectus. *Gloss. Philox.*]

† **INESCATORIUM**, Illecebære, invitamentum. Johann. Sarisber. lib. 3. Polycratici cap. 7: *Apud istos enim gratia, quia gratis non est, jam non gratia, sed lucri Inescatorium est.*

\* **INESCATUS**, metaphorice pro Mortuus. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 267. col. 1: *Erat itidem quartus in eodem*

*infirmioribus languidus, qui non solum morti videbatur vicinus, sed quodammodo Inescatus, etc.*

\* **INESIS**. Vide *Inertiosus*.

\* **INESPESOL**, Cumulato opponi videtur, in Charta ann. 1193. ex Tabul. S. August. Lemov. pag. 130: *Episcopus Lemovicensis qui habet in prætaxato manso solus duos sextarios avenæ, unum cumulatam et alium Inespesol.*

**INESSE**, pro Interesse, vel esse in. Jonas Monachus Bobiensis in Vita S. Bertulfi Abbat. cap. 6: *In cuius obsequio ego Infui.* Miracula S. Richarii Abb. Centul. n. 5: *Vocatur elegans juvenis Ingelardus, quem adhuc eo tempore fuerunt scholici Inesse.*

\* **INESUS**, [Non comesus. *Gloss. Philox.*]

† **INEVADIBILITER**, Ita ut nullus sit locus evadendi. RATHERIUS Serm. 1. de Quadrages. apud Acher. Spicil. tom. 2. pag. 291: *Metuendum ne Inevadibiliter a Domino conclusi, etc.*

\* **INEVASIBILIS**, Unde evadere impossibile est. Mirac. S. Vicin. tom. 6. Aug. pag. 193. col. 2: *Cum... catena S. Vicinii nomine dedicata vinculus continuo atque Inevasibilis custodiæ laqueo se affici quereretur, etc.*

\* **INEVECTUS**, [Idem ac evectus. *Virg. Cul.* 340.]

† **INEVENTILATUS**, Minime ventilatus. *Palæx Ineventilatæ*, in Vita S. Eugendi Abb. cap. 2.

\* **INEVITABILIS**, Mortiferus. Chron. Camerac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 200: *Statim vero iterum Inevitabili morbo corripitur, et ut digna meritis suis recompensatio omnibus appareret, lingua ejus divino igne succendi reperta est. Cui cum hora exitum maturasset, etc.*

† **INEVITABILITAS**, Id quo fit ut aliquid vitari non queat, apud Duchesnum tom. 4. pag. 159.

† **INEWARD**, Vox ignota. Vide *Heveward*.

\* **INEXAMINATUS**, Non examinatus. Hincmar. de Divort. Lothar. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 294: *Proinde ne suspicio ista et nequissima fama de uxore regia diutius Inexaminata aut improbatâ maneret, etc.* Vide supra *In-discussus*.

† **INEXAUDIBILIS**, Qui facile exaudiat. Barthii Glossar. ex Baldrici Hist. Palæst.

† **INEXCEPTIONALITER**, Sine exceptione. Vide locum in *confarreatio*.

† **INEXEMPLUS**, Incomparabilis, cujus nullum exstat exemplum, vel f. historia seu exemplis insculptis decoratus. Vita S. Leonis PP. III. Junii tom. 2. pag. 580: *In circuitu laminis marmoreis ornavit (triclimum) atque marmoribus Inexemplis stravit.*

\* **INEXESUS**, [Non exesus. *Minuc. Fel. Octav.* 35. Pœnale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed *Inexesa* corporum laceratione nutritur.]

\* **INEXIBILIS**, Cui exire non licet. Sermo de modo vivendi monial. Coiro-siensis. apud Stephanot. in Antiq. Bened. Lemov. MSS. part. 1. pag. 654: *Non eis (monialibus) concessit venerabilis pater exire ad hortum, colligere holera, nec aquam sive ligna deferre; et eas non solum Inexibiles, sed etiam inadibiles exhibuit.*

\* **INEXPEDIBILIS**, Inextricabilis. Agnel. in Lib. Pontif. apud Murator. tom. 2. Script. Ital. col. 183: *Ecce duo mala, una Inexpedibilia, quia dixisti; altera, etc.*

\* **INEXPERIBILIS**, Inexpertus. *Vetus*

Interp. Comment. Orig. in Math. tract. 30: *Unumquodque eorum quæ præfinit, non ab Inexperibili præfinit.* Ubi Orig. ἀπειροτος.

\* **INEXPERRECTUS**, [Non experrectus. *Ovid.* 12. *Met.* 317. In tanto fremitu ductis sine fine jacebat Sopitus vinis, et *Inexperrectus* Aphydnas.]

\* **INEXPIABILITER**, Modo inexpiabili. Conc. Rem. ann. 991. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 531: *Prosternere ergo... coram tuis dominis, coramque tuis regibus, quos Inexpiabiliter offendisti.*

† **INEXPLEBILITER**, Incessabiliter, perseveranter. Ita Glossæ MSS. ad can. 15. Concilii Ancyrani.

† **INEXPLORATUS**, Non probatus. Index veterum Canonum, tom. 3. Concil. Hisp. pag. 3. col. 2: *Inexploratæ vitæ homines, aut corruptam vitam accipientes, Clerici non sint.*

\* **INEXPUTABILIS**, Infinitus, qui supputari ob multitudinem non potest, apud Colum. lib. 9. cap. 4.

† **INEXQUISITUS**, Totus, integer. [\* Vel potius Acquisitus per emptionem. Vide supra *Exquisitus*.] Testamentum Wladri Abbat. Flaviniac. sæc. 3. Benedict. part. 1. pag. 684: *Omne genus pecudum majore atque minore, mobilibus et immobilibus, omnem rem Inexquisitam, quidquid in ipsa loca superius nominata habere videor, totum et ad integrum ad S. Andochii basilicam proficiat in augmentum.* Similis formula recurrit ibid. pag. 685. Vide *Exquisitum*.

\* **INEXSOLUBILIS**, Immensus. Epist. Theodeb. reg. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 58: *Pro eo quod nos in solium genitoris nostri, ut dignum erat, superna potentia residere præcepit, Inexsolubilem gratiarum actionem impendimus.*

† **INEXTIMABILIS**, pro *Inæstimabilis*, Immanis, summus, incredibilis. Chron. Estense apud Murator. tom. 15. col. 356: *Tunc calor erat Inexstimabilis, taliter quod aliqui eorum transierunt ad mortem, alii non poterant se sustinere.*

\* **INFACIBILIS**, Qui fieri non potest. Comœdia sine nomine ex Cod. reg. 8163. act. 4. sc. 5: *Nichil est impossibile Diis, neque hominibus Infactibile, disponentibus ipsis.*

\* **INFACIUS**, Non-factus. Charta Phil. Pulc. ann. 1312. ex Cod. reg. 9852. 3. 3. fol. 46. vº: *Sed quoad hæc Infacta haberi censemus compositionem eandem.*

† **INFADARE**, [Inimicitias exercere.] Vide *Faida*.

† **INFALISTATIO**, Pœnæ species. Radulfus de Hengham in Summa parva cap. 3: *... Commisit feloniam, ob quam fuit suspensus, utlagatus, vel alio modo mortis damnatus, vel demembratus, vel apud Dovere Infalistasus, vel apud Surthampton submersus, etc.* Ubi Editor ac Interpretres vocem a *Falaisis*, seu marinis aggeribus deducti, quod apud Dubrenses felones in *Falaisis* extremo supplicio afficerentur: quo casu legendum esset *Infalistasus*.

\* 1. **INFALLANTER**, INFALLANTER, Certo, procul dubio, Ital. *Infallante*, Gall. *Infaillement*. Acta B. Amad. tom. 2. Aug. pag. 587. col. 2: *Et reliquis accidentibus mortem Infalantem attestantibus, etc.* Charta ann. 1432. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 703: *Promisit solemniter et convenit... se procuraturum et Infallanter peraccepturum quod, etc.* Infra eodem sensu: *Procul fallo*. Vide *Fallum* 1.

\* 2. **INFALLANTER**, Sine fraude, ut opinor, in 1. Codicil. Caroli Andegav. ult. comit. Provinc. ann. 1481: *Dominus*

*de Carcairana... non se excuset, quominus dictas duas metretas olei... integralliter... et Infallanter det et solvat.*

\* **INFALLIBILIS**, Qui in errore non inducit. Comœd. sine nomine ex Cod. reg. 8163. act. 2. sc. 1: *Reginæ, si qua occurrat similis specie et moribus, mox ymaginem, quantum ars poterit vestra, Infailibilem tabellis imprimite.* Id est, quæ ita Reginæ formam exhibeat, ut nemo falli possit, sed omnes eam agnoscant.

\* **INFALLIBILITER**, ut supra *Infallanter* 1. Constit. MSS. Carmelit. part. 1. rubr. 15: *Magister studentium omnes actus scolasticos fieri consuetos intus vel extra Infailibiliter exercent et sequatur.*

† **INFALSARE**, Adulterare, scriptum corrumpere. Vita S. Gregorii PP. tom. 2. Martii pag. 205: *Eam quoque quam ad nos misistis... Infalsavit epistolam.* Inventio S. Wlfranni, tom. 3. Martii pag. 149: *Quorundam temeritas eo vanitatis processit, ut libellum de translatione et miraculis Sanctorum Infalsare præsumserint.* Vide *Falsare* 2.

† 1. **INFAMARE**, Divulgare. Acta SS. Martii tom. 3. pag. 816. de S. Regulo Episcopo: *Vitam ejus in scriptam invenit, et ad agnitionem omnium Infamare præcepit.* Vide *Famare*.

\* 2. **INFAMARE**, Accusare, criminari; unde *Infamia*, Accusatio, criminatio. Charta ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 66: *Cum... orta fuisset Infamia contra dominum Johannem de Rivo-novo et denunciatum curiæ prædictæ, quod ipsi domini Bertrandus et Johannes tractatum fecerant de prodoendo locum de Scuria... De et pro quibus idem dom. Johannes fuit inibi et alibi, ubi habetur notitia de præmissis, Infamatus et arrestatus et detentus per curiam spiritualem ipsius domini nostri Albiensis episcopi. Nostris Infamer, pro Infamia afficere. Lit. remiss. ann. 1466. in Reg. 201. ch. 75: *Lesquelz serviteurs eussent peu tuer et estranglier ou Infamier toutes les religieuses et femmes, qui estoient dedans ledit prieuré.* *Infame*, pro *Infamie*, deshonneur, Infamia, opprobrium, in Restit. commun. Tornac. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 377. art. 21: *Quilconques est ou sera banniz de Tournay... pour vilain cas criminel, portant perpétuel Infame, etc.* *Infamement*, Ital. et Hispan. *Infamemente*, Inhoneste, turpiter, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 105: *Ce voyant les supplians que à tort, sans cause et contre raison ils estoient ainsi Infamement injuriez, etc.**

† **INFAMATORIUS**, Contumeliosus, injurius. *Infamatorius* verbis objurgare, in Vita S. Catharinæ Sen. tom. 3. April. pag. 954.

1. **INFAMIA**, Vituperium, probrum, detrectatio. Paschasius Rabertus in Epitaphio Walæ lib. 1. cap. 7: *Fortassis ergo et tu infectus plurium Infamiis, ut non queas de hoc aliam jam recipere fidem, etc.* Cap. 27: *Quantis tunc militum tuum iniqui lacerabant Infamiis, quantisque derodebant calumniis.*

\* 2. **INFAMIA**, Molestia, oppressio. Charta ann. 1246. ex Chartul. S. Joan. in valle: *Cum... prior et conventus fratrum Prædicatorum petat a nobis permutationem fieri de quadam censiva, eisdem in elemosinam collata, ad quandam censivam vestram, fere domui ipsorum et ecclesie contiguam, propter augmentum sui loci, et propter inquietationem et In-*



famiam quorundam ibidem habitantium, et incendii periculum removendum.

\* 3. INFAMIA, Accusatio, criminatio. Vide supra in *Infamia* 2.

INFAMIUM, pro *Infamia*. Indiculus luminosus, liber sic inscriptus: *Totumque Christi Domini gregem non uniformi subsannio, sed milieno contumeliarum Infamio impetunt, et derident.*

INFANARE, Profanare, apud Gualterum in *Vita Caroli Comitis Flandriæ* n. 52.

INFANG, INFANG, Manuum injectio, a Saxonico in, præpositio, et fang, Manus, quasi manu apprehensio, unde fangen, Capere. Lex *Bajwar.* tit. 3. cap. 1. § 3: *Si in eum contra legem manus iniecerit, quod Infang dicitur, etc.* Ita tit. 4. § 3. et tit. 5. § 3.

INFANG-THEOF, INFANG-THEOF, INFANGENTHEOF, INFANGHTHEFE, Voces unius ejusdemque originis et notio- nis, quæ latronis capti in terra alicujus, et saisiti latrocinio, jurisdictionem et cognitionem denotant; a Saxon. in, quod est Intus, et fangan, Capere, deprehendere, et Theof, fur. Ita igitur appellatur passim in *Chartis Anglicis* regale privilegium, alicui a Rege concessum, per quod licet homines, in suo dominio cum re furtiva deprehensos, judicare ac punire: quod quidem privilegium Baronum proprie fuit, ut est in *Leg. Edw. Confess.* cap. 21. 26. et in *Reg. Majest.* lib. 1. cap. 4. Quoniam Attachamenta cap. 100. § 1: *Barones, qui libertates habent de sok, toll et theame, Infang-thief, outfang-thief, possunt judicare in Curia sua, si aliquis inventus fuerit infra libertatem suam, saisitus de aliquo latrocinio manifesto: sicut hand-habband and bak-bearand, et insecutus fuerit per siker-borgh.* Ubi *hand-habband*, id est, manu tenens, aut in dorso portans rem furtivam. Sic ad hoc, ut quis de latrone cognoscatur, necesse est, ut in dominio suo cum re furtiva capiatur, sive sint proprii homines, sive alieni. Ita *Cowellus*, *Rastallus*, et alii hanc vocem interpretantur. *Will. Thorn.* pag. 2030: *Infangen Thef, hoc est, latrones capti in dominio, vel in feodo vestro, et de suo latrocinio convicti in Curia vestra judicentur.* Alii jurisdictionis istius speciem restringunt ad homines solummodo domini, ut *Bracton.* lib. 3. tract. 2. cap. 35. § 1. et *Fleta* lib. 1. cap. 47. § 4. ubi *Infangthief*, dicitur esse *latro captus in terra alicujus, saisitus de latrocinio de suis propriis hominibus.* [Vocabul. Anglic. Gall. ex *Tabulario Beccensi: Infangenethes, Avoir la progénie de vos nays pris en mainoure, se il se met en vôtre court et seit donné pur eus.*] Ita etiam *Leges Edwardi Confessoris* cap. 26: *De Infangthefe: Justitia cognoscentis (id est, contentis) latronis sua est (i. Baronis) de homine suo, si captus fuerit super terram suam.* Subdit *Bracton.* loco laudato: *Sed non sequitur, quod ille (Baro) possit hominem suum proprium, captum extra libertatem suam, reducere usque intra libertatem suam, et ibi eum judicare ex tali libertate: debet enim quis juri subjacere ubi delinquit. Proprios enim latrones et alienos infra libertatem suam captos judicare possunt. Ubi alienos latrones judicandi facultatem intelligit, quam *Ufangenethes* vocabant.*

Idem denique supra ait, necesse esse, ut latro sit in *saisina* furti: alioquin cognitio pertinet ad *Curiam Regis*. *Vides*, inquit *Spelmanus*, legum vicissitudinem, *Edwardi* enim illa *Confessoris* ait, justitiam cognoscentis latronis

ad *Curiam Baronis* pertinere, qui habet *infangthefe*: negat suo ævo *Bractonus*, asserens hoc nemini tunc competere, nisi *Regi*.

Quoad *judicium de Infangthefe* capti cum furto manifesto, *Britonius* cap. 15. duci eum jubet in *Curiam*, recitatisque coram *Coronatore*, festinantius accessito, *saccabori* et *testium accusationibus*, nulla expectata responsione, morti judicandum. *Grave* hoc et *Stanfordio* visum lib. 1. cap. 23. licet non inficietur. *Hodie*, subdit idem *Spelmanus*, nec in *Curia Baronum*, qui antiquis suis *Chartis Infangthefe*, aut *outfangthefe* obtinere, nec in *Hundredo* aut *Comitatu* talis exercetur *jurisdictio*. *Comitatu* ademptam probabile est *Statuto Magnæ Chartæ* cap. 17. *Placita Coronæ* *Vicecomitibus* prohibente: ejusdemque forte vigore *Hundredis* illis et *Wapentachiis*, quæ tunc in *Vicecomitum* erant administratione. *Postea* *Baronibus* videtur adempta, vel potius antiquata, *Regis* *judicibus* (ut *hodie* in *Gallia* fit) *Justitias patrimoniales* prævenientibus, sibi que ejusmodi *criminum cognitionem* asserentibus.

\* INFANGIDIA, Perperam pro *In Faudicia*, divisivis vocibus. Vide supra *Faudicia*.

INFANCIONES, Hispanis, dicuntur nobiles inferioris ordinis, quos il *hodie Hidalgo* vocant, nos *Escuiers*. *Leges Alfonsinæ*, seu *Partitæ*, part. 2. tit. 2. lege 13: *Catanes et valvasores son aquellos hijos dalgo en Italia, à que dizen en Espanna Infançones.* Ita *Infançones* etiam appellantur, in *Charta Adelfonsi Regis Aragon.* æræ 1158. apud *Blancam* pag. 540. et alia æræ 1155. apud *Oyenartum* in *Notitia Vasconia* pag. 85. Sic vero primitus nobilem, ac *Militum filii* appellati, qui nondum per *ætatem Militari* cingulo, nec proinde *Militari* appellatione donati erant: quod etiam apud nos obtinuit, ut mox docebimus. *Hieron.* *Blanca* in *Comment. Rerum Aragon.* pag. 734: *Militum vox et Infancionum id sonat, ut priori equestris ordinis viros nuncupemus, quos vulgari sermone Cavalleros: posteriori vero quos vocare solemus Hijosdalgo.* *Michael del Molino* in *Repertorio*, verbo *Infancio*: *Infanciones etiam nascuntur apud nos: Milites vero fiunt, seu creantur.* Et in voce *Miles*: *Militis filius dicitur Infancio, quia Milites generant filios suos Infanciones.* *Rursum: Infanciones dicuntur secundum Foristas antiquos non solum filii Militum, quorum patres creati fuerunt Milites in Aragonia, juxta Foros Aragonum, sed etiam illi, quorum patres creati sunt Milites in alio Regno per alium Regem juxta leges provinciarum, etc.*

\* Eadem appellatione donantur ii, qui a plebeo ordine inter nobiles cooptati sunt. *Stat.* per reformat. regni *Navar.* ex *Reg. A. Cam. Comput. Paris.* fol. 160. rº: *Item compellantur omnes laboratores ad vendendum ad dictum capitolum, exceptis illis, qui se fecerint secundum forum Infanciones.*

De *Infancionibus* Hispanicis, et multiplici eorum ordine, nonnulla habet *Vitalis Episcopus Oscensis*, qui apud *Aragonios* variam esse ait hominum conditionem. *Sunt enim quidam*, inquit, *Infanciones, quidam homines servitii, sive signi. Infancionum autem alii Ermunii, alii Franchi de Charta vulgariter appellantur. Ermuniorum (al. Hermaniorum) autem Infancionum alii Barones, vel Ricci homines: alii Mesnadarii: alii simplices Milites: alii Infanciones simpli-*

*citer nominantur. Hominum autem servitii, sive signi, alii cives, alii Burgenses: alii villani, vel pagenses: alii villani de Parada juxta Fori consuetudinem appellantur. Infanciones Ermunii, hoc est immunes ab omni munere seu onere, ita quod nemini dare ex necessitate vel servitute teneantur, sunt tali nomine redimiti, quibus sunt libertas, et conditionis decor, a tempore, quo non exstat memoria, acquisita, immo innata ut proprius et naturalius eloquamur.... Infancio autem de Carta, est is, cui immunitatem, quam genus vel natura negavit, liberalitas ejus, cujus erat astrictus servitio, concessit cum autentico instrumento, etc.* Idem *Scriptor*: *In Aragonia omnis homo, descendens de genere Militari per lineam planam est Infancio, sive sit legitimus, sive illegitimus, sive masculus, sive femina. Tamen quamvis ex parte matris veniat ex linea Militari, non est Infancio, nisi habeat patrem Infancionem... Et per Foros habetur, quod quilibet Infancio potest esse Miles in Aragonia, etc.* Eadem habentur apud *Michael del Molino* in *Repertorio Foror. Aragon.* pag. 178. 179. *Infancionum hermuniorum*, mentio est in *Foris Aragon.* lib. 9. tit. de *Injuris*.

INFANCIONA, Uxor *Infancionis*, apud *Vitalem Episcopum*.

INFANCIONIAM SUAM PROBARE, id est, *Nobilitatem*, *Ingenuitatem*, in *Charta Alfonsi Regis Arag.* ann. 1325. apud *Blancam* pag. 807. Exstat apud *Molinum Practica procedendi super Infancionia, tam super possessione, quam super proprietate, et de salva faciendâ*, pag. 176. col. 4. *Alia* de *Infancionibus* habent *Fori Aragon.* pag. 96. 122. 128. v. 129. 130. etc. et *Observantiæ Regni Aragon.* lib. 6. tit. de *Conditione Infancionum*, de *Privilegiis Militum*, de *Dominæ Infancionæ*, l. 9. tit. de *Salva Infancionum*, etc.

¶ Si credimus *Diecmano* et *Stadenio*, quos laudat *Schiltherus* in *Glossario Teutonico v. Fendee*, harumce vocum *Infancio, Infanzo, Infantasium*, imo et *Infantes*, cum pro *Regum Hispanorum*, vel *alorum minus nobilium, filiis* sumitur, origo, *Latina* non est, sed *Gothica*, a voce scilicet *Fante* vel *Fanter*, quæ notat *Satellites*, famulos: unde etiam accessunt *Italicam Fante*, *Servus*, *serva*, *Germanis Vente; Fante-ria, Infanteria*, *Gallis Infanterie*, *Copiæ pedestres*.

¶ INFANG, INFANGENTHEF, etc. Vide *Infanc.*

¶ INFANS, INFANTA. Vide *Infantes* et *Impans*.

¶ INFANTARE, *Infantium* cibo alere, instar *infantis* nutrire. *Tertullianus* lib. 1. adv. *Marcion.* cap. 14: *Sed ille quidem (Marcion) usque nunc nec aquam reprobavit creatoris, qua suos abluit; nec oleum, quo suos unguat, nec mellis et lactis societatem, qua suos Infantat.*

\* *Bibl. Germ.* tom. 36. pag. 199. meminit libri doct. *Zebich*, cui titulus: *De Infantiione per concordiam lactis et mellis baptismali.*

INFANTATICUM, [Jus *Infancionis* vel *Infantis*, quidquid ad eum jure pertinet.] *Infantazo*, in *Chronico Roderici Cid.* cap. 2. *Charta Adelfonsi Regis Castellæ* æræ 1209. in *Hist. Segoviensi* cap. 18. § 3. 4. sic clauditur: *Anno primo, quo Rex serenissimus præfatus Adelfonus Infantaticum a Rege Fernando patruo suo recuperavit.* *Rodericus Toletanus* lib. 7. de *Reb. Hispan.* cap. 18: *Omnia enim quæ perdidit, acquisivit, et etiam Infantaticum, quod sub dubio vertebatur.*

Lucas Tudensis in Chron. pag. 96: *Tradidit etiam filiabus suis, Urracæ scilicet et Geloyræ, lotum Infantaticum, cum omnibus Monasteriis, quæ ipse construxerat.* Charta Ferdinandi Regis Hispan. æræ 1208. apud Oyenartum in Notitia Vascon. pag. 330: *Dono vobis unicæ sorori meæ quantum Infantaticum in Regno meo est, videlicet in Toletis et in tota Alenserra... villas, castella, hereditates, Monasteria, et omnia, quæ ad Infantaticum pertinent.*

**INFANTES**, apud Scriptores non semper dicti, nuper nati, et qui fari nesciunt, sed quique pueri, apud Afros præsertim, ut observat Baronius ann. 308. n. 36. ex Victore Vitensi lib. 3. de Persecut. Vandal. pag. 43. Ubi *Lectores infantulos* exilio traditos scribit.

**INFANTES**, Neophyti, recens baptizati. Sanctus Zeno Veronensis! Episcopus. Invitatione 8. ad Fontem: *Eia quid statis, fratres, vestram quos per fidem genitales unda concepit, per sacramenta jam parturiti, ad desiderata quantocumque festinate.* Solennis hymnus ecce jam canitur, ecce mox Infantum jam dulcis vagitus auditur, ecce parentis uno die venire clarissima turba procedit. Idem Serm. 1. ad Neophytos: *Ex quo (fontis lavacro) qui eratis ætate diversi, diversi natione subito unigeniti emeristis Infantes.* Vide eundem Serm. 5. Infantes autem dicuntur Neophyti, quia per baptismum renascuntur ad vitam æternam. Paulinus lib. 1. de Vita S. Martini:

Ille autem ut penitus vitam post fata novaret,  
Confestim æterna nituit renovatus ab unda.

Pacianus Barcinon. Episcopus. Serm. ad Fideles: *Aperire desidero qualiter in baptismo nascamur, et qualiter innovemur.* Scite Optatus lib. 5. dixit, *baptisma esse virtutum vitam, criminum mortem, natalitatem immortalem, etc.*

**INFANTES**, Liberi, quomodo *Enfans* dicimus. Glossæ MSS. ad Canones Conciliorum: *Proles, Infantes.* Conventus apud Marsnam § 3. in Annali. Francor. Bertin. ann. 851: *Talem fidem... unusquisque Infantibus fratris sui, si obierit, qui superfuert, conservabit.* Edictum Pistense cap. 31: *Et si Infantes inde nati sunt, secundum legem et antiquam consuetudinem nostram Infantes matrem sequantur.* Ado Viennensis in Chron.: *Quem postea Theodoricus sub fide receptum, de muro urbis, cum simul loquerentur, præcipitat, Infantesque ejus interficit.* Charta foundationis Monasterii Vabrensis ann. 23. Caroli Calvi, apud Catellum in Comitibus. Tolosan. pag. 69: *Et de mancipiis ad ipsum locum cedimus his nominibus, Trudinare et uxore sua cum Infantibus eorum, etc.* [Charta Willel. domini Montispessulani ann. 1103. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 729: *Quo mortuo sine legitimis Infantibus, habeat vicariam cum castello ille vel illa cui Bernardus diviserit.* Tabularium S. Vincentii Cenoman.: *Ego Rotrocius Comes de Mauritaniam, et mea uxor Adelis et filii nostri Rotrocius et cæteri nostri Infantes, concessimus Avesgaudo Abbati et Monachis S. Vincentii locum S. Langisi qui nobis attinebat jure patrimonii.*] Vide Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88. Chron. Besuense pag. 523. 559. 576. etc. Chartam ann. 1148. in Probat. Hist. Monmorenc. pag. 49. et Scaligeriana pag. 100. etc.

**INFANTES**, et **PUERI**, promiscue, dicti etiam Magnatum filii, qui nondum, ex ætatis defectu, feudorum paternorum possessionem adierant, quæ a custodi-

bus, vel tutoribus deserviebantur, donec ad legitimam iv pervenissent ætatem, ut pluribus docuimus in verbo *Hæres*, adjecta pariter eorumdem feudorum denominatione. Verbi gratia, Fridericus Henrici II. Imp. filius, quem spectabat Apuliæ seu Siciliæ regnum ex matris jure, *Infans Apuliæ*, appellatur, quia juvenis erat, ait auctor Chronici Senoniensis cap. 19. [Chron. Monast. Mortui-maris ad ann. 1219: *Infans Apuliæ a domino Papa Honorio sublimatur in Imperatorem.*] *Puer Apuliæ*, in Chronico Flandr. cap. 21. Philippus Mous-

hes:  
Quar tout li Baron qui la erent,  
L'enfant de Puille couronnerent.

Guillelmus Brito lib. 12. Philipp. de primogenito filio Regis Angliæ:

Non tibi des requiem, donec Puer Anglicus armis  
Victoria, quibus nil juris habet, tibi sceptris resignet.

Et idem Muskius in Philippo Augusto:

Car l'Enfés d'Angleterre estoit  
Ses om, et la crois pris avoit.

De filio Comitibus Campaniæ, idem Muskius:

L'Enfant de Champagne avoet,  
Et maint franc bachelier iluec,  
Feit Chevalier avec son fils,  
Qui furent franc omes et gentil.

*Adolescens Bohemicus*, de filio Regis Bohemiæ, apud Monachum Pegaviensem pag. 6. Guillelm. Guiartus de filio Comitibus Hannoniæ:

Un jour li prent l'Enfant à dire,  
Qui de son damage et grand ire.

**Infra**:

Là est li Enfés de Henaut,  
O grant gent pour Flaimes requerre.

Ita *l'Enfant de Warwic*, apud Monstrelletum 2. vol. *l'Enfant de Cleves*, apud Berrium in Carolo VII. qui eidem Monstrelleto *le Damoiseil de Cleves*. Chartam Gaufridi Episcopi Ambianensis ann. 1118. subscribit *Radulfus Puer de Arenis*, apud Louvetum tom. 2. Antiq. Bellovac. pag. 115. Ubi vox *puer* idem valet ac *hæres*.

\* Chartam Ramerii abbatis S. Salvatoris Monte Annato ann. 1152. apud Cencium inter Census ecclesiæ Romanæ subscribit *Stephanus de Tebaldo. Juncinctus domini papæ dapifer. Stephanus Infans filius Stephani de Tebaldo.*

**INFANTES** ac **PUERI** interdum præterea indigitantur, et si fortean prædiorum paternorum adissent possessionem, vel certe eorum possessores audirent. Charta Alemannica 76. Goldasti: *Notavi diem Martis 4. Non. Octob. sub potestativa manu Hludowici Regis et Pueri, et sub Adalberto Comite.* Charta ann. 1088. apud Beslium in Episcopis Pictavensibus: *Sub regimine Regis Francorum Aquitanie Ducatum tenente Guillelmo Infante Pictavorum Comite, etc.* [Charta ann. 1100: *Bernardus Infans de Dorlandio, tertiam partem molendini ad schancham in eadem villa.*] Charta Adalberonis Archiepiscopi Hammaburgensis ann. 1143: *Qualiter et nos et Domina Ducissa Gertrudis, et filius suus H. Puer Dux Saxonum, etc.* Apud Ughellum tom. 2. pag. 372: *Fridericus Puer Dux Suevorum filius bonæ memoriæ Regis Conradi, subscribit Diploma Friderici I. Imper. ann. 1160. sic Philippus Puer frater Regis, subscribit Chartam Bartholomæi Episcopi Parisiensis ann. 1146. Ita olim Imperatorum filios, su-*

perstitibus parentibus, *Nobilissimos Pueros* appellatos in Fastis, declarant eorumdem Imperatorum Constitutiones, in quibus ut plurimum binis istis literulis N. P. hæ appellationes designantur, ut observatum a Cujacio ad leg. 4. Cod. de Privileg. eorum, qui in sacro Palat. milit. Constitutio Theodosii, Valentiniani, et Arcadii, apud Sirmondum in Appendice ad Cod. Th. cap. 8. sic clauditur: *Data x. Kal. Maias Constantinopoli, Honorio Nobilissimo Puer, et Evodio Coss. ut Epistola Valentis et Ursacii in Fragm. S. Hilarii: Data Gratiano Nobilissimo P. et Dagalaifo Coss.* Exinde voce *Puer* abrogata, *Nobilissimi* nuda postmodum appellati, ut suo loco docemus.

**INFANTES**, appellati in Hispania Regum filii. Vitalis Episcopus Oscensis: *Regum filii, dum sunt in Infantia, vel pueritia constituti, non Reges, sed Infantes consueverunt, et præcipue in Hispania, appellari. Ex quo contingit, quod qui ex Rege genitus ad talem statum, deficiente sibi regno, non valeat pervenire, quod Rex dici valeat cum effectu, in ea nuncupatione remaneat, quantumcumque processerit in ætate, quam a principio est sortitus. Unde contingit, quod tales, qui regnum ratione originis promerentur, regnum tamen nequeunt adipisci, Infantes, quamdiu Reges non fuerint, appellantur.* Sed quod addit, ut et Molinus, *Infanzones* postmodum appellatos in Hispania, quasi ab *Infantibus* genitos, jure carpitur ab Hieron. Blanca. Aiunt porro primitus hanc nomenclaturam filio suo primogenito Sancio indidisse Ferdinandum II. Regem Castiliæ et Leonis, quam ab Angliâ hauserat, ducta in uxorem Leonora, filia Regis Angliæ. Sed longe ante istud temporis *Infantium* et *Infantissarum* obtinuisse nomina, docemur ex Epistola Pelagii Episcopi Ovetensis, qui vixit ann. 1100. Is enim in Veremundo II. Rege: *Habuit duas nobiles uxores: ex una genuit Infantissam donnam Geloiram. Ipse Infans Ordonius Fronildi Pelagii genuit plures filios, etc.* Utitur ibi non semel. Chartam Alfonsi VI. Regis Castellæ æræ 1118. subscribit *Ramirus Infans Garsie Regis filius*, apud Anton. de Yopez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 3. [Jacobus Rex Aragon. ann. 1272. in suo Testamento instituit suum filium primogenitum *Infantem Petrum heredem in regno Arragon. etc.* apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1144.] Vide Suritæ Indicem lib. 1. æræ 1063. 1064. Michaelem del Molino in Repertorio Foror. Aragon. voce *Primogenitus*, et Sebast. Cobarruviam in Thesaurio Linguae Castellanae.

\* Annal. Laur. Bonincont. ad ann. 1424. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 183: *Petro fratre (Alphonsi Taracon. regis) quem Infantem appellabant (quæ est dignitas apud Hispanos post regiam prima), etc.*

**INFANTISSÆ**, Nobiles puellæ. Lucas Tudensis in Chron. pag. 88: *Habuit etiam duas nobiles concubinas, et ex una genuit... et ex alia Infantissa donnam Geloiram. Ipse Infans Ordonius ex Infantissa Fronildi Pelagii genuit plures filios.* Adde pag. 106. Charta Aldefonsi Regis Castellæ æræ 1219. apud Colmenares cap. 18. § 3. et 4: *Ego Aldefonsus D. G. Rex Castellæ et Toleti, una cum uxore mea Alienor Regina, et cum filia mea Infantissa Berengaria, etc.* Occurrunt eadem verba in aliis æræ 1227. et 1228. apud Jo. Pinedam ann. 1189. et Salazarum in Vita S. Epitacii pag. 123. Ubi

Garibaius lib. 12. cap. 24. observat *Infantissam* in iis appellari, quæ hodie *Infanta* dicitur.

† **INFANTA**, Vox non recentioris usus apud Hispanos quam *Infantissa* ad designandas puellas ex regia progenie oriundas. Concil. Ovet. ann. 1115. tom. 3. Collect. Concil. Hispan. pag. 325: *Sorores itaque jam dictæ Reginae, dona Geloyra Infanta... atque Infanta dona Tarasia cum omnibus filiis et filiabus... iuraverunt et confirmaverunt.* Aldefonsi Hispan. Reg. Præceptorum ann. 1132. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 176: *Infanta Sanctia germana Regis confirmavit.* Jos. Moret. Antiquit. Navarræ pag. 587: *Hic requiescit famula Dei Hisabela Infanta filia dicti Regis Petri.*

**INFANTES**, Pueri symphoniaci, vulgo nostris *Enfans* de Chœur. Ordo Romanus: *Et statuuntur per ordinem acies duæ, Paraphonistæ quidem hinc inde aforis, Infantes ab utroque latere infra per ordinem, et mox incipit Prior scholæ Antiphonam, etc.* Alibi: *In quacumque schola reperti pueri bene psallentes tollantur inde, et nutriantur in schola Cantorum, et postea fiant Cubicularii.* Alio loco, *Infantes paraphonistæ. Pueri de altari, in Capitulo generali Canonicorum Rotomagensis ann. 1311. Pueri, nude in Charta Euvardi Episcopi Ambianensis ann. 1218. pro erectione Præcentoriæ in eadem Ecclesia tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 166.*

\* **INFANTES ALBÆ**, Pueri symphoniaci, quod *Alba* induantur sic appellati, nostris etiam *Enfans d'aube*. Charta ann. 1478. in Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 310: *Notum facimus... nos Infantium albæ de choro ecclesiæ beati Martini Turon. humilem recipisse supplicationem, continentem eosdem supplicantes, dum parvuli sunt in ætate tenera et Albæ Infantes, etc.* Lit. admort. ann. 1475. in Reg. 195. ch. 1540: *A laquelle messe doivent assister deux Enfans d'aube et autres gens de ladite église (de Troyes).* Vide supra in *Alba* 3.

**INFANTUM OFFICIUM**, apud Joannem Episcopum Abrincensem de Ofic. Ecclesiast. Id est, puerorum, quod canebatur in Nativitate Domini.

**INFANTES MONASTERII**, Idem, qui vulgo *Oblati*, nutritii, de quibus agimus suis locis. Capitula Theodori Cantuar. cap. 34: *Infantes Monasterii 14. annis carnem manducant.* Statuta Ord. S. Benedicti tom. 6. Spicilegii Acher. pag. 33: *Item statuimus, quod Infantes, qui recipiuntur in Monasteriis, et quotidie audiant Regulam exponi, et scholam non exeant, donec legitimæ sint ætatis, et tunc professionem faciant, et benedictionem accipiant, secundum formam Regulæ.* Vide Addit. 1. Capitul. cap. 37. Idem *Pueri Monasterii* dicuntur apud eundem Theodorum cap. 115. ubi vetantur *Pueri Monasterii ante 25. annos ordinari.* Horum modestiam in Ecclesia belle describit Dominico lib. 1. de Vita Mathildis cap. 15. de Bonifacio Duce:

Scilicet assistens ad opus divum bonus ipse Stabat in excelso solo, non corde superbo: Aspiciensque chorum, facies vidit puerorum In terra pronas, psallentes dulciter horas, De quibus admirans, ita cur slant, seque regirant, A Monachis didicit, semper quod stant ibi fixi. Hoc non oblitus jocundus Dux et optimus, Ire super tectum clam templi fecit honestum Quendam quippe virum cum numis, vult quia mirum Ipse videre, decem libras vir jactat ab æde, In medioque choro strepitus sonat, et puerorum, Quorum palpebræ penitus nec sic patuere. Aspexit numum tetigit non ullus et unum.

Unde magis gaudens præclarus Dux ait autem: In modicis annis sunt hi pueri velut almi.

Similia refert Eusebius de Casibus sancti Galli cap. 1. ubi de Conrado Rege, qui in processione *Infantum Cœnobitii pomis in medio Ecclesiæ pavimento sterni iussis, cum nec unum parvissimum moveri, nec ad ea attendere vidisset, miratus est disciplinam.* Consulendus etiam de hujusmodi Monachorum modestia in Ecclesia idem Scriptor sub finem libri 3. et auctor de Conversione Otgerii apud Mabillonium tom. 5. SS. Benedict. pag. 663.

\* **INFANS AULÆ**, Puer honorarius, Gall. Page. Memor. H. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1415. fol. 47. r.: *Mathæus Loison, Infans aulæ domini ducis Bituricensis, ordinatus contrarotulator receptæ ordinariæ senescalliæ Tholosæ.* Nostris *Enfançon*, Puerulus. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 23: *Deux petiz Enfançons estans de la ville de Courcelles, etc.*

† **INFANTIA**, Species hydroypis. Miracula sancti Francisci Solani tom. 5. Julii pag. 900: *Maria Ximenez... gravida hydroypis, quam medici Infantiam vocant, ex natura sua valde difficiliter sanabili, toto corpore et ventre intumuit.*

† **INFANTILÆ**, Infantiles lusus, nugæ. Vita B. Coletæ tom. 1. Martii pag. 541: *Fugere cepit omnes ludos juveniles et Infantias curiosas ac dissolutas.*

\* *Enfantillonge*, eadem acceptione, in Homil. in Advent. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 4. r. col. 1: *On ne doit mie entendre que tuit puissent estre enloz dedenz cele valée (de Josaphaz); car ce seroit Enfantillonge.*

\* **INFANTIALIS**, Ad infantiam pertinet, puerilis. Vita S. Willib. tom. 2. Jul. pag. 502. col. 2: *Post illa Infantialis ejus oblectationis ludicra, etc.*

\* **INFANTILITAS**, Infantia. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Infantilitas, enfentate. Infantiliter, enfentivement. Infantilis, enfenture chose.*

**INFANTIOSUS**, Plenus infantia, i. Infantilis. Johannes de Janua.

† **INFANTISSA**. Vide in *Infantes*.

**INFANTISSIMUS**, apud Prudentium lib. Peristeph. hym. 14. [et Paulinum in Epist. 12. n. 5.] *Ineloquentissimus* exponitur in Glossis Isonis Mag.

\* **INFANTULA**, Puella junior. Vita S. Columbæ tom. 5. Sept. pag. 623. col. 2: *Numquam autem virgo clementissima sine causa iram admovit, nisi cum forte aut Infantulis, aut aliquam e sororibus negligentem aspiceret.*

† **INFARIA**, Non fatua, salsa, aut fatuum efficit. Gl. Isid. Legendum: *Infatua, non fatua, salsa; Infatuat, fatuum efficit.* Vide Grævium.

† **INFAS**. Vide *Impans*.

† **INFASCIARE**, Fascia obvolvere, in Actis S. Francisci de Paula, tom. 1. April. pag. 124.

**INFASCINABILIS**, ἀδόσκαντος, in Gloss. Gr. Lat.

\* 1. **INFASTUS**, In honore positus, vel quæ ad sacra pertinent. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

\* 2. **INFASTUS**. [Infaustus: « *Infastus, maleureus.* » (Lex. lat. gal. bibl. Ebroic. n. 23, XIII<sup>a</sup> s.)]

\* **INFATUATIO**, Fatuitas. Barel. serm. in die Mercur. 3. hebd. Quadrag.: *Quod magis homo debet sustinere omnia mala, quam peccatum committere, ratione Infatuationis... Porro hanc conclusionem quod peccator est maximus fatuus... assimilatur bestiis.*

1. **INFATUATUS**. [\* Hebes, stultus, re-

bus suis male consulens.] Herimannus de Restaurat. sancti Martini Tornac. cap. 94. de Hugone Capeto: *Proditione ac dolo Ascelini Laudunensis Episcopi nocte Laudunum ingressus cum militari manu, Karolum Regem cognatum suum, qui cognominabatur Infatuatus, in turre Laudunensi cepit, vincitumque catenis regno priavit.*

\* 2. **INFATUATUS**, Fatuus, sapore carens. Epist. 27. Froth. episc. Tull. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 397: *Quapropter misi libram, ut consideretis qualiter carra nostra sale inde mihi revertantur onusta, quia absque sapore salis Christiani vita, ut nostis, Infatuata est.*

† **INFAUCIDIA**, pro in faucidia, in Testamento Widradi Abb. Flaviniacensis sæc. 3. SS. Benedict. part. 1. pag. 686. Vide *Faucidia*.

**INFAUSTITUDO**, Infortunium, in Miraculis S. Remacli cap. 14.

\* **INFAUSTUS**, Falsus, infectus. Lit. Caroli VI. ann. 1418. tom. 10. Ordinatio. reg. Franc. pag. 486: *Dehinc plurima mendosa et Infausta sub nostro nomine scripserunt, etc.*

† **INFE**, ἄρπον, Incipe, Infit, Incipit, Supplem. Ant.

† **INFÆARE**, In feudum seu beneficium conferre. Vide in *Feudum* sub finem.

† **INFECTORIUM**, βαρετον, in Glossis Lat. Græc. Sangermanens. Locus ubi inficitur seu tingitur.

\* **INFECTUS**, nude, pro Lepra vel peste affectus. Instr. ann. 1297. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. part. 1. pag. 118: *Qui (rivus) caput facit in strata prope domum Infectorum. Infectuæux, Putidus, vulgo Infect, corrompu, in Stat. ann. 1381. tom. 6. Ordinatio. reg. Franc. pag. 608. art. 2: Chars ou poisson Infectuæux ou corrompu.*

\* *Enfers*, f. pro *Enfect*, eadem acceptione, in Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 185: *Moult de bons chevaliers... moururent pour le grant chaut qu'il faisoit, et pour l'air qui estoit corrompus et Enfers.*

\* **INFEDUCIARE**, in charta ann. 822. apud Muratori. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 587. In *fiduciam* seu *pignus* dare. Vide in *Fiducia*.

**INFELICARE**, Infelicem facere, affligere. Papias. [\* Adde ex Glossar. Gall. Lat. Cod. reg. 7684: *Faire malheureux.*] [Occurrit apud Plautum non semel, ut et *Infelicitare.*]

† **INFENDERE**, Valde offendere facere irasci, Johan. de Janua; *Courreacier*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. Suppl. Antiq.: *Infendere, επιτειναι, ἐνκλιμάτσει, Increscere, infrondescere. Leg. Intendere.*

\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Infindere*. Scaliger ad Festum in hac voce.

**INFENDITOR**, ἐκδικος, in vett. Gloss. Defensor. [Suppl. Antiquarii: *Infenditor, σύνδικος, Patronus, defensor.*]

**INFENSARE CURIAM**. Quoniam Attach. cap. 16. § 5: *Nec debet Ballivus, seu alius Judex, facere se partem in aliquo placito pro aliquo: nec debet dare aliquam rationem pro parte sua, nisi ad infensandam Curiam, in Wardis petitis, ubi sectatores sunt legis minus scientes.* Ubi Skenæus, *Infensare*, esse *Informare* ait, cum scilicet Judex ea suggerit Advocatis, quæ vel per lapsum, vel per ignorantiam prætermiserint, juxta illud Juris Civilis: *Judex potest supplere ea, quæ Advocatis desunt.*

† **INFENSOR**, Accusator, aggressor, qui crimen aut delictum opponit. Au-

xillus lib. 2. de Ordinatio. in præfatione: Ita tamen ut in unaquaque objectione prænotetur *Infensor*, et responsione *de-fensor*.

† **INFEODARE**, In feudum conferre. *Inhibemus ne quidquam de assignatis Infeodare seu alienare, vel quoquo pacto distrahere... præsumat*, in Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 593. Vide *Feudum*.

\* *Effoeder*, eodem sensu, in Declarat. MS. feud. nobil. Camerac.

† **INFEOFAMENTUM**, Traditio vel acceptio in feudum. Quoniam Attachiam. cap. 45: *Si aliquis liber tenens, cujus tenementum liberum est ab omni servitio per suum Infeofamentum, etc.*

† **INFEOFARE**, **INFEOFARE**, ut *Infeodare*. Prius occurrit in voce *Foresta* sub finem; posterius vero in Charta ann. 1401. apud Rymer. tom. 8. pag. 206: *Realiter et cum effectu mittent, inducent et Infeofabunt, mitique seu induci et feoffari facient, etc.*

† **INFERCIALE**. Vide *Infertiale*.

† **INFERENDA**, Tributum, quod fisco inferitur. Gl. Lat. Græc.: *Inferendum, εἰσφορεύουσιν*. Additio 4. Capituli. cap. 84. al. 116: *Tributum, quod Inferenda vocatur, hoc est duo solidi pro vacca*. Adde Capitulare ann. 839. cap. 15. Charta Childeberti Regis Franc. pro Monaster. SS. Sergii et Bacchi Andegav.: *Clementiæ regni nostri suggestit, quod de curtibus prædictæ sanctæ Basilicæ, quæ nominantur... annis singulis Inferendam solidos 6. inferendales, et alios 6. de remissaria auri pagensis inferendo in fisci ditioes reddebant*. Et mox: *Ut nullus Iudex publicus in ipsas curtis ad agendum... nisi quod Inferendam ipsam idem Abbas per seipsum, aut per missos suos annis singulis in Sacellum publicum reddere deberet*. Denique: *Sed quocumque pars fisci nostri exinde percipere aut exactare potuerit, nullus vestrum penitus requirere præsumat, nisi tantum annis singulis ipsi solidi duodecim per ipsum Abbatem, aut per missum suum nostris ærariis Inferri debeant*. Gesta Dagoberti cap. 37: *Centum vaccas Inferendales, quæ ei de Ducatu Cinomanico annis singulis solvebantur, etc.* Quo spectat Charta Childeberti Reg. Fr. ex Tabular. Corbeiensis apud Bollandum: *Eo quod bonæ memoriæ proavis noster Dagobertus quondam Rex per sua auctoritate manu sua roborata, vaccas cento solduris, eo quod in Inferenda de pago Cinomaneco in fisci ditioibus ponebatur, (al. sperabatur) ad ipsam sanctam Basilicam annis singulis concessisset*. Perperam cartas, pro vaccas habet Charta Chilperici Regis apud Mabill. tom. 4. Actor. SS. Ord. S. Benedicti pag. 629. in qua eadem verba recitantur. Ubi infra: *Ut si constat antedictus Princeps Dagobertus quondam Rex ipsas vaccas cento Inferadabas (lege Inferendales) de supradicto pago Cinomaneco, quod annis singulis in fisci ditioibus sperabatur, per sua auctoritate ad ipsa Baselia concessit, etc.* Fredegarius cap. 74: *Quingentas vaccas Inferendales annis singulis a Chlotario Seniore censiti reddebant*. Adde Aimoinum lib. 4. Hist. Franc. cap. 26. Vitam Aldrici Episc. Cenom. n. 56. Acta Episcoporum. Cenom. pag. 186. 222. 226. 244. [Instrum. tom. 4. Gall. Christ. Col. 66. Præceptum ann. 570. apud Marten. tom. 1. Amplis. Collect. col. 6.] etc.

† **INFERENTIA**, Intolerantia. Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 487: *Ubi impetrato a domino Rege quod juste postulaverat, spontaneæ voluntati suæ, quondam necessitatis opponens*

*Inferentiam, morosius cum Rege perhendinavit*.

† **INFERTRARE**, *Feretro inferre*, apud Lambertum Ardensensem. Vide *Feretrum*.

\* **INFERRIATA**, et **INFERRIATURA** pro **INFERRIATA** et **Inferritura**, ab Italico *Inferare* et *Inferriare*, Actus catenis vincendi. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 169: *Addimus quod aliquis custos alicuius carceris... non possit nec debeat... auferre vel accipere aliquid alicui detento... ultra quam vij. bon. in prima die pro Inferiata vel intratura, et deferiata, nec aliqua alia de causa a dicta die in antea nisi vij. denarios pro qualibet die, etc.*; et paulo post: *nec aliquis eorum possit nec debeat... accipere pro aliquo detento vel detempta... ultra vij. bon. in prima die pro intratura et Inferiatura cujuslibet*. [Fr.]

† **INFERRILIA**, Infernalina, subterranea, Gloss. Lat. Græc.: *Inferilia, καταχθόνια*.

† **INFERRIMENTARIA**, *Tacita, Dissimulata*. Ita Papias MS. et Editus.

† **INFERRITARE**. Supplementum Antiquarii: *Infermito, πείσω, Subigo farinam*.

† **INFERNALIS MORBUS**. A morbo qui dicitur S. Antonii vel *Infernalis*, apud Marten. in Onomastico ad calcem tom. 5. Anecd. Vide *Ignis Inferni*.

† **INFERNALITER**, Modo pernicioso, qui inferni penas secum trahat. Conventus Episcoporum ann. circiter 1090. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 120: *Surrexerunt quidam falsi Christiani... qui... stipendium Ecclesiæ nostræ et pauperum elemosynas... audaciter et invencunde Ecclesiæ surripiunt, sibi Infernaliter contradant*.

† 1. **INFERNUM**, Anus, podex. Medicina Salern. pag. 208. edit. 1622: *Vomitum flavæ biliscat (nasturtium) eandemque per Inferna seducit*. Eadem ratione Galli dicunt *par bas*.

† 2. **INFERNUM**, pro Purgatorium, in Offert. missæ pro defunctis. Ita etiam usurpant Monia S. Eligii in Vita ejusd. tom. 2. Spicil.

\* 3. **INFERNUM**, Parisiis nomen portæ, quæ nunc S. Michaelis appellatur. Vide supra *Fertum* 4.

† **INFERRARE**, In catenas, ferrum seu vincula conjicere, Gall. *Mettre aux fers*. Propositio gravaminum illatorum per Gentes Comitibus Sabaudie ann. 1302. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 98: *Ipsos fecit Inferrari et custodiri a duobus clientibus, qui ipsos custodierunt per LII. dies in dictis ferris*.

\* Nostris alias *Enferger* et *Enferrer*. Lit. remiss. ann. 1472. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 337: *Le suppliant donna à icellui Piron ung coup des mailles des Enferges, dont il vouloit Enferger et lyer ladite jument*. Pactum inter Radulph. de Praellis et commun. de Vailli ann. 1311. in Reg. 48. ch. 8: *Item se Enferrer convient pour aucun exploit fait par nostre justice, etc.* Hinc *Anfers*, *Ferrei* vinculis restricti, in Cod. MS. serm. ex Bibl. S. Vict. Paris: *Quant il visetent les Anfers et les enchartez*. Nisi infirmos intelligas. Vide infra *Infirmare*.

\* 1. **INFERRATUS**, Ferro fixus. Comput. ann. 1412. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 205. col. 1: *Expost dictum cledatum castri fuit apertum et Inferratum*.

\* 2. **INFERRATUS**, Incantantus, fascinat, Gall. *Ensorcelé*, apud Helynaud. ad ann. 1150. tom. 7. Bibl. Cisterc. cql. 1: *Juvenulam asserens Inferratam*.

\* **INFERRIARE**, ut *Inferare*, vox Ita-

lica; unde *Inferritura*, Actio catenis vincendi. Stat. Montis-reg. pag. 269: *Statutum est quod ferrarii, qui habent Inferriare... preonertos, habeant pro Inferriatura illorum, quibus imponerent compedes, etc.*

† **INFERRIRE**, pro *Inferre*, scilicet in fiscum, habetur in Charta Chlodovei III. ann. 692. apud Felibian. Hist. Sandionys. pag. xii.

† **INFERTARE**. Vide *Infertor*.

† **INFERTIALE**, *Illacrimabile*. Papias. MS. Sangerman. habet *Infertiale*.

† **INFERTILITAS**, Sterilitas, in Litteris ann. 1359. apud D. Secousse tom. 3. Ordinatio. Reg. pag. 342.

\* Gall. *Disette*. *Infertilitates fructuum*, in Instr. ann. 1405. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 191. col. 2.

† **INFERTOR**, *Dapifer*, qui dapes infert, *καταθέτης*, in Gloss. Lat. Gr. Schol. Juvenalis Sat. 6: *Minister, Infertor*. Glossæ antiquæ: *Infertat, importat, ministrat*. Lex Salica tit. 11: *Si quis Majorem, Infertorem, Scancionem occiderit*. Ubi perperam Editio Heroldi *Infestorem* præfert. Wippo de Vita Chunradi Salici pag. 428: *Quos Cubiculariorum Magistris, quos Infertores et Pincernas et reliquos Officiarios ordinaret*. Et ann. 1093: *Quidam bene valens vir Cunradus Infertor ciborum Imperatoris cum aliis interfectus est*. Charta Hugonis Episc. Gratianop. ann. 1110. in Tabulario ejusd. Ecclesiæ f. 35: *Signum Odonis Infertoris daptum, sive Seneschalci*.

† **INFERTUM**. Isidorus lib. 20. cap. 3: *Infertum, vinum, quod altario libatur, atque offertur*. Gloss. Ælfrici: *Messewin, id est, Vinum, quod ad Missam offertur*. Vide *Fertum, Confertum*.

† **INFERTURIA**, pro *Infertorium*, Vas, quo aliquid inferitur, sive thus ad thuribulum, vel dapes ad mensam. Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 1016. apud Yezep in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5: *Candelabra argentea et ænea, lucerna, turibulus et Inferturia ex auro et argento, et omni lapide pretioso ornatos*. Infra: *Ad ministerium refectonis... discos et parasidas, fialas et Inferturias, argento scultas et auro, perlucidas, etc.* In alia ejusd. Rudesindi, ibid. *Lucerna, id est, turibulorum ex auro, cum sua Offerturia, capsas argenteas, etc.* Alia Ferdinandi M. Regis æræ 1101. apud eumdem tom. 6: *Turibulus duos aureos cum Inferturia aurea, etc.* Alia ejusd. Regis ibid.: *Servitium de mensa, id est, salare, Inferturia, tenaces, trullone cum coclearibus decem, etc.*

† **INFESTARE**, Offendere, invadere. [Papias: *Infestari, objurgare, altercari, insectari*.] Regiam Majest. lib. 2. cap. 63. § 1: *Vassallus non potest Infestare dominum suum, salva fide homagii sui*. Idem etiam quod *Fatigare*, in Foris Aragon. Fori Osce Jacobi I. Reg. Aragon. ann. 1247. fol. 6: *Nullus homo pro aliquo clamo, quod habeat de alio homine, potest per seipsum testare, seu Infestare ullas causas mobiles aut immobiles de illo homine, de quo facit clamum, etc.*

\* *Infester*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1468. ex Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 112: *Lequel le Royer Infesta le suppliant de grans paroles injurieuses*. Sed et pro *Fatigare*, Gall. *Presser, importuner*, in aliis Lit. ann. 1390. ex Reg. 139. ch. 22: *Iceilli Vincent retourna devers ledit Symon pour le Infester et exciter à jouer aux dez ou à la paume*.

\* **INFESTARE SE**, *Festinare, celerare*, Gall. *Se presser*. Mirac. S. Jacobi major. tom. 6. Jul. pag. 47. col. 2: *Ermengotus*

videns Christianorum religionem Moabitum impetu deprimi, sui exercitus robore circumvallatus ad debellandam eorum sævitiam, quasi sub invincibilibus pugnae argumentis se infestavit.

**INFESTATUS**, Morbus equinus, cum equus videtur habere collum parum extensum, ita quod digitis vix potest capi vel astringi, et in suo motu velut infunditus impedire videtur, et ejus oculi lacrymantur. Ita Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agric. cap. 21. Ubi Gallicus Interpres vetus vertit, *Enfesture*. Italis, *Infestato*, est qui doloribus vexatur.

† **INFESTINATIO**, Concil. Narbon. ann. 791. Inter Instrum. novæ Hist. Occitanæ tom. 1. col. 27: *Ostendit quod nullo modo Episcopum ponere illuc potuisset ob Paganorum Infestinationem*, id est, *Infestationem*, ut lubentius legerem.

† **INFESTIO**, Historia Monasterii Novient. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1155: *Ipsa anno cepit Abbas jam dictus debilitari, ita quod in manibus ejus et cruribus pustulæ tumescerent, ex quibus sanies ebulliebat. Quo morbo semper invalescente, discrimen impositum est ei Infestionis, et probandum ad mensem et dimidium in sequestro recluditur. Puto legendum Infestionis, hacque voce contagionem significari, Gall. Infestation. Sententiam confirmat segregatio unius mensis cum dimidio; tantumdem enim temporis segregari solent qui pestilentia inficiuntur.*

\* **INFESTOR**, pro *Infertor*. Vide in hac voce.

† **INFESTUCARE**, Per festucam in possessionem mittere. Vide *Festuca* sub finem.

† **INFESTUMINARE**, Mare latrocinando infestare. Laurentius in Amalthea.

† **INFEUODARE**, Feudum conferre, in feudi possessionem mittere. Charta ann. 1270. ex Archivo Majoris-monasterii: *Prior de Combor Infeudat Guillelmum Bandain Militem de quibusdam terris per unum par cyrothecarum, de pretio trium denariorum, reddendarum singulis annis, et dictus Miles obediet Priori tanquam domino feudali. Chron. Cœnobii Schutterani inter Vindemias Litter. Schannatti pag. 19: Per hoc (diploma) idem Imperator nostrum Monasterium quoad temporalia, sive, ut aiunt, regalia, novo a se erecto Bambergensi Episcopatu jus feudi tradidit, unde in hodiernum usque diem Abbates nostri ab Episcopo Infeudantur. Concil. Tarracon. ann. 1591: *Ne viri Religiosi sine consensu sui diœcesani Episcopi, possessiones monasteriorum vendant... aut Infeudent.* Vide *Feudum*.*

† **INFEUDATIO**, Collatio in feudum, in Charta Caroli Rom. Regis ann. 1348. apud Steyer. in Commentariis ad Historiam Alberti II. Ducis Austriæ, col. 149.

\* **INFRENATUS**, Freno instructus. Acta Inquisit. Carcass. MSS. ann. 1308. fol. 39. rº: *Guillelmus frater suus quadam nocte... tradidit sibi mulum, seu mulam, essalatum et Infrenatum.*

**INFIBLARE**, Infibulare, cingere, circumdare, et ligare, apud Apicium lib. 8. cap. 7.

\* **INFICATIO**, La negacione del debito. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **INFICATUS**, INFICATUS, Infixus. Stat. civil. Cumanæ cap. 30. ex Cod. reg. 4622. fol. 132. vº: *Non possit nec debeat exportare de ipso massaritulo... nec assides, nec plodas Inficatas, nec aliqua lignamina posita in labore.* Ibid. cap. 96. fol. 155. rº: *Nec plodas Infichatas.*

**INFICERE**, pro *Inferre*, apud Interpretem S. Irenæi lib. 2. cap. 29. *Conster-nationem Infecit*, id est, intulit, vel incussit.

† **INFICIARI**, Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanasio pag. 52: *Testis falsus non impunitus erit, et qui accusat iniquus, non effugiet; et tamen fuisti ausus Inficiari Athanasium; id est, falsi criminis accusare, eique injuriam inferre. Inficiator Reginae, id est, accusator, apud Gregorium Turon. lib. 5. cap. 49. Inficiatrix, apud Hepidannum in Vita S. Wiboradæ. Apud Nonium Inficiatores, dicuntur falsi criminis obectores, ex Cicerone lib. 1. de Oratore. In Glossis Græco-Lat.: *Ἰνφίσιον, Perfidus, Fraudulentus, Inficiator.* Vetus Interpres Juvenalis ad illud Sat. 13. v. 23:*

Quæ tam festa dies, ut cesset prodere furem.

*Qui tam sacrum celebratur, ut non quotidie delinquant Inficientes hominem. Ubi Inficientes dici videntur homines pravi.*

† **INFICIATUS**, Infectus, corruptus. Miracula S. Gibriarii, tom. 7. Maii pag. 621: *Membra arida, diversisque morbis sive venenis Inficiata.*

† **INFICIENTIA**, Negligentia, incuria, Epistola Johannis de Monsteriolo, apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1342: *Vere quidem antipapam nominaverim, ex quo maxime tanto sub rigore in re dubitatissima verum Papam se reputat; nihil offert, nihil aperit, nihil hortatur, nihil monet, nisi suam per Inficientiam processum Cardinalium, ac notam torporis et negligentiam nostrorum regulum ac super nuntiorum apostolicorum accusationem, ad eum accedere debeamus.*

† **INFIDARE**, Idem quod *Infiduciare*. Concil. Legion. ann. 1012. can. 42: *Mulier in Legione non capiatur, nec judicetur, nec Infidetur, viro suo absente.*

**INFIDELES**, [Qui fidem Christo non habent, vel Regi dominove feudali quam jurarunt, non servant.] Vide *Fideles*.

**INFIDELIA**, ἀπιστία. Gloss. Lat. Gr. Vide *Infidia*.

† **INFIDELITAS**, erga Regem dominumve feudalem. Vide in *Fideles*.

**INFIDIA**, Gloss. Gr. Lat.: *Ἰνφία, Incredulitas, Infidia, diffidentia, perfidia.* Ita et in Gloss. Lat. Gr.

† **INFIDIS**, Infidus. Pactum ann. 1232. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 283: *Convenio tibi Willelmæ ut ego Grimandus non defendam me alicui homini viventi, qui me vocare voluerit, ut non sim falsus et Infidis in aliqua curia.*

**INFIDUCIARE**, [In fiduciam seu pignus dare.] Vide in *Fiducia*.

\* **INFIGERE**, Inserere. Pontif. Mogunt. MS. fol. 24. vº. ubi de Ordinatione subdiaconorum: *Singuli, accepto fanone ab episcopo, capita sua Infigant subtili, quod episcopus habet in manibus.* Galli dicere-mus: *Passent leurs têtes dans l'aube.*

1. **INFILARE**, vox Italica, Gallis *Enfiler*, Filo trajicere. *Infilatas castaneas offerre*, in Actis S. Francisci de Paula, tom. 1. April. pag. 185.

† **INFILATURA FICUUM**, Series Ficuum filo trajectory, in iisdem Actis pag. 147.

\* 2. **INFILARE**, Filo seu fune colligare. Guido de Vigev. de Modo expugn. T. S. MS.: *Cum duabus cordis grossis uno pollice grosso, longis ut sunt scalæ, Infilantur et foriiter ligentur.*

\* **INFILCARE**, INFILSARE, Filo seu lino trajicere; Gall. *Enfiler*, Italis *Infilzare* est transficere. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 12. ex Cod. reg. 4621: *Notarii tenentur.... copias dictarum accusatio-*

num... ligare seu Infilcare. Convent. Saonæ ann. 1526. pag. 30: *Et in actis cancellarii infrascripti reperiantur fuisse Infilata.*

\* **INFIMO**, [Deprimo, Infimum facio. Apul. 1. Met. Manes sublimare, Deos Infimare.]

**INFINALITAS**, Guigo Prior Carthusiæ de Quadripertito exercitio Cellæ cap. 25. de Deo: *Nec potest ullo modo, vel pro sui puritate maculari, pro sua simplicitate dividi, vel pro sua immensitate comprehendere, vel pro sua Infinalitate mensurari.*

† **IN FINE**, Locutio Gallica, *Enfin*, Tandem, apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 29.

\* **INFINGERE**, Tangere, vel colorem immutare. Glossar. vet. ex Cod. reg. 4641.

† **INFINIBILIS**, Infinitus. Apuleius de dogmate Platonis: *Materia cum viduata sit fine, Infinitabilis recte videri potest.* Occurrit apud Martian. Capellam lib. 2. cap. 45. et in Vita B. Gerardeschæ, tom. 7. Maii pag. 166.

† **INFINITABILIS**, Negabilis, in Glossis Sangerman. MSS. n. 301. Legendum *Inficiabilis*.

† **INFINITARE**, In infinitum protrahere, apud Goclenium in Lexico Philosophico.

\* **INFINITARI**, Barel. serm. in festo S. Thomæ Cantuar.: *Merito passionis Christi opera nostra Infinitantur et sunt infiniti meriti.*

† **INFINITILQUENTIA**, Infinitas sermonis, scilicet cum sermo non potest reperire exitum. Idem Goclen.

† **INFIRMARE**, Ægrotare, infirmum esse. Agnelli Liber Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 182. col. 2: *Misit legatum suum Romam, qui diceret, quia egressus de civitate venire voluit et Infirmavit. Infirmans, Ægrotans*, in Bartholi Glossario ex Guiberti Historia Palæst. *Infirmendus*, eadem notione, in Capitulari 2. Theodulfi Episc. Aurelian. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 44. Passivum *Infirmari*, pluries occurrit in Evangelio secundum Johannem cap. 11. et alibi.

\* *Enfermeté pestilante*, Morbus pestilens, in Chron. S. Dion. tom. 3. Histor. Franc. pag. 225. *Enfermeté ou maladie, appellée vamon*, in Lit. remiss. ann. 1598. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 293. *Enfers*, pro *Inferno*, in Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 217: *Tout li Crestien Enfers, et li autre qui pour leur choses vendre demourroient en Damiette, il seroient tout assurez.* Vitæ SS. Patrum ibid. in Glossar.: *Tuit li Enfers, qui venoient à son moutier, estoient sané par ses prieres.*

**INFIRMARIUS**, Officium Monasticum, *Frater, cui cura infirmorum commissa est*, ait Lanfrancus in Statutis Ordinis S. Benedicti cap. 9. de quo agunt Regula Canonice. ex Concilio Aquisgran. cap. 142. Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. et alii passim, præter Hæftenum lib. 11. Disquis. Monastic. tract. 5. [Vide Glossar. med. Græcit. voce Νοσοκόμος col. 1003.]

\* *Enfermier*, in Ch. ann. 1401. ex Chartul. 23. Corb. et in Reg. 13. ejusd. monast. sign. *Habacuc* ad ann. 1510. fol. 21.

† **INFIRMARIE MONIALES**, Quibus cura est infirmorum, in Charta ann. 1249. pro *Monialibus Infirmariis* Ecclesiæ B. M. de Fontanis. Vide locum in *Domus Dei*, Nosodochium.

**INFIRMARIA**, Nosocomium, conclave infirmorum, in Monasteriis præsertim, vulgo *Infirmarie*: in Tradit. Fuldens. lib. 3. trad. 35. apud Mattheum Paris ann. 1252. Thomam Stubbs de Actib.



Pontificum Eboracens. ann. 1285. Will. Thorn. ann. 1128. etc. *Domus infirmorum*, in Concilio Meldensi ann. 845. can. 53. apud Petrum Venerab. lib. 1. de Mirac. cap. 19. Leonem Ost. lib. 3. cap. 49. et alibi non semel: in Vita Sancti Altmanni Episcopi Pataviensis. pag. 64. etc. Liber Ordinis sancti Victoris Parisiensis MS. cap. 40: *In Infirmania tria sunt genera infirmorum. Sunt enim quidam, qui lecto prorsus decubant. Sunt alii qui de infirmitate convalescunt, et jam surgere et ambulare possunt; sed tamen pro reparatione virium adhuc in Infirmania sunt. Sunt alii, qui hujusmodi infirmitatem non habent, et tamen in Infirmania assidue comedunt, et jacent, ut senes cæci, et debiles, et hujusmodi, etc.*

\* [*Infirmarie* de ultra Rodanum. x. solidos fortium. (Testament. presbyt. Durand. an. 1245. mus. arch. dep. pag. 142.)]

\* **INFIRMARIA**. [Ut *Infirmarie generales*, statum tempus quo sanguis monachis minuebatur vel secabatur vena: « Item quod *Infirmarie* que consueverunt fieri ante adventum Domini et ante quadragesimam regulariter fiant sicut moris est apud Cluniacum, ita quod una pars conventus sit in *Infirmania* et alia pars remaneat in conventu. (Chart. Clun. coll. Burgund. B. N. t. 82. n. 337, an. 1264.) »]

† **INFIRMARIÆ GENERALES**, in Consuetudinibus Cluniacensibus ann. 1301. e MS. B. M. Deaurata, Idem quod *Minutiones generales*, Stata nimirum tempora, quibus sanguis Monachis minuebatur, seu vena secabatur: de quo more plura in *Minuere sanguinem*.

\* Consuet. MSS. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305: *Cellarius quando facit suas Infirmarias, ... dat abbati et suis familiaribus, in qualibet illarum dierum, unam peciam bovis et sex dornos dictarum esquinarum porci... Similes offas dat cellarius, quando facit Infirmarias suas.*

**INFIRMATORIUM**, ut *Infirmania*, Nosocomium, in Chronico Montis-Sereni ann. 1170. 1184. apud Willelmum Thorn. ann. 1312. etc.

**INFIRMATORIUM**, apud Cæsarium Heisterb. lib. 1. cap. 35. lib. 9. cap. 2. et in Chronico Montis-Sereni ann. 1219. pag. 124. [*Infirmitorium claustrum*, in veteri membrana apud Ludewig. tom. 8. pag. 218.]

\* **INFIRMATORIA**, Conclave infirmorum, Gall. *Infirmerie*. Testam. Isabel. dalph. Vienn. ann. 1345. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 219. col. 2: *Item do et lego meum breவில் fratribus Minoribus Bisuntinensibus et conventui ipsorum pro Infirmitoria.*

† **INFIRMERIIUM**, Eadem notione, apud Fantonum Hist. Avenion. pag. 178.

**INFIRMARIA** interdum est ipsum *Infirmerii* officium, ut apud Innocent. III. lib. 14. Epist. 121.

\* **INFIRMIS**, [Idem ac infirmus. *Ammian.* 2. 6. Coagumenta lapidum recens structorum, madoreque etiamnum infirmum.]

\* **INFIRMITAS**, Damnum, calamitas, perniciēs, nostris *Mal.* Instr. ann. 1401. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 157. col. 1: *Item destinantur commissarii ad reparandum itinera, et diu est, duravit ista Infirmitas, qui incidunt per patriam cum tribus aut quatuor ronsinis, notariis et servientibus et timorant gentes.*

**INFIRMITAS** DE RESEANTISA. Vide in *Residentes*.

**INFIRMITATES**, [Feminalia, subucula, aliave ejusmodi indumenta interiora,

sic dicta vel quod pro infirmitate Monachis concessa fuerint, vel quod iis infirma corporis seu pudenda tegerentur. Bernardus in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 74. n. 42: *Cocli omni tempore mutant Infirmitates suas, mane post tres orationes, vel si tale tempus est, talisque dies post Litaniam, et vespere statim mutatis diurnalibus calceis et cultello, nihil loquuntur ibi, nisi fuerit causa pertinens ad Infirmitatem eorum necessaria, et hoc ita quiete, ut vix queat audiri; mutantur autem in domo infirmorum, in loco ad hoc deputato.] Usus veteres Cisterciensis Ordinis cap. 69: *Et fiat intervallum, ut qui voluerit se calciare, vel ad secessum ire, aut Infirmitates remutare, aut manus abluere, etc.**

\* **INFIRMITATUS**, Infirmus. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 189. edit. Hearn.: *Sed dux graviter Infirmitatus se excusavit.* Vide supra *Infirmare*.

† **INFIRMATORIUM**. Vide in *Infirmare*.

**INFISCARE**, In fiscum redigere, confiscare: [\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Infiscare, Forfaire ses biens et perdre.*] Lex Aleman. tit. 25. et 26: *Res ejus Infiscantur in publico.* Annales Franc. S. Nazarii ann. 786: *Possessiones vero vel agros eorum omnes Infiscati esse noscuntur.* Rodericus Tolet. lib. 2. de Reb. Hispan. cap. 14: *Ecclesiarum redditus Infiscavit, et privilegia earum abstulit.* Lib. 3. cap. 15: *Omnia restituit, quæ Egica Infiscarat.* Adde lib. 6. cap. 10. lib. 7. cap. 2. Joan. Diac. Neapolit. in Chronico Episcoporum Neap. in S. Joanne: *Unde Dux valde iratus dicit eundem jugulare Tiberium, et totius episcopii servos possessionesque Infiscari.* Adde Annales Bertin. ann. 871. [Concilium Avenion. ann. 1029. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 619. Charta ann. 678. apud Felibian. Hist. Sandionys. pag. ix.] Vide *Fiscus*.

**INFISTULATUS**, [Morbo *Fistula* dicto laborans.] Vide in *Fistula*

\* **INFITEOS**, Idem quod *Emphyteusis*. Charta ann. 1033. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 17: *Et post pœna soluta et Infiteos in sua maneat firmitate, quia sic inter nos stetit adque convenit cum stipulatione subnixâ. Infixer, Peremphyteusim possidere, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 139. Chartoph. reg. cb. 78: *Comme Pierre de la Rue eust prins et Infixé héritablement... une moytoyerie, pour trois sextiers de froment et quatre poules de rente héritail, etc.**

**INFITEUS**, *Negator rationis meæ*, ab *Inficari*. Ita Iso Magister in Glossis. Videtur legendum *Inficiens*. Glossæ Lat. Græc.: *Inficientes, ἀποφύενοι.* Vide *Inficari*.

\* **INFIXERE**, pro *Infigere*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 509: *Idem Johannes tenens in manu sua unum parvum cutellum, cum quo faciebat unam classedram seu brochiam ad Infixendum in quodam dolio, a quo vinum extrahere volebat, etc. Infixer, pro Inserere, in Charta ann. 1376. ex Tabul. S. Joan. Laudun.: *Les seauls mis et pendans aux lettres de composition de finances, parmi lesquelles ces présentes sont Infixées, sont les propres seauls.**

† **INFLABELLARE**, *Inspirare*. Tertull. adv. Valent. cap. 23: *Omniibus elementis et corporibus ignis Inlabellatus est.*

\* **INFLABILIS**, Qui potest inflare vel inflari; active enim sumitur et passive. Lactantio de Opificio Dei cap. 11. pulmo dicitur *viscus Inflabile atque aeris capax.* Cæl. Aurel. lib. 2. Tardorum cap. 2: *In-*

*flabilis virtutis qualitas.* Idem lib. 5. cap. 1: *Allium Inflabile.*

\* **INFLAGRO**, [Intus flagro, vel accendor. *Solin.* 5. *ad fin. de Sicilia.* Sarmenta, licet viridia, ignem sponte concipiunt, et, nullo *Inflagrante* halitu, ab ipso Numine fit accendium.]

† **INFLAMIA**, Inflammatio. Miracula MSS. Urbani V. PP.: *Passus fuit malum casualiter in pede dextro; primo erat modica Inflammia, etc.*

† **INFLAMINATUS**, Incensus, quasi flamine inspiratus, nisi forte legendum sit *Inflammatus*. Vita S. Marcellinæ Virg. tom. 4. Julii pag. 232: *Cum ipsa per se ad sancte agendum Inflammata, tum B. Ambrosii fratris libris... excitata.*

\* **INFLAMMANTER**. [Gell. 10. 3. circa med. Acriter et *Inflammanter* facit explorationem tam acerba rei.]

\* **INFLATE**. [Tumide. Translate *Cæs.* 2. B. C. 17.]

† **INFLATICUS**, *Inflans, Inflativo tumore turgescens*, in Vita S. Guthlaci, tom. 2. April. pag. 46.

† **INFLATOR**, Qui inflat. Gloss. Græc. Lat.: *Ἐμφυσῆτης, Inflator.*

† **INFLATURA**, *Inflatio*, Gall. *Enflure*. Miracula MSS. Urbani V. PP.: *Duravit ipsa Inflatura quasi per duos menses.*

\* **INFLEBILIS**. Vide supra *Indeflebilis*.

† **INFLICTIO**. Charta ann. 1360. fol. viii<sup>xx</sup> vii. Regesti Johannis Comitis Pictav. ex Chartophylacii Regio: *Cum humili Inflictione significatum nobis fuit, hoc est, afflictione, ut coniecto; hic enim sermo est de querimoniis delatis ad Comitem. Multa Inflictione corrigere, in Cod. Theod. lib. 9. tit. 17. [\* Idem videtur quod Expositio, expostulatio.]*

\* **INFLINGERE**, pro *Infligere*, in Stat. criminal. Saonæ cap. 32. pag. 67.

**INFLOREARE**. Odo Cluniac. serm. de S. Benedicto: *Plebs urbana, nobilibus viris consorta, Clericorum etiam honestis quasi Inforata personis, etc.* Id est, in modum campi distincta floribus. [Ecclesiam possessionibus variis ditatam personis honestissimis *Inflorare*, in Epistola Henrici Huntindon. Archidiacon. Lincoln. apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 181. *Inflorari, Honore florido vigere*, apud Barthum in Glossario ex Gauterio de Bellis Antiochenis.]

\* **INFLUENTIA** AQUARUM, *Inundatio*. Instr. ann. 1405. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 192. col. 2: *Attentis oneribus quæ athenus huc usque supportare habuerunt, et mortalitatibus, Influentiis aquarum, raritate et sterilitate fructuum, etc.* Paulo ante: *Aquarum inundationibus.*

\* **INFLUOR**, *Influxus*. Vita fabul. S. Marini tom. 2. Sept. pag. 217. col. 1: *Ingressus (Diabolus) fatuum et vacuum pectusculum cujusdam mulierculæ, implevit illud antiquæ suggestionis Influore.*

\* **INFLUVIUM**. [Profluvium. *Velleg.* 2. 120. extr. Ut protinus pariter sanguinis cerebrique *Influvio* exspiraret. Alii legunt *profluvio*, alii *effluvio*.]

† **INFOCARE**, verbum Italicum, *Candefacere, inflammare*. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 64. \*: *Sibi extrahatur cor cum aliquibus uncinis ferreis Infocatis ab ipsis dæmonibus.*

\* Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. VIII. PP.: *Fuit igitur (Macrinus) ductus per urbem in curru reclus et nudus et cuidam stipiti alligatus et passim ferris seu tenagulis et forcipibus Infocatis afflictus.*

† **INFODERARE**, *Intus vesti pellem aut pannum villosum assuere*, Gall. *Fourrer, Doubler*. Computus ann. 1333. Hist. Dal-

phin. tom. 2. pag. 275: *Pro Infoderando mantello Dom. Comitissæ et corsetto de vayro minuto, et pro quinque armineis, unc. x. Et pag. 276: Pro Infoderando mantello domine Burgæ de pannis vayris, unc. iv. taren. xviii. Infra: Pro Infoderandis robis Domini de veluto et de vayro, unc. viii. taren. viii.*

† **INFODERATURA**, Pellis vel Pannus villosus vesti assutus, Gall. *Fourrure*, ibidem: *Pro Infoderatura caputii Dom. Johan. Elemosinarii, taren. ii. Infoderatura vayrorum*, in Chronico Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 89. Occurrit etiam in Constitut. Frederici Regis Siciliae cap. 106.

\* **INFODITUS**, pro Infossus, Gall. *Enfoui*. Occurrit ubi de capitali pœna, qua feminæ damnabantur, sermo est. Tabul. Fossat. fol. 3: *Quædam mulier, quæ furata fuerat sotulares et pannos lineos,.... capta fuit et incarcerata, quæ inventa signata, Infodita fuit sub furchis nostris*. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbat. vii. fol. 50. r. ad ann. 1331: *Marote Duflos... pour souppechon de larrechin, just fustée à le banlieue seur le pic et seur le pele et d'estre Enfouie toute vive*. Vide supra *Fossa* 1.

\* Hinc locum, ubi mortuorum cadavera terræ infodiuntur, *Enfeu* vocant Andegavenses, teste Menagio Hist. Sabol. pag. 239. quomodo etiam legendum est, pro *Enfeu*, in Testam. Isab. du cisse ann. 1482. tom. 3. probat. Hist. Brit. col. 426: *Pour faire parachever et construire nostre chapelle... en ladite église de S. François de Nantes, jouxte nostre Enfeu*. *Enfouir* quippe dixerunt nostri, pro Humo mandare, sepulcro condere. Compend. Hist. Franc. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 278: *Hues... morut et fu Enfouiz en l'ygglise seint Denis de France*.

† **INFOEDATIO**, pro *Infoedatio*, Traditio in feudum, apud *Laguille* Hist. Alsat. pag. 32. Probat. col. 2. Vide *Feudum*.

\* **INFEDERABILIS**, Implacabilis, inexorabilis. Vita S. Joan. Laudens. episc. tom. 3. Sept. pag. 163. col. 2: *Contra Nabuzardam vero, ignominiosum scilicet coquorum principem, tam Infederabile gerebat bellum, etc.* Vide *Infederabiliter*.

† **INFEDERABILITER**, Implacabiliter, sine fœdere. Petrus Damianus in Vita S. Odilonis cap. 10: *Deslentes (dæmones) quod orationibus et elemosynis quorundam adversus eos Infederabiliter concertantium, frequenter ex eorum manibus eriperentur antea damnatorum*.

**INFOLLONICATUS**. Gloss. Gr. Lat.: \* *Ανεπαρος*, Rudis, *Infollonicatus*, *Impolitus*. Sic etiam MS. qui fullonis operam non habuit.

† **INFORARE**, In foro placitare. Gloss. Isid. Plautinum verbum, quod interpretantur, In jus vocare.

† **INFORCERE**, Munire, Gall. *Fortifier*. Charta Communis Suesion. apud Perardum pag. 336: *Ad villam claudendam et Inforcendam, etc.* Vide *Infortiare* in *Fortia* 3.

† **INFORCIA**, Vis, violentia, Gall. *Force*. Charta Philippi Franc. Regis in Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1347: *Infra dicta fossata non habebimus ullam occasionem, violentiam, Inforciam, justitiam, captivonem, venationem, etc.* Vide *Fortia* 2.

† **INFORCIAMENTUM**, Munitio. Privilegium ann. 1265. ex Chartul. S. Johannis Carnot.: *Pro turribus et Inforciamentiis aliis faciendis in muro civitatis*. Vide *Fortia* 3.

\* Nostris *Enforcement*, eodem sensu. Lit. Ant. dom. de Bellojoco ann. 1361.

ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 27. r.: *Pour certains Enforcemens et reparations que nostrredit pere fiat faire audit chastel, pour la doubtance de messire Jehan de Vernyn, quant il se tourna ennemi du royaume; lesquelz Enforcemens cousterent bien deux mille livres Parisis à nostre pere*.

† **INFORCIARE**, ut *Infortiare*. Munire. Vide in hac voce et in *Fortia* 3.

† **INFORGIATI SOLIDI**, Quorum materia purior erat minimeque adulterata. Vide *Moneta*.

† **INFORCIATUM RUBRUM**, Gall. *Rouge foncé*, Spissius, minusque lucidum, in Actis Episcoporum Cenoman. pag. 390.

**INFORESTARE**, In silvam convertere. Vide *Foresta*.

† **INFORMACEUS**, *Formarius paries*, qui duabus tabulis circumdatis, tamquam in formam infertur, in Amalthea.

† **INFORMARE**, Docere, monere, Gall. *Informar*, apud Lobinell. in Glossario tom. 3. Hist. Paris.

† **INFORMARE SE**, Inquirere, Gall. *s'Informar*, in Diplomate Xysti IV. PP. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 687. in Regesto magnorum dierum Campagnæ, apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 223. in Litteris Innocentii VI. PP. Ludewig. tom. 6. pag. 15. etc.

† **INFORMARI**, Edoceri, certum fieri, Gall. *Etre Informé*. *Certitudinaliter sumus Informati*, in Litteris anni 1370. apud Rymer. tom. 6. pag. 662. *Per Præsentium portitorem Informabimini plenius*, in Litteris ann. 1378. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 44.

† **INFORMATIO**, Gall. *Information*, Inquisitio. *Audito super hoc dicto ballivo loquente et Informatione super hoc facta, injunctum est dicto ballivo, etc.* apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 289. Occurrit alibi.

\* **INFORMIDABILIS**, [Informidatus. *Coripp. 2. Laud. Justin. 354. Omnis erit iudex Informidabilis illi.*]

**INFORMITAS**, Deformitas, apud Julianum Toletanum lib. 8. Prognost. cap. 30.

† **INFORNARE**, verbum Italicum, Gallicis *Enfourner*, Panem in furnum immittere, inducere. Occurrit in Memoriali Potestatum Regiens. ad ann. 1280. apud Murator. tom. 8. col. 1147. Vide *Infurnare*.

\* **INFORRARE**, Pellitio instruere. Stat. Placent. lib. 6. fol. 80. v.: *Item de aliquo varnazono drappi integri,.... Inforrato de pelle, etc.* Vide *Infoderare*.

**INFORTES**, pro *Fortes*. Cathwlpus in Epistola ad Carolum Magnum:

Hic Deus adiutor valde tibi semper adinstat,  
Impia qui tulit tibi semper bella per orbem,  
Obruit Infortes, simul et humiles honoravit.

1. **INFORTIARE**, [Munire, Gall. *Fortifier*. Charta Ricardi Regis Angl. ann. 1195. apud D. Brussel de Usu feudorum tom. 2. pag. xvi: *Aneliacum non poterit Infortiari*. Epistola Philippi IV. Franc. Regis ann. 1293. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1251: *Castra, villas et loca dictæ terræ contra nos muniverunt et Infortiaerunt, muniunt et Infortiant tota die*. Rursum occurrit apud eumd. Mart. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1107. 1142. Murator. tom. 6. col. 458. 476. 482. et alibi.] Vide in *Fortia* 3.

\* 2. **INFORTIARE**, Securiorum facere. Charta Hugon. ducis Burg. ann. 1234. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. *Teneor Inforciare, meliorare et renovare securitatem de prædictis conventionibus observandis*.

\* 3. **INFORTIARE**, *Fortiam* seu vim inferre, Gall. *Forcer*, alias *Inforsar*. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 16: *Item quod dicti rei,.... præfatam relictam, præter et contra ejus voluntatem, vi et violentia illuserunt et ea abusi fuerunt ipsamque Infortiaerunt et carnaliter cognoverunt*. *Inforsant lesdiz religieuz et leurs tenans de paier costumes*, in Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 318. Vide *Fortia* 2.

\* 4. **INFORTIARE CURIAM**, Eam competenti iudicio numero munire. Judic. ann. 1267. in Reg. *Olim* parlam. Paris: *Cum supplicasset abbas S. Richarii domino regi, ut curiam ejus Infortiaeret, quia satis fortis non erat ad justitandum Mathæum de Roya militem, qui erat ejus homo ligus;... ordinatum est quod ballivus Ambianensis iret ad curiam dicti abbatis Infortiamdam*. Vide in *Par.*

† **INFORTIATI**, Species monetæ fortis, seu purioris minusque adulteratæ. Vide *Moneta*.

\* **INFORTIATIO**, Munitio. Charta ann. 1256. in Reg. N. Chartoph. reg. ch. 10: *Si vero consilium fuerit quod (castrum) integrum dimittatur, recuperetis expensas operum, quas gentes nostræ in ejus Infortiatione fecerunt*. Vide supra *Infortiammentum*.

**INFORTIATUM**, Pars una Digestorum Juris, quod barbari nostri Jurisconsulti in tres partes divisere, *Digestum novum, Infortiatum, et Vetus*: quæ nomina Bulgari et Azonis sæculo nata tum primum aiunt, nomenclationis etymo hactenus incerto, cujus quidem meminit Robertus de Swapham, qui vixit sub Henrico III. Rege Angliæ, in Chronico Monasterii Petroburgensis: quo loco ait, Benedictum, ejusdem Ecclesiæ Abbatem, qui mortuus est anno 1194. describi fecisse plures libros juridicos, atque in his *Institutiones Justitiani* (sic), cum *Authenticis et infortiato, Digestum vetus, tres partes, cum Digesto novo, summam Placentini, totum corpus Juris in duobus voluminibus*. Apud Seldenum in Præfat. ad Angliæ Historicos, editos anno 1652. num. 8. [\*\* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. part. 2. cap. 22. § 159. 160.]

\* Stat. Vercel. lib. 3. pag. 61. r.: *Et unus tertius qui legat extraordinarie in Legibus, scilicet Digestum novum et Infortiatum*. Minus recte a Gangio *Digestum vetus* ultimo loco recensetur, cum *Novum* præcedere debeat.

† **INFORTUNARE**, Infortunatum reddere. Præfat. pro benedictione conjugum in Missali Paris: *Deus... quo benediciente nemo Infortunabit*.

\* **INFORTIATUS**, dicitur in foro Ecclesiastico is, in quem ultima monitio seu excommunicationis sententia lata est, vulgo *Réaggravé*, alias *Engrégié*. Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 58: *Bedoin fist excommenier et Engrégié ledit vigneron*. Unde *Agrégement*, Ipsa excommunicationis sententia, in Lit. ann. 1406. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 111: *Par fulmination de sentences et autres Agrégemens, etc.* Sentent. ann. 1246. ex Tabul. episc. Paris: *Accedens ad nos Johannes de Versaliis armiger non solum excommunicatus;... sed et Infortiatus cum uxore et familia sua, etc.*

\* **INFORTIFICATIO** opponitur *Infortiationi* supra. Charta admort. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 392: *Cum in dicto earum monasterio, propter ejus*

*Infortificationem, guerrarum voragine, tute nequeant residere.*

\* **INFORTUNER**, eadem acceptione, in Epist. ann. 1559. tom. I. Comment. Cond. pag. 626. ult. edit.

**INFORTUNIOSUS** Infortunatus, apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 3.

\* **INFORTUNIUM**, Maleficium, scelus. Interrog. Templar. ann. 1310. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 180. col. 2: *Deposuit quod gentes dicebant, quod quia clandestine recipiebantur fratres in dicto ordine, quod aliquid Infortunium in ipsa receptione fiebat.*

**INFRA**, passim pro *Intra*, unde Italicum *Fra*.

\* Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 739: *Petrus Dominici obiit retro conventum fratrum Minorum Tholosæ Sancio de Podio portandi... unam lanternam cum candela Infra.*

† **INFRA BREVE**, Brevis, propediem, Gall. *Dans peu*, apud Rymer. tom. 4. pag. 633. col. 1.

**INFRA SE**, vel **INTRA SE**, quod dicimus, *A part soi, en soi-mesme*. Acta S. Cecilie Virg. et Mart.: *Tunc Valerianus respiciens, cepit Intra se legere, etc. Mox: Cumque hoc Infra se legisset, etc.*

**INFRACTIO ATRII ECCLESIE**, pro qua solent exigi 30. libræ, ut est in Epistola Droconis Episcopi Bellovacensis ad W. Coepiscopum.

**INFRACTIO BURGI, Castri, Urbis** Vide *Burghbrech*.

**INFRACTIO PACIS, vel ordinis, vel Christianitatis, vel legalitatis**, in Leg. Henrici I. Reg. Angl. cap. 21.

† **INFRACTOR**, Qui infringit, violat, destruit. Donatio Ecclesie Westmonast. apud Madox Formul. Anglic. pag. 240: *Feci... omnes Infrafactores seu diminutores hujus mez elemosynæ excommunicari.*

**INFRACTURA**, Delictum, crimen, vel quicquid leges *infringit*, et contra eas fit. Leges Henrici I. Regis Anglic. cap. 68: *Redduntur duæ libræ pro Infrastructura ordinis, etc.* Charta Caroli C. apud Doublet. in Hist. Sandionysiana pag. 788:

*Itaque hanc prociactam Deo sanctoque ejus Dionysio donamus, cum omni videlicet judiciaria potestate, hoc est, bannum ..... omnemque Infrastructuram, et si quæ sunt alix consuetudines Legum, ubicumque infra totam præcinctiam, sive in agris, sive in domibus, sive in viis publicis vel privatis evenerint, etc.* [Charta Ludovici Crassi Franc. Regis ann. 1136. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feodorum pag. 180: *Item de Infrastructuræ ceterisque forisfactis, quæ in terris infra communiam fiebant, propter emendationem dominis plusquam quinque solidos persolvi non permittebant.* Charta Philippi Augusti ann. 1194. pro Atrebatensibus: *Quicumque infra pacem civitatis Infrastructuram fecerit de raptu, vel de furto, vel de plaga ad bannileugam, justitia nostra eum debet arrestare et coram Scabinis ducere, etc.* *Infra: Qui de Infrastructura civitatis falsum testimonium dixerit, sexaginta libras perdet.*]

\* **Infracture**, nostris, eodem intellectu. *Mellés, injures, Infractures, amesses, le laron, etc.* in Charta ann. 1311. ex Chartul. Regalis loci part. 1. ch. 30.

† **INFRACTURA**, Effractura, actio efringendi. Inter Formulas Bignonianas art. 26. exstat *Cautio de Infracturis*, cujus initium ita concipitur: *Contigit quod cellarium vel spicarium vestrum Infrangi, et eandem annonam vel aliam raupam in solidos tantos furavi, etc.* Hac

notione, ut reor, in Chartulario Prioratus S. Florentini sub Odone Abb. S. Germani Altissiod. ex Charta XI. sæculi legitur: *Incendium, homicidium, violentiam quæ vulgo appellatur Rapti, furtum, taziām, Infracturam, assaltus, et quidquid culparum dici aut æstimari potest.*

\* **INFRACTURA ATRII**, Multa, quæ ob infracta atrii vel ecclesie jura exigebatur. Charta Henr. comit. Campan. ann. 1149. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 723. col. 2: *Prioratum sancti Eugendi in castro Firmitatis fundatum, cum atrio et Infractura ejus. Vide Infractio.*

† **INFRACTURA BURGI**. Vide *Burghbrech*.

**INFRACTURA CHEMINI**. Charta Communie Meldensis ann. 1179: *Si quis in chemino in alium violenter manus injecerit, et clamor inde processerit, et de hoc convictus fuerit, Infracturam chemini forisfactor 7. solidis emendabit.*

† **INFRACTURA ECCLESIARUM**, in Capitulis Caroli Calvi, apud Baluz. tom. 2. Capit. col. 150.

\* **INFRAMISSA RES**. Vide *Inframittere*. [FR.]

\* **INFRAMISSIO**, Quicquid alicui possidendum assignatur et in cujus possessionem mittitur. Pactum Ravennat. inter et Ferrar. ann. 1237. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 440: *Item quod omnes Inframissiones et tenuræ datæ per... potestates Ferrariæ et Ravennæ... diffirmitantur, reddantur et restituantur omnibus sine aliqua questione.* Aliud inter Paduan. et Ferrar. ann. 1234. ibid. col. 442: *Et si Inframissiones aliquæ factæ sunt pro communibus civitatibus, revocentur et reducantur ad suum statum.*

\* **INFRAMITTITUM**. Vide *Mitium*. **INFRAMITTITUM**, Interponere. Gall. *Entremettre*, a voce *Mittre*, *Mettre*. RATHERIUS Veron. Episc. in Apologetico: *Ut quisvis abhinc Episcoporum, si de Clericorum se Inframitteret rebus, anathemate foret damnatus.*

\* **INFRAMITTITUM BONA**, In sequestro ea ponere cliragationis causa, et in possessionem ipsorum alterum deducere. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 30: *Statuimus quod si aliquod ablatum fuerit alicui de districtu bon. vel de civitate bon., vel aliquod debitum detentum a forensi aliquo, si ei non solvatur vel restituatur... potestas bon., si in civitate vel districtu invenerit de rebus et possessionibus hominum illius terre, unde fuerit ille, faciat Inframitti, et eis Inframissis denunciari Comuni illius terre... quod Comuni solvat nostri districtus, et si non fecerit potestas res Inframissas faciat dari insolutum ei, qui suum amisit.* [FR.]

**INFRAMURANEUS**, Infra seu intra muros urbis, vel castri. Gregorius Turon. lib. 7. cap. 22: *Domus vero Inframuranea... adplene spoliata est.*

**INFRANARES**, Mystax, superioris labri barba. Gloss. sancti Benedicti: *Infranares, μύσταξ*. Vide Sidonium lib. 1. Epist. 2.

**INFRANG**. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88: *Si eum tunc cognatio sua deserat, et pro eo gildare nolit, tunc volo, ut omnis illa cognatio sit Infrang, præter solum malefactorem, si ei nec victum det, nec pacem.* Vide *Infanc*.

\* **INFRASIA**, Ornamenti species, ut videtur, Gall. *Fraise*. Charta ann. 1360. ex Tabul. Massil.: *Senecallus dixit se*

*pridem impignorasse penes syndicos civitatis Massilæ... Infrasiam de argento, item corrigium unum de argento, etc.* Nisi idem sit quod *Aurifrigia*. Vide in hac voce et infra *Orfresium*.

\* **INFRAUDARE**, Defraudare. Vita S. Paterni tom. 2. April. pag. 429. col. 1: *Illud memoria non Infradabitur.*

\* **INFRENDIA**, in Charta Caroli M. ann. 770. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 719. pro *Inferenda*. Vide in hac voce.

† **INFREQUENTATUS**, Infrequens, rarus, Sidonio lib. 4. Epist. 10. et lib. 9. Epist. 15.

\* **INFRESCAYRARE**, Herbis recentibus vel arborum ramusculis locum refrigerare. Comput. ann. 1400. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 150. col. 1: *Gascono et ejus socio, qui cum eorum asinis iverunt quæsitum dicta die de fresqueyra pro Infrascayrando dictam domum communem, cui libet duos grossos.* Vide supra *Fresqueria*.

**INFRIGDARE**, Refrigerare, *Rafraischir*. Alexander Iatrosoph. lib. 1. de Passionibus: *Quæ Infrigidare et condensare possunt, adhibeantur adjutoria.* Passim apud hunc Scriptorem. Vide *Frigdor*.

† **INFRIGIDARE**, Ead. notione. *Æstivo tempore vinum Infrigidare*, in Chron. Mellic. pag. 417.

† **INFRIGIDATUS**, Frigefactus, rigens frigore. *Infrigidatis pedibus quidam dolor ascendens, etc.* in Processu de B. Petro Luxemburg. tom. 1. Julii pag. 586. *Hausto avide veneno decidit Infrigidatus*, in Meisterlini Hist. rerum Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 116. *Infrigidatus equus*, in voce *Cimona*. Metaphorice sumitur in Litteris Atrebatensium ad Raynoldum Archiep. Rem. ann. 1093. apud Acher. Spicil. tom. 5. pag. 540: *Sed Paternitatem vestram miramur plurimum in calce nostri negotii Infrigidatam existere.*

\* **INFRISCATORIUM**, [Ital. *Infrascatojo*, Gallice *Rafraischissoir*: « Pro valore unius *Infriscatorii*, in parte deaurati, ponderis XIII. librarum, unciarum VII. (Arch. Vatic. mandat. camer. apostol. 1456. f. 99.) »]

† **INFRIKATURA**, Fimbria. Constitut. Frederici Regis Siciliæ cap. 93: *Item quod nulla domina sive mulier audeat portare cappam pro equitando de samito, vel de aliquo panno aureo, vel serico, nisi tantum de panno laneo vel jamellecto absque omni Infrixatura.* Vide *Frisum*.

\* **INFRONITUS**. Vide infra *Infrunitus*.

† **INFRONTARE**, Terminari, Gall. *Aboutir*. Charta ann. 855. Marceæ Hisp. col. 789: *Vinea... qui (sic) Infronit in strata et in castro Tarraça.* Alia ann. 876. ibid. col. 798: *Quia Infronit ipse Palaciolus cum ipsas terras... de una parte in rio quem nuncupant Ferrario, de alia parte in terra de Ansericho inlateral, de tertio latus per summitate de ipso poio Infronit in Kero Dandriso... de quarto vero latus Infronit in terra de Castellano Abbate.* Vide *Affrontare*.

**INFRONTARE SESE**, Opponere sese, quasi frontem fronti opponere. Isidorus Pacensis in Chron. æra 769: *Tunc Abdiramam suprafatum Eudonem Ducem insequens, dum Turocensem Ecclesiam, palatia diruendo, et Ecclesias ustulando deprædari desiderat, cum Consule Francie interioris Austriæ nomine Carolum, virum ab ineunte ætate belligerum, et rei militaris expertum, ab Eudone præmonitum sese Infronit, ubi dum pæne per 7. dies utriusque de pugna conflictu excruciant, sese postremo in aciem parant, etc.*

INFRONTATIONES, Fines, limites. Charta S. Willelmi Comititis et Monachi Gellonensis, apud Mabillonium tom. 5. SS. Benedict. pag. 89: *Habent vero has collaterationes et Infronationes ab Oriente, etc.*

**INFRONTATUS**, Impudens, absque fronte, infrunitus. Concil. Ticinense sub Benedicto VIII. PP. in Præfat: *Filios libertant, licet non possint, filiis congerones Infrontati omnia congerunt.* Epistola Leonis Episc. Vercellensis: *Qui peccata populi manducant, et qui eleemosynas rendunt, et Infrontati ab Ecclesia thesaurum Ecclesie tollunt. Enfruns dixerunt nostri, quasi Infrontes, aut Infrunitos.* Le Reclus de Moliens in suo *Miserere*:

Dieu par le Prophete disant,  
Contre les Enfruns panetiers, etc.

Guillelmus Guiartus in Historia Francica MS.:

Phelippe reuge ses batailles,  
De courtoise gens et d'Enfrune,  
Son conducteur en a chascune.

Idem ann. 1270:

De gens courtoises et d'Enfruns.

**INFRONTATE**, Impudenter. Fulgentius: *Catillare est per alienas domos Infrontate gyrare.*

**INFRONTUOSUS**, ut *Infrontatus*. Rolandinus Patav. de factis in Marchia Tarvisina lib. 10. cap. 16: *Et reversus Rudigium vultu Infrontuoso, non aliter quam coluber tortuosus et falsus, diem expectabat et horam qua suas posset insidias perpetrare.*

**INFRUCTIFER**, Qui non fert fructus. Non semel legitur in Chartis *Arbores fructiferæ et Infructiferæ, etc.*

**INFRUCTUARE**, Fructus, seu grana in terram mittere. *Enfruitur*, in Consuetudinibus municipalibus de Vallançay et de *Vastan* in Biturigibus, et Blesensi art. 130.

\* Nostris *Enfructur* et *Enfruitter*. Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 37: *Jacoit ce que le suppliant et les autres desus nommez... eussent icelle piece de terre Enfructuée et semée en blé, etc.* Aliæ ann. 1473. in Reg. 197. ch. 401: *Laquelle piece de terre estoit Enfruittee partie de froment.*

**INFRUCTUS**, Ususfructus. Charta Officialis Remensis ann. 1238. in Tabulario Compendii: *Facientes prædictos Abbatem et Conventum veros possessores de omnibus præmissis, solo Infructu sibi retento.* [\* In alia eadem de re Charta ibid. legitur, *Usufructu.*]

\*\* **INFRUNALIS**, ut *Infrunitus*, in Ademar. Histor. lib. 3. cap. 48. apud Pertzum Script. tom. 4. pag. 137. lin. 51.

**INFRUNITAS**, Dementia. Translatio S. Guthlaci, tom. 2. April. pag. 56: *Ut ex cerebri læsione discretionis absurditatem et Infrunitatis maculam per intervalla pateretur.* Vox *Infrunitus* non semel occurrit apud Senecam et alios recentiores pro *Imprudens*, *fatuus*, *insipientis*.

\* **INFRUNITUS** et *Infrunitus*, *Foul*, *indiscret*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Aliud ann. 1348. ex Cod. 4120: *Infrunitus, id est, indoctus.* Cujus vocis sicut non una est notio, ita et Gallica *Enfruns*, quæ ab ea derivatur, vario occurrit significatu. Audacis animi virum indicat apud Guiartum laudatum supra in voce *Infrontatus*; Auri vel escæ cupidum aliquando notat. Le Roman du Riche homme et du Ladre MS.:

Li rices hom en est bien loins,  
Qui en enfer detort ses pois,  
Pour ce qu'il ne fu mie humains,  
Mais fu Enfruns d'averes mains.

Infra:

Pour ce qu'il fu Enfruns et glous.

Fabula de Lupo et Ansero tom. 1. Fabul. pag. 88:

Ce nous dist li lous lozengier  
Dehait chanter devant meangier,  
Encore en tiennent la coustume  
Du leu tuit li vilain Enfrun.

Adversarium, inimicum designat in Chron. Franc. MS.:

En l'an mil iij. et quatre vings et ung,  
Ne furent pas d'acort le roy et le commun  
Pour l'imposition qui desplut à plus d'un;  
L'enney s'en mesla, qui au bons eat Enfrun.

\* **INFRUTECTUS**, Qui non fert fructus. Chartul. S. Vict. Massil.: *Et ipsi dederunt de bona voluntate ipsas vineas, cum terra et arboribus fructectis seu Infructectis.*

\* **INFUBILITUS**. Idem Chartul.: *Sicut aqua vergit usque in fontem Romania et usque in balma Infubilita.* Forte, quæ immediate subtus est.

† **INFUGATE**, Absque fuco, in Instrumento tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 146.

\* **INFUCATUS**, Sincerus, sine fuco. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 89. pag. 250: *Et si gestus exterior fidem promerit, de ejus adventu veris ac Infucatis gaudiis exultavit.*

**INFUGARE**, In fugam agere, conjicere. Joan. Biclariensis: *Claudius Dux vix cum 300. viris 60. millia ferme Francorum noscitur Infugasse.* Leges Canuti Regis Angl. cap. 32. (in Sax. est 12.): *Qui forisbannitum paverit, vel ei firmationem aliquam exhibuerit, emendet Regi 5. lib. nisi se adlegit quod Infugatum eum nesciebat.* Capitul. Radelchisi Principis Beneventani, editum a Camillo Peregrino in Hist. Langob. cap. 16. de Servis fugacibus: *Si suspicio fuerit, ut post sacramentum pacis direxerimus eos quocumque, vel Infugaverimus, et quæstii fuerint, cui hoc crimen imminetur, de his si non fuerit ausus satisfacere, reddat eos.* Vide Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 80.

**INFULA**, Casula, planeta, vestis sacerdotalis. Hugo a S. Victore in Speculo Eccl. lib. 1. cap. 6: *Casula, quæ alio nomine planeta, vel Infula dicitur: ubi perperam editum Infusa.* [Statuta Ecclesiarum Cadurc. Ruthen. et Tutel. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 716: *Infula seu casula quæ alias vestes cooperit caritatem significat, quæ virtutes continet in se omnes.* Inventar. Eccl. Noviom. ann. 1419: *Item una alia Infula nigra de sargia foderata de tela viridi.*] Necrolog. Eccl. Parisiensis: *Item legavit ad opus dictæ Capellaniz unum calicem, intus et exterius deauratum, unum Missale ad usum Ecclesie Paris. et duas Infulas, cum alba et amictio.* 8. Id. Junii: *Eodem die obiit B. M. Reginaldus Episcopus Parisiensis, oriundus de Corbolio diocesis Parisiensis, qui dedit nobis Infulam, dalmaticam, tunicam, albas radiatas, et unum bavdequinum, de quo facta cappa serica.* 4. Kl. Octob.: *Contulit etiam ad ejusmodi Capellaniam Missale 1. calicem 1. argenteum, et 1. Psalterium, et albam paratam, et aliam sine paratura, Infulam unam, et 3. mapas ad cooperiendum altare.* Necrologium Eccl. Carnotensis 8. Kl. Maii de Alberto Canonico: *Xeno-*

*dochio hujus Ecclesie totam capellam suam excepta Infula contulit.* Charta ann. 1247. in Hist. S. Mariæ Suession. pag. 456: *Et Presbyter Canonicus indutus Infula ad preces Thesaurariz scriinium reliquiarum... portabit.* Statuta synodalia Alberici Episcopi Piacentini ann. 1298: *Nullus Presbyter seu Rector Ecclesiarum civitatis... debeat portare Infulas sub biretis.*

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Infula, chasuble.* Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg.: *Item unum aliud fronterium... cum casula seu Infula, etc.* Aliud Gall.: *Item un autre frontier... avecques la chasuble.* Hinc

\* **INFULARE**, Casulam induere, in Cærem. vet. MS. eccl. Carnot.: *Ad missam Infulantur diaconus et subdiaconus nigris infulis.*

† In Statut. Alber. *Infulas* intelligo *Fascias* ad tegendum caput vel ornamdum: qua notione vocem *Infula* usurparunt Latini. Qualis autem fuerit antiquorum *Infula* docet Servius in librum 10. Æneid. Virgillii: *Infula*, inquit, *Fasciæ in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent: quæ plerumque lata est, plerumque tortilis ex albo et cocco.* Gloss. Lat. Græc.: *Infulæ, Στέφανον.* Aliæ Gr. Lat.: *Στέφανον, Infula, offula, mitra.* Glossulæ MSS. Cluniac. tom. 2. Operum posthum. Mabillonii pag. 23: *Infula generaliter omnis vestis sacerdotalis dicitur; proprie tamen Infulæ dicuntur vittæ, quibus caput ornatur.* Synodus Pergam. ann. 1311. apud Murator. tom. 9. col. 547: *Tonsuram et habitum deferant clericales ordini suo et statui competentes... Infulam de seta sine serico more laicali minime deferentes.* Statuta Ecclesiarum Cadurc. Ruthen. et Tutel. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 727: *Clerici vero... et etiam Religiosi, si vestes hujusmodi sæculares præter necessitatem detulerint, Infulam seu pileum publice de die in capite, Beneficiati a perceptione fructuum beneficiorum suorum per annum sunt suspensi.* [\*\* Vide Guden. cod. diplomat. tom. 1. pag. 354. not. i.]

\* Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. PP. VIII.: *Invenerunt capsam quandam marmoream, marmoreo lapide copertam et implubatam, et unum corpus cujusdam mulieris involutum cum quadam odorifera mixtura seu Infula aurea in capite.*

\*\* **INFULATI** dicebantur apud Germanos principes imperii ecclesiastici a pontifice Romano confirmati. Vide Pfeffing. ad Vitriar. lib. 1. tit. 6. not. B.

† **INFULÆ ECCLESIASTICÆ**. Translatio SS. Sebastiani et Gregorii, sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 396: *Religiosa Monachorum concio ecclesiasticis Infulis redimita stabat prospectans, unanimi devotione universalibus officis animata, ut protectori ac patrono perenniter habituro congrua suscipiendi ferret obsequia.*

\*\* **INFULÆ IMPERIALES**, Corona imperialis. Occurrit passim. Corona imperiali *Infulari*, in Litt. Ludov. Bavar. ann. 1327. apud Bœhmer. Font. Res. German. tom. 1. pag. 199.

\* **INFULA PREFECTURÆ**, Pileus, quo præfectus Romanus dignitate investiebatur. Cærem. Roman. MS. fol. 35. vº: *Imponit (Pontifex) genuflexo (præfecto) Infulam sive birretum præfecturæ dicens: Accipe insignè præfecturæ præminentiz, quod per nos capiti tuo imponitur.*

\* **INFULÆ RECTORIALES**, Ornamenta quæ ad Rectoris dignitatem pertinent. Stat. Universit. Aquens. ann. 1483. pag. 21 : *Quod dictus electus (rector) teneatur ire receptum, cum magno festo tympanorum sive aliorum instrumentorum, Infulas rectoriales in ecclesia S. Salvatoris, secunda die Pentecostes.*

\* **INFULA**, pro Quovis pileo, Gall. *Bonnet*. Stat. pro comit. Venais. confirmata ann. 1448. cap. 79. ex Cod. reg. 4660. A : *Unaqueque persona Christiana vel Judæa, quæ honorum vellet facere cessionem, nec caputium in capite nec Infulam retineat.*

† **INFULARE**, Infulis ornare. Gloss. Isid. : *Infulat, Propitiat*. Grævius scribendum credit *Infulis ornatus*. Suetonius in Caligula cap. 27 : *Cunctantem pueris tradidit verbenatum Infulatiumque. Infulata domus Sacerdotum*, apud Prudentium in Hymno 4. Martyrum Cæsaraug. *Cum Infulatus ad altare staret Archiepiscopus*, in Histor. MS. Monasterii Becensis pag. 187.

\* **INFULGARE**. [Idem ac infercio, in-gero, inculco. Suet. Tib. 53. Mori inedia destinanti, per vim ore ducto, *Infulciri* cibum jussit. Frontin. 3. Strateg. 13. n. 4.]

† **INFULLONICATUS**, ἄκναφος. Gloss. Cyrilli et Lat. Gr. Sangerman. Rudis, impolitus.

1. **INFUNDERE**, Fodere, Gall. *Fouir, creuser*. Charta ann. 1299. ex Chartul. S. Maglor. ch. 228 : *Et postea debent (molarii) reimplere suis sumptibus et expensis propriis omnes foveas quas facient, et ubi trahent et Infundent.*

2. **INFUNDERE**, Fundere, Gall. *Jetter en fonte*. Charta ann. 1800. ex Cod. reg. 9822. 2. fol. 173. r. : *Dicti fratres fuerunt iusticiarii, pro eo quod falsum metallum Infundebant, et inde falsam monetam cudebant.*

† **INFUNDITUS**. Vide *Infusio*.

**INFURCARE**, In furcam agere, suspendere. Gloss. MSS. : *Infurcare, suspendere*. Rodericus Toletan. in Hist. Arabum cap. 25 : *In ripa fluminis 300. et amplius Infurcavit.*

**INFURIARE**, In furorem efferare, Gall. *Mettre en fureur*. Joannis Troester Epistola apud Duellium lib. 1. Miscell. pag. 236 : *Quis Minotaurum occidere studuit, Herculeum magnum Infuriavit, bonum illum Uriam in acie standum occidendumque instituit?*

† **INFURIOSUS**, Furiosus. Vide *Inamorosus*.

**INFURNARE**, In furnum mittere, vel in furno coquere, Joanni de Janua ; *Enfourner*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Vide *Informare* et *Furnare*. [\*Stat. Massil. cap. 41 : *Quod postquam universum panem illius coctæ Infurnaverint, non recedant a furno.*]

† **INFUSA**. Vide *Infula*.

**INFUSARE**, Fuso involvere. Jo. de Janua ; *Enfuserer*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

\* **INFUSELATUS**, Fusis instructus, Gall. *Fuselé*. Guido de Vigev. Ms. de Modo expugn. T. S. cap. 12 : *Una ex istis duabus rotis carri debet esse Infuselata et alia debet esse indentata deversus carrum.*

**INFUSIDIARIUM**. Joannes Laudensis in Vita Petri Damiani num. 42 : *Audivi eundem videlicet totidem aliquando diebus nullo refecisse cibo, nisi parco leguminis Infusidario*. [Mabillon. sæc. 6. Benedict. part. 2. pag. 262. suspiciat legendum *leguminis infusi diario*.] Id est, ut ipse Damianus loquitur Opusc. 15.

*radicibus, et leguminibus Infusis, vel etiam elicis.*

\* **Nostris, Enfondu**, pro Madefactus, aqua perfusus, vulgo *Mouillé, trempé*. Lit. remiss. ann. 1478. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 359 : *Icelle Gernesote pour se évader de leur voye se mist en une mare, où il y avoit beaucoup d'eau, ilz allumèrent du feu pour lui seicher ses habillemens, qui estoient tous Enfondus d'eau*. Pro famulo coquinario, forte qui aquam coquinæ ministrabat, in Testam. Joannæ reg. Franc. ann. 1829. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1378 : *A l'Enfondu de la cuisine, xl. livres Tournois.*

**INFUSIO**, vel *Infustus*, vel *Infunditus*, Equorum morbus, qui accidit ex potatione superflua, vel ex immoderato labore. Vide Jordanum Risum Calabrum MS. lib. 2. de Medicaminibus equorum, et Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 19.

**INFUSORIUM**. Will. Brito in Vocabul. MS. : *Infusoria dicebantur vasa, quibus oleum lucernis infundebatur*. Brevis loq. : *Infusorium, vas, in quo est oleum, quod ponitur in lucernis. Item Infusorium dicitur, per quod projicitur ablutio calicis*. Ita etiam Auctor Mamotrecti ad Zachar. cap. 4. v. 2 : *Et septem Infusoria lucernis, ubi Gr. καὶ ἐπὶ ἐκαστοῦ τῶν λυχνῶν*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Infusorium, Vaisseau à huile pour mettre es lampes ou piscine d'auel*. Adde Johannem de Janua in *Suffusorium*.]

\* **INFUSTIS** et hoc **INFUSTE**, Posito in honore. Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **INFUSTITUS**. Vide *Infusio*.

† **INFUSUS EQUUS**. Vide *Suffosor*.

**INGADIARE**, Pignori dare, Gall. *Engager*. Epistola ann. 1188. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 391 : *Ne quislibet de prælibatis rebus distrahere præsumat, aut Ingadiare, seu quolibet ingenio alienare. Vide Vadium.*

\* **INGAGIARE**, ut *Ingadiare*, Pignori dare, Gall. *Engager*. Charta ann. 1274. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 71. v. : *Obligaverunt et etiam Ingagiaverunt coram nobis in manu dicti reverendi patris domini feudi... omnes res et singulas supradictas. Vide in Vadium.*

† **INGAM**, INGANNUM. Vides *Ingenium* 1.

\* **INGANCTA**, Sagittæ species. Stat. senescal. Bellic. ann. 1320. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 162 : *Quicumque portaverit... arcum sagittis dictis musquetis vel Inganctis, etc.* Vide mox *Inganola*.

\* **INGANNARE**, Decipere, fallere, vox Italica. Pactum ann. 1132. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 463 : *Et plivio tibi per meam fidem quod de prædicta convenientia et dono non Ingannem te unquam*. Vide in *Ingenium* 1.

\* **INGANOLA**, Armorum genus, quod inter arma vetita recensetur in Stat. Vallis-Ser. rubr. 44. ex Cod. reg. 4619. fol. 88. r. Vide supra *Ingancta*.

† **INGARDIATOR**, ut *Gardiator*, Custos, Gall. *Garde, Gardien*. Litteræ ann. 1553. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 305 : *Unum quoque vel plures de servientibus armorum, aut aliis Ingardiatoribus eorumdem, specialem seu speciales eorum sumptibus deputent.*

† **INGARRULA**, f. Pica, quæ garrula et loquax dici solet. Libellus de remediis peccatorum apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 22 : *Pœnitentia dibentis quod intinxcrit aquila, vel Ingarrula, vel Gal-*

*lina, vel (f. VII.) dies et noctes in pane et aqua.*

\* **INGAYNARE**, INGUAYNARE, Inserere, Gall. *Engainer, enclaver*. Stat. ann. 1857. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 197. col. 2 : *Dimittatur janua ibidem a parte bocariæ cum forti barra, quæ Inguaynetur in muro faciendo*. Comput. ann. 1362. ibid. pag. 260. col. 1 : *Qui fecerunt foramina, in quibus Ingaynantur vetti portaliu S. Anthonii et Carmelitarum.*

\* **INGAZARE**, Oppignerare, Gall. *Engager*. Stat. Vallis-Ser. cap. 92. ex Cod. reg. 4619. fol. 124. r. : *Non sit aliqua persona, quæ audeat, incidere, aliqua ligna in nemoribus, vetitis et Ingazatis et Ingazandis*. Vide supra *Gazium*.

† **INGAZIARE**, Pignerare. Vide *Inguaziatio*.

† **INGEGNERIUS**. Vide *Ingenium* 2.

\* **INGEGNERUS**, Ital. *Ingegnere*, Machinarum bellicarum confector, vel qui iis præest in bellis, Gall. *Ingegnier*. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 29 : *Dictæ naves in bello marino sunt prælibatis contra hostes tuos, prout facile in designo cernitur ab asuetis Ingegnieris marinis expertisque*. Vide in *Ingenium* 2.

† **INGEMAS**. Agnellus in Vita S. Martini cap. 1. apud Murator. tom. 2. pag. 182. col. 1 : *Omnes suburbanæ civitates veniebant, omnia docaria et subtegulata et omnia ligna abiegna et quæ necessaria erant, Ravennenses cives volentes in angaria cum finibus et Ingemas cetera. An restituendum cum finibus et Ingeniis ceteris? Vide *Ingenium* 2.*

† **INGEMOSITAS**. Janssonius in Auctario Glossarum Isidori : *Indolentia, Ingemositas*.

\* **Nostris Engigneusement**, id est, cum gemitu. Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 250 : *Il (Gondoalt) devoit Engigneusement que bien li souvenoit des vileries que son peres li avoit faites.*

† **INGENIARE**. Vide *Ingenium* 1. et 2.

† **INGENIARIUS**, INGENIATOR. Vide *Ingenium* 2.

\* **INGENIARIUS**, ut supra *Ingegnerus*, in Charta Phil. Pulc. ann. 1297. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 40. r. col. 2. Annal. Estens. ad ann. 1395. apud Murator. tom. 48. Script. Ital. col. 920 : *Transmissus fuit magister Bertholinus Ingeniarius domini marchionis, etc.*

\* [« *Provido viro Bivelacque Joannis de Sancto Severino Ingeniario domini nostri pape florenos 20.* » (Mandat. Camer. Apostol. Arch. Vatic. an. 1426-1430. f. 19.)]

**INGENICULARI**, Genua flectere, Britoni in Vocabul. Utitur Vitruvius lib. 9. cap. 6. Vide *Geniculum*.

☞ *Ingeniculare* dixerunt Hyginus Astronom. lib. 2. cap. 6. et Lampridius in *Heliogabalo*.

**INGENICULATIO**, Oratio cum genuflexione emissa. Adamnanus lib. 3. de Locis SS. cap. 4 : *Et egressus foras, Ingenculatione expleta, etc.*

† **INGENICULANS**, *Genua flectens*. Joh. de Janua. Gl. Lat. Gall. Sangerman. : *Ingenicularis, Agenoilleur*.

† **INGENIOLUM**. Vide *Ingenium* 2.

† **INGENIOSE**. Vide *Ingenium* 1.

† **INGENIOSITAS**, INGENIOSUS. Vide *Ingenium* 2.

† **INGENITURA**, Sterilitas. Vita S. Vitalis Abb. tom. 2. Martii pag. 31 : *Qui dum suorum magis verborum dulcedine*



quam escarum abundantia plenus esset, Ingenituras et sterilitatem suam eidem patri referens, indicavit.

¶ 1. **INGENITUS**, Prostratus. Vita S. Savini tom. 3. Julii pag. 197: *Ingeniti exempto terræ, Dominum deprecabantur dicentes, etc.*

2. **INGENITUS**, dictus quidam Burchardus, ut habet Canisius tom. 5. Antiq. lection. pag. 786. quod ex utero matris excisus, et arvinæ porci, ubi incutesceret, inclusus fuisset.

\*\* **INGENITUS** Deus dicitur apud S. Arnobium lib. 1. cap. 17. et passim. S. Aldhelm. de laud. Bugge vers. 83:

Nunc clara Ingenito dicitur gloria patri.

¶ 3. **INGENITUS**, mendose pro *Ingenius*, in Charta Phil. Aug. ann. 1184. ex Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 12. v. col. 2.

1. **INGENIUM**, Ars, machinatio, fraus. Joan. de Janua: *Ingenium... astutia, calliditas*. Tertullianus adversus Gnosticos: *O parricidium Ingenium! o sceleris artificium! o argumentum crudelitatis!* Lex 6. Cod. Th. de Curiosis (6, 29.): *Callida machinamenta cœnantium, ac simulata observationis Ingenia et fraudes depellant*. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 20: *Jurant... se omnia... absque ullo dolo vel fraudis Ingenio inviolabiliter servaturos*. Utuntur Gregorius Mag. lib. 5. Epist. 31. lib. 10. Epist. 28. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 22. Theganus cap. 13. Lex Wisigoth. lib. 3. tit. 6. § 2. Lex Longob. lib. 1. tit. 32. § 4. [\*\* Liutpr. 65. (6, 12.)] Capit. Caroli M. lib. 2. cap. 31. lib. 7. cap. 214. Anastasius in Leone IV. Hincmarus Laudun. pag. 352. etc. Vide *Genium*.

¶ Charta Simon. comit. Pontiv. ann. 1230. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 19. r.º: *Firmaverunt quod... nec artem aut Ingenium quaerent, ut ecclesia prædicta per se vel per alios super hoc inposterum molestetur*.

**MALUM INGENIUM**, Eadem notione, nostris, *Mal-engin*. Lex Salica tit. 36. § 4: *Si quis per malum Ingenium in curiam alterius miserit aliquid, quod furatum est, etc.* Capitula ad eandem Legem cap. 1. § 4. et Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 27: *Si quis hominem in judicio injuste contra alium altercantem adjuvare per malum Ingenium præsumperit, etc.* Interrogationes ad Confessionem dandam MSS.: *Interroges ei, si ipse habeat aliquid adquisitum de malo Ingenio, aut de furto, aut de aliqua injusta causa*. Hinc formula familiaris, *bona fide, sine fraude et malo Ingenio*, apud Will. Tyr. lib. 11. cap. 6. 10. 21. lib. 17. cap. 30. lib. 19. cap. 16. lib. 21. cap. 18. et alios.

**INGENIOSE**, Per fraudem. [Capitula Pippini, Regis Ital. ann. 703. cap. 23: *Placuit nobis ut liberi homines, qui non propter paupertatem, sed ob vitandam reipublicæ utilitatem, fraudulentem ac Ingeniose res suas Ecclesiis delegant*. Quæ quidem lucem non modicam præbent legi 29. Rotharis apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 139: *Videtur nobis ut quicumque liber homo Ingeniose in servitium alicujus se tradiderit*. Ubi notam prorsus extra viam subjicit Cl. Scriptor; nihil enim a Cangii mente videtur magis alienum, quam quod illum dixisse ibi adnotatur: rem fatebitur quisquis viri doctissimi observationes ad vocem *Obnoxiatio* legerit attentius.] Chronicon S. Vincentii de Vulturno: *Reclamavi, quod de ipsa cella... per pravos et iniquos homines subdole et Ingeniose... res sub-*

*tractas esse de Monasterio, etc.* Tabular. S. Cyrici Nivern. Ch. 53: *Si quis contra hunc donationem aliquid Ingeniose insurgere conaverit, etc.* [Acta Episc. Cenoman. cap. 26. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 288: *Denique is (Rotgarius) cum nostram irruisset civitatem, et eam Ingeniose, quibusdam fraudulenter consentientibus, fuisset Ingressus cum suis.*]

**ENGANNUM**, Idem quod *Ingenium*, Hispanis. *Engano*, Gallis, *Engin*. Occitanis, *Engana*, fallere. Charta Idefonsi Regis Arag. apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 6. cap. 5. n. 4: *Ego Rex convenio vobis Dominæ Mariæ... totum prædictum honorem tenere et habere, et expletare secure et in pace, sine vestro Engan, sicut superius scriptum est*. Alia ejusdem Regis lib. 6. cap. 9. n. 3: *Quod vobis valeam et adjuvem vos... bona fide et sine Enganno*. Vide lib. 6. cap. 1. n. 2. cap. 31. n. 2. [Instrum. ann. 1096. ex Archivis S. Victoris Massil.: *Ego cum Abbate Richardo jam partitus fueram sine ullo Engein et sine ullo usage.*] Galli dicunt, *Sans fraude et malengin*.

**ENGANNARE**, Gall. *Enganer*, Decipere, Hispanis, *Enganar*. Pactum nuptiale inter Raymundum filium Raymundi Comitum Tolosani et Reginae Johannæ, et Sanciam filiam Petri Reg. Aragon. Octob. 1205: *Et ipsum in Dei fide et mea recipio, quod eum non decipiam, vel Engannem, etc.* Le Doctrinal:

Que plus i ariez mis, plus seriez Enganez.

Li Lusidares:

Ni a pas son pere trouvé,  
Mult par se tient à Enganné,  
A ses Barons en a parlé, etc.

Crebrius dicunt *Engigner*. Le Roman de Garin:

Ne lor Segnor ne voutrent obeir,  
S'il ne le puent Engigner, è traïr.

Alibi:

Més d'une chose estes vos Enginez.

¶ **INGANNUM**, **INGANUM**, ut *Engannum*. *Ingam*, in Charta Aymerici Vicecom. Narbon. ann. 1014. apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Occitan. MSS. pag. 516. *Ingan*, in Charta 4. armarii Narbon. ex Archivo S. Victoris Massil. Charta anni 1103. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feudorum pag. 729: *Istas omnes superscriptas donationes dono vobis ego Willelmus (Montispessul.) sine vestro Inganno, ad meum servitium*. Testam. Rogerii Vicecomitis Biterr. ann. 1150. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 411: *Absque omni Inganno eis dono et autoriso*. Pactum matrimonii ann. 1207. ibid. col. 807: *Bona fide et sine malo Inganno istas pactiones prædictas tenebunt*. Rursum occurrit apud eundem Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1091. in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 148. col. 2. etc. *Ingannum* vero tom. 1. Anecd. col. 251: *Per rectam fidem sine Inganno*.

**INGENTARE**, Per ingenium ac artem quidpiam excogitare. Constantinus African. lib. 3. de Morbor. curat. cap. 14: *Causam morbi Ingeniense auferre, etc.* [Chron. Januense Jacobi de Voragine apud Murator. tom. 9. col. 36: *Cum vero in tribuna imago pulcherrima Christi ab antiquo depicta esset, dolentes, si talis imago deberet destrui, taliter sunt Ingeniati, quod, etc.*] Hinc emendandus, ni fallor, Frotharius Tullensis Epist. 20: *Interfecti in vestris forestibus lupos 211. Interfeci, dico, quia me jubente et Inge-*

*nuante capti fuerunt*. Legendum enim puto *Ingeniante*.

¶ **INGENIARI**, Johanni de Janua, *Ingenium exercere, ingeniose se habere; et ponitur pro decipere, et tunc est transitivum*. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Ingeniari, Exercer engin ou engieuer*.

¶ **INGENIOSITAS**, Eadem de Janua: *Astutia, calliditas, prudentia, subtilitas*. Expugnatio Constantinopolis apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 790: *Sangambassa pontem mira Ingeniositate fabricari fecit, id est, miro artificio; qua notione vox Ingeniositas affinis est voci Ingenium subseq.*

2. **INGENIUM**, Machina bellica, ingenio et arte adinventâ, constructa. Tertullianus de Pallio cap. 1: *Nam et arietem... nemini unquam adhuc libratum illa dicitur Carthago, studiis asperrima belli, prima omnium armasse in oscillum penduli impetus debile pecoris caput vindicantis. Cum tamen ultimarent tempora patriæ et aries jam Romanus in muros suos quondam auderet: stupere illico Carthaginenses ut novum extraneum Ingenium. Ita arietem argumentosum Ingenium vocat Miscella lib. 17. pag. 489. ubi Theopanes pag. 318. τὸ τεχνουργημα. Tudebodus lib. 5. pag. 811: *Atque eum acceptum ligatis manibus et pedibus posuerunt in fundum cujusdam Ingenii, quod Perrea vocatur, etc.* [Joinville Hist. S. Ludovici Edit. D. Cangii pag. 39. et 40: *Un soir advint que les Turcs amenèrent ung Engin, qu'ils appelloient la Perriere, ung terrible Engin à malfaire... par lequel Engin ils nous gettoient le feu gregois à planté... Quoy voiant les Sarazins, ils attirèrent tous leurs Engins, dont ils en avoient seize, et les couplerent en façon que tous tiroient à nostre chastel*. Instrum. ann. 1322. apud Rymer. tom. 3. pag. 939: *Et quedam Ingenua ad projiciendum petras grossas super castrum prædictum*.] Albertus Aqu. lib. 1. cap. 30: *Et applicitis Ingeniis, duobus in locis muros perforant*. Adde lib. 2. cap. 28. lib. 4. cap. 35. lib. 5. cap. 30. Gauterius Cantellar. de Bellis Antioch. pag. 446: *Ingenia, quibus Sardonas capi posset, studiose præparabant*. Epist. Balduini Comitum Flandr. de Expugnatione Constantinopolitana: *Duxitque fossatum, ne muris applicare possent Ingenua*. Will. Brito lib. 7. Philipp.:*

.... Ingeniorum

Cura quibus, pontemque data est a Rege tuendi.

Rigordus ann. 1190: *Petrariis suis et mangenellis, et aliis Ingeniis tantum fregerat de muris civitatis, etc.* Philippus Mouskes:

Sour quatre ruées fist Engiens,  
Et de cloies et de merriens,  
As pons torneis, et castiaus,  
Et tumeriaus et trebukes, etc.

Chron. Petri IV. Regis Aragon. lib. 3. cap. 23: *Et faen fer Ginyx en Valencia... per combatre*. Utuntur præterea Erchempertus cap. 10. Nangius in Chron. ann. 1196. Levoldus Northovius in Chr. Markano ann. 1278. Thwroczius pag. 16. 23. 72. 97. 153. Bromptonus, et alii.

¶ **INGENIOLUM**, Parvum *Ingenium*, *Petit Engin*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Chronicon Cornelii Zantstet apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 387: *At oppidani (Trajectenses) nova practica comperta, molas alias super decursum Mosæ fabricari fecerunt, cum catenis ferreis illas colligantes, per quod Ingeniolum frustrati sunt conatus Leodienisium, nec unquam oppidanis defect farina.*

† **INGENIARE URBEM**, Machinis bellicis oppugnare. Gasparis Barthii Glosar. ex Anonymi Histor. Palæst.: *Igitur si vobis bonum et honestum videtur, eligat se ante alios unus ex vobis, ut si aliquo modo vel ingenio civitatem acquirere vel Ingeniare potuerit, vel per se vel per alios conceda voce, ei urbem dono concedamus.*

**INGENIOSI**, Machinarum bellicarum confectores, vel qui iis præsumt in bellis, quos vulgo *Ingenieurs* dicimus. Plinius Junior lib. 10. Epist. 40: *Architecti tibi deesse non possunt. Nulla provincia est, quæ non peritos et Ingeniosos homines habeat.* Albertinus Mussatus lib. 4. pag. 21: *Cum balistarum tormentorumque omnis generis apparatus Ingeniosos ad castris oppugnationem sero perordinat.* [Chron. Pisanum apud Murator. tom. 6. col. 102: *Compositio autem ab Ingeniosis Pisanorum artificibus manganis, gattis, atque ligneis castellis urbem fortiter expugnabant; et cum his machinis urbis mania et manium turres potentissime rumpebant.*] Qui igitur *ingenius*, seu machinis bellicis præerant, *Ingeniarii* dicebantur. Philippus Mouskes in Ludovico VIII:

Quant li boins mestres Amauris,  
Le Sire des Engignours,  
Commandere des Minours,  
Et larges en mainte maniere,  
Si vaillans kil portoit hanriere,  
S'en fust aïés droit as engiens,  
Et faisoit la douler (lat. *dolare*) mairiens.

Infra:

Qnar mestre Amauri adreça,  
L'Engignor, le vaillant ome, etc.

Guillelmus Gtariart ann. 1206:

Li Engigneur engins dreçant.

Alibi:

Engigneur engins chapuisent.

Le Roman de Garin MS.:

Li Enguignierres qui ont l'engin basti.

Vide Ottonem Morenam pag. 55. et ibi Notas Felicis Osii pag. 84.

† **INGENIATOR**, Eadem notione. Computus ann. 1386. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 284: *Item pro expensis magistri Bucherii Ingeniatoris apud Balmam, et eundo versus Morasium II. s. VII. den. gr.* Codex MS. D. Faure apud Stephanot. tom. 1. Fragm. Hist.: *Erat etiam ibi Ingeniator Regis, qui fecerat plura ingenia.* Vide *Ingeniator*.

† **INGENIATORES**, *Donum de Ingeniatis*; hoc est, si bene conjicio, de rebus ingenio et arte comparatis. Vide *Donum de avere post Donum 2.*

† **INGENERIUS**, Ital. *Ingegnere*, in Historia Cortusiorum, apud Murator. tom. 12. col. 805.

**INGENIARIUM**, Ugutio: *Arcepellones, qui vulgo dicuntur Ingeniarii.*

† **INGENIUM**, Instrumentum notarii. Bullarium Casin. tom. 2. Const. 90: *Sive per traditiones, sive per chartularum inscriptiones, sive per aliquo legali Ingenio vel tenore.*

† **4. INGENIUM**, Ratio, causa. Leges Luitprandi [84. (6, 31.)] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 67: *Si manifestum fuerit, quod aut iudex, aut sculdais, et salarius aut decanus, ubi ipsi arioli, aut arioles sunt, et eos non condemnaverit, aut præmium tulerit... vel pro qualicumque Ingenio absolverit, integrum quidrisid suum in palatio componat.* [82. Vide *Ingenium 1.*]

5. **INGENIUM**, Rete aut hamus. Quoniam Attachiam. cap. 87. § 2: *Salmunculi non capiantur, nec destruantur per*

*retta aut per alia Ingenia ad stags: a moleninorum, etc.* Vetus Charta in Probât. Hist. Sabaud. pag. 6: *Neque in tota aqua sicut ab exclusa in lacum defluit, Ingenium millat, aut piscem sine Monachorum jussu aut consensu capere audeat.* [Ingenia, quibus pisces capiuntur, Bernardo Mon. in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 6. Ordinatio ann. 1317. tom. 2. Ordinatio. Reg. Franc. pag. 11: *Pour les malicieus Anginz couranz pour panre toute maniere de poissons grans et petits, si que lidit Angin essorbissoient (sic) tous les petits poissons, florins et autres.*] Vide *Saurarium*.

† **6. INGENIUM**, Instrumentum nauticum trahendis navibus accommodum. Miracula MSS. Urbani V. PP: *Trahen-tes agentiam cum uno bono Ingenio perducerunt eam in terram.*

\* **7. INGENIUM**, Res quævis, quæ usui est. Monstræ factæ apud Chassagn. ann. 1511: *Unam balistan fulsitam suo Ingenio, etc.* Pactum ann. 1517: *Quia molenina prædicta et alia Ingenia constructa ad usum et commoditatem ipsius universitatis de S. Remigio, etc.* Comput. S. Petri Insul. ann. 1480. ex Tabul. ejusd. eccl.: *Item Johanni Desbours serratori pro serratione xxxij. pedum ligni ad reficiendum magnum Ingenium ecclesiæ, xxiv. sol. ij. den.* Pro pluribus cordis Ingeniis ecclesiæ servientibus, xx. lib. *Engine*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1476. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1585: *Si failloit abbatre une Engine ou ung arc-boutant, qui estoit appointé contre ledit clochier, etc.*

† **INGENIUS**, f. Charta, Instrumentum. Charta S. Michaelis de Fallio in Comitatu Barchinon.: *Dono cum silvis, garricis... et ortis et aquis sicut superius resonat sive per ulla quasque voces, sive per meos Ingenios.* Vide *Ingenium 3.*

\* **INGENIO**, [Ingenio, gigno. Lucret. 3. 745.]

\* **INGENTER**, Multum, valde, Gall. *Grandement*. Vita S. Samson. tom. 6. Jul. pag. 579. col. 1: *Ille vero Ingenter affirmabat, nunquam se mortem gustaturum, nisi primogenitum suum Samsonem electum Dei videret.*

† **INGENTIA**, Magnitudo, acerbitas. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 97: *Medicus propter qualitatem loci et Ingentiam morbi de ejus vita dubitabat.*

† **INGENTIFICUS**, Ingens, magnus, immanis. Gerardus Maurisius apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 24: *Cum autem inter Paganos quidam tam fortissimus et staturæ Ingentificus cunctos Christianos sic bellando superaret, etc.*

† **INGENTIOR**, Major. *Ingentiori excellentia commendatur*, in Gestis Abbatum S. Germani Autissiod. cap. 19. de Gauthero Abbate.

† **INGENTITUDO**, Grassitudo, amplitudo. *Lapis immensæ Ingentitudinis*, in Trivetti Chronico apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 629.

† **INGENTUS**, pro Ingens. *Ingentis vocibus clamare*, in Præfat. ad Chartul. S. Petri Carnot. cui titulus, *Aganus*.

† **INGENUALIS MANSUS**, Liberum prædium. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 662. col. 1: *Mansi Ingenuales sunt, qui jacent in Ardenna, id est Ostine: in qua terra jacet Alve et Hunlar et Vilantia.* Vide *Ingenui*.

† **INGENUARE**, Manumittere. Vide *Ingenui*.

\* **INGENUATIO**, [Manumissio, affranchissement: « In nomine triplo, simplio,

divino, qui est Pater, Filius et Spiritus sanctus. Magnus quidem est titulus *Ingenuationis* in quo nemo potest malignorum varietates disrumpere. — Hæc scriptura *Ingenuationis* habet plenam et perpetuam firmitatem. (Cart. Conchar. Ruthen. p. 407. ann. 1076, data Pampilonæ. »)]

**INGENUI**, Liberi, quibus opponuntur servi, aut quibus obnoxia conditionis, in lege Salica tit. 37. 43. 44. et alibi passim. Gloss. Lat. Græc.: *Ingenuus*, εὐγενής, ἐλευθερός, ἐπίσχυος. Hi a tributis immunes erant, quod secus erat de servis. Gregorius Turon. lib. 7. cap. 15: *Multos de Francis, qui tempore Childeberti Regis Senioris Ingenui fuerant, publico tributo subegit.* Erchembertus in Hist. Longob. cap. 6:

Liber et Ingenuus sum natus utroque parente,  
Semper ero liber, credo, tuente Deo.

In Capitulari Caroli Mag. pro partibus Saxonie, triplex hominum conditio statuitur, *Nobilium*, seu qui de nobili genere sunt, *Ingenuorum*, et *Litorum*. Unde patet, hoc loco *Ingenuus* pro iis, quos *Liberos* vocabant, usurpari, ut in voce *Liber* observamus: alias *Ingenui* dicti, qui, ex servitute manumissi, libertatem consequabantur. Hinc *ingenuus fieri* dicitur, qui in libertatem assertur, apud Gregorium Turon. lib. 8. cap. 41.

**INGENUITAS**, *Ingenui* status. Charta Carlomanni Regis ann. 881: *Et congruum obsequium sicut homines ingenui, exinde eidem Monasterio exhibebant, ne eorum Ingenuitas vel nobilitas vilescat.* *Ingenua nobilitas*, in Chronico Reicherspergensis ann. 1084.

**INGENUITAS**, Nobilitas, titulus honorarius, concessus Regine Angliæ a Gregorio VII. PP. libro 7. Epistola 26.

**INGENUITAS**, Libertas servo data per manumissionem. Synodus Aurelian. II. can. 9: *Si de servis Ecclesiæ libertos fecerit Episcopus, in Ingenuitate permaneant.* Primum testamentum Widradi Abb. Flaviniaci: *Exceptis ingenuitatibus, quas pro anime nostræ remedio fecimus, aut adhuc facere volumus, etc.* Infra: *Similiter et illas cessiones, quas ad libertos nostros Ghisberte et Gimberto clericos, ad eorum Ingenuitates confirmandas... fecimus, etc.* Flodoardus lib. 2. Hist. Rem. cap. 4: *Familie suæ partem maximam Ingenuitate donavit: aliis verbis Hariulphus lib. 1. cap. 13: Omnes ubique ad se pertinentes libertate propria perdonavit.*

**CHARTA INGENUITATIS**, qua servus in libertatem assertur. *Ingenuitas Chartæ*, pro *Ingenuitatis*, in Capitulari 3. Caroli M. ann. 803. edit. Baluzianæ. [82. Agit ibi imperator de incorrupta integritate chartarum, unde malim accipere *Ingenuitas* pro Veritas, fides.] *Chartula libertatis*, apud Paulum Diaconum Emeritensem in Vita S. Masonæ Episcopi Emerit. cap. 17. Qui enim servo libertatem conferebat, conficiebat chartam, qua ingenuum illum fore in posterum pronuntiabat, ita ut deinceps tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset procreatus, vitam duceret ingenuam, et nemini servitium exhiberet: data præterea facultate, si ita luberet, ad ingenuitatem suam tuendam, defensionem Ecclesiæ vel cuiuscumque alterius personæ, eligendi et expetendi absque ullo libertatis præjudicio. Capitularia Caroli Magni lib. 3. cap. 28: *Si quis per chartam ingenuitatis a domino suo legitimo libertatem est consecutus, liber permaneat.* (Eadem verba habentur in Legibus

Henrici I. Reg. Angl. cap. 89.) et cap. 43 : *Si quis per chartam ingenuus dimissus fuerit, et a quolibet homine ad servitium interpellatus fuerit, etc.* Theodulphus in Parænesi ad Judices v. 205 :

Pars numerosa subest populi, matrum atque virorum, Infantum, juvenum, seu ab utroque simul ; Quos pater et genitrix sub libertatis honore ; Liguere, ex illo libera turba manent, Quorum si chartas vitium, vase ille vetusto, His ego, tu donis mox potiere meis.

Harum *Ingenuitatum* Chartulas, seu Formulas, plures proferunt Marculfus lib. 2. for. 32. 33. 34. Formulæ vett. Bignonii cap. 8. 13. Formulæ secundum Legem Roman. cap. 12. Chartæ Parensales cap. 1. Willelmus Heda in Bernulpho Ultrajectensi Episcopo 20. Beslius in Comitibus Pictav. pag. 471. etc. Ejusmodi etiam est, quam hic damus ex Tabulario sancti Vitoni Viridunensis : *Qui famulum, vel famulam suam a jugo servitutis absolvit, procul dubio mercedem recipiet ab eo, qui dicit : Dimitte, et dimittetur, date, et dabitur vobis. Quapropter ego Hermanteus pro remedio animæ meæ in Dei nomine dimitto ingenuum famulam meam, nomine Hildeburgem, ut hinc deinceps ingenua sit, ingenuaque permaneat, tuitionemque sancti Dei Confessoris Vitoni Viridunensis Ecclesiæ habeat : et annis singulis in festivitate ejusdem sancti Dei Confessoris Vitoni ad allare ipsius unam denariam de cera exsolvat, ejusque mundiburdo defensata, firmissimam in omnibus ac securam obtineat libertatem et ingenuitatem per hanc ingenuitatis chartulam. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ipse ego, aut unus de hæredibus, cohæredibusque meis seu quælibet ulla opposita persona, quæ contra hanc Ingenuitatis chartulam adire, aut eam infringere vel immutare voluerit, cui litem intulerit cogatur exsolvere auri libram unam, argenti pondera v. nullam sustineat ; et insuper, quod repetit, evindicare non valeat. Et ut hæc chartula Ingenuitatis firmiter in omnibus obtineat vigorem, manu propria eam signavi, et qui subscribere vel signare in præseni rogavi, stipulatione subnixâ. Actum sub die Kal. Maii anno VI. regnante Othone Rege, filio Henrici Regis. S. Herment. etc. Sarovardus indignus Cancellarius scripsit et subscripsit. Hisce addo, quæ habet Charta Ludovici Pii. Imp. edita a Petro Chiffletio ex Tabular. Eccles. Bisuntinæ : *Modus autem absolutiois et manumissionis illius talis esse debet : Scribatur libellus perfectæ et absolutæ Ingenuitatis, more, quo hactenus hujusmodi libelli scribi solent, Civem Romanum liberæ potestatis continens, etc.* [\* Vide S. Rosa de Viterbo voce *Carta de Ingenuidade*, Elucidarii tom. 1. pag. 249.]*

INGENUITAS, Prædium liberum, mansus Ingenuilis, in Annalib. Bertinian. Francor. ann. 866. Iidem Annales ann. 777 : *Et secundum morem illorum omnem Ingenuitatem et alodum manibus dulgitum fecerunt, si amplius nutassent secundum malam consuetudinem eorum, nisi, conservassent in omnibus christianitatem, etc.* Charta fundationis Monasterii S. Petri Generensis apud Marcam lib. 3. Hist. Beneharn. cap. 15 : *Dedi enim ob hoc Raimundo Guilhaermi de Benaco 4. suæ electionis equos, et meam locricam, cum Ingenuitate totius Benacensis honoris, qui mihi erat servitialis, etc.* Mox : *Cum Ingenuitate Basi et totius honoris ad eum pertinentis.* Vide *Mansus ingenuilis*.

INGENUA HÆREDITAS, in Concilio Legionensi ann. 1012. can. 9.

¶ INGENUALIS MANSUS. Vide in *Mansus*.

INGENUILIS. [Codex MS. Irminonis Abbat. Sangerman. fol. 72. col. 2 : *Sunt ibi foci inter Ingenuiles et lidiles CXXIII. qui solvunt de spelta modios CXXIII. propter vactam. Solvunt de axiculo inter Ingenuorum et lidorum et servorum mansus VI. (6000) DCCC. de scindulis similiter.*] Vide *Mansus ingenuilis*.

INGENUITAS, Immunitas, securitas. Tabularium Conchensis Abb. in Ruthenis ch. 503. ann. 1180 : *Hanc chartam donationis laudo et confirmo, et quidquid deinceps ab aliquo in terra mea ad ipsam beatæ Fidis salvetatem datum fuerit, ingenue concedo, dans securitatem semper et Ingenuitatem per totam terram meam, etc.*

INGENUARE, Manumittere, Ingenuum facere. Charta Hispanica æræ 1082. apud Antonium de Yopez in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 6 : *Et cum servis istis... foris illo majore, quem Ingenuamus. Capitulum Caroli M. ann. 808 : De his, qui fraudulentè se Ingenuare volunt, etc.* Vide *Ingenuum* 1. [Moretus Antiqu. Navarræ pag. 567 : *Consenserunt omnes Milites mei, ut Ingenuassem omnes illos Monasterios qui sunt in illa terra, ut non habeant super eos potestatem in aliqua servitute nec Comitatus nec potestates.*]

\* INGENUINUS. [Ingenuus : « Ingenuinus, noble. (Lex. Lat. Gal. Bibl. Ebroic. n. 23, XIII. 5. »)]

¶ 1. INGERARE, pro Inaggerere, in Statutis Mediolan. part. 2. cap. 247.

¶ 2. INGERARE, INGERERE, Voces depravatæ ex *Geronticon*, Liber continens *Vitas Patrum*. Vide *Geronticon*.

\* INGERERE SE, Se habere : dicitur de agri parte, qua extenditur. Charta ann. 1259. in Chartul. Buxer. part. 14. ch. 7 : *Nemus dou Boichart... prout se Ingerit a dente rupis de Bues descendendo usque ad vadum de Noa.* Vide *Proportare*.

¶ INGERSARE, Gersa, seu cerussa, infuscare, illinire. Vide *Gersa*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Ingersare, i. infuscare, Embouer, soullier.*

\* INGESSIO, pro Injectio. Libert. villæ de Piceyo ann. 1203. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 604. art. 11 : *Super omni forefacto infra banivum, nullus debet alicujus supponi iudicio, nisi iudicio scabinorum de commiciis (leg. conviciis) et de Ingestionibus manuum violentarum.*

\* INGESTIRE SE, Se ingerere. Synod. Tornac. ann. 1366. in Collect. earumd. pag. 30 : *Excommunicamus omnes, qui se ad tonsuram clericalem, vel ad quemcumque ordinem Ingestiunt, antequam cum eis fuerit dispensatum.*

¶ INGLANDARE, Glandibus alere. Anastasius in S. Hadriano PP. apud Murator. tom. 3. pag. 188. col. 2 : *Sed et porcos qui annue in castilibus septus dictæ domocultæ Ingladati fuerint capita centum, exinde occiduntur.* Vide *Glandis*.

¶ INGLANDULA, Inflatio glandularum gutturis seu tonsillarum. Vita B. Francisci Fabrian. tom. 3. April. pag. 989 : *Patiens tantam inflationem quam Inglandulam vocant.*

¶ INGLARARE, INGLAREARE, Italis, Glarea seu arena subternere. Regimina Paduæ apud Murator. tom. 8. col. 461 : *Hoc anno (1275)... Inglareata fuit via, qua itur Vincentiam.* Memoriale Potestatum Regiens. ejusd. tom. col. 1140 : *Fluvius Rodani sparsit... super stratam*

*Inglaratam.* Et col. 1167 : *Pro strata Inglaranda, qua itur Parmam.*

¶ INGLORIA, ἀδοξία, *Dedecus, ignobilitas*, in Supplemento Antiquarii.

¶ INGLORIATIO, Ead. notione, Dionysio Cartus.

¶ INGLUTUS, *Infirmus*. Papias et Amalthea.

\* INGLUVIES, Morbi genus, tumor gutturis. Mirac. S. Hyacinthi tom. 3. Aug. pag. 349. col. 1 : *Boleslai ducis Poloniæ cancellarius... ex quadam Ingluvie et corporis distemperamento, squinantico morbo percussus, tantam gutturis et faucium passus est inflaturam, etc.* Vide *Martin*. Lexic. ad hanc vocem.

¶ INGOLINUS. Charta ann. circiter 1060. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 187 : *Legavit quoque Comes Guillelmus supradicto sancto (Nicolao Pictav.) in morte sua pedagium quod uxor sua apud Manciacum tenebat, scilicet de Ingolinis, de decem solidis, duodecim denarios ; de Voltrou vero sex den. et 10. sol.*

¶ INGOMBERARE, Impedire, obsidere. Miracula S. Zita, tom. 3. April. pag. 514 : *Fuit Ingomberata et vexata a malis spiritibus.* Vide *Incumbrare* in *Combr*.

\* INGOMBOR, ERIS, ab Italico *Ingombro* et *Ingombro*, Impeditio, Gall. *Encombres*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 161 : *Ad honorem Communis bon. et ad hoc ut bannitores libere et expedite sine Ingombore possint ponere barnum in exercitibus et cavalcatis... statuimus, etc.* [Fr.]

¶ INGOTTATUS, Laborans arthritide, Ital. *Gotta*, Gallis *Goutte*. Miracula B. Henrici Baucen. tom. 2. Junii pag. 376 : *In ancha sinistra Ingottatus et claudicabat.* Vide *Gutta* 3.

\* INGRADUATUS, Nullo gradu in jure donatus, Gall. *Non gradué*, Instr. ann. 1379. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 39. col. 2 : *Et unde hoc, quod ego Ingraduatus, essem advocatus causarum talis domini legum professoris.* Vide in *Graduatio*.

¶ INGRAMINARE, In gramina erumpere, apud Papiam. Hinc emenda Glossas Isid. : *Ingraminat, in gramina rumpit.* Lege *erumpit*. Johan. de Janua : *Ingraminare, Gramine implere.*

¶ INGRANARE, Moletrina infundere, Gall. *Engrener*. Charta ann. 1238. ex Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 806 : *Si invenero aliquem molentem in dicto molendino, statim post ipsum sine aliqua contradictione potero bladum meum Ingranare et molere.* Vide *Tremia*. Faber in Thesaurio ex fragmento Glossarii Anglici. *Ingranare reddit Grana in horreum imponere.*

INGRANATES, Rosa, quæ pomi granati colorem refert, unde vocis *Incarnat*, apud nos etymon. Occurrit apud Michaëlem Scotum de *Physionomia* cap. 46. Locum vide in *Morellum*.

INGRANATUM BLADUM. Vide *Tremia*.

INGRANDINARE, [Instar grandinis crebris flagellorum ictibus cedere.] Vide *Grandis*.

\* INGRANGIACIO, Locus granis reconcondendis assignatus. Chron. Joan. Wetham. edit. Hearn. pag. 539 : *Item, ja-centibus decimis parochiæ de Luton seorsum hinc inde, et satis remote in diversis partibus a capitali loloco (pro loco) Ingrangiacionis, etc.* Vide *Ingrangiare*.

¶ INGRANGIARE, In grangia seu horreo recondere. Charta ann. 1451. ex Archivo B. M. de Bono-nuntio Rotomag. : *Habebunt de et super decimis dictis Reli-*

giosorum in hujusmodi parochia spectantibus, ubicunque Ingrandientur seu reputantur, summam 40. solid. Turon. Rursum occurrit in Indice MS. beneficiorum dicecesis Constant. fol. 40. Vide *Granea*.

**INGRATES** [TAURI, Gall. *Engraissez*, Incrassati.] Vide in *Taurus*.

\* **INGRASSATIO**, Grassatio, incurisio. Gesta consul. Andeg. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 351 : *Dani dolentes, magis in iram efferati, Francos ardentius impetebant, et ab Ingrassationibus in eos nullatenus abstinebant.*

\* **INGRASSATUS**, Gall. *Engraisé*, metaphorice, pro Bonis abundans. Gualt. Hemingf. de gest. Eduard. I. reg. Angl. edit. Hearn. pag. 17 : *Tanta exitit habundantia frugum, quod quarterium frumenti vendebatur pro xvj. den. sterlingorum : ... sed superbiente populo et Ingrassato, mutavit Altissimus fortunam illam.*

\* **INGRATICATUS**, Cancellatus, id est in morem craticulæ implexus. Ital. *Ingraticolato*, Gall. *Grillé*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 823 : *De illis, qui debent portare fangum extra civitatem et quomodo. — Statuimus quod potestas... faciat eligi per curiales xxv. homines pro quolibet quarterio, qui habeant currus Ingraticatos... qui electi teneantur portare letamen totum et lutum et ruscum et vinaciam contratarum.* [Fr.]

\* **INGRATIFICUS**, [Ingratus, beneficii immemor. Cic. *Sext.* 57. ex *Accio*. O *Ingratifici* Argivi, inanes Graji, immemores beneficii.

**INGRATINARE**, Unguibus cutem carpere, *Egratigner*. Statutum ann. 1204. apud Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 220 : *Et quod aliquis vel aliqua non Ingratinent se in facie cum unguibus, nec capillos dilanient cum manibus, etc.*

† 1. **INGRATITUDO**, Ira, indignatio, gratiæ et benevolentiae amissio. Concordia Comitum Fuxensis cum matre sua ann. 1313. apud Rymer. tom. 3. pag. 419 : *Idem Comes volens, sicut decet, ut dixit, dictæ dominæ Margaretæ matri suæ reverentiam exhibere, et eam toto posse et conatibus honorare, nolens ejus Ingratitudinem incurere, etc.* Litteræ Caroli IV. Imper. apud Ludewig. tom. 6. pag. 65 : *Prout nostram diligitis Ingratitudinem evitare.* Alias *Ingratitudo vitium est ingrati animi.* Vox hoc intellectu nimium nota, et utinam minus necessaria : quam tamen nullibi reperies apud Latinos. Vide Vossium de *Vitiis sermonis*.

\* **Invent.** Chart. reg. ann. 1482. fol. 228 : *Quictando omnes forefacturas, emendas et Ingratitudinem, quas vel in quas gentes domini regis dicebant dictos archiepiscopum et capitulum (Lugdun.) incurisse seu incidisse.*

\* 2. **INGRATITUDO**, Severitas. Consueta. Norm. cap. 8. part. 2. ex Cod. reg. 4651 : *Ipse (justitarius) attendere ac diligenter addiscere in talibus veritate debet, ut favorem innocuis et levamen : nocuis autem exhibeat Ingratitudinem ac rigorem, juris ordine conservato.* Ubi Gall. *Si que il ayst aux innocens et qu'il soit roide contre les malfaiteurs.* Unde emendandus Ludewig. qui edidit tom. 7. Reliq. Mss. pag. 288 : *Ut favorem innocuis et levamen non exhibeat, nocuis autem Ingratitudinem.* Engrés vero, idem qui Pertinax, obstinatus, vulgo *Opiniat*, in Cons. Pet. de Font. cap. 21. art. 9. pag. 119 : *Et se il est si Engrés, que pour damages ke il ait, ne veut avant venir, etc.* Pro Vehemens,

violentus, Gall. *Impétueux, violent*, in Chron. Franc. ad ann. 1284 : apud D. *Le Beuf* tom. 1. Dissert. pag. cl. :

Et sachiez que quatre ans après,  
Revient un vent grants et Engrés,  
Qui esrachierent les noiers,  
Et dépecierent les clochiers.

\* **INGRATUITAS**, Officium grati animi. Testam. Franc. de Bellovid. ann. 1477. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xvij : *Consideratis nonnullis et diversis Ingratuitatibus per nobilem Ludovicum de Halobeco... erga dictum dominum testatorem factis, etc.*

† **INGRATUITUS**, Ingratus, molestus. Acta SS. Junii tom. 4. pag. 563. de S. Etheldreda :

Hanc Ingratuitam miser anxius acitio vitam,  
Ducens languores, stimulos, tormenta, labores.

\* **INGRATUS**, Invidius. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 109 : *Ipsam Alipidem in nemoribus prope dictas vineas ducerunt, eamque Ingratam, ut dicitur, carnaliter cognoverunt. Ingrat, pro Mécontent, non contentus, ingratum habens, in Lit. remiss. ann. 1468. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 45 : Colart Vaine Ingrat du vin, que on leur avoit apporté, etc.*

† **INGRAVANter**, Haud gravate, lubenter, apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 18. *Ingravate* dixit Ammianus non semel.

\* *Engraing* vero nostris alias, Gravedo, capitis ex morbo affectio, et qui ita affectus est. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 5 : *L'exposant qui estoit nouvellement relevez d'une grosse maladie, ... et estoit encores tout pesant et Engraing d'icelle maladie ; ... ledit exposant pour l'Engraing d'icelle maladie, etc.* Vide supra *Gravatum*.

† 1. **INGRAVARE**, Insculpere. Gall. *Graver*. *Cipium argenteum... deauratum et aymellatum et Ingravatum*, apud Rymer. tom. 5. pag. 48.

\* *Engraver* alias, eadem notione. Chartul. Corb. sign. *Cæsar* fol. 7. r.º : *Item y a un ponchon ou est Engravé une croche, pour merquer les mesures d'estain.*

2. **INGRAVARE**, [Impetere, postulare.] *Videsis in Cravare.*

† **INGREDI**, Inducere. Acta SS. Maii tom. 4. pag. 625. de B. Augustino Novello : *Licentia... Ingridendi in eamdem civitatem Thermarum reliquias prædictas.*

\* *Engresser*, pro Invadere, aggredi, in Lit. remiss. ann. 1422. ex Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 55 : *Icellui Bauduin voiant le suppliant ainsi assali et Engressé, etc.* *Encrever* vero Graviter vulnerare sonat, in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 116. ch. 209 : *Icellui Guy féri un cop ledit Jehan en la main sur les doiz, et lui Encreva les trois et en fu l'un copé presque tout oultre.*

**INGREDICIUM**, Ingressus. Vetus Charta ex Tabular. S. Benigni Divion. apud Perardum pag. 162 : *Terris arabilibus, cultis et incultis, silvis, Ingridiciis, aquis, aquarum decursibus, etc.*

**INGREMIARE**, Accipere, vel in gremium mittere. Ugutio [et Jo. de Janua in *Gremium*.]

**INGRESSA**. Vide *Introitus*.

\* **INGRESSARIUM**, Liber continens antiphonas, quæ ad Missarum *introitus* a choro canuntur. Charta ann. 1019. tom. 1. Hist. monast. Cassin. pag. 81. col. 2 : *Unum antiphonarum de nocte et unum Ingressarium.* *Ingressarium* edidit Mu-

rator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 770. Vide *Introitus* 5.

† **INGRESSEA**, Reditus annui ex aliqua re provenientes. Vide in *Ecclus.*

\* **INGRESSIO**, Aggressio. Instr. ann. 1358. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 206. col. 1 : *Item quod scutiferi pluria enormia verba dixerint, tam domino Duranto de Tribus-exminis... et Jacobo Jordani, Ingressionem committentes.* Vide supra *Ingravare* 2.

**INGRESSITUDO**. Charta Johannis Episc. Cumani ann. 1141. apud Ughellum tom. 6. Italix sacr. pag. 269 : *Nobis reddatis... in secundo die Lunæ sacræ Quadragesimæ cenam unam... sine omnium Ingressitudine.*

† **INGRESSORA**, terminatione Longobardica, pro *Ingressus*. Charta commutationis ann. 965. apud Murator. tom. 2. pag. 421 : *Has denique rebus ipsis supranominatis, vel comutatis, una cum accessionibus et Ingressoras earum... in integrum sibi unus alteri pars parti comutationis nomine tradiderunt.*

\* **INGRESSURIUM**. Vide supra *Ingressarium*.

† 1. **INGRESSUS**, Reditus annui ex aliqua re provenientes, ut fructus prædii, etc. Vide in *Ecclus.*

2. **INGRESSUS**, vox Fori, Anglis *Entré*, seu *Entrée*, quæ usurpatur de eo, qui personaliter, vel per alium ejus mandato terram vel tenementum ingreditur, id est, ejus possessionem invadit. Contra hunc datur *Breve*, quod dicitur de *ingressu*. Rastallus.

\* 3. **INGRESSUS**, Inceptio. Instr. ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 1 : *Multiplex fuit utrobique ante litis Ingressum repetita verbalis locutio.*

† 1. **INGROSSARE**, Luculentius scribere, Gall. *Grossoier* : quod de forensibus instrumentis dici solet. Limborch. Sentent. Inquisit. Tolos. pag. 183 : *Ego Petrus de Claveris publicus Tholosæ Notarius... scripsi et Ingrossavi.* Acta SS. Junii tom. 1. pag. 266. de SS. Martyribus Sendomir. : *Tenens in manu schedam certam... et petens eandem ad acta suscipi et Ingrossari.* Diploma Sigismundi Imp. ann. 1493. apud Ludewig. tom. 5. pag. 306 : *Ideoque presens publicum instrumentum hujusmodi transumptum in re continens per connotarium meum supra et infra scriptum fideliter ingrossatum, etc.* Vide *Grossare* 1.

**INGROSSATOR**, Qui instrumenta forensia et contractus in membranis majori caractere exarat et redigit, Gall. *Grossoieur*. Unde, inquit Spelmannus, ævo Henrici VI. *Ingrossator magnæ rotulæ* appellatus fuit, qui hodie *Clericus Pipæ* est : et duplex *Ingrossator*, qui nunc *Pipæ Contrarotulator*.

† **INGROXATOR**, Ead. notione, in Laticulo Magistratum Cremonensium, apud Murator. tom. 7. col. 646.

† 2. **INGROSSARE**, *Facere ut omnes partes cohercant, condensare, facere continuum seu crassum.* Goclenii Lexic. Philosophicum.

\* 3. **INGROSSARE**, Italix, Rem re permutare sub iudicis auctoritate, qui factum instrumento publico approbat ; unde *Ingrossatio*, Permutatio. Stat. Mantuæ lib. 2. cap. 24. ex Cod. reg. 4620 : *De ingrossationibus et drizzationibus et rerum divisionibus.* Statuimus quod D. potestas et ejus iudices ad jus deputati teneantur et debeant Ingrossare et drizzare justo pretio, re per testes idoneos diligenter scrutata, petentibus Ingrossationem vel drizzationem sibi fieri in aliqua terra vel possessione posita infra termi-

nos lapideos... *Fiat autem Ingrossatio vel drizzatio in hunc modum; videlicet si res, quæ petitur Ingrossari vel drizzari sub dictis D. potestate et ejus giudice fuerit allodium, tunc fide facta, et per D. potestatem et ejus judicem cognito de quantitate pretii justi et valentia rei, teneantur ipsi potestas et ejus judices illam Ingrossare vel drizzare petenti, soluto pretio ejusdem rei domino rei.*

\* **INGROXARE, INGROXAMENTUM, INGROXATIO**, Eadem notione. Stat. ann. 1225. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 339: *Et quod exstimatores non possint contra voluntatem alicujus partis auferre peciam boschi alicujus per cambium sive Ingroxamentum, etc. Et si pecia vineæ unius partis fuerit minus usque ad unam partem quam pecia alterius, non eo minus fiet Ingroxatio, si de terra culta possit ei dare consultum... Et si aliquis in terris alienis, quas habet ad factum, jus in re habens provocetur ad Ingroxationem, non fiet Ingroxatio, nisi prius domino citato et præsentem, si venire voluerit. Postea fiet Ingroxatio invito domino. Et col. 342: Et quod exstimatores communis Mutinæ non possint cambiare, Ingroxare, neque drizzare in vineis et terris, quæ fuerunt designatæ et datæ hominibus de Spimlamberto pro communi... Nec possit nec debeat exstimator facere aliquod cambium vel Ingroxationem, nisi inter personas jurisdictioni communis Mutinæ suppositas.*

† **INGROSSARI**, Crassum fieri, inflari, tumescere. Vita S. Richardi, tom. 1. April. pag. 310: *Cæperunt igitur manus ejus dextra, neenon et tibia valido tumore Ingrossari. Miracula sancti Eutropii, tom. 3. April. pag. 740: In tantum est Ingrossatus, quod nisi cum magna difficultate se poterat aliquantulum inclinare. Vita S. Gaudentii Mart. Conven. MS. e Bibl. Floriac. cod. 220: Incepit mare turbari et furibundo impetu Ingrossari.*

\* Gall. *Engrossir*, alias *Embarnir* et *Embarnir*. Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 581: *La mere d'icelle Magnon s'aperceut que sa fille Embarnissoit et engrossissoit de corps. Guil. Guiliartus:*

Qui ja ierent tous Embarnis.

† **INGROSSATORES**, Cowello lib. 4. tit. 28. § ult. et Jurisconsultis Anglis, sunt monopolæ, qui ad annonam carius vendendam, quantum possunt, in suas manus congerunt: Gallis: *qui achatent en gros.* [Vide alio sensu in *Ingrossare* 1.]

† **INGROXATOR**. Vide in *Ingrossare* 1. † **INGRUENTIA**, Irruptio, impetus, *Copta ingruens*, Barthio in Glossis ex Baldrici Hist. Palæst. Concil. Pampilon. ann. 1023: *Et nullus fortasse status vel honor maneret modo episcopatum sedium, nisi eas ab Ingruentia vastatorum, Regum bonorum et Principum retraxisset concilium. Ingruentia causarum et negotiorum pericula*, apud Schannattum Vindem. Litter. pag. 157.

\* *Gesta consul. Andeg. tom. 10. Collect. Histor. Fr. pag. 252: Totam belli Ingruentiam excepturus. Id est, totum prælii impetum.*

† **INGUADIARE**, Oppignerare, Gallis *Engager; Engaiger*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. *Inguadiare*, *Valde guadiare*, Johanni de Janua. *Inguadiare se alteri*, Se ei dedere pignoris loco, eique servire, in Legibus Caroli M. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 98. col. 1. Vide *Vadium*.

† **INGUAGIARE, INGUAGIMENTUM**, Eadem notione. Chartular. S. Vincentii

Cenoman. f. 197: *Normannus filius Bernardi Inguagiavit pro L. solidis Monachis S. Vincentii quodvis habebat in Ecclesia de Macheris et in cimiterio et in decimis parochiæ. Hoc Inguagimentum habuerunt Monachi in tota vita Normanni.*

† **INGUAZIATIO**, Pignoratio obligatio, Gallis *Engagement*. Charta ann. 1082. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 254: *Goffredus filius Guinguanvi Inguaziavit Ultrico Monacho et ceteris Monachis S. Florentii... quartam partem unius villæ iv. lib. den. a festivitate S. Michaelis usque ad novem annos tali pacto, ut singulis annis reddant et Monachi dimidiam minam annonæ, ne ad usuram eis Inguaziatio illa reputetur.*

\* **INGUAYNARE**. Vide supra *Ingaynare*.

\* **INGUICHIAIUS**, Gall. *Enguiché*, Vox venatica, dicitur de cornu cingulis suis ornato. Charta ann. 1301. in Reg. 38. Chartoph. reg. ch. 66: *Concedimus quadraginta acras terræ... possidendas pacifice et quiete, per unum cornu Inguichiatum redditus annualis.*

† **INGUINARIA PESTIS**, Qua inguen afficitur, in Chronico Monasterii Marienrod. apud Leibnitium tom. 2. Scrip. Brunsvic. pag. 446. Vide *Inguinaria*.

\* Gregor. Turon. lib. 4. Hist. Franc. cap. 5: *Hujus tempore cum lues illa, quam Inguinariam vocant, per diversas regiones desæviret, etc. Vita SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 65. v. col. 2: Les gens en pristrent une maladie, laquele il appellent Inguinaire, que tant solement dou veoir li uns la prenoit de l'autre.*

† **INGUISSATUS**. Glossæ veteres pag. 324: *Inguissatus, τερραμύεος*. Aliud videtur ab *Inquassatus*, Gloss. Gr. Lat.: *ἄβραυτος, Inquassatus, infractus*. Alibi: *ἄσεντος, Inquassatus, ἄσυνεπτος, Inquassatus*. Vide Meursium in *Ἐξουστήτος* [et *Martinium* in Lexico.]

\* **INGUSTO**. [Gustandum do, apud Tertull. *advers. Gnost.* 7. Jovi in media urbe sanguis humanus *Ingustatur*.]

† **INHABILIS**. [\*Infirmus, incommodus.] Libellus precum Marcellini et Faustini pag. 29: *Maximus quoque de Neapoli Campaniæ, quod esset Inhabili stomacho, et corpore delicatior, etc.*

† **INHABILITARE**, Inhabilem et incapacem declarare, Gall. *Declarer inhabile*. Arrestum Parlamenti ann. 1394. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 74. col. 2: *Stephanus de Guiryaco officio suo privaretur, et ad alia officia regia in futurum obtinenda Inhabilitaretur.*

\* *Nostris Inhabilitate*. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 45: *En outre lesdiz commissaires Inhabilitent le suppliant d'office de recepte. Aliæ ann. 1397. in Reg. 153. ch. 96: Le suppliant a esté condempné envers nous en certaine somme d'argent et privé dudit office (de grenetier) et comme aucuns dient Inhabilité à autres offices royaux tenir. *Deshabiliter*, eadem acceptione, in Lit. ann. 1388. ex vol. 8. arrest. parlam. Paris.: *Icellui Jehan par arrest de nostre parlement... fut privé et Deshabilité de tous offices royaux, etc.**

† **INHABILITAS, INHABILITATIO**, hac notione leguntur in Bullario Carmel. pag. 199. col. 2. et pag. 243. col. 2.

\* **INHABILITAS, Debilitatio, infirmitas**, qua quis membro inhabilis redditur. Stat. crimin. Saonæ cap. 16. pag. 18: *Si quis sciens per se vel per alium venenum alicui propinaverit dederitve, ob quod nil interierit vel Inhabilitatem*

*membri judicio physicorum contraxerit, capite plectatur.*

\* **INHABITABILIS TERRA**, Quæ est sine habitatore. Tabul. S. Albini Andegav.: *Propterea ultor Barbarorum immisus est gladius, qui non juveni, non pepercit seni, nec pupillo vel viduæ; sed ut feræ morsibus cuncta decerpentes Inhabitabilem terram reddiderunt.*

† **INHABITATOR**, pro *Habitator*, in Litteris, ann. 1523. apud Ludewig. tom. 5. pag. 19.

† **INHÆREDITARE**. S. Valerianus Ceme-liensis Homil. 4: *Ita hæreditatem, cui solet unus Inhæreditare, frequenter videmus multos numero accrescente sufficere.*

\* **INHÆRENTIA, Erdance. Inhære, Erdre. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex reg. 4120. Vide supra Adhære.**

\* **INHÆSITABILITER**, Sine hæsitatione. Lit. Caroli VI. ann. 1394. ex Bibl. reg. cot. 18: *De fidelitate... et probitate prædilecti et fidelis consanguinei et consiliarii nostri Enguerrandi domini de Couciaco, comitis Suessionensis, Inhæsitabiliter confidentes, etc.*

\* **INHANITUS**. Gall. *Anéanti*, Oppressus, ad nihilum redactus. Instr. ann. 1401. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 158. col. 1: *Et populus de præmissis non conquiritur propter multa, et inter cetera, quia populus pauper est Inhanitus.*

† **INHAVARI**, Admisceri. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS.: *Inhavor, προσμίστωται.*

\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. forte *Initiari. Initiari, προσμύσησαι. Vule.*

† **INHERBARE**, [Veneficis potionibus vitam vel mentem auferre.] Vide *Herba*.

† **INHEREDARE**, In possessionem mittere. Litteræ ann. 1226. ad calcem Hist. Lopensis pag. 38: *Ad eadem bona nobis et nostris successoribus investire cognoveritis et Inheredare.*

† **INHEREDITARE**, Eadem notione. Charta ann. 1292. apud Miraum tom. 1. pag. 442: *In quo nemore dictos Religiosos Inhereditavimus legitime... adhibitis solemnitatibus, quæ in hujusmodi Inhereditatione solent adhiberi.*

† **INHEREMIS, Arrogans**. Papias in MS. Bituric.

† **INHERGIA, Effectus**. Papias. Vide *Energia*.

† **INHERMUS**, [Incultus.] Vide *Eremus*.

\* **INHERTUS**, pro *Inhæsus*, in Libert. Salvit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 386. art. 1: *Quod nos consules prædicti, nominibus quibus supra, Inherti sumus et assentimus, et de præsentem nos adheremus et inheremus appellationibus factis, etc.*

\* **INHIAATIO, Desiderium**. Dipl. Rob. reg. ann. 1027. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 617: *Rogero episcopo cum hac bonæ voluntatis Inhiatione sanctis patribus aggregato, etc.*

† **INHIBÆ**. Vide *Inhibere*.

† **INHIBITOR, Bedellus, qui et Angarius dicitur et exactor, quia nimis petando et injuste auferendo inhibet homines: vel qui inhibet lites inter eos. Unde Josephus lib. 20: Jussit violentiarum Inhibitor, ut ad Imperatorem pergeret. Hæc Ugutio. Gloss. vet. Barthii lib. 28. Advers. cap. 29: Inhibitores, Exactores.**

† **INHIBITORIÆ LITTERÆ**, Gall. *Lettres de Defense*, in Instrum. tom. 3. Gall. Christ. col. 160.

† **INHIBRÆ**. Isidorus lib. 12. Orig. cap. 7: *Alites quæ volatu futura videntur, quæ si adversæ sunt, Inhibræ dicuntur, quod Inhibeant, id est, vetent. Festus habet: Inebræ aves, quæ in auguriis ali-*



quid fieri prohibent; et prorsus omnia Inebra appelluntur, quæ tardant vel morantur agentem. Ab Inhibere factum Inhiber, bra, brum. Recta igitur orthographia legendum Inhibræ, ut legit Hofmannus in voce Aevr. Vide etiam Martini Lexicon in Inebræ.

\* **INHISCO.** [Idem ac Inhio. Gloss. Philox.]

† **INHOC, INHOKA,** Quædam terræ arabilis portio sepibus aut quovis alio modo clausa, septum, sepimentum, Gall. Enclos, a Saxon. Inge, campus, et Hoke, angulus. Charta ann. 1281. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 297: *Frater Walterus Prior Berncestriæ... fieri fecit quoddam Inhoc in campo waretabili... sub curia ejusdem Prioris... per quod... Abbas Osen. dicebat se de communi pastura ibidem disseisiri. Quoniam vero in Communis detrimentum cedebant ejusmodi septa, prohibebantur omnino fieri, nisi domini accessisset consensus. Hæc, et quæ fuerit Inhokæ conditio, colligere est ex Charta ann. 1268. apud eundem Kennett. in Glossar. ad hanc vocem: Anno regni Regis Henrici filii Regis Johannis 52... cum dictus Johannes (de Pratellis) seminasset et Inhokam fecisset de quadam cultura quæ vocatur Costowa sine voluntate dicti Abbatiss et aliorum prænominatorum, et in super in defensum posuisset communem pasturam totius waretæ, quam communem dictus Abbas et prænominati clamaverunt ex antiquo esse jus suum... Dictus Johannes recognovit illam communem pasturam esse jus ipsius Abbatiss et aliorum dominorum prænominatorum quotiens a dictis culturis bladum asportatum fuerit, et terra seminata non fuerit. Et obligavit se et hæredes suos imperpetuum per fidem et præsens scriptum quod nunquam de dicta pastura quicumque seminabit nec Inhokam faciet in præjudicium dicti Abbatiss.*

† **INHERITARE.** Litteræ ann. 1380. apud Rymer. tom. 7. pag. 259: *Exercitus noster prædictus dictam villam (Galesii) melius et quietius poterit intrare, ac eadem, ad minus dampnum seu nocuumen tum vestri, et soldariorum nostrorum ibidem, ac mercatorum et aliorum Inheritantium in villa prædicta, recipi poterit et hospitari. Puto legendum esse Inhabitantium.*

† **INHONESTARE,** Ugutioni, Valde honestare, vel potius diffamare, vituperare, ab honestate remove. Posteriori notione usurpat Ovidius 4. Trist. ut et Alanus in Planctu Naturæ: *Vides enim qualiter homines originalis naturæ honestatem bestialibus illecebris Inhonestent, etc.*

† **INHONESTAS,** Dedecus, ἀτιμία. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccles. pag. 47: *Hos cum Inhonestate dimisit. Theophanes, ἀτιμία. Utitur Tertullianus.*

† **INHONESTITAS,** ἀγγισσύνη, in Gloss. Gr. Lat. [\* MSS. Inhonestas. Castigat. in utrumque Glossar. Chron. Patav. ad ann. 1399. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1167: *Et die penultima Septembris incepta fuit fieri processio per civitatem et extra. Homines vero ibant separati a mulieribus cum tanto ordine ac humilitate, quod per illos novem dies non fuit auditum, quod facta fuerit una Inhonestitas, nec una rixa. Galli dicere mus: la moindre indécence.]*

† **INHONORABILIS,** Minime honorabilis, Tertulliano adv. Marcionem lib. 3. cap. 17.

† **INHONORARE,** Idem quod Dehonorare, probro afficere, infamie notam infligere, ἀτιμάζειν. Decretum Tassilonis § 17: *Et*

*si quis signum, quod est sigillum, Inhonoraverit, vel hujuscemodi intimita minime impleverit, etc. Fulbertus Epist. 99: Contemnis Deum, Sanctos Inhonoras, res Ecclesie invadis et auferas. Adde Epistol. 126. Innocentius III. PP. apud Cætelum in Histor. Comit. Tolos. pag. 30: Quamvis juste derogari valeat fame tuæ, tibi que adscribi vitium ingratitude in peccatum, si eum forsitan Inhonoras, quæ te studuit honorare. Utitur etiam Anastasius Bibl. in Histor. Eccl. pag. 169. præter Latinos Scriptorum aliquot.*

† **INHONORATIO,** Probrum, ignominia, in Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 13. 16. Concil. Dusiacense I. cap. 4: *Et obtinuit talem epistolam in meam contrarietatem et Inhonoratorem.*

† **INHONORATIO,** Damnum. Capitulum Odonis Regis ann. 888. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 291: *Res Ecclesiarum vestrarum... sub integritate et immunitate absque aliqua Inhonoratone permanere concedam, quas modo juste et legaliter vestræ retinent Ecclesie.*

† **INHONORIFICARE,** in lege Aleman. tit. 5. § 1. idem quod Inhonorare.

\* **INHONORIS.** [Idem ac Inhonorus. Jul. Valer. 1. res gest. Alex. M. (edente A. Maio) 35.]

† **INHORMIS,** pro Innormis, non semel apud Eddium Stephanum in Vita S. Wilfridi cap. 18. 22.

\* **INHORTOR.** [Idem quod hortor, vel valde hortor. Apul. 8. Met. Jubilationibus solitis, et ejuscemodi vocibus nobis Inhortantur.]

1. **INHEUMANATIO,** Christi Incarnatio, in Historia Miscell. ἐνανθρώπησις. Facundus Hermianensis lib. 9. cap. 3. de Theodoro: *Quis enim eum audiens condidisse libros de Incarnatione, aut, ut proprie hoc exprimam, minus quidem Latino, sed necessario verbo, sicut a Grecis dicitur, de Inhumanatione Filii Dei, duos eum putet filios Dei prædicasse? Nam qualiter Filium Dei, id est Deum Verbum, non hominem quoque diceret Inhumanatum? Flavianus Episcopus Constantinopolitanus, apud Liberatum Diaconum cap. 11: Ex duabus itaque naturis confitens Christum post Incarnationem ex sancta Virgine et Inhumanatum, in una substantia, et in una persona, etc. Vide [Diurnum Rom. pag. 28. et] Notas Sirmondi ad Facundum.*

\* 2. **INHEUMANATIO,** Vox chimica, in Rosar. MS. Arnauldii lib. 2. cap. 4: *Melius per mensem philosophicum, quam adusio in animalibus, per Inhumanationem tollitur et decoctionem.*

† **INHUMANICARE,** in Glossis MSS. apud Barthium lib. 28. Advers. cap. 29. et Vossium exponitur vim inferre: credo rescribendum Inhumanitare, ab Inhumanitas, quasi inhumane agere. Gloss. Gr. Lat.: Ἀφιλανθρωπία, Inhumanitas, Inclementia.

\* **INHEUMIGO,** [Madefacio. Livius Andron. apud Non. 1. 311. Confluges ubi conventu campum totum Inhumigant.]

\* **INIARI,** pro Inhiari, Baalhier, Inde hic et hæc Inibris et Inibre, parecus. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

\* **INIGERE,** Acoler, vel ensgeter, vel asporter, ibidem.

\* **INIGLI,** Apaier, in eodem Glossar.

† **INICULARIS,** ἐπινηροσ, Fusus, colus, in Supplem. Antiquarii. Suspiciatur Martinius ab in, neo, et colus dictam vocem, quasi Innicularis, vel Innicularis, in quem ineunt fila.

† **INIDONEITAS,** Imperitia, inscitia, Gall. Incapacité. Hist. Afflegemensis apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 620:

*Gislebertus Marselarius communibus monachorum suffragiis (Abbas electus est.) sed ipse palam Inidoneitatem adferens, etc.*

† **INJECTA.** [\* F. Donum, munus.] Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 51. de Judicibus: *Et si a litigantibus aut impetrantibus esculenta et poculenta, seu Injectas, aut deductionem recepsit, vel promissiones de eis admisisse probentur, spoliati honoris cingulo... quadruplum curiæ nostræ componant.*

1. **INJECTIO,** apud Julianum Antecessorem Nov. 124. c. 8. in Græca edit. ἐπιβολή, qua voce usum Procopium in Hist. arcana, observatum jam olim a Pithæo: de cujus origine multa congestit Nicolaus Alamannus pag. 100. 1. edit. Impositio scilicet facta et inventa a Justiniano, quam pro iis, qui, peste vel fame tunc grassante, perierant, exsolvere tenebantur superstites.

\* 2. **INJECTIO,** Suspirium, gemitus. Vetus Pœnitent. MS. ex Cod. reg. 943: *lax. vices prosternet se in terram, et cum Injectione dicat, Pater noster, sic faciat pro uno die.*

† **INJENUUS,** pro Ingenuus, in Probat. novæ Hist. Occitanæ col. 101. V. Ingenui.

† **INIFENS,** Dicens, apud Papiam. [\* Leg. Infiens. Occurrit apud Virgil. Gramm. pag. 112.]

† **INIGERE PECUS, Agere, id est minare,** apud Festum. Jo. de Janua: *Inigere, Pecus a pastu in tectum agere; abigere vero est pecus a tecto in pascua agere.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Inigere, Amener comme bestes de pasture. Oves Inigunt in stabula,* apud Varronem lib. 2 de Re Rust. cap. 2. Rursum utitur lib. 1. cap. 2. et lib. 3. cap. 22.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Inigere, Amener en tort, comme les bestes de pasture: sed abigere signat les bestes mener du tort aux pastures.*

† **INIMICABILITER,** Hostiliter. Epist. 17. ex Tegernseusib.: *Dominus Dieno Comes Inimicabiliter persequitur nos.*

\* Charta ann. 1240. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 447: *Tempore quo terram ipsius domini regis in Narbonensi et Carcassensi dicecessibus ausu temerario Inimicabiliter invadendo, etc.*

† **INIMICALIS,** Adversarius, contrarius. Sidonius lib. 1. Epist. 3: *Qui in eum licet stimulis Inimicalibus excitetur, scamnis tamen amicalibus deputatur.*

\* **INIMICARE,** vox Italica, Inimice et hostiliter agere. Pactum inter Mantuan. et Ferrar. ann. 1208. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 873: *Item debeant Inimicare Reginos, sicuti nos ipsos Inimicamus, et eos capere, nec eos sine nostra licentiâ relaxare, et eis prohibere iter per totam suam civitatem et districtum.*

† **INIMICARI,** Inimicus fieri. Wippo de Vita Chunradi Salici pag. 434: *Fridericus Dux Lotharingorum... Imperatori Inimicando morte propria præventus est.* Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 244: *Insuper prohibuit sub anathemate, ne fratribus ipsis pro hac causa Inimicarer.* Adde pag. 261. Occurrit apud alios.

\* **INIMICATOR,** ut mox Inimicatus. Annal. Estens. ad ann. 1408. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 1056: *Eodem tempore Attus de Rudilia dominus Castellarani comitatus Regini, hactenus subditus et complex domini Ottoboni et indefessus Inimicator domino marchioni, defecit ab eodem dom. Ottobono ejusque*

amicitia, et se commendavit adhaerentiae dom. marchionis.

\* **INIMICATUS**, Inimicus, adversarius, Ital. *Inimicato*. Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. VIII. PP: Ipse Pontifex interea pacem inter cives componere conatus est: nam factis pareris omne genus penarum induxit contra Inimicatos, qui in praefatum compromissum de pace fienda non facerent.

† **INIMICIALITER**, ut *Inimicabiliter*. Chron. Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 615: Si vero nos impedire voletis ad hoc, scitote firmiter, quod cum stipendiariis nostris *Inimicialiter* resistemus.

\* **INIMICITER**. [Idem quod *Inimice*, sed antiquius. Acc. apud Non. 11. 41.]

**INIMICITIAE**. *Inimicitias propinquorum occisi pati*, in Lege Saxon. tit. 2. § 4. Conventus Ticinensis ann. 850. cap. 3: *Nulla is, qui eum occidit, damnatione mulctetur, neque ulla Inimicitias a parentibus, aut ulla persecutionem ab ullo ejus amico vel propinquo sustineat*. Vide *Faida*. [\*] et *Haltausii Glossar*. German. voce *Tod-feindschaft*, col. 1788.]

\* **Ennemistié**, Hostilitas, in Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 306: *Après les defiailles et Ennemistié, qui depuis ont esté meue et continuées, etc.*

† **INIMICIARE**, *Inimicitias gerere*. Chron. Valciodor. apud Acher. Spicil. tom. 7. pag. 556: *Hasteriensibus in his periculis animarum suarum Inimicitians, multum obfuit*.

\* 1. **INIMICUS** dicebatur, qui ob delictum aliquod inimicitiam domini sui feudalis incurrebat. Charta Archemb. præp. Vindoc. ex Chartul. Major. monast. pro pago Vindoc. ch. 17: *Bannum quoque de omnibus in toto Curtirast comanentibus, tam de amicis quam et de universis hominibus meis; ut si forte amicus ad molendum alterum moluerit, quem inde non possim justiciare, remaneat Inimicus*. Vide supra *Amicus*.

2. **INIMICUS**, Diabolus, hostis generis humani. Arnobius Junior in Psalmum 78: *Tunc efficitur in derisu omnibus demoniis, qui ideo vicini nostri et inimici dicuntur, quia nec uno quidem puncto ab inimicitia juxta nos positi non recedunt*. Ita appellatur passim a Patribus, a Rabano lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 55. Jona in Vita S. Eustasii Abb. Luxov. n. 11. Simeone Dunelm. lib. 2. de Dunelmensi Eccl. cap. 7. etc. Epitaphium Bertæ Comitissæ, Marchionis Adalberti, uxoris, in Eccl. Luchensi:

Permansit felix, seculo dum vixit in isto,  
Non Inimicus eam vincere prævaluit.

[Joannes Xiphilinus in 3. jejuni hebdomadam:

Τὸ δὲ Σάβαν ὄνομα, τὸν ἀντικείμενον σημαίνει.] Vide *Didymum Alexand.* contra Manich. pag. 24.

\* **Enemy**, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 56: *Je pry à Dieu que l'Enemy m'emporte, si je le prins (un florin)*.

† **ININITIATUS**, Absque initio. Claud. Mamertus cap. 23: *Deus immotus et Ininitiatu substantia sua*.

\* **ININTERPRETATUS**, [Non interpretatus. *Hieronym. ep.* 29. n. 4.]

\* **ININVENTIBILIS**, [Qui inveniri et investigari non potest. *Tertull. advers. Hermog.* 45.]

\* **INJOQUARE**, **INJUELARE**, *Jocalia* seu monilia, gemmas, annulos, aliaque id genus pretiosa et quæ ad muliebrem

ornatum spectant, dare, nostris alias *Enjoelare*. Vide supra *Enjoalare*. Contract. matrim. ann. 1467. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 20: *Fuit conventum quod idem nobilis Odilo debeat Injoquare seu Injuelare dictam nobilem Maraldam usque ad summam sexaginta scutorum auri*. Alius ann. 1499. pag. 24: *Item prædictus nobilis Glaudius promisit prædictam nobilem domicellam Amphelisam conjugem suam futuram Injuelare de una cathena aurea, valoris quadraginta scutorum auri*. Vide *Jocalia*.

† **INQUIETARE**, pro *Inquietare*. *Nulatenus Inquietent, impediunt et perturbent*, in Litteris ann. 1357. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 191.

**INIUOUS**, Diabolus. *Commodianus* instruct. 62:

Vicinus Iniquum, quo manente vincere nolunt.

Epitaphium Longobardicum in Monasterio S. Petri Benaventano:

Suscipit velum sacrum, quo vici Iniquum,  
Nam victrix donis utitur æthereis.

Vide *Malus*.

**INIUOUS MORBUS**, Sacer ignis, erpeta. Historia Translationis S. Guthlaci n. 6: *Erat enim morbus, quem dicunt homines Iniquum, ex re nomen vindicans, quia nec ab hominibus curari consuevit*.

\* **INIRE**, Emere, acquirere per emptiorem. Charta Raym. Bereng. comit. Provinc. ann. 1239. ex Tabul. D. Venciæ: *Item laudamus et confirmamus tibi (Arnaldo de Villanova) omnia ea, quæ Romanus de Villanova fidelis noster Inuit nomine tuo ab Hugone Gaufrido in castro de Trans et ejus territorio, sicut in instrumento inde facto... prædicta emptio et venditio plenius continetur*.

† **INISIUM**, male pro *Juisium*: quod vide.

\* **INITALICATUS**, Italus factus, Gall. *Italianisé*, in Epist. Cuspin. pag. 126. Epistolic. Quæst. edit. Francofurt. ann. 1614.

**INITIAMENTUM**, Arcanum, μυστήριον, in Gloss. Gr. Lat. Infra: *Μυστηριασμός, Initiatio*.

**INITIARE**, Incipere. Vita MS. S. Arnulphi Episc. Turon: *Cumque quadam vice, Domine labia mea aperies, Initiaret, etc.* Gloss. Gr. Lat.: *Ἀρχομαι, Cæpio, Initio, inchoo, etc.* Anastasius Bibl. in Pelagio PP.: *Eodem tempore Initiata est basilica Apostolorum Philippi et Jacobi, quæ, dum Initiaretur fabricari, mortuus est. Idem in Hadriano pag. 110: Basilicæ itaque Apostolorum in via lata porticus in circuitu renovavit, quas antea Initiaverat ejus prædecessor dominus Paulus Papa, et non expleverat*. Glossæ MSS. ad Canones Concil.: *Funderè, Initiare*. Nostri, *Fonder un Monastere*, vel *fundum dare*, vel *fundamenta jacere*. *Initiare litem*, in leg. 11. Cod. Qui dare tut. vel curat. possunt. (5. 34.) *Chronicon Montis-Sereni* ann. 1192: *Ut petenti vinum daret præcepit. Quo respondente se vinum non habere, nisi in uno vase, quod nondum esset Initiatum, ille nihilominus ut daret, cum instantia præcepit*. Vide ann. 1213. Vitam S. Henrici Imper. cap. 7. et 2. Vitam S. Adalberti Episc. Pragensis n. 25. Ado Viennensis in Chron. de Carolo M.: *Orandi gratia Romam post aliquot annos ingressus, ab Adriano Pontifice filius ejus Pippinus ex sacro fonte excipitur, atque duo filii ejus Initiati sunt*. Vide *Eginhardi Annales* ann. 781. *Diurnum Roman.* pag. 48. S. Columbanum instruct. 1. 2. etc. [Jo. de Janua: *Initiari, Inchoare, consecrare, sanctifi-*

care, introducere, sacrificare. Melius *Initiare*.]

**INITIARE MESSES alterius malis artibus**, in Lege Bajwar. tit. 12. § 8. Capitula ad legem Alemannor. cap. 28: *Si quis messem alienam inchoat... sol. componat... de Initiata messe priserit, 3. sol. solvat*.

**INITIARIUM**. Glossæ Isidori: *Spargana, Initiarium, infantia*.

† **INITIATIO**. Vide *Initiamentum*.

† **INITIATOR**, Auctor, qui incipit. *Bernardus Thesaurus* de acquisitione T. S. cap. 7. Murator. tom. 7. col. 670: *Excepta populorum numerosa caterva, quæ Petrum Eremitam sequebatur hujus sancti propositi Initiatorem mirabilem*. Laur. in *Amalthea: Initiator, Episcopi vicarius, suffraganeus*.

† **INITIATRIX**, Quæ est initium et origo. *Radbertus* de Fide cap. 1. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 2. col. 3: *Quærendum prius quid sit cæterarum omnium virtutum Initiatrix fides*.

\* **INITIATUS**, Initiatio. Pet. Cynæi Comment. de Bello Ferrar. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 1194: *Quod si non crederet Augustinum clericum esse, legeret sui Initiatus ac clericatus literas*.

\* 1. **INITIO**, vel *Injectio, Ensetement*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7693. Vide supra *Incicare*.

\* 2. **INITIO**. *Initium*. Charta ann. 1245. ex Tabul. Clarit. Dei: *Prima die vero Initionis nundinarum, intrabunt dictas nundinas servientes dicti Harduini, etc.* Vide *Initiare*.

† **INJUDICARE**. Vide *Judicare*.

\* **INJUELARE**. Vide supra *Injoquare*.

† **INIUM**, pro *Æneum*. Vide in *Cocina*.

† **INJUNCTIO**, *Jussum, imperium, Practicis nostris Injonction*. Concil. Emerit. inter Hispanica tom. 2. pag. 628: *Ut nulli Presbytero vel Diacono sine voluntate Episcopi sui licentia sit sæculares peragere causas aut Injunctiones expedire publicas*.

\* **INJUNCTUS**, *Conjunctus, propinquus*. *Bonincont.* in *Hist. Sicul.* part. 1. apud Lamium in *Delic.* erudit. pag. 145: *Quum Eleonarda Franciæ regina esset cum suo viro dissentiens, in Jerosolymam est delata ob suspiciones adulterii contracti cum principe Antiocheno, qui sibi quarto in gradu Injunctus erat*.

\* **INJUNGERE ANTI-PHONAM**, *Præcinere*. *Ordinar. eccl. Camerac.* MS. fol. 1. rº: *Sabbato in Adventu Domini... cantor major tenet chorum in capa serica rubea Injungens antiphonam*. Et fol. 10. rº: *Qua loco idem celebrator incipit Te Deum laudamus, Injungente majore cantore*. Vide supra *Imperare antiphonam*.

\* **INJURARE**, *Jus exercere seu judicio dato judicatum exsequi vel per judicium compellere*. Charta Raim. comit. S. Ægid. ann. 1164. in Chartul. Cluniac.: *Nec ego nec ullus unquam de meis aliquid infra villam vel infra bonas villæ aliquid Injurare vel arcere possit: sed quicquid arcendum vel justificandum in villa et infra bonas villæ fuerit, non nisi per manum prioris vel decani ipsius monasterii fiat*. Ubi *Injurare* legitur inter *Probat.* tom. 2. *Hist. Occit.* col. 608. Vide *Justificare* 1. et *mox Injuria* 1.

\* 1. **INJURIA**, *Jus, jurisdictio*, Charta ann. 1025. ex Cod. reg. 9612. X: *Tandem omnium istarum rerum consuetudines, redditus, Injurias, rectitudines libere et absolute monachis attribuo*. Vide *Justitia* 1.

\* 2. **INJURIA**, [*Injures non Injustice*

significat hoc verbum in registro curie officialis Cerasiensis. (XIV. s. mus. arch. dep. p. 269.): « In causa *Injuriarum* mota et agitata coram nobis inter Willelmum Soillart, clericum, ex una parte, et Robertum Renaudi, ex altera, delato juramento dicto clerico et prestito ab eodem, ipsum Robertum in decem solidos pro dictis injuriis declaratis per juramentum dicti clerici dicto clerico condemnamus. »]

1. **INJURIARE**, Convitari, injuriam inferre. Nostris, *Injuriar*. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 98: *Cœpit Monachos deturpando Injuriare, multis et variis opprobriis dehonestare*. Utitur etiam Cæsius Heisterb. lib. 6. cap. 5. [Lex Bajwar. tit. 8. § 1. Carolus M. lib. 5. Capitul. cap. 336. lib. 7. cap. 333. et 443. Herardus Archiep. Turon. cap. 138. et alii. *Injuriari* eadem notione dixerunt Seneca de Constant. cap. 9. et Tertull. adv. Gnosticos cap. 6.]

\* Nostris alias *Injuriouser*, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 331: *Le suppliant se traist par devers deux de ses freres,.... en leur disant et exposant comme il avoit esté ravalé et Injuriósé de Lienart Garges*.

† **INJURIATOR**, Qui facit injuriam, damnum, in Charta ann. 1242. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1022. in altera ann. 1247. apud Miræum tom. 1. pag. 203. col. 2. in alia ann. 1327. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 213. col. 2. et alibi.

**INJURIETAS**. Utitur Lactantius lib. de Mortib. persec. num. 23.

\* 2. **INJURIARE**, Contradicere, infirmare. Chartul. Celsinian. ch. 315: *Si autem aliquis extiterit, qui hanc donationem Injuriare velit, etc.*

\* 3. **INJURIARE**, ut supra *Injurare*. Vide in hac voce.

\* 1. **INJURIARI**, Injuriam seu damnum inferre. Bulla Honor. III. PP. ex Chartul. Campan. fol. 26. vº: *Blancha comitissa Trecentis nobis conquerendo monstravit, quod abbas et conventus Pontiniacensis Cisterciensis ordinis, Autissiodorensis diocesis, super nemoribus, grueriis, feodis et rebus aliis Injuriantur eisdem*. Ibid. fol. 28: *Eidem Injuriusus existens, etc.* Charta Hugon. de Castell. ann. 1236. in alio Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 191. vº. col. 2: *Cum dominus rex Navarræ, Campaniæ et Briæ comes palatinus fecisset halas novas in foro suo de Castellione,.... burgenses et ego pro hominibus dicebamus, quod dominus rex Navarræ Injuriabatur predictis burgensibus super halis novis factis*. Hinc *Injuriæux*, Qui damnum infert, in Juram. bailliv. etc. ex Reg. sign. Noster ejusd. Cam. fol. 44. vº: *Item que les baillifs ou Injuriæux ou faisant exactions ou soupeonnet de usure ou menans apparement deshoneste vie, il ne sous-tendront in leur erreur, ançois en bonne foy corrigeront leur excès*. Vide *Injuriator*.

\* 2. **INJURIARI**, Pati, ægrotare. Mirac. S. Taur. tom. 2. Aug. pag. 644. col. 2: *Alius, nomine Gislouinus, habebat equum optimum: qui dum cæpisset Injuriari, et nullis eum valeret remediis erigere, sed mox speraret illum mori, etc.*

\* **INJURIE**, [Injuriöse. Nævius apud Non. 2. 429.]

\* **INJURIUM**, [Perjuriom, Festus.]

\* **INJURO**, [Non juro. Inscript. opt. notæ apud Marin. Frat. Arv. p. 70.]

\* **INJURUS**, [Injurius, injustus, exlex, ut *perjurus*. Plaut. Pers. 3. 3. 4. Impure,

inhoneste, injure, illex, labes populi. *Al. leg. Injurie*.]

\* **INJUS**, Quod a justitia recedit. Annal. Corbeiens. apud Pertz. Script. tom. 3. pag. 17: *Si quid correctione condignum Injusque foret*.

\* **INJUSSUM PLACITUM**. Vide in *Placitum*.

**INJUSTITIUM**, ἀδικία, in vett. Gloss. pag. 324.

† **INIVUM**, *Injuriam, contrarium*. Gloss. Isid. Lege *Iniquum* et vide *Contrarius* 2.

† **INIVUS**, Qui inquit cum animalibus. Vide *Dusii*.

† **INJUX**, *Bos nondum jugo junctus*. Gloss. Isid. Festus habet, *Injuges boves, etc.* Jo. de Janua, *Injux*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Injux non donté, comme buefs*.

\* **INLABORARE**, Adlaborare. Epist. Gerb. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 387: *Ei qui cum sapiente rationem instituerit, non multa ortione Inlaborandum*.

\* **INLACRIMABILIS**, ἀδάκρυτος. Addit reg. lacrymas continens. Castigat. in utrumque Glossar.

**INLAGARE**, Legi restituere, ex legem legis patrocinio restituere, cui opponitur *ullagare*, et *exlagare*, extra legem ponere, *bannire*. Annales Waverleiensis a Spelmano laudati ann. 1074: *Edgarus puer veniens ad eum a Scotia, et Rex eum Inlagavit, et omnes homines suos*. Bracton. lib. 3. Tract. 2. cap. 14. § 1: *Quisquis fuerit ullagatus... non erit ei tutum quod compareat, antequam fuerit de gratia principis Inlagatus, Rex enim poterit de gratia sua Inlegare, et recipere eum ad pacem suam, extra quam prius positus fuit, et reponere eum in legem*. Et § 13: *Si fuerit Inlagatus et ad pacem Domini Regis restitutus*. Vide ibi plura de *Inlagatis*, et §§ seqq. et cap. 11. n. 5. et in *Fleta* lib. 1. cap. 28. § 7. 14. Vide *Laga*.

**INLAGARIA**, Idem quod *Inlagatio*, actus *inlagandi*, apud eundem Bractonum lib. 3. Tract. 2. cap. 14. § 13. 14. etc.

**INLAND**, **INLANDA**, **INLANDUM**, Terra dominica, ex Saxon. in land, i. *Terra interior*, ad discrimen terræ, quæ colonis et tenentibus concedebatur, quæ utland dicitur, i. *Terra exterior*, hodie *Tenementalis*. Chirographus Withlasi Regis Merciorum ann. 833. apud Ingulfum: 4. *bovatas terræ de Inlando, et 10. bovatas in servitio*. Domesdei: *Robertus tenet de Episcopo de Inland 2. hidas*. Charta Patricii Comitiss Sarisberiensis tom. 2. Monastici Angl. pag. 207: *Apud Eston Ecclesiam ejusdem villæ cum omnibus ad ipsam pertinentibus, et 50. acras, quas Willelmus de Estona præfata Ecclesiæ de Bradenfock dedit de Inland sua, consensu Osberti filii sui, cum tribus mansuris, etc.* Charta alia apud Somnerum in tractatu de Gavelkind. pag. 190: *Pro se et omnibus aliis tenentibus de Inland, etc.* [Vide Kennettum in Glossario ad calcem Antiq. Ambrosden.]

† **INLATERARE**, Ad latum esse. Dicitur de locis contiguis et collateralibus, in Charta ann. 997. Marcæ Hispan. col. 913. in altera ann. 998. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. et in Chartulario Aptensi fol. 57. cujus locus exstat in *Consortare*.

**INLATIO**, in Missali Mosarabico, dicitur *Præfatio* in Missa, forte ob *donorum Inlationem*, seu hostiæ oblationem: προσκομιδή Græcis.

† **INLATUM**, εἰσφορά, in Glossis Lat.

Gr. Sangerm. Penum, tributum. Vide *Illatio* 2.

**INLAUCHE**, *Inlagatus, qui sub lege est, scilicet in franco plegio, sive decenna*, inquit Bracton. lib. 3. Tr. 2. cap. 10. § 5. cui opponitur *Laughelesman*, qui extra legem est, seu *exlex*. Vide *Inlagare*.

† **INLECEBRARE**. Suppl. Antiquarii: *Inlecebro*, ἐνεδρεῖω, *Insidiar*. Vide *Illecebrare*.

† **INLEGALIS**. Vide *Illegalis*.

**INLEGIARE**, Eadem notione ac *Inlagare*. Leges Kanuti Regis § 2: *Et per hoc se Inlegiat ad emendandum*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 11: *Sunt alia quædam placita Christianitatis, in quibus Rex partem habet hoc modo. Si Rex patiatur, ut qui in Ecclesia fecerit homicidium, ad emendationem veniat, primo Episcopo et Regi pretium nativitatis suæ reddat, et ita se Inlegiat, deinde componat de pace Ecclesiæ 5. lib. etc.* Et cap. 53: *Nullus a domino suo implegiatus vel Inlegiatus, vel injuste dissaisiatus ab eodem implacitetur ante legitimam restitutionem*. Nostris vero *Inlegiam*, fuit in legem, seu in jus quæmpiam mittere.

Le Roman de Garin MS:

Et a dit Bus, Vous i avez menti,  
Com felon traitor amemis,  
Conques mes freres sa parole mesdist,  
Com traitor vos Enliege deci,  
Fins qui soit vespres ne soluel a declin,  
Vos en ferai l'ame del cors partir.

**INLEGIATUS** in iisdem Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 5.

† **INLETHALES**, *Immortales*, in Glossis Isid.

**INLEVITAS**, pro *Ponderositas*, seu *gravitas*, occurrit apud Paulum Bernriedensem in Vita B. Herlucæ Virg. n. 50.

1. **INLEX**, ἀνομος, in Gloss. Gr. Lat. [Vide *Illegalis*.]

\* 2. **INLEX**, *Seductor, persuasor*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. pro *Illex*. Vita S. Ermenf. tom. 7. Sept. pag. 119. col. 2: *Diabolus hostis... injectit formas Indices in oculis Waldaleni fratris beati viri de puella quadam, ancilla ipsius*. Vide *mox*.

**INLICITATIO**. Decretum Episcoporum ad S. Radegundis Epistolam ann. 567: *Et ideo si, quod avertat Deus, aliqua insanæ mentis Inlicitatione successa, ad tanti opprobrii maculam præcipitare suam voluerit disciplinam, gloriam, et coronam, ut, etc.*

\* *Illicitio*, illectatio. Acta S. Vamn. tom. 3. Aug. pag. 287. col. 2: *Atque aliorum Inlicitationem et inter amicos regis adscriberet*. Ubi Fortean leg.: *Atque ad aliorum inlicitationem inter, etc.* Vide ibi notam doctorum Editorum et supra *Inlex* 2.

**INLICITER**, Contra fas ac jus, in Codice Carolino Epist. 74.

† **INLICITO**, παρανόμως, *Illicite*. Suppl. Antiq.

† **INLICITUM**, συσκευή, *Apparatus*. Idem. [\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. forte *Inlicitum*. Vulc.]

**INLIGARE**. Gregorius lib. 9. cap. 20: *Inter præfatos Reges pura et simplex est in Dei nomine concordia Inligata, i. pacto firmata, sacramento sancita et ligata*.

\* Nostris *Enloyer*, pro *Lier, obliger*, *Obligare*, *astringere*, in Libert. de Auxonæ ann. 1229. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 337: *Et nous sommes Enloyé nous et nos terres en la main de l'arcevesque (de Besançon)*. Hinc *Enloiemment*, *Obligatio*, *hypotheca*, in Charta ann. 1276. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg.

pag. 43. col. 2: *Nos prometonis por nos et por nos heirs sus l'Entolement de tous nos biens, etc.*

† **INLIQUIRI**, Irrorare, liquide illabi. Symmachus lib. 1. Epist. 33: *Cum sitiant atque illis de celo nihil Inliquitur*. Alii legunt *Illicitur*.

† **INLOCALITER**, Locum non occupando. Epist. Liciani Episc. ad Epiphaniū Diaconum inter Concilia Hispan. tom. 2. pag. 491: *Sed quia (anima) corpus non est, omnia loca Inlocaliter continet*.

**INLOQUIUM**, pro Alloquium. Gesta Episcoporum Turon. ann. 912: *Dulcibus legatorum linitus Inloquiis*.

**INLUMINARE**. Gloss. Lat. MS. Regium: *Aflata, Inspirata, Inluminata*.

† **INLUSTER**, pro Illustris, passim occurrit. Vide *Illustres*.

† **INLUTIBARBUS**. Vide *Illutibardus*.

† **INMAGINATUS**. Vide *Imaginatus*.

**INMAGISTRATUS**, *In honore positus*, in Glossario MS. Reg. cod. 1013.

**INMAJORARE**. Vide *Immajorare*.

\* **INMASSELLUS MANSUS**, An is qui rebus omnibus ad mansum spectantibus instructus est? Præcept. Conradi imper. ann. 1033. ex Tabul. S. Apri Tull.: *Similiter Stadionis et Blonderiacum cum dimidia ecclesia et Inmasellos mansos tres*.

\* **INMEMORATUS**, Memoriam excedens, Gall. *Immémorial*. Olim quasi ab *Inmemorato tempore*, in Instr. appellat. ann. 1459. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 288. col. 2.

† **INMENDARE**. Papias in MS. Eccl. Bituric. *Inmendat, Depravat*.

† **INMITRIATUS**, Mitra redimitus, ad summum pontificatum euectus. Otto Morena de Rebus Laudens. apud Murator. tom. 6. col. 1057: *Dominum PP. Victorium... consensu et desiderio Dei fuisse Inmitriatum*.

† **INMENE**, *Improbum, culpandum, vel munere liberatum*. Papias in MS. Bituric. An legendum *Inmune*, quod liberum significat atque etiam otiosum. Improbi et culpandi esse solent otiosi.

\* **INMORTALIS**. Vide supra *Immortalis*.  
\*\* **INMOTABILIS**, Quod nullam varietatem admittit, immotus, apud Virgil. Grammat. pag. 4. et alibi. *Inmotatio*, pag. 39.

\* **INMULARE**, In *mullionem* seu acervum cogere, Gall. *Mettre en mule*. Charta ann. 1280. ex Tabul. Fossat.: *In Ferreo-tilis quilibet focus non habens equum, debet nobis corveiam ad fena nostra Inmulanda*.

\* **INMURENS**, Qui castrum muris circumdari jubet. Balder. in Chron. Camerac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 198: *Pro Inmurentis Flandrensium comitis potentia in ipso castello, etc.*

**INNAMUM**, pro *Namum, Namium*, Pignus. Charta exarata sub Henrico III. Rege Angliæ apud Spelman.: *Innama non capiuntur nisi per communem assensum*. Vide *Namium*.

\* **INNARRABILIS**. [Inenarrabilis. *Lactant. carm. de Phœnic. 54. ex MS. Voss. Innarrabilibus nocte dieque sonis*. Al. aliter leg. *Not. Tyr. p. 72. Narrabilis Innarrabilis*.]

† **INNASCIBILIS**, Qui nasci non potest. Concil. Tolet. I: *Si quis dixerit Christum Innascibilem esse, anathema sit*.

\* **INNATURALIS**, Non naturalis, contra naturam. Elmham. in Vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 14. pag. 26: *Contra rebelliones Hibernicas,..... et injustas et Innaturales Gallorum Guerras, etc.* Acta S. Hugon. episc. tom. 2. Aug.

pag. 559. col. 2: *Universa membra ejus calor occupat Innaturalis, etc.* Vide *Innaturalitas*.

**INNATURALITAS**, quasi *Naturæ ac civilitatis defectus*. Henr. de Knyghton in Edw. III. pag. 2572: *Et ibidem Imperator coram omni populo congregato, ostendit et notificavit omnibus Innaturalitatem, et inobedientiam, ac improbitatem, quam Rex Franciæ ei fecerat, et ibidem Regem Franciæ diffidabat, etc.*

**INNATUS**, Proprius, Genuinus. Gloss. Lat. Gr.: *Innatus, ἐπιγεννητός. Innatus servus, id est, vernaculus*, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 9. 42. 58. lib. 3. art. 32. § 2. qui aliis *nativus et originarius* appellatur. *Innatum idioma* lib. 3. art. 71. § 1. *Innati ministriates*, in Wichbild Magdeburg. art. 13. et in Jure feudali Saxonum cap. 32. art. 2. *Innata hæreditas*, in Wichbild art. 69.

† **INNEGALITER**, Inæqualiter, apud Ratherium tom. 2. Spicil. Acher. pag. 228.

† **INNEMILUS**, *Mulus sagmarius*, seu *sarcinarius*. Vide in *Azemila*.

† **INNERVUM**, *Incatenatum*, Papiæ in MS. Bituric. quasi in nervo positum.

† **INNEIXIO**, Concil. Tolet. XI. tom. 2. Concil. Hisp. pag. 666: *Solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur, quam quod generali Inneixione concluditur*. Reponitur ad marginem *Sponsione*.

\* **INNIGE**, Collegium quorumvis opificum, idem quod *Innunge*. Vide in hac voce. Charta Ernesti ducis Brunsvic. ann. 1335. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 54: *Item omnes officiales et operarii manuales habebunt officia sua, quæ vocantur Innige, a consulibus*.

**INNihilARI**, pro *Annihilari*, Ad nihilum reduci. Epitaphium apud Metellum in Quirinilibus:

Vivus pollebam faciens quæcumque volebam,  
Innihilor sub humo; sic erit omnis homo.

† **INNINGE**. Vide *Innunge*.

† **INNIRE**, *Acute sonare*, apud Papiam in MS. Bituric. Puto esse pro *Innirre*, ut ibidem *Innitus* habetur pro *Hinnitus*.

† **INNITARI**, pro *Inniti*, fulciri. Vide *Copare*. [Minus bene; nam ibi *Innecti* sonat.]

\* **INNO**, Ahenum, quo ad conficiendum sal untur, inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 265. ubi perperam editum *Juno*.

\* **INNOBILIS** opponitur nobili in Lit. ann. 1354. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 152. et alibi passim.

1. **INNOCENS**, Stolidus, rusticus, quomodo vulgo *Innocent* dicimus. S. Hieronymus in Apologia ad Pammachium cap. 4. de S. Paulo: *Videbitis eum in testimonio, quæ sumit de veteri Testamento, quam artifex, quam prudens, quam dissimulatur sit ejus, quod agat. Videtur quidem verba simplicia, et quasi Innocentis hominis ac rusticani, qui nec facere, nec declinare novit insidias; sed quocunque respexeris, fulmina sunt, etc.* Idem lib. 2. in Ruffinum cap. 1: *Verum hæc possunt quasi simplicis hominis excusari, et cum eruditus non subterfugiant, apud indoctos præferre Innocentiæ similitudinem*.

† **INNOCENS CHORI**, Puer chori minister. Bulla Innocentii VIII. PP. ann. 1484. in Continuatione Bullarii Rom. pag. 290. col. 1: *Intonetur prima antiphona Matutinarum per primum clericulum et Innocentem chori intabulatum ad primum responsorium, et prima antiphona de Laudibus per secundum*.

\* 2. **INNOCENS**, Liber seu Collectio

juris Pontificii sub auctoritate Innocentii III. PP. digesta, unde nomen. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 172: *L'exposant et aucuns ses complices entrèrent de nuit en la maison du bedel de l'estude de Tholouse, et prindrent enficelle un code, un livre appellé Innocent, un volume et une viez concordances de Théologie*. Vide in *Decreta*.

\* **INNOCENTIÆ**, Argumenta, quibus innocens quis probatur. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 376: *In quibus carceribus interrogati fuerunt super et de præmissis per præpositum loci, coram quo proposuerunt et dixerunt Innocentias suas, factum præmissum referendo*. Arest. ann. 1376. in vol. 5. arestor. parlam. Paris.: *Amici carnales ejusdem episcopi plures Innocentias et excusationes.... proposuerunt coram nobis*.

\* **INNOCUE**, sensu opposito, Injuste. Chron. Angl. Th. Otterbourne edit. Hearn. pag. 48: *Filius Kenelmus puer admodum a sorore Quendrida Innocue occisus, nomen et decus martirii est adeptus*.

† **INNODARE**, Innectere, vincire, ligare. *Vinculis anathematis Innodare*, passim in Chartis.

† **INNODATUS**, Eadem notione sæpius. Supplem. Antiquarii: *Innodati, δέσμοι, vinciti*. Sed pro Ornatus, inductus, accipitur in Vita S. Francisci de Paula, tom. 1. April. pag. 120: *Præterea dicit a nonnullis accepisse prætactum de Paula, cum paternas domos dereliquisset, ab eo tempore nunquam lineis pannis Innodatum fuisse, sed vestitum grosso ac rudi panno*.

**INNONIA**, Clausum, *Inclausura*, fundus sepimento conclusus, a Saxon. *Innan*, *Inius*: unde viscera et interanea in non dicta. Charta vetus apud Spelm.: *Sciatis, me concessisse... totum illud messuagium in Barton Bendich... et unumcroftum, et duas Innonias aut inclausuras, vocatas inholmes, eidem messuagio adjacentes*.

1. **INNORMARE**, Ad normam reducere. Amalarius lib. 4. cap. 48. apud Mabillonium tom. 2. Analect.: *Itemque regulæ ejusdem æmulatores Innormans ad ritum Apostolicum, etc.* Chronicon Maurinicense lib. 3: *Abbate, qui illis præerat, ab ipsis deposito, transtulerunt domum Marcarium ad illius statum juxta Churici consuetudinem viriliter Innormandum*. Tabularium S. Petri Carnotensis: *Post obitum clarissimi Regenfridi Præsulis, qui hunc locum in sancta religione studuit Innormare, etc.* Charta Raimbaldi Archiepisc. Arelatensis in Tabul. ejusdem Eccl.: *Primordium religionis propemodum uno ab hoc fonte Apostoli Trophimi patris nostri cum reperirent totam irrigasse Galliam, in antiquariis, non modica gravabar mentis inquietudine, utpote qui nullum videbam ad præfatum fontem Innormandum accedere, etc.* [Occurrit apud Guibertum lib. 1. de Vita sua cap. 8. Bosquetum Hist. Eccl. Gall. part. 2. pag. 58. in Instrum. Gall. Christ. tom. 1. pag. 44. col. 1. in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 541. etc.]

\* 2. **INNORMARE**, Inire affinitatem. Will. Gemetic. Hist. Norman. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 192: *Baldwinus satrapa Flandrensium sobolem suam cupiens Innormare prosapia regali, Robertum regem Francorum expetiit, et filiam ejus Balduino filio suo dari poposcit;... affinitate fretus regali patrem a proprio solio pepulit*. Sed legendum fortean *Inornare*, id est illustrare.

**INNORMIS** et **INORMIS**, Enormis, im-mensus, sine norma. Vetus edictum apud Gruterum 647. 7: *Interdicentes, ne Inormia illa indebitaque præstentur*. Fa-cundus Hermianensis lib. 6. cap. 5: *Legat Innormem librum, non solum contumelialis, sed ipsa quoque repetita contumeliarum recapitulatione nimis horribilem, etc.* Althelmus de Laude virginum:

Et facinus scelerum superans explodat Inorme.

Occurrit præterea cap. 17. 33. Versus in Adelelmum in libro Epistolarum S. Bonifacii Moguntini, Ep. 69:

Elementa Inormia,  
Atque facta inormia,  
Quassantur sub ætherea  
Convexa cæli camera.

**Volumen Innorme**, in Vita S. Licinii Episcop. Andegav. n. 3. **Enorme** n. 32. Adde [Concilia Tolet. XVI. et XVII. inter Hispan. tom. 2. pag. 235. et 757.] **Vitam S. Vunibaldi Abb. Heindenhemensis** cap. 3. et **Epistolam Honorii III. PP.** apud Ughellum tom. 1. Italix sac. pag. 818. [\***Vulgus Inormia**, apud Ermold. Nigel. lib. 1. vers. 116.]

**INORMITAS**, Arnobius Junior in conflictu cum Serapione lib. 1: *Si ergo mille lapides pretiosi uno diei lumine Inormitatem sui splendoris ostendunt, etc.* Ita Cod. MS. pro quo, *ornatum* perperam restituit Editor. Gregorius Turon. in Vita S. Aridii: *Innormitas erupit pluvix.* Occurrit etiam in leg. 30. Cod. Th. de Cursu publ. (8, 5).

**INORMITER**, Versus in Adelelmum:

Tam sanctorum reliquias  
Nonnullorum extimias  
Advehebant Inormiter

Ibidem:

Quæque fari sublimiter  
Odis hujus Inormiter,  
Surgens nempe prolixitas  
Refragat atque vastitas.

**INNORMITER**, apud Eddium Stephanum in Vita S. Wilfridi cap. 30.

\* **INNOTABILIS**, Qui non notatur, immunitis. Adlocut. Missor. Ludov. Pii apud Baluz. tom. 2. Capit. col. 601: *Quamobrem imperialis clementia atque prudentia talem virum a Deo electum et omnibus probatum eligere sancit, qui ad utilitatem omnium in sancta Dei Ecclesia proficiat: et universa vestre sanctitati enumerare jussit, quibus virtutibus et moribus ornatus, quibusque vitis et reprehensionibus Innotabilis existere debeat.*

† **INNOTALGIUM**, **Oculorum humor**, in Glossis Sangerman. MSS. n. 501. ab ἰννός, Pupilla oculi, et ἄλγος, Dolor. Papias habet **Inotalgicum**.

\* **INNOTARE**, Significare, notum facere, idem quod *Innotescere*. Charta ann. circ. 1055. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 406: *Tunc monachi videntes atque sentientes, quod eorum villa illis debitum non redderet,.... supradictum adierunt comitem... et cum summa diligentia ei suam innotaverunt querimoniam. Innuer. eodem sensu, in Lit. ann. 1408. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 317.*

\* **INNOTESCENTIA LITERALIS**, Literæ, quibus quis in jus citatur et vocatur. Stat. Sigismundi I. ann. 1523. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 411: *Succamerarius per suam literam Innotescentiam, sive citationem, debet citare partes ad sui sive officii presentiam. Vide in Citatio.*

**INNOTESCERE**, Significare, notum facere, notione activa. Sanctus Augustinus Epist. 109: *Ne forte possit secretius correpta Innotescere cæteris.* Agobardus de Insolentia Judæorum: *Innotescens vobis,*

*quæ tacere perniciosum est. Utitur et in Epist. de Baptismo Judæorum. mancip. Vita S. Sulpitii Pii Episc. Bituric. n. 4: Pontificem adduxit, et Innotuit causam. Vita S. Deicoli n. 45: Imperatorem adiit, et, de quo agebatur, Innotuit.* Theophanes: Δι' ἧς ἐδύλωσε τὴν ἐκβολήν. Anastas.: *Per quam innotuit ejactionem Arrii.* Utuntur passim Scriptores: Liberatus Diacon. cap. 11. Isidorus Hispal. in Epist. ad Massonum Episcop. Marculfus lib. 1. form. 31. et alii.

\* **INNOTUS**, Qui non noscit, qui ignorat. Præfat. ad lib. Agani ex Tabul. S. Petri Carnot.: *Quod magis esse rebar utile silentio tegere, quam imperiti stili officio blaterando, Innotis ejus nuditatem detegere.*

**INNOVATURA**, Innovatio census, tributi. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 30: *Childebertus vero Rex descriptores in Pictavos... jussit abire, ut... scilicet populus censum, quem tempore patris reddiderat, facta ratione Innovaturæ, reddere deberet.*

† **INNOX**, ἀδελφός, in Glossis Lat. Gr. **Innoxius**. Isid. Orig. lib. 10: *Innox, Quod non noceat. Innocuus, cui nocivum non sit; sed apud veteres utrumque indifferens est.*

**INNOXIARE**, Innocentem reddere, noxa et culpa liberare, purgare. Leges Ethelredi cap. 10. apud Bromptonum: *Si quis furem Innoxiare velit, unum dretum in vadio ponat,.... et adeat triplex ordalium.*

**INNOXARE**, in Legibus Henrici cap. 92: *Si parentes non habeat, qui eum Innoxare velint. At cap. 64: Innoxiare habetur.*

**INNUBÆ**, ἄγατοι, Virgines Deo dicatæ. Charta Caroli M. apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuld. cap. 16: *Ipsaque non multo post tempus ad Innubas in loco Bischofesheim se contulit: quem locum B. Lisba quondam bene et religiose rexecerat. S. Hieronymus lib. 1. adversus Jovinianum cap. 7: Non omnis Innupta et virgo est, quamquam ob elegantiam dictionis potuerit (S. Paulus) id ipsum altero verbo repetere, Mulier innupta et virgo vel certe definire voluisse, quid esset Innupta, id est, virgo: ne et meretrices putemus Innuptas, nulli certo matrimonio copulatas.*

**INNUMEROSITAS**, Multitudo innumera: occurrit in Præfat. ad Synodos Hibern.

† **INNUMEROSUS**, Innumereabilis, innumerus, in Actis SS. April. tom. 3. pag. 105. et in Vita S. Edmundi Cantuar. cap. 34. [\***Non numerosus**, eodem sensu, in Widonis Carmine de pugn. Hasting. vers. 699.]

\*\* **INNUMERUS**, Post innumeros dies, i. e. paucos apud Thietmar. lib. 3. cap. 2.

† **INNUNGE**, vox Germanica, Collegium quorumvis opificum, privilegia ei collegio indulta, et tributa a collegis diversis ex causis solvenda. Diploma Wichmanni Archiepisc. Magdeburg. apud Ludewig. tom. 2. pag. 389: *Cum enim jus et distinctio quæ inter eos est, eos (sutores) qui eo jure participare non debent, ita excludat, quod opus operatum alienigene infra jus communis fori vendere non debeant, constituimus ne alienigene opus suum operatum ad forum non deferant nisi cum eorum omnium voluntate, qui juri illo quod Inninge appellatur, participes existunt.* Diploma Henrici Episc. Havelberg. ann. 1248. apud eumd. Ludewig. tom. 8. pag. 270: *Insuper tertiam partem quæstus, qui vocatur Innunge, quæ jure principali ad nos pertinebat, libere lacavimus, ita tamen, ut de hac portione et aliis oppidi preventibus, honestati et utilitati oppidi amplius intendatur.* Aliud ann. 1275. ibid. pag. 274:

*Secundo ipsis (Wistockiensibus) dedimus quamdam libertatem, quæ vulgo dicitur Innunge, ut exinde emendet civitatis munitiones, et comparent quæ videntur civitati ad commodum pervenire; magistri quoque omnium officiorum Innunge vocabunt unum aut duos de Consulibus civitatis et eorum mediante Consilio statuent quicquid in eorum Innunge fuerit statuendum, in summa addentes, quod quicquid de omnibus supradictis Innunge pro eorum introitu obtinendo, sive pro gratia vel pro vadimonio delinquentium datum fuerit, ipsi Innunge medietatem ipsius ad usus suos reponant et reliquam medietatem tollant magistri officiorum et præsentent ad usus civitatis.*

\* **INNUOSUS**, an Interdictus, prohibitus, quo ut quis utatur, dominus innuere debet? Bulla Urb. III. PP. ann. 1186. in Suppl. ad Mireum pag. 353. col. 2: *Villam Hulgrehes cum piscatione Innuosa, in oppido Hoio tres libras de teloneo.*

**INNUPTUS**, ἄγατος, in Gloss. Lat. Gr. Gloss. Gr. Lat.: ἄγατος ἀνήρ, **Cælebs**. Occurrit in Capitularibus Caroli M. lib. 6. cap. 206. [\***209.**]

† **INOBAUDIENŒIA**, **INOBIEDIENŒIA**, Priori voce usus est Tertull. lib. 4. adv. Marcionem cap. 17. posteriori vero S. Hieronymus, Quæst. Hebr. in 2. Reg. 1. Salvianus lib. 1. de Gubern. Dei et lib. 4. contra Avaritiam, Concil. Tolet. IV. etc.

† **INOBAUDIRE**, Non obedire, Tertulliano adv. Marcionem lib. 3. cap. 16. *Inobedire*, S. Ambrosio Serm. 1. Epiphaniæ: *Inobediens*, Interpreti Vulgatæ Deuter. 8. 20. et Tit. 1. 10.

\* **INOBIEDIENS**. [Charta stephani Reg. ann. 1137. *Omnes Inobedientes condemnno. p. 81. c. (Adde supra v. Incorrighiblis.)*]

† **INOBIEDIENTER**, apud S. Augustinum lib. 14. de Civit. Dei cap. 17.

† **INOBLIGARE**, Obligare, obligatum seu captivum retinere. Vita S. Joannis Gualberti, tom. 3. Julii pag. 352: *Illoque in sua obstinatione, diabolo Inobligante, persistente, B. Joannes præcepit ei, etc.*

† **INOBSERVABILIS**, Qui obsecrationibus seu precibus non movetur. *Inobscrabilis asperitas*, in Epistola S. Paciani ad Sympronianum tom. 2. Concil. Hispan. pag. 81.

\* **INOBSERVABILIS**, Qui servari et exerceri non potest. Chron. Pontif. Leon. Urbev. apud Lam. in Delic. erudit. part. 1. pag. 331: *Hic (Nicolaus) regulam beatissimi patris nostri Francisct, quam multi malevoli impugnare conabantur, dicentes illam Inobscrabilem et discriminosam, lucidissime declaravit, adprobando ipsam non solum observabilem, verum et meritariam.*

\* **INOBSERVANTIA**, [Indifferentia circa rem aliquam. Suet. Aug. 76.]

\* **INOBIVARE**, Opponere, contradicere. Placit. ann. 901. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 720: *Interrogaverunt prædicti auditores eosdem Waningum et Ambrosium advocatus (sic), qui contra ipsam notitiam dicere volerent,.... aut si aliquid contra eosdem denominatos homines... dicere volerent, aut de eorum libertate Inobivare, an non. Qui ipsi Waningus et Ambrosius advocatus manifeste dixerunt et professi sunt contra notitiam ipsam nihil dicere volerent,.... et nihil de eorum nominati homines... personis de eorum libertate... contradicere volerent.*

\* **INODATUS**, Innectus, ligatus. Stat. eccl. Leod. ann. 1360. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 451: *Alia quævis indu-*



menta auro, argento botonata seu Inodata. Vide *Innodare*.

† **INOFFICIALITAS**, Absentia ab Officiis divinis. Vide in *Officiare*.

**INOFFICIARE**, [Divina officia peragere, interdum negligere.] Vide *Officiare*.

\* **INOFFICIATUS**, In ritu ecclesiastico dicitur de die, qui proprium habet officium. Vide supra *Dies inofficiata*.

† **INNOFICIOSITAS**, Quod ob stare posset et officere. Contractus matrimonii ann. 1369. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 352. lin. 1 : *Et renuntiauerunt dictæ partes... exceptioni doli mali, fraudis, læsionis, erroris, deceptionis et privilegio fori, et actioni in factum, et juri per quod deceptis contrahentibus et non decipientibus subvenitur, et omnibus juribus et legibus et tractantibus de matrimonio, sponsalibus et contractibus hujusmodi in toto vel in parte fore revocandis, seu annullandis, propter sui immensitatem, vel Inofficiositatem, aut propter aliquam carentiam debitæ juris solemnitate, vel aliam quamlibet causam, etc.* Alla notione legitur in *Officiare*.

† **INNOFICIOSUM TESTAMENTUM**, Isidoro lib. 4. cap. 24. *est quod frustra liberis exhereditatis, sine officio naturalis pietatis in extraneas personas redactum est.* De his testamentis non semel Jurisconsulti.

\* **INNOFICIOSUS**, In alterius damnum factus. Lit. Joan. reg. Franc. ann. 1361. in vol. 10. arestor. parlam. Paris. : *Cum vicecomes de Thoarcio plures contractus, donationes Inofficiosas et transporta plurimorum hæreditagiorum suorum fecerit, etc.* Vide *Inofficiosum testamentum*.

**INOLA**, Corrigia libri, Papiæ.

**INOLEARE**, Oleo, seu chrismate perfundere. Ordo ad ordinandam Reginam ex Pontificali MS. Ecclesiæ Senonensis : *Tunc Inoleato capite illius ab Archiepiscopo, dicat isdem Pontifex, In nomine... prosit tibi hæc unctio olei in honorem et confirmationem eternam.* Sic etiam nostri dicunt *Enhuiler*, pro Extremam unctionem conferre.

\* Nostris alias *Adnullier* et *Annulier*. Extremam unctionem conferre. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 142 : *Après ce laditte femme fut confessée et adrecee, et encores depuis, quant elle fu Adnulliée, etc.* Aliæ ann. 1383. in Reg. 123. ch. 260 : *Jehan Guillon acoucha malades de griève maladie, par telle maniere que d'icelle maladie il fu confessé, commenié au lit et Annulié. Ennohier et Enolier, eodem sensu ; unde Ennohiement, Ipsummet Extremæ unctionis sacramentum, in Poem. du Riche homme et du Ladre Ms. :*

Dire vous vuel du sacrement,  
C'on appelle Ennohiement,  
Et plus proprement l'appellon  
Qui vuel, le sainte Inonction...  
Homme malade Enolier, etc.

Inventar. eccl. Noviom. ann. 1419 : *Item quidam parvus liber pro faciendis Ennohiements.* Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. ch. 530 : *La fille dudit Yvonnet avoit esté si très fort malade au lit, que elle avoit esté Enoliée et confessée. Enhuiller, in Vita S. Isabel. soror. S. Ludov. pag. 175 : Il fut présent avec les autres freres Mineurs, quand on Enhuilla madame notre sainte mere. Ennuhier, in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 390 : Li benoier rois requist la derreniere onction, et fu Ennuilié. Vide *Oleatus*.*

\* **INOLENS**, [Non olens. Lucret. 2. 849. *Inolentis olivi Naturam, nullam quod mittat naribus auram.*]

**INOLETIVUS**, [Qui nondum adolevit.] In Hodæporico Willibaldi num. 8. Richardus pater, rogatus a filio Willibaldo, ut peregrinationem transmari-nam susciperet, excusat *conjugis et liberorum Inoletivorum parvitatem et fragilitatem, illos orbare, et alienis relinquere inhonestum et crudele esse.* Ubi Gretzerus, hunc locum laudans, ait, *Inoletivos liberos esse, quos Germani Unerzogne kinder vocant.*

† **INOLETUS**, Eadem notione, in laudato S. Willibaldi Hodæporico seu Vita n. 4 : *Sed omnipotens Deus mundi fabricator, cæli terræque limator, servum suum infantem (tres annos natum) et adhuc Inoletum, exilibusque membrorum compagibus tenerum, hominibusque incertum (f. insertum) de corporis ergastulo adhuc educere volebat.*

† **INOLITUS**, Johanni de Janua. *Insuetus, innatus, naturalis ; unde Inolita bonitate, i. insueta et innata.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Inolitus, Accountumés, naturels.*

\* **INOLLARE**, In ollam mittere. Paltrami Chron. Austriac. ad ann. 1278. apud Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 719 : *Rex Bohemiæ Ottacarus occiditur, jumentino more scinditur, ad instar piscis entratur (leg. exenteratur) et ipsa extra Inollantur et separantur a corpore.*

\* **INOLLAGIUM**, Lo humor dell'i ogii. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Inollagium*.

† **INOMELUM**, Vinum mellitum. Vide *Oenomelum*.

\* **INOPERABILIS**, perperam pro *Inopinabilis*, inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 222 : *Terrorum et stuporem præsulit multique, qui aderant, visa inæstimabili coruscatione et Inoperabili auditu simul tonitruo intulerunt.*

**INOPERARE**, Operam locare, facere. Polyptychus S. Remigii Remensis : *In tertio anno faciunt captivum dies 15. ipsum carrucant, et Inoperant.*

**INOPERATIO**, ponitur inter legitimas excusationes, quo minus appellatus juret, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 61 : *Causæ, quæ ad excusationem sufficiunt, et quaslibet impugnationum decertationes evertunt, hoc est, vel infirmitatis, vel domini necessitatis, vel contramandationis, vel Regis implacitationis, vel Inoperationis causa, etc.* Supra : *Si quis forte causam habeat contra dominum suum, remanere \* post infirmitatis, vel legis Inoperationis, vel Implacitationis excessibus.* His autem legis *Inoperationis* vocabulis intelliguntur dies ἀπραξιοι in quibus judicia omnia et placita cessant, a lege definiti et inducti, de quibus est caput 62. in iisdem Legibus.

**NEMUS INOPERATUM**. Eadem Leges cap. 45 : *Et de nemore Inoperato per tilham nemo respondeat, nisi sit ibi captus, vel sit homo ejus, cujus est nemus.*

\* **INOPERATUS**, [Non operatus, otiosus. Tertull. 2. advers. Marcion. 11. Nec natura Inoperatam debuit continuine bonitatem.]

\* **INOPEROR**, [Idem quod operor, facio. Tertull. 5. advers. Marcion. 17. ex ad Ephes. 1.]

\* **INOPEROSUS**, Iners, segnus. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 255. col. 1 : *Vitam et miracula... domni Germani episcopi, absque ullis litterarum præsidii Inoperoso, vel potius profano, diutius, quam fuit æquum, latuisse silentio... testatur antiquitas.*

**INOPINABILIS**, Aurelius Victor Schotti in Diocletiano : *Quæ res post memoriam humanam nova atque Inopinabilis fuit.*

Id est, contra receptam hominum opinionem.

† **INOPINABILITER**, Inopinato, repente, in Charta ann. 1261. Hist. Mediani Monast. pag. 328.

**INOPINARI**, Ignorare. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 32 : *Leudastes usque ad plateam est prosecutus, Inopinans, quid ei accideret.* Vide Gloss. Cod. Th.

\* **INOPIOSUS**, [Idem quod inops. Plaut. Pæn. 1. 1. 2. Sæpe ego res multas tibi mandavi, dubias, egenas, Inopiosas consilii.]

**INOPPIDATUS**, [Oppido privatus.] Gloss. Lat. Gr. : *Inoppidata, ἀοικητα, ἀλίμενα.* Sidonius, lib. 5. Epist. 13 : *Quos singulos sparsos, Inoppidatos, nunc inauditis indictionum generibus exhaustis, etc.*

† **INOPPORTUNITAS**, Incommodum. Morettus pag. 668. Antiquit. Navarr. ex Annal. Rogerii Hoveden. : *Eodem anno Sanctius Rex Navarræ audiens damna et Inopportunitates, quas Adephonsus Rex Castellæ... sibi et terræ suæ faciebant, qui illam fere totam occupaverant, recessit ab Africa et venit in terram suam.*

\* Dudo in Norman. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 143 : *Dux vero magnus Richardus, infirmitatis aggravatus Inopportunitate, etc.*

\* **INOPPORTUNITAS**, **INOPPORTUNITAS**, **Importunitas**. Libert. loci de Viridi-fol. ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 276. art. 1 : *Illam donacionem vel assignacionem, sub quacumque verborum forma factam, vel quæ fieri contingeret in futurum, quacumque auctoritate rationeque sive causa, tanquam per inadvertentiam seu per Inoportunitatem et sub falsis suggestionibus impetratam, cassamus.* Libert. villæ Brager. ann. 1334. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 330 : *Item si quis bonus homo et boni status, propter Inopportunitatem ejusdam vilis personæ, motus dicerit seu vocaverit dictam vilem personam seu modici status ribaldam seu ribaldum, etc.*

\* **INOPTABILIS**, [Non optabilis. Apul. 9. Met. *Inoptabilis officinæ disciplina.*]

† **INORARE**, Os instruere. Tertull. de Resurr. carnis cap. 16 : *De coronis potatoris sui Inorabitur.*

† **INORDINABILITER**, Sine ordine vel norma. *Inordinabiliter vivere*, in libro Gerohi Reichersperg. de corrupto Ecclesiæ statu, apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 216.

† **INORDINALITER**, Eadem notione dixit Cæsar. Aurel. lib. 3. Acut. cap. 4.

† **INORDINARE**, Ordinare. Receswinthus Rex ad Concil. Tolet. VIII. : *Hæc sola quæ ad sinceram justitiam et negotiorum sufficientiam conveniunt, Inordinetis.*

\* **INORDINARIUS**, Qui alterius ordinationes seu jussa promulgat. Charta inter Privil. ordin. Præmonstr. : *Significant Sancitati vestræ abbas Præmonstratensis et coabbates sui, quod interdum, videlicet a sede Apostolica delegati et Inordinarii, quandoque alicui abbati ipsorum, quandoque priori vel superiori et simplici claustrali canonico ordinis Præmonstratensis injungunt, etc.*

1. **INORDINATUS** mori dicitur, qui non facto testamento decedit, sans avoir donné ordre à ses affaires, ἀκόνητος in Vita S. Eusebiæ Virg. cap. 3. n. 12. Lex Wisigoth. lib. 5. tit. 7. § 14 : *Si Inordinatus moriens filios legitimos non reliquerit.* Will. Tyrius lib. 12. cap. 25 : *Ubi Veneticus ordinatus vel Inordinatus, quod nos sine lingua dicimus, obierit. Ubi mori sine lingua, nihil aliud est, quam mori sine fabula, in lege Wisigoth. sive*

Foris Hispanicis lib. 3. tit. 1. § 6. lib. 5. tit. 2. § 4. *Morir sen fabla*, tabulis testamenti non confectis. Propter imbecillitatem non potens, vel nolens loqui, ut loquitur Matthæus Westmon. ann. 1246. Adde Concilium Toletanum IX. can. 4. *Vide Fabula, Indispositus, et Intestatus.*

\* **INORDINATUS**, Ordini seu regulæ repugnans. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 6. v<sup>o</sup>: *Visitavimus prioratum S. Martini de Gisorsio. Invenimus quod monachi... habebant pellicias Inordinatas... Præcepimus quod... pellicias Inordinatas... removeant.*

**INORMIS**, INORMITAS, etc. *Vide Innormis.*

† **INORNARE**, Ornare, apud Tertull. adv. Valent. cap. 12. et de Anima cap. 19. necnon in Vita B. Idæ Comitissæ, tom. 2. April. pag. 143.

† **INORTOLOGIA**, Massiliæ *Ortolailles*, Legumina. Charta ann. 1465. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Aqu. n. 15: *Quatuor eminas annone pro arreragiis de annis preteritis... decimam omnium fructuum, nadorum, pullorum, Inortologiurum, etc.*

\* **INOSCLARE**, Osculari, donationem propter nuptias, dato osculo, firmare. *Vide in Osculum.* Contract. matrim. ann. 1372. in Reg. 4. Armor. gener. pag. xxj: *Guillelmus Bertrandi de Guisquardo... et Maria de Aragone ejus sponsa futura... Inosclaverunt se et dederunt... vicissim pro osculo... centum denarios auri... videlicet... quod si contingeret ipsam Mariam de Aragone... mori antequam prædictum Guillelmum... sponsum suum futurum, absque libero vel liberis de se ex legitimo matrimonio procreatis, quod prædictus Guillelmus... possit percipere et levare de bonis et rebus ipsius Mariæ ejus sponsæ suæ futuræ centum francos auri justis ponderis et legalis... pro osculo et ratione osculii. Et vice versa, etc. Per causa de nossas e de oscle, in alio Contr. ann. 1413. ibid. pag. xxv. *Vide infra Obscleare et Osculum.**

† **INOTALGICUM**. *Vide Innotalgium.*

\* **INOVARE**, Renovare, iterum concedere. Charta Caroli IV. imperat. ann. 1350: *Humiliter supplicavit ut nonnulla jura ac certa pedagia... approbare, ratificare, Inovare, de novo concedere et confirmare dignaremur... Auctoritate cæsarea et de imperialis plenitudine potestatis, prout digne possumus, approbamus, ratificamus, Inovamus, de novo concedimus et tenore præsentium generosius confirmamus. *Vide Innovatura.**

\* **INPAGANUS**, A pagani more alienus, præstantis constantisque animi vir. Comed. sine nomine act. 6. sc. 2. ex Cod. reg. 8163: *Tu quidem armatum animum semper in omni casu habens, haud timuisse ostendisti te Inpaganus homo.*

**INPALAM**, Palam, nude. Rathodus Episcop. Noviomensis in Vita S. Godebertæ n. 5: *Ejus Inpalam... non indignatus est clarificare devotionem.*

\* **INPALPABILIS**, Qui palpari non potest. *Oculis quidem deducendum visibilia, sed tactu Inpalpabilia*, in Chron. Autiss. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 275.

\* **INPARADOSSUS**. *Vide infra Paradosa.*

† **INPARCAGIO**, Inclusio animalium in damno inventorum. *Vide in Parcus.*

† **INPECCATUS**, ἀπταιστος, Irreprehensibilis, in Supplemento Antiquarii.

\* **INPEJORARE**, Pejorem facere, reddere. Reg. Phil. Aug. in Chartoph. reg. 34. bis. fol. 96. v<sup>o</sup>. col. 1: *Si Inpejoraret*

*fossatum pro suo attractu faciendo, ipse reficiet tam bonum, vel melius, vel quocumque modo Inpejoraret.* *Vide supra Inpejoratio.*

\* **INPENARE**, Pennis instruere, Gall. *Empenner*. Comput. ann. 1383. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 55. col. 2: *Bernardo Requati et Raymundo de Magnopretio, qui Inpenaverunt xij. veratones mittendos... apud obsedium de Alansone, etc. *Vide Empennatus.**

\* **INPENHETURA**. Charta ann. 1346. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 379: *Item pro vendis et impignorationibus dictorum octuaginta arpenlorum... pro rege videlicet unum denarium Turonensem de libra et pictam pro Inpenhetura.* Non apertius in Reg. 81. ch. 530. ex eadem Charta legitur, *Junpenhetura vel Inpenhetura*; malim tamen *Inpenhetura*, atque idem forte est quod *Inpeny*.

† **INPENY** et **OUTPENY**, Denarius, qui pro introitu in possessionem prædii domino solvitur: ex Saxon. in, intro, in, intus, et peny, denarius. Regestum B. Mariæ de Cokefford pag. 25. apud Spelmanum: *De Inpeny et Outpeny, consuetudo talis est in villa de East-Rudham, de omnibus terris, quæ infra burgagium tenentur, videlicet... quod ipse, qui vendiderit, vel dederit dictam tenuram alicui, dabit pro exitu suo de eadem tenura unum denarium pro ingressu suo: et quod Ballivus domini erit ad deliberationem cujusque saisinæ deliberandæ. Et si prædicti denarii a retro fuerint, Ballivus domini dstringet pro eisdem denariis in eadem tenura.* De hoc item in Curia ibidem habita circa festum Epiphaniæ ann. 12. Ricardi II.

\* **INPERDIBILIS**, Qui perdi non potest. Vita S. Nivardi tom. 1. Sept. pag. 280. col. 1: *Hic etiam cum Joanne Alexandrino episcopo pauperibus munificus factus est: in cujus manu Inperdibilis sudabat elemosyna.*

† **INPETEUS**. *Vide Impetius.*

† **INPHEODARE**, ut *Infeodare*, In feodum tradere. Litteræ ann. 1263. apud Ludewig. tom. 7. pag. 489: *Castrum Emerseve nobis adhuc pro quingentis marcis examinatis Inpheedatum. *Vide Feudum.**

\* **INPINGERE**, Propellere. Instr. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 59. col. 2: *Ponit Stephanus Chautardus quod Bertrandus cepit eum per capsanam, et eiecit eum in terra de bestia sua... et Inpizit trossam erbam et bastum in terra. Occurrit rursus pag. 60. col. 1. *Vide Impingere.**

† **INPLACITARE**, ut *Implacitare*, In placitum vel in jus vocare, litem intendere. Occurrit in Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 1813. et in Formulæ Anglic. Thomæ Madox pag. 49.

**INPLANARE**. *Vide Implanare.*

† **INPLANTARE**, In possessionem mittere. Charta ann. 1223. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 125: *De qua domo cum pertinentiis Inplantaveram Valtero post decessum Nichai mariti mei.*

\* **IN PLENIUM**, Plurimum. Vita S. Procop. tom. 2. Jul. pag. 146. col. 2: *Prædictus autem Guido cardinalis, visis his miraculis et eis conscriptis, monasterium ipsum In plenum exaltavit.*

† **INPLICISCERE**, ἐπιπροσδέξω, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. Procurare, administrare. Plautus dixit *Implicisci* pro *Implicari*: quod non male convenit procuratori, multis sæpe negotiis implicato.

† **INPOMIFER**, ut *Impomifer*, qui nulla fert poma, nullos fructus. For-

mula in Chartis frequens, cum arboribus pomiferis et *Inpomiferis*, hoc est, infructuosus. *Vide Pomifer.*

\* [« In arboribus pomiferis vel *Inpomiferis*. (Confluente in Cerdania, 989, mus. arch. dep. 38. »)]

\* **INPOPULABILE**, *Inlæsum*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. *Vide Impopularis.*

**INPORTABILIS**, ὀσθητός, in Gloss. Gr. Lat.

† **INPOSITUS**, Incompositus. Vita S. M. Egyptiacæ, tom. 1. April. pag. 86:

Usibus Inpositis, naturæ crimen et hostis, Fractor inaccessus, et lenam sermo professus, etc.

**INPOST**, εἰς τὸ ἐπὶ, in Gloss. Gr. Lat. MS. Editum habet *in posterum*.

\* Charta ann. 1118. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 316: *Locum ipsum Inpost de Jugo Dei appellandum, etc.*

**INPOSTMÓDUM**, Deinceps, in posterum. Capitul. 1. ann. 809. cap. 30: *Et si aliquid Inpostmodum, postquam et vita concessa est cum justitia acquirere poterit, etc.* Adde Capitul. 2. ejusdem anni cap. 1. et lib. 3. Capitul. cap. 47.

† **INPOTUS**. *Vide Impotus.*

\* **INPRÆFOCABILIS**, Qui præfocari non potest: dicitur de crimine quod reus tacere nequit, in Hist. transl. SS. Sebast. et Gregor. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 322: *Et quia aliquos flagitiosos audierat imperatrix Judith, vi quadam Inpræfocabilis, in conventu publico crimina sua detexisse, etc.*

\* **INPRÆJUDICIALITER**, Absque præjudicio, in Charta ann. 1324. apud Oefelium tom. 1. Script. rerum Boicar. pag. 746. col. 2.

† **INPRÆMEDITATUS**, Non præmeditatus, ex tempore, in Miraculis S. Gulgulphi, tom. 2. Maii pag. 649.

\* Nostris *Despourvement*, eodem intellectu. Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 229: *Lequel Bale comme esmeus et courciez, respondi Despourvement contre vérité que icellui suppliant lui avoit donné un cop de coustel.* Aliæ ann. 1411. in Reg. 165. ch. 219: *Le suppliant respondi hastivement et Despourvement: qu'il y passeroit.*

\* **INPRÆTERMISSA**, Continue, sine intermissione. Vita S. Nivardi tom. 1. Sept. pag. 280. col. 1: *Ad hoc instruxit ut, donec ecclesia Dei peregrinaretur in terris, Inprætermisse faceret sibi thesaurum non deficientem in colis.* *Vide Inprætermisse.*

\* **INPRÆVERTIBILITER**, Ita ut præverti nequeat. Chron. Angl. Th. Otterbourne edit. Hearn. pag. 197: *Urbant eum fata sua, quæ Inprævertibiliter texuerant ruinam ejus hoc anno futuram.*

† **INPREMIA**. *Vide Inpremia.*

\* **INPREZA**, Societas fœdere confirmata ad aliquod opus aggrediendum. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 65. col. 2: *Item ponunt quod dominus et bastardus de Caylario... una cum aliis nobilibus terræ bassæ, sunt unius contributionis, unius consilii et unius Inprezæ.* *Vide supra Inprezia.*

**INPRIMITUS**, pro *Primitus*, in Form. Baluz. 3. 10.

† **INPRISIONARE**, In prisionem seu carcerem conjicere. *Vide in Priso.*

**IN PRO**, loco vocis *Pro*. *Vide in Contra 2.*

† **INPROCRATUS**. *Vide Improcratus.*

\* **INPROLIS**. *Vide supra Improlis.*

\* **INPROMERE**, Culpæ, Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Encolpar, Prov. Inpromo, is, ui.*

**INPROSPICUUS**, ἀπερίβλεπτος, in Gloss. Lat. Gr.

\* **INPROVINCIA**, Provincia, Gall. *Gou-*

vernemur; ubi præpositio in addita, quod in malam partem accipiatur. Epist. Wigon. 3. tom. 6. Anecd. Pez. part. 1. col. 112: *Sicut per pastoris neglectum saepe veniunt detrimenta ovium: ita de hebentudine nostræ Inprovinciæ nostrorum vicinorum servuli congregati quandam clericum nostrum membratim detriverunt.*

\* **INPROVISIO**, Provisio, constitutio qua aliquid providetur. Vita Eduardi II. reg. Angl. edit. Hearn. pag. 98: *Per totam terram vero in comitatibus, hundredis, civitatibus, burgis et villis convocationes et Inprovisiones factæ sunt, et, quibus quilibet armis, necessitate invente, uteretur, ex debito provisum est et ordinatum.*

† **INPUBLICARE**, In publicum seu fiscum redigere, confiscare. Vide in Publicum.

† **INPUGES**, ἀπυγός, Qui est tritis natus, in Supplemento Antiquarii.

† **INPURATUS**, Inpurus semper, in Glossis Sangerman. MSS. n. 501.

**INPURICIA**, Immunditas, immundicia, spurcicia, inluviæ, ἀκαθαρσία, in Gloss. Græc. Lat.

\* Nostris, *Empuance*, Fetor, corruptio, vulgo *Puanteur*, *corruption*. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 244: *Quatre tonneaux de viez vin qui tournent en Empuance, etc.* Unde *Empunaisier* et *Enpulleitir*, pro *Empuantir*, *corrompre*, Odore tetro inficere, corrumpere. Charta ann. 1391. in Reg. 141. ch. 97: *Que desdites boucheries soient tousjours issues grans punaisies et ordures, ... telement que les lieux d'environ en ont esté toujours corrompuz et Empunaisiez.* Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:

Si grans pueurs fors en isoit,  
Tout l'air en Enpulleitisoit.

A voce *Pulent* et *Pullent*, Putidus, fetidus, vulgo *Puant*. Eadem Mirac. ibid.:

Nes maintes fames poi s'en gardent,  
Ces Pullentes qui si se fardent.

Fabul. tom. 1. pag. 7:

Tant li dist li vilains Pulents.

† **INPURIMUS**. Vide *Impurimus*.

† **INQUADRUS**, Quadratus, Gall. *Quarré*. Charta Wernheri Episcopi Argent. apud Eccardum Orig. Habsburgo-Austriac. col. 110: *Juxta magnos et Inquadrus lapides muri.*

† **INQUESTA**, Inquisitio, Gall. *Enquête*. Non semel occurrit, passim *Inquesta*.

\* **INQUANTARE**, Auctionari, sub hasta vendere vel locare; unde *Inquantus*, Auctio, et *Inquantator*, Auctionans. Lit. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 62: *Usatica... Iradita Johanni Pisani corratario et Inquantatori publico, ... pro ipsa corratario pro villam Nemaus. et Inquantando sive subhastando publice in platea ipsius loci.* Charta ann. 1493: *In quadam platea dicti loci prope cæmeterium, in qua curia ejusdem loci teneri consuevit, et bona de pignore capta vendi, Inquantari, et subhastari consueverunt.* Hinc emendanda Statuta Vercel. lib. 5. pag. 19. r. ubi bis *Inquantare* legitur, pro *Inquantare*. Agan, pro *Encan*, ut videtur, in Reg. jur. Castel. Camerac. ex Cod. reg. 8428. 3. fol. 217. v.º: *Item toutes les maisons de Cambray, qui ont esté mises à l'Agan, etc.*

\* **INQUANTUS**, Officium inquantatoris seu emolumentum ex inquantibus. Charta ann. 1350. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 611: *Item pro Inquantu, jeularia et notaria dicti loci... pro dicta xij. parte,*

*ij. sol. x. den. Turon.* Vide supra in *Incantare* 2.

\* **INQUARTARE**, pro *Inquantare*. Vide supra in hac voce.

\* **INQUASSABILITER**, Inconcusse. Acta varia ad Conc. Basil. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 438: *Et cum aliquæ ecclesiæ quorundam errore sunt verecundatæ stabilita Inquassabiliter ipsa sola regnat.* Vide *Inquassabilis*.

**INQUASSABILIS**, Qui quati non potest, inconcusus: utitur Archithrenius in Prologo.

† **INQUASSATUS**. Vide *Inguissatus*.

† **INQUASSIBILIS**, Qui quassari non potest seu infringi. *Et ut hoc ratum et Inquassabile sit apud posteros*, in Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 880.

† **INQUERITUS**, ἀκέρτος, Indiscussus, in Supplemento Antiquarii. [\* *Inquæritus*, ex Castigat. in utrumque Glossar.]

† **INQUESTA**, Inquisitio judiciaria, Gall. *Enquête*. Passim occurrit. Exstat in Archivis B. M. de Bono Nuncio Rotomag.: *Inquesta facta autoritate domini Regis Philippi super usu et usuagio libertatum et altæ justitiæ tempore domni Ymerii tunc Abbatis Becci*, qui obiisse dicitur ann. 1304. In hac *Inquesta* plures aliæ memorantur *Inquestæ* 12. vel 24. hominum, ut conjecto, sic dictæ a numero testium qui audiebantur; in rebus enim majoris momenti, non sufficiebant pauci testes, sed plures pro rei magnitudine requirebantur, qui unum et idem testarentur, ut fusiis docetur in *Juramentum*. Vide *Inquisitores*.

\* Haud satis interdum in ejusmodi *Inquestis* pudori consultum est, ut patet ex Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abavil. fol. 146. r.º: *Il advint que le Joedi 23. jour de Juillet l'an 1383. fu perchut et trouvé en l'iaue à l'abruvoir du pont aux poissons un enfant, ... et sur che cas fu faite information; ... et à ledite information faire furent examinées plusieurs joules femmes d'onneur et bien nées de le ville et autres, auxquelles pour ledit examen faire, on fist saquier leur mameles pour savoir et ataindre le vérité du cas, entre lesquelles Ysabelot de Lournel de Vimewal... confessa avoir enffanté l'enfant, qui troué avoit esté... Ladite Ysabelot fu condempnée à estre arse.*

\* **INQUESTA**, Quod propter *Inquestam* domino vel judici solvitur. Charta ann. 1527. ex Tabul. S. Germ. Prat.: *Item dixerunt et retulerunt ipsi... jurati, quod dictus dominus prior est assuetus percipere et percipit in dicto loco de Anthonanis omnes Inquestas et alias condemnationes, quæ et quas contingit facere.*

\* **INQUESTARE**, Inquirere, interrogare, nostris alias *Inquæster*; unde *Inquestacion*, Inquisitio. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 8: *Propter hoc dictus exponens fuit in loco de Bellomonte Inquestatus et deductus in iudicio.* Libert. loci de Peyrusse ann. 1368. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 705. art. 9: *Touteffois que le bailli du seigneur dudit chastel... voudra Inquæster ou faire respondre aucun à enqueste, il les notiffiera ausdis consous, ... ou cas qu'il y voudront estre à ladicte response et Inquestacion, etc.* Anquerger, eodem sensu, in Charta ann. 1362. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 984: *Et veille et avere que lesdits anseors Anquerger si je, ho mon peir, avons rens sorpris ho boes de Bosic.* Hinc

\* **INQUESTICIO**, Inquisitio. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 661. art. 6: *Inter quis (leg. f. in quibus) Inquesticionibus et inquestis*

*cum tormentis factis, aut aliter quoquo modo, etc.* Vide *Inquestio*.

† **INQUESTIO**, ut *Inquesta*. Lex Salica a Carolo M. emendata de homicidiis Clericorum art. 2. edit. Eccardi pag. 171: *Si autem statim in prima Inquisitione Comiti responsum fuerit.* MS. Guelf. habet *Inquestione*.

1. **INQUESTUS**. [\* *Testis*, ut opinor, qui in *inquesta* audiendus profertur.] Censur et debita Bigorræ fol. 3. ex Camera Comput. Paris.: *Raimundus Garzias et Willelmus la Masa dederunt Comiti Enquestos 5. ante aquam, et 5. retro aquam, qui dixerunt veritatem de la Ost de Laveda, secundum quod ipsi viderunt et audierunt de Ecclesia S. Martini, et de honore, qui ibi pertinet de Gallegos, dederunt Inquestos, et hostes Comitibus Bigorrensibus.* Vide *Quæsta*.

† 2. **INQUESTUS**, pro *Inquisitus*. *Inquesta diligentius veritate*, in Charta ann. 1242. ex Chartular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1497.

† **INQUIES**, Strepitus, turba. Vita S. Udalrici tom. 3. Julii pag. 150: *Sed ubi cetera et aptum omnino locum Inquies palatina et frequentia procerum turbavit. Inquies nocturna*, Plinio lib. 14. cap. 22. molestia est seu vigilia. Aliqui *Inquies* adjective dixit pro *Inquietus*, ut et *Apuleius*, etc.

† **INQUIESCERE**, Quiescere. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 52: *Inquietul controversia*, id est, cessavit, finita est.

\* **INQUIETARE**, Molestare, turbare. Suger. in Vita Ludov. Grossi: *Ut qui alios supervacaneæ Inquietabat, gravius infinite Inquietaret.* Charta ann. 1294. Caroli II. comit. Prov.: *Mandantes..... quod ipsum Reformatum et heredes ac successores in predictis et circa predicta nullatenus Inquietare debeant.* Alia Yoland. regin. comit. Prov. ann. 1420: *Universitatem et singulas personas nullatenus molestetis, Inquietetis, molestari aut inquietari patiamini.* Hinc

\* **INQUIETAS**, INQUIETATIO, INQUIETUDO, Molestia, vexatio. Præcept. Caroli M. ann. 779. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 741: *Inquietatem aut calumniam generare, nec aliquid exinde per injustitiam abstrahere aut minuere quoquo tempore præsumatis.* Aliud Rob. reg. an. circ. 1008. tom. 10. ejusd. Collect. pag. 592: *Diversarum Inquietudinum deplorantes intolerabilem querimoniam, etc.* Stat. Univers. Aquens. ann. 1483. pag. 3: *Ab omnibus violentiis, molestiis, oppressionibus, turbationibus, Inquietationibus et injuriis præserent.*

† **INQUIETATOR**, Qui inquietat, turbat, molestus est. Tertull. de Spectaculis cap. 23: *An Deo placebit auriga ille tot animarum Inquietator?* Charta ann. 1257: *Promisit etiam dictus Alterius venditor... res venditas defendere ab omni Inquietatore calumpniam seu impedimentum movente.*

\* **INQUIETUDO**, Strepitus, quo alii turbantur. Stat. MSS. Fræmonst. dist. 3. cap. 1: *Si præsens in dormitorio aliquam modicam Inquietudinem fecerit, etc.* Vide supra in *Inquietas*.

† **INQUILINA**, Quæ alicubi habitat instar inquilini. *Anima Inquilina est carnis*, apud Tertullianum de Resur. carnis cap. 46.

† **INQUILINATUS**, Habitatio inquilini, apud eundem Tertull. de Anima cap. 38. et Sidon. lib. 5. Epist. 19.

\* **INQUILINUS**, *Serfant*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

\* **INQUIMATISMA**, *Infusio*, in Gloss. MSS. ad Alex. Iatrosoph. lib. 1. Passion.

cap. 85 : *Superunctiones autem et Inquimatmata sequenti sermone sunt ordinanda. Vide Inquimatizare.*

**INQUIMATIZARE**, Infundere. Ita Glossæ MSS. ad lib. 1. Passionum Alexandri Iatrosophistæ: *Multi etiam ex ipsis opium præsumperunt Inquimatizare. Ex Græco ἐϋματίεω.*

† **INQUINARIA**, Lues, contagio. Papias in MS. Bituric.: *Contagium, Morbus dictum... ipsa Inquinaria, sive pestilentia, vel lues dicitur. Forte legendum Inquinaria. Vide in hac voce.*

\* **INQUIRENDUM**. (Ad.) Ad Acquirendum. (Passim in cartul. S. Andræ Viennensis, ed. Chevalier.)

**INQUIRERE**, Perquirere. *Furem Inquirere*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 55. Adde § 50. [Luitpr. 44. (5, 15.) 80. (6, 27.)]

° **INQUIRIMENTUM**, Acquisitum ære proprio. Charta ann. 1160. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 576 : *Affranchimentum istud, quod eis dono et recognosco, est tale, quod ego Raymondus Trencavelli ex isto die inantea non debeo quistam nec tollam facere ulli homini vel feminæ in ipsa villa habitanti, exceptis meis serviensibus et meis hominibus naturalibus, qui ex alio meo honore naturales sunt, exceptis traditoribus; et ipsos cum Inquirimento, hoc est suus facere poterit. Vide supra Acquirementum.*

I. **INQUISITIO**, Tributum, exactio publica, *Quæsta*, vel quod ab Inquisitoribus indicebatur et exigebatur, uti infra observamus. Leovigildus Cordubensis Presbyter. lib. de Habitu Clericorum : *Quem Inquisitio, vel census, vel vectigalis, quod omni lunari mense Christi nomine solvere cogitur, retinuerit, etc.* Conventus Ticinensis ann. 853. post Concilium Ticinense sub Leone IV. can. 2 : *Concedimus abhinc in futurum altis super eos fieri Inquisitiones, nisi unde Caroli proavi et avi nostri tempore factæ fuerunt. Egica Rex in Concilio Tolet. XVI. : Ut nemo Episcoporum pro Regis Inquisitionibus exhibendis, parochialium Ecclesiarum jura contingat, nec quascunque exinde Inquisitiones, aut evectones exigere audeat; sed de prædiis suarum sedium Regio culmini solita perquisitionum obsequia deferat. Adde can. 6. Censu Inquisitionem, dixit lex 5. Cod. Theod. de Censu. (13, 10.)*

\* 2. **INQUISITIO**, Lis, causa; unde *Inquirere*, Litem instruere. Lit. ann. 1079. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 43 : *Et ne passim Inquirat curia nostra dicti loci, dicimus quod de verbis injuriosis nulla fiat Inquisitio, nisi in præsentia curiæ nostræ pro tribunali sedentis dicta fuerint.*

† **INQUISITIONALES ARTICULI**, Gall. Les articles d'une Enquête. Charta ann. 1376. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 82 : *Nec debeant responderi aliquibus articulis, Inquisitionalibus contra ipsos seu alterum ipsorum factis vel faciendis ex officio curiæ.*

° *Inquisitionales tituli*, eadem notione, in Charta ann. 1501 : *Et propterea idem dominus per suam curiam... contra plures et diversos particulares dicti castri inquirere et titulos inquisitionales et criminales processus formare et fundare fecerit.*

**INQUISITORES**, Appellati extra ordinem in provincias delegati, de tributis ac vectigalibus cognituri. *Inquisitor Gallicarum*, in veteribus Inscriptionibus. Maxime vero ita dicti, qui a Regibus nostris in provincias delegati, id munii obibant, quod olim Missi Dominici sub prima et secunda Regum stirpe, et *Justitiarum itinerantes* in Anglia. Ii e Magis-

tris Parlamenti delecti, mittebantur in dioceses, ut de Ballivorum, Judicum, aliorumque Ministrorum Regiorum excessibus inquirerent, et de iis ad Parlamentum referrent. Nangius in Gestis S. Ludovici pag. 366 : *Super forefactis, quæ tam ad personam suam, quam ad Præpositos et Ballivos suos spectabant, mittebat pluries per regnum suum Inquistores diligentes et fideles, et inventas injurias emendari et restitui faciebat. Ejusdem Regis Ordinatio de Ballivis, ibid. pag. 363 : Vel illis, quos ad visitandum terram, vel facta eorum Exquirenda mittebat. Edictum ejusdem S. Ludovici, datum Parisiis ann. 1256. pro utilitate Regni, ubi de Ballivis : Item, ils jureront que il ne feront prendre à leurs fames, ne à leurs autres parens, affins, amis, ou mesniee, ne à ceux qui leur comptes oirront, ne à nul Enquesteur ou Visiteur, que nous envoions enquerre contre eus es lieux où il auront esté en office de par nous.*

Quo pacto vero inquisitiones suas contra Officiales Regios peragerent Inquistores, pluribus declarat sequens Charta, quam ex Regesto 36. Chartophylacii Regii, num. 64. exscripsimus : *Philippe par la grace de Dieu Roi de France, à nos Inquistores envoyez de par nous en la Baillie d'Auvergne sus nos Officiers, Salut. Nous vous mandons, que tant sur le desir, que nous avons, que les forfaits de nos mauvés Officiers soient punis et adreciez, et à nostre peuple les griez et les extorsions, que il leur ont faiz, rendus et amendez, comme pour la mauvése renommée, que nous en avons oie, de quoi nous sommes à grant malaise de cuer, de ce que si longuement ont regné en ce faisant, et que plusiost ne avons esté avisez, avons ordené cette voie qui ensuit, laquelle nous vous ajoutons comment vous doiez aler avant sur eux, laquelle nous vous mandons d'estroitement, à tenir sur vos sermens. Premierement, nous voulons, que tous nos Officiers, Baillis, ou Seneschaus, ou de quelque condition que il soient, qui en nostre service ont esté, que vous les faciez venir pardevant vous, et les faites jurer sur saintes Evangiles, et sur poine d'estre astrains d'avoir forfait les cors et les avoirs, que il vous cognoistront et diront vérité de toutes les restitutions et apaisement qu'il auront fait, ou fait faire de fait ou de promesse, ou qu'ils sauront, qui aura esté fait pour eus ou par eus, ou par autre, depuis le terme de la Toussainz, à quieconques personnes que ce soient : et aprez le serment, donnez termes de vuitaines tant seulement à chascun de vous reconnoistre la vérité sur la poine dessusdite. Item, nous vous mandons, que vous faciez crier solempnellement par tous les lieux de vostre Baillie, que chascun sur quanque il se puet meffaire sur cors, sur avoir, qui aura receu, ou eu de nul de nos Officiers dessusdiz restitution ou promesse par lui ne par autre, puis le terme de la Toussainz, que il viengne dire ou reconnoistre pardevant vous, sur poine d'avoir forfait corps et avoir, et de ce les assurez, que il n'aient pas paour de dire la vérité sur nos mauvez Officiers, pour doute qu'il raient leur service arrieres : car soient il certain, que ceus que nous trouverons mauvez ne coupables, il ne raront jamés nostre service, ne illenque ne aillours, ains les punirons, si que les autres mauvez y prendront esamblable. Item, nous voulons que vous faciez crier, que se nul doutoit à venir dire qu'il aient riens donné asdiz Officiers pour aucun cas que il nous deust appartenir,*

*celer ou souffrir, que il ne lessent pas à dire pour doute, que nous les en querelons. Car nous ne nous emprendrions pas à eus, mais à ceux qui auront fait la mauvése souffrance, et de ce les assurez hardiement. Item, nous vous mandons, que vous ne souffrez amis de nos Officiers dessusdiz que il aient Advocat ne conseil à respondre pour eus as cas dessusdiz, fors de nier ou de connoistre la verité, ne en nul autre cas qui touche leur fait. Donné à Paris le Lundy après les vuitaines de Pasques, l'an de grace 1303.*

Addam Chartam aliam ex Camera Computorum Paris. a me perinde descriptam, quæ idipsum firmat de Inquisitionum in Officiales Regios forma : *Petrus Dei gratia Silvanectensis Electus, et Thomas de Marfontaines, Miles domini nostri Regis, Inquistores una cum aliis, ac super reformatione patriæ in Senescall. Lugdun. et in Ballivia Matisconensi, ab eodem Domino Rege deputati, Castellano Kariloci, nec non Castellano sancti Symphoriani, seu eorum loca tenentibus, Salutem. Ad instantiam Procuratorum Ecclesiasticarum personarum, nobilium et innobilium Comitatus Forensis et terræ Ballijoci, auctoritate Regia, qua fungimur in hac parte, vobis et vestrum cuilibet committimus, districtisque et sub omni pena gravissima, quam propter hoc possetis incurrere erga dominum nostrum Regem, præcipimus et mandamus quatenus per Castra, Villas, aliaque loca ad hæc idonea seu consueta vestrarum Castellaniarum eorumque ressortus, necnon in Ecclesiis Parochialibus locorum prædictorum palam et publice ex parte Dom. nostri Regis et nostra intimetis, seu intimari faciatis, ac publice proclamari, ut omnes et singuli Senescalli, Bailivi, Præpositi, Judices, Tabelliones, Decimarum ac Subventionum Regiarum Levatores, Servientes, alique Officiales Regii, cujuscumque status aut conditionis existant, qui tam præsentibus temporibus, quam præteritis officium seu ministerium quodcumque Regium exercuissent in vestris Castellaniis, earumque ressortis et pertinentiis dignoscuntur, coram nobis apud Montem-Brisonem personaliter compareant, coram nobis die Veneris post quindenam festi Pentecostes, et die Sabbati immediate sequentis, necnon et diebus sequentibus et continuis ad hoc necessariis, querelis, petitionibus et gravaminibus dictarum personarum Ecclesiasticarum, nobilium et innobilium, cæterarumque quarumcumque popularium personarum terræ et Comitatus prædictorum, et aliunde, nobisque ex officio sufficienter responsuri, et a nobis justitiam accepturi, processurique, et nos visuri procedere super præmissis, et aliis commissis nobis negotiis juxta a dicto Domino nostro Rege traditam nobis formam, vosque ad dictas dies et dies sequentes compareatis peremptorie coram nobis querelantibus, de vobis ad justitiam responsuri : cum intimatione quod nisi vos et prædicti Officiales Regii modo quo supra compa-rueritis, nos nihilominus contra vos et ipsos procedemus, ratione prævia, vestra et eorum absentia seu contumacia non obstante. Significantes etiam ac publicantes, seu significari et publicari facientes, ut supra, ut omnes et singuli qui de prædictis Officialibus Regiis, seu aliquo eorumdem conqueri voluerint, diebus prædictis per se vel per alium sufficienter compareant coram nobis, qui parati sumus et erimus eos audire benigniter, et eis facere celeris justitiæ complementum. Intimantes etiam personis Ecclesiasticis,*

Baronibus, Nobilibus supradictis, quod ad dictas dies prompti et parati sumus nos et dicti Collegæ nostri, aut duo ex nobis circa ea, quæ super eorum libertatibus infrascriptis, ut dicitur, juriurque eorum usurpatione, ac reformatione patriæ nobis commissa sunt a Majestate Regia, seu injuncta juxta tenorem Commissionis Regiæ, super iis nobis factæ, procedere et facere quæ incumbunt. Et licet alias sub dictis et gravibus pœnis inhæberi fecerimus, ne quis cum dictis Officialibus Regiis, nec ipsi Officiales cum aliis componere audeant, idem per vos in locis prædictis palam et publice præcipimus inhæberi, et si quis contrarium fecerit, nobis hoc quantum sub omni pœna et amissione bonorum revelare procurent; scientes, quod qui nobis expositiones hujusmodi efficaciter revelandas duxerint, prout supra, nos agemus misericorditer cum eisdem, et de adornamentis hujusmodi, et executione eorundem nos sub certis litteris ac fide digno testimonio ad dictam diem certificare curetis. Datum Lugduni, sub sigillis nostris, prima die mensis Junii, anno Domini millesimo trecentesimo sextodecimo.

Ut autem facilius de Ballivorum et Officialium Regiorum excessibus inquirerent Inquisitores, tenebantur ii, exacto officio, quod ut plurimum annuum erat, iisdem in locis, ubi illud obierant, per 40. dies morari, ut, si quis in eos expostularet, aut crimen intenderet, coram Inquisitoribus juri starent. Statutum S. Ludovici de Ballivis: *Pour ce qu'ils puissent répondre pardevant les nouveaux Seneschaux ou Baillis, ou autres Enquesteurs, ou Officiers souverains, à ceus ausquels ils avoient meffait, qui se voudroient plaindre d'eux.* Statuit autem Philippus IV. Statuto dato mense Novembri ann. 1302. quod descriptum legitur in 36. Regesto Chartophylacii Regii ch. 89. ut Inquisitores, Officialium delicta examinatorum, Inquisitiones secretas edant priusquam publicas: quibus etiam ut ab officiis absterneant, imperandi facultatem concedit: neque enim Inquisitoribus fas erat supremo damnare iudicio, quos reos reperissent; sed de iis referere ad supremum Senatum, ex Statuto Philippi III. ann. 1281. quod in acta Parlamenti Pentecostes relatum est. Iis tamen licebat lites minoris momenti iudicio dirimere. Statutum sancti Ludovici contra usuras Judæorum, cujus mentio est in Computo Ballivorum ann. 1258. et quod descriptum habetur in 10. Regesto Regio fol. 55: *Nec est aliquatenus obmittendum, quod Inquisitoribus permissum est, omnes Inquestas judicare, quæ summam centum solidorum Paris. non excedunt, quod ad Curiam remittere non tenentur... Inquestas autem, summam centum solidorum Parisiensium excedentes, peracto negotio, sub sigillis suis clausas ad Curiam remittant judicandas, cum literis Episcopi vel Archiepiscopi diocesis, in qua inquisierint, continentibus Inquisitorum nomina, qui ab ipsis ad hoc fuerint deputati, nisi liquido appareat, nihil esse probatum.* Hinc iudicium officio functos interdu Inquisitores legimus, multasque reis irrogasse, de quibus ratiocinia edebant Ballivi. Computus Ballivorum de termino Ascensionis ann. 1306. in *Recepta Hugonis Gouaud Ballivi Bituricensis: Emendæ per Inquisitores. De Petro Caucella nunc defuncto 4. libr. de Joanne, etc. Emendæ, etc. Expleta Ballivæ, etc.* In *Recepta Ballivi Masticonensis, ibidem: Partes denariorum de*

expletis per Inquisitores, etc. Pro emenda, in qua fuit condemnatus per Inquisitores, 4. libr. etc.

Inquirebant etiam de litigantium causis, et testes examinabant de singulorum jure: quæ fuit nostrorum semper in iudiciis forma. Lex Alemann. tit. 41. § 3: *Et si hoc ab aliis iudicibus Inquisitum fuerit, quod ille juste iudicavit, etc.* Eginhardus Epist. 11: *Nam ego totam causam, et qualiter a vobis per veraces homines Inquisita est, simul cum Adhalaro et Gebuino Comitibus Palatii, Domino Imperatori indicavi.* Charta de Villa Novilliaco, post Flodoardum: *Misi suos missos ad hoc Inquirendum; et Inquisitione facta, et veritate, sicut ei dictum fuerat, inventa, quoniam prædicti subreptores ad rationem non venerunt, etc.* Neque tamen in quibusvis litibus Inquisitiones peragebant, sed illas tantum, quæ a Ballivis peragi non poterant, aut si ipsis forte Ballivos, vel eorum delicta spectarent, ut est in Statuto Philippi V. ann. 1320. Inquisitiones enim pro more ad Ballivos a Senatu delegabantur, quæ ad Senatum relatæ dijudicabantur in Camera, quam inde *Inquestarum* etiamnum vocant, de qua quædam attigimus in Dissertat. 2. ad Joinvillam pag. 144. et alia proferemus in voce *Parlamentum*.

Inquisitorum præterea munus erat de incommodo et incommodo inquirere in rebus, quæ Regem spectarent, ut est in Statuto Ludovici Regis, 1. Apr. ann. 1315. pro Occitanis. Functiones etiam publicas ac præstationes in rei publicæ usus necessarios iudicabant ac recipiebant. Computus Ballivorum de termino Ascensionis ann. 1258: *Pro Pedagio de 460. modis salis, reducto de 12. denar. ad 2. denarios, pro quolibet modio per Inquisitores in villa Aurelianensi 19. lib. 4. sol. 4. den.* In Computo Ballivorum de termino Ascensionis ann. 1305. Ballivus Turonensis computum reddit de subventionibus, quas receperat ante adventum Inquisitorum in Ballia Masticonensi: inde Inquisitiones dictæ interdu publicæ functiones, de quibus supra.

Exactæ denique Inquisitiones remittebantur, vel ab uno ex Inquisitoribus deferebantur ad Senatum, qui ex eorum relatione supremum edebat iudicium. Statutum sancti Ludovici contra usuras Judæorum: *In remissione dictarum Inquestarum veniat ad Curiam unus de Inquisitoribus cujuslibet diocesis, ad instruendum super progressu dicti negotii, et ad ea, quæ in progressu negotii occurrerint, fideliter observanda.* Statutum Philippi III. ann. 1277: *Les Regardeurs des Enquestes les Enquestes receveur de certaines personnes de la Cort à ce ordenées, et par icelles, ensemble les Enquesteurs, soient jugés.* Unde conficitur in Senatu cum cæteris Senatoribus de Inquestis suis cognovisse Inquisitores. Hinc formula in Regestis Parlamenti: *Inquestæ redditæ et deliberatæ Parlamento Octabarum Candelosæ anno Domini 1256. probatum est sufficienter, quod Guillelmus de Charentono Miles, etc. Inquestæ redditæ et deliberatæ Parisiis in Parlamento sancti Martini anno Domini 1257. Inquestæ facta super eo... probatum est, etc.* Statuit autem Philippus IV. Statuto ann. 1302. quod habetur in Regesto Cameræ Computor. Paris. signato cruce, ut *Inquestæ et probationes postquam fuerint transmissæ ad Curiam, iudicentur infra biennium ad tardius, postquam fuerint reportatæ.* [Edidit de Lauriere tom. 1. pag. 357. et seqq.]

Deligebantur porro Inquisitores, non modo ex Magistris Parlamenti, (ita appellabant, quos hodie *Consiliarios* dicimus,) sed etiam fere semper ex Ecclesiastico ordine ac laico. Computus Ballivorum de termino Omnium Sanctorum ann. 1256. in Aurelianensi Ball.: *Pro restauratis factis per Archidiaconum Gaufridum de Bulli et socios Inquisitores Gerardo de Broi Milite, 12. libr. in Bituric. pro denariis redditis D. Hugoni de Bosco Bernardi 12. libr. per Inquisitores, videl. Mag. Gaufridum Archidiaconum in Ecclesia Aurelianensi et socios ejus.* In Computo Omnium Sanct. ann. 1257: *Pro restauratione facta per Decanum Silvanectensem et ejus socios Inquisitores domo Dei Remensi pro tempore Regalis, etc.* Computum ann. 1305: *Computus Mag. Egidii de Remino pro viagio, quod fecit apud Tolosam ann. 1301. cum Vice domino Ambian. et Archidiacono Algæ in Ecclesia Lexoviensi pro negotio Inquestarum, etc.* In Regesto 36. Chartophylacii Regii habetur sequens Charta, quæ est 40: *Philippus Dei gratia Francorum Rex, Ballivo Silvanectensi, Salutem. Cum nos dilectos nostros Mag. I. de Gonessia Canon. Carnot. et G. de Nongento, fidelem Militem, pro quibusdam negotiis nostris ad partes tuæ Balliæ destinemus, mandamus tibi, quatenus ipsi et eorum cuilibet pro expensis suis faciendis pecuniam de nostro tradas et ministros, quoties te super hoc duxerint requirendum, etc. Actum Par. ann. 1302.* Denique in Regestis Parlamenti habetur Arestum Philippi V. datum mense Martio ann. 1316. super Inquesta, facta ab Episcopo Macloviensi, et Petro de Dicy Milite, Inquisitoribus in Normanniam pro reformatione patriæ delegatis. Ex prædictis perinde patet, Inquisitores a Rege delectos ex Parlamenti Magistris, et iisdem sumptus ex fisco subministratos: quod ultimum firmant etiam sequentia ex Computis Ballivorum, in Comput. de termino Aseension. ann. 1269. in expensa Ballivi Meduntensis: *Pro denariis traditis pro expensis Inquisitorum 60. libr. in Comp. ann. 1268: Pro expensis Inquisitorum super usuris Judæorum per mandatum Regis, 15. lib.*

\* Imo eligebantur Inquisitores inter ecclesiastici et laici ordinis primarios, qui iudicium, auditorum, inquestarumve relatorum partes alterna vice agerent. Quod invicte probant, quotquot sunt antiquiora parlamenti Parisiensis Regesta. Olim 1. fol. 23. rº: *Inquesta facta per Stephanum decanum S. Aniani Aurelianensis et magistrum Guillelmum de Milliaco.* Porro qui hic Inquisitorum funguntur officio, inter iudices annumerantur in Aresto anno. 1230. ibid. fol. 22. vº. quorum primus est ex ecclesiastico ordine Archiepiscopus Rotomagensis, et ex laico dominus Nigellæ. Regest. 4. Olim fol. 100. ad ann. 1307: *Episcopus Attrebatensis et cantor Aurelianensis reportaverunt.* Cum cæteris senatoribus de Inquestis suis cognovisse Inquisitores, si quis adhuc superesset controversiæ locus, demonstraret Statutum Philippi III. ann. 1277. Inconsiderate ergo prorsus, si Inquisitorum dignitatem vel officium attendas, D. de Mably in suis *Animadv. ad Hist. Franc. tom. 2. pag. 143. scribit: Il fallut admettre sous celui (le regne) de Philippe-le-Hardi, des hommes qui n'avoient d'autre titre que de sçavoir lire et écrire, et que la routine des tribunaux ecclésiastiques mettoit en état de conduire selon de certaines formalités, la procédure qui s'établisoit dans les tri-*



*bumana laica.* Et pag. 144: *Les Conseillers-Rapporteurs, hommes choisis dans l'ordre de la bourgeoisie, ou parmi les ecclésiastiques d'un rang subalterne, n'étoient entrés dans le parlement que pour préparer, instruire et rapporter les affaires.* Quam male novum istud systema cum superioris allatis cohæreat, nemo non videt. Ad ordinationem vero ex Disquisitionibus Pasquerii a D. de Mably laudatam quod spectat, haud scio an aliquid certi ex ea erui possit, cum in nullo parlamenti Regestorum reperitur, locupletissimo teste Viro Illustrissimo D. Joly de Fleury olim Procurator Generali, in notulis criticis ad Literas historicas, quas mecum humanissime communicavit dignissimus ejus filius D. Advocatus Generalis.

INQUISITORES OFFICII JUSTITIÆ ARAGONUM, qui a Rege delecti in summum justitiæ Magistratum, quem *Justitiam* vocant, seu in illius facta, consilia, et delicta inquirunt. Vide Blancam in Commentar. Rerum Aragon. pag. 771.

INQUISITORES FIDEI. Ex quo in Gallias sese immisit hæresis, a qua diu, ut auctor est Sulpitius Severus, fuerant intactæ, dedere operam Christianæ gentis Principes, ut in ipsis initiis eveleretur, vel saltem ne altius radices ageret, missis identidem in provincias ea labe infectas viris vitæ probitate ac scientia probatis, fidei Inquisitoribus, qui in hæreticos gravius inquirerent, eorum explorant pravas opiniones, ad rectam fidem reducere conarentur, qui ab ea defecerant, et in erroribus perseverantes pertinacius tandem damnarent, curarentque ut a Judicibus ordinariis justa de iis pœna exigeretur.

Ejusmodi *Inquisitorum* tum primum auditum in Gallia nomen, cum prava Waldensium hæresis, cujus se traduces ac hæreses gloriantur hodierni hæretici, aliquot Catholicis regni provincias infecit. Tum enim in Concilio Tolosano, quod anno 1229. contra hæreticos istos coactum est, Legatus Apostolicæ Sedis, qui ei præerat: *Ne videretur, sicut erat vir circumspectus et providus, obmittere aliqua de contingentibus, mandavit Inquisitionem fieri contra hæreticos suspectos de hæretica pravitate*, ut ait Guillelmus de Podio-Laurentii cap. 40. Adde Concil. Valentinum et Albense.

[\* Confer confessionem Guillelmi Furnerii de Tholosa, conversi qui adactus ab *Inquisitoribus* ipsam matrem culpavit. (An. 1256, mus. arch. dep. p. 158-163.)]

Delecti vero ii potissimum ex Fratribus Ordinis Prædicatorum. Idem Scripserunt cap. 43: *In diebus autem legationis ejusdem Episcopi Tornacensis, per summum Pontificem commissa est Fratribus Ordinis Prædicatorum Inquisitio, in his terris contra hæreticos facienda: fueruntque ad hoc deputati, Frater Petrus Cellani, et Guillelmus Arnaldi, qui Tolosæ quosdam, quos facilius convinci posse præsumebant citaverunt, et convictos hæreticos judicaverunt.* Iis postmodum adjuncti Collegæ ex ordine Fratrum Minorum, qui Prædicatorum *rigorem mansuetudine sua temperarent*, ut mox subdit.

Hæc igitur subinde obiere munia Fratres ejusdem Ordinis, in quibus præ cæteris recensentur Frater *Robertus*, cognomento *Bulgarus*, quod Waldenses, quos ea ætas Bulgaros nominabat, atrocis, quam par erat, potentia adjutus sæculari divexaret, eosque igne promiscue damnaret, de quo Matthæus Paris,

et alii ann. 1238. *Falco* fidei Inquisitor in Occitania, ob cujus nimiam severitatem Rex Philippus Vicedominum Ambianensem, Magistrum Ægidium de Remino, et Archidiaconum Algæ in Ecclesia Lexoviensi in Occitaniam misit ann. 1301. qui de Falconis excessibus inquirerent, quorum occasione idem Rex mense Decembri ejusdem anni statuit, ut in posterum de hæresi suspecti, aut accusati, Regiis carceribus recluderentur Tolosæ, neque Regii subditi Inquisitoris decreto possent detineri, nisi sumpto prius Episcopi consilio, et Senescalli Regii auxilio implorato. *Guillelmus de Morreiiis* ann. 1302. *Joannes Parlier* ann. 1418. de quo Regestum Parlamenti cruce signatum fol. 3.

Verum cum intra officii sui præscriptos fines vix se continerent Inquisitores, atque de causis, quæ ad regios judices spectabant, judicare tentarent, regio Diplomate coerciti sunt. Charta Philippi Pulcri ann. 1302. tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 611: *Licet negotium catholicæ fidei cordi præ cæteris habeamus, illudque intendamus opportunius semper favoribus efficaciter promoveri, Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in ipsius negotio fidei consilium et auxilium impendendo: Inquisitores tamen eosdem, sic suis finibus volumus esse contentos, quod in temporali jurisdictionis præjudicium, nostrorumque dispendium subditorum, potestatis sibi traditæ limites non excedant. Ea propter vobis et vestrum singulis districte præcipiendum mandamus, quatenus si Inquisitores præfati contra Judæos regni nostri de questionibus usurarum, sortilegis vel aliis quæ Inquisitoribus ipsis ex officio inquisitionis non competunt, se forsitan intromittant vel intromittere contendant, vos ad instantiam vel requisitionem ipsorum, nullum Judæum capiatis vel factis capi, aut quomodolibet molestari actione prædicta, nec super illis eisdem Inquisitoribus impendatis auxilium vel favorem.*

Sed et exortis sui initia elapsi proxime sæculi Lutheranorum atque Calvinianorum hæresibus, in ea labe infectos gaviter primo inquisitum a Francisco I. Rege, qui *fidei Inquisitores* ex eodem Prædicatorum Ordine pariter delegit. Habetur enim in volumine Ordinationum ejusdem Regis fol. 408. illius diploma 30. Maii ann. 1536. quo *Mathæum Orry*, Doctorem Theologum ex Ordine Fratrum Prædicatorum, *fidei Inquisitorum* instituit. Simile exstat in 2. vol. fol. 247. 10. April. ann. 1540. quo *Josepho Corregi* ex eodem Ordine Doctore *fidei* perinde *Inquisitoris* in toto regno munus obeundi facultatem concedit. Præterea 3. vol. fol. 482. descriptum legitur Statutum Regium 23. Julii ann. 1543. quo Judicibus Ecclesiasticis et fidei Inquisitoribus inquirendi in Lutheranos et hæreticos ita potestas attribuitur, dummodo laicos, et qui sacris Ordinibus non essent initiati, ad Judices ordinarios remitterent. Prostat denique Statutum aliud Henrici II. datum apud sanctum Germanum in Laia 22. Junii ann. 1550. quo Francisci I. edicto derogando, *Mathæum Orry* fidei Inquisitorem ab eo onere liberat, quo tenebatur lites a se contra hæreticos instructas Curis supremis, Ballivis, et Senescallis, communicare, dummodo eas diocesanis Ordinariis, vel eorum Vicariis communicaret: confirmata insuper, quia donatus erat, potestate, a fide aberrantes ad sanam mentem doctrina vel monitis revocandi, pœnitentibus veniam et mi-

sericordiam impertiendi, et demum pervicaces puniendi et corrigendi. Quod quidem Statutum in Acta Parliamentaria relatum est, hac opposita conditione, ut idem Inquisitor in casibus privilegiatis, cum Regis Judicibus processus communicaret.

Inquisitorum ejusmodi expensæ et ad victum necessaria ex fisco Regio subministrabantur a Ballivis, qui eo ævo Ballivarum suarum percipiebant redditus, et de iis in Camera Computorum ratiocinia sua edebant: quod ex eorum Computis docemur. Computus Ballivorum pro termino Ascensionis ann. 1248. in Ball. Aurellan.: *Pro expensis Fratrum Inquisitorum*, 24. libr. In Ball. Ambian.: *Fratres Inquisitores*, 10. libr. In Turon.: *Pro expensis Fratrum Inquisitorum*, 30. libr. et 14. sol. et sic in cæteris. Prostat in hanc rem in Chartophylacio Regio, in Regesto 86. ch. 16. diploma Philippi Pulcri, quo præterea cavetur, ut Ballivi Inquisitoribus auxilium et consilium præstant ad officii sibi demandati executionem: *Senesc. Tolosæ et Carcass. Sal. Cum Frater Guillelmus de Morreiiis de Ordine Prædicatorum, de quo nobis laudabile testimonium perhibetur, sit de novo Inquisitor Tolosæ auctoritate Apostolica deputatus, ut dicitur: mandamus vobis quatenus carceres nostros, Muros ad custodiam detentorum pro crimine hæresis vulgariter appellatos in solo nostro constitutos, atque ad dictum Inquisitionis officium necessaria, nec non pecuniam ad ipsius victum, et officium exercendum liberari et ministrari faciatis, eidem in sui executione officii auxilium, favorem, et consilium impendentes, prout aliis Inquisitoribus hactenus fieri consuevit, et quamdiu nostræ placuerit voluntati. Actum apud Vicenn. 1302.* Cum ex Occitania in Hispaniam, ac Navarram præsertim, irrepisset Waldensium virus, delecti etiam a Gregorio IX. Inquisitores ex utroque Ordine, Prædicatorum ac Minorum, qui in hæreticos severius animadverterent. Diploma summi Pontificis descriptis Waddingus ann. 1238. n. 6. 7. Vide Paulum Sarpium in Histor. Inquisitionis Venetæ cap. 1. [et Limborch. de Inquisitione. Tolos.]

INQUISITORES FOREFACTORUM in Ballivis a D. Rege dati, quibus scilicet incumbat forefacta, i. emendas, a damnatis iudicio Ballivorum exigere, et ex iis debita Regum persolvere, et male aut contra juris ordinem exactas et persolutas emendas restituere. Chartæ ann. 1269. 1270.

INQUISITORES FORESTARUM, Qui extra ordinem mittebantur in provincias, ad examinanda forestariorum et aliorum in forestis publicis delicta. Habetur in Tabulario S. Victoris Paris. ch. 13. iudicium editum a Magistro Philippo le Convers, Thesaurario S. Stephani Trecentis, Clerico Regis, et Guillelmo de S. Michaële, Inquisitoribus forestarum. In Statuto 17. Maii ann. 1320. *Magistrorum Inquisitorum forestarum* vadia ex denariis Balliarum per manus Ballivorum percipi debere statuitur.

INQUISITORES TABULÆ. Curia generalis Catalaniæ in villa Perpiniati sub Petro Rege Arag. ann. 1333: *Ad hoc ut salarium Inquisitorum tabulæ facilius persolvatur, ordinamus et statuimus, quod Vicarii, Bajuli, et quicumque alii Officiales nostri, qui tenere tabulam sunt astricti, antequam suo fungantur officio, vel etiam ad ipsum officium admittantur, deponant ac deponere habeant in aliqua tabula nummularia idonea et securâ...*

salarium dictorum Inquisitorum. Vide Tabulam tenere.

\* **INQUISITORIA FIDEI**, Inquisitorum fidei sententia. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 67. v. : *Litteræ domini regis de anno 1413. per quas favore fidei et Christianæ veritatis, omnes et singulos viros ecclesiasticos spirituales jurisdictionem habentes... obsecrat, quatinus sententiam episcopi Parisiensis et Inquisitorias fidei super condemnatione hæreticæ propositionis, quam Johannes Parvi excusationem sive justificationem ducis Burgundiæ super nece in personam ducis Aurelianiensis commissa, asserere temere ausus est, in suis diocesis faciunt et publicari et exequi secundum sui tenorem, cum invocatione brachii secularis, si opus sit.*

\* **INQUOLLARE**, [Italis, *Incollare*, peindre à la colle : « Ad Inquollandum et thonicandum capellam sancte Petronelle. (Mandat. camer. apostol. Romæ, an. 1464. f. 229.) »]

**INRADIARE**, Denigrare, in Gloss. Arabico-Lat.

\* **INRACIONABILITAS**. Vide infra *Irrationabilitas*.

† **INRACIONABILITER**, Sine ratione, injuste. Charta Bosonis Regis ann. 2. regni apud Chorier tom. 1. de Statu Polit. Dalph. pag. 245 : *Quod Inrationabiliter ablatum foret cum omnibus appenditiis et immunitationibus redderemus.*

**INRACIONABILITER FORNICARI**, apud Crisconium in Breviario cap. 99. ex Synodo Ancyrana cap. 16. 17. dicuntur ἀλογενοί. Vide Capitulare Aquisgr. ann. 789. cap. 48. et tom. 1. Capitul. edit. Baluz. pag. 1378.

\* **INRATIONALIS**, Rationis expers, irrationalis. Tertul. in Scorp. cap. 10 : *Etiā Inrationalibus jumentis adæquaret.*

† **INRATIONIS**. Formulæ Andegav. n. 52. apud Mabill. in Supplemento Diplomaticæ pag. 86. et tom. 4. Analect. pag. 265 : *Unde ante hos dies Inrationis fuerunt pro vinia sua in loco qui dicitur illo.* Charta Chlodovei III. Franc. Regis ann. 698. apud Felibian. Hist. San-Dionys. pag. XIV : *Dum exinde in nostri vel supra scriptis viris præsentia Inrationis adstabat.* Utrobique legendum divisus vocibus in rationes pro inrationis, ut patet ex similibus formulis relatis in voce Ratio : ubi docetur, his verbis *In rationes esse, venire, etc.* idem significari quod *Juri stare*.

† **INRAZELLARE**, ut supra *Derazellare*, Navi vehere. Extractum computi ann. 1321. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 160. col. 1 : *Ad querendum, emendum et charreiandum usque Rhodanum et Inrazellandum dictam fustem super aquam.*

† **INRECISUS**, Non rescissus, confirmatus. Emunita facta Aigliberto Episc. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 210 : *Nos concessimus et quidquid de ipsam villam partibus fisci nostri sperabatur, hoc vobis Inrecisum putamus juxta illam anteriorem nostram præceptionem.*

**INRECTUM**, *Falsum*, in Glossis Arabico-Latinis, i. Non rectum.

† **INREFERTIBILIS**, Qui refertiri seu repleri non potest. Acta SS. Julii tom. 4. pag. 93. de S. Reginswinde : *Sed anguis ille virulentus, humani generis glutio Inrefertibilis.*

**INREGAUDITIO**. Capitula Caroli M. ann. 808. *de nuper auditis et compertis, apud Baluzium : Nemini liceat servum suum propter damnum a se dimittere : sed juxta qualitatem culpæ dominus ejus pro ipso servo respondeat, aut componat*

*quidquid ille fecit usque ad semiplenam leudem liberi hominis : quidquid super hoc fuerit, Inregauditio esse videtur.* Quo loco apud Sirmondum in Notis ad Capit. Caroli C. pag. 25. habetur *Inregauditio*.

\* **INRECESSIBILIS**, Origeni in Comment. ad Matth. tract. 32 : Ἀχώριστος. Vetus ejusd. Interpr. *Christus a se ipso Inrecessibilis est.* Gloss. Gr. Lat. : Ἀχώριστος, Inseparabilis, individuus, indivisus.

\* **INREcuperABILITER**. Vide infra *Irrecuperabiliter*.

\* **INREGISTRARE**, In registra referre, Gall. *Enregistrer*. Lib. nig. episc. Carnot. ad ann. 1394 : *Qui Petrus (de Condeto) quando rex Philippus iuit in exercitum Fossen. Inregistrabat milites et alios qui ad regis subsidium in exercitum mittebantur.* Vide *Regestum*.

\* **INRELIGIOSITAS**, Perjurium ad sanctas Reliquias. Mirac. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 508. col. 2 : *Pro nobis peccatoribus hactenus abusus duodecim Inreligiositatis, preces largas funde.*

† **INREMEDIALITER**, Modo irremediabili, apud Muratorium tom. 8. col. 320.

\* **INREMEDICABILITER**, Remediis nihil curantibus. Vita S. Guid. tom. 4. Sept. pag. 48. col. 1 : *Qui longo tempore febribus Inremedicabiliter vexatus, etc.*

\* **INREMISSIBILITER**, Sine remissione, in Stat. MSS. eccl. S. Laur. Rom.

† **INREMORSUS**, Qui remorderi seu refelli non potest. Ratherii Apologeticus apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 231 : *Apostoli suffragio nitor, ad Titum contra vaniloquos et seductores dicto utentis Inremorsus.*

† **INREPTIO**, pro *Irruptio*, in Capitul. Caroli C. tit. 49. § 2.

† **INRESURGIBILIS**, Unde quis non potest resurgere. *Inresurgibilis præcipitii lapsum incurere*, in Chartulario Aptensi fol. 62.

\* **INRESPIRABILIS**, dicitur de loco ubi respirari non potest, apud Tertul. de Idolol. cap. ult.

\* **INREVERENS**. Vide infra *Irreverens*.

\* **INRICUS**. Vide infra *Inrisus*.

\* **INRIGATIO MENSURÆ**, Quod mensuræ superadditur et quasi conspergitur, ut opinor. Stat. MSS. eccl. Tull. ann. 1497. collecta fol. 56. r. : *Qui quidem (grenetarius) præstat juramentum distribuendi grana equaliter... Si nimius rigor observatus fuisset in distribuendo Inrigationem mensuræ, posset illud superfluum cedere distributioni, (f. distributori).*

† **INRIGITAX**, ἀρδευτής, *Irrigator*. Suppl. Antiq.

\* **INRIGUUS**, pro *Irriguus*, passim in Chartis.

† **INRIPARE**. Pactus Legis Salicæ tit. 29. § 26 : *Si qui clausuram alienam ruperit, etc.* pro quo Codex Loiselianus præfert, teste Pithæo : *Si quis messem alienam in furtu aut Inripaverit aut meterit, etc.*

† **INRISUS**, ἀγέλαστος, *Invisibilis*, in Suppl. Antiq.

\* Castigat. in utrumque Glossar. : *Inricus, invisibilis, ἀγέλαστος, Germ. Irrisus, irrisibilis.* Reg. *Invisus, Invisibilis.* Nostri *Enrisé*, pro *Rieur*, ad ridendum promptus, et facilis. *Le Chevalier de la Tour* in Instruct. ad filias suas fol. 8. r. laudatus a D. de Ste. Palaye in Comment. de Milit. vet. pag. 109 : *Estre de douce maniere, humbles et fermes d'estat et de maniere, pour emparlées et répondre courtoisement, n'estre pas trop Enrisées, ne enresvées, ne soursaillies.*

\* **INRITRIX**, Quæ irritat, apud Marium Mercatorem pag. 11.

**INROTARE**, Rotæ supplicio punire. Vide *Rota*.

† **INROTULARE**, In rotulum seu acta referre. Constitutio Philippi Aug. Franc. Reg. ann. 1218. pro Judæis, apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. pag. 37 : *Ut ibi Inrotulentur tam debita quam assignamenta.* Alia Ludovici VIII. ibid. pag. 48 : *Debent etiam Judæi facere Inrotulari... universa debita sua. Vide Rotulus.*

† **INROTULATIO**. Relatio in rotulum, pag. 37.

\* **Nostris** alias *Enrotuler* et *Inrotuler*. Gualt. Hemingf. de gest. Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1296. pag. 93 : *Præcepit ut Inrotularetur in rotulis cancellariæ suæ.* Lit. ann. 1395. tom. 8. Ordinat. Reg. Franc. pag. 222 : *Certaines somme d'argent seroit levée sur chacun Inrotulé audit roole.* *Enrotulé*, in aliis ann. 1411. tom. 9. earum. Ordinat. pag. 643.

**INRUBIDUS**, Impudens, inverecundus, in Actis S. Martinæ Virg. apud Mombrinium cap. 3.

**INRUDIS**, Gloss. Gr. Lat. MS. : Ἀπειθεύτος, *Indoctus, inrudis, Erudis, Ἀπειθεύσια, Inruditio.* Editum, *Indoctus, Inruditus, rudis, Inruditio.*

**INRUMPIBILIS**, ἀρρηκτος, in Gloss. Græco-Lat.

**INSABATATI**, Valdensem secta. Vide *Sabbati*.

† **INSACCARE**. In saccum mittere, Gallis *Ensacher*. Vide *Saccare*.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Ensaquar, Prov. Insaccare.* Vide supra *Essacare*.

\* **INSAGO**. Libert. Vernol. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 641. art. 42 : *De troussia Insaconis, si est mellata, duos denarios de transitu ; si non est mellata, de unoquoque unum denarium de venditu.* Mendum esse suspicior ; an pro *Jarrosia* ? Vide supra in hac voce.

**INSACRAMENTARE**, Sacramento et jurjurando firmare. Gesta Abbatum Lobensium pag. 599 : *Ministros suos Insacramentare decernunt, sibi que jurare cogunt, atque obnoctios esse.*

† **INSAISINARE**, Gall. *Ensaissiner*, In possessionem mittere, *Ensaissinare se*, In possessionem venire. Charta Caroli Fr. Regis ann. 1405. apud Menester. in Probat. Hist. Lug. pag. 128. col. 2 : *Se Insaissinare seu possessionem acquirere poterant.* Vide *Saisire*.

† **INSAISIRE**, Eadem notione, in Miraculis sancti Walarici, tom. 1. April. pag. 29.

† **INSALATA**, vox Italica, Gallis *Salade*, Acetaria, oluscula sale oleo et aceto condita. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 184 : *Fecit colligi certas herbas, ex quibus Insalatam fecit, et dedit ei comedendum cum aceto et oleo.* Acta SS. Mail tom. 6. pag. 176. de S. Jacobi Philippo : *xx. die ejusdem mensis expendit ad Insalatam eorum, qui faciebant festum B. Jacobi, denarios iv.* Hic intelligenda videtur merenda vel cœnula.

† **INSALATIUM**, Eadem notione. Elogium S. Catharinæ Sen. tom. 3. April. pag. 965 : *Illæ sociæ dux præparabant et herbas crudas, communiter quas Insalatiū vocabant.*

† **INSALSATUS**, Insulsus, nullo sale conditus Jo. de Monsteriolo apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1419 : *De victu quin etiam, cum de atro jure Alamanico et salsis eorum Insalsatis quaquaversum proverbium currat, audire non contendis.*

† **INSALUS**, ἀβέλτερος, *Absurdus*. Supplem. Antiq. Forte legendum *Insulsus*.  
 † **INSANCTUS**, ὁ μὴ ἄγιος. Gloss. Lat. Gr.

**INSANIENTIA**. Glossæ MSS. ad Prudentium: *Bachantia, Insanientia*.  
 \* **INSANIOSE**, *Insane*. Consuet. Norman. cap. 96: *Si vir ejus eam (uxorem) ... indebite, male et Insaniose tractare consueverit, etc.*

\* *Insané* vero, dicitur de morbo, qui insaniam et furorem provocat, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 181: *Parce que icellui Pierre estoit par intervalles furieux, malade de maladie caduque ou Insané. Insence, morbus ipse nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 184. ch. 267: Lors icellui Adam entra en frénaisie et Insence. Vide infra Insensibilis 2.*

† **INSANIRI**, Insanum haberi: *Ab omnibus Insanieris, in Actis S. Theodoræ tom. 3. April. pag. 573.*

**INSANITAS**, apud Papiam, *Nugacitas, Insanitas, Inutilitas.*

\* **INSANITER**, [Insane. Pompon.]

**INSANUS**, Non sanus, valetudinarius, Gallis, *Malsain*. Utuntur Vergetius l. 2. de Arte veterin. cap. 6. Gariopontus lib. 5. cap. 12. et alibi Fleta lib. 2. cap. 79. § 3.

\* **INSAPIENTIA**, *Amentia*. Germ. *Insipientia*, in Castigat. ad utrumque Glossar.

\* **INSATURUS**, [Insaturabilis. Corripp. 3. Joann. 968. et tantis implevit prædia rebus Insaturus.]

1. **INSCALARE**, Murum scalis admove-  
 re, vel scalis muro admotis locum ingredi, *Escalader une place*. Knyghton: *Exierunt ad Inscalandum villam de Cernei.*

\* 2. **INSCALARE**, Scalam, quæ criminis pœna est, ascendere. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 594: *Ob hoc perjurium dictus Johannes in scalam poni debebat; ... ipse timens ne Inscalaretur, non ausus est comparere. Vide Scala 1. et Scalatio.*

\* **INSCALESTUS**, Sceleris purus. Bened. abb. Petroburg. de vita Henr. II. reg. Angl. edit. Hearn. tom. 1. pag. 12. ad ann. 1171: *Et ne quis funestorum satellitum intacto præsele (Thoma Cantuar.) Inscelustus argui posset, etc.*

\* **INSCICIA**, ἀγνοια. MSS. *Inscentia*, in Castigat. ac utrumque Glossar. *Inscentie*, in Lit. ann. 1362. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 603.

† **INSCIDUS**, στειφός οἶνου, *Stringor vini*, seu vis astringendi. Suppl. Antiquarii. [\* Adde ex Castigat. ad utrumque Glossar.: Germ. *Viscidus*.

\* **INSCIE**, [Inscentier. Apul. de Deo Socrat. Hos Deos plurimi, sed non rite, venerantur; omnes, sed *Inscie*, metuunt; pauci, sed impie, diffitentur.]

\* **INSCINDENS-FERRUM**, Cognomen, Gall. *Tranche-fer*. Vide *Graveira*.

† **INSCIOLUS**, Ignarus. Guidonis Disciplina Farf. cap. 58: *Qui non scit Psalmos cum solo Miserere mei Deus potest ea adimplere, et qui tam Insciolus est, faciat cum Pater Noster.*

† **INSCITIARI**, Ignorari, si tamen vera lectio est; puto enim legendum *Inftitari*. Litteræ ann. 1372. apud Rymer. tom. 6. pag. 745: *Inscitari certe præsens actus non poterit, nec futura posteritas ignorare.*

† **INSCIUS**, Ignotus, tom. 1. SS. Martii pag. 438.

† **INSCONTRUM**, Commutatio mutua, Gallis, *Contre-échange*, Ital. all' *Incontro*, *En contre-change*. Chronicon Par-

mense ad ann. 1308. apud Muratorium tom. 9. col. 871: *Prædictus autem dominus Saxolus relaxatus fuit, et datus pro Incontro Jacobi de la Senaza et Palamini de Rubeis. Mox recurrit ibidem.*

\* **INSCONTRUS**, HINSCONTRUS, ENSCONTRUS, Qui captum, vel descriptum militem lucri causa redimit, se in ejus locum substituens, Ital. *Cambio*, Gall. *Remplaçant*. Stat. Bon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 314: *Statuimus et ordinamus quod capti nostri... nulli persone... concedantur. — seu relaxentur vel Incontri dentur modo aliquo vel ingenio; Et paulo post pag. 315: Hoc salvo quod suo loco et tempore de Incontris (Encontris '62) dandis nostris civibus et comitatibus remaneat ad voluntatem totius consilii, vel duarum partium; — Et alibi tom. III. pag. 384: Nec aliquis ipsorum possit dictis custodibus... dare vel concedere aliquam licentiam de ipsa custodia in toto vel parte, nisi quando infirmaretur aliquis ipsorum, in quo casu possint dare et concedere licentiam si Incontrum miserit infirmus. [Fr.]*

**INSCRIBERE**, Accusare, in Lege Burgund. cap. 7. Concilium Autisiodorensis can. 41: *Non liceat Presbytero nec Diacono quenquam Inscribere; sed in vice sua si causam habuerit, aut fratrem, aut quemcumque sæcularem roget.*

**INSCRIPTIO**, Accusatio. Lex Burgund. tit. 77. qui est de *Inscriptionibus: Quotiens servus vocatur in crimine, et necesse est ut iudicio sub Inscruptione tradatur, etc. Vinculum Inscruptionis*, in Edicto Theoderici Regis § 13. in Capit. Caroli M. l. 7. c. 338. [\*\* 436.] [et in Libello Attonis Episc. Vercel. de pressuris Eccl. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 47.] dicitur illud, quo accusator se erga accusatum constringit, si in probatione deficiat, ut pœnam reciproci subeat: seu, ut habet Edictum Theoderici, *quo cavet apud competentem judicem, se eam pœnam subiturum, si non probaverit, quod intendit, quam possit reus convictus secundum leges excipere, ita ut usque ad eventum iudicii, tam reus, quam accusator æquali custodiæ sorte teneantur. Quomodo etiam Inscriptio sumitur in Formulis Lindembrog. 117. 118. Lex 14. Cod. Th. de Accusat. et inscript. (9, 1.): Qui vel internectivi exerit actionem, vel crimen suspectæ mortis intendit, non prius cujuscumque caput accusatione pulset, quam vinculo legis astrictus, pari cœperit pœnæ conditione jurgare. Vide leg. 2. de Aboliti. eod. Cod. (9, 37.) et tit. Cod. de Accusationibus et inscriptionibus (9, 2.)*

**INSCRIPTIONES**, Documenta, instrumenta donationum. Concilium Cloveshoense ann. 800: *His dictis, prolatae sunt Inscruptiones Monasterii, quod vocatur Cotham, terrarumque sibi adjacentium. Occurrit ibi semel ac iterum. Inscruptionis titulo aliquid concedere, in Lege Longob. lib. 1. tit. 34. § 2. [\*\* Carol. M. 123.] per Chartarum confectionem. Charta Henrici Imp. ann. 1056. tom. 1. Italicæ sacræ part. 1. pag. 501: *Insuper confirmamus nostra præceptali pagina omnes Inscruptiones communitatum, quas prænominatus Episcopus Bernardus secundus a bonis hominibus in præteritis temporibus acquisivit, etc.* Adde pag. 896. et tom. 4. pag. 807.*

† **INSCRIPTUM**, Eadem notione. Diploma Hugonis Comititis Campaniæ, tom. 5. Annal. Benedict. pag. 672. col. 1: *Sicut scripta ita Inscripta quæ hactenus tenuit Molismensis Ecclesia, fixa permanere decerno.*

**FALSÆ INSCRIPTIONES**, *phylacteria*,

*aut ligaturæ, quæ imprudentes pro febribus, aut aliis pestibus adjuvare putant, in Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 72. Serenus Sammonicus:*

Inscribes chartæ, quod dicitur Abracadabra.

Ejusmodi Inscruptiones habet passim Marcellus Empiricus lib. de Medicam. Edit. 1536. pag. 58. 85. 87. 110. 112. 143. 154. 155. 156. 207. Vide Gruter. 1047. 5. Scribit Ammianus Marcellinus lib. 16. pag. 72: *Anilia ista incantamenta ad leniendum dolorem medicinæ admisisse auctoritatem. Atque inde tam crebro ea in medicorum libris occurrunt. Vide Character.*

**INSCRIPTI LAPIDES**, et *Inscruptiones*, pro terminis, apud Agrimensores.

\* 2. **INSCRIBERE**, Assignare, addicere; unde *Inscriptio*, Assignatio, obligatio. Lit. Casimiri III. ann. 1478. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 232: *Nos fide bona adstringimus... quod præfatam terram... nulli hominum... infeudabimus, Inscribemus, vendemus, donabimus... Si autem præsentis nostræ promissioni... contravenerimus... et aliquam infeudationem, Inscruptionem, donationem... fecerimus, etc.*

**INSCRIPTUS**, pro Non scriptus. Glossar. Gr. Lat.: Ἀρραφός, *Inscriptus*. Ἀρραφός, *Sine scriptura*.

\* **INSCUM**, Simul, una. Charta ann. 1277. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 2. apud Lam. in Delic. erudit. pag. 346: *Renuntians exceptionibus... non celebrati contractus, doli mali, et Inscum conditioni sine causa, etc.* Vide *Insimul*.

**INSECRARI**, pro Exsecrari, occurrit in Gloss. Gr. Lat.: Ἐπαρώμα, *Insecro*.

**INSECTABILIS**, ἀτηρητός, in Gloss. Gr. Lat. [\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. MSS. *Insecabilis*.]

\* **INSECTO**, [Idem ac insector, apud veteres. *Plaut. Capt. 3. 4. 61. Jam illic nos insectabit lapidibus. Justin. 15. 3.*]

† **INSECURITAS**, Periculum. *Insecuritas viarum*, in Oratione ann. 1378. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1506.

† **INSECUS**, ἐγγύς, *Insequens*. Suppl. Antiq.

**INSECUTIO**, Persecutio. *Insecutionem passus*, in Miscella: Theophanes κατά διωχθῆς. Vigilius Tapensis lib. 1. contra Arrianos cap. 1. de Constantio Imper.: *Et a paternis traditionibus sacrilego more desciscens, non levem temporibus suis Ecclesiæ Dei, vel Sacerdotibus Insecutionem intulisse videtur.*

\* **INSECUTUS**, Quem quis insequitur. Annal. Bertin. ad ann. 874. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 118: *Insecutus a primoribus Britonum, ... nec non et francis hominibus, quos valde afflixerat, etc.*

**INSEDABILIS**, *Indesinens*, ἀκατάληπτος, in Glossis Latino-Græcis. [\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. Reg. *Incessabilis*.]

\* **INSEDUCIBILITER**, Sine deceptione. Vet. Interpres Comment. Origen. in Matth. Tract. 24: *Istæ animæ, quia facile seducuntur, non possunt Inseducibiliter permanere in conspectu abominationis desolationis, etc.*

\* **INSEDULUS**. [Non sedulus. Gloss. Philox.]

\* **INSEDUMEN**, Insitum, arbor insita, ut videtur. Stat. Placent. lib. 5. fol. 65. r.º: *Item quicumque destruxerit salices francischos et piantonos et Insedumina novella, solvat communi Placentiæ soldos viginti pro quolibet salice et piantono*

et pro qualibet arbore. Vide infra *Inserculare*.

\* **INSEGNIS**. [Non segnis. Gloss. Philox.]

\* **INSELLABILIS**. *Que l'en ne puet enseller*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide mox

\* **INSELLARE**, Ehippippo seu *sella equum* vel mulam instruere. Fragm. de origine Comitum Nivern. apud Labbeum tom. 1. Bibl. MSS. pag. 399: *Dixit ei Rex seorsum jocose: Mulam candidam quam nocte equitasti, libenter insellassem, si a te premonitus fuisset. Insellatus equus*, apud Lambertum Ardensem, tom. 8. Ludewig. pag. 566.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Insellare, Enseller*. Aliud Provinc. Lat. ex Cod. 7657: *Encellar, Prov. sellare, Insellare, sternere*.

† **INSELLAMENTUM**, **INSELLATURA**, Instratum *sellæ*. Vide *Sella*, Ehippium.

† **INSELLIS**, *Sine ictu sellici corporis*. Papias.

**INSEMITATIO**, ἀνοδία, in Glossis Lat. Græc. cum deest semita, via, iter.

\* **INSENSIBILIS**, ἀγίραος, ex Cod. reg. in Castigat. ad utrumque Glossar.

\* **INSENNIUM**, Merces, pretium, Gall. *Salaire*. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 242. col. 2: *Item duobus jocularibus et Petro Sabbaterii trompatori, quia iverunt ante processionem cum eorum instrumentis, pro Insenniis solvi... v. grossos*. Et pag. 243. col. 2: *Pro præconisando panem caritatis, dedi Petro Sabbaterii præconi pro Insenniis j. grossum*. Occurrit rursus inter Probat. tom. 3. pag. 52. col. 1. Vide supra *Ensennum*.

**INSENNOS**, Forte ex Gr. ἄσεννος. Alcuin. in Poem.:

Auxiliare senem, nostros rogo, tu per amicos,  
Est locus Insennos, auxiliare senem.

† 1. **INSENSIBILIS**, Expers sensu. *Insensibilia simulacra*, Lactantio lib. 1. Instit. Divin. cap. 20. Hadrianus PP. in Epistol. ad Elipandum, inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 94: *Numquidnam lapis et petra est Insensibilis creatura? Insensibilis*, Gellio, Qui sensibus nequit percipi.

\* 2. **INSENSIBILIS**, ἀσύνετος. Reg. *Insensatus*. Castigat. in utrumque Glossar. Qua ultima acceptione *Insensibile* nostri dixerunt. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 212: *Icelle Jehanne qui est de longtemps et souventes-foiz lunatique, frénaisieuse et Insensible... Ladite Jehanne estant toute enragiée et Insensible, etc.* Aliæ ann. 1380. in Reg. 118. ch. 18: *Jehan du Monstier homme fol, Insensible et furibonde, etc.* Occurrit rursus in Instr. ann. 1406. ex Bibl. reg. *Insensif*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 141. ch. 216: *D'icelle maladie ledit Jehan est trop souvent comme Insensif et homme fol et sans avis*. Vide supra *Insanus*.

† **INSENSIBILITAS**, Stupor vel durities animi, Gall. *Insensibilité*. Charta Ludovici Regis Franc. ann. 1484. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 230: *Dicebant ulterius prænominati actores, quod Insensibilitas, dissipatio bonorum, inebriatio et notoria prodigalitas dicti Johannis... notoriæ erant.* [\*] Marius Mercator pag. 125: *Ignorare enim deum, Insensibilitatis quæ ex morte venit similitudinem gerit.*

† **INSENSIS**, *Sine sensu*, Johanni de Janua; *Sens sen*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.

† **INSENSUALIS**, Carens sensu. *Insensualis res*, apud Cassiodorum lib. 2. Epist. 40.

† **INSENSUALITAS**, Sensus privati. Hebernus in Miraculis B. Martini, apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 193: *Octiosus surdorum auribus, fugata Insensualitate, tribuitur proprio sensu uti.*

† **INSENSURA**, Thuribulum, Gall. *Encensoir*. *Cum uno par Insensurarum; duo parva candelabra*, in Testamento ann. 1415. apud Rymer. tom. 9. pag. 279.

\* **INSEPARABILIS**, Individuus. Castigat. in utrumque Glossar.: *Inseparabilis, ἀδιαχώριστος*. Reg. addit, *Indivisibilis*. Testam. Rob. reg. Sicil. et comit. Prov. ann. 1343: *Item voluit et ordinavit, quod semper et perpetuo comitatus Provincie et Forcalquerii supradicti sint uniti cum regno, sub uno domino, Inseparabili dominio.*

**INSEQUILLA**. Ruricius Lemovicensis Episcopus lib. 2. Epist. 13: *Superest, ut quod illius in bono tribuit gratia, vestra in domino custodiat Insequilla.*

\* **INSEPARABILITER**. [Ita ut sera removeri nequeat. Auct. Itiner. Alex. M. (edente A. Mato) 100. Et aditu reserato, quem Inseparabiliter obstruerant.]

1. **INSERARE**, [Sub sera claudere.] Vide *Serare*.

\* *Ensarrer*, Eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 431: *Enfermerent ledit Juenin en une chambre d'un hostel de taverne... Ledit Juenin qui estoit Ensarré en ladite chambre, comme dit est, etc.*

\* 2. **INSERARE**, pro *Inserere*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Encerter, Prov. inserere, Inserare.*

\* **INSERATIO**, Implicatio, Gall. *Inser-tion*. Arnould. in Rosar. MS. lib. 2. cap. 3: *Impastatio fit tamen in una contritione et Inseratione et assatione; nam propter contritionem et assationem ad ignem, dividuntur partes ligatæ a viscositate, quæ est in corporibus.*

\* **INSERATUS**, Cera imbutus. Comput. ann. 1372. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 318. col. 1: *Item solvi... mercero, qui aptavit quandam magnam lanternam de tela Inserata, etc.* Vide supra *Enseratus*.

\* **INSERCVLARE**, *Inserere, inoculare*, Ital. *Innestare, et Inserire*; unde *Inser-tatum et Insetletum*, Surculus insititius, insitum, arbor insita. Chron. Amalphi cap. 42. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 215: *Petrus de Alaneo archiepiscopus... vineas quoque et hortos pastinavit. Et in Tramoto multa Insetleta castaneorum Inseculavit*. Testam. quod circumfertur sub nomine S. Amati ann. 1093. tom. 6. Aug. pag. 704. col. 2: *Casalinæ et casæ et hortis et vineis et antris, Insetata, castanetas, etc.* Vide *Insetteriorum* 2.

\* **INSERENARE**, *Esclardir, faire clair*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† **INSERMA**, pro *Juserma* vel *Gisarma*, Gesum, spiculum. Computum ann. 1336. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 326: *Item 37. Inserma scindentes pro xviii. s. vi. d. gr. Item 46. inter lanceas et chavarinas et venabula pro iii. s. Cædes Ducis Aurelian. ann. 1407. apud Lobinell. tom. 4. Hist. Paris. pag. 550: *Luy fendirent la teste de Jusarmes, puis qu'il fu abbattu de son cheval, et luy firent expandre la cervelle de la teste sur le pavement*. Vide *Gisarma*.*

\* **INSERTATIO**. [Actus inserendi, insitio, Immissio. Cæst. Aurel. 1. Tard. 1. ad fin.]

\* **INSERTATUM**, **INSERTETUM**. Vide supra in *Inserculare*.

\* **INSERTITUS**. [Gall. *Cloisonné*: « Candelabros vi. argenteos et alio *Insertito* ». (Thes. Eccl. Clarom. Mus. Arch. Dep. p. 39. an. 980.)]

† 1. **INSERTORIUM**, *Lorum quo scutum apprehenditur*, in Amalthea. Sussannæus in Vocabulario: *Insetorium, Talamon, porpax, scuti lorum anuli vice, inter quod et ipsum scutum inserimus manum.*

† 2. **INSERTORIUM**, Seminarium, ubi arbores inseruntur. Gloss. Isidor.: *Postmurtum, Insetorium*. Grævium consule.

**INSERVIRE**, In servitatem revocare, retrahere. Capitula ad Legem Salic. cap. 1. § 7: *Si vero aliquis eum injuste Inservire tentaverit, et ille cartam ingenuitatis suæ ostenderit*. Lex Bajwar. tit. 6. cap. 3. § 1: *Ut nullum liberum sine mortali crimine liceat Inservire*. Ita Lex Ripuar. tit. 57. § 3. Lex Longob. 1. 2. t. 34. § 10. [\*] Carol. M. 107.] Capitul. Caroli M. 1. 13. c. 28. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 89. etc. Concilium Vermeriense an. 752. c. 6: *Si quis ingenuus homo ancillam uxorem deceperit pro ingenua, si ipsa femina postea fuerit Inservita, si redimi non potest, si ita voluerit, liceat ei aliam accipere*. Infra: *Si servum accipiat pro ingenuo, et postea pro qualicumque causa Inservitus fuerit*. Eadem fere notione dixerunt Anglici Juriconsulti *Inservire* tenementa, seu servitutibus quibusdam ea subdere. Britton. de Legib. Anglic. cap. 54: *Les servages dount home put son soil Enserver, sont sauns nombre, etc.* Occurrit ibi pluries.

\* *Servitia exigere, servitiis addicere*. Charta Fulb. episc. Camerac. ann. 941. ex Cod. 66. ejusd. eccl.: *Notitia qualiter Rainerus, tunc temporis vassallus domni Fulberti episcopi Cameracensis, voluit ibi inservire quandam feminam, nomine Oreviam, cum infantibus suis... ut mansos deservirent; qui cum id renuissent, ab omnibus inventum est... supradictas feminas, matrem videlicet cum filiabus suis unaquaque earum ad supradictam villam dare de suo capite denarios duos et filii earum quatuor, quam illud servitium facere, quod a supradicto seniore eis imponebatur.*

**INSETARE**, *Filo setam adaptare*, Joann. de Janua. [*Ensoier*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Insetare, Ensoyer, mettre soyée de porc, comme en ligneul.*

**INSETENYS**. Ordinatio Romeneiensis Marisci, apud Spelmann.: *Item ordinarunt, quod quælibet acra pro walliis, Insetenys, et watergagis, emeretur pro 40. sol. Reor ego, ait idem Spelmannus, de interiori aggere dictum, qui dirupto jam exteriori, irruentes undas denuo præstoletur: An Inditch, a Saxon. In setena, i. insertum, vel interius positum.*

\* Spelmanni interpretatio firmatur Charta ann. 1303. ex Chartul. 2. Fland. ch. 20. in Cam. Comput. Insul.: *S'il avenoit que en aucun temps on fesist diiccage, c'om clame Insetten ou utsetten, etc.*

\* **INSETETUM**, Locus ubi insitæ arbores crescunt, seminarium pomarium. Charta ann. 988. apud de Blasio Series Princ. Salern. num. 64: *Curtas, ortalis, arbusta, castaneta, Inseteta, quercia, campis, etc.* Vide *Inserculare* et *Insetorium*.

**INSIBILIS**. Simeon Dunelmensis ann. 881. de Normannis, Franciam invadentibus: *Mirabile videri potest, quod Insibiles hostes contra tam fortem bellicosumque populum auferent insurgere.* [\* Rudis, rusticus, imperitus. Vide mox]

\* **INSICITAS**, *Inscientia, la rustigita*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **INSIDIA**, Capsula, pyxis, quod monetarum probationes in ea serventur, sic dicta. Vide mox *Insidiæ*. Charta pro instit. monetarii ann. 1268. ex Cod. reg. 5187. fol. 74. rº: *Item volumus... quod si aliquod debatum oriretur... super facto dictarum monetarum, quod non possit nec debeat haberi recursus, nisi duntaxat aux essays factos per custodem dictæ monetæ, et qui essays reperirentur, in Insidiis seu boytuis et pissidiis dictorum magistris et custodis.*

**INSIDIÆ**, Idem quod vigiliæ, excubiæ, Guet. Fleta lib. 2. cap. 4. § 3. de Officio Marescalli: *Insidias autem nocturnas non tenetur facere, sed singulis noctibus in crepusculo Insidias assedebit, et in aurora levabit, etc.*

\* Charta ann. 1418. ex Chartul. S. Aviti Aurel.: *Item tenetur (capicerius) dictam ecclesiam custodire et custodias seu Insidias facere de die et de nocte bene et debite, prout alii capicerii civitatis Aurelianensis faciunt.*

**INSIDIÆ PENSATÆ**, in Statuto S. Ludovici, quod legitur in Dissertat. 29. ad Joinvillam, quæ verba redduntur in ejus versione Gallica, *Agait, et fait apensé*. Gloss. Gr. Lat.: *Ἀνέδοξα, Insidiæ, obsessio*. MS. S. Germani habet, *Insidium, subsestum, obsessum*. Vide *Pensabiliter*.

**INSIDIARE**, Insidias struere. Formulæ veteres apud Bignonium cap. 30: *Si quis ad rapinam faciendam adgreditur, aut iter agentem Insidiaverit, etc.*

† **INSIDIATRIX**, Quæ insidiatur, apud Ammian. non semel. *Insidiatrix, mulier quæ mortem viri sui cum aliis hominibus consiliavit*, in Capit. Pippini ann. 752. cap. 5.

† **INSIDIUM**. Vide *Insidiæ*.

**INSIDUITAS**. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1018: *Sedulitas, Insiduitas, Assiduitas*.

**INSIGILLARE**, Idem quod sigillare: sigillum apponere, in Legibus Adelstani Regis apud Bromptonum. Vide *Ferrum candens*.

\* Nostris vero *Enséeler un nom* est Nomen imponere, ut fit in baptismo. Le Roman de Robert le Diable MS.:

Li dus tous les vesques mande,...  
Qu'il viegnent pour son fils lever...  
Cil sont venu qui l'enfant prisent,  
Et Crestiens adonc le fisent;  
Son propre nom li Enséelent,  
Et Robiert par droit nom l'apiclent.

\* **INSIGNA**, Vexillum, signum, Ital. *Insegna*, Gall. *Enseigne*. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 65. ex Cod. reg. 4621: *Nulla persona... presumat de cætero elevare vel elevari facere in civitate Florentiæ... pro faciend aliquam turbationem... aliquam Insignam seu banderiam*. Hinc *Enseigner, Insignibus et armis* distinguere, apud Froissart. vol. 3. cap. 36: *Tous s'efforcoient les grans seigneurs les uns pour les autres à faire grandes provisions et à jolier et à garnir leurs nefes et leurs vaisseaux, et les enseigner et armer de leurs armes.*

1. **INSIGNARE**, Indicare, quasi signo ostendere, *Enseigner*. Decretum Tassilonis de Popularibus legib. § 4: *Sed tamen ea genera trium homicidiorum debito signo vicinis, et his, qui adsistunt, Insignet*. In Gloss. Gr. Lat. ἐνχαράσσειν, est

*Insignare, Incisare*. Apud veterem Juvenalis Interpretem, Sat. 10. v. 55. *Insignare, σπαργίζειν*.

\* Ital. *Insegnare, Faire Enseigne*, eodem sensu, in Lit. ann. 1395. ex Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 197: *Iceulx frent enseigne au pere et lui getterent une pierre, pour monstrer qu'il s'avancast et qu'il estoit temps.*

\* 2. **INSIGNARE**, Instruere, munire. Synod. ann. 1366. cap. 120. art. 2. inter Stat. Tornac. pag. 76: *In singulis nihilominus ecclesiis troncum concavum poni præcipimus tribus clavibus Insignatum, etc.* *Insignier* a Lat. *Insignire*, vulgo *Illustrer, décorer*, in Charta Caroli V. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 128. rº. qua concedit Bertr. du Guesclin comitatum de Longueville ann. 1364: *Et le creons et faisons comte et Insignions de toutes dignités, noblesces, seignories et droïts qui a comté.*

† **INSIGNARIUS**. Vide *Insignarius*.

1. **INSIGNE**, Vexillum, Ital. *Insegne*, Gallice *Enseigne*. Leo Ost. lib. 2. cap. 75: *Ibi eum Abbas et equo optimo, et armis præcipuis, cum Insigne pulcherrimo donans, Monasterii defensore illum constituit*. Vide Andream Monach. lib. 1. Vitæ Ottonis Episcopi Bamberg. cap. 46. extr. [et Carolum de Aquino in Lexico Militari.]

2. **INSIGNE**, Sagum militare, armis et insignibus distinctum illius, cujus erat. Thwroczius in Geisa M. cap. 55: *Salomon autem et Ladislaus aliquando exibant, Insignia sua mutantes, et velut milites pugnabant.*

† 3. **INSIGNE**, Sigillum. Diploma S. Henrici Reg. Rom. ann. 1003. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 263: *Ipsium monasterii (Mulenbechani) locum cum suis adjacentiis et omnibus pertinentiis in nostrum mundiburdum suscipimus, et ad ordinem priorum præceptorum in omnibus confirmavimus, hoc regio Insigni roboravimus.*

† **INSIGNIÆ**, pro Insignia, in Concilio Mexicano ann. 1585. inter Hispan. tom. 4. pag. 389. *Insignia*, fem. genere dicunt Hispani.

**INSIGNIARIUS**, Armiger, qui scutum domini, ejus insignibus adornatum, deferrebat. Gloss. Gr. Lat.: *Ὀπλοφόρος, Insignarius, armiger*. [Martinius habet *Insignarius*.]

† **INSIGNIFICABILIS**, Qui significari non potest. Gloss. Sangerman. MSS. n. 501.

\* 1. **INSIGNITAS**, Celebritas. Privilegium Figiaci ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 268. art. 2: *Volumus et de speciali gratia (et) auctoritate prædicta concedimus dictis consulibus et habitatoribus villæ prædictæ, attenta Insignitate ejusdem, etc.*

\* 2. **INSIGNITAS**, Dignitas, immunitas. Arest. ann. 1385. 9. Sept. in vol. 7. arestor. parlam. Paris: *Quod ecclesia Cabilonensis... existebat dudum per sanctum Carolum Magnum... quamplurimis Insignitibus, privilegiis et possessionibus dotata.*

1. **INSIGNIUM**, Signum. Sueno in Histor. Danica cap. 8: *Quam (Christi crucem) matris tumulo ob memoriale Insignium destinavit erigendam*. Vita S. Willelmi Abbat. Roschild. n. 33: *Nuntia ei, quæ jussi, hoc interposito Insignio, quod in crypta B. Genovefæ Parisiensis 7. Psalmos pœnitentiales cum Litaniam Clerico cuidam propria manu scripsit.*

\* Libert. Loci de Viridi-fol. ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 277. art. 5: *Dictos consules et universitates*

*dicti loci Insignio dignitatis et honoris præfulgere volentes, etc.* Arest. ann. 1403. 1. Jun. in vol. 9. arestor. parlam. Paris: *Dictus afforagiator... Insignium de dictis vinis levandis tradere ac permittere debebat.*

\* Vox autem Gallica *Enseigne* multiplici intellectu accipitur. Pro Libello in electione scabinorum, occurrit in Charta ann. 1275. ex Chartul. 1. Fland. ch. 327. in Cam. Comput. Insul.: *En maniere qu'il feront trente gales de cire, dont il aura ès treze, treze Enseignes encloses*. Pro nummo signato, unde nomen, legitur haud infrequenter. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 95. Chartoph. reg. ch. 2: *Icellui Symon rompi une huiche, prist et osta une Enseigne d'argent et xvij. solz. et vj. den. Tournois*. Invent. ann. 1393. ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 366. rº: *Item une pasternoste ou il a six Enseignaux à façon de tabliers*. Ubi sacrum numisma, vulgo *Médaille*, significatur, ut et in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. ch. 129: *Lors ledit Toustain eust sachié de sa bourse une Enseigne d'argent, qui bien pouvoit valloir deux solz ou environ... Quelle Enseigne est ce, elle est de Montfort ou du Mont Saint Michiel?* Aliæ ann. 1407. in Reg. 163. ch. 152: *D'iceulx coffres ilz emporterent certaines mailles ou Enseignes, qui estoient du curé d'icelle église*. Denique aliæ ann. 1470. ex Reg. 196. ch. 165: *Lequel mareschal fist deux ferremens en façon d'estrilles... cuidant que ce fut pour faire des Enseignes d'argent ou mahelins*. Vide infra *Signum* 17.

† 2. **INSIGNIUM**, Miraculum. Chron. Episcoporum Metensium, tom. 6. Spicil. Acher. pag. 644: *De illo (S. Cælesti) tale refertur Insignium. Pignera ejus cum pro necessitate communi quodam tempore deferrentur cum reliquiis S. Auctoris, dicitur S. Auctor, qui quasi famosior præferrebat, restitisse, donec S. præcederet Cælestis.*

\* **INSIGNIUS**, pro Insignis, Gall. *Considérable*. Instr. ann. 1822. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 33. col. 1: *Dictus vero locus non est locus Insignius, nec habens aliquod fortalicium et remotus ab itinere publico, et ab omni foro et mercato*. Eadem repetitur col. 2.

\* **INSIGNUARE**, [*« Insignuare, demonstrer.* (Lex. Lat. Gal. Bibl. Ebroic. n. 23. XIII. s.)

† **INSIGNUM**, ut *Insigne* 1. Vexillum. Rolandinus Patav. de factis in Marchia Tarvisina lib. 5. cap. 23: *Pica quædam occurrens quasi fataliter se super illam apposuit hastam, qua Eccelini ferebatur Insignum.*

**INSILLIARIUS**, Parvus consiliarius, qui *forconsiliat*. Florent. Wigorn. ann. 855: *Filius Regis Æthelulfi cum omnibus suis consiliariis, tantum facinus perpetrare ausi sunt, ut Regem a regno proprio repellerent.*

\* **INSILITUS**, Nobilis, clarus, pro Inclitus, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

**INSILIUM**, Malum ac prævum consilium. Simeon Dunelm. ann. 1003: *Rex Danorum Suanus per Insilium, incuriam, et traditionem Normannici Comitiss... civitatem Ececestram infregit, spoliavit, etc.* An. 1052: *Multaque Regi Insilia adversus Anglos dederant*. Utitur hac notatione præterea ann. 1015. 1051. 1080. ut et Ricardus Hagulstad. cap. 6.

† **INSIMUL**, Simul, una, in Charta Caroli C. apud Doubletum Hist. San-Dionys. pag. 781. Utuntur Statius, Florus et alii plures et recentioribus.

\* **INSIMULTARE**, Simul convenire, congregare. Chron. Joan. Whetham.



edit. Hearn. pag. 353: *Versus Eurum Insimulantes se cum suis in unum, usque ad numerum trium pene millium pugnantorum, etc.* Vide *Insimul.*

† **INSIMULATOR**, Accusator. Pacatus Paneg. Theodos. cap. 43: *Te purgare eodem teste, quo Insimulatore voluisses.* Auxilius in Libello de causa Formosi PP. apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 610. personas inducit colloquentes, *Insimulatorem*, qui accuset, et *Actorem* qui defendat Formosum. *Insimulator piscium*, Apuleio in Apolog. Accusator est magiæ quæ fit ex piscibus.

\* **INSINCERE**, Non sincere. Heric. mon. in prol. ad Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 255. col. 1: *Ita factum est, ut quædam ignorata penitus, alia ad succedentium notitiam Insincere manantia, multorum et magnorum sanctorum præcelsas memorias inofficiosissime obscurarint.*

† **INSINUAMEN**, Inspiratio, doctrina. Vita sancti Frontonis apud Bosquetum Histor. Eccl. Gallic. part. 2. pag. 5: *Sancto Insinuamine celitus indeptus, etc.*

1. **INSINUARE**, Docere, unde Gallicum *Enseigner*: hanc quippe vocem vernaculam ex hac Latina deducit Salmasius ad Historiam Aug. pag. 101. Certe *Insinuare*, est ἐπαγαγεῖν; *Insinuatio*, διδαχὴ, in Gloss. Lat. Gr. S. Hieron. Epist. 155: *Nudius tertius cum 118. Psalmum tibi Insinuare conarer, etc.* Vide Epist. 22. cap. 18. et Libr. Manualem Dodanæ cap. 7. Admonitio Synodalis antiqua: *Videte, ut omnibus parochianis vestris Symbolum et Orationem dominicam Insinuetis.* Capitulare 2. ann. 811. cap. 9: *Ad Ecclesiasticos vero quomodo juste pertineat, penitus ignoramus, nisi illi nobis Insinuaverint, etc.* Adde Capitul. Episcoporum. ann. 801. cap. 5. Capit. 8. incerti anni Caroli M. cap. 3. 5. Responsio ad Capitula Archiepiscopis missa a Karolo M. ann. 811. cap. 1: *Quomodo et qualiter unusquisque Dei Sacerdos plebem sibi a Deo commissam Insinuat atque gubernat.* Regino de Vita et conversatione Presbyteri cap. 53: *Si Orationem Dominicam et Symbolum omnibus suis parochianis Insinuatam habeat.* Et in Inquisitionib. Synodalibus cap. 74. lib. 2. cap. 15: *Si patrini filiis suis Symbolum et Orationem Dominicam Insinuant, aut Insinuari faciant.* Similia habet Udalricus in Discursu Synodali, in Spicilegio Acheriano. Hariulfus lib. 4. Chronici Centul. cap. 17: *Sed tantummodo illos memorans, quorum nomina vel chartæ, vel quælibet pittaciola Insinuare videbantur.* Anonymus Goldasti de Suevorum origine pag. 18: *Precatus, ut si suum volatile sibi restitueret, rem, quam ignoraret, et Insinuaret.* Utuntur etiam Guigo in Statutis Ordinis Cartusiensis cap. 43. § 3. Statuta antiqua ejusdem Ordinis 2. part. cap. 6. § 6. etc. Alii *Enseigner*, quasi *Insignare* dictum putant, orta nomenclatura a Monachis, qui signis omnia significabant et indicabant. [Hanc opinionem amplectuntur de Caseneuve et Menagius. Vide *Insignare*.]

† 2. **INSINUARE**, Practicis, in acta publica referre, Gall. *Insinuer*. Instrum. ann. 1388. apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 429: *Nos Officialis Londoniensis testamentum... una cum codicillo eidem annexo approbavimus, ipsimumque... Insinuavimus, et pro eodem... legitime pronunciamus.* Charta ann. 1399. ex Archivo B. M. de Bonò Nuntio Rotomag.: *Litteras mihi Notario publico tradidit dictis Dominis Officiali et Promo-*

*tori illico Insinuandas et publicandas.* Occurrit alibi non semel.

† **INSINUATIO**, ἐπαγωγή, Novella 15. Justiniani cap. 3. In acta publica relatio, Gall. *Insinuation*. [\*\* Vide Savin. Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 2. cap. 9. § 45. not. G. Glossar. med. Græcit. voce Καταστροφῆς, col. 614.] Charta compositionis ann. 1309. ex Archivo D. de Montesquivo: *Remunciantes nichilominus omni exceptioni... et legi dicenti donationem excedentem quingentos aureos sine Insinuatione iudicis non valere.* Eadem habentur in Charta ann. 1288. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 532. Statutum Johannis Stratford Archiep. Cantuar. apud Lyndwoodum lib. 3. Provincialis tit. 13: *Statuimus ut pro probatione, vel approbatione, seu Insinuatione testamentorum quorumcumque nihil per Episcopos, seu alios Ordinarios, capiatur omnino: per Clericos tamen scribentes Insinuationes hujusmodi sex denarios duntaxat recipi permittimus pro labore.* *Insinuationis eulogium*, in Charta ann. 1288. apud Ludewig. tom. 5. pag. 432. Vide alia notione in *Insinuare* I.

† **INSINUATIVUM**, Macris fratribus in Hierolexico, *Donum a Clericis præstitum Episcopo in principio sui ingressus ut in ejus gratia insinuarentur.* Haud satis recte interpretati sunt ἐπαγωγικά vel ἐπαγωγικά, quas voces melius exponit Cangius in Glossario med. Græcit. Præstationes ab in Clerum allectis datæ cæteris Clericis pro *Insinuatione*, id est, relatione in catalogum ministrorum Ecclesiæ, Gal. *Droit de bien venue*. Vide Novell. 56. Justiniani, Julianum Antecessorem et Suicerum in Thesaurio Eccl. voce Ἐπαγωγικά.

\* 3. **INSINUARE**, Inscribe, inculpere. Boninc. Hist. Sicul. part. 1. apud Lam. in Delic. erudit. pag. 398: *Quo tempore Manfredus ejus filius Manfredinum condidit; in qua ad reverentiam B. V. M. campanam miræ magnitudinis fieri curavit, in qua suum et uxoris nomen posuit et Insinuavit.*

† **INSINUATOR**, qui insinuat, introducit, promovet. *Insinuator, magister atque auctor*, apud Arnobium, lib. 1. sub fin. *Insinuatores deorum*, apud Tertull. lib. 2. ad Nationes cap. 1.

† **INSINUATRIX** rei novæ epistola, apud S. Augustinum Epist. 135.

**INSIPIENTIA**, Ignorantia. Testamentum Heccardi Comitiss Augustodun. apud Perardum pag. 27: *Et quod mea Insipientia non memoravit, res curare studeatis, ut pro salute animas nostras perveniat, quia non omnia possumus omnes. Vide Sapere.*

**INSIPITUDO**, pro *Insipientia*, apud Ardonem Monachum in Vita S. Benedicti Anian. Abbatis cap. 3. n. 8. cap. 4. n. 21.

\* **INSIPO**, [Injicio, conjicio: a sipo, quod significat jacio: unde *dissipo*, disjicio: *obsipo* objicio, ut *Fest.* docet in *Supat*, et in *Incipere*. Hinc *Cato R. R.* 85. — Est etiam *insipo*, as, ut *dissipo*, as, teste *Festo*.]

\* **INSISUM**, [Incisum: « Quod instrumentum insisum presumitur domino nostro Dalphino. (*Chevalier*. Inv. Archiv. Delphinal. n. 118. an. 1322.) »]

\* **INSITAMENTUM**. Vide *Sitamenum*.

\* **INSITITIUS** SOMNUS, Meridianus, quasi non naturalis, ad noctem quippe, non ad diem, pertinet naturaliter somnus. [\* Qui æstivo tempore diurnis operibus meridie inseritur. Forcell.] Varro de Re rust. lib. 1. cap. 1: *Ego hic ubi*

*nox et dies modice recedit et abit, tamen æstivo die si non diffinderem meo Insititio somno meridiem, vivere non possem.*

**INSLTOTUM**, Tributi species, in Notitia Trajectensis, apud Will. Hedam pag. 246. l. Edit.: *Similiter et de tributo, quod Insloto vocatur.*

**INSOBRINUS**, Capitulare Pipini Regis Italiæ ann. 793. cap. 33. de illicitis conjunctionibus: *Ita ut qui uxorem consobrinum aut Insobrinum suo uxorem duxisset, etc.* Forte is dicitur, qui filius consobrinus.

**INSOCIABILIS**, ἀσυνώνητος, in Gloss. Gr. Lat. [\* Castigat. in utrumque Glossar. addit Reg.: *Incommunicabilis*.]

\* **INSOCIALIS**, [Idem ac *insociabilis*. *Porphyr.* ad Horat. 1. Ep. 18. 6. *Inconcinna, Insocialis*.]

**INSOCIO DARE**, In socio recipere pecunia, in Lege Longob. lib. 2. tit. 32. § 3. [\*\* Roth. 238.] quod nostri dicunt, *Bailler et prendre du bétail à moitié*.

\* **INSOLA**, Insula. Charta ann. 933. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 70: *Cum ipsa reclusa et cum ipsa piscatoria et cum ipsas insolas, etc.*

1. **INSOLARE**, ἠδένειν, in vett. Gloss. Soli exponere. Vox Plinio lib. 21. cap. 14. et Columellæ lib. 4. cap. 17. 27. lib. 11. cap. 3. lib. 12. cap. 12. 18. nota.

\* 2. **INSOLARE**, Materiam structura munire. Vide *Solarium* I. Stat. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 181. col. 2: *Item quod turres Insolentur prout erit opportunum. Ensoler* vero est solum seu aream domus lapidibus sternere, Gall. *Paver*, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 240: *Desquelles pierres le suppliant employa neuf pour Ensoler sa maison.*

**INSOLATIATUS**. Absque solatio, apud Gunzonem de Miracul. S. Gengulfi num. 17.

**INSOLATUS**. Vide *Ungeld*.

† 1. **INOLENTIA**, Desuetudo. *Insolentia armorum et defectus exercitii militaris*, in Litteris Johannis Franc. Regis ann. 1352. apud Acher. tom. 10. Spicil. 218. *Insolentia angariarum*, Onera insolentia, in Privilegio Ibbonis Archiep. Turon. pro Monasterio S. Martini, apud Mabillon. sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 746. Tullius dixit *Insolentia sermonis* simili notione.

\* 2. **INOLENTIA**, Defectus. Lit. ann. 1392. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 514: *Nolentes Universitatem eandem, quam affectibus intrinsecis in sinu nostræ propiciationis amplectimur, per Insolentiam nostræ provisionis elabi, etc.*

\* **INOLENTIÆ**, Ineptiæ, Gall. *Sotises*. Synod. ann. 1481. inter Stat. eccl. Tornac. pag. 98: *Item quia nonnumquam banniti, exules, et alii malefactores ad immunitatem ecclesiæ confugientes, solent ibidem minus devote se tenere, et persæpe cum impudicis mulieribus in ecclesia tenere, et alta voce cantare Insolentias inhonestas, etc.* Lib. synod. episc. Sagens. ann. 1557: *Item inhihemus ne in crastinum nuptiarum fiant in ecclesia... Insolentia fieri solitæ, ut puta larvationes, choreisationes, cantilenæ, etc.*

\* **INSOLERE**, Solere, obtinere. Canon. Abbon. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 630: *Usque adeo autem hoc Insolentium malum, ut jam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur jura, sententia ipsa venalis sit.*

† **INOLENTIA**, pro *Insolentia*, Arrogantia, Gall. *Insolence*. Præfatio Guilelmi Majoris Episc. Andegav. in Statut. ejusd. Eccl. apud Acher. tom. 11. Spicil.

pag. 201 : *Ad tutelam bonorum, et malorum Insolentias cohibendas.*

\* Haud scio an ita emendandum sit; occurrit enim in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Insolentia, niceté, sotie, rudesse, folie.* Vide supra *Insolentia*.

\* **INSOLFUS**, *Non ordinato*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **INSOLLICITUS**, [Non sollicitus, securus. *Gloss. Philox.*]

† **INSOLUBILITER**, Modo qui solvi nequeat. *Perpetuo anathematis vinculo Insolubiliter colligamus*, in Epistola Stephani VI. PP. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 163. col. 2.

\* **INSOLVENTIA**, Impotentia solvendi debiti, in Indice Onomast. ad tom. 1. Jun. Act. SS.

**INSOLUTUS**, [Non solutus.] Vide *Ungeid*.

\* **INSOMNIETAS**, [Idem ac insomnia. *Theod. Priscian.*]

† **INSOMNITAS**, Insomnia, Gall. *Insomnie*, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 788. in Actis SS. Martii tom. 1. pag. 684. *Insomnitas*, ibid. pag. 725. et in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 97.

\* **INSOMNIETAS**, ut *Insomnitas*, Insomnia. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 23 : *Quod si hanc jam multo tempore passionem et Insomnietatem patiat, opii modicum addes.*

\* **INSOMPNIUM**, *Ce que Ven voit par songe.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† 1. **INSONARE**, Divulgari, rumorem esse. Annal. Genuens. ann. 1164. apud Murator. tom. 6. col. 33 : *Insonuit quod quædam galea iverat in Provinciam.* Et ann. 1230. col. 465 : *Antequam Insonaret vel aliquis rumor esset, quod exercitum facere vellet.*

\* 2. **INSONARE**, Sonare, campanam pulsare, apud Glab. Rodolph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 17.

† **INSONTIA**, *Innocentia*, Johanni de Janua; *Innocence, non noisance*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

\* **INSOPIBILIS**, [Qui sopiri non potest. *Capell. 1. p. 4.* *Insopibilis* perennitatis igniculos incendere. *Id. 9. p. 308.* *Insopibilis* flamma.]

† **INSOPITABILIS**, Qui sopiri seu parari nequit. *Altercatio enim hæc Insopitabilis est*, in Gestis Consulm Andegav. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 449.

† **INSOPIBILIS**, Eadem notione. *Insopibilis faber*, apud Martianum Capellam lib. 4. *Insopibilis flamma*, apud eumd. lib. 9.

\* **INSOPORABILIS**, *Indormable*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† **INSORDESCENTES**, Excommunicati nominatim declarati per annum in excommunicatione perseverantes, qui nullam adhibent diligentiam ad obtinendam absolutiorem. Vide *Lexicon Hofmanni* et *Limborch.* lib. 3. Hist. Inquis. cap. 18.

† **INSORDESCERE**, Sordidum esse et feculentum. Sidon. lib. 5. Epist. 13 : *Dejectu caducæ frondis ager Insortuit.*

**INSORTIARE**, [Adversus sortes munire.] Vide *Sortiti*.

**INSORTICARE**, [In sortes mittere, Gall. *Ensorteller, Fascinare.*] Vide *Sortiri*.

\* **INSORTITUS**, Non datus in sortem, non possessus. Charta ann. 1096. inter Monum. Eccl. Aquilej. pag. 58. col. 549 : *Cullum et incultum, divisum et indivisum, sortitum et Insortitum, etc.* Vide *Insortis*.

† **INSORTIS** vel **INSORTUS**, Non datus in sortem, non possessus. Vide in *Sors*.

\* **INSPATIANS**, [In aliquo loco spatians. *Prudent. Apoth. 130.* quem videt Babylonis ab arce tyrannus Innocuas inter flammam procul *Inspatiantem.* *Al. melius leg. Exspatiantem.*]

† **INSPICIATUS**, Deformis, absque specie. Tertull. adv. Valent. cap. 10 : *Substantia informis et Inspiciata.* Rursum utitur alibi.

† **INSPECIOSUS**, Non speciosus. *Puer non Inspaciosus* apud Petronium. cap. 74.

\* **INSPECTARE**, Re inspecta seu considerata judicare. Vita S. Senor. tom. 3. Apr. pag. 75. col. 2 : *Si martyrium res gestas perpendis, in nobis prolixius, quam in illis, martyrium Inspectabis.*

\* **INSPECTOR**, Qui monasteria monialium visitabat invigilabatque ut regula in iis rite servaretur. Charta Lothar. I. imper. pro monial. Ticin. ann. 833. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 532 : *Merannum quoque venerabilem abbatem in eodem loco constituimus Inspectorem, quatenus diebus vitæ suæ studio in omnibus regula ibi exequatur S. Benedicti.* Vide in *Visitor*.

**INSPECTORES**, Idem, qui *Peræquatores*, qui prædis inspectis et adæquatis invicem, ea relevant, quibus onus gravius adscriptum est; quæ sunt censita lenius, gravant. Gloss. Lat. Gr. : *Inspector*, ἐπίπτης. *Lexicon Gr. ms. Cod. 2062* : Ἐπισωτής, ἐπίπτης, ἀναγραφός. Glossæ Nomicæ MSS. : Ἐπίπτης, λέγεται ὁ ἐπισωτής. Glossæ vet. Henrici Stephani : *Inspectores*, οἱ ἐφοροί. Ἐποπτεύσθαι, apud Theophanem pag. 411. est censui adscribi. Vide tit. Cod. Just. lib. 11. tit. 58. de *Censib. et censitoribus*, et *peræquatoribus*, et *Inspectoribus*, et Gloss. med. Gr. in Ἐπίπτης.

**INSPECTIO**, ἐποψία. Novella Theodosii 16. de Postulando : *Nulla eis Inspectio, nulla ingeratur peræquatio, nulla operis extractio, nulla discussio, nullum ratiocinium imponatur.*

† **INSPECTORES INQUESTARUM**, Quibus cura commissa est inspiciendarum seu examinandarum *inquestarum*. Edictum Philippi IV. Franc. Reg. ann. 1291. apud de *Lauriere* tom. 1. Ordinat. pag. 321 : *Item, precipimus quod omnes Inspectores inquestarum diligenter inspiciant in domibus suis inquestas sibi traditas a Curia, et eas diligenter referant, et ad cameram placitorum non veniant, nisi mandetur pro eis, ut amplius et curiosius vacent in videndis Inquestis.*

† **INSPECTURA**, *Visura, speculatura*. Papias. Male in Gloss. Sangerm. MS. num. 501 : *Inspectura, Speculator*.

† **INSPERABILITAS**, *Res adeo insperata*, apud Barthium in Gloss. ex *Insperata* Hist. Palæst.

\* **INSPERARI**, Desperari. Virgil. Grammat. pag. 134 : *Quæ a plerisque garissimis viris usurpata sunt, aperta definitione Insperari non debent.*

\* **INSPERATE**, Ex insperato. Hist. S. Florent. Salmur. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 265 : *Cum gravi exercitu Insperate castellum obsidens, etc.* Epist. Rob. reg. ann. circ. 1022. ibid. pag. 495 : *Si quid mirabile præter solitum Insperate auditur.*

**INSPIGARE**, *Faces fundere*. Papias. [Legendum *Inspicare faces, findere*, ex hoc Virgilii versu 292. Georgicorum lib. 1 :

Ferroque faces Inspicat acuto.

Hoc est, ad modum spicarum in acutum tenuat; unde in MS. Bituric. : *Inspicare faces, proprie est infindere, quasi spicas facere. Inspicat faces, findit.*]

[\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Inspicare, diffendere* (l. diffindere) *vel in modum spicarum condere.*]

\* **INSPICIO**, *Inspectio*. Instr. ann. 1391. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 116. col. 1 : *Item quod predicti dicentes se nobiles non habent equum seu equos, nec alta arma in domibus ipsorum, ut ex Inspicione secreta, facienda per vestrum officium, poterit apparere.*

† **INSPICIUM**, *Inspectio*. *Extorum Inspicia*, apud Tertull. lib. 1. adv. Marcion. cap. 1. *Extispicium* dixit Sueton. in Nerone cap. 56.

† **INSPILIATOR**, Spoliator, latro, grasator, Gall. *Pillard, Brigand, Voleur*. Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 426 : *Inspiliatores... olim in concavis terræ locis et in absconditis latitantes, et transeuntibus quibuslibet insidiantes, aliis onus decutiunt, aliis gestatoria diripiunt, aliis mortem comminantur, nonnullis etiam ablatis rebus rumpheis et oculis spatulis vel canipulis, sicut sicarii, imo vere sicarii, mortem ingerunt.* Vide *Pilare 1*.

\* **INSPINARE**, *i. valde vel intus spinare*, *Espinere*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† **INSPIRAMEN**, *Inspiratio*, afflatus. Concil. Tolet. VI : *Hinc enim liquet, quod Inspiramine summi Dei... superstitiones eorum eradicare elegit funditus.* Occurrit rursus in Concilio Tolet. XVI.

\* *Espirer*, pro *Inspirer, animer, Animare*, in *Bestiar.* MS. :

Espira un nouvel Adan,  
Qui pour nous trait paine et ahan.

\* **INSPIRATE**, [Blandum animum sane temeritati casus facit, ubi pravo consilio proptius aspirat; et quo vehementius noceat, *Inspiratius* prodest. *h. e.* magis inspirando, seu aspirando, benignius, prolixius.]

**INSPIRATIO**. Ex tribus electionum formis, quarum mentio est in Decretalib. Greg. IX. PP. lib. 1. tit. 6. cap. 42. una est quæ *per Inspirationem*, sive *viam Spiritus S.* dicitur fieri : cum conciliet communiter et ab omnibus concorditer, quasi divino Spiritu afflatis, nullo discrepante, aliquis eligitur, absque aliquo tractatu, ex quo nempe præsumi possit aliqua persuasio, vel suggestio in gratiam eligendi. Ericus Upsalensis lib. 4. Hist. Suevicæ pag. 122 : *Tunc quasi per viam Spiritus sancti, tota multitudine acclamante, hic puerulus assumptus est in Regem.*

\* **INSPIRATUS**, dicitur de eo, quod subito et quasi divinitus accidit. Mirac. S. Verenæ tom. 1. Sept. pag. 172. col. 2 : *Cum filios et filias haberet, erubescens se sanctæ virginis tributum solvere, quod ex hereditate debuit reddere, abduxit se suamque progeniem cum virginis maledictione : quod postmodum rerum eventus ostendit in actione. Nam ipse et ejus conjugata defuncti sunt ambo morte *Inspirata*.*

† **INSPIRITALIS**, Non spiritalis, carnalis, apud S. Paulinum Epist. 22. n. 1. ult. edit.

\* 1. **INSPISSARE**, Augere, ampliare. Reg. Phil. Aug. part. 1. sign. 34. bis in Chartoph. reg. fol. 95. v. col. 2 : *Murus sub circa burgum Inspissabitur tres pedes et levabitur ad ordinem novi muri.*

\* 2. **INSPISSARE**, Condensare, spissum reddere. Arnald. in Rosar. MS. lib. 1. cap. 1 : *Verum tali continua sublimatione depurat, in unum decoquit et Inspissat.*

† **INSPISSATIVUS**, Qui spissat et densat. Vide locum in *Recorporare*. Veget.

de Re veterin. lib. 2. cap. 30. dixit, *Inspissata caro.*

\* **INSPOLIABILIS**, Quod nunquam deponitur. Marius Mercat. pag. 90: *Habet naturam nostram deitatis Inspoliabile vestimentum.*

\* **INSPOITITUS**, dicitur de eo, quod est circa collum, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 739: *Petrus Domini obviavit retro conventum fratrum Minorum Tholosæ Sancio de Podio portanti quandam sopam Insportitam sive circa collum, etc.*

\* **INSPURUS**, Impurus, nothus. Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Filius et hæres Petri de Lasgo Inspuri quondam... Pertinens et expectans dicto nobili Petro de Lasgo bastardo, etc.* Vide *Vastardus*.

† **INSQUILLA**, ut *Squilla*, Tintinabulum, campanula. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ: *Isto die (Cœnæ Domini) Insquilla debet esse remota a cathena, usque ad diem Sabbati exclusive: quia in die prædicto hora prandii debet reverti in loco pristino; sed istud pertinet officio resectorarii removere Insquillam. Pfruries occurrit ibi. Vide Skella.*

† **INSTA**, vox mendosa. Vide *Justa 2*.

**INSTABILIS**, pro ἀσθρατος, usurpari ab Irenæi interprete observat Jacobus Billius lib. 1. Observationum cap. 33.

† **INSTABOR**. Vide *mox Instar*.

\* **INSTAGNARE**, Stagnum construere. Concamp. Ebersperg. apud Oefelum tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 44. col. 2: *In cuius (prædii) parte piscinas Instagnari iussit. Vide Piscina 2.*

† **INSTALARE**. Ad *stelam*, palum vel cippum deonestare, torque ferreo devincire, Gall. *Pilorie, mettre au carcan*. Statuta Eccles. Andegav. ann. 1423. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 525: *Statutum etiam quod quicumque Deum... abnegare aut quovis modo blasphemare præsumperit... pro tertia (vice), si laicus sit, Instalabitur, si Clericus, iuxta sui iudicis arbitrium ad officio et beneficio deponetur. [\* Perperam pro Inscalare. Vide supra in hac voce num. 2.]*

† **INSTALATIO**, Illigatio ad *stelam*. Concil. Senon. ann. 1485. apud Acher. tom. 5. Spicil. pag. 619: *Pro tertia (vice) contra assuetos (blasphemare) per Installationem (melius Instalationem) procedendo, sic quod cæteris cedere valeat in exemplum.*

**INSTALLARE**, [Gall. *Installer*, In Ecclesiastici beneficii possessionem mittere, in *stallum* seu chori sedem inducendo.] Vide in *Stallum 2*.

\* **Inseles**, pro in *Stallo* sedere, in Epitaph. Petri de Rosay ann. 1489. in eccl. S. Petri Insul.: *Et ceuz qui demeurent en l'hostel des clerqs servant en l'église, qui seront présents et Inselez ou cuer, auront chascun une pinte de vin.*

† **INSTALLATIO**, hac notione, apud Lobinell. in Glossario Hist. Paris. tom. 3. Vide *Instalatio*.

† 1. **INSTANS**, Momentum, temporis punctum, Gall. *Instant*, apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. col. 1604.

\* 2. **INSTANS**, vox forensis, Appellans, vel qui causam *instat* seu prosequitur. Charta querelarum Cluniac. mon. adversus comit. Cabilon. ann. 1270. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Defuncto Guillelmo comite, successit filius ejus Guillelmus comes pater Instantis comitis... Postmodum ultima infirmitate detentus filiam suam comitissam Instantem coram se mandavit. Hinc Instancier, Causam agere, in Charta ann. 1290. inter Probat. domus de Castello pag. vj.: *Que si li clerg ou si li prestre... tenoient héritage en ladite**

*ville... ils en devoient Instancier pardevant lesdits sieurs enfans.*

† 1. **INSTANTIA**, Contentio, efflagitatio, Gallis, *Instance*. Bartholomæi Annal. Genuens. ad ann. 1239. apud Murator. tom. 6. col. 482: *Postmodum dictus Potestas ad Instantiam Domini Petri de Guercio et Bonaventuræ nuntiorum domini Papæ... remisit banna data prædictis civibus Januæ. Occurrit hac notione apud Ludewig. tom. 5. pag. 429. Acher. tom. 8. Spicil. pag. 726. in Consuetud. Brageraci art. 80. et alibi.*

† **INSTANTIVÆ PRECES**, Eadem notione, in Charta ann. 1311. apud Ludovicum Laguille in Probat. Hist. Alsatiæ pag. 60. col. 1.

\* 2. **INSTANTIA**, Argumentum. Acta Inquisit. Carcass. MSS. ann. 1308. fol. 4. vº: *Dicti hæretici... dicebant, quod Deus non fecerat carnem humanam, nec faciebat florere nec granare, ponentes Instantiam dicti hæretici et dicentes, quod si homo poneret granum bladi super lapides, non nasceretur; sed istud venit ex putredine terre.*

**INSTAR**. Gloss. Lat. Gr.: *Instar, similitudo, ὁμοιομα, ἀπεικόνισμα*. Alibi: *Ister, ἔτος, συνθετε, ἔπος, ἄπος*, ubi vir doctus *Instar*, vel *Istar* emendat G. Græc. Lat.: *Ἀντίστονον, exemplum, exemplar, Instar*. Hinc ad *Instar*, i. ad similitudinem. [Gloss. Sangerman. MS. n. 501: *Instabor, Instar, vel similitudo.*] *Instar*, auctor, ut *nectaris*, Probum dixisse, instar est Servius ad 2. *Æneid*. Ita *Instar*, pro imagine usurpant lex 3. de Palat. sacr. larg. (6, 30.) lex 74. de Decurion. (12, 1.) etc. Cod. Th. Interdum pro *similis* usurpant. Anastasius in Leone III. PP. pag. 121: *In Basilica B. Pauli Apostoli, atque in Basilica Salvatoris Instar imagines fecit et constituit.* Pag. 136: *In Basilica S. Dei Genitricis ad præsepe Instar fecit coronam ex argento puro.* Ita pag. 138. 139. etc. Vide Casaubon. ad Apuleii Apolog. pag. 146.

\* **INSTARARE**, Definire, statuere. Charta Gerardi de Vanco ann. 1491. ex Bibl. reg.: *Fondo, instituo, doto, ordino, constituo et Instaro sive arreto imperpetuum, etc.*

**INSTAURUM**, Quidquid ad agriculturam, vel ad prædii instrumenta et supellectilem, pertinet, ut sunt animalia, pecora, servi, etc. Anglic. *Store*: Juriconsulti *Instructum* dicunt. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 548: *Manerium illud nullum potest sustinere Instaurationem, quia nullum habet pratium, etc.* Pag. 924: *Redditus omnes, Instaura, proventus quicumque singulis annis redigantur in scriptum.* Adde tom. 2. pag. 933. Fleta lib. 2. cap. 72. § 7: *Inquirere debet de Instauro, in quolibet manerio existente. Instaurationem Ecclesie, quidquid ad supellectilem Ecclesiasticam spectat, in Synodo Exoniensi ann. 1287. can. 12. 44. 53. Vide Provinciale Lindwodi pag. 369. 2. Edit. [et Rymer. tom. 3. pag. 16.]*

**INSTAURAMENTUM**, Eadem notione. Charta ann. 1158: *Et ipsum brolium, vineas... et omnino omne Instaurationem suum libertate donavimus in perpetuum.* Occurrit etiam in Charta Ludovici Regis ann. 1158. in Regesto Phil. Aug. Herouvalliano fol. 77. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 549. 604. tom. 2. pag. 106. apud Radulphum de Diceto pag. 647. etc. Vide *Staurum*.

**INSTAURARE**, Supellectile agraria prædium vel domum rusticam instruere. Charta Joannis Regis Angl. de libertatibus Angl. ann. 1215: *Et reddat hæredibus ad plenam ætatem venerit, terram*

*suam totam Instaurationem de carucis et omnibus aliis rebus.* Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 548: *Hæc est extenta (i. inquisitio) [potius æstimatio, ut expositum suo loco,] facta per præceptum domini Regis de terris et tenementis Prioris de Derhurst, quantum valeant Instaurationem, et quantum deinstaurare, etc.* Infra pag. seq.: *Et valet Instaurationem 7. lib. non Instaurationem 5. lib. 17. sol.* [Ovilia Instauratione pascuis, in Charta ann. 1063. apud Miræum tom. 1. pag. 152.]

**INSTAURATIO**, Id quod *Instaurum*. Matth. Paris. ann. 1258: *Rex illi ad Instaurationem parcorum suorum, et ad usum mensæ suæ benigne concederet, ac sub certo numero bestias daret, etc.*

\* **INSTAURARE JUDICIUM**, Judicio securitatem banno regio confirmare, Germ. *das Gericht hægen*. Vide *Haltaus*. Glossar. Germ. in hac voce col. 775.

† **INTELLARE**, Quasi stellis ornare. Gocelinus in Vita S. Augustini Cantuar. tom. 6. Maii pag. 378: *Pontificalia insignia... splendidis unionibus et margaritis cum præcellentibus gemmis præteato auro Instellant.* Vide alium locum in *Similitudinariæ*.

\* **INSTERILIS**, Cultus, fructuosus. Charta ann. 1361. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 78: *Tam in pratis, vineis et nemoribus, quam in terris sterilibus et Instertilibus.*

**INSTERILITAS**. Liber Comitit, seu Lexionarius, editus a Baluzio: *Pro ubertate pluvie seu temperantia aeris, pro Instertilitate pluvie, etc.*

† **INSTIATIO**, f. pro *Inscitatio*, Negatio. Charta ann. 1300. e Chartulario S. Vandreg. tom. 2. pag. 1295: *Ob hoc petens dictus Procurator ditorum Religiosorum... dictum Rectorem condemnari a nobis et compelli ad restituendum eisdem Religiosis possessionem suam... lite supra præmissis ex parte ipsius per Instiationem contestata, juratoque de calumpnia in hujusmodi causa, etc.*

† **INSTIGATOR**, Qui instigat, impellit, promovet, procurat. Ausonius Epist. 17: *Si quid invidiis quoque nobis natura fit, superfluous Instigator agitabo.* Sententia Sigismundi III. Imp. de felonia Curlandiæ Ducibus objecta, apud Ludewig. tom. 6. pag. 218: *Instigator noster sigillatim articulos actionis et citationis suæ contra illustrem Fridericum proponebat.* Et pag. 225: *Cum itaque Illustris sua nullam privationi et amissioni feudi causam præbisset, postulabant eandem Illustritatem suam ab Instigatoris nostri actione liberam pronunciari. Instigator accusatoris, leg. 20. Dig. de his qui notantur infamia (3, 2.)*

\* Nostris a verbo *Instigare*, *Instiger* et *Instiguer*, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 260: *Jehan le Picart... eust tant Instigué icellui curé, que il se feust pris à jouer aux dez.* Aliæ ann. 1450. in Reg. 184. ch. 66: *Guillaume de Montigny Instiga et promeu le suppliant de jouer aux dez.* Ancientem vero, pro *Excitatione*, *instigatione*, Persuasio, instigatio, in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 262: *Volsus, uns autres riches homs, refu occiz par le commandement le roi, par l'Ancientement Bruneheut.* Ita quoque legendum, pro *Anticement*, ibid. pag. 258. ubi Aimoin. lib. 3. cap. 85. ibid. pag. 109: *Instigante Brunechilde.* Hinc *Excitement* emendandum puto, pro *Enticement*, in iisd. Chron. tom. 7. ejusd. Collect. pag. 127: *Sus leur coururent soudainement par l'Enticement du deable.*

Eadem tom. 8. ejusd. Collect. pag. 332 : *Et tout fesoit il par l'Enticement sa fame.* Ubi Annal. Bertin. ad ann. 879. ibid. pag. 34 : *Interea Boso, persuadente uxore sua, etc. Ennort et Ennortem, eadem acceptione, nostris.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137 : *Il fist cela par temptation et Ennortement de mauvaïse compagnie. Par l'Ennort d'un seruiteur la meschine du suppliant se parloit de son hostel, in aliis ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 280. Enhort, apud Matth. de Couciaco in Carolo VII. pag. 708.*

† **INSTILLATIO**, Signum, subscriptio. Ingulphus in Hist. Monasterii Croyland. : *Normanni... chirographa Chartas vocabant, et chartarum firmitatem cum cerea impressione per uniuscujusque speciale sigillum sub Instillatione trium vel quatuor testium astantium conficere constituebant.* Hickeysius Dissertat. pag. 74. emendat vel interpretatur *Intitulatio*. Subscriptio dici potuerit *Instillatio* Scriptori Barbarolatino, quod testis nomen suum quasi *instillet* chartæ, quam subscribit.

\* **Rectius**, Testium per eorum nomina appellatio : unde magis arrideret vox *Intitulatio*. Vide novum Tract. diplom. tom. 4. pag. 785.

† **INSTINGUERE**, Instigare. Gloss. Lat. Græc. : *Instinguit, παραδύειν.*

**INSTIRPARE**, Inserere, plantare. Bromptonus pag. 935 : *Intimavit igitur dictus Godwinus proceribus Angliæ, ipsum Alfredum nimiam secum adducisse copiam Normannorum, ac terras Anglorum eis etiam promississe, et sic inter eos securum non esse gentem externam et subdolam Instirpare.*

\* 1. **INSTITA**, Officina, ut videtur, locus ubi merces venum exponuntur. Charta ann. 1264. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 111. col. 2 : *Ego Otto dictus de Foro... ecclesiæ sanctæ Crucis domum et duas Institas in alto foro Wienæ civitatis sitas, quinque talenta singulis annis solventes, quarum una videlicet Instita duo talenta reddit, ... contuli perpetuo possidendas.*

\* 2. **INSTITA**, Vitta seu latum cingulum, ut solet esse id quo parvi in cunis ligantur, in Gloss. MSS. Bibl. anonymi ex Bibl. reg.

† **INSTITÆ**, Gravata, resticula. Gloss. Isid. Emenda cum Pithæo in Excerptis : *Institæ, Grabati resticuli.* Est enim *Instita* ut exponit Scholiastes Juvenalis ad Satyram 6. *qua lectus intenditur.* Fascia dicitur Ciceroni.

† **INSTITARE**, Mortuum involvere, apud Papiam, ab institis seu fasciis quibus mortui olim pedes manusque ligabantur. [\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Bandeler, enveloper, Institare.*]

† **INSTITIUS**, Luctus publicus, eidem Papiæ.

\* **INSTITRIX**, Mercatrix in Notit. ann. 1300. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 939.

\* **INSTITUARIUS**, Charta ann. 1201. in Chartul. Cluniac. ch. 219 : *Mediantibus domino H. Cantuariensi archiepiscopo et domino E. Elyensi episcopo et domino Guillelmo filio Petri tunc Instituario Angliæ, etc.* Sic, sed leg. *Justitiario*. Vide *Justitiarius*.

† **INSTITURA**, Institutio, Gall. *Instruction*. Bulla Leonis III. PP. tom. 2. Annal. Benedict. pag. 349 : *Nec in aliquo Episcopo Ambianicæ sedis de Ecclesiis aut Clericis ejusdem loci (Centulæ) se intromittat, nisi forte voluntas Abbatis illum rogando invitaverit, ut aliquam con-*

*secrationem seu prædicationem aut Instituturam exerceat.*

\* **INSTITUTA**, Gall. *Institutes*, Justiniani institutiones. Stat. Mutin. reipubl. ann. 1328. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 908 : *Et unum lectorem forensium ad legendum Summam notariæ et Institutam, ad salarium quinquaginta librarum Mutinensium.* Hinc

\* **INSTITUTARIUS**, Qui iis Institutionibus studet, in Stat. Universit. Tolos. ex Cod. reg. 4222. fol. 45 r. : *Ordinamus quod omnes bacallarii in jure canonico vel civili, qui debent vel intendunt legere aliquod volumen extraordinarium, exceptis Institutariis seu bacallariis novis, qui nondum alias legerint tanquam bacallarii, omnes incipient lecturas suas simul... Institutarii vero et illi, qui de novo et tanquam bacallarii habent vel intendunt incipere Institutam, etc.*

† **INSTITUTE**, Ex professo, ex instituto. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 9 : *Nunc vero quia de generali omnium progressionem prædicamus, restat ut de progressorum virtute vel copiis Institute ponamus.*

1. **INSTITUTIO**, Precaria, datio ad precariam. Charta Gilleberti Comitis Heduensis ann. 942. ex Tabulario Flavinacensi : *Si quis autem successorum meorum hanc Institutionem vel precariam... infringere voluerit, etc.* S. Roberti, qui hanc precariam studuit poposcere... Ego Constantinus Levita hanc Institutionem davi et subscripsi, etc.

\* 2. **INSTITUTIO**, Tributum, quidquid in præstationem instituitur et indicitur, idem quod *Indictio* 1. Charta Phil. Aug. pro commun. Calniaci ann. 1213 : *Si major et jurati super res burgensium aliquam fecerint Institutionem, sine emendatione alicui exhibenda facient ; si vero ab eis qui Institutionem violaverint, nummi accipiantur, ad firmitatem villæ ponentur.* Ibidem : *Nos nullum bannum nec aliquam Institutionem super res burgensium facere poterimus.* Rursum infra : *Si major et jurati et communitas villæ pro negotiis agendis pecunia indigerint, et collectam aut aliquam Institutionem in villa fecerint super omnes pecunias et hæreditates burgensium, sine forisfacto facere poterunt, et super omnes pecunias, quæ in villa lucrantur.*

\* **INSTITUTOR**, Institor, quomodo forte legendum, Gall. *Facteur, commissionaire*. Charta ann. 1339. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 335 : *Stephanus Almanni junior mercator Tholosæ et Raymondus Bernardi factor seu Institor ac negotiorum gestor ipsius Stephani, etc.*

† **INSTIUS**, pro *Inscius*. Canones Pœnit. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 43 : *Qui manducaverit morticinas Instius, XL. dies pœniteat.*

† **INSTOCIONATUS**, Artes magicæ, præstigia, a στοιχειστων, Elementum, Græcis recentioribus, Dæmon, et Operatio diabolica ; unde στοιχειστων, Magicis præstigiis initiare, στοιχειωστικ, Incantatio, verba magicæ, ut docetur in Glossario med. Græcit. Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280 : *Si... ex meretricia, vel lenocinio, vel Instocionatu, vel similibus acquisivit, etc.* [\* Nisi forte mendum sit pro *Intoxicatus*, Veneficium. Vide *Intoxicare*.]

† **INSTRICATUM**, Vulneratum, in Amalthea, ex Glossis Cod. Leg. antiq.

† **INSTRIGARE**, INSTRINGARE. Vide *Intricare*.

\* **INSTRUCTE**, [Cum apparatu, aut ordine. Liv. 1. 35. Ludos opulentius Ins-

*tructius* que, quam priores reges, fecit. Apul. Apolog. *Instructus* accusare.]

† **INSTRUCTOR**, Præceptor, qui instruit, docet, in Spicilegio Fontanell. MS. pag. 214.

† **INSTRUCTUS**, Impulsus, inductus, suasio. Gesta Abbatum Gemblac. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 524 : *Instructu nostro Abbas et Congregatio prædicti loci Ecclesiam nostram ædificavit.*

\* **INSTRUGUS**, *Lo solavo*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

**INSTRUI**, Doceri in 1. Constitut. Appendicis Cod. Theodos. quam sublestæ fidei doctiores volunt : *Itaque quia a nobis Instrui voluisti, etc.* [Non absimili notione Quintilianus dixit : *Judeæ notitia rerum Instruendus videtur.*]

\* **INSTRUMENTALITER**, Vice instrumenti. Stat. synod. Corisopit. eccl. MSS. : *Qui naturas de nichilo creavit, potest unam in aliam mutare ; sed a sacerdote virtute verborum fit misterialiter et quasi Instrumentaliter.*

\* **INSTRUMENTARIUM**, Chartularium, liber instrumenta continens. Prol. ad Chartul. Casaur. : *Porro librum ipsum Instrumentarium nominari decrevimus, eo quod de instrumentis sit compositus.*

† **INSTRUMENTATUS**, In instrumento descriptus. Miracula B. Wernheri Mart. tom. 2. April. pag. 720 : *Dixit se vidisse alia multa plura miracula, quorum multa sunt Instrumentata.*

**INSTRUMENTUM**, συμβόλαιον, in Gloss. Gr. Lat. Gloss. Lat. Gr. : *Instrumenta, γραμμάτια, ἀσφαλισματα, δρικαύματα, etc.* Mox : *Instrumentum, ἐξάρτησις γραμματίου, etc.* Aliud : *Instrumentum, γραμματεῖον.* Anastasius in S. Julio PP. : *Sive causationem, vel Instrumenta, vel allegationes, aut manumissiones Clerici in Ecclesia per Scribarium sanctæ Sedis celebrarent.* Gregor. Turon. de Miraculis S. Aridii : *Cum Instrumentis chartarum, quibus Monasterii possessio firmabatur, regionem Burgundicæ adire non distulit. Infra : Sed etiam auctoritate regali Instrumenta munivit.* Vide tit. Digest. de Fide instrument. et Glossar. ad Agrimensores.

**INSTRUMENTUM**, pro veteri ac novo Testamento usurpant non semel Patres.

**INSTRUMENTUM**, pro libro, non semel usurpat Tertullianus lib. 5. adversus Marcionem, et in Apologetico.

† **INSTRUMENTUM**, Gall. *Instruction*, Institutio, documentum. Guibertus lib. 2. de Vita sua cap. 3 : *Quia igitur fortunæ et infortunia mea ad aliorum forsitan qualemque Instrumentum decrevi contexere, etc.* Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 180. narrat ab Imperatore Ludovico Monasterii Casauriensis Abbatem institutum fuisse *venerandum Presbyterum, Romanum nomine, probum moribus et regularibus Instrumentis tritum, hoc est, vel exercitiis, vel potius, institutis* : qua posteriori notione vocem *Instrumentum* accipiendam censeo in Regula S. Benedicti cap. 4. ubi S. Pater disserens de *Instrumentis bonorum operum* e sacris Scripturis profert 72. præcepta vel sententias, quas ait esse *Instrumenta artis spiritalis*, hoc est, Instituta vel præcepta. Simili modo ait cap. 73 : *Collationes Patrum et instituta et vitam eorum, ut et Regulam S. Patris nostri Basilii, quid aliud sunt, nisi bene viventium et obedientium monachorum exempla, et Instrumenta virtutum ?*

† **INSTRUMENTUM QUITTARIUM**, Apocha, Gall. *Quitance*. Charta ann. 1319. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 183. col.

1: *Offert se... eidem restituere literas debitorum principalium prædict. factis solutionibus de eisdem, et Instrumenta quæstaria concedere eidem.*

\* INSTRUMENTA MUSICA dividunt nostri in *alta* et *bassa*, hoc est acutioris vel gravioris soni. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 337: *Jehannin Dorgeret menestrel de hautz Instrumens, etc.* Aliæ ann. 1392. in Reg. 145. ch. 117: *En laquelle chambre ilz danceroient aux bas Instrumens qu'ils avoient; et depuis retournerent en ladite sale et danceroient en icelle aux hautz menestriers qui y estoient.* Stat. ann. 1407. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 198: *Menestriers joueurs d'Instrumens, tant hautz comme bas, etc.*

† INSTUFFARE, Instruere. *Etoffer.* Vide *Stuffare*.

INSUABILIS, Insuavis. Glossar. Gr. Lat. MS. ἄνδρονος, *injocundus, Insuabilis.* Edit. *Insuabilis.*

INSUADIBILIS, Incredibilis, sine artificio, piger, apud Papiam.

† INSUBIDUS, Setosus, in Gloss. Sangerman. MS. n. 501. Gellius lib. 19. cap. 9. utitur pro Invenusto, inconsiderato, imprudenti, ut et comparativo *Insubidiator*, lib. 6. cap. 1. et lib. 13. cap. 20. *Insubide*, lib. 1. cap. 2.

† INSUBLUM, ἄντιον, ἕθη ἀπαύουσι αἱ γυναῖκες, *Liciatorium unde telam mulieres texunt*, in Supplem. Antiquarii et in Glossis Lat. Græc. Sangerman. Vide *Insubulare* et *Recla*.

\* INSUBLUS, ut mox *Insubulus*. Charta Petri Candiani ducis Venet. ann. 971. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1525: *Dé lignamine autem promittimus ut portare non debeamus ulmos, nec aliud lignamen, quæ ad nocumentum sint Christianis, nisi tantum portare debeamus Insubli (sic) de fracino, qui sint longi pedes quinque et lati uno semisse tantum... Licentiam eis tribuimus portandi Insuglos (sic) et asses, etc.*

\* INSUBSISTIBILIS. Mirac. S. Bertini tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 119: *Arreptoque itinere Insusistibili cursu directim tendebant ad munitionunculum.* Id est, Continuo cursu, non subsistendo, Gall. *Sans s'arrêter*.

† INSUBSTANTIALIS, Cujus nulla est substantia. Fragmentum Candidi Arriani ad Marium Victorinum, apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 155: *Etenim vere substantia, subjectum quiddam est. Quod autem subjectum est, simplex non est... Sed enim simplex est Deus. Insubstantialis ergo Deus. Si autem Insubstantialis, nullum ergo Consubstantialia a Deo est.*

† INSUBSTANTIVUS, Eadem notione. Interpres Irenæi lib. 1. cap. 10: *Pater cujus pater nemo est, qui incogitabilis et Insusubstantivus.*

† INSUBULARE, Perforare, Johanni de Janua, ab in et subulo. Dicitur *Insubulus* quoddam instrumentum in *tecendo telam*, scil. circa quod pannus vel stamen involvitur, quia *Insubulatur*, i. perforatur, ut possit involvi et retineri pro voluntate *tecentis*: vel componitur ab *infra* et *supra*, quia *infra* et *supra* est. *Insubulum* dixit Lucretius, *Insubulus* vero Isid. lib. 19. Orig. cap. 29. et Guibertus lib. 1. de Pigner. Sanctorum cap. 3. § 1. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Insubulare, Enveloper*, involvere.

\* INSUBULUS, Liciatorium, Gall. *Ensemble vel Ensuble*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Insubulus, lignum textorum, ubi stamen involvitur, quia insubulatur. Insubulus, lo subio da*

*texere*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Insubulare*.

† INSUGGARE, ἐγγυμίζειν, in Glossis Lat. Græc. Succo immergere. Sic Columella lib. 7. cap. 4: *Sæpius lana diducenda vinogue et oleo Insuccanda.*

† INSUDUM, pro Sudum. Gloss. Lat. Græc. Sangerman.: *Insudum, ἄνυδρον, ἄθρονον*, Sine aqua, sine pluvia.

INSUETARE, *Insuete invadere, vel insultanter.* Papias. [Insolenter, in Gloss. Sangerman. MS. n. 501.]

\* INSUETUDO, [Ut Insuetudo cibi, h. e. cui quis non est assuetus. *Spartian. Sever.* 16. Fluente quoque per *Insuetudinem* cibi alvo militum.]

† 1. INSUFFICIENS. Non sufficiens, apud Tertullianum adv. Hermog. cap. 15.

\* 2. INSUFFICIENS, Prorsus sufficiens, quantum satis est. Pactum inter reg. episc. et consul. Caturc. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 487: *Item poterunt (dicti consules) creare curatores et gardiatores... achatorum, et aliorum opera mechanica exercentium et aliarum mercaturarum Insufficientium in dicta civitate.*

† 1. INSUFFICIENTIA, Tertulliano lib. ad Uxorem: *Secularis concupiscentia causas habet gloriam, cupiditatem, ambitionem, Insufficientiam*, id est, Insatiabilitatem; quia nihil satis est insatiabili cupiditati.

† 2. INSUFFICIENTIA, Inscitia, imperitia, Gall. *Insuffisance*, Ital. *Insuffienza*. Alexander PP. ad Archiep. Januensem ann. 1159. apud Murator. tom. 6. col. 278: *In tantam audaciam vesaniamque prærupserunt, quod mantum, quo nos renitentem et reluctantes, quia nostram Insufficientiam videbamus, juxta morem Ecclesie prior diaconorum induerat, tanquam arrepturum a collo nostro propriis manibus violenter excussit.*

† 3. INSUFFICIENTIA, Indigentia. *Insufficientia sustentationis*, in Charta ann. 1259. apud Madox Formul. Anglic. pag. 314. qua quis non habet quæ sufficiant ad vitam sustentandam.

\* Facultatis inopia. Stat. colleg. Navar. ann. 1315. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 516. v.: *Item (jurabunt) quod fidele testimonium perhibebunt de conditionibus bonis vel malis suorum scolarium, et eorum sufficientia vel Insufficientia ad audiendum logicam.*

INSUFFLARE, [Despuere.] Vide *Exsufflare*.

\* A Latino, *Insuffler* nostri dixerunt, pro *Inspirare*. Pœnit. Adami MS. cap. 9: *Quand Dieu en sa Trinité eust Insufflé et mis en toy l'esperit de vie, etc.*

\* INSUGLUS. Vide supra *Insubulus*.

INSULA, Domus ab aliis separata. Gloss. Lat. Gr.: *Insula, νῆσος, συνοικία*. Anastasius in S. Silvestro PP. pag. 17. 18: *Insulam Atticæ et Montem Argentarii præstantem solidos sexcentos.* Mox: *Insulam, quæ dicitur Assis in territorio Portuensi.* Vide *Festum* et *Scriptores Latinos*. Scribit Odo Gesseus in *Historia Anciensi* lib. 1. cap. 24. Podiensis urbis partem inferiorem divisam esse in 22. regiones, vel partes, quas vulgo *les Isles* vocant. *Insula*, per excellentiam Britannia dicta. Vide *Notas Stephani Stephani ad Saxonem Grammaticum*, pag. 194.

† INSULARE, *In insulam convertere*. Laurent. in *Amalthea* ex *Apuleio*, qui habet lib. de *Mundo* sub finem: *Audivimus regiones quæ prius fuerunt continentes, hospitibus aique advenis fluctibus Insulatas.* Eadem habet S. August. lib. 4. de *Civ. Dei* cap. 2.

INSULARIS POENA, Exilium, relegatio in insulam, apud Ammianum lib. 15: *Correptos aliquot vezatosque tormentis... Insulari poena multavit.*

† INSULARIUS, Custos *Insulæ* seu domus ab aliis separatæ, Gall. *Concierge*. Gloss. Isid.: *Viticus*, (villicus) *Actor, exactor villæ pensionum, Insularius*. Supplem. Antiquarii: *Insularius, Ἐνοικολόγος, Inquilinus*. Lex 5. D. § 1. de *inst. act.* (14. 3.): *Si quid cum Insulario gestum sit, vel eo quem quis ædificio præposuit, etc.* Rursus occurrit leg. 4. de *præf. vigil.* (1. 15.) et alibi non semel, præsertim apud *Juriconsultos*.

† INSULATUS, Nulli contiguus, undique separatus et comestibilis, Gall. *Isolé*. *Attare Insulatum*, in *Actis SS. Maii* tom. 6. pag. 831.

† INSULETUM, Parva insula, apud Rymerum tom. 11. pag. 453. col. 1.

\* Yslement, pro *Insulaire*, Insularis, habitator *insulæ*, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 279: *Comme le suppliant se feust mis en un vaisel en la compaignie du maistre et autres marineaulx d'icellui vaisel pour aller pescher... ilz furent prins par les Anglois et Yslemens, qui les menerent prisonniers ès ystes de Gersie.*

\* INSULERE, Aggredi, oppugnare. Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 380: *Unde ipse et alii inimici nostri ausum ceperunt dictum fortaltium Insulendi de nocte et scalandi, et ipsum ceperunt.* Vide *Insultus*.

\* INSULGERE, Resilire, Gall. *Rejaillir*. Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 32: *Aqua ex motibus et salibus ipsorum balneantium Insulgebat.*

\* INSULTARE, Invadere, aggredi. Acta B. Franc. Fabr. tom. 3. Apr. pag. 989. col. 2: *Insultaverunt dictum Guilielmum et ejus socios, cum armis et lanceis muniti.* Vide *Insultus*.

\* INSULTURA, [-Actus insillendi. *Plaut. Mil.* 2. 3. 8. ne hodie Maximum in malum cruciatumque insiliamus. *Patu sali solus*; nam ego istam *Insulturam* et desulturam nihil moror.]

† INSULTUS, Aggressio, assultus, oppugnationis, quævis expeditio militaris. Charta ann. 1236. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 153: *Volentes ne dicti homines teneantur ire in aliquem Insultum, vel aliqua malefacta.* S. Ludovicus in *Epist.* ad *Matthæum Abb. San-Dionys.* tom. 2. Spicil. Acher. pag. 550: *Civitatem Carthaginensem cepimus per Insultum*, id est, facta impressione, Gall. *d'assaut*. Similis locutio occurrit apud *Rymer*. tom. 1. pag. 189. *Insultum facere*, Aggredi, adori, oppugnare, in *Annal. Genuens.* apud *Murator*. tom. 6. col. 276. et 567. *Insultus manualis pugnae*, apud eundem *Murator*. tom. 8. col. 602. *Insultus et invasiones violentæ*, in *Chronico Trivetti* apud *Acher*. tom. 3. Spicil. pag. 676. *Insultus inimicorum*, in *Charta* ann. 1356. apud *Ludewig*. tom. 5. pag. 497. Alii non pauci, nullo tamen satis idoneo auctore vocem *insultus* usurpant pro *Injuria*, *Ludibrio*, Gall. *Insulte*, Ital. *Insulto*: qua notione *Quintilianus* dixit *Insultatio*.

\* *Insultation*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1370. ex Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 83: *ICellui Vigier se lança audit Robin, lequell doubtant la puissance et Insultation dudit Vigier, le féri un seul coup. Insult* vero, pro *Emeute*, *tumulte*, *Commotio*, *tumultus*. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. ch. 397: *Comme le suppliant feust avecques ses familiers et mes-*



nage au lieu de la Nozierre du conté de la Marche, ... avint que oy Insult et cry de gens arrivans audit lieu, ... lesquelz ainsi armez... de fait le assaillirent. Aliæ ann. 1451. in Reg. 185. ch. 196: *Et alio die desusdiz faisans ladite commotion et Insult parmi la ville, en hurtant et taboulant aux huis et portes des hostels de ladite ville de Mirande. S'Entrassaier autem est se se incitare, incendere, in Poem. Rob. Diaboli MS. :*

De tels poroles s'Entrassaient, etc.

¶ 1. **INSULUM**, pro Insula, ut conjecto. Chron. Veron. ad ann. 1384. apud Murator. tom. 8. col. 649: *Recensus est ignis in Insulo superiori Veronæ et crevit in tantum, quod dictum Insulum cum toto lignamine et cum toto ponte novo combustum est.*

2. **INSULUM**, [ut *Insubulum*, de quo in *Insubulare*.] Vide Recla.

¶ **INSUMERE**, Incipere, inchoare. Charta Theobaldi Comitis de Juramentis e Chartul. S. Magdal. Castrodon. fol. 1: *Ne alicui liceret exibere sancta ad sacramenta juranda in villa Castriduni preter ministros prefate Ecclesie omnibus duellis vel sacramentis, que in curia eorum Insumpta vel arramissa fuissent... judicia vero que tunc temporis de ferro esse solebant in curia eorum seu prepositorum ipsorum Insumpta, in prenomina Ecclesia ferrentur... exceptis sacramentis que unus homo fecerit alteri, si fuerint adramissa ante me vel ante Prepositum meum in parochiis illis in quibus Insumpta fuerint, expectabuntur et agentur.*

\* **INSUMPTIO**, [Actus insumendi, impensa. *Impp. Valentinian. et Valens Cod. Theod. 6. 24. 3.* Ita etiam sportularum diversa esse debet *Insumptio*.]

\* **INSUMPTUM**, [Impensa, id quod insumptum est. *Not. Tir. 68.* *Sumptus, Insumptum*.]

¶ **INSUPER ANNUM**, Per annum, anno corrente. Absolutio penitentialis impartita in consecratione Ecclesie S. Mariæ de Correno ann. 1065. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 441: *Pœnitens qui ad eam (Ecclesiam) in consecratione ejus advenit... si mors in capite anni vel Insuper annum, ex nostra parte absolutus permaneat; et si in alio anno annualliter vel Insuper annum, in ea absoluteione permaneat.*

¶ **INSUPER HABERE**, Negligere, contemnere, παραρᾶν, πλημμελεῖν, in Gloss. Lat. Gr. *Constantiam non Insuper habendam intelligit*, apud Gellium lib. 1. cap. 19. *Lacrymis Insuper habitis*, apud Apuleium lib. 4. Miles. *Qui delinquit in animam suam, Insuper habebitur*, Eccli. 19. 4. Vide Cujacium lib. 11. Observat. cap. 11.

\* **INSUPERATUS**, [Invictus. *Maximian. Gall. 1. 33.* tolerantia rerum Spernebat cunctas *Insuperata* minas.]

¶ **INSUPERSERTUS**, pro supra insertus. Charta Cuonradi Regis Burgundie ann. 25. in Tabulario Ecclesie Viennensis fol. 14: *Volumus, ut dictus Clericus Beroldus, quemadmodum Insuperseertas habes, omnem de nostra parte obtineat vigorem, etc.*

¶ **INSUPPORTABILIS**, Non ferendus, intolerabilis, Gall. *Insupportable*. Si quandoque videtur tibi abstinentia *Insupportabilis*, cogita de Domino Jesu, in Libro de doctrina Novitiorum Ord. Grandimont. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1835.

¶ **INSURDARE**, Surdum efficere. Arnulfus Sagiensis apud Murator. tom. 3.

pag. 492. col. 1: *Sed quoniam nocturnus bubo lucem diurnam non sustines intueri, cæcus aures arrige, nisi et eandem Insurdaverit obstinato cordis.*

¶ **INSURGERE**, Urgere, excitare, impellere. *Conversio Willelmi Vicecomitis Massil. ann. 1004. Annal. Benedict. tom. 4. pag. 176: Sicut mos est servorum Dei, cæperunt Insurgere, quatenus sæcularem militiam relinquerem et Deo militarem, multa de sanctis Scripturis nuntiantes.*

¶ **INSURRECTIO**, Rebellio, apud Rymer. tom. 8. pag. 124. etc.

¶ **INSUSPENDIUM**, Catena ferrea vel lamina denticulata lebetibus in foco suspendendis, Gall. *Cremalliere. Insuspendium sive cumasclum*, in veteri Charta Conventus Augustinianorum Castellane in Provincia.

¶ **INSUSPICABILIS**, Qui non potest in suspicionem venire. Occurrit Eccli. 11. 5. et 25. 9. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 119. D. Calmetum in Charta ann. 852. Hist. Lothar. tom. 1. col. 305.

¶ **INSUSTENTABILIS**, Intolerabilis, qui non potest sustineri. Oratio Manasse Regis Juda: *Insustentabilis ira comminationis tue super peccatores.*

¶ **INSUSURRARE**, Occulte detrahere, in Glossar. Saxon. Ælfrici; diglice tælan.

\* **INSUSUS**, [Insulsus: a *Insusus*, nient salés. (Lex. Lat. Gal. Bibl. Ebroic. 11. 23. XIII. s.)]

\* **INSUTURA**, Sutura, Gall. *Rentraiture*. Arest. ann. 1395. 13. Febr. in vol. 8. arestor. parlam. Paris. ubi de pannis, qui venum exponi non debent: *Sub hac alta tonsura... latitare poterant... Insuturæ, quæ Gallice dicuntur Entraictures.*

¶ **INT**, pro Eunt. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. et Supplem. Antiquarii: *Int, πορροσρατα.*

¶ **INTABERNATUM VINUM**, In taberna venale. Charta ann. 1194. apud Thomasarium in Biturig.: *Si vinum Intabernatum prius fuerit, non cessabit a venditione pro banno.*

\* **INTABULAMENTUM**, Stylobata, Gall. *Pié d'estal*, alias *Entablement*. Vide *Tabulamentum* 1. Invent. S. Capel. Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg.: *Item unum vas argenti deauratum cum duobus angelotibus dictum vas sustentibus supra quoddam Intabulamentum ad arma Francie. Propriori sensu, eo scilicet quo nunc vox Entablement intelligitur, Altaris corona seu posticum altaris, occurrit in eodem Inventario: Item caput beati Ludovici regis supra Intabulamentum altaris repositum, auro, gemmis et lapidibus pretiosis ornatum, etc.* Vide *Postabula*.

1. **INTABULARE**, [In tabulas referre. Bulla Innocentii VIII. PP. in Continuatione M. Bullarii Rom. pag. 290. col. 1: *Intonetur prima antiphona Matulinarum per primum clericulum et innocentem chori Intabulatum ad primum Responsorium.*] Vide *Tabulæ Officiales*, [et *Haltaus*. Glossar. German. voce *Land-tafel*, col. 1185.]

\* 2. **INTABULARE**, *Intabulatum* seu crepidinem construere. Reg. Phil. Aug. part. 1. sign. 34. bis in Chartoph. reg. fol. 95. r. col. 1: *Apud Compendium debet... murum elevare, ita quod habeat quatuor testas in altum usque ad antepetras, et quatuor pedes de alatorio, et debet proficere et Intabulare usque murum intus et exterius de calce.*

\* Aliud vero sonat vox Gallica *Entabler*, supra tabulam scilicet merces venum exponere, in Stat. pro pannif. Ro-

tomag. ann. 1424. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 151: *Ne pourra nul ennesser ne Entabler drap retrait, sur paine de cent solz d'amende.*

\* **INTABUS**, *La guanzata*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Academ. Crusc. *Guanziata*, colaphus, alapa.

¶ **INTACIBILIS**, Qui non tacet. *Intacibili ore Sancti protestans mirabilia*, in Actis Episcoporum Tullensium apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1087.

\* **INTAGIATUS**, *INTAGLIATUS*, Italis *Intagliato*, Incisus, cælatus. Stat. Placent. lib. 6. fol. 82. v.º: *Vendentes scarpas vel calzarios non possint accipere, videlicet de pari scarpam ab homine, quæ sint scarpæ subiles, integræ vel Intagiata, ultra duos solidos et duos denarios.* Charta ann. 1375. ex Tabul. Cassin.: *Prædicti magistri Joannes et socii promiserunt facere chorum ipsius ecclesie... ornatum et Intagliatum foliis et aliis figuris.* Vide supra *Entalliatum*.

¶ **INTAKERS**, Prædonum genus, Ridesdallam, seu extremam Angliæ plagam Borealem habitantes, sic dicti, quod a participibus suis, quos *Outparters* vocant, prædam e finitimis Scotiæ deportatam, recipiebant. Illi, quasi *intra recipientes*: isti, velut *foris partes* seu *rem agentes*, recentius *Outputters*, nuncupati. Fit amoborum mentio in Stat. ann. 9. Henrici V. cap. 8. Spelm.

¶ **INTALEATUS**, Incisus, sculptus, Gall. *Entaillé. Imago Intaleata in marmore albo*, in Chronico Placentino Joh. Demussis apud Murator. tom. 16. col. 544.

¶ **INTALIA**, Incisio, sculptura, Ital. *Intagliamento*, Gall. *Entaille, Sculpture*. Chronic. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 409: *Deinde fecit fieri portas factie Ecclesie S. Mariæ... portas scilicet marmoreas cum Intaliis intus pulcherrimis, sicuti apparent de præsentis.*

¶ **INTALIATI SOTULARES**, Calcei certa ratione *talati*, incisi, Clericis vetantur in Concilio Comptul. ann. 1325.

¶ **INTALLIATÆ TERRÆ**, Cowello et Jurisconsultis Anglis dicuntur, quæ cuiquam, et certis non hæredibus suis, in genere conceduntur sub certa conditione. Vide *Feudum Talliatum*.

\* **INTAMBURARE**, Accusare aliquem per schedulam in capsula, *Tamburum* ob ejus formam dicta, missam, Ital. *Tamburare*, eadem notione. Vide Acad. Crusc. in hac voce. Stat. ant. Florent. lib. 5. cap. 98. ex Cod. reg. 4621: *Vigore, causa, prætestu seu occasione (sic) alicujus Intamburationis factæ vel fiendæ de aliquo sive... seu aliquis cedula vel scripturæ missæ... in capsula seu tamburo, etc.* Nullus processus per viam *Intamburationis* seu *inquisitionis*, vel alio quovis modo possit inchoari... Quicumque autem deinceps *Intamburaverit vel Intamburari fecerit contra prædicta* aliquem ex popularibus antedictis, *condempnetur... in libris quingentis.*

¶ **INTAMINARE**, Contaminare. *De sacrosancto altario Intaminare*, in Capitulis Synod. Orientalium, tom. 2. Concil. Hispan. pag. 329.

¶ **INTANGIBILIS**, Qui tangi nequit, nulli patens incommoditati, nulli molestiæ. Vita MS. S. Winwaloei fol. 74: *Locus quidam (Landevenecum) apricus et amenissimus atque ab omni pene vento, excepto paululum orientali, Intangibilis, velut quidam paradisi ad ortum solis splendide conspicuus, etc.*

¶ **INTANTARE**, Spondere, promittere. Charta Amicie Comitissæ Leicestriæ ann. 1204. Histor. Harcur. tom. 4. pag. 2174: *Insuper ego Intantavi domino Phi-*

lippo Francorum Regi ut si forte soror mea uxor Soheride Quiciaco in hoc ex casu fratris meis aliquid reclamavit, ego ad laudem ipsius Regis de terra mea de Anglia eidem sorori meam partem suam assignabo. Lubentius legissem Creantavi, pro quo librarius parum attentus ex veteri Charta facile exscribere potuit Intantavi. Vide Creantare.

INTANTO, pro Interea temporis, idiotismus Italicus, in Vita S. Zita Virginis Lucensis n. 34. et in Vita B. Luchessii Tertiarii n. 5.

INTAPHA. Jornandes de Rebus Geticis: *Pontequo rursus in Danubio pari modo constructo, duobus mensibus, crebris fatigatus Intaphis, octo millia perdidit armorum.* Orosius, a quo sumpsit, lib. 2. cap. 8: *Insuper repentinis incursibus extrema copiaram dilacerantibus, etc.* Ubi pro Intaphis, legendum censuerim apud Jornandem, Intaphis aut Entaphis, ita ut Græcam vocem expresserit, ενταφιος, id est, funeribus. Nam ενταφια vocabant Græci lintea sepulcralia, quibus cadavera involuebantur, sepulcro mox recondenda: unde ενταφιασμός; pro pollinctora et funeratione usurpatur. Vide Xiphilinum in Severo, Heliodorum lib. 4. longum lib. 4. Pæmenic. etc. Gloss. Gr. Lat.: 'Ενταφιον, Libitina, 'Ενταφιασμός, Libitinaris, 'Ενταφιάζω, Funero, 'Ενταφιασμός, Pollinctor. Adde Fullerum lib. 6. Miscellan. cap. 18.

☞ Fere crediderim Intapham vel Intaphum a Jordane dictum pro Italico Intappo, quod occursum significat. Quanta sit Intaphorum Jornandis cum Incursibus Orosii connexio, qui non videat, arbitrator fore neminem. [\* Consulendus omnino Martinius in Lexico ad hanc vocem.]

INTARDUS, Celer, velox. Thwroczius in Sigismundo cap. 2: *Proceribus comitantibus Intardus ad Budam descendit.*

\* INTARSIATUS. [Gallice *marqueté*: « De fabrica duarum portarum per eum suis expensis factarum, unius videlicet pro camera paramenti, et alterius pro ultima camera palatii apostolici ac etiam unius de ligno nucis Intarsiatarum. (Arch. Vatic. Mand. secret. camer. apost. an. 1460-62. f. 236.) »]

INTARTA. [Rebellis.] Vide Antartes.

† INTARTIZARE, Rebellare, Ibidem.

INTASSARE, [In struem seu tassum ordinare; messem, fœnum congerere, Gall. *Entasser*. Charta ann. 1247. e Tabulario Portus Regii: *Tenantur mestivarii garbas in granchia Intassare.*] Vide Tassus.

† INTAXARE, Eadem notione. Tabul. Calense pag. 196: *Omnes hospites ad terras prædictas pertinentes tenentur pratum Saheri affenare, ad domum adducere et Intaxare.*

\* INTASSATOR, Qui in acervum congerit. Charta ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 179: *Cum corveis debitis pro feno dictorum pratorum adunando et Intassando; pro quibus corveis, adunatoribus et Intassatoribus dicti feni decem et octo denarii dumtaxat annuatim debentur.* Vide Entassator et Intassare.

INTECTAMENTUM, Tegmentum, στέπασμα στέγης, in Gloss. Gr. Lat. ubi videntur dividendæ voces, στέπασμα, στέγη.

\* Nostris Entoyer, Tela involvere. Lit. remits. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 338: *Un treillis neuf à Entoyer un lit, etc.* Unde Délayer, Pulvinaris tegmen lineum detrahere, in aliis Lit. ann. 1396. ex Reg. 151. ch. 6: *Icelle expo-*

sant print oudit hostel la taye de la couste d'un lit, que elle Délaya.

† INTEGERRITAS, Vide Integritas.

\* INTEGRALIS, Integer, non divisus. Vide Feudum Integrale supra in v. Feudum.

\* INTEGRALITAS. Stat. colleg. Navar. ann. 1315. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 516. vº: *Si quis vero minutus fuerit poterit per tres dies comedere in sua camera, et poterit vocare aliquem socium, ut sibi societatem faciat, et habebunt suam Integralitatem portionem.* Sed leg. *Integralem.* Vide supra *Integralis*.

† 1. INTEGRALITER, Omnino, plene, prorsus, Gall. *Entièrement*. Transactio Caroli II. Regis et Comitis Provinciae cum Capitulo S. Salvatoris Aquisgran. ann. 1292. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Integraliter et sine diminutione aliqua perveniat omni modo.* Litteræ ann. 1332. apud Ludewig. tom. 5. pag. 253: *Integraliter restituere tenebimus et complete.* Occurrit alibi non semel.

† 2. INTEGRALITER, Integre, sincere, sine dolo. Litteræ ann. 1261. apud Rymer. tom. 1. pag. 727: *Quid autem super præmissis feceritis et responsonem, nobis per vestras patentes literas festinanter et Integraliter rescribatis.* Aliæ ann. 1337. apud eumd. Rymer. tom. 4. pag. 774: *Solvere promisimus, et promittimus bona fide in Durderaco sexdecim milia florenorum de Florentia boni auri justi ponderis ... Integraliter absque dolo.*

\* Hinc nostris *Enterin*, *Entier*, pro *Integer*, probus. Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 291. ter. vº: *Item il convenroit passer par la force de plusieurs seigneurs, qui ne sont pas si Entiers, ne si loyaus aus Chrestiens, comme il deussent.* Le Roman de Garin:

Garin parole qui ot cuer Enterin.

Guill. Guiart. ubi de stemmate reg.:

Par le reume et l'Empire  
Meuvent o eus li pelerin,  
Qui vers Dieu ont cuer Enterin.

Inde etiam *Entériété*, pro *Intégrité*, *pureté*, *Integritas*, *castimonia*; in Hist. Florid. ad calcem Joan. de Saintré pag. 725: *Quintement Lucresse estriva pour l'Entériété de son corps.*

1. INTEGRARE, in lege 8. D. de Tutel. et ration. distrah. (27, 3.) [*Quamvis jure postliminii tutelam pristinam possit Integrare, hoc est, denuo inchoare, renovare, instaurare: qua notione non semel occurrit apud Livium et alios.*]

\* 2. INTEGRARE, Ratum habere, approbare, Gall. *Entériner*; unde *Integratio*, *approbatio*, *Entérinement*. Arest. ann. 1410. 8. April. in vol. 11. arestor. parlam. Paris: *Ipsas litteras præposito Parisiensi præsentassent ipsarum Integrando, etc.* Vide infra *Interinare* 1.

\* 3. INTEGRARE, Perficere, complere, nostris alias *Entériner*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. *Entayrar*. Prov. *Integrare*. Charta ann. 1337. ex Tabul. S. Albini Andegav: *Ad vallandum, ratificandum et approbandum eosdem, et iniendum, perficiendum, concordandum, Integrandum et passandum, etc.* Stabil. S. Ludov. ann. 1270. cap. 1. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 109: *Li prévost fera tenir et Entériner ce qui sera conneu et ce qui est accoustumé selon droit.* *Intérinner*, eodem sensu, in Lit. ann. 1371. tom. 5. earumdem Ordin. pag. 460. et *Entringner*, in Stat. ann. 1390. tom. 7. pag. 359. Hinc *Entéring*, *Integer*, absolutus, in Lit. Guid. de Rupe dom. d'A-

thines ann. 1259. inter Probat. Hist. Villehard. pag. 8: *De totes detes et de tos empruns ou nobles dux Hugues dux de Bourgoigne nous ai esté tenuz, ... nos an avons receu paement Entéring.* Et *Entérinité*, *Perfectio*, *complementum*, apud Christ. Pisan. in Carolo V. cap. 33. part. 1. Edit. D. Le Beuf pag. 139: *A la parfin fu déterminé et dit que... n'estoit point de nécessité que à la perfection et Entérinité du corps ressuscité de Jhesu Crist, ravoit tout le sang respendu en l'arbre de la croiz.*

† INTEGRATUS, Ratus, approbatus. *Lecta, publicata, registrata et Integrata seu intervinata*, ex Charta anni 1461. Hist. Harcur. tom. 3. pag. 702.

\* INTEGREGRE, Omnino, prorsus, nostris alias *Entérinement*. Charta ann. 1317. ex Chartul. 21. Corb.: *Sive in censibus, in rentis, in terris arabilibus... et Integra absque aliquid excipere, etc.* *Plenièrément et Entérinement*, in Charta ann. 1269. ex Lib. nig. episc. Carnot. Alia Guil. de Veteri-ponte ann. 1289. in Chartul. S. Joan. de valle: *Pourceque les choses qui sont commencées en bonne foy, o très bonne foy Entérinement doivent estre par-fetes, etc.* Vide *Integraliter* 1.

\* INTEGREGSCERE, Augescere, proficere, Gall. *Se perfectionner*. Acta S. Lupi episc. Carnot. tom. 7. Jul. pag. 75. col. 2: *Integrescit in illis quodam fidei sacramentum.*

INTEGRITAS. Charta Caroli C. Regis Franciæ ann. 845. in Tabulario S. Mauri ad Ligerim: *Has denique res cum omni Integritate, id est, cum colonis et servis ibi commanentibus, cum domibus, et suprapositis, cum terris cultis et incultis, etc.* Vide aliam ejusdem Caroli Chartam apud Loiselum in Bellovaco pag. 242. Passim.

† INTEGERRITAS, Eadem notione. *Duas partes sylvæ cum Integerritate*, in Hist. Mediani Monasterii pag. 243.

† INTEGRITER, Omnino, plene, prorsus, Gall. *Entièrement*, tom. 9. Spicil. Acher. pag. 257.

\* INTEGRITUDO, [Integritas. Imp. Trajan. apud Ulp. Dig. 29. 1. 1.]

\* INTELECTE, *Intelligenter*, Gall. *Avec intelligence*. Synod. Tornac. ann. 1366. inter Stat. ejusd. eccl. pag. 10: *Ex quibus confitentes rei peccati possunt intelligere quid dicatur, et Intellecte, confiteantur, si autem rei non fuerint, non tenentur.*

† INTELECTIBILIS, Jo. de Janua, *Intellectu comprehensibilis; unde Intellectibiliter et Intellectibilitas: Intellectibilité, Intelligence*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

\* Entendable, eodem sensu, in Lit. ann. 1312. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 508: *Les paroles de cette ordonnance, jaoit qu'elles soient claires et Entendables, etc.*

† INTELECTUALITAS, *Intelligentia. Habere Intellectualitatem*, Tertulliano de Anima cap. 38. *Sine ullo Intellectualitatis acumine*, apud Guibertum lib. 2. de Pignier. SS. cap. 2. § 1.

† 1. INTELECTUS, *Salvus conductus, commeatu, publica fides.* [\* Minus bene, ni fallor; videtur enim eo sensu accipiendus, quo Italis *Intellecto*, *Intelligentia*, *cognitio*, *consilium.*] Bartholomæi Annal. Genuens. ad ann. 1238. apud Murator. tom. 6. col. 478: *Postmodum Vintimilienses timore coacti, quidam ex ipsis civitatem Vintimilii ascenderunt, et quidam venerunt absque ullo Intellectu sibi dato ad mandatum Communitatis (Jannuensium, quibuscumque belligerabant,)*

et in quadam galea fuerunt tamen Januam missi manibus post terga ligatis. Col. 482. ad ann. 1239: Unde magnus rumor fuit in civitate Januæ; et omnes accurrerunt ad arma; et Potestas facto maximo parlamento, misit pro Guilelmo Spinola, Sorleone Pipere, Suzio Pipere, Antonio Embrono, Raymundo de Volta, Bulbarino et quibusdam aliis, ut venirent ad mandatum suum et Communis Januæ; et noluerunt venire... unde Potestas eos condemnavit; et sequenti die fecit devastari domum et locum Raymundi de Volta apud Pavairanam, et misit ad faciendum fieri quatum aliis rebellibus. Item fieri fecit parlamentum maximum, in quo dato bono Intellectu per quosdam homines, qui fovebant Potestatem, Raymundus de Volta, Guilelmus Spinola, Antonius Embronus... et plures alii venerunt ad mandatum Potestatis, et juraverunt mandata Potestatis Januæ in omnibus et per omnia observare.

\* 2. INTELLECTUS, Animi affectio, Gall. *Sentiment*. Epist. Saladini ad Pisan. inter not. ad Hist. Sicul. Bonninc. part. 1. apud Lam. in *Delic. erudit.* pag. 208: Tribuat vos Deus in bonis Intellectis et in bonis operibus... Et de hoc quod nobis laudatis et estis læti de nostris rebus, hac de causa vos magis diligimus propter bonum Intellectum, quantum erga nos habetis.

\* 3. INTELLECTUS, Conscientia, Gall. *Participation*. Acta Inquisit. Carcass. MSS. ann. 1308. fol. 24. v. : Ne aliquis extraneus, qui non esset de intentione et Intellectu facti, intraret cameram.

† INTELLENTIA, Gall. *Intelligence*, Concordia, consensus, conspiratio, foedus. Litteræ Henrici VII. Angl. Regis ann. 1496. apud Rymerum tom. 12. pag. 637: *Facere et firmare cum prædictis Rege et Regina, consanguineis nostris, confederationem, amicitiam, ligam et Intelligentiam strictam vel minus strictam.* Litteræ Caroli VIII. Franc. Regis ann. 1497. apud Ludewig. tom. 6. pag. 97: *Quod vero Rex Romanorum jactitat, nos sibi quedam revelasse de Intelligentiis que a nobis adversus se, ut ait, per Almanni diriguntur, nihil propterea commoveri debetis.*

† INTELLIGENTITAS, Id quo quis intelligit, seu habet intelligentiam. Responsio Victorini Rhetoris ad Candidum Arianum, apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 161: *Sunt quedam ejus quod sit natura manifesta... ut spiritus, vobis, anima, cognoscentia, disciplina, virtutes, λόγος, opiniones, perfectio, existentia, vita, intelligentia, et adhuc superius existentialitas, vitalitas, Intelligentitas, et supra ista omnia ÷v.*

INTELLIGERE. Lex Salica tit. 98: *Ipsum vero quadrupedem, qui est auctor criminis, pro medietate compositionis restituit requirendi, eo videlicet modo, si dominus quadrupedis non Intellexerit secundum legem se defendere.* Phrasis Gallica: *S'il n'Entendoit pas se défendre selon la Loi*; id est, si non in animo haberet, si nollet, etc. Adde tit. 37. § 8.

\* INTELLIGERE SE IN ALIQUA RE, s'Entendre en quelque chose, apud Cencium: *Qualiter judex et scriniarius a pontifice Romano instituantur.* Cum præsentatur domino papæ ille, qui judex est ordinandus, examinatur prius a Cardinalibus qualiter se in legum doctrina intelligat. Eodem sensu multum in aliqua re intelligere dixit Cicero.

INTELLIGIBILIS, Vir intelligens, peritus, Intelligent. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 31: *Recordationem Curie Re-*

*gis nulli negare licet, alias licebit per Intelligentes homines placiti, et nemo de capitalibus placitis testimonio convinctur.* Adde cap. 48. *Home Entendable*, in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 28.

\* Alias *Entendable*. Bestiar. MS. :

Salmons dist en sa sentence  
Que Crist est de Dieu sapience,  
Uns esperis monteplable,  
Soutil, mouvant et Entendable.

INTELLIGIBILE TEMPUS, seu *Ætas intelligibilis*, qua scilicet infantes rationis, et intelligendi, quæ agunt, sunt capaces, in Capitulari Aquisgranensi ann. 817. § 44. et in Addit. 1. Lud. Pii cap. 86.

† INTELLIGIBILIA, Animæ corpore per mortem exutæ. Translatio S. Wandregisili Abb. tom. 5. Julii pag. 294: *Successit autem ei in regimine vir venerabilis Abba Johannes... quo etiam inter Intelligentia disposito, ex discipulis ejusdem patris Baudemundus vocabulo successit.* S. Ambrosius Epist. 65. n. 1: *Acri præsertim ingenio etiam Intelligentia complectens, i. res spiritales et intellectu difficiles.*

† INTELLONEM, Folles lucernarum. Gloss. Isid. ad quas Grævius: *Hæc sunt monstra, quæ Herculi domanda reliquimus.*

\* INTEMERATUS, f. pro Immoderatus. Charta ann. 1252: *Monachi et conventus ejusdem loci (Fontisfrigidi) Intemerato furore et ingenti audacia accedentes ad locum prædictum, etc.*

INTEMPERANTIA, pro *Intemperies*. Saxo Grammaticus lib. 8: *Per summam cæli Intemperantiam.*

INTEMPERATA, Nox, pro *Intempesta*, apud Aurelium Victorem Schotti in Posthumo. [\* Castigat. in utrumque Glossar.: *Intemperata, ἀπαρτος*. addit. Reg. *Intempesta nox, Intemperata.* Germ. *Intemperata, noxia, intempesta.*]

† INTEMPERIUM. Joh. de Janua: *Intemperies, et hoc Intemperium, ubi nulla securitas et nullum temperamentum est; Ce ou il n'a nul attempement*, in Gl. Lat. Gall. Sangerm.

\* INTEMPESTIVITER. [*Intempestive*. In *lemmate* apud Gell. 4. 20. Qui dixerant joca quædam Intempestiviter.]

INTEMPORALIS, Intempestivus, apud Cælium Aurelium lib. 1. Acutor. cap. 9. ubi et *Intemporalitas* occurrit, *Intemporaliter, i. intempestive*, cap. 15. Adde lib. 2. cap. 10. etc. alias

INTEMPORALITER, est sine tempore, vel temporis mensura, semper. Lex Wisigoth. lib. 4. tit. 5. § 6: *Deus, justus Judex, qui justitiam Intemporaliter diligit, non vult justitiam servare tempori; sed tempora potius æquitalis lege concludit.*

INTEMPORANEUS, Intempestivus, in veterib. Glossis ad Boetium de Consolat. Philos.

\* INTEMPERABILIS, ἄπειρατος. Germ. *Intemperabilis*, in Castigat. ad utrumque Glossar.

† INTEMPTIO, Actio. Vide *Intendere* 7. † INTENAGLIARE, Candenti forcipe membra discerpere, Gall. *Tenailier*, Ital. *Tenagliare*. Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 411: *Intenaglietur super plaustro, et postea in rota ponatur.*

1. INTENDERE, [Non attendere.] Salviatus lib. 4. de Gubernat. Dei: *Dicentes, Deum incuriosum, Deum non Intendentem, Deum negligentem, etc.*

2. INTENDERE, [Attendere, audire.] Epistola Mauricii Imp. ad Childebertum Regem Fr. tom. 1. Hist. Franc.: *Præfatos Legatos vestros suscepimus... atque his, quæ nuntiata ab eis sunt, placidis*

*auribus Intendentes, competens eis dedimus responsum.* [Huc referri possunt variæ Scripturarum locutiones, *Intende mihi, Intende orationi meæ, Intende deprecationem meam, etc.*]

\* *Estre Ententiax*, eodem sensu, in Cons. Petri de Font. cap. 21. pag. 118. art. 4: *Li hors soit Ententiax à toutes les paroles ke on dira en cort. Intendu verò, pro Assigné, marqué, Constitutus, assignatus, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 503: *Toutesvoies ledit escuier ainsi navrez attendi l'espace de quarente jours du plus, Intendu par la coustume du pays à laisser, ainçois que l'on puisse faire contrevengemens. Faire entendant præterea dixerunt nostri, pro *Faire entendre*, significare, dictis imponere. Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 178. ch. 257: *Ainsi qu'icelle femme engroississoit, disoit et faisoit Entendant icellui Frobert à l'oncle d'icelle, qu'elle lui sembloit estre ytropite.***

3. INTENDERE, Velle, decernere. Thwroczius in Geiza Magno cap. 54: *Quæsitique a Salomone, si apud Geissam et Ladislaum essent tam boni Milites. Salomon autem Intendens laudare Hungaros, impræmeditate respondit: *Mulli sunt, inquiens, etiam multo meliores.* Phrasis, quæ etiamnum Galli utimur, [quæque pluries Latine legitur apud Rymerum tom. 2. pag. 322. apud Ludewig. tom. 6. pag. 185. etc. Haud ita absurdè ratione Tullius: *Si Antonius quod animo Intenderat, perficere potuisset.* Et Terentius: *Repudio consilium quod primum Intenderam.*]*

INTENTUS, Consilium, animus, mens, nostris *Intention*. Anastasius in Martino PP. *Commoverunt eum, ut de tali hæretico Intentu recederet.* Alii, Codd. habent, *hujus hæresis Intentione.*

† INTENTUM, Eadem notione. *Frustratus Intento*, in Chronico Trivetti apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 645. *Justa Intentum*, apud Ludewig. tom. 6. pag. 212.

† 4. INTENDERE, Intelligere, interpretari, Gall. *Entendre*. Vita S. Catharinæ Senensis, tom. 3. April. pag. 926: *Prophetarum verba... cum magna reverentia suscipienda sunt semper, et cum discretionem Intendenda.*

† 5. INTENDERE, Existimare, habere. Pactum ann. 1330. apud Ludewig. tom. 5. pag. 552: *Ut nobis obediant, pareant et Intendant tanquam ipsorum dominum justum.* Gallice: *Qu'ils nous obeissent et nous Regardent comme leur véritable seigneur.*

† 6. INTENDERE, Tendere, ire, proficisci. Charta ann. 1420: *De inveniendo unum hominum ad arma, et duos sagittarios ad equitandum, et de Intendendo, ad Alençon.* Altera ann. 1423. tom. 3. ejusd. Hist. pag. 711: *De inveniendo unum hominem ad arma, et duos sagittarios ad arma, et post guerram de Intendendo ad Falaise, et apud Caen vigesima die Maii.*

7. INTENDERE, Judicio contendere, litigare. Gregor. Tur. lib. 10. cap. 10: *Cumque uterque in præsentia Regis Intenderent, et Chundo diceret, nunquam a se hæc præsumpta, quæ obiciebantur, etc.*

\* 8. INTENDERE ALICUI DE RE ALIQUA, Hanc illi ad suum commodum præbere. Charta ann. 1325. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 750. col. 1: *Ita tamen quod ipsi cum castro suo Aschawe debeant Intendere domino regi et suis per duos annos continuos... Adjecto quod dominus rex et sui possunt se ad castrum et de castro prædicto contra suos adversarios defendere et juvare.* Vide *Feudum*

receptabile. [\* Plura apud Haltaus. voce *Dienstgewertig*. col. 225.]

\* 9. **INTENDERE SE**, Se introducere, Gall. *s'Introduire*. Charta ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 179. col. 2: *In qua alberguaria, si dictum portale apperiretur, inimici domini nostri regis se possent secreta Intendere, et deinde adhitum aliis inimicis domini nostri regis per muros sive per dictum portale dare.*

\* A verbo *Tendere* et *Intendere*, iisdem quibus Latini usurparunt notionibus, formatum videtur Gallicum *Téser* et *Entéser*. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 61: *Le mestre artillier leur bailliet ars si fors, comme il les pooit Téser*. Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 241: *Icellui Jehan persévérant en sa mauvaïse volenté Entésa ledit coustel pour férir ledit Colin*. Aliæ ann. 1380. in Reg. 118. ch. 74: *Seurvint sur le lieu Jehan le Marostiau de Justines tenant en sa main un baston, appellé hache Danoise, laquelle il Entésa et se efforsa de en férir le suppliant, et quant ledit suppliant vit ladite hache Entésée, doutant de mort, etc.* Aliæ ann. 1396. in Reg. 151. ch. 12: *La vière ou boujon dont ledit du Quesnoy jouoit et que paravant il avoit Entézé, etc.* Denique aliæ ann. 1479. in Reg. 206. ch. 279: *Le suppliant en son arc bendé qu'il avoit mist une fleche en coche et Enléza sondit arc pour donner crainte à icellui Fauvel; mais ne tira aucunement*. Le Roman d'Alexandre MS. part. 2:

Et Porus a pris l'arc, si le va Entésant.

\* Hinc *Destésér* et *Détésér*, pro *Clavam*, contra aliquem ad illum feriendum intentam, aut quodlibet aliud instrumentum, demittere. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 135. ch. 112: *Icellui Jaquemin sailli avant en tenant un gros et pesant baston, appellé fourchier, lequel il leva et Destésa pour férir ledit exposant*. Aliæ ann. 1390. in Reg. 140. ch. 11: *Icellui Bertaut doutant que ledit de la Lande ne Détésast et frapast d'icelle massue, etc.* Vide supra *Esmerare*.

**INTENTIO**, Contentio, controversia, discordia, līs. Glossæ Basilicæ. ἰντεντιὸν, ἀρχὴν τῆς ἐισαγωγῆς interpretantur. Anonymus in Gestis Constantini Magni: *Intentio orta est in urbe Roma inter Symmachum et Laurentium*. Vetus agrimensor pag. 206: *His enim (limitibus) testimonium finium intelleguntur, et agrorum Intentio, et certamen aufertur*. Gregorius Turonensis lib. 9. Hist. cap. 9: *Ut inter terminum utriusque Regni nulla Intentio aut direptio gereretur*. Utuntur S. Ambrosius Epist. 9. 25. Hormisdas PP. in Epistolis non semel, idem Gregorius Tur. lib. 6. cap. 17. Fredegar. in Chron. cap. 72. Præceptum Lud. Pil de Divisione Regni cap. 10. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 2. § 10. Lex Longob. lib. 2. tit. 14. § 1. 26. tit. 21. § 12. tit. 22. § 3. tit. 55. § 10. [\* Roth. 153. Liutpr. 145. (6, 92.) 15. (3, 1.) Ludov. P. 2. Roth. 370.] Bracton. lib. 4. tract. 2. cap. 2. veteres Tabulæ apud Ughell. tom. 1. pag. 959. etc. Hinc Itali *Tentione* dicunt, vel *Tenzone*, pro *contentio*, et nostri olim *Tençon*, pro *objurgatione*, ut *Tancer*, vel *Tancer*, pro *objurgare*, accusare, postremum ab *Intentionare*. Vetus Consuetudo Andegavensis: *Meurtre si est quant Ven tue homme ou femme, de jour ou de nuit, en son lit, ou en autre maniere, pourquoi ce ne soit en meulée, ou sans Tancer, ou sans les deffier*. Vetus Versio Gallica Biblior. Gen. 13: *Facta est rixa: Tensons*

*monterent entre les Pasteurs*. Philippus Mouskes in Hist. Fr. MS.:

Et si tenoit del Duc grant terre,  
Dont il n'avoit Tence ne guerre.

Infra:

Et prist Danfront et Ateçon,  
Et les garni par Contençaon.

Ab *Intentio*, formata vox **INTENTIONARE**, Litem, *intentionem*, seu controversiam alicui movere, [\* in Chart. Longob. ann. 724. apud Brunett. tom. 1. pag. 471. lin. 32.] in veteri Charta apud Ughellum tom. 3. pag. 301. et in aliis Mathildis Comitissæ ann. 1073. 1079. apud Franciscum Mariam in eadem Mathildi pag. 106. 109. 152. et in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 117. [in Charta ann. 1149. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 407.] Itali *Tentionare* eadem notione dicunt. Matth. Villaneus lib. 3. cap. 78: *Il tor Principi cominciarono a Tentionare del Senato*.

**INTENTIATUM**, pro *Intentionatum*, seu controversiæ datum, habetur in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 57. Est etiam

**INTENTIO**, Accusatio, in Leg. 4. Cod. Th. de Famosis libellis (9, 34.); vel actio, ut l. unic. de Dolo malo, (2, 15.) eod. Cod. et in aliquo Legibus Digest.

† **INTEMPTIO**, Actio. Chartul. S. Vandregesili tom. 2. pag. 1999: *Pronunciavimus dictum Militem in probatione Intemptiois suæ penitus defectisse*.

**INTENTOR**, Actor, accusator. Charta eræ 1267. tom. 5. Monarch. Lusitan. pag. 307. v.: *Et qui furtare, pectet novem, et habeat Intentor duos quiniones*.

† 1. **INTENDIMENTUM**, Ital. *Intendimento*, Gall. *Entendement*, Angl. *Intendement*, Mens, intelligentia; Item Fraus, fallacia, dolus, ut supra vox *Ingenium*. Bulla Nicolai III. PP. ann. 1278. apud Rymer. tom. 2. pag. 122: *Si regali Magnificentie placeat, ad subvertendum terræ predictæ absolute, absque Intendimento aliquo, publice ac solemniter, prout tantum Principem decet salutiferæ crucis caractere insigniri, nostri propositi est, et parati sumus Excellentie suæ, postquam taliter crucesignatus fuerit, decimam concedere postulatum*.

† 2. **INTENDIMENTUM**, Anglis *Intendement*, Intellectus, significatio vocis vel sermonis. Conventiones inter Reges Aragoniæ et Sicil. ann. 1291. apud Rymerum tom. 2. pag. 503: *Practatum est insuper quod, si præfatus Rex Aragoniæ in predictis... defecerit, justq̄ impedimento cessante, remoto omni captioso intellectu verborum, ad bonum et rectum Intendimentum... regna et terræ suæ in statum pristinum... relabantur*.

\* **Entendement**, eadem acceptio, in Lit. remiss. ann. 1385. ex vol. 7. arestor. parlam. Paris.: *Aucuns haineux du suppliant l'on fait emprisonner pour cause desdittes paroles, voulans par haine aggraver ou sincofer lesdittes paroles et l'Entendement d'icelles*.

\* **INTENEBRICATUS**, Tenebricosus, tenebris offusus, Ital. *Intenebrato*. Vetus Interp. Comment. Orig. in Matth. tract. 35: *Iniqui in erroribus Intenebricali tenentur*.

\* **INTENIS**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Dejun, Prov. jejunus, Intenis*.

\* **INTENSITATE**, *Intentio*. Liber de Intensitate et extensitate, in Catalog. Oper. B. Raym. tom. 5. Jun. pag. 699. col. 1.

† **INTENTA**, pro *Extenta*, Æstimatio, Codex agrorum vectigalium, in quo as-

timantur census et alia hujusmodi, in Chartis Dumbensibus non semel.

\* **INTENTABILIS**, Tentationi non obnoxius. Vetus Interp. Comment. Orig. in Matth. tract. 35: *Divinitas Intentabilis erat*. Vide *Intentatilis*.

† **INTENTARE ACTIONEM**, Litem intendere, inferre, in Charta ann. 1341. apud Ludewig. tom. 5. pag. 532. Vide *Intendere* 9.

† **INTENTATILIS**, Qui non potest tentari. Gloss. Lat. Græc.: *Intentatilis, ἀπειραστος*.

† **INTENTATIO CRIMINUM**, Accusatio, apud Tertull. Apolog. cap. 46. Vide *Intendere* 7.

† **INTENTATOR**, Qui neminem tentat seu sollicitat ad malum: *Deus enim Intentator malorum est; ipse autem neminem tentat*, Jac. 1. 13.

**INTENTATUS**. Fleta lib. 2. cap. 76. § 6: *Boves debiles et male Intentati, veteresque vaccæ et steriles*.

\* 1. **INTENTIO**, Contentio, controversia, accusatio. Vide in *Intendere* 7.

\* 2. **INTENTIO**, Actio in jure, qua quis pro re quampiam litem *Intendit*. Arest. ann. 1300. fol. 45. v°: *Quare petebant procuratores hominum dictarum villarum pronuntiari, quod ad ipsos homines pertineat jus pasturandi bestias suas in dictis nemoribus... Pronuntiatum fuit per curiam nostræ judicium ipsos homines dictarum villarum Intentionem suam sufficienter probasse*. *Intendit*, eadem notione, in Stat. ann. 1364. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 512: *Tant pour le débat des Intendiz qui sont à vous à accorder, etc.* Vide *Intemptio* post *Intendere* 9.

\* 3. **INTENTIO**, Finis, limes, Gall. *Etendue*. Charta ann. 1029. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. Pontif. Leon. Urbevet. part. 1. pag. 174: *Qualiter nos Deo adjuvante canonice diffiniremus Intentionem plebium, quas Aretina ecclesia detinet in Senensi comitatu... Paratus fines suæ ecclesiæ diocesis ostendere et possessionem ecclesiasticam et mundanam ad partem sanctæ Aretinæ ecclesiæ jurare*. [\* Contentio de plebibus.]

\* 4. **INTENTIO**, Propositum, animus, Gall. *Intention*, projet. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 24. v°: *Ne aliquis extraneus, qui non esset de Intentione et Intellectu facti, intraret cameram*. Lit. ann. 1357. ex Chartul. 23. Corb.: *Supertunicale accepit et super suam broctam seu exadum in Intentione de ipsis reddendi et restituendi, si quis eos peleret, posuit*.

\* 5. **INTENTIO**, Indicium, Gall. *Indication*. De diversis *Intentionibus medicorum*, apud Arnald. Villanov.

† **INTENTIONARE**, [\* Charta ann. 1076. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 186: *Quod si ammōdo quolibet modo præsumpserimus molestare, tollere, contendere, vel minvere, intrinquare, Intentionare aut per placitum fatigare ausi fuerimus, etc.* Vide in *Intendere* 9.

† **INTENTISSIME**, Diligentissime, apud S. Augustinum l. de Moribus Eccl. Cathol. cap. 19. et in Litteris ann. 1523. apud Ludewig. tom. 5. pag. 311.

\* *Entencieuz*, *Intentus*, Gall. *Appliqué, occupé*, apud Monstrelet. cap. 47: *Le duc Jean de Bourgogne si estoit moult Entencieuz et curieux d'assembler gens de guerre*.

**INTENTIVA**, διάτνος, in Gloss. Græco-Lat. scil. pars ea Musicæ, quam διάτνον vocant Vitruvius lib. 5. cap. 4. et Martianus Capella lib. 9. cui *Extenta* dicitur.

† **INTENTOR**, Actor. Vide *Intendere* 7.

† **INTENTUM**, **INTENTUS**. V. *Intendere* 3.

† **INTEPIDUS**, Valde cupidus. Vita S. Winwaloel, tom. 1. Martii pag. 254: *Infans discendi Intepidus sub unius diei articulo cunctas Latinae linguae didicit literas.*

1. **INTER**, pro Tam, quam, phrasis Gallica. Tabularium Abbatiae Bellilocensis in Lemovicibus Ch. 51. et 140: *Ut quandiu ego usufructuario teneam, et annis singulis, et tempore messionis, et tempore vindemiae Inter panem et vinum modicum census persolvam.* Ch. 110: *Vendo... aliquid de allodo nostro, hoc est, 5. denariatus Inter vineas, et terram, quam comparavit pater meus.* Ch. 126: *Duodecim denariadas de vinea Inter vineas, et boscum.* Ch. 157: *De mancipiis vero ad ipsam curtem pertinentibus, sive fugam lapsis, et unde aliunde transgressi sunt, cedo, etc.* Charta ann. 1236. in Probat. Hist. Sabaud.: *Sex modia Inter bladum et vinum ad mensuram de Seduno.* Occurrit praeterea in Capitul. Caroli M. pro partibus Saxon. cap. 14. in Vita S. Licinii Episc. Andegav. cap. 4. n. 23. in Vita S. Ruperti Episc. Salisburg. n. 6. Apud Petr. de Vineis lib. 2. Ep. 41. Sanutum pag. 225. etc.

\* Testam. Petri de S. Hilar. ann. 1177. ex Bibl. reg. cot. 17: *Dimitto viginti solidos Melgorienses et sexaginta sol. Melgor. Inter meum corpus procurandum et Missas quae dicantur pro remissione peccatorum meorum.*

**INTER**, pro Penes, apud, usurpat Lucifer Calaritanus: *Inter te*, pro Apud te.

† **INTER CANEM** et **LUPUM**, in Placitis ann. 7. et 24. Eduardi I. Regis Angl. apud Thom. Blount in Nomolexico v. *Inter*, Gall. *Entre chien et loup*, ut jam dictum in *Canis*.

\* 2. **INTER**, pro Intra. Inventar MS. thes. Sed. Apost. ann. 1295: *Item unam cupam... in summitate cuius est unum pomellum de esmalto; Inter autem in fundo est unum esmalthum rotundum.*

\* **INTERALBICANS**. [Albicans per intervalla. Plin. 37. 10. 62. Leucochrysos fit chrysolitho *Interalbicante*. Harduin. ex MSS. emendat: Leucochrysos sicut crystallus albicat.]

† **INTERAMNIUS**, **INTERAMNUS**, Inter amnes situs. Vocem *Interamnus* usurpant Lamprid. in Alexandro Severo cap. 56. et Solinus cap. 32. Glossae Isidori: *Interamnia chorda, quae frequentius est inter amnes itur ultra.* Patet aliquid mendosum esse et superfluum. Sic legerem *Interamnia chora* (a Graeco χορὰ, locus, regio) quae est inter amnes. Grævius intelligit partem Aegypti inferiorem circa Alexandriam, quae per excellentiam *Chora* dicitur, ut erudite docuit Harduinus in Geographicis ex nummis illustratis in Κλίματων.

**INTERANEA**. Vide *Intrania*.

\* **INTERAPERIO**. [Adaperio. Gloss. Philox.]

† **INTERARE**, ab Hispano *Enterar*, Notum facere. Chronic. Andreae Danduli apud Murator. tom. 12. col. 486: *Per alias nostras litteras denotavimus vobis inauditum scelus per proditores praesumptum: sed illud ad cautelam vobis providimus seriusius Interare.* [† Si legendum non est, quod puto, *Inlimare*. Vide in hac voce.]

† **INTERASILIS**. Vide *Interrasilis*.

† **INTERATA**, ἐξεντερισθέντα, *Exenterata*, in Supplemento Antiquarii. [† Adde ex

*Castigat. in utrumque Glossar. leg. Exinlerata vel Exenterata. Vulc.]*

\* **INTERBITO**. [Idem quod intereo, pereo. Plaut. Most. 5. 1. 47. Ne illi huc confugere possint, quaestioni quos dabo, Hic ego tibi praesidebo, ne *Interbitat* quaestio. Eadem significatione usurpatur *Perbito* ab eodem Plauto, et aliis apud Non. 2. 654.]

\* **INTERCALARITA**, *La interposizione*. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **INTERCALLIS**, **INTERSCALARIS**, *Estre, estalon*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide infra *Interscalare*.

**INTERCAPEDINARE**, vox formata ex *Intercapedo*, διάστημα χρόνου, in Gloss. Graec. Lat. Intercapedinem, sive intervallum facere. Ursio in Actis S. Marcelli PP. et Mart. lib. 2. cap. 3: *Intercapedinante etiam noctis spatio, etc. Intercapedinatam prolixitatem*, dixit Martianus Capella lib. 9. [Fulgentius lib. 1. Myth.: *Intercapedinante pavoris prolixitate.*]

\* **INTERCAPITARE**, In capita distribuere. Virgil. Grammat. pag. 5: *Ut renovator fiat natura legentis vicissitudinibus librorum suorum frequenter divisa Intercapitant opuscula.*

**INTERCAPTIO**, διάσκημα, in Glossis Graeco-Latinis, Intervallum. [† Adde ex Castigat. in utrumque Glossar.: *Intercapcio, ambulacrum, etc.* Germ. *Intercapedo.*]

† **INTERCAPULUM**, μετάσπερον, in Glossis Lat. Graec. Sangerman. Pars dorsi inter scapulas seu humeros. [† Leg. *Interscapulum*. Vide *Interscapitulum*.]

† **INTERCARAXATUS**. V. in *Charaxare*.

1. **INTERCEDERE**, dicebantur Episcopi, cum pro reis, causa cognita, veniam a iudicibus postulabant: officium quippe Sacerdotis esse putabant pro iis intervenire: quod si non obtinerent, offendebantur, ut qui, quod erat officii sui, non reportassent. Constitutio Honorii et Theodosii, edita a Sirmondo in Appendice ad Cod. Theodos.: *Eam quoque Sacerdoti concedimus facultatem, ut carceris ope miserationis aulas introeat, medicetur aegros, aliat pauperes, consoletur insontes: et cum singulorum causas cognoverit, Interventiones suas apud iudicem competentem suo jure moderetur.* Vide Constitutionem sequentem 14. et leg. 15. et 16. Cod. Th. de Pœnis. (9. 40.) De ejusmodi Episcoporum pro reis intercessionibus agit non semel S. Augustinus Ep. 52. 53. 54. 228. 230. lib. 3. contra Crescon. cap. 47. 48. lib. 5. de Civitate Dei cap. 26. Possidius in Vita ejusdem S. August. cap. 20. Fortunatus in Vita S. Germani Paris. cap. 62. etc.

Maxime vero intercedebant pro iis, qui ad Ecclesias confugebant. Concilium Arausic. I. can. 5: *Eos, qui ad Ecclesias confugerint, tradi non oportere, sed loci reverentia et Intercessione defendi.* Adde Concilium Arelat. II. can. 30. et Leges Wisigoth. lib. 9. tit. 3. § 4. ubi *Intervenire* suadentur Episcopi ac Sacerdotes pro iis, qui ad Ecclesias confugiunt. Vide praeterea Avitum Vienn. Epist. 39.

Quibus vero Episcoporum, vel Ecclesiarum intercessione culpa aut criminis venia a iudicibus, aut, si servi essent, a dominis concedebatur, iis canonica ab Ecclesia imponebatur poenitentia, quam illi obituros sese ultro spondebant, veniam alias non consecuturi, quod ex Concilio Remensi can. 7. colligitur. Vide *Pœnitentes*. [† De sanctis *Interce-*

*dentibus* pro fidelibus vide Glossar. med. Graecit. voce Πραεθεύειν, col. 1223.]

2. **INTERCEDERE**, Spondere, fidejungere, obligari. Libertates concessae villae Montis-brunonis a Guigone Comite Forensi mense Nov. ann. 1223. MSS.: *Item dedit et concessit, ne occasione mutui, vel espleit, vel fidejussionis, vel Intercessionis, aliquid ab aliquo eorum, vel ab aliqua retineat, vel extorqueat aliquo tempore, vel machinetur extorqueri. Item ut ipse non compellat aliquem per se, vel per alium, ut sibi vel alii aliquid mutuet, aut accomodet, vel fidejubeat, vel Intercedat.* Ita usurpant Jurisconsulti, quos adi.

† **INTERCESSORIO NOMINE OBLIGARI**, de sponsore dicitur qui obligatur pro alio, in Statutis Massil. lib. 1. cap. 66.

\* **INTERCEDIMENTUM**, Pactum, sponso, fidejussio, obligatio. Charta Ludov. Bavari imper. ann. 1332. apud Oefellum tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 770. col. 2: *Tractatus, placita et Intercedimenta cum eis habita, cum singulis et universis punctis in dictis tractatibus contentis, praesentis scripti patrociniio perpetue valituro roborantes approbamus, etc.* Vide *Intercedere* 2.

† **INTERCEPTIO**, **INTERCEPTURA**. Vide *Intercipere*.

† **INTERCESSIO**. Homagium Arti Comitum Britanniae praestitum Regi Franciae ann. 1202: *Diffidavit Johannem Regem Angliae pro Intercessionibus, quas ei fecerat de ultima guerra.* Sed procul dubio legendum *Interceptionibus*, *Aggressionibus*. Vide mox in *Intercipere*.

\* 1. **INTERCESSOR**, Praes, sponsor, fidejussor, Gall. *Caution, répondant*. Lit. Joan. XXII. PP. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Bonincont. Hist. Sicul. part. 3. pag. 281: *Prius conveniendum esse principalem, quam Intercessorem.* Stat. Avenion. MSS. fol. 23. r: *Omnes autem dilationes supradictas fidejussoribus et omnibus aliis Intercessoribus in omnibus praedictis casibus duplicamus. Fidejussores et alii Intercessores ad tenenda ostagia nullatenus compellantur.* Vide *Intercedere* 2.

\* 2. **INTERCESSOR**, βραβευτής. addit Reg. *Dispensator. Intercedo*, βραβεύω. addit Reg. *Ministro, guberno*. Ita Castigat. in utrumque Glossar. Vide *Intercessores* 1.

1. **INTERCESSORES**, dicuntur Episcopi, qui sede vacante Episcopatum administrabant, donec proprius aliquis esset, qui hodie *Administratores*, quod forte vacantem cathedram illiusque possessionem adirent. *Intercessores* enim Latini διαδόχους της ούσιας vocabant, ut est in veteribus Glossis, in quibus etiam *Intercessio*, redditur, προσέλευσις της ούσιας, aditio hereditatis. Concilium Carthaginense V. aliis III. can. 8: *Constitutum est, ut nulli Intercessori licitum sit cathedram, cui Intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus, retinere, sed dare operam, ut intra annum eisdem Episcopum provideat. Quod si neglexerit, anno exempto Interventor alius tribuatur.* Quae totidem verbis habentur in Concilio Carthag. VII. sub Bonifacio et Celestino PP. can. 41. et in Capitul. Caroli M. lib. 7. cap. 89. [† 120.] At qui *Intercessor*, vel *Interventor* hic dicitur, μεσίτης vocabatur in Canon. Eccl. Africanæ can. 74. in Epigrapha vero canonis, ἐπίσκοπος ἐπιτενοῦμενος, his verbis: περί του μη ὀφείλειν ἐπίσκοπον ἐπιτενοῦμενον καθέσθαι ἐν τῇ καθέδρῃ ἐπιτενοῦνται. Vide *Interventor*.



[\*\* et Glossar. med. Græcit. voce Μεσίτης, col. 911.]

2. **INTERCESSORES**, Executores, qui a Rectoribus Provinciarum dabantur, præsertim ad exigenda debita fiscalia et publicas functiones, ut leg. 1. Cod. Th. de Pignor. (2, 30.) ad quam consulendus Jac. Gothofredus. Vett. Glossæ: *Intercessor*, ἐκδιδαστής.

**INTERCHARAXARE**, Interlineare. Hincmarus Laudunensis, in Concilio Dusiacensi I. part. 2. cap. 17. et tom. 2. Opusc. Remensis pag. 351: *Si vitio scriptoris prodetrectem, quod est dissimulem, vel differam, detractem, quod valde tractem, non ab re accipi potest, Intercharaxatum non fuit.*

† **INTERCIARE**. Vide *Intertiare*.

\* **INTERCIATORIA**, Ornamenti muliebris species. Contract. matrim. ann. 1358. apud Salern.: *Interciatoriam unam de perlis pro uncia triginta*. Vide infra *Intrezatorium*.

\* **INTERCIDIVUS**, Interveniens. Charta ann. 1209. in Chartul. Clarifont. ch. 136: *Cujus compositionis formam ne tractu temporis Intercidivæ contentiois scrupulum deveniret, redigere curavimus in scripturam.*

† **INTERCILIUM** est medium illud inter supercilia, quod sine pilis est. Isid. lib. 1. Orig. cap. 1. Gloss. Lat. Gr.: *Intercilium*, μεσόπρυον in aliis perperam, μεσόφρενον. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Intercilium*, Entreil, entre sorcil.

**INTERCIPERE**, Aggredi, usurpare, occupare, vel contra pactum quidpiam agere: ex Gall. *Entreprendre*. Charta Joannis de Valeriaco ann. 1218. in Tabulario Campan.: *Qui si, quod absit, Interciperent contra prædicta, per fidem suam tenerent captionem apud Trecas, usque dum, quod Interciperent, esset emendatum*. Alia Hugonis primogeniti Regitensis Comitis ann. 1221. *ibid.*: *Si vero... ex parte prædicta sit aliquid Interceptum*. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum f. 85: *Quod si idem R. vel hæres suus Interciperet contra nos et hæredes nostros, et non emendaret per iudicium Curie nostræ, etc.*

**INTERCEPTIO**, Aggressio, *Entreprise*. Hist. Episcoporum Autissiodor. cap. 58. pag. 474: *Interceptionibus circumstantium in manu potenti resistens, etc.* Adde pag. 484. Charta Ludovici VII. Reg. Franc. ann. 1225. in Hist. Comitum Pontivenisium pag. 152: *Nobis supplicavit, ut filios et filias quos susceperat a Simone fratre Renaldi Comitis Bononiæ, post Interceptiones, quas idem Simon fecerat adversus genitorem nostrum, maternæ restituere successioni, etc.* Vide *Interpretendere*.

**INTERCEPTURA**, Eadem notione. Charta Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suession. ann. 1231: *Ad hoc sciendum, quod de omnibus Intercepturis, quas Major noster imponeret alicui, ille, qui maneret in nostra justitia, poterit escondere se per septem, vel per unum.*

† **INTERCISI DIES**, Partim festi, partim profesti, apud Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 16. et Varronem de Lingua Lat. lib. 5. cap. 4.

† **INTERCISIMEN**, διακοπή, *Intercisio*, in Supplemento Antiquarii.

**INTERCISIO**, Injuria. Leges Luithrandi Regis Longob. tit. 110. § 1. [\*\* 141.]: *Ut si aliquam injuriam aut opprobrium, aut plagas, aut feritas, aut mortem ibi acceperit, nihil ad ipsas mulieres aut viros, vel mundoallos earum, componatur illi, qui se defendendum eis aliquam fecerit læsionem, aut Intercisionem*. Vide *Incisio* et *Impartitio*.

**INTERCLAUSURA**, Gall. *Enchassure*. Matthæus Paris ann. 1249: *Fabricato elegantissime ex auro et argento, insertis gemmis et crystallinis Interclausuris adaptatis feretro, iterato translatum est venerabile corpus B. Edmundi, etc.*

† **INTERCLINARE**, Joan. de Janua, *Inter aliqua clinare*, (*Intercliner*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.) unde *Interclinis* et *Interclinus*. Ambrosius sive quis alius in Egesipp. *Civitas Interclina rupibus*.

**INTERCLUSUS**. [Inclusus, insertus, Gall. *Inclus*. Chronicon Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 44: *Interclusam quidem in eisdem litteris receptum formam litterarum, quas, etc.*] Vide *Inclusor*.

\* Nostris vero *Entreclouz*, idem quod *Entrebaillé*, Hiscens, Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 175: *Duquel hostel le suppliant trouva l'uis Entreclouz et n'y avoit personne dedans*.

**INTERCOLUMNNIUM**, Illud, quod ponitur inter columnas, spatium quod dividit eas, Joanni de Janua. In. 3. Reg. cap. 7. ubi dicitur, *Media Intercolumnnia quadrata non rotunda*, ait Glossa, *media intercolumnnia dici tabulam superiorem, quæ, sicut alia quadrata erat, similique sculptura, et in summitate sui habebat rotunditatem unius, et dimidii cubiti, in qua lucerna ponebatur* Gloss. Græc. Lat.: Μεσόστυλον, *intercolumnnium*. MS. Codex habet μεσόστῆλον. Lex 45. Cod. Th. de Operib. publ. (15, 1.): *Omnibus tabulatis, tam his quæ Intercolumnniis adfixa sunt, quam his quæ superiores porticus dividunt, ad formam pristinam civilatis habitus revocetur*. Utitur Cicero 1. in Verrem, S. Hieron. in cap. 40. Ezechiel. ut et Vitruvius lib. 3. cap. 1. lib. 4. cap. 3. lib. 5. cap. 1. 9. Vide *Philandrum* ad lib. 4. cap. 8.

† **INTERCOMMUNICARE**, Una communicare, vocare se vicissim in partem omnium, Gall. *s'Entrecommuniquer*. Conventio Henrici IV. Angl. Regis ann. 1401. apud Rymer. tom. 8. pag. 192: *Ibidem morari, mercari, mercandis licitas exercere, negotiari et Intercommunicare*.

† **INTERCOMMUNICATIO**, Mutua et reciproca communicatio. De *Intercommunicationibus inter nos et subditos nostros*, in Litteris ejusd. Reg. ann. 1406. laudati tom. pag. 458.

\* **INTERCONCILIO**. [Idem ac concilio, id est benevolam reddo. Quintil. 13. 10. a med. Sive aliud *Interconciandi* videtur præstare officium.]

† **INTERCONFINIUM**, *Terminus vel locus inter duos fines existens*. Joan. de Janua. *Entre deux fins*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

† **INTERCOPULARE**, Coniungere. Miracula S. Lifardi, tom. 1. Junii pag. 305: *Crura eorum duabus magnis trabibus Intercopulatis et ad usum hujusmodi tormenti aptatis, artissime constrinxit*.

\* **INTERCREATUS**. [Ab *inter*, et *creatus*, intra generatus. Cæd. Aurel. 5. Tard. 1. ante med. Denique augmento passionis *Intercreatus* humor in saniem transit.]

**INTERCURSUS**, Gallice *Entreours*: Pactum mutuum inter dominos, ratione cujus servi aut ancillæ, seu viri et feminae servituti obnoxii, qui in alterutro dominio domicilium eligunt, aut sedem figunt, vel nuptias contrahunt, ejus sunt domini, cui subjacet domus, atque adeo eorum liberi. Ita Consuetudo Vitriacensis art. 78. 79. Charta ann. 1190. apud Perardum in Burgundicis:

*Talem inter nos et ipsos firmavimus Intercursum, ut si homo eorum feminam Templariorum de Buris acceperit in uxorem, et femina et hæredes ex ea, illorum erunt. Similiter et si homo Templariorum feminam monachorum ducerit, et femina et hæredes Templariorum erunt.* Vide eumdem pag. 324 [et Bullam Alexandri III. PP. apud D. Calmet tom. 2. Hist. Lotharingiæ col. CCLXXXIII.] Charta Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1205. in ejus Regesto Herouvalliano fol. 87: *De mutuo Intercursu hominum seu feminarum, utpote cum homines seu feminæ vadunt de una terra in aliam, etc.* Charta ann. 1295. in Probat. Hist. Castilionæ pag. 196: *Et est assavoir, que li Entreours, qui estoit des fames et des hommes le Roy, et des hommes et des fames de l'Eglise de Resbais et de Jorre, avant ledit eschange, demorront en la menerre qu'il estoit au temps le Roy: sauf ce que les fames que cils de cette franchise prendront de l'Eglise de Jorre et de Rabays, seront de cette franchise.*

† Alterum *Intercursus* effectum declarat Charta Adelinae Abbatissæ Polengii ann. 1215. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag. 1033: *Notum facimus quod talis Intercursus est inter homines nostros et homines venerabilis Patris nostri Lingonensis Episcopi. Quod homines nostri tenebant hereditatem suam, ubicunque sint, super Episcopum; et homines Episcopi similiter, ubicunque sint, super nos. Hoc est, homines Episcopi in nostro territorio, et nostri in territorio Episcopi, percipient fructus et hæreditates sibi obvenientes, in utrovis habitent territorio. Vide D. Brussel laudati Tractatus lib. 3. cap. 20. et infra *Percursus*.*

† **INTERCURSUS MERCIIUM**, Mutuum commercium, liberum et pacto confirmatum, apud Rymer. tom. 13. pag. 527. et alibi non semel.

\* **INTERCURSUS PROSECUTÆ DECIMARUM**, Pactum inter dominos, ratione cujus dimidium partem decimarum percipiunt ex agris a suis subditis in alieno territorio cultis. Charta ann. 1310. ex Chartul. S. Vinc. Laudun.: *Cum controversia verteretur... super Intercursu prosecutæ decimarum villæ et territorii de Cheuregni... Diffiniverunt in hunc modum, videlicet quod Intercursus prosecutæ decimarum locum habeat inter territoria prædicta, qualitercumque colantur terræ, sive... cum equis sive cum bessa... videlicet quilibet dimidium partem decimæ terrarum prædictarum ratione prosecutæ habeat*. Vide infra *Prosecuta*.

\* **INTERCUTIA**, *Rivet*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. Reg. 7679. Aliud Gall. Lat. ex Cod. 7684: *Intercutum, Rivet de soule*. Leg. Souler, pro *Soulier*.

\* **INTERCUTIUM**. [*Intercutum, rivet*. (Gloss. Lat. Gall. Bibl. Insul. E. 36. XV. s.) »]

\* **INTERDATUS**. [Lucret. 4. 866. Propertea capitur cibus, ut suffulcitur artus, Et recreet vires *Interdatus*. h. e. interjecto convenienti temporis spatio datus: vel, inter corporeos meatus divisus.]

**INTERDIA**, μέσον ἡμέρας, in Glossis Gr. Lat.

† **INTERDIANUS**, Medialis, diurnus. Cæd. Aurel. lib. 3. Tard. cap. 7: *Post Interdianum cibum deambulatio, etc.*

**INTERDIARIUS**, ἡμεροκλήτης, in Gloss. Lat. Gr. qui interdiu furatur. Vide Cujac. lib. 11. Obs. cap. 27.

\* **INTERDIGGIO**, pro *Jurisdiccio*, ut monuit D. Secousse, in Charta ann. 1350.

tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 37. art. 1.

† **INTERDICIUM PORCI**, Porci mactatio, seu jus quod viario ob id exsolvebatur. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 183: *Thomas pfectus Willini Consulis de Pontiac accept per vim de vicaria de terra S. Lenogisili quatuor nummos, scilicet Interdicium cufusdam porci, quem emerant Lazari qui morabantur in ea terra, ... quos nummos requisierunt Monachi, et non potuerunt habere, donec clamorem facerent ad Consulem. Sed Consul iussit nummos reddere per rectum iudicium; sicque Monachi habent suam vicariam quietam.*

**INTERDICTUM**, dicitur generalis excommunicatio, quæ fertur in provinciam, vel villam, aut castrum, cap. 17. de Verbor. significat. de cuius origine ac antiquitate scitu digna commentar vir doctissimus Mompeliensis Episcopus ad Epist. 72. Innocentii III. lib. 14. Concilium Lemovicense ann. 1031. sess. 2: *Nisi de pace acquieverint, ligate omnem terram Lemovicensem publica excommunicatione: eo videlicet modo, ut nemo, nisi Clericus, aut pauper mendicans, aut peregrinus adveniens, aut infans a bimatu et infra in toto Lemovicino sepeliatur, nec in altum Episcopatum ad sepeliendum portetur. Divinum Officium per omnes Ecclesias latenter agatur, et baptismus petentibus tribuatur. Circa horam tertiam signa sonent in Ecclesiis omnibus, et omnes proni in faciem preces pro tribulatione et pace fundant. Pœnitentia et Viaticum in exitu mortis tribuatur. Altaria per omnes Ecclesias, sicut in Parasceve, nudentur: et cruces et ornamenta abscondantur, quia signum luctus et tristitiæ omnibus est. Ad Missas tantum, quas unusquisque Sacerdotum januis Ecclesiarum obseratis fecerit, altaria induantur, et iterum post Missas nudentur. Nemo in ipsa excommunicatione uxorem ducat. Nemo alteri oculum det, nemo Clericorum aut Laicorum, vel habitantium, vel transeuntium, in toto Lemovicino carnem comedat, neque alios cibos, quam illos, quibus in Quadragesima vesci licitum est. Nemo Laicorum aut Clericorum tondeatur, neque radatur, quousque districti Principes, capita populorum, per omnia sancto obediunt Concilio. In interdictis denudata etiam altaria, prostratas cruces ad terram, et reliquias Sanctorum, et inversa cymbala, docent Synodi aliquot Landavenses in Conciliis Anglicanis post Leges Ecclesiasticas Alvre di Regis descriptæ.*

Exstat alia formula interdicti in Codice MS. Bellovacensis Ecclesiæ Capit. Caroli M: *In Christi nomine ego Hildigarius Episcopus (Bellovacensis) ex parte Patris, et Filii, et Spiritus sancti et ex parte S. Petri Apostolorum Principis, et ex nostra parte excommunicamus et interdiciamus hanc Ecclesiam, et omnes Capellas, ad illam aspicientes, ut nullus habeat licentiam Dei omnipotentis, et S. Petri Apostolorum Principis, ab hac die in antea Missam cantare, nec audire, nec ullo modo divinum officium ministrare, nec decimam Dei omnipotentis accipere, nisi per nostram licentiam: et quicumque contra hæc interdicta, aut Missam cantare, vel audire, vel in aliquo loco divinum officium ministrare, aut decimam Dei omnipotentis accipere præsumperit, ex parte Dei Patris omnipotentis, et Filii, et Spiritus sancti, et ex parte sancti Petri, atque Sanctorum omnium sit excommunicatus, et maledictus, et a consortio Christianorum segregatus, et a liminibus*

*sanctæ matris Ecclesiæ, ubi fit remissio peccatorum, separatus, et sit anathema maranatha usque in finem sæculi cum diabolis in inferno. Fiat, fiat, fiat, Amen.* Sub Ludovico VII. Innocentius PP. gladium Ecclesiasticum in ultionem exerens, per omne Regis dominium divini celebrationem officii Interdicit, in Chronico Mauriniacensi pag. 387. Knyghton ann. 1208: *Papa sententiam excommunicacionis tulit in eum (Joannem Regem Angl.) et in omnes fautores, et totam terram Anglicanam supposuit Interdicto; incæpitque hoc interdictum generale a prima Dominica Passionis Domini anno 1208. et duravit sex annis continuus et uno mense, nilque fiebat in sancta matre Ecclesia, nisi parvulorum baptisma, et confessiones morientium. Adde Epist. 16. ex Sugerianis, et Ivonem Carnot. Epist. 50. Instituit autem Bonifacius VIII. PP. ut non obstante interdicto Ecclesiastico in quatuor Festivitatibus divina celebrari possent, quibus festum Corporis Christi adjecit Urbanus VI. ut est in magno Chronico Belgico ann. 1389.*

\* Nostris alias *Entredit*. Charta Guid. episc. Lingon. ann. 1262. ex Chartul. Campan. fol. 208. col. 1: *Nos à la requête doudit roy ou de son certain commendement, après nostre amonestement de quarente jors escuménissiens les personnes et missiens lor terre Entredit, autretant qu'il fussient retrez audites convenances. Alia Mariæ dom. Montis-mirab. eod. ann. ibid. fol. 341. v. col. 2: Nos depuis enavant fessiens et porchassiens par quelque maniere parcoi nos fussions rassolt, ou li Entredis rapalez, ou les sentences relaschiés.*

† **INTERDIES**, δὲ ἡμέραν, *Interdium*, apud Janum in Supplemento Antiquarii.

**INTERDIGITUM**. Gloss. vet. cap. de Membris humanis: *Interdita*, μεσοδάκτυλα. Leg. *Interdigitia*. Marcellus Empir. cap. 34: *Interdigitia sanat cera in oleo Cyprino remissa et imposita.*

\* **INTERDIUM**, [Idem quod interdium, apud Plaut. Aul. 1. 1. 33. Pervigilat noctes totas: tum autem *Interdium*, Quasi claudus sutor, domi sedet totos dies. Id. Most. 2. 2. 14.]

† **INTERDONATIO**, Donatio mutua, qualis fit inter conjuges, Gall. *Don mutuel*. Exstat apud Marculfum lib. 2. formul. 7: *Charta Interdonationis inter viro et femina de eorum res.*

\* **INTERDUATIM**, [et Interatim, dicebant antiqui, quod nunc *interdum*, et *interim*. Festus. Hinc Plaut. Truc. 4. 4. 29. Id quoque *Interduatim* nomen commemorabitur. Al. leg. *interim futatim*.]

**INTERDUCIÆ**, Induciæ, intervallum temporis. Epist. 46. inter Epistolas S. Bonifacii Archiep. Moguntini: *Quamvis per interducias temporum corporali præsentia secernamur. Ubi interducia temporum, dicuntur intervalla temporum, in Epist. 68.*

**INTERDUM**, pro Interim. Paschasius Radbertus in Walæ Abbat. Corbeiensis Epitaphio lib. 2. cap. 1: *Sed quia Interdum Severus ingressus est felix viam universæ terræ, etc.* Utitur rursum cap. 14. Utuntur præterea Lex Bajwar. tit. 3. cap. 8. § 11. et lib. 5. Capitul. cap. 35. Inprimis notandus locus ex Charta Caroli C. ex Tabular. S. Cyrici Nivern. num. 2: *Post mortem vero illorum absque ulla contradictione ad eundem locum perveniant. Interdum namque vestituram, nonas, et decimas ipsa Ecclesia inde recipiat.*

\* Quod varie nostri reddiderunt. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Char-

toph. reg. ch. 204: *Ainsi que l'exposant tenoit ledit Jehan, il dist: Laisse moi aler, il me tuera Entretant que tu me tiens.* Froissart. vol. 1. cap. 19: *Entandis aucuns des compaignons Anglois monterent sur leurs chevaux, etc.* Endementiers, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 225: *Advint que Endementiers qui ledit Taupin jouoit, etc.* Entrementiers, in Cons. Petri de Font. cap. 17. art. 4. pag. 107. *Entrues*, in Poem. du Riche homme et du Ladre, Ms.:

D'autre gent parler me convient  
Entrues que d'iaus il me souvient.

\* **INTERDUO**, [Pro interdo, idem fere ac do, æstimo, facio. Plaut. Capt. 9. 5. 36. Dum pereat, nihil *Interduo*. Id. Trin. 4. 2. 152.]

**INTER DUOS**, Interjectum spatium, Gall. *Entredeux*. Chrodegangus in Regula Canonico. cap. 8. et novæ Edit. 22: *Quando Clerus una aut bina vice in die refecit, accipiat a minore usque ad maximum quatuor libras panis, et quando bis in die refecit: pulmentum vero ad sextam, unam ministracionem de carne Inter duos. Et si cibaria alia una accipiant, et cibaria non habeant, tunc duas ministraciones de carne habeant. Ad cenam autem, aut unam ministracionem Inter duos, aut cibaria alia habeant.*

\* **INTEREMPTIBILIS**, [Qui interimi potest. Tertull. 3. advers. Marcion. 6. Non eas scripturas evolam, quæ *Interemptibilem* Christum edicentes utique et ignorabilem affirmant.]

\* **INTERENA**, La corda de nave, o de rete. Glossar. Lat. Ital. Ms.

1. **INTERESSE**, Usura, scenus, quod ultra sortem solvitur, vel quod quanti alicujus interest: Gall. *Interest*. Matthæus Paris pag. 612: *Propter usuras, pœnas, et Interesse non minima suscipiebant incrementa.* Charta Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1229. apud Perardum pag. 299: *Volo et concedo, quod carta, quam Odo pater meus fecit de Interestis Episcopi Lingonensis et Ducis Burgundiæ distinguendo apud Castellionem et in pertinentiis stabilita sit et firma.* [Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280: Si usurarius multa cum fenore lucratus est, de rigore juris talia lucra restituere tenetur, sicut et fur vel raptor, inter quos ipse numeratur: quia tamen qui nimis emungit, sanguinem elicit, visum est sapientioribus in hoc casu sufficere debitori, si sortem et sumptus et moderatum Interesse duntaxat et non talia lucra recuperet; quia hoc esset suum repetere cum usuris. Expensæ, sumptus, damna et interesse frequentius occurrunt, præsertim in judiciis, Gall. *Dammages et Interets*; quibus verbis et damnum illatum, et lucrum inde cessans indicantur. Vide Acherium tom. 8. Spicil. pag. 279. Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 319. Martenium tom. 7. Ampliss. Collect. col. 303. D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 240. etc.]

\* Nostris, *Intérest*, Pretium rei alicujus sonat. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 19: *Lequel suppliant prist un gobelet d'argent, lequel il ploia ou froissa entre ses mains; ... laquelle froisseure ledit suppliant congnuat avoir faicte, et en rendist au tavernier son Interest.* Sensu opposito, pro Incommodo scilicet et damno, occurrit in aliis Lit. ann. 1406. ex Reg. 160. ch. 321: *Icelle Katherine dist à Alips qu'elle n'estoit pas sage de soy esjouir de l'Intérest et desplaisir de son pere.*

\* 2. **INTERESSE**, Quod clericis, qui di-

vinis intersunt officiis, distribuitur. Charta Inger. de Marign. pro fundat. eccl. colleg. Scoliarum ann. 1310. in Reg. Phil. Pulcr. ch. 63. ex Cod. reg. 9607. 8: *Qui Matutinis intererit a principio de Gloria de Venite usque in finem, unum panem quatuor denariorum Paris. recipiet... Si aliquis canonicus Matutinis, deficeret, Interesse panis, quem amittet ob defectum hujusmodi, distribuatur aliis, qui presentes adessent. Vide Interessentia in Interessens.*

† INTERESSENS, Qui interest seu præsens est. Occurrit apud Lobinellum in Hist. Paris. tom. 3. pag. 603. col. 1. in Actis SS. Martii tom. 2. pag. 600. Maii tom. 2. pag. 597. Concilii Hisp. tom. 4. pag. 146. et alibi. *Ad Interessendum Missæ, in Bullario Carmel. pag. 411. col. 1.*

† INTERESSENTIÆ, Quod Clericis divinis Interessentibus distribuitur. Concil. Mexican. ann. 1585. inter Hisp. tom. 4. pag. 407: *Quamdiu aliquis Præbendatus prædicta requie usus fuerit, Interessentia, obventionibus, anniversariis et manualibus, quæ non nisi vere et corporaliter præsentibus et residentibus dentur... careat.*

† INTERESSOR, Socius. Acta S. Conon. tom. 7. Maii pag. 6: *Qui dæmonum quidem erat insecutor idolorum maledictorum, sanctorum Martyrum Interessor.*

INTERFARI, INTERFATUS, in Collatione I. Carthagin. cap. 10. et alibi.

INTERFECTIBILIS, Qui interficere potest. Apuleius lib. de Virtutibus herbar. cap. 87. de Ruta hortensi: *Memorant etiam ad Olcymum fluvium appellari viperalem, eo quod Interfectibilis earum comprobetur.*

\* INTERFECTIVUS, [Letalis, mortale. Ut Interfectivus morbus, apud Cæl. Aurel. præf. et 5. Tard. 10.]

† INTERFECTOR, Qui percutit, vulnerat. Fragm. Synodi Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 6: *Sanguis Presbyteri qui ad terram effunditur donec collyrium suffert, manus Interfeitoris abscondatur, vel dimidium VII. ancillarum reddat, si de industria... si ad terram non perveniat, percussor ancillam reddat.*

† INTERFEMINEUM, Inguen. Miracula S. Bennonis tom. 3. Junii pag. 185: *Muliercula... ad Interfemineum inflata, voto facto, curatur. Vide mox Interfemina.*

INTERFEMUS, *μεσομηλον*, in Gloss. Gr. Lat. Infra *Μηρόν*, Femus. Eadem notione *Interfemineum* dixit Apuleius in Apologia, pro *τὸ γυναικείον*. In Pœnitentiæ Egberti Archiep. Eborac. pag. 17: *De sortilegio, de sodomitico, de Interfemore, de intergo, etc. Sed de hujus vocis notione, vide in Nubere retro.*

INTERFESSUS, *Infatigabilis*. Papias. INTERFINES, *μεσοπία*, in Gloss. Græc. Latinis.

† 1. INTERFINIUM, Instrum. ann. 1341. apud Rymer. tom. 5. pag. 259: *In qua archa reperientes monetas infrascriptas, in saccis lineis seu pochis repositas, certisque cedulis superscriptas: 1. viz. quindicies centum et tresdecim duplicis auri. Item novies centum et duo scuta auri in eodem sacco, cum Interfinio modico.... Item, tresdecim coronas auri et duas agnas auri in eodem sacco, cum Interfinio ligaturarum.*

\* 2. INTERFINIUM, *Lo termine tra doy flume*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

\* INTERFODERE, Fodere, terram ligone versare. Stat. ann. 1329. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 65. col. 2:

*Item omnis brassarius, qui se ad diem vel ejus operas locat, non accipiat... per diem nisi xij. denarios Turonenses, et garciones qui Interfodunt, vj. denarios; et seclaterces v. denarios. Nisi sit pro Interfundunt. Gall. Qui arrosent.*

\* INTERFORE, pro Interesse. Vita S. Willib. tom. 2. Jul. pag. 502. col. 2: *Qualiter illorum faustis Interfore possit familiaris vitæ disciplinis. Vide Fore.*

† INTERFUGIUM, Effugium, tergiversatio, Gall. *Subterfuge*. Consuetud. Brageraci art. 45: *Si vero præsens sit dictus emptor et dilationes per Interfugia quæcumque sibi dari et concedi petierit, ad hoc Bajulus ad eum non admittat.*

\* INTERGARRITUS, [Inter aliqua garritus, garrido interpositus, effutitus. Apul. Apolog. Dein pauculis verbis *Intergarritus*, etc. Al. leg. *intergannitus*, similis sane sententia, sed prius præstat.]

† INTERGERE, Abstergere. Supplementum Antiquarii: *Interget, ἀπομάσσει.*

† INTERGERIES PARIES, τοίχος ὁ ἔσω διαοίτων, in Glossis, Paries interjectus, medius. Forte legendum *Intergerinus paries*. Festus: *Intergerini parietes dicuntur, qui inter confines struuntur et quasi intergeruntur. Vide Lexicon Martinii.*

\* Nostris, *Entremoien*, Sepimentum fabrilis, crætitius paries, vulgo *Gloison*. Lit. remis. ann. 1460. in Reg. 190. Charthoph. reg. ch. 69: *Le suppliant rompit de plain jour l'Entremoien du grenier, et illec print furtivement deux seckiers de seigle.*

† INTERIA, Intestina; unde *Interici*, qui dissolutionem patiuntur ventris secundum Papiam. Jo. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Interia, Entrailles. Vide Enteria.*

† INTERIBI, Interim, interea, in illo loco, Joh. de Janua: *Entretra*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

\* INTERIBILIS, [Qui interire potest, mortalis. Tertull. *advers. Hermog.* 34. ad fin. Nihil Deus Interibile fecisset. Arnob. 2. p. 65. Animæ passivæ atque *Interibiles*.]

† INTERJECTIO, Pactum, conventum, ut videtur, [\* seu pacti conditio.] Promissio Casimiri Regis ann. 1335. apud Ludewig. tom. 5. pag. 597: *Promittimus, quod si fortasse, quod absit, aliquem vel aliquos ex nostris ipsas treugas vel earum Interjectiones et conditiones violare... contingat, etc.*

† INTERIM, Sic dicta est Caroli V. Imp. *Declaratio Religionis, qua constituit exercitum Religionis, quale Interim esse debeat in Imperio Romano, usque ad definitionem concilii generalis, publicata et promulgata, et a Statibus Imperii acceptata in Comitibus Augustæ xv. Maii an. 1548. Declaratio hæc, quam inter Constitutiones Imperiales refert Goldastus pag. 107. Catholicis perinde ac Lutheranis odiosa fuit; quia dum plures Ecclesiæ Catholicæ ritus et antiqua dogmata retinet, Presbyteris nuptias concedit, et laicis communionem sub utraque specie permittit.*

\* Hinc *Interemistæ* appellati, qui hanc Caroli V. constitutionem amplexati sunt. Vide Acta Liter. Struvii fascic. 4. pag. 45. tom. 1.

† 1. INTERINARE, Ratum habere, approbare, Practicis nostris *Enteriner*. Regestum conclusionum Capituli Meld. ann. 1542: *Interinando requestam per magistrum et gubernatores domus Dei.*

† INTERINAMENTUM, Rati habitio, approbatio, Gall. *Enterinement. Interina-*

*mentum supplicationum*, in Charta ann. 1559. inter Privilegia Equitum S. Johannis Hierosol. pag. 254.

† INTERINATIO, Eadem notione, in Enumeratione jurium castri Auzeti ann. 1394. ex Camera Comput. Provinciæ Regesto Armorum fol. 70.

\* *Intérence*, in Charta ann. 1455. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 1675. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 315. vº: *Processus factus super Interinatione apunctuamenti facti inter regem et dom. Mathæum de Fuco comitem Convenarum super dicto comitatu. De anno 1447. Vide in Interinare 1.*

\* 2. INTERINARE, Spondere, fidejungere, vadem dare, nostris etiam alias *Entériner*. Charta Nic. episc. Andegav. ann. 1275. in Chartul. priorat. de Guilio fol. 52. vº: *Nec poterunt tenere placita... de aliquo qui caperetur, arrestaretur aut Interinaretur, seu fust Entériné, in feodis aut dominiis ipsorum.*

\* Hinc *Enterinance*, Cautio, auctoritas, sponso, in Charta ann. 1300. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 132. vº. col. 2: *Ne seront tenuz de faire nul gariement ne Entérinace à nous Guillaume Larcevesque, ne à nos hoirs, mes que des deptes desqueles i nous doivent acquiter et garir. Vide infra Intercessor 1.*

† INTERINAMENTUM, ab *Interinire*, Partium coram judice certamen mutuum, in lege 4. tit. de Rescript.

\* INTERINSILIS, *Entrepasable* vel *Entérinsable*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Quod de filiis, quæ tramæ interseruntur, intelligi potest.

† INTERINSTITUTIO, Additio, ut videtur, portioni hæredis instituti. Testamentum Armandi d'Alegre ann. 1263. tom. 1. Anecd. Marten. col. 1115: *Alazais vero filiam meam... instituo in heredem in quingentis libris Viennensibus, et in quindecim libris ejusdem monetæ censualibus... et amplius dono eidem nomine Interinstitutionis centum solidos dictæ monetæ semel tantum solvendo eidem.*

\* INTERIO, *Pulpa*, in Gloss. ad Alex. Iatrosof. Ms. lib. 2. Passion. cap. 129: *Item aliud mirabile faciens ad multa, cardamomo ex Interioris semine est, etc.*

† INTERIORA, *Mysteria*, ut conjecit. Privilegium Alexandri II. PP. pro Monasterio Pinnatensis apud Mabilon. tom. 5. Annal. Benedic. pag. 42: *Accipimus in partibus Hispaniæ, catholicæ fidei unitatem a sua plenitudine declinasse, et pene omnes ab ecclesiastica disciplina et divinorum cultu Interiorum aberasse.*

† 1. INTERIORITAS, Locus interior. Guibertus lib. 4. de Pigneribus Sanctorum cap. 8: *Cælum, id est superior illa pars triplicis machinæ, quæ et ob dignitatem sui partem sedes Dei appellatur, nihil aliud est quam spiritualis Interioritas ista, in qua hac si extra mundum istum regnare se Dominus perhibet, etc.*

\* 2. INTERIORITAS, Intima animæ dispositio, Gall. *Intérieur*. Guibert. prol. in Abdiam proph. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 639. col. 1: *Contemplatio plane quæ Deo videndo inhiat, hoc tempore rarè valde conceditur. Illa vero quæ super Interioritatis discretionem se exercet, nulli fere, si sanum sapiat, de populo denegatur.*

† INTERIARE, Infundere. Papias: *Interreo, Infundo, Interitum, Infusum.*

\* INTERITUS, Multa, quæ domino competit ex homicidio, seu pro jurisdictione et cognitione ejusdem. Inquisit. ann. 1233. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom.: *Item dicit quod curia habet in Nursia pro medietate banna, folias,*

*salaria et omnem Interitum, quem habet ipsa communitas.* Vide in *Morth.*

**INTERLAQUEATUS**, Interpositus, interjectus, illigatus, ex Gallico *Entrelassé*. Monasticum Anglicanum tom. 3. pag. 310: *Unum vas argenteum ad aquam benedictam, cum opere levato de imaginibus, et Interlaqueato vineis, etc.* Adde pag. 315. 320. etc.

**INTERLARDARE**, Leviter transfigere: dicitur de ictu gladii interius non penetrante. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 324: *Barbitonsor relacionem suam fecit curiæ quod dictus Jacobus Interlardando fuerat percussus in spatula... Attento quod dictum vulnus non intraverat in profundum, sed solum in lardando transverat, et sic non erat vulnus mortiferum seu letale, etc.*

**INTERLARDATIO** DEMONIACA appellatur Paparum mansio Avenione per septuaginta circiter annos a Joan. Canon. Scotistarum eximio, in Panegyri. Symphor. Grignani Itali de Laudib. Ital. et Gall. part. 3. libror. Symph. Champerii. Hæc post. D. Falconet.

**INTERLATUS**, Epistola S. Bonifacii Mogunt. ad Cuthbertum Archiepisc. Cantii, præfixa Concilio Cloveshowski: *Dulcissimas literas vestras fraternam caritate Interlatas... suscepimus.* Ubi quidam legendum censent *Interlitas*. Sed *Interlata* videtur esse vox nostra Gallica *Entrelassée*.

**INTERLECTUS**, *Interfœdatus, varieque maculatus, per intervalla fuscatus.* Glossis Isid. Melius apud Papiam: *Interpolatus, interfœdatus, varieque maculatus, corruptus.*

**INTERLIDERE**, *Interpaulatim lædere,* Johanni de Janua; *Entreposement blecier,* in Glossis Lat. Gall. Sangerman. S. Paulinus in Poemate 10:

... gravem Interlidere dentem.

**INTERLIGALITER**, f. pro *Integraliter*, Illegitime. Charta ann. 1350. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 40. art. 12: *Quod per prædictas pactiones, privilegia et condiciones nullum præjudicium vel innovacio noxia (noxia) fiat, vel Interligaliter aliquantulum facta esse (dicantur);... quynimo in sua semper maneant firmitate, quatenus juri conveniunt, etc.*

**INTERLIGATIO**, Fœdus, conspiratio. Litteræ ann. 1386. apud Rymer. tom. 7. pag. 539: *Ac de illis qui tractatus, covinas vel Interligationes proditorias cum inimicis nostris... fecerunt, etc.* Vide *Liga*.

**INTERLIGNUM**, f. Vasculum ligneum. Vetus Catalogus ornamentorum S. Martialis Lemovic.: *Item x. Interligna minora, undecimum Interlignum crismatis.*

**INTERLIMITANEUS**, Medius, interjectus, in Vita S. Ettonis, tom. 3. Julii pag. 59.

**INTERLINEARE**, Inter lineas scribere. Pactum inter Jacobum Aragoniæ Regem Montisque Pessulani dominum et Berengarium Magalonæ Episcop. ann. 1278: *Et huic instrumento publico signum meum apposui et Interlineavi superius, Curie domini.*

\* Scilicet correctionis vel additionis causa. Stat. Montis-reg. pag. 38: *Nec in aliqua parte dicti voluminis aliquid propria auctoritate addere, vel minuire, radere, cancellare, abolere, Interlineare, lacerare... audeat.*

**INTERLINEARIS**, Inter lineas scriptus, ut sunt Glossæ Bibliæ Nicolai de Lyra et aliæ interpretationes, quas vocant *Interlineares*.

**INTERLINEATURA**, Additio vel correctio *interlinearis*. Processus de Vita S.

Yvonis tom. 4. SS. Maii pag. 561: *Propria manu scripti una cum Interlineaturis et rasuris factis in dictionibus septem.* Bullarium Carmelit. pag. 38: *Signo meo subsequenti signavi, et feci quandam Interlineaturam, quæ dicit Bedis, et aliam quæ dicit ordinis; et aliam quæ dicit Ordini; et aliam quæ dicit Circa.*

\* *Entrelineuse*, Eodem intellectu, in Lit. ann. 1397. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 152: *Et approuvons les rasures et Entrelineuses cy-dessus, etc.*

**INTERLINICIO**, f. Fascia in scutis gentilitiis. Meisterlini Hist. Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 53: *Castri et totius provinciæ dictæ Swabfeld, modo Swanfeld, arma erant clypeus albus in fundamento, habens tres Interliniciones rubeas.*

\* **INTERLITUS**, *La intercessione del verbo.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Interlatus*.

\* **INTERLOCUTORIA**, Vox forensis, Gall. *Interlocutoire*. Charta ann. 1209. ex Chartul. Campan. fol. 347. col. 2: *Revocevimus prædictam Interlocutoriam ad tempus, id est usque ad hanc præsentem diem Lunæ proximam post octavas SS. Apostolorum Petri et Pauli.* Codex Ms. ann. circ. 400. eccl. Carnot.: *Supplicatur ad capitulum et non appellatur; et capitulum Interlocutorias vel sententias examinat, et illas confirmat vel infirmat.* [\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Vorurtheil*, col. 1996.]

**INTERLUDIUM**, Fabula scenica, Anglis, *Interlude*. Vita Abbatis S. Albani: *Joculando et talia verba asserendo Interludia fuisse vanitatis.*

**INTERLUDUM**, Anastasius Bibl. in S. Cornelio PP.: *Quem jussu sibi præsentari cum Præfecto urbis in Interludo noctu ante templum Palladis.* Alii Codd. habent in *Tellude, Interlude*.

**INTERLUNUM**, μεσοσέληνον, in Gloss. Græc. Lat. ἀπόκρουσις σελήνης, in Lat. Gr. Gloss. Lat. MS. Reg.: *Interlunium, Intertitio lunæ.* Papias: *Interlunium, tempus illud Lunæ inter deficientem et nascentem, quando est 30. [seu trigesimus dies, quo non lucet, ut habet Isid. lib. 3. Orig. cap. 54.]* Charta Godæ Optimatis Edwardi Confessoris, in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 121: *Post Interlunium temporis prædicti, etc.* Vox Plinio lib. 16. cap. 39. nota. *Nox squalida et Interlunis,* apud Ammian. lib. 19.

\* **INTERMANSUS**, Vide *Intromansus*.

**INTERMEDIUM**, Velamen, quod intermedium est. Bulla Clem. VI. PP. de Elect. summi Pontif.: *Licet etiam eis (cardinalibus) ex decencia honestatis habere in clausura hujusmodi, cum in lectis quiescendi causa vel dormiendi esse voluerint, Intermedia seu velamina simplicium corthinarum. Entremi, Interjectum spatium, vulgo Entredeuæ, in Charta admort. ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272: *Une petite vie, la vie publique Entremi, etc.**

\* **INTERMENTUM**, Dicitur de flumine, cujus cursus ex frigore seu glacie interumpitur, ab Italico *Intermenture*, Rigere. Stat. Avellæ cap. 150. ex Cod. reg. 4624: *Nulla persona capiat... in aliquo alieno glareto... aliqua ligna vel lignamina ibi arrestata vel ducta ex impetu, vel inundatione seu dilutione, vel Intermento aut decursu Duricæ vel Mehecæ.*

**INTERMETIUM**, Spatium inter Circi metas, τὸ μεταξύ τῶν καμπτήρων, in Gloss. Lat. Gr.

\* **INTERMINABILIS**, Sine termino, Interminatus, infinitus, apud Tertull. lib. 2. adv. Marcionem cap. 3. S. Hieron.

Epist. 132. S. Aug. de Civit. Dei lib. 2. Epist. 7. et alios recentiores.

\* **INTERMINABILITER**, In perpetuum, semper, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Brit. col. 270.

† **INTERMINATIM**, Eadem notione, in Testamento S. Rudesindi ann. 978. Concil. Hisp. tom. 3. pag. 184. col. 2. in Vita Honorii III. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 568. col. 1.

\* **INTERMINARE**, [Idem ac *Interminari*. Plaut. Mil. 2. 3. 42. Quis homo Interminat?]

† **INTERMINATIO**, Minæ, comminatio. *Cum summa Interminatione edicimus,* apud Justinianum in Præfat. Digest. *Interminatio pœnæ,* in Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 368. et lib. 7. cap. 285. *Interminatio anathematis,* apud Madox Formul. Anglic. pag. 82.

† **INTERMINATIONES**, Fines agrorum termini. Charta ann. 984. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 333: *Et habet ipsas villas consortes, vel Interminationes Almes usque in termino de villa Auriolo.*

† **INTERMINA**, Eadem notione. Præceptum Ludovici Imp. pro Monasterio Montisoliivi ann. 815. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 409: *Cellula... quæ est constructa in honore S. Martini Confessoris, cum rebus, hominibus, et adjacentiis sive Interminis suis.* Baluzius, tom. 2. Capitul. col. 1408. præfert, sive terminis suis. [\* Vide in *Calasnus*.]

† **INTERMINUS**, *Sine termino existens; unde in hymno S. Trinitatis dicitur: In simplici substantia Virtus manens Intermina.* Papias vero dicit: *Intermina internumcia, Mediatrix inseparabili termino carens.* Jo. de Janua. Vocem *Interminus* usurpant Prudentius in Hymno Epiphaniæ et lib. 2. contra Symmachum, Avienus Perig. v. 74. Ausonius et alii recentiores.

**INTERMISSA**, Pancharta Nigra Turon. Ch. 97: *Cum mancipiis... terris etiam cultis et incultis, quasitis et adquirendis, Intermissis, vineis quoque et silvis, etc.* apud Beslium pag. 202.

**INTERMISSIO**, Interventus, Gall. *Entremise*. Synodus Beneventana ann. 1091. cap. 2: *Capellanos, qui contra statutum numerum in Ecclesia sine consensu sui Episcopi militaverint, et a Laicis decimas sine Intermissione Episcoporum obtinuerint, ... ab officio et beneficio interdiciamus.*

**INTERMITTERE**, Immiscere. Vetus Placitum sub Ludovico Imp. apud Vienne ann. 912. ex Tabulario Eccl. Gratianop. fol. 68: *Audiens autem prænominitus Dux et Marchio (Hugo) proclamationem ipsius Pontificis, tactus pietate, per jussionem Domini nostri Imperatoris, ac per consilium Episcoporum, et per judicium Comitum, Nobilium, ac ceterorum fidelium suorum, per vadum suum ipsam terram Deo sanctoque Apollinari reddidit: promittens nunquam se Intermissurum de ea, etc.*

† **INTERNECARE**, Penitus necare, apud Prudentium in Præfat. Apotheos. v. 49. et S. Orientium in Communitorio lib. 2. cap. de ebrietate. *Interneccatus vel Interneccus,* apud Plautum et Ciceronem. Jo. de Janua: *Interneccare, id est, Inter aliqua necare, vel interpolatim necare, vel interim dum aliquis est in itinere necare; unde*

† **INTERNECATIO**, *Mors quæ contingit alicui dum est in itinere.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Interneccacio, Mors.*

† **INTERNECIES**, *Mors, jactura.* Gloss. Isid. Idem lib. 5. Orig. cap. 26: *Internecciei judicium in eum dabatur, qui fal-*

sum testimonium fecerat, et ob id hominem occiderat. Accusatore eum possessio bonorum sequebatur. Interneciei autem significatio est, quasi hominis quædam necatio. Occurrit in Actis SS. Maii tom. 6. pag. 402.

INTERNECTARE, Occidere, Internectus, occisus, Glossæ vet. apud Vossium.

INTERNICIDA, in Gloss. Arabico-Lat. est quasi qui falsum testamentum facit, et ob id hominem occidit. Vide Jacob. Gothofr. ad leg. 14. Cod. Th. de Accusation. (9. 1.) [Isid. lib. 10. Orig. habet Internecida. Glossar. Latin. Gall. Sangerman.: Internecida, Meurtrier.]

† INTERNICIDIUM, More, occision, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Joh. de Janua: Internicium et Internicidium, Mors, occisio, quam internecida committit.

† INTERNICIUM, eid. Joh. de Janua, etiam dicitur Bellum in quo omnes perierunt nullo remanente: qua notione Tullius dixit Internecio. Papias: Internecio, quasi quædam hominis maxima necio, mors vel pœna. Internecium bellum, in quo omnes perierunt. Bellum Internecium habet Livius lib. 9. cap. 25. Internecium, vel ut alii legunt, Internecium testamentum, propter quod dominus ejus necatus est, apud Festum.

\* INTERNIGIO, Occisio. Charta ann. 1070. ex Chartul. Blandin. ch. 17: De Internecione etiam extraneorum debitum, quod plebeia lingua Lid dicitur, teneat.

\* INTERNECIALIS. [Vel Internecialis, letifer, mortale. Liv. 27. 28. Pestilentia magis in morbos longos, quam Interneciales evasit. Ita leg. Rhenanus ex vet. cod. Alii melius in pernecialis.]

\* INTERNEGIUM, Quod nec vivus sit, nec mortuus. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7841.

\*\* INTERNARE. Virgil. Grammat. pag. 97: Sapientia... sublimis vero, quæ ea quæ supra hominem sunt Internat ac pandit.

INTERNUPTE, Iterum nuptæ. Concilium Valentinum I. Gallicæ cap. 1: Sedit igitur neminem... de digamis, aut Internuptarum maritis, ordinari Clericum posse. S. Honoratus Massiliensis in Vita S. Hilarii Arelat.: Astruente Chelidonium Internuptam suo adhibuisse consortio, quod... Canonum prohibent statuta. Occurrit præterea in Concilio Turonico I. can. 4. Agathensi can. 1. et 48. Arelat. IV. can. 3. Aurelian. IV. can. 10. et in Actis pro causa Contumeliosi Episcopi sub Joanne II. PP. Renuptæ, in Concilio Epaon. cap. 2. et Aurel. III. can. 6. Internupta et duplicata matrimonia, in Concilio Arelat. II. can. 45. Duplicata matrimonia, in Arausicano I. can. 25. Duplicatio matrimonii, in Responsis Leonis I. PP. ad Rusticum Narbon. cap. 6.

\* INTERPAULATUS, Interruptus, non continuus, alternus. Stat. Univers. Tolos. ann. 1314. ex Cod. reg. 4222. fol. 45. vº: Non concedatur de cetero per aliqua intervalla dierum in septimana alicui bacallario vel scholari etiam doctori extraordinarie legenti, quod dimissis, vel etiam dimidiatis, vel Interpaulatis aliquibus diebus in septimana vel horis possit extraordinarie legere alicum librum nec aliquam lectionem, in horis ipsis doctoribus assignatis. Vide infra Interpolatus.

INTERPEDARE, Jornandes de Rebus Geticis, in Maximino: Tum Imperator equo adacto in cursum, calcariibus incitatum, multos orbes huc atque illuc usque ad suam fatigationem variis inflexibus Interpedavit. [Salmasius emendat Intripedavit; dicitur autem Intripedare de equis trepidariis vel tripedariis, qui sunt

succussatores, ut habet Carolus de Aquino in Lexico militari.]

\* INTERPEDIO. [Impedio. Macrob. 7. Saturn. 12. extr. Gustatum linguæ fervor Interpedit.]

INTERPEDITATUS. Consuetudines et Assisæ Forestæ: Licetum est Abbati de Burgo S. Petri venari et capere lepores, vulpes et mureleges, infra metas forestæ, et habere canes Interpeditos. Videtur, inquit Spelmannus, medium quiddam sonare inter expeditatos, et inexpeditatos. Vide supra in Expeditare.

\* INTERPELLARE, Deprecari, exorare. Charta inter Probat. Hist. Brist. tom. 1. col. 376: Alanus comes... Interpellatus a monachis dedit S. Salvatori qualoer totius abbatiz pro totum Britannicæ regnum diffuse. Alia notione, vide infra in Intradare.

\* INTERPELLATIM, Alternatim. Vita B. Cicci tom. 1. Aug. pag. 661. col. 1: Cicchus... heremiticam vitam duxit, morans ut plurimum extra Pensauri civitatem natiavam, Interpellatim in tribus locis solitariis et devotis. Vide Interpolate in Interpolare.

\* INTERPELLATIO, In jus vocatio. Lex Ripuar. cap. 30: De Interpellatione servorum. Quod si quis in iudicio pro servo Interpellatus fuerit, etc. Vide Interpellator.

† INTERPELLATOR, Qui alium interpellat in eo quod possidet, actor. Leges Ludovici Augusti apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 128. col. 1: Si vero Interpellator aut actore, aut testimonio, aut cartharum collatione convictus fuerit, et hoc quod voluerit efficere non potuerit, multam que in ipsa ingenuitatis charta continetur, cogatur exsolvere. Charta vetus de vinea Aldranni: Tali tenore interposita ut si aliquando Interpellatorem haberet hæc vinea, aut interpellantem quiescere faciat, aut si non potuerit ex alode suo in similiter valente vinea componat illi Presbytero alteram quartariam tam grandem, quam ipsa est, juste mensuratum.

INTERPEDIUM, Gloss. Gr. Lat.: Interpedium, παράλληλον. Idem videtur quod Interpretium.

\* INTERPETITIO, Actio in iure, qua quis per actorem intermedium rem quampiam repetit. Charta Boleslai ducis Oppol. ann. 1856. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 494: Abrenuntians pro se et filiis suis in totum proprietati, Interpetitioni seu repetitioni dicti lacus.

INTERPLACITARE. Vide Placitum.

† INTERPOLANTIA, Intermissio, cessatio. Vita S. Hugonis Aduensis, sæc. 5. Benedict. pag. 101: Hoc enim studebat facere diu noctuque... absque ulla Interpolantia.

† INTERPOLARE, apud Nonium, Immittere et interponere et novam formam e veteri fingere... et est tractum ab arte fullonia, qui poliando diligenter vetera quæque in novam speciem mutant. Pejorem in partem Johannes de Janua: Interpolare, Obscurare, inquinare, impedire, vel interrompere, corrumpere, variare, non continuare: ut in Hymno: Quod nulla nox Interpolet, Fideque jugi luceat. Unde notiones has omnes accesserit hic Glossographus, non inquiri: unum dumtaxat observo nostri instituti, scilicet Interpolationes, cum de veteribus scriptis agitur, dici adjectiones vel immutationes, quæ in transsumtis occurrunt vitio libroriorum, qui authentica non exciperunt iis quibus par erat fide et diligentia, sive id de industria fecerint,

sive non. Ad ejusmodi interpolationes in veteribus monumentis detegendas, quinque regulas statuit Ruinartius in Apologia missionis S. Mauri in Gallias. Prima, ut monumentum illud, quod pro antiquo proponitur, eam ætatem sapiat, quæ ei tribuitur, id est, ut stilus sit ejus ævi, quod exaratum dicitur; loquendi modi peculiare his temporibus adhiberi soliti occurrant, sicut et vocabula quædam, quæ tunc in usu erant, aliaque similia, quæ sibi ipsis optime cohæreant: quæ quidem indicia etsi seorsim considerata, non magni videantur esse momenti, cum tamen simul in uno opusculo conveniant, vix ac ne vix quidem inducunt in errorem. 2. Ut legitima ac certa habeantur testimonia, ejusmodi opus fuisse ab aliquo posterioris ævi interpolatore aut auctore recognitum, qui nonnihil in eo mutaverit. 3. Ut illæ vocum aut rerum mutationes, sive etiam additiones, quæ ab interpolatore factæ dicuntur, ei ætati conveniant, qua interpolatorem vixisse constat. 4. Ut eadem interpolationes aut commutationes tantæ non sint, aut non ita frequentes, ut discerni non possit, quid interpolatori, quidve primo auctori tribui possit. 5. denique, ut ea loca, quæ in eo opere interpolatoris vitio depravata dicuntur, non emendentur pro cuiusvis arbitrio, sed eo pacto, ut sic emendata toti operis contextui apprime conveniant, et cum veteribus aliis monumentis, quæ aliqua ratione ad illud revocari possunt, concordent.

† INTERPOLATE, Interrupte, non continue, alternatim. Chron. Mellic. pag. 344. col. 2: Si fieri potest ad unam mensam reficiant, et legatur aliquid coram ipsis, vel ipsi sibi Interpolate legant, ne fabulis vacent. Codex MS. S. Martialis Lemovic.: Habeant omnes Claustrales... pelliceam et tunicam, sequenti anno tunicam, et alio subsequenti pelliceam, et sic deinceps Interpolate.

† INTERPOLATIM, Ead. notione. Bulla Innocentii VI. PP. ann. 1359. in Bullario Carmel. pag. 108. col. 2: Qui... per unum annum continuum vel Interpolatim, in dicti prosecutione negotii fuerint commorati. Transactio ann. 1865. apud Ludewig. tom. 1. pag. 391: Plebanus et omnes sui deinceps successores singulis diebus Dominicis Missas in Dobrastrow celebrare tenebuntur, et Interpolatim feriis seatis, sic videlicet ut cum Missam feria sexta unius septimane legerint, sequenti septimana non legant.

\* INTERPOLATUS, INTERPOLLATUS, Interruptus, non continuus. Mirac. S. Rufini t. 6. Aug. pag. 820. col. 1: Erat in eadem civitate Assisii quædam adolescentula, nomine Berta, per longum tempus a dæmonio vexata; horis tamen Interpolatis, sed raro usum habens humanæ qualemcumque rationis. Charta Petri abb. S. Quint. Bellovac. ann. 1338. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 204: Nos et cumcanonici nostri conventum facientes per plures dies Interpollatos in capitulo nostro hora capituli, campana, ut moris est, pulsata, congregati, etc. Vide Interpaulatus.

\* INTERPOLUS, Variato, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

† 1. INTERPONERE, Intermittere, procrastinare. Sebastianus Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 368: Cum ei sacra Communio Interponebatur aut colloquium verbi Dei, attenuarentur vires ac spiritus depauperarentur, etc.

\* Entrerompere, eodem sensu, in Stat.



ann. 1344. tom. 2. Ordin. reg. Franc. pag. 223. art. 7: *Nous defendons étroitement que nuls des maîtres du parlement, soient président ou autre, ne empêchent, ne Entrerompent les besoignes ordinaires du parlement, pour leurs propres besoignes ou autres. Entrelassier, Intermissio, vulgo Interruption, in Gestis Caroli M. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 228. Ubi Eginhard. ibid. pag. 92. habet, Sine intermissione.*

\* 2. **INTERPONERE**, Recipere. Charta Phil. III. reg. Franc. ann. 1283. ex Chartul. eccl. Lingon. fol. 2. vº: *Nolumus quod eidem episcopo et ecclesie suæ fiat aliquod præjudicium imposterum, quin homagium hujusmodi fiat et fieri debeat in loco debito seu etiam consueto; nec eidem episcopo et ecclesie suæ, super eo quod cognitionem Interposuit super dicto feodo in dicto palatio nobis volentibus, cum ibidem alias jurisdictionis exercitium non haberet, fiat præjudicium, quantum ad cognitionem alibi super dicto feodo faciendum.*

**INTERPRÆMIUM**. Lex Saxonum cap. 2. § 1: *Qui nobilem occiderit, 840. sol. componat. Ruoda quod dicitur apud Saxones, 120. sol. et Interpræmium 120. sol. Ubi Lindenbrogus videtur existimare idem esse quod Interpretium, de quo mox.*

\* **INTERPRÆTENDERE**, Aggredi, usurpare, contra pactum vel jus aliquid agere; *Emprendre*, in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 314. et in Prol. ad Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 152. *Emprendre*, in Gest. Ludov. Pii cap. 1. ibid. tom. 6. pag. 130. Arest. parlam. Paris. ann. 1405. ex Cod. reg. 9852. 3. 3. fol. 125. rº: *Cognitionem de dictis causis secundi ressorti usurpando interprenderat et Interpretendebat.* Vide Interpretare.

† **INTERPRAISIA**, ut mox *Interprisæ*. Charta ann. 1319. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 183. col. 1: *Pro damnis illatis emendandis et Interpraisiis sedandis, et ad providendum scandalis et malis, quæ oriri possent inter dictos Dominos, etc.*

**INTERPRENDERE**, **INTERPRAISIA**, Idem quod *Intercipere*, *Interceptio*, de quibus supra, ex Gall. *Entreprendre*, *Entreprise*. Capitula Caroli C. tit. 28: *Ut audivimus aliquos Interpretendere.* Hincmarus Rem. Opusc. 13: *Unde puto, ut sicut in nomine Interpretium est, ita sit et in ambasciato.* [Charta ann. 1405. inter Probat. Histor. Lugdun. Menesterii pag. 128. col. 1: *Usurpando Interpretenderat ac Interpretendebat.* etc.]

**INTERPRISA**, *Interceptio*. Matth. Paris ann. 1242: *Ut treugas initas teneret, et Interprisas emendaret, si quæ per ipsum vel per suos factæ essent.*

† **INTERPRISIA**. Arrestum Parlam. ann. 1418. e Chartul. Latiniac. *Et si dicti Officarii... exspecta jurisdictionis aut Interprisias in præjudicium... fecerant, etc.* Rursum habetur in Arresto ann. 1394. apud Menester. in Probat. Hist. Lugdun. pag. 80. col. 1. et in Orat. coram summo Pontifice habita ann. circ. 1471. tom. 9. Spicil. pag. 338.

† **INTERPRINSIA**, Gall. alias *Entreprisæ*. Statuta Collegii Cenoman. ann. 1526. apud Lobinell. tom. 3. Probat. Histor. Paris. pag. 590. col. 1: *Per Episcoporum et Collatorum seu etiam Officiorum usurpationem et Interprinsiam.*

**INTERPRISIO**. Vetus Notitia Viennensis Ecclesie ann. 863: *Sicque ipse Sigebertus causam præsumptionis et iniquitatis ad præsens negare non valens, coram omnibus confessus est hujusmodi Inter-*

*prisionem et præsumptionem in omnibus esse veram, etc.* [Occurrit rursus apud Acher. tom. 12. Spicil. pag. 155.]

† **INTERPRESSIO**. Charta Theobaldi Comitis Blesensis ann. 1213. ex Schedis D. Lancelot: *De aliis Interpressionibus districte prohibeo, etc.*

**INTERPRESSURA**, Eadem notione. Charta Erardi de Brenna anno 1217. in Tabulario Campan.: *Si vero, quod absit, aliquid interceptum esset infra prædictum terminum, ... Interpressuras infra 15. dies, postquam inde essent submoniti, facerent emendari.* Statuta de Talemellariis Parisiorum MSS.: *Le Roy a donné à son Maistre Pannetier la Maistrise des Talemelliers, ... et les amendes des Talemelliers... si comme des Entrepressures de leurs mestier, et de bature son sang, etc.* Vide *Intercipere*.

† **INTERPRESSURA**, in Chartulario Campan. laudato a D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 346. et apud Rymer. tom. 1. pag. 852. col. 1 et 2.

**INTERPRES**, *Intercessor*. Vetus Notitia Judicati ann. 954. apud Ughellum tom. 5. pag. 1501: *Ille audiens talem contentionem, fecit nobis dare quadram et quindennitatem, Interpres ponere Andream venerabilem Episcopum... ut usque in diem tertium haberemus inducias pensandi inter nos, etc.* Infra: *Miseria moti estis super nos per Rogationes Domini Andree Episcopi, etc.* Ubi videtur leg. atque indemnitate.

**INTERPRES NUPTIARUM**, *Internuntius*, in leg. 1. Cod. Th. de Nupt. (3, 7.) *προεβέρτης.*

† **INTERPRESSIO**, etc. Vide *Interpretare*.

\* **INTERPRETATIO**, *Judicium*, nostris alias *Interpretatione*. Arest. ann. 1376. ex Cod. reg. 8312. 5. fol. 53. rº: *Magistris (tannatorum) concesseramus quatenus visitationem, cognitionem et Interpretationem fouagii coriorum tannatorum, etc.* Quæ ita Gallice redduntur in alio Arest. ann. 1370. ibid. fol. 65. vº: *Octroyons que les quatre maistres... ayent... la visitation, congnoissance et Interpretation du fouage desdir cuirs tannez, etc.* Vide mox *Interpretaria*.

\* **INTERPRETATIVUS**, *Suspectus*, Gall. *Suspect*. Stat. synod. Guil. Duprat episc. Clarom. ann. 1537: *Ad sacros ordines non se ingerant mente capti, veri vel Interpretativi.*

**INTERPRETIUM**, *Quod de pretio rei restat*, Galli dicunt, *le surplus du prix*. Gloss. Lat. Gall.: *Interpretium, παραλληλον*. Ita *Interpretio* et *Interpendio*, contrarium *Intertrimentum*, id nempe quod de pretio et pondere detrahitur. Senator lib. 2. Ep. 26: *Ut frumenta, quæ per supradictos negotiatores in publico comparantur, non iterum ab eisdem Interpretii nomine solidorum quantitas exigatur.* Ammianus lib. 28: *Verum quoniam denis modis singulis solidis indigentibus venundatis, emerat ipse tricenos, Interpretii compendium ad Principis ærarium misti.* Charta Artemii Episc. Tarracon. in Concilio Cæsaraugust. II.: *Decrevimus, ut... exigere debeatis, hoc est, siliquas octo... et pro inevitabilibus damnis, vel Interpretia specierum, siliquas quatuor, etc.* Adde leg. 1. Cod. Theod. de Suariis (14, 4.) etc. quæ est ex Novella 27. Valentiniani et Marcianj. Vide Cujac. lib. 16. Observ. cap. 4. Lindenbrogus et Valesium ad Ammianum.

\* **INTERPRETRIX**, *Judex*. Epist. 35. Nicolai I. PP. ann. 867. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 425: *Cujus vestri negotii (sedes Apostolica) executrix et*

*Interpretrix effecta est.* Vide supra *Interpretatio*.

† **INTERPRINSIA**, etc. Vide *Interpretare*.

\* **INTERPRISIA**, *Facultas a principe subdito data, qui injuria affectum se vel spoliatum ab alterius principis subdito queritur, de qua jus vel rectum ei denegatur, ejusdem principis subditos eorumque bona Interpretendi seu aggrediendi et occupandi, idem quod *Marcha* et *Represalie*.* Invent. Chart. reg. ann. 1432. fol. 46. vº: *Dux litteræ simul ligatæ, per quarum primam Philippus comes Flandriæ vult, consentit et declarat quod certa litteræ provisionales et Interpretis per eum et ejus consilium concessæ in præjudicium episcopi Tornacensis, ... sint nullæ et cassæ.* Vide alia notione in *Interpretendere*.

\* **INTERPUGNA**, *Conflictus*, Gall. *Choc, rencontre*. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 67. pag. 195: *De mutuis vero Interpugnis, alternis insultibus, frequenti strage... plura interserere prætermittitur.*

1. **INTERRARE**, *Humo mandare*, Gall. *Enterre*. Leges Edwardi Confess. cap. 36: *Interrent eum ut Christianum.* [Rursum habetur, in Testamento Richardi II. apud Rymer. tom. 8. pag. 76.]

**INTERRAGIUM**, *Inhumatio*; occurrit in Statutis Synodalibus Odonis Episc. Paris. [et in Charta ann. 1237. e Chartulario Meldensi.]

† **INTERRAGIUM**, *Quod pro inhumatione datur Sacerdoti.* Statuta Eccles. Meldensis ann. circiter 1346. inter Instrum. Hist. ejusd. Eccl. tom. 2. pag. 484: *Prohibetur districte, ne pro Interragio corpus sepeliri differatur, et post sepulturam, si quid datum fuerit in elemosyna, recipiatur. Pro et post sepulturam, melius legitur, Sed post sepulturam, in similibus Statutis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 161. et 472.*

† **INTERRAMENTUM**, *Humatio, sepultura*, Gall. *Enterrement*, in veteribus Missalibus Cluniac. non semel, ubi de Missis defunctorum.

\* *Enterrage*, in Testam. Caroli comit. Engolism. ann. 1495. *Enterraige*, in Lit. remiss. ann. 1442. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 161: *Icellu curé vult faire payer pour l'Enterraige et sepulture du corps d'une des nieces du suppliant, qui n'a voit que unze ans, autant comme d'un grant corps.* Vide *Terragium* 4.

† **INTERRATUS**, *Sepultus, humatus*, in Actis SS. April. tom. 2. pag. 701.

\* 2. **INTERRARE**, *Humo mandare seu fossa immergere, capitalis poena, qua femine damnabantur.* Vide supra *Fossa* 1. et *Infoditus*. Charta capit. Trec. ann. 1212. in Chartul. Campan. fol. 421. vº. col. 2: *Cum inter nos ex una parte et karissimam dominam nostram Blancham Campanie comitissam illustrem ex altera, discordia esset de quibusdam hominibus suspensis et de quadam femina Interrata, qui capti fuerant in burgo nostro S. Dionysii, quos videlicet servientes nostri suspenderant apud Vachariam in nostra justitia extra civitatem Trecesensem, et feminam Interraverant, etc.* [2º Vide *Haltaus*. Glossar. German. voce *Lebendig Begraben*, col. 117. Grimm. Antiq. Juris German. p. 694. infra *Sepeliri subtu mortuum*.]

\* Aliud vero sonat vox Gallica *s'Enterterre*, *Ad terram scilicet se se dejicere, prosternere*, vulgo *s'Atterre*, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 391: *Lequel Bourgeois happa*

icellui moine aux mains et se Entreter-  
rerent à terre.

**INTERRASILIS**, Cælatus, incisus. Pa-  
pias: *Interrasilis, anaglypha, sculpta.*  
[MS. Bituric.: *Interrasilis, anaglypha,*  
*sculptura.*] Idem: *Lubrum, Rasile lignum.*  
Will. Brito in Vocabul.: *Interrasile* di-  
citur *interpolatum, celatura, et plana.*  
*Planum enim inter celaturas quasi rasum*  
*videtur. Rasile lignum* dixit Prudentius  
in Psychomach. pro jaculo seu missili:  
et lib. περὶ σφε. *Rasiles scopulos*, idola  
Paganorum vocat. *Rasilis ars*, apud  
Honorium Augustod. in Gemma animæ  
lib. 1. cap. 220. Gloss. Gr. Lat.: Εἴςτρον,  
*Rasile*. *Rasile* igitur opponitur *Interra-*  
*sile*, quod subinde cælatura et *plano*  
*variatur*, ac distinguitur. Alexander:

Quod nunc sculpturis, quod nunc planitia variatur,  
Hoc et non aliud opus Interrasile dicas.

*Corona Interrasilis*, Exodi cap. 25. Ano-  
nymus de Gestis Constantinii M.: *Lami-*  
*nam auream jussit Interrasilem fieri.*  
Fortunatus lib. 1. Poem. 13:

Hic sculpta camera decus Interrasile pendet.

Anastasius Bibl. in Leone III. pag. 131:  
*Idem Præsul fecit... crucem anagly-*  
*pham Interrasilem ex argento purissimo.*  
In Gregorio IV.: *Gabathas Interrasiles*  
*de argento duodecim angelorum opere*  
*constructas.* Adde p. 165. a. 176. d. 179.  
d. et 204. a. Ex his emendare licet eum-  
dem Anastasium, ubi pro *Interrasiles*,  
habet *Interrasiles*, pag. 184. ut et Epis-  
tolam Patriarchæ Hierosol. ad Ignatium  
Patr. CP.: *Simul autem et sacrum vas*  
*cimeliorum S. Resurrectionis, craterem*  
*argenteum cum imaginibus Intersatitem*  
*transmissi.* Vide Exod. cap. 25. v. 25. 3.  
Reg. 7. 28. Salmasius de Modo usura-  
rum pag. 461. *Interrasile* esse scribit,  
quod Græci διαρπυρον vocant, quod sic  
cælatum est, ut traluceat, et visum  
transmittat. Auctor Incertus apud eum-  
dem, de Theoderico: *Laminam auream*  
*jussit Interrasilem fieri, quatuor litteras*  
*Regis habentem: unde et si subscribere*  
*voluisset, posita lamina super Chartam*  
*per id subscriptio ejus tantum videretur.*  
[Hæc vox metaphoricè sumitur in Eclip-  
ticus, quod vide in Eclipsare.]

**INTERRASUS**, Eadem notione. Statius  
lib. 7. Thebaid. pag. 344:

.... Et fibula Rasilis auro  
Tenariam fulva mordebat jaspide pallam.

Ubi Lactantius: *Ad luxuriam retulit*  
*pulcritudinem fibulae. Erat enim forami-*  
*nibus multis exornata... quas vulgo In-*  
*terrasas appellant.* Paulinus Natali 9.  
de ovibus Laban pag. 605:

Ut de Interrasa variatis cortice virgis  
Infinita gregis sancti fœtura probetur.

**INTERRASOR**, Ejusmodi operum arti-  
fex, cælator. Gloss. S. Benedicti: *Inter-*  
*rasor, διαρπυρής.* Diversi vero *Interraso-*  
*res* a Tornatoribus.

† **INTERRATUS**, Terra munitus, ut  
videtur. Radulphus de Gestis Friderici  
I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 1196:  
*Quod castrum fortissimum erat... cum*  
*altissimo muro merlato juxta terragium,*  
*et cum alio muro intus, qui duo muri*  
*Interrati erant a medio usque ad sum-*  
*munum.* Vide *Interrare*.

† **INTERREGNUM**, Illud temporis spa-  
tium, quod inter Regis defuncti mortem  
intercedit et successoris electionem seu  
consecrationem, Gall. *Interregne*. Ful-  
cinius de Gestis Abbatum Lobensium  
cap. 15: *Igitur Hludovico quarto regni*  
*sui anno defuncto, Francis in diversa*

*tendentibus, facto Interregno per XVIII.*  
*annos, Conrado, Rodulpho, Odone et*  
*Roberto in Occidente regnantibus; cum*  
*Arnulfo Rex Noricorum, Australis Fran-*  
*ciæ Rex adscisceretur. Interregnum* hic  
vocat Fulcinius totum illud spatium  
quod fluxit a morte Ludovici III. ad  
inaugurationem Caroli Simplicis, vel  
quia non existimabat legitimos Reges,  
qui toto hoc intervallo regnaverant, vel  
quia tunc temporis regnum fuerat in  
plures partes divisum. Regnum enim  
sic divisum, *Interregnum* appellare  
potuit, quemadmodum alii, Sirmondo  
teste in Glossario ad calcem Supple-  
menti Concil. Gall. *Interregna* vocant  
Res in diversis regnis sitas, cum olim  
regnum Francorum inter successores  
æqualiter Reges dividebatur in diversas  
sortes et regna: qua notione videtur  
intelligenda vox *Interregna* in priori  
saltem loco, quem Cangius profert ex  
Bertichramni Testamento. Sed penes  
attentum Lectorem esto iudicium.

\* Notatu prorsus dignæ videntur  
Litteræ remissionis ann. 1422. mens.  
Oct. ex Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 171.  
concessæ nomine *Cancellarii aliorumque*  
*Franciæ Consiliariorum*, rege nequa-  
quam appellato, quasi defuncto Carolo  
VI. rex legitimus non successisset. Id  
quippe haud æquo animo ferre debue-  
runt, sive Carolus VII. ad quem perti-  
nebat procul dubio, mortuo patre, regni  
regimen; sive rex Angliæ, qui tunc  
regem Francorum, se se inscribebat.

**INTERREGNUM**, Concilium Parisiense  
III. can. 1. et Turonense II. can. 25. de  
pervasoribus rerum Ecclesiasticarum:  
*Neque quisquam per Interregna res Dei*  
*nitatur defendere: quia Dei potentia*  
*cunctorum regnorum terminos singulari*  
*dominatione concludit.* Edictum Chlotar-  
rii II. Regis in Synodo Parisiensis V.:  
*Ea quæ unus de fidelibus ac leodibus,*  
*suam fidem servando domino legitimo,*  
*Interregno faciente, visus est perdidisse,*  
*generaliter absque aliquo incommodo de*  
*rebus sibi juste debitis præcipimus reves-*  
*tiri.* Pactum inter Guntrannum et Chil-  
debertum Reges, apud Gregorium Tu-  
ron. lib. 9. Hist. cap. 20: *Et si aliquid*  
*cuicunque per Interregna sine culpa su-*  
*blatum est, audientia habita restauretur.*  
Testamentum Bertichramni Episc. Ce-  
noman.: *Simili modo villa Briomilia, quæ*  
*ex successione parentum nobis juste debita*  
*erat, et per Interregna longo tempore*  
*nobis ablata fuit, et postea cum Deus*  
*Domno Chlotario regnum suum in inte-*  
*regnum dedit, etc. Infra: Villa vero Blac-*  
*ciaco licet a parentibus meis longo tem-*  
*pore fuit possessa, et per Interregna vel*  
*adulescentiæ meæ genitricis fuit de jure*  
*suo ablata, etc. Id est, interventu Reg-*  
*um, per auctoritatem Regiam, ut est in*  
Concilio Remensi can. 8. apud Flodoar-  
dum lib. 2. Histor. Remensis cap. 5. et  
lib. 6. Capit. Caroli Magni cap. 106.

**INTERREX**, Gubernator Regni. Hector  
Boetius lib. 2. Hist. Scotor. pag. 27:  
*Ubi Interrex (hæc ætas Gubernatorum*  
*vocat) cunctis applaudentibus est decla-*  
*ratus.* [\* Alia notione occurrit in Glos-  
sar. Lat. Ital. MS.: *Interrex, Lo re desig-*  
*gnato.*]

\* **INTERREYRANTUM**, an Distributio,  
partitio, quæ inter ejusdem feudi domi-  
nos communes fit? Terrear. villæ de  
Busseul ex Cod. reg. 6017. fol. 14. r.: *Quod*  
*quidem Interreyrantum supradictum fac-*  
*tum per dictum Astorgium Bonaffons,*  
*Johannes feudi conjunctus et pro indiviso*  
*cum dicto Astorgio hodie voluit, laudavit,*  
*approbavit et rattificavit.*

† **INTERRIVATIO FLUMINIS**, Derivatio.  
Barthii Glossar. ex Saxone Grammatico  
de provincialium Danicarum situ: *A cu-*  
*jus complexu, fluminis Eidori Interriva-*  
*tione discreta, cum aliquanto longitudinis*  
*excremento... in Norici freti littus excu-*  
*rit.*

**INTERRIVATUS**, Rivis distinctus. Dudo  
Decan. S. Quintini de Actis Norm. lib.  
1. pag. 62: *Europa quamplurimis flumi-*  
*num alveis Interrivata.*

\* **INTERROGAMENTUM**, [Idem ac in-  
terrogatio. Gloss. Philox.]

**INTERROGARE**, Commeatum et licen-  
tiam petere. Regula S. Pachomii cap.  
11: *Quando in collecta orant fratres,*  
*nemo ingrediatur absque jussione Majorum,*  
*nisi Interrogaverit, concessumque ei*  
*fuerit exire, etc.* Pœnitentiale S. Colum-  
bani: *Si... extra septem Monasterii sine*  
*Interrogatione exierit.* Idem Columbanus  
cap. 8: *Qui visitaverit alios fratres in*  
*cellulis eorum sine Interrogatione, simili*  
*modo pœniteat.* Idem de Penitentiarum  
mensura cap. 9: *Qui aliquid facit sine*  
*Interrogatione, etc.*

1. **INTERROGATIO**. Tabularium Mo-  
nast. S. Michaelis Ulterioris portus ann.  
1201: *Dedi campum liberum et quietum*  
*ab omni Interrogatione, relevamento, tail-*  
*lia, motura et auxilio.* [Chartular. Geme-  
tic. tom. 1. pag. 276: *Donat Robertus Co-*  
*mes de Auduas domos secus mare in*  
*portu qui vocatur Ultris-portensis cum*  
*eadem consuetudine, quam habet Spen-*  
*niet in eodem portu, cum duabus piscariis*  
*navibus et pari piscium emptione, sopita*  
*telonei Interrogatione, i. petitione vel*  
*exactione.]*

\* [« Tandem vero nostre miserationi  
supplicantes, ut se suosque posteris qui  
in territorio Roseii permanerent a tail-  
liis, Interrogationibus, relictis et quibusdam  
corveis... redderemus absolutos. (Cart.  
N. D. Paris. I. 389, an. 1157).»]

2. **INTERROGATIO Plebis in electione**  
**Episcopi.** Vide Glossar. med. Græcic.  
voce Ἰερωα, col. 1162. et supra Abbas,  
pag. 9. col. 3.

\* **INTERROGATORIUM**, Quæstio, Gall.  
*Interrogatoire.* Bulla Urbani V. PP. ex  
Tabul. S. Albini Andegav.: *Mandamus*  
*quatinus vos... de vita et meritis dicti*  
*Caroli (ducis Britanniæ) ac ejus mira-*  
*culis et cæteris circumstantiis juxta Inter-*  
*rogatoria, quæ vobis sub bulla nostra*  
*transmiltimus interclusa, veritatem dili-*  
*gentius inquiretis.* Charta senesc. Bigor.  
ann. 1391. in Reg. 142. Chartoph. reg.  
ch. 80: *Aprisia super commodo et incom-*  
*modo regis fuit facta, tam super dicta*  
*supplicatione, quam suis Interrogatoriis*  
*per dictum procuratorem regium traditis*  
*super hoc.*

\* **INTERRUPTOR**, [Qui interrumpit.  
Gloss. Philox.]

\* **INTERSCALARE**, Eschellon. *Intersca-*  
*lare, Eschelonner.* in Glossar. Gall. Lat.  
ex Cod. reg. 7684: *Interscalaris dicitur*  
*interpositus (sic) sicut gradus interponi-*  
*tur in scala, in Vocabul. bibl. ex Bibl.*  
*reg.*

† **INTERSAPULIS**. Vide *Interrasilis*.

**INTERSCAPULIUM**, Papiæ spatium inter  
scapulas. Rectius Glossæ Gr. Lat.: Μετά-  
σπερον, *Interscapulum.* [\* *Interscapulæ*  
*partes*, apud Cœl. Aurel. de Tard. lib. 1.  
cap. 4.]

† **INTERSCISSIO**. Vide *Incisio* 4.

† **INTERSELLARE**. Vide *Indorsare*.

\* **INTERSCICUM**, INTERSCICUS, Gall.  
*Entresec*. Dicitur de arbore quæ exares-  
cit, deperit, vulgo *Qui est sur le retour.*  
Charta ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph.  
reg. ch. 26: *Quinquaginta quadrigatas...*

bosci arborum Intersiccarum, seu Entreses, et mortuarum. Alia ann. 1317. in Reg. 58. fol. 2. vº : Dominus rex concessit dom. Roberto de Dannemois militi tres quadrigatas bosci Intersicci. Et fol. 3. rº : Concessit dom. rex Petro dicto Maillart... usagium... ad Intersicca forestæ de Nibella. Alia ann. 1319. in Reg. 59. ch. 133 : De tribus quadrigatis lignorum capiendis in qualibet septimana de lignis appellatis Entresecs. Alia ann. 1322. in Reg. 61. ch. 283 : Deus chartæ de bois au bois mort ou Entresec, pour ardoir et édifier. Denique alia ann. 1346. in Reg. 82. ch. 54 : Donnons et octroions... quarente charrettes de bois à prendre par chascun an à touzjours mes en la forest de Biere aus Entressés et essoumetes.

1. **INTERSICUS**, Charta Gerberti Archiep. Capuani ann. 979. apud Michaellem Mon. in Sanctuario Capuano : Secunda petia ibi propinquo, unum latu terra nominatæ S. Mariæ, et ipso ribo, et aliis latu terra Benerusi cum Intersicu nostro, ... unum latu terræ Andræ cum ipso Intersicu nostro, ... ipse Intersicus noster unum latu via publica, etc. [2. f. Fossa ; nisi legendum sit Intersitus, id est, ager interpositus.]

2. **INTERSICUS**, ut supra Intersiccus. Charta ann. 1317. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 535. vº : Item concessit (Phil. rex) religiosus viris priori et conventui monasterii de Flantano, ordinis S. Augustini, usagium ad boscum mortuum et siccum, stando et jacendo, et ad viridem jacendo tantum, et ad Intersiccum stando in foresta de Logio. Alia ejusd. ann. ibid. fol. 536. rº : Item concessit Johanni Bardilli... usagium nemorum Intersicorum pro domo sua.

**INTERSIGNIA**, Arma, Armoiries. Guill. de Podio-Laurentii cap. 1 : Erant in eodem castro centum hospitia militum, equos cum Intersignibus, et arma habentium. [Carolus de Aquino interpretatur Symbolum, notam vel tesseram militarem, seu ornamentum in vestitu.]

1. **INTERSIGNIUM**, Signum, insigne, Gall. Enseigne. Tabul. Episc. Carnot. : Dominus Johannes Barreau, miles, nunc gubernator baillivæ Aurelianensis, fecit homagium ratione domus suæ Carnotensis ad Intersignium Cigni.

2. **INTERSIGNIUM**, Signum destinatum, Gall. But. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 446 : Dicti juvenes concordarunt, quod duo ex ipsis cum aliis duobus, secundum sortem partituræ quam facerent, causa spaciandi sagittare sive lancearent de suis sagittis, visuri sic ludendo, quæ partitura eorumdem sagittaret sive lancearet magis prope Intersignium.

3. **INTERSIGNIUM**, Limes, meta, terminus, Gall. Borne. Sent. offic. Morin. ann. 1428. in Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 275 : Item quod amovistis et extraxistis quoddam Intersignium, Gallice Bonne, positum inter pratium vestrum et aliud pratium.

1. **INTERSIGNIUM**, Indicium, Occitanis, Entreseignes. Ugutio : Intersignum, vel Intersignium, quod est inter aliquid, sicut quis solet mitti de uno loco in alium causa notitiæ. Henricus Rebdorf. ann. 1347 : Et quia similis in facie et in moribus Waldemaro erat, et multa Intersigna de actibus Waldemari hominibus ad memoriam revocavit, etc. Alanus de Insulis in Anticlaudio lib. 4. pag. 61 :

Naturæ Triton dans Intersigne favoris.

Utitur Sueno in Hist. Danica cap. 2. et 10. [Limborch. in Sentent. Inquis. To-

los. pag. 103 : Tradidit dictum doberium cuidam homini qui venit ad ipsum ex parte dicti hæretici cum Intersigno, quod sibi dixerat hæreticus in recessu. Adde Acta SS. April. pag. 731. et Miracula B. Edmundi Archiep. Cantuar. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1890. ubi eadem notione legitur Intersignum :] quæ vox etiam accipitur pro quavis nota. Vide Sueonem locis jam laudatis, [2. et Heltaus. Glossar. German. col. 2005. voce Urkunde.]

\* Nostri alias Entresain. Le Roman de Robert le Diable MS. :

Se li fisent viesir l'aubiere,  
Dont li Entressain et li miere  
Des mailles en la char li perent.

2. **INTERSIGNUM**, Signum militare, Gall. Enseigne. Libertates hominum S. Georgii de Esperanchia ann. 1291. concessæ per Comitem Sabaudia, tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 29 : Si nos exercitum vel cavalcata fecerimus... debemus habere Intersignum, et dictum Intersignum facere portari alicui non invite cum expensis nostris, non ad expensas villæ.

3. **INTERSIGNUM**, Clamor militaris, Cry d'armes. Gesta Consulum Andegav. cap. 13. n. 5 : Exclamavit unusquisque Intersignum suum. Vide Cognitiones. Enseignes, Scriptoribus nostris, quod qui vexilla deferebant in præliis, primi bellicum clamorem efferrent, ut pluribus docuimus in Dissert. 11. ad Joinvillam, ex variis Poetis nostratibus, quibus hæc addo ex alio :

Les tropes, les labours, li cor con i sonna ;  
Et les vois des Enseignes que l'on y escria,  
Gietent cris si orribles, c'est vis ceux qui sont là,  
Que li pnis et li vaux trestous en resonna.

Le Roman de Rou :

Si come poignent criant vont  
Ilels Enseignes comme ils ont,  
Cil de France crie Monjoye  
Cen leur est bel que l'en les oye.  
Guillaume crie, Deu aye,  
C'est l'Enseigne de Normandie, etc.

Alibi :

Normans escrient, Dex aye,  
L'Enseigne au Duc de Normandie,  
Et Breton, Mallou, Mallou, crient,  
Entour le Conte Alain s'allient.

4. **INTERSIGNUM**, In jus vocatio, Gall. Assignation. Notitia concilii Pictav. sub Isemberto I. Episc. : In totam autem terram superscriptam nullus Vicarius, nec ullus Præpositus nullum Intersignum mittat ; et si quis miserit, nullus hominum horum ad ipsum pergat, sed ante Monachum (S. Maxentii) iudicium fiat.

**INTERSTALARE**, Inter se pugnam conserere. Joh. Iperius in Chronico S. Bertini ad ann. 1214. apud Marten. tom. 8. Anecd. col. 697 : Rex ordinato exercitu, densatis turmis, strictisque lanceis in Imperatorem acer invehitur, et aciebus Interstalantibus utrimque durissimæ pugna, sed non longa inseritur ; nam statim Imperator terga dedit, et invictissimo Regi victoria cessit. Agitur de celebri victoria Bovinensi.

**INTERSTANTIA**, Distantia, Thwrocio pag. 14.

**INTERSTARE**, dicebantur in Choro Monachi, cum ad officium divinum alterni sedebant et alterni stabant, hoc scilicet ordine, ut inter duos stantes unus sederet, et vicissim. S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. I. cap. 33 : Qui tamen hoc habent relevamen, quoties opus habuerint, Conversos in vicino positos pro se ad Interstandum vel alios in promptu habere, et ipsi super sedilia, si quæ ibi

vacua viderint, denuo possunt quiescere ; sunt namque in eodem choro et aliæ sedes, in quibus infirmiores pro deviantia Standi vicissitudine jugiter sedent.

**INTERSTELLATUS**, Stellis conspersus, ornatus, in Chron. Casin. apud Murator. tom. 2. pag. 363.

\* Sed et nude pro Interstinctus, ut apud Andr. Floriac. MS. in vita S. Gauzli. archiep. Bitur. lib. 1 : Crucem auream lapidibus pretiosi generis Interstellatam... dereliquit.

\* **INTERSTES**, [Interjectus, interpositus, medius : ab inter, et sto. Tertull. 4. advers. Marcion. 33. ad fin. Desterunt vetera, et coperunt nova, Interstite Joanne.]

**INTERSTITIATUS**, Veteres Schedæ Ecclesiæ Bisuntinæ, apud Chiffletium in Dissert. de Conversione Constantini M. cap. 1 : Cumque ab astantibus didicisset, ibi aliquos adesse, Interstitiata adbreui de Christianis ratione, quasi sub obtentu mirandæ civitatis situm videndi, pervenit, ubi locorum manebant Christiani. [i. e. audita fortuito et leviter de Christianis ratione.]

\* **INTERTALARE**, [Intersecare. Non. 4. 473.]

**INTERTENEMENTUM**, Sumtus, a Gallico Entretienement, quod maxime dicitur de sumtibus ad victum et cultum. Locum vide in Altagium.

1. **INTERTENERE**, Gall. Entretienir, Alere, fovere, sartum tectum conservare. Obituarium Eccl. Morin. fol. 35. vº : Dedit lampadem subtus organis ante fontes... et ut Interteneatur ad laudem Dei et honorem sacramentorum sommarum 24. librarum. Acta SS. April. pag. 417. de S. Thuribio Episc. : Censuit solvi ad luminaria Interteneda seu fovenda certas libras cere et olei. Conclusiones Capituli Meld. ann. 1542 : Ad onus observandi et Intertenedi in eadem leprosarum eam hospitalitatem. Alere et Interteneri, in Litteris ann. 1518. apud Ruymerum tom. 13. pag. 646 : Pro bono Interteneudæ et augmentationis mercandisæ, in Litteris ann. 1480. apud eumd. tom. 11. pag. 497. Cultum divinum Interteneri seu augere, in Statutis Eccl. Pictav. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1074. Edificia, domos Interteneri, in Regesto Parlam. ann. 1450. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 400. et in Charta ann. 1480. apud Miræum tom. 2. pag. 1346. col. 2 : Interteneri se-ras et claves ac vitrinas camerarum, utensilia coquinæ, in Charta ann. 1526. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 588. Bulla Alexandri IV. PP. ex Archivo Sangerman. : Prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel Interteneri, seu violentiam audeat exercere. i. manum alicui injicere.

**INTERTENERE**, Sartia lecta tueri. Chron. Bonæspei pag. 441 : An. 1501. redemit idem Abbas omnem obligationem reparandi et Intertinendi turrin, chorum et navim predictæ Ecclesiæ. Similia occurrunt ibid. pag. 462.

\* **INTERTINERE**, Sumptus necessarios ad victum cultumve suppeditare. Testam. ann. 1503. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xlv. : Guillelmus de Prato-comitali canonicus ecclesiæ collegiæ sanctæ Crucis Montilii Adhemari... relinquit Rolando ejus donato 150. florenos, ... quos sibi solvi vult... tociens quociens dicitur Rolandus ad etatem 25. annorum de-venerit ; ... et quod... suus hæres ipsum Rolandum Intertineat in scolis... usque

ad ætatem prædictam. Vide in *Intertenera* 1. Hinc

\***INTERTINENTIA**, Gall. *Entretien*, alias *Entretien*. Charta ann. 1470. in Suppl. ad Miræum pag. 627. col. 1: *Pro nova infirmaria in eadem curti extruenda, ac sustentatione et Intertinentia begginarum infirmarum, etc.* Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1510. fol. 69. vº: *A esté ordonné que Colau Bertould, palfrenier de l'église, prendra ung josne filz honeste et propice pour le aidier à abiller les chevaulx, et le entretiendra à ses despens; pour laquelle Entretienance, ses gaiges, qui montent à x l. par an, seront augmentés de iij. l.* Vide *Intertenementum*.

† **INTERVENTIO**, Conservatio, in Litteris anni 1584. apud Rymer. tom. 14. pag. 588. col. 2.

\* **2. INTERTENERE SE**, Collectari, inter se complecti, Gall. *s'Entretenir*. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 37: *Ipsi Johannes et Colinus se ad invicem aggressi fuerunt et Intertenerunt in tantum, quod dictus Johannes de cuspidate cujusdam cutelli sui punctim percussit dictum Colinum et vulneravit.*

**INTERTIARE**, est sequestrare, in manum tertiam ponere, vel mittere. Gloss. Saxon. Cottonianum gebor-festan, *Intertiare*. Proprie autem dicitur res *intertiarum*, cum furto sublata, et alteri vendita a domino repetitur ab eo, penes quem deprehenditur. Quippe donec possessor auctorem suum advocaret, ac laudaret, in manum tertiam mittebatur, seu sequestro dabatur: tum vero de re *intertiarum* controversia erat, quam is, qui repetebat, *intertiare* dicebatur super possessorem, cuius partes erant venditorem proferre, atque ille alium, donec ad ipsum furti reum deveniret. Hanc *intertiarum* rationem omnino prodit Lex Salica tit. 48: *Si quis, qui Lege Salica vivit, servum aut ancillam, caballum, vel bovem, seu jumentum, seu quamlibet rem suam sub alterius potestate agnoverit, mittat eam in tertiam manum: (id est, in sequestri manum) et ille, apud quem agnoscitur, debet adhræmire: et si intra Ligerim aut Carbonariam ambo manent, et qui agnoscat, et apud quem agnoscitur, in noctes 40. placitum faciant, et in ipso placito quancunque fuerint, qui rem Intertiatam (sequestratam) vendiderint, aut cambiaverint, aut fortasse in solutionem dederint, omnes intra placitum istum commoneantur, ut unusquisque cum negotiatoribus suis alter alterum admoneat.* Et infra: *Ista omnia ubi hamallus est, super quem res primitus agnita fuerit, aut Intertiatam, fieri debent.* Id præterea multis in locis firmat Lex Ripuar. tit. 83. § 1: *Si quis rem suam cognoverit, mittat manum super eam, (id est, pignoret, seu saisiat, ut verbis Practicorum utar) et ille, super quem Intertiatum, tertiam manum quærat, (id est, sequestrum) tunc in præsentem ambo conjurare debent cum dextera armata, et cum sinistra ipsam rem (sequestratam) teneant: unus juret, quod in propriam rem manum mittat: et alius juret, quod ad eum manum trahat, qui ei ipsam rem dedit, etc.* Atque hæc est vera vocis *intertiare* significatio, quidquid contra dicant Lambardus, Somnerus, et Wendelinus, qui volunt esse cum tertio de re furto subrepta contendere, vel certe tertium advocare, qui auctorem suum laudet, ad quod tenebatur is, a quo repetebatur. Ita in veteribus Glossis, ἐντριος, est *Sequester*: in aliis, ἐντριος, *Intertius*. In Gloss. Lat. Græc.: *Sequester, μεσίτης, ἐντριος, συνθηκοφύλαξ.*

Igitur *Intertiare* rem furatam super

aliquem, est rem, in sequestro positam, repetere in Lege Salica d. tit. in Decretione Childeberti Regis § 3. in Lege Ripuar. tit. 33. § 1. tit. 72. § 1. 4. 6. 8. in Lege Longob. lib. 2. tit. 28. § 3. [\*] Carol. M. 132.] in Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 209. in Legibus Inæ apud Brompton. cap. 27. 52. 59. et in Legibus Edwardi Confess. cap. 25. [necon in Charta Communis Rotomag. apud de Lauriere tom. 1. Ordinatio. pag. 307.] Sic *Entiercer* usurpant Stabimentum S. Ludovici: *Se aucune personne sieut aucune chose qui li ait esté emblée, et il Entierche pour l'emblée, etc.* Usatica Ambianensis urbis MSS.: *Et si il avient chose, que aucune ame Entierche, et il ne peut prover, il paie 60. sols de faus Entierchier.* *Intertiator*, [in Legibus Ottonis Aug. cap. 7. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 173.] *Entierceur*, dicitur in Legibus Norman. vernaculis Will. Nothi cap. 25. Hinc in Consuetudine Aurelian. art. 455. et Dunensis art. 93. *Entiercer*, est rem judicis auctoritate a domo creditoris auferre, et pignori, vel quasi sequestro dare. [*Intertiatum*, Sequestratio, in mox laudatis Legibus Ottonis Augusti.] [\*] Vide *Mittemaier*. Princip. Jur. German. § 153. not. 6.]

*Animal furatum absque Intertiatum requirere*, in Lege Ripuar. tit. 47. Res *Intertiatum*, in Capit. Caroli M. lib. 3. § 46. Vide Legem Wisigoth. lib. 7. tit. 2. § 9.

\* **INTERTIO**, Sequestratio seu depositio rei amissa vel furto ablata penes sequestrum. Charta Phil. Pulc. ann. 1292. pro locat. præposit. Ambian. ex Reg. donor. Car. IV. et Phil. VI. in Cam. Comput. Paris. fol. 149. rº: *Item in... emendis, licentiis, dangertis, Intertionibus rerum furivarum vel amissarum.* Vide *Intertiare*.

† **INTERTINERE**, Vide *Intertenerere*.

† **INTERTIUS**, Sequester. Vide *Intertiare*.

\* **INTERTORCINIUM**, **INTERTORCINUM**, Tæda, fax, Gall. *Torche*. Chron. Guil. Bardini inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 22: *Quadragesima Intertorcinis ardentibus illuminato, etc.* Et col. 25. ad ann. 1335: *Cum pauperibus quinquaginta luctuose vestitis, Intertorcina, armis gentis Berengariæ insignita, gestantibus.* Vide *Intertorium*.

\* **INTERTRAHERE**, [Plane extrahere, de medio trahere, eripere, auferre. *Inter* hic eam vim habet, quam in *interficere, interimere, interbibere*. Plaut. Amph. 2. 2. 41. Næ ego illi puteo, si occipso, animam omnem *Intertraxero*.]

**INTERTURIUM**, Spatium interjectum inter duas turres. Charta fundationis Monasterii Tuitiensis ann. 1019. apud Gelenium in Colonia Agrippina pag. 381: *Deinde ipsum Castrum Tuitiensium, turres scilicet, ac Interturri cum fossato in circuitu, etc.*

† **INTERTUTRIX**, Curatrix, Gallis *Turtice*, in Charta ann. 1335. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 295.

**INTERVALLARITER**, Per intervalla. Magister Egidius Corboliensis lib. de Pulsibus:

Si calidus digitos Intervallariter urens.

\* **INTERVECTUS**, [Erectus. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente A. Maio) 3. 38. Duas vero viseres arbores cælum procedunt intervectas.]

**INTERVENIRE** dicebantur ii, quorum *interventu*, ac *intercessione* Principes ac Reges alicui ad Ecclesiæ, aut privato, quidpiam concedebant. Unde crebro legitur hæc formula in Diplomatum, per

*interventum, interventu* magnatis alicujus id esse concessum, ut in iis, quæ habet Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. cap. 62. 72. 76. 107. 108. Colvenerius apud eumd. Baldricum pag. 495. Meibomius in Not. ad lib. 3. Witikindi pag. 74. et in Diplomatum Ottonis M. eidem Historia adjunctis, etc. Glossæ vet.: *Interventu*, τῆ μεσίτει. Gloss. Gr. Lat.: Ἐντριος, *Intercessor, Interventor*. Alibi τῆ Διατριχῆς, *disceptator, arbiter, Interventor*. Ugutio: *Intervenire, intercedere, inter alios venire, mediatorem esse*. Gloss. Lat. Græc.: *Intervenit, μεσάζει. Interventio, μεσῆτρια*. Vide JC. et in voce *Ambrasciare*.

**INTERVENTORES**, dicti, qui sede vacante Episcopatum administrabant, donec proprius aliquis electus esset. S. Augustinus lib. de unico Baptismo cap. 16. de Donatistis: *Contra quam paucissimis Aphris partis suæ primo Interventores adventitios furtim longæque mittebant, donec deceptæ plebeculæ quasi proprios Episcopos ordinarent*. Idem Epist. 163: *Narrant etiam in ipsa schismatis novitate, majores suos... dedisse quendam Interventorem populo suæ communionis apud Chartaginem constituto, antequam Majorinus adversus Cæcilianum ordinaretur*. Synodus Carthag. habita ann. 525: *Neque plebi nos vicinæ aliquando subjecimus, aut Episcopis vicinis, aut Interventori Ecclesiæ, quæ proxima est nobis, etc.* Adde Ferrandum Diac. in Breviario cap. 22. 23. Crisconium cap. 267. Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 89. etc. [\*] Vide Glossar. med. Græcit. voce Ἐπιενοῦμενος, col. 423.]

**INTERVENTORES**, dicuntur etiam sponsores in Baptismo, Patrini. Nicolaus I. in Resp. ad consult. Bulgar. cap. 18: *Qui fidem respuit, quam promisit ab illo, a quo susceptus est, et qui fidei ejus interventor extitit, debet per omnia revocari*. Vide *Intercessio*. [\*] Vide *Intercessores* 1.]

\* **INTERVENTUS**, *Intercessio*. Bulla Clem. III. PP. inter Act. SS. tom. 1. Jul. pag. 367. col. 2: *Hinc est, quod cum ad audientiam apostolatus nostri... pervenerit, quod divina potentia, per miracula et Interventum beati Ottonis, etc.* Vide *Intervenire*.

\* **INTERVERSUS**, *Interruptus*. Charta ann. 1212. ex Tabul. Montis-major. : *Promittit deinde quod finito usufructu, restituet easdem res cum omnibus meliorationibus, absque eo quod possit uti ulla præscriptione, quamvis longissima non Interversa possessione, vel etiam Interversa a se vel ab aliis.*

**INTERULA**, *Camisia*. [Papias: *Interula, Interior tunica, hoc est supparum, quod vulgo dicitur Camisia.*] Vopiscus in Claudio: *Interulas, dilores duas*. Tertull. de Pallio cap. 5: *Si quid interulæ superest*. Petr. Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 74: *Interula ejus artus nudantes*. Utuntur Martianus Capella lib. 1. Joannes Altivillensis in Architrenio lib. 2. cap. 3. et alii passim. *Interior tunica* dicitur Valerio Maximo, *intima*, Gellio lib. 10. cap. 20. χιτώνιον ἐξέταρον Athenæo, et alii.

\* **INTERULATUS**, *Incamisato*. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Interula*.

\* **INTERZATUS**, *Intextus, innexus*, Ital. *Intessuto*. Chron. Piacent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 580: *Dominæ pro majori parte loco terrarum de auro vel de serico, quas portare solebant contactas seu Interzatas in capillis capitis earum, etc.* Vide infra *Intretatorium*.

\* **INTESCUTANS.** Acta S. Memor. tom. 3. Sept. pag. 70. col. 2: *Deinde redeuntes (ministri) et contententes inter se de spoliis sanctorum martyrum, gladii eorum Intescutantes, alter alterius mortem dedit.* Ubi docti Editores: Vox est mendosa, totaque phrasis vitiosa. At voluit auctor, ortam fuisse inter milites contentionem de spoliis, indeque acrem velitationem, qua occubuerunt non pauci. Annon apte restitueretur, gladiis eorum inter se utentes?

\* **INTESTABILIS.** Qui nec testamentum legitime condere potest, nec bona ipsi testamento legata percipere. Proce. contra turbantes regimen. civit. Ferrar. ex Reg. Joan. XXII. PP. fol. 104. r. col. 2: *Sit Intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad aliquis bona ex testamento vel ab intestato vocetur.* Sent. contra Florent. ann. 1313. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Bonincont. Hist. Sicul. part. 3. pag. 222: *Quemlibet eorum perpetua damnus infamia, ita quod sint Intestabiles, et ad nullum actum legitimum de cetero admittantur.*

† **INTESTAMENTUM,** pro *Intestatum*, in Formulis Marculfi lib. 2. form. 7. et 17.

\* **INTESTARE,** Hispanis et Italis, dicitur de agri capite seu parte superiori, qua terminatur. Charta ann. 1121. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 3: *Deinde (campus) sicut Intestat cum atrio ejusdem ecclesie et vadit directe ad ruam a Francis, et terminatur eadem rua.* Stat. Vercel. lib. 4. pag. 70. v. : *Qui habet terram, quæ Intestet in illo fossato, plantet in loco ipsius fossati bozolas seu spinas.*

**INTESTATIO, INTESTIA,** Bona mobilia, seu *catalla* intestatorum, quæ ad dominos, ex eo, quod quis decesserat *intestatus*, pertinebant. Charta ann. 1238: *Et ostem, et cavalcatas, et seguiss, et cucucias, et exorquias, et homicidia, et Intestationes, et arsinas, etc.* Alia Rogerii Comitiss Fuxiensis ann. 1250: *Exfranquimus omnes et singulos homines de Valle de Meranges, et eorum proles in perpetuum de exorquia, Intestia, arsinas, cugucia, etc.*

Qui porro *intestatus* decesserat, habebatur olim pro damnato ac infami. Cum enim Conciliorum canonibus certam bonorum suorum, atque adeo decimam *partem*, ut est apud Matthæum Paris pag. 113. distribuere in pios usus, ad animæ redemptionem, quis teneretur: qui id non egisset, salutis suæ curam quodammodo videbatur abjecisse. Quamobrem jubentur Sacerdotes, in aliquot Synodis, morituros adhortari, ut et peccata sua sacramentali confessione eluant, et de rebus suis in Ecclesiarum vel pauperum favorem, aut in alios pios usus ad animæ salutem disponant, ut est in Synodo Sodorensi can. 1. Quod quidem ita invaluit, ut delictorum absolutio et Viaticum denegaretur iis, qui Sacerdotum in hisce monita posthabebant, ut qui elemosynis et confessione ac viatico viam sibi ad æternam beatitudinem, a Sacerdote moniti, parare neglexerant, et salutis suæ curam omnem abjecisse crederentur: adeo etiam, ut nullum esse discrimen existimarent inter ejusmodi *intestatos*, et illos, qui sibi mortem intulissent. Ut autem *βιωθάρτων* bona mobilia in fiscum redigebantur, ita et *intestatorum* dominis addici debere existimaverunt, maxime si per eos licuerat haud *intestatos* decedere. Charta de Regibus Angliæ in Normannia adversus Clerum ann. 1205. in Re-

gesto Herouvalliano Philippi Augusti f. 121. et in Normannicis Duchesnii f. 1052. 1060: *Item diximus de illo, qui moritur Intestatus, si jacuerit in lecto ægritudinis per tres dies vel quatuor, omnia mobilia ipsius domini Regis debent esse, aut illius in cujus feodo terra est, et sicut de illo, qui se interfecit spontaneus.* Idem ferme statuunt S. Ludovici Stabilimenta lib. 1. nam cum in cap. 86. bona mobilia illius, qui suspensio voluntario, aut quovis modo mortem sibi intulisset, vel aquis mergendum se dedisset, ad Baronem pertinere dicantur, hæc in capite sequenti subduntur: *Se aucuns hom, ou aucune fame avoit geu malade huit jours, et il ne se voutust confesser, et il mourut desconfés, tuit li meubles seroient au Baron.* Le Roman de Garin MS. :

Outre, fet-ils, fels, traitres, cuvers,  
Vostre lignage mora hui desconfés,  
Jà de cest champ n'istra ni cuens ne pers.

Sed et *desperatis* inconfessos æquiparant Jura et consuetudines Normanniæ cap. 21: *Desperati autem moriuntur qui per novem dies, vel amplius, gravi ægritudine et periculosa oppressi, communionem et confessionem sibi oblatam recusant ac differunt, et in hoc moriuntur: terris tamen propter hoc hæredes non privantur, sed eorum catalla debent in manu Principis remanere.* [Quæ ducta sunt, ut docet de Lauriere tom. 1. Ordin. pag. 178. ex veteri Inquesta facta auctoritate Philippi Aug. post Normanniam bello quæsitam: ubi inquirebatur de juribus Regum Angl. in Sanctam Ecclesiam. Ex illa Inquesta hæc proferuntur loco citato: *Nous deismes de celui qui muert Intestat, se il gist en son liet par trois jours, ou par quatre, tous ses biens meubles doivent être notre Sire le Roy, ou à cheli, en quelle terre, ou en quelle jurisdiction il est, et tout est-il de chaux qui ochient eux-mesmes de leur propre volonté.*] Sic igitur βιωθάρτων, et qui absque confessione volens decesserat, pari habebantur conditione.

Neque postmodum potioris status omnino fuere, qui subitanea ac improvisa morte decedebant, cum id *divino* adscriberent *judicio*, ut est in Provinciali Eccl. Cantuar. lib. 3. tit. 13. eoque nomine bona eorum mobilia fisco dominico perinde adscriberentur. Chronicon Laurisham. pag. 92: *Nam ferme biennio mutus et elinguis, ac dira omnium membrorum paralysi contractus, carne jam præmorta, solo spiritu palpitans, dedecore tandem et Intestatus exspiravit.* Ubi *divino* quodam *judicio* scelestus ille, *mutus et elinguis*, ac proinde *Intestatus* obisse dicitur: quod *mori sine lingua*, vetus Charta apud Will. Tyrium lib. 12. cap. 25. *mori san fabla*, Fori Hispanici vocant. Quo etiam pertinet, quod habet Chronicon Nangii ann. 1202: *Guillelmus Remensis Episcopus, dum Laudunum venisset, morbo subitaneo præventus opprimitur, et obstruso lingue officio moritur Intestatus*, id est, absque confessione et viatico: nam eo ævo, *Intestato mori*, nihil fere aliud erat: quod nemo moriturus exhomologesin peccatorum suorum daret, qui non una et simul de elemosynis suis disponderet. Charta Ludovici VII. pro Rupellensibus apud Beslium pag. 800: *Hedi et concessi in perpetuum omnibus hominibus, qui manent Rochellæ, quod quicumque ex illo sive testatus, sive Intestatus, id est, sive confessus, sive non, morietur, omnes res ejus et possessiones integre et inrecte remaneant hæredibus suis et generi suo. Illius autem*

*qui testatus, sive confessus morietur, præcipio, quod testamentum stet juxta ejus divisionem.* Charta Henrici III. Regis Angliæ pro eodem oppido Rupellensi: *Præterea concedo eis et confirmo hac carta mea, quod quilibet de illis, qui confessus est, et testatus decesserit, stabilem et ratam suarum rerum habeat divisam, et, sicut eam fecerit, firmiter teneatur.* Si vero aliquis illorum colli fractione, vel submersione, vel aliquo casu subita morte præventus fuerit, et spatium confitendi non habuerit, concedo, ut secundum rationabilem dispositionem et considerationem parentum et amicorum suorum res suæ distribuantur, et elemosynæ fiant pro anima ejus. [Charta ann. 1209. qua Raibaldus de Calma libertates concedit hominibus terræ suæ, tom. 1. Hist. Dalph. pag. 19: *Si aliquis fecerit testamentum, illius suprema voluntas secundum jura legalia per omnia servetur; et si aliquis moriatur ab Intestato, prociomiori in linea ascendentium vel descendendum parentelæ hæreditas cum omni sua pecunia devolvatur.*] In Charta commutationis castelli Montisferrandi in Arvernus, facta a Ludovico de Bellojoco, domino Borci, cum Rege Philippo ann. 1292. ubi de mortalitia ejus, qui in eodem oppido non confessus moritur, universa bona ad dominum Montisferrandi pertinere dicuntur. Verba notatu dignissima sequentia sunt: *Et est à savoir, que pour les 4. aides que li Sires de Montferrant a et doit avoir à Montferrant, quant li cas avienient, c'est à savoir l'aide de sa chevalerie, l'aide de sa fille marier, de la raençon de son corps pris en guerre, et de l'alée d'oustrémer, et encore pour le cas de la mortaille, c'est à dire, que quand aucun meurt en la ville de Montferrant sans confession, tuit li bien meuble d'ice lui sont au Seigneur de Montferrant, etc.* Charta Roberti Comitiss Flandriæ in Tabulario S. Bertini: *Ad hoc etiam si servus Comitiss et confitens obierit, terram et omnem substantiam ejus Comes possidebit: redditus autem terræ ipsius Comes persolvat Abbati.* Ubi videtur legendum non *confitens*.

Atque ut *inordinatus* mori dicitur, qui non condito testamento decedit, in Concilio IX. Tolet. can. 4. in Legibus Visigoth. lib. 5. tit. 7. § 14. et apud Tyrium loco laudato: ita Græcis ἀσύντατος mori dicebatur, qui non sumpto viatico decedebat. Id nuper observatum a nobis in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici ex Vita S. Eusebii apud Bollandum 24. Jan. Nam cum vitæ finis eidem sanctæ instaret Virgini, adessetque pater ejus spiritualis, hæc verba effata est: *Mihi, ut video, adest finis, dolorque est animæ meæ et tristitia ingens, quod Inordinata egrediar ex corpore, absente sancto Episcopo et patre nostro domino Paulo.* Ubi Bollandus ait, Græcum exemplar habere ἀσύντατος, quia videlicet, inquit, sacro viatico et extremis mysticisque Sacerdotum precibus non esset munita. Atque hac, ni fallor, notione voce *Intestatus* usus videtur Libellus precum Marcellini et Faustini pag. 65: *Sed apud Treviros Bonosus Presbyter inclusus, Intestatus, ac diu pœnas senex dedit propter observantiam intaminatæ fidei illius, etc.*

Quorumcumque igitur intestatorum, hoc est, sive ultro absque confessione et non sumpto viatico, ac elemosynarum non facta dispositione, sive subitanea præventi morte decessissent, bona mobilia ad fiscum dominicum redibant. Regiam Majestatem lib. 2. cap. 33: *Cum*



quis Intestatus decedit, omnia catella domini sui erunt. Id pluribus probatum ad Stabilimenta S. Ludovici.

\* Intestatus mori non putabatur quis, nisi paterfamilias esset, qui nimirum de bonis suis disponendi facultatem haberet; quo etiam casu, si non condito testamento decederet, tunc ipsius loco testamentum in pios tantum usus ab aliis condi posse, statuitur in Reg. Corb. 13. sign. Habacuc ad ann. 1511. fol. 70. v. : On n'est tenu à faire testament solempnel, se on n'est chiefz d'ostel, ayant oportunité et puissance de ce faire : néantmoins s'il decédoit quelque personnage, qui fut chiefz d'ostel Intestat, on luy en porroit faire faire un pour les légatz salutaires seulement selon son estat, faculté et puissance, et non autrement.

\* Intestatorum, etiam in itinere morientium, bona mobilia ex usu pertinebant ad episcopum, vel curionem, aut ad ecclesiam fiscum, in cuius districtu decedebant. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 73 : Après ce que Jehan de Henaut marchant de toiles fu trespasé en ladite ville (de Beauvais) en l'ostel Pierre Collelle hostelier, et que la femme dudit hostelier ot baillié à l'appariteur de la court espiuuelle de l'évesque de Beauvais les biens d'icellui defunct, qui oudit hostel estoient, comme appartenanz, si comme l'en disoit, oudit évesque, pourceque icellui de Henaut estoit trespasé en son éveschié, senz faire testament. Aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 28 : Pourceque oudit testament n'avoit aucuns tesmoings, jour ne date escripts, le suppliant doutoit que l'évesque d'Evreux, en quel éveschié ledit testateur estoit demourant, voulsist dire ledit testament estre nul, et parceque tous les biens meubles d'icellui defunct lui appartenissent par l'usage et coustume du pais, comme mort Intestat, etc.

\* Qua ratione autem ejusmodi bona distribuebantur, docent Literæ remiss. ann. 1403. ex Reg. cod. ch. 266 : Comme Blanche Routiere de la parroisse de Donnesnil feust trespasée Intestate : pourquoi les meubles à elle appartenans feussent escheuz au curé et aux trésoriers d'icelle parroisse pour les distribuer, c'est assavoir le tiers oudit curé, l'autre tiers oudit trésoriers et le résidu aux poures, etc.

Hujus autem consuetudinis eam esse existimaverim originem, quod cum absque eleemosynarum distributione prævia decedere probrosus quodammodo Patres judicarent, sæpeque accideret ut morte improvisa, nulla facta bonorum in eleemosynas ordinatione vel dispositione, quis decederet, quo animæ illius consuleretur saluti, ut mortui partes supplerent Episcopi et Sacerdotes, sanxerunt, ut ex defuncti bonis eleemosynas distribuerent, eoque nomine bona illius mobilia sequestrarent, debita creditoribus persolverent, omniaque exquerentur, eodem modo, quo tenerentur, si testamentum fecisset, executores, ut est in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 22. § 3. et in Fleta lib. 2. cap. 52. § 12. lib. 6. cap. 37. § 7. Exstat Charta ann. 1370. in Tabul. Episcopat. Ambian. fol. 189. in qua hæc habentur : Sur ce que lesdis Evesques s'estoit complainz desdits doien et chapilles, de ce qu'ils avoient fait enterrer le corps de... qui estoient mors Intestats, sans le congé ou licence dudit Evesque, et sans qu'il eut eu les biens desdits defunts pour iceux distribuer pour les ames d'iceux mors, etc. Ea vero bona, quæ in eleemosynam se-

questrabant, eleemosynam rationabilem appellabant, uti in hac voce docuimus. Tabular. Capitul. Rotomag. in Collectione Concil. Rotomag. pag. 185 : Item distributio eorum, quæ in testamento relinquantur, auctoritate Ecclesiæ fiet, nec decima pars bonorum, ut olim, subtrahatur. Sed et interdum intestati familiares, et agnati, ipsius loco testamentum condebant ad ejusmodi legata, ad id forte ab Episcopis delegati; cujus moris exstat exemplum in Tabulario Prioratus S. Vincentii Laudunensis in hæc verba : Universis presentes literas inspecturis, Alanus de Novilla Miles, et Galtherus Canonicus Remensis, salutem. Noverint universi, quod nos fecimus testamentum pro Petro quondam fratre nostro, sub hac forma, quod nos legavimus pro remedio animæ suæ Monachis de Novilla, Capellanis nostris tres modios vini pro anniversario ejus annuatim faciendi, etc. Datum anno Dom. 1261.

¶ Viget etiamnum in Anglia usus, ut Episcopi bonorum ejus qui intestatus decedit administrationi invigilent aut perse aut per alium quemvis ad id per illos nominatum et deputatum. Hujus rei testis locuples Charta Archiep. Cantuariensis ann. 1701. quam hic referre haud pigebit : Thomas providentia divina Cantuar. Archiep. totius Angliæ Primas et Metropolitanus, dilecto nobis in Christo Carolo Moreau filio naturali et legitimo Stephani Moreau nuper parochiæ S. Martini in Campis in Comitatu Middelsex defuncti salutem. Cum idem Steph. Moreau sit, ut præmittitur, defunctus, habens dum vixit et mortis suæ tempore bona, jura, sive credita in diversis diocesisibus, sive jurisdictionibus, jam nuper ab Intestato decederit, cujus prætextu omnium et singulorum bonorum, jurium et creditorum dicti defuncti plenaria dispositio, administrationisque eorundem concessio, nec non computi, calculi sive ratiocinii, administrationis hujusmodi auditio finalisque liberatio... demissio ab eadem ad nos solum et in solidum et non ad alium nobis inferiorum judicem necessarie dignoscuntur pertinere : Nos affectantes ut bona, jura et credita dicti defuncti bene et fideliter administrantur, ac in pios usus convertantur; ad administranda igitur bona, jura et credita dicti defuncti, ac bene et fideliter disponendum de eisdem, nec non creditorum quæcumque dictus defunctus petenda, colligenda, levanda et exigenda, quæ ad dictum defunctum dum vixit, et mortis suæ tempore pertineverunt, ac de solvendo æs alienum in quo dictus defunctus hujusmodi mortis suæ tempore extitit obligatus, quatenus bona, jura et credita sua hujusmodi ad hoc extendunt, juxta ratam eorundem; Tibi de cuius fidelitate in hac parte confidimus, primitus de bene et fideliter administrando eadem, ac de pleno et fideli inventario omnium et singulorum bonorum, jurium et creditorum hujusmodi conficiendo, et illud in curiam prærogativæ nostræ Cantuariensis, intra vel ante ultimum diem mensis Februarii qui fuerit in anno Dom. 1702. inde reddendo ad sancta Dei Evangelia juramento, plenam tenore præsentium committimus potestatem, Teque administratorem omnium et singulorum bonorum, jurium et creditorum hujusmodi ordinamus, deputamus et constituimus per presentes... Datum Londini 5. die mensis Febr. ann. 1701. nostræque transmissionis octavo.

Neque, opinor, alio jure cognitio de testamentis ad Curiam Christianitatis

pertinuit; cum, ut est apud Matthæum Paris ann. 1190. rerum, quæ in testamento relinquebantur, distributio auctoritate Ecclesiæ fieret. Pari modo : Si quis subitanea morte, vel quolibet casu præoccupatus fuisset, ut de rebus suis disponere non posset, distributio bonorum ejus Ecclesiastica fiebat auctoritate. Synodus Exoniensis ann. 1287. cap. 50 : Si qui vero laicorum decesserint Intestati, de bonis eorum per locorum ordinarios taliter præcipimus ordinari, ut pro anima defuncti in pios usus totaliter erogentur. Quo sane pertinet, quod scribit Anastasius Bibliot. in Præfatione ad octavam Synodum, Photium Patriarcham Constantinop. persuasisse Imperatori Michaeli, ut præciperet neminem testamentum facere, vel per alterius, nisi per Photii manus, suas eleemosynas erogare : quod non ob aliud, subdit idem Scriptor, advenit inventor malorum, nisi ut, cum acciperet et erogaret substantias divitum, proprias a minus curiosis erogasse putaretur, ac per hoc a cunctis quasi dapsilis et munificus haberetur. Licet nolim fuisse mentem Occidentalium Episcoporum; eorum tamen exemplo morem ipsum in Orientem invehere voluisse Photium, par est existimare.

\* Quodnam vero fuerit episcoporum ecclesiasticorumve, cum bona mobilia intestatorum sibi arrogabant, propositum, aperte declarat Arest. 26. Mail ann. 1357. in vol. 4. arestor. parlam. Paris. : Præpositus noster aut procurator in ballivia Silvanectensi fecerat ad judicium evocari quendam decanum Christianitatis aut curatum Belvacensis diocesis, super eo quod idem decanus aut curatus sub umbra dicti episcopi ceperat aut sibi attribuere nisus fuerat bona mobilia cujusdam personæ defunctæ, pro eo quod dicebat ipsam Intestatum decesisse; et quia dictus episcopus advoaverat factum, fuerat causa ad parlamentum remissa, pro eo quod idem episcopus, qui est par Franciæ non tenetur invitus extra parlamentum litigare. Dicebatque et proponebat idem procurator noster generalis, quod in hoc fuerat et erat usurpatio et abusus notorie et manifeste, et pro nullo reputari seu annullari debebat... præfatus episcopo aut procurator suo ex adverso dicente, quod in diocesi sua Belvacensi per se et prædecessores suos fuerat et erat in possessione et saisina pacificis... ponendi in manu sua bona mobilia talium, qui decedunt Intestati in diocesi prædicta, ad convertendum ipsa per manum suam aut deputatorum suorum ad pios usus et ad pia opera, pro remedio et salute animarum ipsorum decedentium... Dicebat etiam, quod dato quod aliquis fecerit testamentum, et defuerint aut esse desierint executores hujusmodi testamenti, dictus episcopus per se et prædecessores suos fuit et est in dicta possessione et saisina ponendi et constituendi super hoc executores... Per arrestum curiæ nostræ dictum fuit... ipsum episcopum in prædictis abusum fuisse seu abusisse. Quo non obstante aresto eundem usum Bellovaci viguisse anno 1379. discimus ex Literis paulo ante laudatis. Notandum vero ibi episcopi Bellovacensis jus constituendi testamentorum executores, quo etiamnum gaudet Cantuariensis archiepiscopus, ut supra observatum.

¶ Cum autem in sui præjudicium hæc agere Episcopus existimarent iudices regii, Arresto Parisiensis Senatus ann. 1409. pronuntiatum statutumque

est : Que les habitans qui mourroient, pourroient estre enterrez sans le congé de l'Evêque et ses officiers s'il n'y a empêchement canonique : et outre que les heritiers du testament d'aucun trépassé ne pourront être contrains ne obeir à accomplir les ordonnances faites par les officiers dudit Evêque, ne par lui, au regard des testamens faits par lesdits Intestaux, mais les pourra ledit Evêque admonester charitablement qu'ils fassent bien pour l'ame dudit Intestat : et que les heritiers ou exécuteurs du testament d'aucun trépassé, pourront dedans l'an de trepasement soumettre l'exécution d'icelui à la justice laye ou de l'Eglise. Sicque tandem iste usus in Galliis nostris desit.

\* Extat antiquius eadem de re Arestum ann. scilicet. 1401. in vol. 9. arrestor. ejusd. parlam. : Per curiæ nostræ arrestum dictum fuit, quod illi, qui decedunt Intestati, libere et absque littera (episcopi vel officialis) si non obfuerit aliud canonicum impedimentum, inhumiari seu sepeliri poterunt.

¶ Simili ratione Hispanorum Sacerdotum hac in re molitionibus modum imponere volens Alfonso IX. Rex Castiliæ legem hanc tulit : *Finando alguna sin lengua, de manera que non ficiere testamento, la Iglesia, onde fuesse parroquiano, non ha razon de demandar ninguna cosa de su haber, fueras ende si hoviesen por costumbre en aquella tierra de demandar alguna cosa, etc.* Las siete Partidas, partida primera tit. 13. leg. 6.

Enimvero cum Episcopos et Sacerdotes in vassallorum suorum bona manus inicere ægre ferrent sæculares domini, præsertim cum eo procederet interdum Ecclesiasticorum avaritia ac lucri cupiditas, ut, quæ in elemosynas et creditorum debita distribuere debuerant, sibi adscriberent, id etiam juris sibi arrogare, vario prætextu, ac primo quidem id ipsum exequendi, quod Episcopi ac Sacerdotes, hoc est, elemosynas faciendi, et defuncti debita persolvendi, tum etiam eadem bona mobilia sibi adscribendi, quod intestati haberentur pro βιοανάτοικς, quorum, ex usu et recepta consuetudine, bona mobilia ad dominos pertinebant. Ecclesiasticorum consuetam rapacitatem in bonis intestatorum satis arguunt in eos decreta statuta, atque ea potissimum, quæ habentur in Provinciali Cantuariensis Ecclesiæ lib. 3. tit. 13. quibus jubentur Episcopi, solutis defunctorum debitis, cætera bona in pios usus distribuere, nihil sibi inde relento, nisi quod pro labore suo congruum censuerint, adeo ut cæteroque defunctorum bona invadere prohibeantur, in Statuto Ottononi Cardinalis, seu Concilio Londinensi ann. 1268. can. 24.

Verum postmodum eo processit dominorum rapacitas et avaritia, ut vassallorum suorum, qui intestati decederant, non modo partem bonorum ullam in pios usus distribuerent, sed ea promiscue invaderent ; (quod in Concilio Nannetensi, Britannicæ Comitatus nutu, abrogatum scribit Hildebertus Turo-nensis Archiepiscopus Epist. 65. et 66. quas de intestatis intelligendas arbitror) atque adeo debita exsolvere renuerent. Hinc querela Episcop. Angl. in Provinciali Cantuar. Eccl. lib. 3. tit. 28 : *Quidam etiam domini temporales, et eorum ballivi, bona decedentium ab Intestato in districtibus ad ipsos dominos prætendentes fore, quamvis erronee, devoluta, ne per ordinarios bona hujusmodi pro debi-*

*torum solutione sic decedentium ac in alios pios usus pro ipsorum animarum salute convertantur utiliter, prout consensu regio et magnatum regni Angliæ, tanquam pro jure Ecclesiasticæ libertate ab olim extitit ordinatum, impediunt in derogationem Ecclesiasticæ libertatis, etc.* In eodem Provinciali lib. 3. tit. 13. in Concilio Lambethensi ann. 1261. et in Concilio Londin. ann. 1342. can. 7 : *Laicis aut Clericis divino judicio decedentibus Intestatis, domini feudorum non permittunt debita defunctorum solvi de bonis mobilibus eorumdem, nec in usus uxorum suarum, liberorum suorum, vel parentum, vel aliter per dispositionem ordinariorum bona prædicta pro ea portione, quæ secundum consuetudinem patriæ defunctos contingit, permittunt distribui pro eisdem.* Quibus hæc subdit Lindwodus : *Ut puta medietatem bonorum, ubi superest uxor et nulli liberi : alioquin si etiam supersint liberi, tunc defuncti portio est tertia pars, aliis duabus uxori et liberis remanentibus.* Ex quibus præterea docemur, dominos sæculares in Clericorum intestatorum bona manus injecisse, quod vetitum exerte in Concilio Viennensi ann. 1267. can. 10. sub anathematis pœna.

Medietatem, aut tertiam partem bonorum intestati, mobiliam, ni fallor, dominos sibi iis casibus interdum arrogasse, ostendunt Usatici Barcinon. MSS. cap. 129 : *De intestatis ab hoc sæculo discessis, si reliquerint uxores ac filios, tertiam partem assequantur seniores in facultatibus eorum. Si reliquerint filios, et non uxores, assequantur medietatem præfati seniores. Si vero uxores et non filios habeant, medietatem seniores jam dicti et aliam medietatem parentes defuncti. Quod si parentes desint, senioribus detur, observatis tamen ad uxores suis directis et omnibus locis. Ita sit de uxoribus Intestatis, quemadmodum superius dicitur de viris.* Consuetudines Catalanicæ inter dominos et vassallos MSS. cap. 45 : *Si aliquis qui nunquam habuerit uxorem, moritur Intestatus, dominus ejus non debet percipere tertiam partem bonorum suorum, nec aliquid aliud ratione Intestatiæ : et hoc notatur in Usaticis, ubi loquitur de Intestatis. Cap. seq. : Item si aliquis filius alicujus pagensis hominis, alicujus Militis, vel allerius, moritur Intestatus post mortem patris, in aliqua villa, seu castro Regis, et ille non habeat certam mansionem, sed stabat per aliquod tempus in uno loco, et per aliud tempus in alio ; tertia pars bonorum illius mobiliam debet habere dominus patris ratione Intestatiæ, et non Rex, in cujus villa moritur : et hoc notatur in Usatico supradicto.*

Denique, quasi intestatorum bona primo essent occupanti, in ea etiam manum iniciebant hospites, si in eorum decedissent hospitibus, quod vetitum legimus, in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 30. § 3. 4. 5. 6. Vide Ughellum tom. 1. Ital. sacræ pag. 137. 144.

\* Bonis vassallorum, non condito testamento, morientium, ea tantum de causa, quod de iis non disposuerant, succedebat domini, cum sæculares tum ecclesiastici. Quod de monasterio Cassinensi testatur Charta Nicol. Mutin. episc. ex Tabul. ejusd. abbat. : *Cum pridem ad aures nostras et notitiam nostræ curiæ devenit, quod... Bona Antonii Rogerii de valle rotunda, sicut Domino placuit, debitum naturæ persolvens viam universæ carnis petivit egressa ab Intes-*

*tato, nullis superstitionibus filiis, parentibus aut fratribus ; propter quod secundum registra Casinensia bona dictæ Bonæ ad dictum sacrum monasterium legitime devoluta erant.*

Quod porro sæculares domini in vassallos suos intestatos jus arrogare, idem sibi adscribere Episcopi in Clericos suæ diocesis, atque adeo ipsi summi Pontifices in Episcopos : quod ex Matthæo Westmonast. et Matth. Paris observavimus in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici. Ac de summo quidem Pontifice hæc etiam capienda videntur in Historia Episcoporum Bremensium, ubi de Jo. Archiep. qui Avenione intestatus decesserat :

Pontifex hic moritur in Avenione,  
Et thesaurus repitur sub hæc ratione,  
Quod sablatius dicitur in Inlestatione.

Vide Petrum Cassiodori in Epist. ad Anglos de Bonifacio VIII. apud Prynneum in Libertatibus Eccles. Anglic. tom. 3. pag. 915. Sed et ibidem docuimus, maxime id juris sibi in Clericos suæ diocesis Episcopos arrogasse : *cujus quidem usus, vel potius abusus, testes exstant complures Chartæ, atque in primis illa Reginaldi Episcopi Carnot. ann. 1195. apud Innocentium III. lib. 1. Epistolarum pag. 29. et 51. Edit. Venetæ : Universos Presbyteros in Decanatu de Sparnone constitutos ab omni violentia, taleis et exactionibus perpetuo absolvimus, ita etiam quod nullus Presbyterorum Decanatus de Sparnone, nisi ordine judiciario suspendi poterit, nec res alicujus saisientur, nisi ipsum Intestatum, quod absit, viam universæ carnis ingredi contigerit.* Charta foundationis Collegii Canonicorum in Ecclesia Escociarum, diocesis Rotomag. ab Ingeranno Dom. Marigniaci Milite et Cambellano Regio mens. Jan. 1310. in 37. Regesto Chartophylacii Regii n. 64 : *Item volo et ordino, quod bona Intestatarum personarum ipsius Collegii per Decanum vel Cantorem aut Thesaurarium, si Decanus absens fuerit, dividantur in tres partes, quarum unam pauperes Hospitalis, quod jam in dicto loco fundavimus, habeant, reliqua pro defensione jurium Ecclesiæ conserventur : et tertiæ partis residuæ duæ partes Canonicis, et reliqua Clericis distribuantur : et nihilominus tam ipsorum Intestatorum, quam etiam testatorum lectus unus, quem meliorum furnimentum habebunt tempore mortis suæ Hospitali prædicto pro pauperibus relinquatur.* Extat apud Guill. Cruceum in Hist. Episcoporum Cadurcensium n. 149. Charta ann. 1297. qua ejusdem Ecclesiæ Capitulum, ex vigore privilegiorum, sibi et Ecclesiæ Cadurcensi a Sede Apostolica concessorum, Canonicorum intestatorum bona mobilia et immobilia ad se pertinere, ea consignare, et de ipsis disponere, prout sibi videretur expedire, asserit. Similis habetur Charta ann. 1312. in Tabul. Episcopat. Ambian. fol. 163. qua Capitulum Ecclesiæ Ambian. id sibi juris in Canonicos intestatos demortuos competere contendit, Episcopo illud sibi asserente. Sed et id juris Episcopo Cadurcensi in bonis Clericorum suæ diocesis intestatorum decedentium competisse docet Charta alia ann. 1384. apud eundem Cruceum n. 298. adeo ut Clericis ipsis jus testandi ademptum esset, quod Bego Episcopus pro 150. libris Cadurcensibus annui et perpetui redditus penitus abrogavit, concessa libere de suis bonis tum ex Ecclesia, tum aliunde

quæsitis, testandi facultate. Sed et haud ita pridem Cardinalis Givriensis Lingonensis Consuetudinis municipalis receptum articulum, eidem Consuetudini, dum reformaretur, inserendum contendit, *rerum mobilium successiones Presbiterorum, absque testamento decedentium, ad Episcopum Lingonensem pertinere.*

Sane cum Clericorum et Sacerdotum quæcumque bona administrationis suæ tempore acquisierint, ad Ecclesiæ nomen, cui præsent, Chartarum conficere instrumenta jubeantur in Concilio Toletano IX. can. 4. ita quod si post eorum mortem inordinatum forte remanserit, Ecclesia hoc sibi, cui præfuit, vel minister exstitit, in perpetuo vindicet : fieri potest, ut arrepto istius canonis prætextu Episcopi in Clericorum et Presbyterorum bona quolibet modo manus injecerint, tametsi non ea fuerit mens Concilii.

Constat autem ejusmodi quod sæculares domini in intestatorum bona sibi jus arrogare, haud nuperum esse, cum ejus mentio fiat in Legibus Canuti Regis cap. 68. et 97. cujus verba excerptis et retulit Bracton. lib. 2. cap. 26. § 2. ubi statuitur, ut si liber homo intestatus et subito decesserit, dominus suus nil intromittat de bonis defuncti, nisi de hoc tantum quod ad ipsum pertinuerit, scilicet quod habeat suum heriot ; sed ad Ecclesiam et ad amicos pertineat executio bonorum : nullam enim mereret pœnam quis, quamvis decedit intestatus. His consimilia habet Fleta lib. 2. cap. 57. § 10. Sed et Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 87. huic dominorum feudalium avaritiæ modum posuere, in quibus cavetur in non confessi ac subitanea morte decedentis vassalli bona nullum domino jus esse : *més se il mourroit desconfés de mort subite, la justice ne la seigneurie n'i auroit riens.*

† INTESTATUS, De quo testator testamento non disposuit. Testam. S. Remigii apud Miræum tom. 1. pag. 2 : *Amorinum quoque servum cum omnibus quos intestatos reliquero, tuo dominio vindicabis.*

\* INTESTICIUM, *Barbacana, Prov.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† INTESTINARI, Artifices, quorum mentio in leg. 2. Cod. Th. de Excusat. artif. (18. 4.) qui *intestimum opus* faciebant. Intestini autem operis multa mentio apud Vitruvium lib. 4. cap. 4. lib. 5. cap. 2. lib. 6. cap. 3. quod scilicet introrsus, id est, in ipsa domo fit, nempe sub tecto. Unde Budæus pro ligneo usurpatum putat, esseque quod *Minutariam*, seu *Menuiserie*, vocamus, cui consentiunt Barbarus et Philander, qui ad ligneas fenestras referunt ; Bernardinus vero Baldus ad ligneam laquearia, quibus subgrunda ornatus gratia suffinguntur. Intestini operis meminit præterea Varro lib. 3. de Re rust. cap. 1.

\* INTESTUS, pro *Intestatus*, in Stat. Cadubr. cap. 39. pag. 59. r. : *Deliberatum fuit quod si aliquis de Cadubrio decedat ab intesto, etc.*

\* INTEXTUS, nude, Pannus pictura textili distinctus, ut videtur. Charta ann. 1074. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 7 : *Monachi sancti Albini reddidere monachis sancti Sergii reliquias S. Sergii et Bacchi, quas inde habuerant ; et cappam dedere et Intextum.*

† INTICA, [Reconditorium.] Vide *Entheca*.

† INTHINGARE, [Donare, tradere.] Vide *Thingare*.

† INTHRONIASTICUM, ἐνθρονιαστικόν, vel ἐνθρονιαστικόν, Quod pro ordinatione datur Episcopo ordinanti, vel Clericis, vel Notariis ecclesiasticis. Occurrit in Novella 128. Justiniani cap. 3. Vide Succi Thesaurum Eccl. et Gloss. med. Græcit.

† INTHRONISARE, [INTHRONIZARE, ἐνθρονίζειν, Episcopum vel alium in thronum inducere, in possessionem mittere. Joh. de Janua : *Inthronizare, in throno vel sede ponere, collocare.* Glossar. Lat. Gall. Sangerm. : *Intronizare, Intronizer.* Forma electionis Episcopi ann. 990. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 155 : *Electum Episcopum in ipsam sedem S. Stephani Caturcensis Episcopum exaltavimus et in nomine S. Trinitatis Inthronisavimus, et ipsi Ecclesiæ Pastorem præfecimus.* Charta ann. 1858. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 229 : *Eum ad dictam Curam committere dignemini et velit, et in dicta parochiali Ecclesia mandare eum Inthronizari, ut moris est.* *Intronizare*, in Electione Adalberti Abb. S. Genesii Bisuld. ann. 1006. Marcæ Hisp. col. 963. *Filios piscorum ac cocorum et piscatorum Intronizavit*, in Historia Monasterii Novient. tom. 3. Anecd. Marten. col. 1143. etc.] Vide *Thronus*.

\* INTHRONIZARE, Thronum seu sedem episcopalem constituere. Charta Roricon. Laudun. ann. 973. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 5 : *Melcalannus venerabilis abbas monasterii S. Vincentii, quod secunda Laudunicorum pontificum sedes, ut pote præsulum, cleri et militum immutabilis sepultura, appellata est, ex quo præsulati urbs ipsa meruit Inthronizari cathedra, etc.*

† INTHRONIZARE MENSAM, Altare profanatum reedificare. Epistola Nicolai I. PP. a Ratherio Veron. laudata tom. 2. Spicil. Acher. pag. 244 : *Sed et Ecclesias quas, ut putatur tam Phocius quam hi qui ab ipso consecrati sunt, dedicaverunt, vel si commotas Mensas stabilierunt, rursus redicari et Intronizari atque stabiliri decernimus.*

† INTRONISARE PŒNITENTES, Eos, ni fallor, absolvere et sacræ communioni restituere. Chron. Magdeburg. MS. apud Haltausium in Calendario Germanico pag. 82 : *Cum enim in bona quinta feria (Majoris hebdomadæ) Archiepiscopus Intronisaret pœnitentes.* Torquatus in Brevi Hist. Præsulum Magdeburg. MS. ibid. pag. 83 : *Cum enim die quadam Jovis Sanctæ Archiepiscopus pœnitentes de more apud Ecclesiam Intronisaret.*

† INTRONIZARE SPONSAM, Sponsæ conjugalem benedictionem impertiri, vel f. ejus thalamo nuptiali. Charta Witigonis Episc. apud Ludewig. tom. 1. pag. 287 : *Et si pro defuncto sepeliendo, sponsa Intronizanda, vel puero baptizando ipse Plebanus requisitus fuerit, attendere debet cum custode ministrata eis procuratione congrua et honesta.* [\*\* Charta ann. 1421. apud Haltaus. in Glossar. German. voce *Einleiten*, col. 298 : *Quod quælibet mulier de suis plebisanis Intronizanda ad ecclesiam post partum, etc.* Vide *Introducere* 2.]

† INTRONIZATIO, Inductio in thronum, apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1078.]

† INTRONISMUS, Eadem notione. Liberatus Diac. cap. 19. Breviarii : *Fertur expositio ejus (Severi Antiocheni) quæ ab eo dicta est in Intronismo.*

† INTIBA, *Herbæ genus, Cicorea dicitur, multas radices habet.* Papias : Latini dicunt *Intubus, Intubum*, vel *Intybus* et *Intybum*. Hinc nostrum *Endive*.

† INTICINARI, *Ad ignem titione advicinare.* Ugutio.

\* INTIDIGRUMA, Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 266. col. 1 : *Quædam mulier Intidigruma, laborabat pluribus diebus in parturiendo, et non erat ei virtus pariendi, etc.* Ubi cæcutiant docti Editores ; quid si legatur *Nitidigruma*, et intelligatur famula, quæ nendo vacat, a *Nitere*, nere ; et *Gromus*, famulus. Sed hæc divinando.

\* INTIFFICARE, pro *Ratificare*, ratum habere, approbare, in Charta ann. 1867. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 724. art. 6.

\* INTIFICARE, Testificari. Stat. castri Redaldi lib. 1. pag. 5 : *Statutum et ordinatum est, quod si aliqua persona citata ad Intificandum in aliqua causa, non venerit seu recusaret testificari, cogatur per judicentem omnibus juris remediis venire ad jurandum et testificandum.*

† INTIMARE, Innotescere, notum facere. Glossar. Lat. Gr. : *Intimari*, γνωρίζαι, ἀνίστασθαι. *Intimare*, γνωρίζαι, ἐπιφανίσαι, φανερώσασθαι. *Intimat*, παρέρχεται. [Ἰλαργυρεῖ, *Indicat, ostendit*, in Supplem. Antiquarii. Joh. de Janua : *Intimare, demonstrare, indicare, nunciare, notificare* : *Intimer*, *notifier*, in Glossar. Lat. Gall. Sangerm.] Arnobius adversus Gent. : *Unde est vobis cognitum, unde Intimatum ?* Senator lib. 1. Epist. 2 : *Sermone vobis commissimus Intimanda.* *Intimare causam suam*, in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 25. Vox est Jurisconsultorum. Vide Casaubon. et Salmas. ad Hist. Aug. Vossium. Jacobum Gothofr. ad Cod. Th. et alios.

† INTIMATIO, Denunciatio judiciaria, Gall. *Intimation*, in Aresto Parlamenti ann. 1322. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 239. apud Ludewig. tom. 6. pag. 127. etc.

† INTIMAS, *atis, Interius habitans, vel Secretarius, vel Consiliarius, Creditarius, Secretarius, qui scit secreta et intima cordis.* Joan. de Janua.

\* INTIMATUS, vox fori, Gall. *Intimé*, Provocatus, in Arest. parlam. Paris. 17. Maii ann. 1499. inter Probat. ad Vit. Guil. Menag. pag. 522. et alibi.

† INTIMIDARE, Metum incurtere, Gall. *Intimider*, in Actis S. Mammarii Mart. tom. 4. Analect. Mabill. pag. 98.

† INTIMIOR, Familiarior. Utuntur S. Antoninus in Chron. tit. 19. cap. 1. et Henricus de Hassia in Speculo amoris cap. 9.

† INTINGERE, Acta Murensis Monast. apud Eccardum de Orig. familiæ Habsburgo-Austriacæ col. 223 : *Ne ullus Intingeret ad incidendam sylvam suam, id est, ne ullus eam attingeret seu incidere auderet.*

\* INTITUBATUS, Immotus. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 282. col. 2 : *Domus certe Dei, cujus et cultores et ministri sunt, Intitubatam, immobilem, inviolatamque sui roboris æternum obtineat firmitatem.*

† INTITULARE, Titulos libris scriptis appingere, apponere, apud Guignon Cartusian. lib. de Quadruperto exercitio Cellæ cap. 36. locum habes in *Illuminare*. Vide alia notione in *Titulus*.

† INTITULARI, Titulo decorari, præsigniri, nomen obtinere. Johanna II. Regina Sicilia Jacobum Borbonium in regni societatem admittens, ait in MS. Bibl. Coislin. : *Intituletur Rex dictorum regnorum et Comes dictorum comitatum.* Vide *Titulare*.

\* Nostris præterea *Intituler*, idem sonat quod *Accusare*, alicui crimen ascri-

bere. Lit. remiss. ann. 1464. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 549 : *Pour ce que icelui Hacquinet estoit accusé et Intitulé d'avoir fait plusieurs crimes et deliz, etc.*

† INTITULATUS ad aliquam Ecclesiam, in Statutis MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280. Qui propter beneficium illi Ecclesie servire debet. *Intitulata Ecclesia*, ibidem, Quæ possidetur et administratur ab aliquo *titulari. Intitulatum beneficium*, eadem notione, in Epistola ann. 1285. tom. 3. Analect. Mabill. pag. 507. Vide Lobinelli Glossar. tom. 3. Hist. Paris. et *Titulus*, Ecclesia.

† INTITULATUS, Qui in Tabella notatur ad certum munus in officio divino peragendum. Statuta Collegii S. Bernardi apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 169 : *Intitulatus, cassante inevitabili impedimento, quotidie Missam ipsam celebrat per seipsum.*

† INTITULATIONIS TABELLA, In qua notantur hujusmodi *Intitulati*, ibidem.

\* INTOLERO, [Non tolero, impatienter fero. Not. Tir. p. 140. Tolerat, Intolerat.]

\* INTOLLO, [Extollo, ut Clamores absonos Intollere, Apul. 8. Met.]

INTONARE, In tonum, seu cantum ponere, cantum imponere, Gall. *Entonner*. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 29 : *Ad eos, qui Invitatorium cantant, pertinet Psalmos Intonare.* [Expositio antiquæ Liturgiæ Gall. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 98. ubi de eo qui Evangelium canit : *Ascendens in tribunal analogii, velut Christus sedem regni paternæ, (paterni) ut inde Intonet (Intonet) dona vitæ, (Evangelium) clamantibus clericis, Gloria tibi Domine, in specie Angelorum, qui nascente Domino, Gloria in excelsis Deo, pastoribus apparentibus (apparentes) cecinerunt.* Vide *Entonare* et *Intabulare*.]

† INTONARIUM, Antiphonarium. Synodus Valentina ann. 1590 : *De ritu canendi in Ecclesiis : Præcipimus ut librum quem Intonarum vocant, in suis parochialibus Ecclesiis Parochi omnes et Beneficiati qui choro assistunt, habeant.*

\* Simul et *Missate*, ut colligitur ex Missali Rom. Lugd. edito ann. 1583. ad cujus calcem legitur : *Idque factum et ordinatum est juxta veritatem antiquissimi Intonarum ecclesiæ Toletanæ manu scripti anno Domini 1370.*

† INTONIZARE, pro *Intonare*, non semel in antiquis libris Ecclesiæ Ambianensis.

\* INTORCA, INTORCHA, Tæda, fax, Gall. *Torche*. Comput. ann. 1372. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 318. col. 2 : *Item solvi Bertrando Aujacii, pro octo Intorchis habitis ab eodem, pro faciendo dictam processionem, etc. Item solvi Bernardo pictori, pro pingendo dictas intorchas, iij. grossos.*

† INTORQUATUS, Intortus. Charta Antonii Portugalliæ Regis, inter Acta SS. April. pag. 73 : *Eas omnes et singulas (SS. Reliquias) minori nostro sigillo in pergamento... muniri, ac filo albo nigroque Intorquato prædicto pergamento involubiliter applicari, et in cera sigilli imprimi et implicari volumus.*

\* INTORTE, [Contorte. Plin. 16. 16. 27. Bruscum *Intorsius* crispum, molluscum simplicius sparsum.]

† INTORTICIUM, Cereus intortus, tæda, Gall. *Torche*. Testam. Petri de Croso Card. Archiep. Arelat. ann. 1388 : *Item volumus et ordinamus quod in die sepulture nostræ recipientur centum pauperes pro portanda Intorticia, quibus detur eorum quilibet una tunica de panno nigro.* Rursum occurrit in Actis SS. April. tom.

1. pag. 336. Hist. Mediani Monasterii pag. 23. Concil. Hispan. tom. 4. pag. 468 : *Funerales cerei, qui Intortitia dicuntur*, ibid. pag. 286. Vide *Tortisius*.

\* INTORTITIA, Eadem notione, apud Burcard. Argent. de Alex. VI. PP. pag. 13 : *Erant incensi ignes, Intortitiæ ac luminaria.*

† INTORSITIUM, in Bulla Innocentii VIII. PP. ann. 1484. in Continuatione M. Bullarii Rom. pag. 294. col. 2 : *De factibus et Intorsitiis, corpore defuncti in Ecclesia existente, tres partes fabricæ pertineant.*

† INTORTIUM, Eadem notione. Leges Palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LIX : *Quilibet nocte in camera nostra quatuor accensit brandones et duo Intortia habeantur.*

† INTORTIVUM, in Actis SS. Julii tom. 3. pag. 215.

\* INTORTUARE, Cruciatibus ac tormentis afficere, torquere, Gall. *Donner la torture*. Arest. ann. 1472. in Reg. 3. Armor. gener. part. 1 : *Qui occasione falsæ accusationis dictum Andream Intortuaverat et spatio trium mensium prisonarium detinuerat.*

† INTOXICARE, Toxicum seu venenum exhibere, apud Ludewig. tom. 5. pag. 321. *Intoxicare animos*, Seducere, fascinare, Anglis *to Intoxicate*, apud Rymer. tom. 1. pag. 35. *Intoxicatus*, Venenatus, apud Murator. tom. 9. col. 265. Raimundum Duellum lib. 2. Miscell. pag. 140. etc. *Intoxicatio*, Veneficium, apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 230. Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 395. in Histor. Dalphin. tom. 2. pag. 615. 625. etc.

\* INTOSSICARE, vox Italica, Toxicum seu venenum præbere ; unde *Intossicatio*, Veneficium. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 71 : *Dictus reus Petrum dictum Lambin Intossicavit, venenum in cibariis dicti Petri ministrando et ponendo, adeo quod dictus Petrus per Intossicationem, veneni administrationem hujusmodi... exspiravit.* Aliæ ann. 1366. in Reg. 101. ch. 73 : *Idem Falaterius conatus fuisset dictos supplicantes Intossicare seu eis potiones venenosas proditorie ministrare.* Vide *Intoxicare*.

† INTRACUTANEUS, Intercus. *Intracutaneus tumor*, in Miraculis B. Simonis de Lipnica, tom. 4. Julii pag. 552.

† INTRADES, Quæ sunt intra ædem. *Pervisus et collatis Monasterii Intradibus*, in Syllabo Abbatum Werthin. apud Leibnizium tom. 3. Scriptor. Brunsvic. pag. 602.

† INTRADICTUM, pro *Interdictum*, in Pacto Legis Salicæ tit. 48. § 1.

1. INTRAGIUM, Gall. *Droit d'Entrée*. In Consuetud. de Castelmoroux, in diocesi Aginnensi, in Regesto Constabul. Burdeg. fol. 56. *Introgium* scribitur in Charta libertatum Burgi in Bressia ann. 1397. apud Guichenonum pag. 24. *Droit d'entrée et issuë*, in Consuet. Bayonensi tit. 5. art. 42. tit. 8. art. 9. Aquensi tit. 9. art. 19. 22. 28. 34. Charta Eustorgii Dom. villæ Nobiliacensis in Lemovicibus ann. 1255 : *Triginta libras Marchionum, quas ab eodem Intragii nomine recipimus in pecunia numerata, etc.* [Litteræ ann. 1357. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 208 : *Dabit venditor extraneus in die fori pro leuda et pro Intragio duos denarios.*]

\* Quod adipiscendæ prædii tenementive, in emphyteusim vel feudum concessi, possessionis causa, domino solvitur, nostris *Intraige* aut *Entrage*, ut in

Consuet. Nivern. tit. 22. art. 8. et Burbon. art. 274. 442. Provincialibus, *Intrada, acapte et prim-acapte*. Vide Graverol. in Arest. Rochell. et Tract. de Jur. domin. cap. 12. art. 1. pag. 572. Non distinguendum itaque *Intragium* 3. ab *Intragio* 1. Charta ann. 1320. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 572. r. col. 2 : *Item sexdecim arpenta cum dimidio et decima parte unius grossi nemoris dictæ forestæ... pro quolibet arpeno decem libras Turon. pro tonsura, et quindecim libras Turon. pro Intragis.* Pluries ibi. Alia ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 511 : *In fossalis antiquis, tam pro Intragio quam pro censibus, lvi. sol.* Charta ann. 1406 : *Viginti libras monetæ regie nunc currentis a dicto Joanne Dubois assensatorio, pro Intragis præmissorum assensatorum.* Alia ann. 1449. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xxxvj : *Retentis... pro novis Intragis seu nova investitura... decem florenis.* Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 171 : *Après laquelle accense ainsi faicte, le suppliant associa avec lui un nommé Mathieu Salsat ; ... lequel Mathieu en ce faisant promist audit suppliant paier au seigneur de Berbigieres la moytié des Intraiges, cens, rentes et autres devoirs deuz.* Vide infra *Intraia* 4.

† 2. INTRAGIUM, Tributum quod dominus percipit ex dote, cum subditus maritatus filiam suam. [\* Quando scilicet in proprietate fundi cujusdam dos constituitur ; nam si in pecunia solvitur, nihil ex ea ad dominum pertinet.] *Informatio jurium Curia in loco Auseto ann. 1364. ex Camera Comput. Provincie, et in Enumeratione eorumd. jurium ann. 1414 : Item habet ibi quoddam jus vocatum Intragii, quod quando aliquis maritatus filiam, assignando ei proprietatem in dote, dicta Curia percipit denarios XII. pro singula libra, quibus bona hujusmodi appretiantur per communales dicti loci.* Anno proxime elapso, ex hoc ipso jure lis oborta est inter Dominum et incolas Augeti. Hi tributum dotis denegabant utpote insolitum, ille exigebat fultus iis ipsis quæ proferimus instrumentis, jusque suum retinuit iudicio arbitratorum. Ejusdem juris mentio est in Homagio, quod incolæ castri de Masalgis Galterio de Ulmeto hujus castri domino exhibuerunt ann. 1371. ex Archivis Præsidis de Mazaugues : *Promittentes non alienare in solidum vel in parte in manus mortuas nec in personas a jure prohibitas, et dare trezenum in omni casu alienationis, quæ nobis provenierint pro Dote.*

† 3. INTRAGIUM, Quod domino solvit tenens, cum venit in possessionem tenementi. Ex Sententia arbitrari ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte, debet Abbas concedere *cuilibet habitatori unum arpenum terre*, pro quo certas præstationes Abbati solvit ille habitator *cum decem solidis pro Intragio dicti arpeni in illo loco ubi Dictus D. Abbas et Conventus habent agrarium tantum, et in aliis locis ubi habent agrarium et decimam, xv. solidos Tolosanios pro arpeno ratione Intragii.*

† INTRAGIUM, Simili notione, seu Pretium rei ab emtore solvendum venditori. Venditio Bernardi Bermondi facta Gerardo Dalbania ann. 1336. ex Archivis Marchionis de Flamarens : *Renuncio... exceptioni dictorum Intragiorum non habitatorum nec receptorum et pecunie non numerate.*

† INTRAGLETUM, Eadem notione, ibidem : *Et pro sex florenis auri, boni auri et recti ponderis... cujusmodi sex florenos*

de Intragreto dictus Domieillus recognosco me habuisse et integre recepisse a dicto Gerardo in bonis denariis auri mundatis et electis.

\* INTRAGIUM, Quod a burgensi ad jus civitatis recens admissio exigitur. Libert. castri S. Joan. ann. 1252. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 388. art. 7: Ita tamen quod unusquisque, qui de cetero retemptus (in castro) fuerit, persolvat quatuor solidos de Intragio.

\* 4. INTRAGIUM, Vectigal, quod in civitatum et oppidorum introitibus pensatur, Gall. *Entrée*. Charta Hervei Trec. episc. ann. 1211. in Chartul. Campan. fol. 170: Præterea dedit eidem septendecim libras annui redditus in Intragio vinorum Trecentium in Pascha Domini annuatim reddendas ab illis, qui Intragium illud recipiunt. Alia Blanchæ comit. Trec. ann. 1216. in Chartul. Guil. abb. S. Germ. Prat. fol. 195. vº col. 1: Dedi ipsis et ecclesiæ eorum duodecim libras annui et perpetui redditus in Intragio vinorum apud Pruvinum assignatas. Vide *Introitus* 2.

\* 5. INTRAGIUM, Jus intrandi seu ducendi animalia aliquo. Inquisit. ann. 1268. ex Schedis Pr. de Mazaugues: Vidit quod quando hospitale volebat mittere avere suum in Corsorio, ... prius conveniebat cum bajulo de Moreriis, ut possent abevrare animalia sua in aquis vallis de Moreriis; et emebant Intragium prædictæ vallis.

INTRAHA. Charta Dagoberti Regis Franc. apud Marq. Freherum lib. de Lupoduno [\*\* Breg. 65.]: Cum omni utilitate in omni pago Laudenburgensi et undique, in Intraha, in pascuis, materia-minda, aquas, aquarumque decursus, etc. Alia ejusd. Regis ibid. pag. 22: In undique in Intraha, in pascuis, in materia-minibus, aquis, etc. [\* Fortassis, Ager, qui trahendo aratum colitur. Vide *Traha*.] [\*\* Leg. *Intraha*, nomen fluminis. Vide Acta Acad. Theod. Palat. tom. 7. pag. 62.]

\* INTRAHERE, Abstrahere, Gall. *Entrainer*. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 633: Dictus exponens manu armata dictum Jocerandum cepit et ipsum in carcere seu prisione sua Intravit. Emmenement, pro *Annelement*, Raptus in aliis Lit. ejusd. ann. ibid. ch. 618: Laquelle dame par paroles expresses approuva, ratiffia et accepta que la prinse et Emmenement que ledit chevalier avoit fait de ella, se avoit esté de son bon gré et volenté.

INTRALIA, Viscera, intranea: Gall. *Entrailles*. Pœnitentiale MS. Thuanum: Si porci vel gallinæ sanguinem hominis comedunt, Intralia projiciantur, et cætera caro manducetur.

INTRAMASARE dici videtur is, cui vendita est terra proximi sui, in quem ex lege non cadit retractus: tum enim ille hanc sibi pleniter asserit, et intra familiam suam infert. Charta Beatricis Abbatisse B. Mariæ Suession. ann. 1231. ubi de Retractibus: Et si contigerit, quod terra devolvatur jure hæreditario ad aliquem, eam Intramasabit. Et si plures fuerint hæredes quilibet eorum tenetur Intramasare, et tenetur quilibet solvere Majori et Scabinis et Decano 16. den. Paris. videlicet cuiuslibet Scabino 3. den. Majori 3. den. et Decano 4. et Ecclesiæ nostræ de qualibet Intramasatione tenetur solvere 2. sestarios vini. Locum intergrum habes in *Offerre*. Vide *Intromanus*.

† INTRAMENTA, pro *Amerciamenta*,

tom. 3. Hist. Harcur. pag. 184. Vide *Immerciatus*.

\* INTRAMISSOR, Intercessor, mediator. Agnell. in Lib. Pontif. tom. 7. Jul. pag. 183. col. 1: Gratiam tibi ago exauditor omnium Deus, ... apud quem mediator nec nuncius, nec Intramissor necesse est.

INTRAMURANUS, INTRAMURANEUS, Intra urbis muros situs. Asconius in 4. Verrin: Omnis Magistratus, qui Intramuranus non est, nec urbanus, etiam si administrator ejus Romæ est, ad urbem ducitur. Officia Intramurana, apud Symmachum lib. 10. Epist. 37. S. Ambrosius Epist. 13: Nec jam Portiana, hoc est, extramurana basilica petabatur, sed basilica nova, hoc est, Intramurana, quæ major est. Intramurani exoleti, apud Lampridium in Heliogabalo; Intramurana seditio, apud Vopiscum in Aureliano. Gregorius Turon. in Vitis Patr. cap. 7: Ad Intramuraneam eum castri Ecclesiam detulerunt. Eadem verba habet Vita Garneri Præpositi Divion. Charta ann. 1137. apud Perardum in Tabulis Burgundicis: Contigit altare Intramuraneæ Ecclesiæ... S. Stephani, ciborio, quod inerat, ardente confringi. [Intramuranea castri Ecclesia, in Vita S. Gregorii Lingon. tom. 1. Januarii pag. 169.] Capitularia Caroli C. tit. 40. cap. 1: Episcopus Barcinonensis se reclamavit, quod Tyrus Presbyter Cordubensis in Ecclesia Intra muros ipsius civitatis sita, seorsim conventus agens, etc. Sic palatium Intramuraneum, dixit Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 34. ut domum Intramuraneam, S. Aredius in Testamento suo tom. 1. Analector. Mabillonii. Vide *Foramuraneus*.

INTRANEA, Viscera, ἐντερα, in Gloss. Lat. Græc. *Entrailles*; Latinis Scriptoribus *Interanea*. Lex Salica tit. 19. § 5: Si vero intra costas vulnus intraverit, et usque ad Intrania pervenerit, etc. [Baluz. *Intranea*.] *Interanea* et *minutalia*, apud Gregor. Turon. lib. 4. de Miracul. S. Martini, et Eginhard. Epist. 23.

\* *Entreigne*, pro *Inguen*, in Poem. Alex. MS. part. 1:

Si come Emenidus de Gadres lor sorfrongne,  
Si ert fêru ou cors assez près de l'Entreigne.

INTRANEI, Indigenæ, apud Ericum Upsaliensem lib. 5. Hist. Suecicæ pag. 148: Quod castra regni Suecicæ non nisi Intraneis traderentur. [Tam contra extraneos, quam contra Intraneos, in Charta ann. 1416. ex Archivo S. Victoris Massil. Adde Ludewig. tom. 6. pag. 157. et 168.]

\* INTRANEUS HOSTIS, Qui intra muros urbis vel castri obsessus est. Chron. Joan. Vitodur. in Thes. hist. Helvet. pag. 5: Quod hostes Intranei jam desperati, etc. Vide *Intramuranus*.

† 1. INTRANS, Legatus, Gall. *Député*, Agent. Robertus Goulet, in Compendio jurium Universitatis Paris. fol. 4: Singulæ prædictæ provinciæ dant singulos Intransantes ad eligendum procuratorem... Dant suos Intransantes ad eligendos venerabiles in artibus magistros. Fol. 5: Faciunt quinque parvos Intransantes, videlicet unum de qualibet diocesi, ad quos spectat facere unum magnum Intransantem de illa parte, qui una cum aliarum nationum Intransantibus eligere habet Rectorem.

\* Occurrit præterea in Stat. Universit. Andegav. ann. 1409. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 498. art. 3. et seqq. *Entrant* vero, eadem notione, quæ nunc *Ingredient*, dicimus, materia nempe partiarum, in Lit. remiss. ann. 1471. ex

Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 127: Le suppliant se transporta en l'ostel d'un barbier pour avoir de l'Entrant à soy guérir de certain mal qu'il avoit, et d'illec pour ce qu'il ne trouva point dudit Entrant, etc.

† 2. INTRANS. Constitutio Bernardi Abb. Tutel. ann. 1209. apud Baluz. Hist. Tutel. pag. 511: Hæc autem cæna nulla occasione vel aliqua obventione vel conventus quantitate debet cessare, quin cœnantibus tribuatur, nisi propter consuetam refectionem, quam Intransantes sive Donati Conventui tribuunt, item illi provideant cœnantibus. Donatos hic dictos puto Intransantes, cum primum sese offerentibus Monasterio atque in eo suscipiebantur. Vide *Oblati*.

INTRANS MENSIS. Vide *Mensis intrans*. † INTRANSGRESSIBILIS, Quem nemo potest transgredi, transmeare, in Otilis Imper. Gervasi Tilber. apud Leibnium tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 384.

† INTRANSGRESSIBILITER observare, Religiose, inviolate, in Donatione ann. 1379. ex Schedis Præsidis de Mazaugues.

\* INTRANSIBILIS, Invius, inaccessus. Chron. Sigeb. Gemblac. ad ann. 342: Post aliquot annos, rebellantibus Alanis contra Valentinianum imperatorem, cum eos non posset imperator penitus debellare, eo quod eos Intransibiles Mœoticæ paludes tutarentur, etc. [\*\* Occurrit apud S. Hieronymum in Isai 4, 11, 15.]

\*\* INTRANSITIVUS, Non transiens, scil. mare, immobilis. Richer. Hist. lib. 2. cap. 12. narrat Arnulfum Monasterio capto Erluini uxorem cum natis Ædelstano regi Anglorum servandos trans mare deportavisse... Erluinum vero ad Wilhelmum principem Nortmannorum sese contulisse, plurimam de suis casibus quærimoniam apud eum agitantem... De oppidi amissione non se adeo affici, cum id sine spe aliqua recuperandi non sit, eo quod terra immobilis ac oppidum Intransitivum sit; uxoris vero ac filiorum privatio calamitatem interminabilem præterevidentur, etc.

† INTRAPREYSIA, Quævis susceptio, sed præsertim militaris, Gall. *Entreprise*. Requisitiones factæ per Comitem Sabaudicæ et Humbertum Dalphinum super variis gravaminibus hinc inde illatis ann. 1301. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 97: De damnis, Intrapreysiis et offensis hinc inde factis... cognoscere possint. Vide *Imprisio*.

† INTRAPREYSIA, Eadem notione. Computa Vienn. ann. 1324: In expensis Intrapreysiarum, sedandarum... xiv. lib. vii. sol. Ibidem: Ad tractandum super treugis et Intrapreysiis sedandis.

\* INTRARE, Sistere, exhibere, Gall. *Représenter*. Epist. Saladini apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Bonincont. Hist. Sicul. part. 1. pag. 216: Nos retinimus vestros mercatores, sicut audistis et eis justissimè ut vobis nuntiarent, ut illos, qui hoc malum fecerunt, nobis Intrent.

† INTRARE IN SANCTIS, de Dalphina dicitur, quæ peracto puerperio Ecclesiam ingressa est ad accipiendam Sacerdotis benedictionem, in Computo ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 277.

\* INTRARE AD MATUTINAS, His interesse. Obituar. Rotomag. MS.: Nota quod omnes canonici tenentur Intrare ad Matutinas per totam ebdomadam Paschæ, sub pena de xx. sol. modo fuerint in urbe. Vide infra *Introitus* 6.

INTRARE MARISCUM, apud Will.



Thorn. ann. 1281. est *mariscum*, locum scilicet paludosum, et maris inundationi obnoxium, aqua aggeribus, muris, et id genus obstaculis exclusa, pecudibus pascendis, vel culturæ aptum et idoneum reddere: vulgo Anglis, *to inne*, et *inning*. Ita Somnerus.

† **INTRARIUS**, ἐνδύμαχος, Qui intra est, in Glossis.

† 1. **INTRATA**, Introitus, ingressus, Ital. *Intrata*, Hisp. *Entrada*, Gall. *Entrée*. Charta Sancii Ramiri æra 1114. apud Morettum Antiq. Navar. pag. 621: *Et quia vos primos me cognovistis per seniore et per Regem ad illa Intrata de Papiiona et reddidistis mihi illo castello, etc. Intrata sive introitus*, tom. 4. Concl. Hispan. pag. 518. Vide *Entrata*.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Intrada*, Prov. aditus, ingressus. Quid sit vero in re forestaria *Arbre d'Entrée*, aperte declaratur in Stat. ann. 1376. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 235. art. 47: *Aucuns coutumiers soubz ombre de leur coustume de prendre en nos forez et abbatre chesne en estant, qui nomment d'entrée; c'est assavoir, sitost comme en la racine ou autre part en bas, il pevent mettre la cuignie et embatire à sec, etc.*

† 2. **INTRATA**, Quivis redditus, Ital. etiam *Intrata*. Statuta Massil. lib. 1. cap. 1. § 1: *Itemque omnes redditus et obventiones, et Intratas et res, et procassia et aventuras ad dictam Civitatem... pertinentes... tradi faciet Clavariis Communis*. Statuta Madoetis laudata tom. 1. SS. Junii pag. 770: *Magister et Canevarius dicti hospitalis teneantur et debeant facere rationem singulis mensibus dictis Advocatis de Intrata et expensis factis de bonis dicti hospitali ipso mense*. Transactio inter Carolum I. Comitem Provincie et Fr. Feraudum de Barrasio Commendatorem Hospitalis S. Johannis Hierosol. ann. 1262. ex Schedis Præsidis de *Mazaugues*: *Remittit dictum hospitale omnes fructus, obventiones et Intratas, quos et quas de prædictis assaribus D. Comes habuit et recepit*. Edictum Philippi Franc. Reg. ann. 1314. apud de Lauriere tom. 2. Ordin. Reg. pag. 22: *Item quod de rebus feudatibus per nobiles ad lucrandum, seu perpetuam enphyteusim personis innobilibus concessis, licet nobiles ipsi certum quid inde habuerint pro accapito, seu Intrata et censum, seu certam redhibentiam sibi retinuerint in eisdem. Vide Introitus 3.*

† 3. **INTRATA**, Vectigal mercis invecitæ, Gall. *Droit d'Entrée*. Inquesta ann. 1268. ex Archivo Eccl. Massil.: *Quod D. Episcopus et Ecclesia Massil. ambo simul ratione jurisdictionis habebant et tenebant... ad tabulam portus in villa inferiori duos homines... qui colligerent... redditus sive Intratas portus dictæ civitatis, qui redditus sive Intratæ dividebantur in tres partes, quarum prima, etc.* Hac f. notione intelligendus locus e Statutis Massiliens. paulo ante prolatus.

\* 4. **INTRATA**, Idem quod supra *Intragium* 1. Vide in hac voce. Charta ann. 1286. ex Tabul. monast. Montisol.: *Recognoscens quod illos triginta quinque solidos Turonenses accipit seu Intratæ terræ... ad tertium ex gratia... remiserant*. Alia ann. 1318. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 255: *Duo molendina blade-ria venti, seu duorum molendinorum casaria... solvendo pro quolibet... decem Turonenses... pro accapito seu Intrata*. Stat. ann. 1370. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 365. art. 17: *Pro redditibus vel possessionibus per innobiles acquisitis et ac-*

*quirendis a nobilibus in nostris feodis vel retrofeodis, per modum permutationis vel ac certam partem fructuum annualem, tradendo pecuniam pro Intrata, etc.* Quo sensu intelligendum quoque Edictum ann. 1314. laudatum in *Intrata* 2. Vide infra *Intrata*.

\* 5. **INTRATA**, Quod domino carceris seu ejusdem custodi ab incarceratis in eorum introitu solvitur. Ordin. cardin. de Fuxo ann. 1446. ex Cod. reg. 4660. A. fol. 21. vº: *Quia... commentarienses... quandam malam consuetudinem... adinvenunt de exigendo a quolibet incarcerato, pro mala Intrata vulgariter dicta, xij. denarios*. Stat. Cadubr. cap. 26. pag. 57: *De solutione domini capitanei pro Intrata castri illorum, qui carcerantur et pro expensis... Et solidos decem Papienses pro Intrata castri*.

† **INTRATENERE**, ut supra *Intertenerere*, Gallis, *Entretenir*, in Charta ann. 1180. apud Miræum tom. 2. pag. 832.

† **INTRATIUM**. Videsis *Intradium* 3. \* **INTRATTA**, ut *Intrata* 1. Repar. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435: *Pro faciendointrattam portæ dicti castri, etc.*

1. **INTRATURA**, Charta Caroli III. ann. 880. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 231: *Cum omni honore et subjectione, cum omni districto, cum fotro, et Intraturam Abbatis, omnia in integrum*. Infra: *Cum servis et ancillis, cum fotro et albergaria, Intratura Abbatis, etc.* Adde pag. 235. [\* Præstatio, ut videatur, quæ novam dignitatem ineunti fit.]

\* 2. **INTRATURA**, Idem ac supra *Intrata* 5. Vide in hac voce. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 169: *Addimus quod aliquis custos alicujus carceris... non possit nec debeat... auferre vel accipere aliquid alicui detento... ultra quam xij. bon. in prima die pro inferiata, vel Intratura*. [FR.]

\* **INTRATUS**, Eadem notione, qua supra *Intragium* 1. et *Intrata* 4. Charta ann. 1321. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 31: *Plures alii interrogati pro me notarium... si dicto domino regi erat commodiosum et utile infeudare, cum bonis Intratibus et decentibus censibus seu obliis annuatim, piscaria, vocata domini regis de Vauro, etc.*

\* **INTRECUM**, pro *Integrum*, in Charta Otton. imper. ann. 982. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 192: *Cum capellis et aliis in Intrecum*.

\* **INTREPIDANS**, [Non trepidans, firmus, validus. *Inscript.* apud Paulovich. *Marm. Macarens.* p. 61.]

\* **INTRESECUS**, pro *Intrinsecus*, qui intra locum aliquem manet. Charta ann. 1249. ex Tabul. S. Germ. Prat.: *Et nos executores quittaverunt, salvis sibi debitis, quæ ipsi et monachi ejusdem monasterii, tam forinsteri quam Intreseci, dictæ defunctæ debebant*.

\* **INTRETENIRE**, Gall. *Entretenir*. Sumtus necessarios ad victum cultumve suppeditare. Testam. Ant. de Villanova ann. 1516. ex Tabul. D. Vancie: *Item volo... quod hæres meus suscriptus teneatur et debeat dictum Aymarum filium meum Intretenire in studio*. Vide supra *Intertinere*. Hinc *Entrementiere*, pro *Fourniture*, Suppeditatio, præbitio, in Charta S. Ludov. ann. 1255. ex Reg. comitat. Clarimont.: *Nous vous mandons que vous fachies avoir au mateur de Clermont en nostre forest en Hies une cartée de bos par semaine... quar nous avons entendu par nos enquesteurs que aussit*

*avoient si ancesseur icelle Entrementiere, s'il demourassent iluec.*

\* **INTREUGARE**, Treugas seu inducias facere. Vide *Treugare*.

\* **INTREZATORIUM**, Ornamentum, quod interserebatur comis. Stat. Mutin. ann. 1327. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 315: *Et ipsæ pedisequæ non portent in capite aliquod Intrezatorium de seda*. Et col. 316: *Nec aliquem Intrezatorium platum, vel deauratum, vel aorientatum, etc.* Ital. *Intreccia-toio*. Vide supra *Interzatio*.

**INTRICARE**, Ital. *Intrigare*, in tricas conjicere, impedire. Onomast. Lat. Græc.: *Intrico*, ἐπιπλέω. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. § 13. [\* Roth. 321.]: *Si quis cervum domesticum alienum, qui non rugit, Intricaverit, componat, etc.* Tit. 21. § 3. [\* Roth. 331.]: *Si porcus cum dente hominem Intricaverit, aut si canis momorderit, etc.* Editio Heroldi habet *Instrigare* non semel tit. 105. § 4. 6. At tit. 103. § 9. 13. legitur *Intricare*. [Muratorius tom. 1. part. 2. pag. 42. semel legit. *Instrigaverit*, semel *Intricaverit*, additque in Codice Mutin. haberi *Fragaverit*, fortasse, inquit, pro *Flagraverit* a flagris: huic conjecturæ utcumque favet Cod. Estensis, ubi legitur *Plagaverit*.] Vide Nonium in *Tricæ*.

\* *Entraitter*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 91: *Un d'iceulz chevaux par les mouches ou autrement s'empescha ou Entraitta en ses traits;... et incontinent que ledit exposant ot despechié et destraittié ledit cheval, etc.*

**INTRINITA**, Concilium Turon. II. can. 22: *Sunt etiam qui in festivitate Cathedralis Domini Petri Apostoli Intrinitas mortuis offerunt*. Sic codex Bellovac. ubi alii cibos habent. An *Intritas*? est enim *Intrita*, cibi species, apud Donatum ad Terentium in Phorm. Glossar. Lat. Gr.: *Intriturum*, ἐπιδορῆ. Vide *Festum S. Petri Epularum*.

\* **INTRINSECUS**, **INTRINSICUS**, Fœderatus, amicitia et fœdere conjunctus. Pactum ann. 1278. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 409: *Ad dampnum, destructionem et mortem perpetuam et finalem Veronensium Intrinsecorum et suorum amicorum*. Et col. 410: *Item quod quandocumque dicti Veronenses Intrinseci equitarent et irent cum exercitu vel cavalcata, etc.* Pluries ibi. Epist. Laudr. Cribel. ann. 1251. ibid. col. 497: *Hostes nequam Papienses, et Placentini Intrinseci, etc.* [\* Scriptoribus Ital. ejus temporis cives *intrinseci* vel *interiores* opponuntur expulsus vel bannitis; sunt igitur Placentini et Veronenses *intrinseci* ea pars civium quæ tunc imperium in civitate tenebat et alteram eiecerat.]

† **INTRIPEDARE**. Vide *Interpedare*. † **INTRIPIRE**, **INTRIVIRE**, Papias: *Intrio*, *Infundo*; *Intrivisti*, *parasti*, *infudisti*. Gloss. Sangerman. *Intrio*, *Infundo*, *Bituric*. *Intrivio*. Verbum, nisi me fallo, fictum ex hoc Danielis 14. 32: *Erat autem Habacuc propheta in Judæa, et ipse coverat pulmentum, et Intriverat panes in alveolo; Intriverat autem non ab Intrire aut Intrivire ductum, sed ab Interrere: quod est terendo immittere*. Phædrus lib. 1. fabula 25: *Intrito cibo plenam lagenam posuit*.

\* *Enterquer*, pro *Inducere*, pice, vulgari sermone *Terque* appellata, illinere, in Reg. sign. R. domus publ. Duac. ubi de Recept. Margar. Ebroic. ducissæ Burg. 19. Nov. ann. 1470. fol. 106. vº: *Item avoit sur ledit marchié ung bel feu*

et grand... où avoit tonniaux, que on avoit Enterqués de sieu, pour les mieux alumer.

† **INTRO**, pro Intra. Concilium Lucense inter Hispana tom. 2. pag. 305: Britonacensis tenent Ecclesias, quæ in vicino sunt Intro Britones.

1. **INTRODUCERE**, Insinuare. Historia S. Appollinaris Martyris: Cum vero per multos dies sermocinaretur Judæis, Introducebat eis de nomine Jesu, quod verus Dei esset filius, etc.

\* Instituire, edocere, commonefacere, nostris alias *Entroduire* et *Introduire*, eadem acceptione. Gesta Ludov. Pii cap. 7. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 137: Tant com il (Louis) demora avec lui (Charlemagne) l'ensegna de ce que il sentoit que il n'estoit pas souffisamment Entroduiz, c'est à savoir comment il devoit vivre et régner. Ubi Vita ejusd. Ludov. ibid. pag. 96: De his quibus eum indigere putavit, Instruxit, etc. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 232: Comme Gobin Rogier après le trespassement de son pere et de sa mere... ait esté si petitement Entroduiz, que il est très simples enfés et de petit senement, etc. Aliæ ann. 1386. in Reg. 123. ch. 290: Comme Regnault sire de la Buzieres fust demouré jeune et mendre d'aage, sans avoir personne qui l'Introduisist, ne chastias, etc. Vide mox *Introduitorium*.

\* Sed et pro inducere, verbis illicere, Gall. *Induire*, *engager*, non semel occurrit. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. ch. 206: Icellui Raoul Entroduist tant icelle femme, que elle lui accorda à lesier le suppliant son mary. Aliæ ann. 1389. in Reg. 137. ch. 83: Les pere et mere de ladite Michele s'estant aperçus de l'engrossement de leur fille, l'Introduirent tellement par menaces, qu'elle alla dire à la justice de ladite ville que ledit Ysarn l'avoit cogneut charnellement par force. Denique aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 78: Comme un nommé Raoul eust tant traicié et Entroduite icelle Jehannete qu'il eust fait d'elle sa voulenté. Hinc *Introditement*, pro *Induction*, instigation, *Inductus*, in Lit. remiss. ann. 1423. ex Reg. 172. ch. 522: Jehan Coste ennorta icellui Grossin et Duquesne à aler prendre et admener aucuns desdiz porcs, et fist tant par *Introditement* de sa parole, etc.

\* 2. **INTRODUCERE**, Extremam unctionem conferre, quod *Adreçer* dicebant nostri, hoc est, rebus eo in statu necessariis aliquem instruere. Vide supra *Inoleare* et *Extrema unctio*. Comput. ann. 1408. inter Probat. tom. 8. Hist. Nem. pag. 194. col. 2: *Alia expensa facta pro Introducendo reclusam, et pro interrando mortuam. Et primo, pro extrema unctio ad opus dictæ reclusæ, pro necessariis, x. denarios. Item pro sudario ejusdem reclusæ, v. solidos. Item pro candelis ad opus interrandi dictam reclusam, etc.* Vide supra in *Adresciare*. [\*\* Alibi *introduci* dicuntur mulieres de puerperio in ecclesiam per curatum. Chart. ann. 1255. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 653: *Item prohibitum fuit, ne custodes sponsas recipiant, vel mulieres de puerperio introducant.* Unde *Introducionalia*, quod ea occasione plebano solvitur. Vide *Haltaus*. Glossar. German. voce *Einteiten*, col. 298.]

\* **INTRODUCTORIUM**, Institutio. Adalber. *car. m.* tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 66:

Excludantur et hi, quos sola scientia comit,  
Christi conservos et quos sapientia nutrit,  
Et quibus apparent *Introductoria* sanæ  
Doctrinæ.

Vide supra *Introducere* 1.

\*\* **INTRODUCTORIUS**, Qui introducitur. Cassiod. de Divin. Lectione cap. 24: *Post Introductorios libros auctoritatem cum expositoribus suis sedula intentione curramus.* Vita Johan. Gorziens. cap. 13. apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 340: *Primas tantum partes Donati audivit, eaque Introductoria aspersione contentus, divinis se omnino transtulit scriptis.*

\* **INTROGIARE**, Sub præstatione *Introgiorum* aliquid in emphytheosim concedere. Charta Bellioc. ann. 1452: *Juxta quoddam curtile de novo Introgiato a dicto Simone, etc.*

† **INTROGIUM**, Tributum domino solvendum ab eo, qui aliquo recens advenit, vel novam init dignitatem, etc. Gall. *Droit d'Entrée, de bienvenue*. Provisio præposituræ de Sabloneris ab Henrico Dalph. data Aymoni de Sachenas ann. 1324. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 148: *Sciendum quod pro Introgiiis prædictorum habuimus a dicto Aymone sex viginti et decem libr. Vienn. Computum ejusd. anni ibid. pag. 130: Item recepit a Stephano Damuden et Johanne Bergerii de Monte-lupello, qui se posuerunt in garda Domini, pro Introgiiis xx. solid. Litteræ Humberti Dalphini ann. 1306. tom. 2. pag. 126: Ita videlicet quod dicti Judæi (quibus conceditur facultas in Dalphinatu conversandi, marchandandi, et cohabitandi) tenentur et debent nobis et posteris solvere incontinenti, nomine et ex causa Introgii, quilibet xx. libras Vienn... et de prædictis xl. libris de Introgio nos a dictis Judæis tenemus plenarie pro pagatis. Vide *Intragium* 1. et *Introitius* 1.*

\* Idem quod supra *Intragium* 1. *Introje* etiamnum Dalphinatibus. Consule *Basset*. *Arest. parlam. Dalph.* tom. 2. lib. 3. tit. 11. cap. 7: *De l'Introje ou albergement.* Charta offic. *Maticson*. ann. 1455: *Ac pro et mediante summa pro Introgiiis et nomine Introgiorum 90. lib. Turon. monetæ regis nunc currentis recepta a dicto domino. Quod tributum genus, etiam a filio patris succedente, exigebatur.*

\* **INTROHITUS**, pro *Introitus*. Terrear. villæ de *Busseul* ex Cod. reg. 6017. fol. 4. v.º: *Item obolum pro Introhitu ejusdam hospicii, sitti in dicta villa juxta viam communem. Nostris, Introite, pro Entrée.* Charta admort. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272: *Item sur le Introite dudit ort ou courtil doit ledit tenementier, etc.*

† **INTROITORIUS**, Pertinens ad *introitium*. Gloss. Græco-Latinæ: *Introitorius, εισδοτος.*

**INTROITUM**, **INTROITUS**, Gall. *Droit d'Entrée*. Julianus antecessor Nov. 123. cap. 1: *Gratis autem nullatenus volumus sumptus accipere milites a collatoribus, licet minime apparatus fuerint eis annonæ: neque autem Introita a collatoribus exigenda esse permitimus, quos in læsos et indemnes undique conservari justum est.* *Introitus*, præfert *Editio* Gr.

1. **INTROITUS**, Quod a Clericis dignitates vel functiones Ecclesiasticas ineuntibus, Patronis Ecclesiarum præstatur. Concilium Viennense ann. 892. can. 4: *Et ut nulli census a Presbyteris ad Introitum, ut dicitur, Ecclesiarum equirantur, aut vi aliqua extorqueantur; a Laicis nempe Patronis Ecclesiarum. Rotomagense ann. 1074. can. 1: Ut omnis simoniaca hæresis funditus eradiceatur, ita quod neque Abbatia, seu Archidiaconatus, aut Ecclesia Parochialis ematur, aut vendatur, aut aliquid pro*

*Introitu Ecclesiæ expectetur.* [Vide *Introitum* et *Introitum*.]

2. **INTROITUS**, Tributum, quod in civitatem et oppidorum introitibus pensatur. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1310. pro libertatibus Bastidæ in Petragicis, ex 47. Regesto Tabularii Regii num. 38: *Quilibet mercator extraneus habens trossellum vel plures trossellos in dictis nundinis, dabit pro Introitu et excitu et pro leuda 4. denar.* [Annal. Genuens. ad ann. 1214. apud Murator. tom. 6. col. 406: *Constituerunt quod denarios quatuor per libras de collecta maris incantarent usque ad annos sex et de illis denariis redimerent Introitus marcharum, pedaggi Gavii... et denum universos Introitus Communis Januæ, quæ omnia vendita erant per longum tempus.* Ibid. col. 407: *Ipsi vero consules juraverunt, quod dicti Introitus de cetero in perpetuum non possent vendi nec obligari seu alienari alicui personæ seu personis ultra annum unum tantum.*] Vide *Intrata* 3.

† 3. **INTROITUS**, ut supra *Intrata* 2. Quilibet redditus. Bulla Bonifacii IX. PP. ann. 1396. qua Johannellum et Andream Thomacellos Milites Neapolitanos instituit Vicarios et rectores Civitatis Ortanæ ejusque Comitatus et territorii, apud Illustr. Fontaninum ad calcem *Antiquit. Hortæ* pag. 442. et 443: (Habentis potestatem) colligendi, habendi ac vestris... usibus applicandi omnia et singula consueta et debita telonia, pedagia, jura et emolumenta, fructus, redditus et proventus et Introitus, quocumque nomine censeantur... ita tamen quod de hujusmodi consueta, debitis, teloniis, pedaggiis, juribus, fructibus, redditibus, proventus, Introitibus et emolumentis aliis quibuscumque... teneamini dictam civitatem ejusque comitatum... vestris sumptibus... custodire, reparare, etc.

† 4. **INTROITUS** ET **EXITUS**, in computis seu rationibus, *Acceptum* et *expensum*, Gall. *Recette et mise*. [\* Charta ann. 1589: *Et primo quamdam terram, sitam in territorio de Villalaura, totam cum Introitibus, exitibus, juribus et pertinentiis suis.*] Vide *Exitus* 1.

5. **INTROITUS**, Antiphona, quæ a Choro canitur, dum Pontifex procedit ad altare, quæ in Missa Ambrosiana *Ingressa* dicitur. Papias: *Introitus dicitur, quod per eum introimus ad ejus officium, versus, quo per eum revertimur ad Intritum.* *Walafridus* Strabo cap. 22: *Antiphonas ad Introitum dicere Celestinus PP. instituit, etc.* *Amalarius* lib. 1. de *Eccles. Offic.* cap. 5: *Officium, quod vocatur Introitus Missæ, habet initium a prima antiphona, quæ dicitur Introitus, et finitur in oratione, quæ dicitur ante Lectionem.* *Introitus* Missarum alii sunt regulares, qui quotidie ex more cantantur: alii irregulares, qui secundum varietates solennitatum instituti sunt, ut *Puer natus*, etc. Vide *Honorium* Aug. in *Gemma animæ* lib. 1. cap. 87. et *Durandum* lib. 4. cap. 5. [\* Glossar. med. Græcit. voce *Εἰσδοτος*, col. 358. sqq.]

**INTROITUS ECCLESIARUM**. Vide *Adventus*.

† **INTROITUS MENSIS**, Quindecim primi dies mensis. Vide *Exitus mensis* et *Mensis intrans*.

\* 6. **INTROITUS**, Præsentia, Gall. *Assistance*. In *Obituario* MS. eccl. *Rotomag.* ad diem 16. Dec. legitur: *O sapientia. Dominus cancellarius, cuilibet vj. den.* Recentiori manu additur: *Fit introitus;* quod explicatur ad diem 27. ejusdem mensis in festo S. Joan. Evang.: *Omnes*

sacerdotes tenentur facere Introitum in Matutinis sub pena de v. sol. Vide supra *Intrare ad Matutinas*.

\* **INTROLIGATOR**, Officii seu officii nomen apud Polonos. Mirac. S. Hyacinth. tom. 3. Aug. pag. 367. col. 2: *Stanislaus Introligator et uxor Barbara, etc.*

**INTROMANSUS**, **INTERMANSUS**. Charta ann. 1188. apud Heremere in Augusta Viromand. pag. 151: *Abbate siquidem S. Præjecti decedente, successor ejus mihi, successorique meo de Intromansis nostris respondebit*. Alia ann. 1181. pag. 156: *Et Intromanso in subrogatione singulorum Abbatum sub 2. solidis et totidem sextariis vini modificato*. Alia pag. 220: *Exceptis lethis et duellis Decanorum... et Intermansis de Bainwillari*. Denique pag. 250: *Ut si terra, quæ tenetur de Ecclesia, per excambium vel venditionem transeat de una persona ad aliam, solvet Capitulo successor pro Intermansis, pro quolibet journali 15. den. si a matre vel patre item transeat per excambium vel venditionem, solvet 9. den.* [Ejusdem fere notiones videntur hæc voces, cuius est *Introgium*.] [\* Idem procul dubio quod supra *Introgium*.]

† **INTROMEYSIUM**, ut mox *Intromissum*. Ordinatio super ordine et numero mensarum Dalphin. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 311: *Item quod serviatu nobis in eadem die Lunæ de uno Intromey-sio de tripis bonis... et dictum Intromey-sium portetur cum primo ferculo*. Recurrit ibid. pag. 312.

\* **INTROMISSIO**, Usurpatio, violenta occupatio. Concord. Mant. cum Ferrar. ann. 1239. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 443: *Quod omnes Intromissiones et sactimenta factæ et facta, etc. Similis quoque restitutio fiat Ferrariensibus per potestatem et commune Mantuæ de toto eo, quod datum esset alicui, qui intromissionem fecisset, vel alii pro eo occasione recuperandæ vel dimittendæ vel absolvendæ Intromissionis.... Restitutio vero hoc modo fiat. Compensatio quantitatis et speciei fiat hinc inde.... Hoc posito pro constanti, quod non existant pisces Intromissi vel ablatis civibus Ferrariæ per Mantuanos, etc.*

**INTROMISSUM**, Medium seu tertium convivi ferculum, Italis *Tramesso*, Gallis *Entremets*. Gesta Innocentii III. PP. pag. 76: *Nisi forsitan Comitibus, Baronibus, et aliis nobilibus, tertium ferculum, quod vulgo dicitur Intromissum, ultra id, quod exhibetur familiæ, apponatur*.

**INTROMITTERE**, est quod vulgo dicitur: *Entremettre*, Gallice quasi in rem se mittere, ut de aliquo tractet. Ugutio. Charta Ottonis Imp. ann. 995. apud Ughellum tom. 5. pag. 667: *Jubemus, ut nullus Patriarcha, Archiepiscopus..... se audiat Intromittere, aut aliquam molestiam prælibato Monasterio inferre*. Adde Epist. 119. 130. Fulberti, [Gesta Frederici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 776. Annales Genuens. ibid. col. 255. Litteras ann. 1355. apud Ludewig. tom. 5. pag. 454. Statuta ann. 1402. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 684.] et vide *Inframittere*. [\* *Haltaus*. Glossar. German. voce *Sich Unterwinden*, col. 1961.]

**INTROMISSÆ RES**. Lex Longob. lib. 2. tit. 21. §20 [\* *Lutpr. 57. (6. 4.)*]: *Postquam genitor ejus omnes res suas venundaverit, vel pro debito creditoribus suis dederit, aut a publico Intromissæ fuerint, etc.* Id est, ni fallor, a iudice in fiscum relatæ, confiscatæ.

¶ Pro *Intromissæ* legendum *Intromissi*: quod verbum refertur ad creditores; dicuntur autem creditores *Intro-*

missi, qui decreto iudicis immissi sunt in possessionem bonorum debitoris. Vide Murator. tom. 1. part. 2. pag. 62. col. 1. [\* *Intermissi*, Herold. tit. 38.]

\* **INTROMITTERE PIGNUS**, Illud committere, dare. Stat. Cadubr. correct. cap. 5: *De modo et forma Intromittendi pignora. Quilibet juratus possit solo verbo Intromittere pignus debitori alterius creditoris, hoc modo videlicet, Intromitto tibi pignus, et dictum pignus habeatur pro Intromisso; qua Intromissione facta, dictus juratus præceptum faciat dicto debitori sub pena secundum quantitatem, debiti, etc.*

**INTRONEUS**, Interior, et proprie, qui quadam importunitate se ingerit intro, ut comedat. Jo. de Janua.

**INTRONISARE**, etc. Vide *Inthronisare*. \* **INTROVERSUS**. [Introrsus. Lucii. apud Non. 4. 188.]

\* **INTROVOCATUS**. [Ammian. 29. 1. Primo *Introvocatu*.]

\* **INTRUDARE**, Absque licentia domini eoque inconsulto aliquid agere, exsequi. Charta inter Probat. Hist. Brit. tom. 1. col. 376: *Et medietatem de emendatione domorum, si quæ sine assensu domini episcopi in vicum Interpellantur vel Intrudantur*.

† 1. **INTRUSIO**, nude, Conjectio in carcerem. Concil. Tarrac. ann. 1248. inter Hispanica tom. 3. pag. 499: *Pœnas canonicas poterit infligere talibus, et sic pœnam Intrusionis vitare... Credentes relapsi in credentiam... in perpetuo carcere Intrudantur*.

2. **INTRUSIO**, Practicis Anglis est, ubi quis, cui nullum jus competit in re, (vel beneficio Ecclesiastico) nec scintilla juris, possessionem vacuum ingreditur, quæ nec corpore, nec animo possidetur, sicut hæreditatem jacentem, antequam adeatur ab hærede, etc. Ita Bracton. lib. 4. Tract. 1. cap. 2. § 1. Adde Statutum de Prærogativa Regis edit. ann. 17. Edwar. II. cap. 14. Concil. Lambethense ann. 1261. cap. de *Intrusis*. Briton. pag. 161. Radulfum de Hengham in Parva cap. 6. et Rastallum in hoc verbo.

† **INTRUSOR**, Qui dignitatem contra leges occupat, Gall. *Intrus*. Charta Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1408. apud Rymer. tom. 8. pag. 525: *Robertus Withe... venit, ut Intrusor, per expressam rebellionem et.... hospitale absque titulo.... detinuit*.

\* **INTRUSORIUM**, Infundibulum. Officiar. curator. diœc. Claromont. et S. Flori edit. Paris. ann. 1490. ubi de Modo separandi leprosis: *Unum Intrusorium, Gallice Entonnoer, etc.*

\* **INTUCEMENTUM**, pro *Incurrerementum*, ut opinor, Multa, quam quis delinquendo incurrit. Vide supra in hac voce Libert. Montisfalc. ann. 1369. in Reg. 149. Charloph. reg. ch. 296: *Et casu quo bajulus dictam præsentationem et cautionem recipere nollet;... eadem re, in qua dictum bannum fuerit appositum, uti valeat, et gaudere, Intucemento et gagio ac pœna non intervenientibus quibuscumque*.

† **INTUERE**, pro *Intueri*, Attendere, approbare. Benedictio virginis apud Mabillon. pag. 332. Liturg. Gallic. col. 1: *Virginitatem ideo Intues et diligis, quæ tibi origo virginitas: qui que in hunc mundum natus ex virgine, id in aliis probas*.

† **INTUERI**, Passiva notione. Vita B. Coletæ n. 8. tom. 1. Martii pag. 541: *Intuebatur vero facialiter duobus decorata coloribus, albedine scilicet et rubedine, quorum primus conscientie suæ nitorem*

*congruentissime significare poterat et munditiæ puritatem*.

\* **INTUIBILIS** Visibilis, apud Virgil. Grammat. pag. 61.

\* **INTUITUS**, Arbitrium, sententia, iudicium. Charta commun. Rotomag. ann. 1204. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 673. art. 12: *Si vero duo de ceteris paribus viderint, reus juramento illorum convictus remanebit in misericordia, et emendabit Intuitu majoris et eschevinorum maleficium*. Galli eadem notione dicimus, *Au regard*. Vide *Regardum* 5.

† **INTUM**, **Missum**, in Gloss. Sangerm. MS. n. 501.

**INTUMARE**. Vide *Incomare* in *Incoma*.

† **INTUMETIVUS**, Tumens, superbus. Acta S. Fidoli tom. 3. Maii pag. 590: *Sævissimus vir, Intumetiva ordinatione procacissimus, humana elatione superbus*.

\* **INTUMULARE**, In tumultu condere. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Intumulare, Ensevelir*.

\* **INTURRARE**, Turi includere, incarcerare. Anonymi Leob. Chron. ad ann. 1341. apud Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 959: *Ex quibus (nobilibus) aliquos Inturravit; aliquos rerum direptione et munitionum dissipatione acriter castigavit*. Vide *Turris*.

\* **INTUS**, Inter. Mirac. S. Rufin. tom. 6. Aug. pag. 822. col. 1: *Quod cum vidissent canonici, sicut bonæ providentiæ viri, habita tunc Intus se super hoc competentem deliberatione, etc.*

\* 1. **INTUS VENIRE**, Intervenire, intercedere, mediatoris partes agere. Charta Will. comit. Pontiv. ann. 1205. in Lib. nig. 2. S. Vulfran. Abbavil. fol. 72. rº: *Si vero viscecomes meus super hoc... aliquam molestiam irrogare præsumperit, ego et mei successores propriis sumptibus corrigere et Intus venire tene-mur*.

\* 2. **INTUS VENIRE**, Fisco inferre. Charta Phil. Pulc. ann. 1292. ex Cod. reg. 4184. fol. 58. rº: *Cum Manaserius de Choriaco Judæus... ex parte nostra fuerit deputatus, una cum quibusdam aliis Judæis, ad procurandum Intus venire tailiam Judæorum nostrorum, etc.* Galli dicent, *Pour faire revenir, rentrer, etc.*

**INTUSCISUM**, Crimen capitale, quod vulgo *Encis* nostri vocabant, sicque definitur in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. cap. 25: *Encis si est femme enceinte, quand l'en la fiert, et elle meurt de l'enfant*. Libertates villæ de S. Palladio in Biturig. : *Nisi propter furtum manifestum, homicidium, raptum, incendium, Intuscisum, et proditionem, etc.* [Vide *Encimum*.]

\* **INTYMBATUS**, pro *Intymbratus*, ut videtur; unde *Galea intymbrata*, tymbre seu armorum scuto insignita, in Chron. Leobien. ad ann. 1318. apud Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 919: *Qui dum crebro bellum præluderent, novissime ex conducto, distinctis aciebus, galeis Intymbatis, gladiis enudatis, ita ut videretur prælium inchoatum, etc.* Vide *Tymbris*.

† **INUA**, *Galea*. Glossar. Sangerm. MS. n. 501.

† 1. **INVACARE**, Vacare, deditum esse Joan. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. tom. 2. Maii pag. 221: *Comensationibus, unguentis et balneis Invocabat*.

\* 2. **INVACARE**, Vacare, Gall. *Etre vacant*. Charta Otton. episc. Babenberg. ann. 1188. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 287: *Proinde mansum illum, quem Ulricus... in officium habuit, qui eodem Ulrico mortuo, Invocabat, domino Waltero præposito in Osterhoven... jure perpetuo tradimus*.

\* **INVADEMONIARE**, In vadimonio seu pignore ponere. Gall. *Engager*. Charta ann. 1121. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 543: *Radulphus Matregait terram suam, dum Appulliam ivit, cuidam nepoti vestro, nomine Radulfo de Port propter vij. marchas Invademoniavit. Vide Invadiare.*

\* **1. INVADIAMENTUM**, Quod ex vaditis seu pignoribus ad iudicem pertinet. Charta ann. 1224. ex Chartul. 23. Corb.: *Ego vero dictam præposituram... quittavi in perpetuum, cum omni jure ad eandem pertinente, videlicet justiciis, relevaminibus, mortuismanibus, Invadiamentis, etc.* Vide in *Vadium* et mox

**INVADIARE**, [ut supra *Inguadiare*, Pignerare, pro pignore tradere, Gall. *Engager*. Occurrit hac notione tom. 4. Gall. Christ. col. 840. in Libro nigro Scaccarii pag. 177. apud D. Calmet Hist. Lothar. col. 248. tom. 2. col. xxxiv. Marten. tom. 1. Anecd. col. 653. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 239. etc.] Vide *Vadium*.

† **INVADIARE**, Notione contraria, Pignerari, in *vadium* accipere. Litteræ Joannis Comitis Pontivi ann. 1184. insertæ Litteris ann. 1350. apud D. *Secousse* tom. 4. Ordin. pag. 57: *Si quis emerit vel Invadaverit terram, vel redditus, etc.* Charta ann. 1234. in Instrum. Galliar. Chr. tom. 3. col. 75: *Contulimus etiam eidem Monasterio fructus decimæ... quam nos Invadiavimus ab Egidio... quam decimam si forte contingat redimi ab hæredibus Egidii prædicti, etc.*

† **INVADIARE SE**, Sese alicui dedere ad serviendum, in Legibus Caroli M. ex Codice Estensi, apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 98. col. 1.

† **1. INVADIATIO**, Pigneratio. Privilegium Mariæ Comitissæ Trecensis ann. 1182. ex Tabular. S. Remigii Rem.: *Cum Jobertus de Calvo-monte advocacionem possideret, supposita ei Invadiatione a... domino meo Henrico Comite.* Charta Henrici Ducis Lotharingæ ann. 1219. ex Tabulario Corbeliensi: *Recognoverunt se... nullum omnino jus habere... nec in venditionibus, nec in Invadiationibus.* [Idem quod *Invadiamentum*.] Rursum occurrit in Charta ann. 1206. Hist. Mediani Monast. pag. 314.

\* **2. INVADIAMENTUM**, Pigneratio, in Placit. ann. 6. Edward. I. in Abbr. Placit. pag. 194. Glouc. rot. 22.

\* **2. INVADIATIO**, Concessio facta ecclesiæ vel monasterio, traditio. Charta ann. 1227. ex Chartul. B. M. de Josaphat: *Gaufridus de sancto Remigio concessit Invadiationem, quam nobilis mulier Anastasia mater ejus fecit monachis B. M. de Josaphat super eo toto, quod ipse Gaufridus et prædicta mater ejus habent in tota decima de Piativillari.* Vide infra *Inverpire*.

† **INVADOSUS**, Non vadusos. Sallas Malaspine lib. 2. Rer. Sicul. tom. 6. Miscell. Baluz. pag. 240: *Dum ad cujusdam aquæ transitum... tempore Invadoso... pervenisset.*

† **INVAGATUS**, Lanfrancus Pignolus lib. 7. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 538: *Inimici supervenerunt locum, et videntes dictas galeas ligatas et incatenatas, credentes Januenses fore Invagatos et perterritos, viriliter contra ipsos venire cœperunt. Vagos, errantes et dispersos intelligo, ab Italico *Vagare*, Errare, vagari.*

\* **INVAGIARE**, Pignori dare, a veteri Gallico *Engager*, pro *Engager*. Charta ann. 1222. ex Chartul. S. Petri Insul. sign. Decanus fol. 127. rº: *Decimam*

*meam de Gelue, quam teneo in feudum de domino et patre meo, Invagiavi decano et canonicis S. Petri de Insula.* Alia ann. 1242. ibid. fol. vº: *Adans de le Faleske a Enwagiet à l'église S. Pierre de Liste, por sissante et dis lib. d'Artisiens, trois muis de la dime k'il tient de mi en fiés.* Hinc *Lenwagier* dicitur, qui prædium sub pignore accipit, in Consuet. vet. Hannon. cap. 75. edit. Antwerp. ann. 1553: *Que de ce jour en avant nulz censiers, Lenwagiers ou admodiateurs ne pourront rentrer en nouvelle cense d'eulz mesmes.*

\* **INVALIDITAS** dicitur, cum quis ex vulnere invalidus fit. Leg. Polon. a Prilusio collectæ pag. 276: *Quod si nulla ex hujusmodi vulnere mutilatio et Invaliditas membri consequetur, etc.*

**INVALIDITUDINARIUS**, pro *Valetudinarius*, qui *invaliditudine* laborat: *Papiae, Languens, sine valetudine.* Thwroczius in Andrea Rege Hungar. cap. 44: *Senio confectus ac Invaletudinarius.*

† **1. INVALIDITUDO**, Gall. *Invalidité*, Inanitas. Processus inter Massilienses et Arelatenses ann. 1381. in Regesto 73. tom. 2. ex MSS. Peyrescians: *Nullitatem et Invaliditatem dictæ sententiæ manifestat.*

\* **2. INVALIDITUDO**, pro *Invaletudo*, Gall. *Maladie*, in Leg. S. Lander. apud D. *Le Beuf* tom. 1. Dissert. pag. lxxxj. col. 1.

\* **INVANNARE**, ab Hispanico *Envainar*, In vaginam mittere; unde metaphoricè pro Fossatis aliisve propugnaculis locum includere, munire. Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 194. col. 1: *Item est faciendum in angulari, quod est inter primam turrem et murum qui est supra portale, unum parvum solerium Invannatum.* Et col. 2: *Et adsolayretur bisturris, quæ est ante ipsam turrin, et Invannetur et cohoperiatur tegulis... Et adsolayretur ipsa turris dessuper, et Invannetur a parte ante usque ad medium, et cohoperiatur tegulis.* Vide supra *Envanare*.

† **1. INVASATUS**, In vase positus. Vide *Perudum*.

\* Vel potius nude, pro *Inclusus*, Gall. *Enchassé*, alias *Envaisselé* et *Envassellé*. Illatio S. Bened. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 143: *Sanctissimam patris ac patroni sui glebam, aureis Invasatam cistellis, etc.* Lit. remiss. ann. 1419. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 103: *Un Agnus Dei et un autre en hault garniz et Envassellez en argent.* Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1. ubi de S. Leocade:

Le chief de la virge à grant feste,  
Anchois qu'il venist en sa fin,  
En cler argent et en or fin  
Envaissela à ses deux mains.

† **2. INVASATUS**, Invasus, obsessus a dæmone. Miracula S. Zita, tom. 3. April. pag. 517: *Guido vidit eam torqueri et vexari, ut consuetudini est de Invasatis.*

\* Italis *Invasato* et nostris *Invasé*, eodem significatu. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 227: *Quant aucune personne est Invasée et il va de vie à mort, etc.*

\* **INVASSELLATURA**, Infusio, ab Italico *Invasellare*, in vas immittere. Stat. Verceil. lib. 3. pag. 94. rº: *Exceptis portatoribus blavæ et vini, qui possint capere et habere... denarios sex pro portatura cujuslibet starit vini et non ultra; et pro discarigaturu vini et Invasellatura, denarios duos pro stario, et non ultra.* Ubi tamen *Invasellatura*, idem videtur quod collocatio dolorum in cella vinaria.

\* **INVASIBILIS BACULUS**, Quo quis

alium invadere et aggredi potest, Gall. *Offensif*, alias *Invasible*. Stat. Guill. Duprat episc. Claromont. ann. 1537: *Illis (sacerdotibus) etiam prohibemus deferre arma et baculos Invasibiles.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 37: *Ceux de Coindrieu garnis de glaives, d'espées, d'arbalestres et d'autres harnois Invasibles, etc. Armes Invasibles et défendus*, in Ch. Ludov. XI. ex Chartul. S. Petri Carnot. Hinc *Envaie*, *Envaissement* et *Envahissement*, Aggressio, oppugnatio. Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 11. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 246: *A quatre milliers furent esmé cil qui chairent aus premières Envaies.* Guil. Guiart. ad ann. 1242:

Anglois r'ont de gente fiere presse  
A cele mortel. Envaie.

*Les Envaissemens des ennemis de nostre royaume*, in Lit. ann. 1355. tom. 3. Ordinac. reg. Franc. pag. 46. Charta ann. 1445. in Chartul. Latinac. fol. 42. vº: *Nonobstant que ledit Mace, qui veoit ainsi la malle voullenté dudit Sasseville, feist son devoir de soy destourner de l'Envahissement que luy faisoit icellui de Sasseville, etc.* A verbo Latino *Invadere* formatum, eodem sensu, Gallicum *Envaier*, *Envayer* et *Invaissier*; unde *Invaiseur* et *Invaseur*, Aggressor. Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 185: *Si les Envai devant touz entre lui et sa gent; et lors à cel prumier assaut, etc.* Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 396: *Ycellui Jehan de Bussi meu de mauvais courage et senz ce que ledit Jehan Hentart l'asausist ne Envayast, eust suché son grant coustel, etc.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 137: *Icellui Cousta en soy Invaissant et efforcant de ruer et férir ledit Bornat par plusieurs fois d'une lance qu'il tenoit; à la fin Bornat voyant que ledit Invaisseur s'efforçoit tousjours de le affoler ou occire. Invaseur*, in aliis ejusd. an. ex Reg. 138. ch. 8. Vide *Invasiva arma*.

† **INVASIO**, Manus injectio, occupatio, Gallis, *Invasion*, *Saisie*. *Invasio vulgaris* nomine *Saisia*, in Chartulario Kemperleg. *De rebus Monasterii Invasiones facere*, in Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 379. *Invasio in regnum Franciæ*, apud Rymer. tom. 12. pag. 401.

† **INVASIVA ARMA**, Ad nocendum, Gall. *Armes offensives*, apud Rymer. tom. 8. pag. 331. tom. 9. pag. 505. Marten. tom. 4. Anecd. col. 1044. in Statutis Monasterii S. Claudii pag. 37. iii. et alibi. *Invasivi baculi*, in Statutis ann. 1493. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 513. et in Statutis Collegii Conoman. ann. 1526. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 593. *Invasivum bellum*, in Charta ann. 1490. apud Rymer. tom. 12. pag. 401.

† **INVASUS**, *Persuasus*. Gloss. Sangerm. MS. n. 501.

† **INUBERARE**, *Valde uberare*, Johanni de Janua, *Habunder*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.

\* **INUDO**. [Valde udo, humidum facio. *Paulin. Nolan. carm.* 18. 418. *de juvenis*: *Lambuntque vicissim Mulcentem, labrisque manus palpantis Inudant. Alii minus recte leg. Inundant.*]

\* **INVECTAMEN**, *La detractione, increpacione, e correccione.* Glossar. Lat. Ital. MS. Vide mox *Invectiva*.

**INVECTARE**, *Portare.* Gloss. vett. apud Vossium.

† **INVECTIVA**, *Invectio, detractio, vituperatio*, Johan. de Janua; *Invectis* (*In-*

vective) detractement, vituperment, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

\* Sent. arbit. ann. 1395. inter Probat. domus de Chaban. pag. 71: *Ordinamus quod predictus Hugo de Ussello... remaneat absolutus de omnibus Invectivis, quæstionibus et aliis querelis usque ad hanc diem.*

INVECTIVALITER, Cum acri reprehensione. Utitur Sidonius lib. 1. Epist. 11. † INVECTIVE, Eadem notione, in Instrumento ann. 1425. tom. 1. Anecd. Marten. col. 1764.

† INVENALIS, ἄπρατος, Non venalis, in Gloss. Lat. Gr. Sangerm. et in Supplem. Antiq.

† INVENIABILITER, Modo venia indigno, apud Ratherium tom. 2. Spicil. Acher. pag. 238.

INVENIRE, Habere, comparare, vel emere. Statutum Ægidii Episc. Sarisber. ann. 1256: *Item Parochiani... debent Invenire campanas et cordas campanarum, Crucifixum, cruces, etc.* Acta Episcoporum Cenoman. pag. III: *Sive de aliis (rebus) quas legitime et legaliter Invenire vel acquirere quiviit.* Concilium Mertonense ann. 1300. can. 4: *Quæ debent Parochiani Invenire, et quæ Rector. Vide ipsum caput. [Index MS. beneficiorum Eccles. Constant. fol. 29: Rector percipit annuatim... tres solidos, et propter hoc Invenit candelam ad majus altare. Vetus Charta apud Madox Formul. Angl. pag. 98: Johannes Nyngæ Inveniet seipsum in omnibus, excepto quod Johannes magister suus Inveniet sibi omnia instrumenta, tool Anglice, cum quibus operari debet. Testamentum ann. 1445. apud eumd. Madox pag. 434: Item volo, quod Henricus W. et Galfridus F. sustententur et Inveniantur de bonis meis, durante vita eorum, hoc est, ut omnia eis ministrentur ad vitam necessaria.]*

\* INVENIRE, Præbere, suppeditare, Trouver, eodem sensu, usurpamus. Libert. Dömni-Med. ann. 1246. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 692. art. 36: *Burgenses non possunt nec debent quin Inveniant hospicia sua militibus domini sui, venientibus in negocium domini per guerram, et Invenire eis expensas, quamdiu moram fecerint; et in recessu militum debent habere pagamentum.*

INVENIRE SENTENTIAM, Edere, proferre, pronuntiare sententiam, judicare. Wichbild. Magdeburg. art. 74: *Qui sententiam Scabini increpare in judicio bannito voluerit, hisce utatur verbis: Domine judex, sententia, quam Scabinus Invenit, injusta est domino meo, et mihi in loco ejus secundum omne jus, super quo fundati sumus, et id probare volo, etc.* Speculum Saxon. lib. 3. art. 30. § 3: *Judex æquus esse debet omnibus hominibus, nec debet sententiam Invenire, nec Inventam increpare.* Art. 69: *Judicent inermes, jejuni, et sedentes etiam debent sententias Invenire contra quemlibet.* Adde art. 70. Wichbild. Magdeburg. art. 10. § 3. art. 12. art. 16. § 1. 2. art. 48. § 1. Jus feudale Saxon. cap. 6. § 2. cap. 11. § 1. cap. 32. § 12. cap. 33. § 11. cap. 34. § 12. 14. cap. 38. § 6. 7. etc. [\*] Sæpe Invenire nude eodem sensu. Annal. Bertinian. ad ann. 835: *Tandemque ab omnibus concorditer et unanimiter Inventum atque firmatum, ut, etc.* Ratpert. Cas. S. Galli ap. Pertz. Script. tom. 2. pag. 68: *Rectores præfati consentientibus partis utriusque familiis Invenierunt et decreverunt, ut, etc.* Mox: *Quod decretum ab episcopo et abbate Inventum, placuit ambobus.* Vide Graff. Thesaur. Ling.

IV

Franc. tom. 3. col. 531. et Haltaus. Glossar. German. col. 458. voce Finden.]

† INVENTARIARE, Recensionem facere, Gall. Inventorier. Inventariata et descripta in inventario, in Charta ann. 1474. ex Bullario Carmelit. pag. 621.

\* Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 9: *Littera Theobaldi abbatis et conventus Luxoviensis, in qua transcribitur prima littera in hoc titulo supra Inventariata, super societate et pariagio per Theobaldum abbatem et conventum Luxoviensem concessis Theobaldo comiti Campaniæ et successoribus suis in anno 1258.* Vide infra Inventoriare.

\* INVENTARIASARE, Eadem notione. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 143: *Certi commissarii per curiam senescalli deputati ad Inventariandum bona dicti Raziaci, etc.* Occurrit præterea in Charta ann. 1432. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 416. in Instr. ann. 1484. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 308. col. 2. et in Stat. Salut. collat. 1. cap. 21.

1. INVENTARIUM, Descriptio rerum, quæ post alicujus decessum in illius bonis reperiuntur. Ulpianus leg. 1. D. de Administ. et periculo tutor. (26, 7.) *Tutor, qui repertorium non fecerit, quod vulgo Inventarium appellatur.* Occurrit non semel in Legibus Wisigoth. et apud Scriptores practicos.

\* 2. INVENTARIUM, Navis armamenta, vulgo Agrez, significare videtur, in Stat. Genuens. lib. 4. cap. 16. pag. 120: *Patronus sive præfectus cujusvis navigii, eligens ob adversam tempestatem seu aliam justam causam, facere jactum pro salvatione navigii, et ejus Inventarii, et hominum, et mercium, teneatur ante jactum alicujus rei facere consultam cum omnibus officialibus navigii et mercatoribus in eo existentibus.*

† INVENTARIUS, Facilis ad invenendum. Papias. Gloss. Sangerm. MS. n. 501: *Inventaria, Facile ad invenendum res.* Gloss. Isid.: *Inventria, Facilis, etc.* Legendum Inventaria, Facilis ad invenendum res.

1. INVENTIO, Res inventa, in via reperta, thesauri inventio. Capitula S. Bonifacii Archiepisc. Moguntini cap. 26: *Inventio in via accipienda, si invenit possessorem, reddet ei.* Vide S. August. serm. de verb. Apost. cap. 6. [Charta Godefredi Episc. Ling. ann. 1157: *Calumpniabatur idem Milo... in terra, quæ dicitur esse S. Petri, quas esse debere Inventiones et justitiam, quod Abbas et Fratres Regniacenses minime recognoscabant.* Charta ann. 1086. apud Miræum tom. 1. pag. 268: *Locum illum ab omni seculari lege vel consuetudine liberum, banno scilicet, latrone, Inventione, furto, foro, feratico, teloneo, etc.* Vide Thesaurus.]

† 2. INVENTIO, Comparatio, emtio. Bullarium Fontanell. fol. 65: *Rector (Ecclesiæ de Varvana) et ejus successores tenebuntur ad reparationem... cancelli, et Inventionem librorum dictæ Ecclesiæ.* Vide Invenire.

\* INVENTIO AVIUM, Jus in apum examinibus, quæ reperiuntur in silvis. Vide Abollagium et supra Avillarium. Charta ann. 1179. ex Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 79: *Domino autem Nicholao ad conservanda jura ecclesiæ et præfata villæ libertatem, concessimus... Inventiones avium, præter apes.*

\* INVENTIO PORTUS, Quidquid casu in portum advehitur. Charta ann. 1217. ex Chartul. Fiscan. fol. 49: *Relaxavi Deo et ecclesiæ Fiscannensi omnes Inven-*

tiones et escaetas portus de Ispart, cujuscumque modi fuerint.

\* INVENTOR, Delator, Gall. Dénonciateur. Libert. Florent. ann. 1358. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 92. art. 37: *Et quod inde exactum fuerit, tertia pars nobis applicetur, et alia tertia dictis consulis, et alia tertia pars Inventori.*

\* INVENTORIARE, a Gallico Inventorier, Recensionem facere, a voce Inventorium, Inventaire. Stat. ann. 1481. inter Stat. synod. eccl. Tornac. pag. 89: *Injungimus decanis nostris, quatenus bona mobilia presbyterorum quorumcumque nobis subditorum, in nostra diocesi decedentium, statim post obitus eorum, arrestent, fideliter Inventorient, et sub stricto et securo arresto Inventoriata teneant.* Et pag. 90: *Quousque legale et in fide dignorum præsentia fecerint de dictis bonis Inventorium in scriptis fideliter redactum.* Vide supra Inventariare.

† INVENTRIA, Vide Inventariare.

\*\* INVENTUOSISSIMUS, Qui multa invenit. Hic Cicero Inventuosissimus est in omni arte. Virgil. Grammat. pag. 14.

† INVENTURA, ut Inventarium. Chron. Mellic. pag. 806. ex Constitut. ejusd. Monasterii ann. 1625: *Cum Commissarii utriusque tum Ordinarii tum Principis seu alterius illorum, ad Monasterium Abbate orbatum, Inventuræ et consuetæ consignaturæ instituendæ causa accesserint, semper adsit Præsident, Visitator aut alius Abbas vicinior.*

\* INVERATUS, Veru obfirmatus. Guido de Vigev. de Modo expugn. T. S. MS.: *Scaravelli illius scalæ seu scalarum fiant in hunc modum, scilicet longi et curti, et grossi in tantum quod sint fortes, et in capite ipsorum lignorum sint subtiliter Inverati et perforati.* Vide Vera 1.

† INVERBERATUS OCLUSUS, Intentus, fixus, cujus acies minime præstringitur. Translatio S. Jacobi Apost. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 124: *Tu ante conspectum divinæ gloriæ Inverberatis adstant oculis, in choro Sanctorum... refulges.*

INVERITARE, Probare, nostris Verifier. Leges Inæ Regis Angl. cap. 16: *Qui furem occiderit, debet Inveritare cum juramento, quod illum culpabilem et de vita forisfactum occidisset.* Adde § 20. 54. Leges Willelmi Nothi cap. 71: *Si Anglicus appellet Francigenam de utlegaria, et hoc super eum Inveritare velit, defendat se Francigena per bellum.* Leges Henrici I. cap. 11: *Si hoc Inveritetur, inultus jaceat.* In verum mittere, eadem notione, in eisdem Legibus Inæ cap. 69. et in Legibus ejusdem Henrici I. cap. 86.

\* 1. INVERNARE, vox Italica, Hybernare, hyemare, Gall. Hyvernær. Correct. statut. Cadubr. cap. 74: *Nemo audeat neque præsumat locare prata vel montes alicui forensi, sine licentia Consilii, neque animalia ipsorum forensium in dictis pratis et montibus pasculare, et ipsa animalia in territorio Cadubrii Invernare.*

\*\* 2. INVERNARE, Vernare, flores emittere. Rhyth. de S. Otmaro ap. Pertz. Script. tom. 2. pag. 56:

Hic flos virtutis Sævis Invernæ aculis.

\* INVERPIRE, In possessionem mittere; unde Inverpitura, Traditio. Judic. ann. 889: *Ipsæ (Bernardus) per jussione reginæ dictum locum in præsentia omnium Inverpivit.* Post subscriptores legitur: *Et manu Bernardi qui Inverpituram istam fecit.* Vide Guerpire.

\* INVERSOR, [In aliqua re versor. Lu-



*cil. apud Lactant. 6. 5. Queis inversa-  
mur, queis vivimus' rebus adesse.]*

† **INVERTESCERE.** Suppl. Antiquarii : *Invertesco, παλαίω, Invertio, inveterasco.* Græcis παλαίω, Luctor, certo, παλαίομαι, Veterasco. [\* Leg. ut in Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr. : *Invetresco, παλαίω.*]

\* Nostris vero *Entraverser* est paululum deturbare, inclinare. Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 121 : *Icellui Coulin avoit Entraverse ledit huys afin de le faire cheoir.*

\*\* **INVERTIBILIS.** Inconvertibilis, immutabilis. Mar. Mercat. pag. 184. 275. 298. edit. Baluz.

\* **INVESTICEPS, Che non a barba,** in Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **INVESTIMENTUM,** ut mox *Investitura* 1. Charta ann. 1160. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. *Corumpentes itaque et omnino evacuentes et in irritum reducunt omnia privilegia et invasiones atque Investimenta, quæ super tenimenta, Tusculani facta sunt, sive a Romanis, sive ab omnibus aliis personis.* Alia ann. 1236. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 699 : *Et instrumentum Investimenti dati ipsi domino Guidoni, etc.*

† 1. **INVESTIO,** ut mox *Investitura.* Consuetud. Lemovic. art. 46 : *Post Investitionem factam per feudalem dominum, Consules debent facere scribi et sigillare veritatem super præmissis.* Additamenta ad Chronicon Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 956 : *Breve de ipsa Investitione quam fecit Eto missus domini Ottonis Imperatoris.*

\* 2. **INVESTIO,** Quod *investituræ* seu possessionis adipiscendæ causa domino præstabatur. Charta ann. 1418 : *Item plus in prædicto loco (de Rupe-laura) habet et percipit feuda, agreria, vendas, oblias, vendas, laudimia, Investiones, etc.* Vide *Investitio.*

1. **INVESTIRE,** Operire. Anastasius in Pelagio II. PP. : *Investivit corpus B. Petri Apostoli tabulis argenteis deauratis.* In Honorio : *Investivit confessionem B. Petri ex argento puro.*

† 2. **INVESTIRE,** In possessionem mittere. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 591 : *Item Senebaldus Comes refutavit in hoc Monasterio et Investivit totum Castellum de Terraniano cum omni pertinentia.* Donatio ann. 1379. ex Camera Comput. Provincie Regesto Rubei : *Investientes exinde dictum Fulconem (de Agouto)... per nostrum anulum præsentialiter, ut moris est. Vide Investitura et Vestire.*

† **INVESTIS, Impubes, sine barba.** Gloss. Sangern. MS. num. 501. Macrob. lib. 3. Saturnal. : *Romani quoque pueros puellave nobiles et Investes camillos et camillas appellant.* Utuntur hac notione Palladius Novemb. cap. 14. Apuleius non semel. Tertull. de velandis Virg. cap. 8. et alii. Vide Nonium. Gloss. Lat. Græc. Sangern. : *Investis, ἀνέδωτος,* Sine veste. *Nudus et Investis,* apud Tertullian. de Pallio cap. 3.

† **INVESTITUM, INVESTITUS, Frumenti species, ut videtur.** Chronic. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 564 : *Ad pensionem in menses septem lacunas LX. musti mundi, grani modium 1. de Investito modium 1... ad pensionem in mense Augusti modiorum 111. de grano, et de Investito 1. de vindemia musti mundi lagenas x. justas et operas tres.* Ibid. col. 612 : *Grani modia 11. et dimid. de Investitu modia 11.*

1. **INVESTITURA,** Traditio, missio in possessionem, ex verbo *Vestire,* Mittere in possessionem, de quo suo loco. In-

*vestituram donare, facere,* in Lege Longob. lib. 2. tit. 18. § 7. [\* Lud. P. 14. ex cap. 6. Capit. 1. ann. 819. Baluz. ann. 817. pag. 211. Pertz. quo capit. differre Investituram a traditione intelligitur. Vide Beselerum *uber Erberverträge* tom. 1. part. 1. pag. 21. sqq.] Inde ut *Vestitura,* ita et *Investitura,* per ipsa possessione interdum usurpatur in eadem Lege lib. 2. tit. 52. § 17. [\* Lud. P. 38.] : *Volumus autem de his libertatibus, et rebus reddendis, quæ in nostra Investitura sunt, ut primum quosque per optimos inquiratur.* Adde lib. 1. tit. 25. § 78. tit. 27. § 12. [\* Lud. P. 35. Guido 5.] Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 115 : *Ego persona Ecclesie de Solineio habui medietatem Investituræ præfatæ Ecclesie de Solineio a Capitulo B. Vincentii Cenomanensis, et reliquam medietatem Investituræ a Capitulo B. Petri de Curia.*

\* Non a veste, sed a Teutonico arces-sendam hujus vocis originem volunt Loecenius in Explicat. voc. feudal. ad calcem Antiq. Sueogoticar. et Schilterus in Glossar. Teuton. v. *Fest* ; quos consule, si placet. [\* De vocibus Germanicis quibus interpretantur latinum *Investitura* vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 555.]

Fiebant porro traditiones ac investitura non nudo verbo, aut per simplex instrumentum, vel chartam, sed per symbola quædam, quæ rei in alterius dominium translationem factam reapse denotarent. Fuerunt symbola illa primo stata ac fixa, id est, legibus vel consuetudine apud omnes recepta, ac usu definita : ita ut uno eodemque fere modo possessionis translationem factam advertere sit, vel certe res easdem in ea adhibitæ, quæ possessionem in alium transductam omnino significarent ; adeo ut pæne eadem apud omnes gentes forma ac formula fuerit.

Ea autem potissimum adhibuere veteres in ejusmodi traditionum symbolis, quæ affinitatem aliquam haberent cum re, quæ donaretur et cederetur ; vel saltem, quibus dominium in alium translatum innueretur : ita ut agri vel prædii investituram factam denotarent, cespitem, glebam, seu *Wasonem,* uti loquebantur, ex ipso agro desumptum, in manus illius, cui donabatur, tradebant : quo symbolo fundi proprietates prorsus in eum translata innuebatur. At ne tantum solum ipsum concessum crederetur, addebatur et *ramus,* quo comprehenderetur soli superficies : (id est, si quid satum et ædificatum esset, ut sunt vites, arbores, plantæ, segetes) quæ quidem usque eo soli pars est, ut non illud sine hac trali vel usucapi possit, cum superficies *solo cedat,* ut aiunt JC. Addebatur hisce symbolis, *festuca,* quæ interdum *fustis* dicitur, *baculus, virga, etc.* cujus traditione, dominium rei pariter translatum crederetur : cum *baculus* ac *virga,* domini in suos ac res suas jus et potestatem denotet : nam *festucam,* idem esse ac *fustem* vel *baculum,* aut *virgam* in confesso pæne est, vel certe vicem fustis aut baculi præbuisse, uti diximus in verbo *Festuca.*

Postremo præter ista, quandoque adhibita *cultelli* traditio, seu gladii, qui potestatis, cujus signum est, vicem præberet, ut qui magis ad manum esset : seu hocce symbolo significaretur, eum, qui rei dominium subibat, jus habere evertendi, disjiciendi, succidendi, metendi, etc. in eo prædio, cujus possessionem adibat. Vetus Charta apud

*Augustinum du Pas in Stemmat. Armo-ric. pag. 246 : Quæ omnia... gratuita voluntate cum quodam Cultello obtuli.*

Erant præterea aliæ *Investiturarum* formæ, usu ac moribus definitæ et receptæ : verbi gratia per gladium, per annulum, per vexillum, per cambutam, per campanarum funes, et ejusmodi, quæ certum rerum, vel dignitatum genus spectabant.

Denique quidquid ad manum fuit, posthabitis veteribus traditionum formis, nullaque festucæ, aut fustis ac baculi, cespitis, et cultelli habita ratione, ad *Investiturarum* symbola adhibitum fuit. Ingulfus pag. 901 : *Conferebantur etiam primo multa prædia nudo verbo, absque scripto, vel charta, tantum cum domini gladio, vel galea, vel cornu, vel cratera, et plurima tenementa cum calcari, cum strigili, cum arcu, et nonnulla cum sagitta.*

Enim vero ne ejusmodi traditionum perirent symbola, asservabantur ea apud donatarios in rei gestæ memoriam. *Hujusmodi cespites cum sua festuca,* ait Wendelinus, *multis in Ecclesiis servantur hactenus, visunturque Nivellex et alibi, justæ magnitudinis, forma quadrata, vel etiam laterculari.* Quem morem testantur etiam aliquot Tabulæ. Charta fundationis Monasterii S. Petri Generensis apud Marcam lib. 3. Hist. Benebarn. cap. 15 : *Facto inde dono per zonam suam argenteam, ab altari in armario S. Petri repositam.* Tabularium S. Maxentii Pictav. ann. 1109 : *Dedimus... et hoc cum corrigia quadam, quam tenebamus in manu, in qua tres nodi sunt facti ad signum ; quæ corrigia adhuc servatur.* Tabul. Majoris Monasterii. Ch. 50 : *Quodam fuste, qui apud nos nomine ejus inscriptus servatur in testimonium, præssente Abbate Alberto, fecit querpitionem.* [\* Vide Grimmium l. 1. pag. 558.]

\* Maxime asservabantur ubi ea monimenti scripti loco erant ; cum scilicet in iis describebantur ipsa concessio, donantis nomen ejusque doni ratio. Ejusmodi est cultellus in Chartophylacio ecclesie Parisiensis asservatus, in cujus manubrio eburneo hæc leguntur, teste D. Le Beuf tom. 2. Dissert. pag. 87 : *Hic cultellus fuit Fulcheri de Buolo, per quem Wido dedit areas Drogonis archidiaconi ecclesie sanctæ Marie ante eandem ecclesiam sitas, pro anniversario matris suæ. Alterius similis cultelli, in quo inscripta est coemptio alicujus census, mentio fit tom. 6. Annal. Bened. pag. 219.*

Interdum traditionis symbolum, donationis, cessionis vel venditionis instrumento intexebatur, assuebatur, vel alligabatur. Vidimus ipsi in Chartophylacio Sandionysiano, beneficio humanissimi ac doctissimi viri D. Joannis Mabillonii Benedictini, qui id etiam observavit in Fulrado Abb. n. 19. tom. 4. Actorum SS. Ord. S. Benedicti, complures Chartas, in quarum imis limbis intextæ erant festucæ, vel certe pusilla ligni fragmenta. Hujusce etiam moris indices prostant complures Tabulæ. Charta Roberti Lingonensis Episcopi apud Perardum pag. 200 : *Et quia dominus Hugo Comes Treacasinus præsens aderat, quando hanc donationem feci, dedit mihi idem Comes in testimonium hujus donationis, hunc nummum, qui hic dependet, ut per ipsum donationem facerem, et Ecclesie Divionensi transmitterem.* Infra : *Et in testimonium hujus donationis nummus iste huic cartæ appensus est, quum per ipsum donatio ista*

facta est. Charta Ludov. VII. ann. 1140. pro Eccl. Deiparæ Santonensi : *Confirmamus igitur, ac regali auctoritate corroborantes, et cum baculo præsentis paginæ insuto, per nuntium tuum Constantinum te investientes, concedimus tibi, etc.* Alia ann. 1104. in Tabulario S. Hilarii Magni Pictav. : *Venientes ante sepulcrum B. Hilarii, ibi super sacratissimum corpus reliquimus, cum quodam fusili, huic Chartæ inhærente, omnia, quæ injuste reclamabamus.* Tabularium Ange-riacense fol. 48 : *Emma de Mastacio dedit Deo sanctoque Johanni et B. Reventio per quoddam lignum, quod huic pergamento conjunctum est, quiddam alodii habebat, etc.* Tabular. S. Eparchii Inculmensis ann. 1000 : *Hanc igitur donationem fecit per corrigiam in hoc pergamento pendentem.* [\* Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 32. r. : *Prædictam terram S. Johanni, cui vendiderat, ex toto reliquit in manu domni Ausculphi abbatis cum junco, qui in ora Cartulæ insuitur.*]

At cum interdum ejusmodi traditionum symbola propter usum capi, furto subripi, vel perire possent : ut huic caveretur incommodo, reddebantur ea inutilia, ac frangebantur. Willelmus Malmesbur. lib. 2. de Gestis Anglor. cap. 8. de Eadgario Rege : *Ubi ergo generali assensu, ut dictum est, Pontificum, Abbatum, optimatumque suorum hæc privilegia ipsi loco conferre disposuit, lituum proprium, ebore decentissime formatum, auroque decoratum, super altare sanctæ Dei Genitricis posuit ; ipsiusque donatione eidem sanctæ Dei Genitrici ac suis Monachis ea perpetualliter possidenda attribuit : eundemque lituum mox in sui præsentia fecit secari in medium, ne eum cuiquam dare vel vendere posset quilibet, ablatum, sequentem præcipientem partem illius servari in loco ad jam dictæ donationis testimonium.* Tabularium S. Hilarii Pictaviensis : *Ipse Hugo pergens ad Sancti sepulcrum, divina ductus justitia, multis videtibus supradictæ querelæ causam cultello quodam super altare posito reliquit : qui ne quando forsitan usui esset, illico nos effregimus, atque ad reserandum calumniam silicem si forte renasceretur, in testimonium reservari præcepimus.* Tabularium Vindocinense ann. 1075. Ch. 283 : *Qua de re propria manu posuit jam dictus Comes auctoramentum, videlicet per unum cultellum, ut mos est, fractum super altare S. Trinitatis.* Vetus Charta : *Et ad hujus iudicium concessio- nis, cultellus, per quem donum factum est, fractus est coram cunctis assistentibus.* Charta Lancelini Militis, apud Louvetum tom. 2. Hist. Bellovac. pag. 213 : *Et per suum anulum aureum, eadem villas Belvacensi Ecclesiæ deinceps possidendas in manu Domni Fulconis sui filii, tunc Belvacensis Episcopi, reddidit, et eundem anulum super altare beati Petri in catena ferrea suspendi fecit in monumentum hujus redditionis. Duos quoque solidos denariorum et dimidium, quos eodem die de prædictis villis habuerat, et perforatos in sacrario B. Petri recondi et reservari rogavit, ut posteris essent in testimonium redditionis, penitentia, et satisfactionis.*

Alteram, eamque, ut videtur, potiore, licet assignare causam, cur ejusmodi symbola frangerentur : scilicet ut firmior constantiorque haberetur donatio aut venditio ; quemadmodum enim iis fractis symbolis amplius uti non poterant, sic nusquam in res datas aut venditas quovis modo reverti se

velle, indicare ipsis in animo erat. Hæc non obscure innuunt sequentes Chartæ. Tabularium S. Sergii : *Et ipse Merillus veniens in Capitulo fecit donum de Braello, ipse et frater ejus in manu Ab- batis, cum quodam cultello, et portaverunt super altare, atque ibi ad testimonium fregit Merillus ipsum cultellum.* Tabularium S. Albini Andegav. : *Quædam femina nomine Bonina guerpivit calumniam quam de terrula quamdam faciebat, ad hæc signa quod Brientius Monachus revestivit eam de beneficio Monachorum cum cultello suo quem statim fregit in duas partes pro testimonio.*

His generatim prælibatis, restat, ut quæ de diversis Investiturarum modis ac symbolis jam dicta sunt, aliquot firmem exemplis. Ac primum de investituris apud omnes ferme receptis, per cespitem vel gazonem, baculum, ac fustim, et cultellum, agemus ; postea de cæteris ordine literarum. [\* Symbola omnia accurate exposuit Grimmius in Antiq. Jur. Germ. pag. 557. et 108. sqq.]

PER CESPITEM, nude. Charta ann. 1208. apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 195 : *Obtulit super altare B. Petri per Cespitem, etc.* Tabularium Majoris Monasterii : *Et de eadem quoque terra, impleto pugillo revestivit Germundum S. Martini Majoris Monasterii Monachum, qui regebat locum S. Medardi.* [Tabular. Rothom. : *Riscum Presbiter dederat Rothono omnia quæ possidebat in Taellac. Eo mortuo Worcomin frater ejus adportavit corpus ejus in Monasterium, et Cespitem de terra donavit et totam terram in Taellac.*] [\* Grimm. pag. 110. Erde und gras.]

PER HERBAM ET TERRAM, id est per cespitem, qui constat terra et herba. Formulæ incerti auctoris, cap. 20 : *Per illud ostium de ipsa casa, per Herbam vel Terram, ipsum mansum, vel quiddam ad ipsum mansum aspicit, sicut in ipsa cessione est insertum, ad partem ipsius Ecclesiæ visus fuit tradidisse vel consignasse.* Ita ferme in form. 19. 43. 57. In Consuetudine Hannoniensi, cum apparitor seu Serviens, feudum vassalli pignori caput, Herbam, et Wasonem de terra eruit, Herbe, Wason, ou autre chose tenant à la racine. In Consuetudine Castellaniæ Insulensis art. 46 : *Il leve la palée, et Wason id est, terram palo, seu ligone, fodit, et ex ea, eruit cespitem.*

PER RAMUM ET CESPITEM. Vita S. Berlandis n. 5 : *Ibique quiddam habebat in prædiis, cum omni familia servorum, ancillarumque, cum Cespite et Ramo cultelloque cum manubrio albo tradidit, etc.* Anonymus de S. Gertrude apud Bollandum pag. 600 : *Nivellam petiit, sanctissimæque Gertrudi, quiddam habebat in prædiis, cum Cespite et Ramo, cultelloque cum manubrio albo tradidit.* Charta ann. 993. apud Miræum in Notitia Eccl. Belgii pag. 135 : *Mox post hæc se sequenti die, ut firmius et stabilius esset, infra terminum prædicti Comitatus, in villa quoque Thiele nuncupata, eisdem prænomi- natis testibus et aliis nonnullis astantibus, sine alicujus retractatione cum Ramo et Cespite, jure ritique populari, idem sancitum est rationabiliterque firmatum.* Charta Gerardi Hamensis Domini, apud Hemereum in Augusta Viromand. ann. 1145 : *Et uterque Walterus et nepos pari assensu, parique consilio propriis manibus prædictam oblationem Ramo et Cespite posuerunt super altare beatissimæ Mariæ. Per Ramum et Cespitem offerre, in alia ann. 1213. apud*

eundem Hemereum pag. 196. *Per Ramum et Wasonem, pag. 231. Per Ramum et Cespitem super altare impositionem, pag. 93.* Charta Danielis Advocati Atrebatensis et Dom. Bethuniæ ann. 1224 : *Postea nobiscum in tempum venientes super majus altare per Ramum et Cespitem, quiddam in prædictis habebant, obtulerunt.* [\* Grimm. pag. 113.]

Infigebantur autem rami cespiti ipsi. Charta ann. 1304. quam descripsit Miræus in Diplom. Belg. cap. 90. et Wendelinus in Gloss. Salico v. Festuca : *Dedit pleno donationis inter vivos jure..... adhibitis etiam ex abundantia quibusdam solemnitatibus, quæ ad solemnisationem consimilium fieri consueverunt ; videlicet quod major dicti Monasterii cereus illuminatus fuit, et prædictus Miles D. Theodericus cum viridi Cespite, cui viridis Ramus infixus existit, arrepta etiam stola, qua... Monachus præcinctus fuerat... obtulit super altare, etc.* Apud Flandros, inquit Wendelinus, cum fundus vel donatur, vel venditur, vetus ejus dominus cespitem ex illo fundo fodiat cultro, non quadratum, sed orbiculatum, latum quaquaversum digitos summum quatuor, cui, si pratum est, infigit herbam : si ager, ramusculum, quatuor circiter digitos altum, hac imagine fundum representans, uti optimus maximusque est, cum eo scilicet omni, quod solo continetur, quodque in illo naturaliter crescit. Hunc cespitem sic infestatum defert traditque in manus Domini, seu Majoris, quem his verbis alloquitur : *Ego, domine Major, transporto in tuas manus meum illum feudum, situm illo loco, idque ad opus N. titulo puræ donationis, vel titulo venditionis, et pretii tanti : quam pecuniam agnosco me recepisse.* Major deinde acceptum cespitem cum sua festuca tradit emptori, vel donatario, sub hac verborum formula : *Ego hunc illum fundum mihi per N. in manus præsentem deportatum trado in manus tuas N. atque immitto te in realem, actualem, et corporalem possessionem ejusdem dicti fundi cum banno et fredo, secundum hujus Salæ vel curtis legem, salvo jure cujuslibet.* Ex quibus omnino patet, hæc spectare ad formulam, quam habet Consuetudo Insulensis art. 80. ut mox monuimus, cum dicitur rei possessionem conferri per ramum et baculum, *par rain et baston, ubi ramus non nude, sed pro ipso etiam cespite sumitur : tametsi investituræ per solum ramum non semel occurrant.* Tabul. S. Gemmæ Santon. ann. 1096 : *Et iterum confirmatum est donum Rami unius, quod transmissum fuit Monachis S. Gemmæ.* Tabul. Vindocin. ann. 1068. Ch. 176 : *Et iterum confirmatum est donum Rami unius, quod transmissum fuit Monachis S. Gemmæ.* Tabul. Vindocin. ann. 1068. Ch. 176 : *Et ultro ob confirmationem misit Ramum viridem lauri super domini- cum altare.* Tabul. N. D. Santon. fol. 76. ann. 1065 : *Sponde donum impono cum semipede ligni auri, et una libra piperis in sacculo ligneo.* Tabularium Abbatia de Rota fol. 11 : *Dumque revertebatur, idem Albinus forte corylum (coudre) quandam nucibus onustam infra terræ nostræ metas invenit, Ramum cujus abscedit, et ad recognitionem investituræ suæ asportavit, quem in manu Præsulis posuit.* [Tabularium Majoris Monasterii : *Maino de Poleio hanc elemosinam cum quodam Ramo ulmi super altare S. Johannis posuit.*] Cum Ramo olive virentis, apud Lambertum Ardensem pag. 152. Butelerius lib. 1. Summæ ruralis cap.

98. cujus lemma est: *Comment le bail doit rendre au pupille sa terre en sa main, luy venu en eage. Le bail doit tout rapporter par Rain et par Baston le droit dudit bail, qui par Baston luy fut mis en sa main, en la main du Seigneur, et par loy. Et ce fait, le Seigneur le doit remettre par loy, par Rain et par Baston en la main de l'enfant venu en eage, comme de sa propre chose et heritage.* Cujacius ad lib. 2. Feud. cap. 2. quem sequitur Raguellus, existimat, hic vocem Rain, non ramum, sed annulum significare, ex eo, quod Ring Germanis annulus sit. At cum ex veteribus Poetis nostratibus, quorum locos aliquot congescit Gallandus lib. de Franco alodio pag. 328. constet Rain, idem valere ac ramum; longe probabilius videtur, in hisce formulis recentioribus idem expressum, quod in veteribus. [\* Charta ann. 1401. ex Chartul. 23. Corb.: *S'en sont venus dessaisir, sauf leurdit surcens, par Rain et par Baston en la main dudit enfermier ou nom de ladite église, pour en saisir ledit enfermier, comme seigneur fonsier desdits lieux.* Ubi Rain ramum significare haud dubium est.]

CUM RAMO ET GUASONE, vel Wasone, id est, cespite, uti suo loco docemus. Charta Decani Peronensis ann. 1128. ex Tabulario Lehunensi ch. 21: *In signum concessionis per Ramum Wasonem super majus altare Ecclesie nostrae ad opus Ecclesie Lehunensis Liberum et absque cujusquam domini retentione obtulerunt.* Alia Hugonis Comitiss S. Pauli ex Tabulario Molismensi ann. 1186: *Donum ipsius decimae cum Ramo et Guasone super altare posuimus.* Charta Roberti Ducis Burgundiae ann. 1408. apud Perardum: *Hanc oblationis cartam, quam ego ipse legali concessione per festucam, per cultellum, per Wantonem, per Wasonem super altare posui, manu propria subterfirmavi.* Vide Malbrancum lib. 10. de Morin. cap. 12. [\* Grimm. pag. 130. Ast.]

PER GUAZONEM, ANDELAGINEM, et Ramos de arboribus. Tabularium Casauriense, anno Ludovici II. Imperat. 24: *Ideo constat me Sisenandum Saligo filius quondam Anastasii, bona et spontanea mea voluntate juxta Salegam legem vendidimus, atque die praesenti tradidimus, tibi Romano Abbati, vel Monasterio S. Trinitatis... per Guazonem et Andelaginem et Ramos de arboribus, hoc est, terram meam petias duas in cabale, quod dicitur Vico, etc.* [Charta ann. 935. tom. 3. Annal. Bened. pag. 403: *Per Festucam et Andelaginem, per Gazonem et Antilagon, per Terram et Cultellum et Ramos arborum.*] Per Wasonem Terrae, et per Fistucum nodatum, seu Ramo arborum, atque per Cultellum et Guantone, simulque Andilagine, tradere, in Chartis variis apud Franciscum Mariam in Mathildi pag. 105. 108. 157. Baron. ann. 1102. Dominicum in Assertore Gallico pag. 145. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 70. et infra non semel. Vide Andelangus. [\* Grimm. pag. 196. Andelang.]

PER BACULUM. Annales Francorum S. Nazarii ann. 787: *Illucque veniens Dessilo Dux Bejuveriorum ad eum, et reddidit ei cum Baculo ipsam patriam, in cujus capite similitudo hominis erat.* Tabularium Casauriense ann. 1140: *Reinvestierunt Baculo quercino.* [Tabul. S. Vincentii Cenoman.: *Et per Baculum querceum donum ejus rei super altare posuit.* Idem: *Donumque hujus rei per Baculum miriceum in manu Abbatis misit.* Tabul. Majoris Monast.: *Et hoc donum ambo offerimus cum quodam*

*Baculo fraxineo super altare S. Martini.*] Hist. Translationis S. Gregorii cap. 11: *Statimque Baculo suo villam cum omnibus appendiciis suis reddidit.* Tabularium S. Mauri ad Ligerim ann. 1144: *Super altare cum Baculo virgae cosdrinae, quam de manu forestarii abstulerat, concessit.* Tabularium Vindocinense fol. 235: *Offerentibus Hieremia et filiis suis in testimonium rei hujus quoddam Baculum coldrinum super altare.* Charta Bertrandi de Moncontorio: *Hanc concessionem fecit Do. Bertrandus in aula sua, et pro inter-signo confirmationis hujus elemosynae, tradidit quemdam Baculum, quem manu tenebat, Arnauo Priori Aureae Vallis.* Charta Beatrix de Sabaudia Dom. Foucigniati ann. 1294: *Investientes dictam dominam B. recipientem pro se et suis haereditibus per traditionem Baculi, ut moris est. Le Roman de Garin:*

Tenés la terre, que quitte là vos rent,  
Par cest Baston vos en fas le present,  
Envers tos homes vos en serai garent.

Chartas alias hujusce ritus indices proferunt Beslius pag. 572. Perardus pag. 118. Sammarthani in Abbatib. Gall. pag. 25. 53. Guichenonus in Probat. Histor. Sabaud. pag. 140. Gallandus de Franco alodio pag. 342. Ughellus tom. 1. Ital. Sacr. pag. 960. 994. part. 2. pag. 236. tom. 5. pag. 1490. etc. quibus adde Bractonium lib. 5. tract. 15. § 14. et Rollandinum in Summa Notariae cap. 1. [\* Grimm. pag. 133. Stab.]

INVESTITURAS ECCLESiarUM, per Baculum et Annulum factas, testatur in primis famosa illa, quae diu Christianum orbem afflixit et conturbavit, Sacerdotium inter et Imperium controversia, cujus originem et progressum multis prosecutus est Juretus in Notis ad Ivonis Carnot. Epist. 236. ex Scripturis coevis, ut et Baronius, et alii passim, quos non exscribo. Chronicon Mauriniacense lib. 3: *Cumque curae pastoralis ministerium, quod per Baculum acceperat, per librum reddere voluisset, renuit Henricus, dicens, quia sicut facta fuerat regimini per Cambutæ traditionem suscepto, ita feret per ejusdem redditionem dimissio.* [Tabul. Ecclesiae Andegav.: *Ipse autem Algerius Episcopus me investivit cum Baculo Episcopali de speciali beneficio ecclesiae S. Mauritii Andegavensis.* Tabul. S. Vincentii Cenom.: *Cujus petitioni dominus Abbas, ut dignum erat, assensum praebuit, eumque protinus cum Pastoralis Baculo, quem ad obsequium sepulture praedicti patris in habitu Monastico defuncti ex more secum detulerat, de beneficio reconstituit.*]

Asservatur in Ecclesia Turonensi baculus ligneus plumbea lamina obtectus, in quo spirali linearum ductu scriptum legitur. † Anno Inc. Dni M C X L I I I I. Lucius II. PP. investivit Rome judicio sce Apostolice Sedis cum Baculo isto ligneo † Turonensem Ecliam de subjectione Dolensis Eclie et Tregorensis et Briocensis per manum Dni Hugonis Turon. Archiep.

PER FUSTEM Offerre, tradere, investire. Vetus Placitum sub Ludovico Imp. apud Viennam an 912. ex Tabulario Ecclesiae Gratianopolitanæ fol. 68: *Quod audiens dominus Imperator, ipsam terram per Fustem, quem manu tenebat, praedicto Episcopo reddidit.* Anonymus in Miraculis S. Columbani n. 24. apud Jo. Mabillonium: *Venientes ad sacratissimum corpus, mittebant in peram Sancti singulos Fustes, ut per hoc cunctis claresceret, res S. Columbani, quas antea injuste invasas habebant, ipsi Sancto resti-*

tutas. Charta Walperti Archiep. Mediolanensis ann. 963. apud Ughellum in Appendice tom. 4: *His auditis, praenominatus... Archipræsul Walpertus, cunctorum, qui aderant, consilio per acceptum Fustem jam dictas Capellas... tradidit.* Charta vetus apud eundem tom. 4. pag. 812: *Per Fustim, quem in suis tenebat manibus, Comitissa Mathilda... investivit homines Cremonæ, etc.* Bracton. lib. 2: *Si nullum ibi sit edificium, fiat ei say-sina, secundum quod vulgariter dicitur, per Fustim et per baculum et sufficit sola pedis positio cum possidendi affectu.* Adde lib. 5. tract. 4. cap. 15. § 14. Tabularium Vindocinense Thuani Ch. 19: *Unde hujusmodi auctoramentum prius ibidem in Capitulo quodam Fuste, ut moris est, fecit, et postea eundem Fustem super altare posuit.* Occurrit præterea ejusmodi investitura per Fustem, Chartis 24. 50. 55. 120. in Tabulario Majoris Monasterii, apud Gallandum de Franco alodio pag. 356. Ughellum tom. 1. Ital. sacrae pag. 506. 852. tom. 7. pag. 875. 1272. 1418. 1442. 1444. tom. 5. pag. 666. 732. Franciscum Mariam in Mathildi Comit. lib. 3. pag. 115. 117. in Monast. Anglic. tom. 2. pag. 1056. etc. Quibus locis fustis, festucae vicem præbuit, quæ et fustis videtur dicta. Gloss. Lat. Gr.: *Festuca, κάρπος, βάθος. Fustis, βάθος, βάλλον.*

CUM LIGNO. Charta Girardi Episcopi Pergamensis in Hist. Pergam. tom. 3. pag. 312: *Eamque donationem et ordinationem seu Investituram cum Ligno et cartula, super altare ejusdem beati Alexandri factam, aliquo modo infringere præsumpsit, etc.* Alia ann. 1175. ibidem pag. 325: *Cum Ligno, quod in suis tenebant manibus... refutaverunt in manu domini Gualz Episcopi nominatim totam decimam, quam ipsi habebant.* Vide infra.

PER CULTELLUM. Charta ann. 1080. in Tabul. Vindocinensi Ch. 285: *Ego et duo filii mei Cultellum unum super altare Domini manibus nostris concorditer investivimus.* Adde Chartas 217. 234. 405. 509. [Charta ann. 1095. ex Tabul. S. Nicolai Andegav.: *Et ipse donum istud in manu Prioris fecit cum eodem Cultello, et ipsi tres eundem Cultellum super altare dominicum S. Nicolai portaverunt.* Tabul. S. Florentii: *Deo et S. Florentio reddidit cum quodam Cultello quem super altare posuit.*] Tabularium S. Albini Andegav.: *Præfatam donationem sive concessum posuit manu propria super altare dominicum ejusdem Sancti cum Cultello Widonis.* Occurrit hæc formula passim in veteribus Chartis tom. 1. Monastici Anglicani pag. 49. 86. 326. tom. 2. pag. 1024. 1031. in Probat. Hist. Guinensis pag. 338. apud Louvetum in Hist. Belvac. pag. 531. 1. Edit. Perardum in Burgundicis pag. 64. in Hist. S. Nicolai Andegav. pag. 32. 63. apud Beslium pag. 459. in Tabulario Prioratus S. Nicasi Meduntensis fol. 19. in Vita S. Berlendis n. 5. et apud Brodeum in Consuet. Parisiens. tom. 1. pag. 523. [\* Grimm. pag. 170. Messer.]

PER CULTELLUM, Festucam nodatam, Wantonem, et Wasonem terræ, in vet. Chartis apud Ughellum tom. 3. Ital. Sacr. pag. 49. 51. 61. 415. tom. 4. pag. 1064. 1442. 1447. 1456. Chiffletum in Luminibus Salicis pag. 249. Perardum in Burgundicis pag. 189. etc. [Charta ann. 872. apud Mabill. Diplom. pag. 542: *Et juxta legem meam, per Cultellum et Festucam notatum seu gazonem terræ vobis exinde ad vestram partem corporalem facio vestituram, ad vestram proprietatem habendum.* Alia ann. 1102. apud

Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 370: *Et per præsentem chartulam offer-tionem ibidem habendam confirmo, insuper per cultellum, festucam nodatam, gantonem et guvasionem terræ atque ramum arboris. Præceptum de fundatione Cervariæ in Episcopatu Taurin. apud Stephanost. Fragm. Hist. tom. 3: Insuper et per cultellum, fistucum nodatum, arantonem et vasonem terræ atque ramum arboris, in præfato Monasterio legitimam facio donationem et vestituram.*] Vita S. Berlendis n. 6: *Ramum cum cespite, cul-telloque de manu viri porrigentis intra scrinium recepit.*

PER CULTELLUM PLICATUM. Tabular. Vindocin. ann. 1079. ch. 222: *Donum per Cultellum unum Plicatum super altare dominicum S. Trinitatis positum.* Ch. 341: *Horum omnium domum et auctoramentum manu sua posuit super altare dominicum per Cultellum in hujus rei memoriam Plicatum.* Tabularium Burguliense fol. 72: *Ut hoc domum Savaricus Vicecomes Monachis Burgulii concederet, prædictus Hubertus 10. solidos ei donavit. Et propter hoc Savaricus Plicavit illi quandam Cultellum, dando in signum concessionis, ut sic portaret eum prædictæ Congregationi.* Charta Gaufridi Comitis Andegav. ann. 1062. ex Tabulario S. Florentii veteris: *Et non solum evaciones solenniter posito super altare præscripti confessoris Cultello Incurvato; sed etiam alia injuste eis ablata restitui-mus.* [Charta ann. 1132. e. Chartul. Lati-niac. : *Hoc autem..... sponte concessit..... unde et Cultellum quandam pro signo Plicavit, quem Capitulo S. Petri per Hubertum ipsius Ecclesiæ Præpositum, ut inde absolveretur, præsentavit.* Tabular. S. Nicolai Andegav. : *Comes Hoellus elemosinæ hujus suæ domum misit in manu Hamonis Abb. S. Nicolai per Cultellum Hillæi cuiusdam Vassalli sui, quem ipse Comes manu propria Complicavit.*] Vide tom. 2. Monastici Angl. pag. 940. Atque hæc generales Investiturarum formas fere spectant, quibus etiam accenseri debent, quæ fiebant per *andelangum* sive *andelaginem*, et per *chirotecam* vel *wantonem*, de quibus diximus in hisce vocibus. Nunc de singularibus ordine alphabetico agemus.

\* PER ALMUTIAM. Charta ann. 1283. ex Tabul. Montisol. : *Petrus abbas monasterii Montisoliivi contulit ecclesiam S. Juliani de Ventenaco... Petro Roca presbytero de Fanojove, quem... per traditionem Almutiæ suæ investivit.*

INVESTITURA PER AMPHORAM plena aque maris exinde legitimam fecit donationem, in Charta Ottonis III. Imp. apud Ughellum tom. 4. pag. 1160.

\* PER ANNULOS PROVINCIALES, hoc est, Per sigillam seu chartam sigillatam annulis vel sigillis, quibus utebantur commissarii a Benedicto XII. PP. deputati ad reformationem monasteriorum Ordinis S. Benedicti in Lib. pension. S. Vict. Massil. : *Priorem de Cucurono per nostros Annulos provinciales investimus.* Id est, quibus unusquisque nostrum utitur in sua provincia: ibi enim loquuntur Gerbertus abbas S. Victoris et Raymundus abbas Montismajoris.

PER ANNULUM, et traditione annuli, majorum præsertim prædiorum ac dignitatum factas investuras ostendunt complures Chartæ. Tabularium Episcopatus Paris. ex Bibliotheca Puteana : Anno 1249. fecit Ansellus Miles, dominus Turnonii, homagium ligium de castro de Turnonio, ... et Investivit eum Episcopum per Annulum aureum. Ibidem : Anno

1249. Joannes frater Anselmi Militis D. Turnonii, fecit homagium dicto Episcopo de illa parte, quam tenebat in dicto castro, ... ad quod homagium admisit eundem D. Episcopus, volens ipsum investire per baculum, vel festucam, prout moris est : quam Investituram noluit recipere dictus Joannes, dicens, quod ipsam non reciperet, nisi per Annulum aureum investiretur. Charta Gualæ Episcopi Pergamensis ann. 1174 : *Teque, reverende frater, Adelarde, illius matricis Ecclesiæ Archidiacone, Annulo aureo Investimus, etc.* Hunc præterea ritum attigere passim Scriptores, quos erit satis indicasse, ne in immensum opus excreseat: Petrus Damiani lib. 1. Epist. 9. Arnulfus Lexov. Episc. pag. 27. 30. Sugerius in Ludovico VI. pag. 320. S. Bernardus serm. de Cœna Domini, Petr. Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 91. 125. Vita S. Melanii Episc. Rhedonens. cap. 5. n. 27. Franc. Chifflet. in S. Bernard. pag. 510. Guichenonus in Episcop. Bellic. pag. 81. Duchesnius in Probat. Hist. Ducum Burgund. pag. 83. Acherius ad Guibertum pag. 596. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 1008. Probat. Hist. Gallo-Byzantinæ pag. 22. Waddingus in Regesto tom. 3. pag. 117. Math. Paris. pag. 613. Bullarium Casinense tom. 2. pag. 35. 52. Ughellus tom. 4. pag. 1337. 1353. etc.

\* In minorum etiam dignitatum concessione annulo usi sunt, ut patet ex Literis cardinalis Monachi ann. 1303 : *Ego hujusmodi commendas victibus quatuor theologorum dictæ domus (Choleto-rum) unio, ipsisque prædictis confero, et ipsos per Annulum meum investio.*

PER BACULUM. Tabular. Longipontis in diocesi Paris. : *Quod donum misit Henrico Priori per quandam Baculum, quo se sustentabat.* Vide quæ supra observamus.

† PER BERETAM et BIRRETUM. Vide utramque vocem suis locis.

PER BERILLUM. Vide in hac voce.

PER BIBLIOTHECAM, seu *Biblia*. Charta ann. 843. in Tabulario S. Mauri ad Ligerim : *Donum autem confirmat Bibliotheca veteris ac novi Testamenti.*

\* PER BIPPENNAM. Charta Guisc. Belloac. dom. ann. 1118. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 317 : *Acta et firmata sunt hæc in Tyrrenensi cœnobio per traditionem præsentium et meæ Bipennæ super magnum altare.*

\* PER BREVIARIUM. Tabul. Pontis Otranni : *Hanc quoque elemosinam concessit Guillelmus de Turre, Landrici frater, saisivitque de illa domnum abbatem Olivierum apud portam monasterii cum Breviario portarii.*

\* PER CALAMUM. Charta ann. 1356. ex Bibl. reg. : *Joannem emptorem præsentem et recipientem de dicta re vendita per traditionem unius Calami manualiter investivit.*

PER CALICEM. Tabular. Absiense fol. 95 : *Et de his Investivit ipsum Abbatem cum Calice, quo Communionem acceperat.* Charta Aldrici Episcopi Cenoman. in ejus Vita pag. 74 : *Per librum quatuor Evangeliorum nobiliter ornatum, et auro ex parte conscriptum, seu per Calicem unum aureum cum patena sua, desuper Episcopis et Sacerdotibus manus eorum imponentibus,.... tradiderunt, etc.*

PER CAMBUTAM EPISCOPI investitur Abbas apud Ordericum Vitalem lib. 3. pag. 477. et pag. 481. Charta Amati Archiepiscopi Burdegal. ann. 1098. in Tabular. Angericensi fol. 178 : *Ipsum eundem Abbatem Ansculfum, Virga*

*nostræ auctoritatis superinvestivimus.* Tabularium S. Dionysii de Novigento : *Huberto Comes Rotrocius Baculum in manu dedit, et curam Monasterii commisit.*

PER CANDELABRUM. Tabul. Leprosariæ Pontis Audomari : *Robertus de Au-villers per unum Candelabrum super altare hanc donationem posuit.* Tabularium Prioratus S. Nicasii fol. 35 : *Et dona obtulit super altare prædicti Martyris per unum Candelabrum multis assistentibus.* [Histor. MS. Beccensis Monasterii pag. 464. n. 18 : *Gilbertus de Sanceio septem acras terræ cum uno hospite concedens eas in perpetuum possidendas Beccensis, Candelabro pro more illius temporis (12. sæc.) super altare posito, et sigillo suo confirmat.*]

\* PER CANDELABRUM DEAURATUM. Charta ann. 1122. ex Chartul. Miciac. : *Beatriz, annuente filio suo Alberico, necnon et filia sua Agnete, ... ad opus Miciacensium fratrum per Candelabrum deauratum in manu nostra dereliquit, etc.*

CANUM VENATICORUM APPREHEN-SIONE. Tabul. Casauriense ann. 1140 : *Reinvestivit S. Clementis Ecclesiæ ipsemet Timo Apprehensione Canum Venaticorum, quos educebat venatu, in loco, qui Cusianum vocatur, de præfata Ecclesia S. Nicolai.*

PER CAPELLUM PRIORIS, in Tabul. Monast. Longipontis, diocesi Parisiensis.

PER CAPILLOS CAPITIS. Vide *Capilli*.

\* PER CAPUCIUM. Charta ann. 1323. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 77 : *Castrum de Olonzaco, cum omnibus suis juribus et pertinentiis ipsius, dicto Raymundo Dur-bano... per traditionem cuiusdam Capucii restituerunt.* Alia ann. 1304. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 176. r. col. 1 : *Ipsum dominum Galdum induci fecimus in possessionem vel quasi cum Capussio ipsius domini locumtenentis, eisdem domino Galdo in locum possessionis tradito.*

\* CUM CEREIO ET LAPIDE. Charta ann. 1107. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 297 : *Præfatum abbatem Casæ-Dei cum Cereio, quem tenebat in manu sua, refutare fecit, et ipsemet papa (Paschalis II.) suscepta eadem refutatione, illico Anianensem abbatem et monachos cum eodem Cereio et quodam lapide revestivit.*

† PER CHARTAM SUPER ALTARE. Tabularium S. Michaelis in periculo maris : *Ego Clamarochus dedi Deo et S. Michaeli unam tesuram, id est piscatorium in mari. Ut autem hoc per labentia tempora custodiat firmius, placuit mihi hanc Cartam ponere super altare S. Michaelis et signum meum facere.*

PER CHIROTHECAM. [Charta ann. 1087. ex Tabular. S. Florentii : *Fecitque inde donum per quasdam Cyrothecas in manu Haimonis Monachi.*] Vide *Chirotheca*. [\* Grimm. pag. 152. *Handschuh.*]

PER CLAVES ECCLESIAE. Charta Adæ Abbatis S. Dionysii ann. 1114 : *Dedimus, et manu nostra per Claves Ecclesiæ super altare posuimus ad dotem Ecclesiæ.* Tabul. Vindocinense : *De eodem dono dominum Fromandum cum una Clave investierunt.* Tabularium Brivatense fol. 193 : *Per traditionem libri et specialiter per traditionem Clavium Cortilis, seu plateæ de Challes.* Vide tom. 8. Ughelli pag. 189. [\* Grimm. pag. 176. *Schlüssel.*]

PER CLOCAS ECCLESIAE. Vita Aldrici

Episcopi Cenoman. pag. 126 : *Plenam et legalem vestituram per Clocas et ostia senioris ipsius Monasterii Ecclesie... et per portas ipsius Monasterii jamdicto Aldrico Episcopo, multis coram testibus in ipso monasterio solemniter (traditionem) fecerunt.*

† PER COCLEAR DE TURIBULO. Tabular. S. Vincentii Cenom. : *Quidam miles Albericus nomine cum uxore sua donum decimæ quam habebat apud Atheiam posuit super altare per Coclear de Turibulo.*

PER COLONNAM. Tabular. Casauriense anno 24. Ludovici II. Imp. : *Et investierunt per demandationem ejusmodi Augusti per Colonniam de ipsa curte.*

PER COMMUNIONEM. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 22 : *Quædam Monasteria hanc consuetudinem tenent, ut seculares in suam societatem ac fraternitatem, omnino sicut oportet, statim ingressuros per Investituram Communiois tam corporaliter, quam spiritaliter suscipiant : et post talem plenariam susceptionem sine præfixo termino conversionis, quantum liberit, in sæculo permanere sinunt. Hoc tamen in ejusmodi hominum tali conversione indubitanter periculosum esse consideramus, quod sæpe tales non voto religionis, sed defensionis suæ causa in fraternitate religiosorum adscripti volunt videri, non ut ipsi ad religionem conversi meliores fiant, sed ut in nequitia persistentes, sub patrocinio et tutela Ecclesiarum maneant tutiores. Propter quod sæpe gravem maculam atque infamiam puritati religionis inferunt, dum eos, qui in religione constituti sunt, ad patrocinandas causas turpes et ignominiosas, pro sua defensione, quasi ex debito compellunt, etc. [\* Vide Jacob. Hommey. Supplem. Patrum pag. 497.]*

PER CORNU. Vide Cornu.

PER CORONAM. Chronicon Moissiacense ann. 813 : *Ludovicum filium suum constituit Imperatorem secum, ac per Coronam auream tradidit ei Imperium. Adde ann. 816. 817.*

PER CORRIGIAM. Tabularium Deiparæ Santon. : *Fecit idem donum cum una Corrigia S. Mariæ et S. Juliano, et imposuit super altare. In eodem Tabulario : Willelmus Comes Pictav. fecit donum super altare S. Mariæ cum Corrigia cervi cultellum continente, accipiens 30. sol. charitatis ab eodem Conventu. Fol. 55 : Helias Comes Petricor. suum donum posuit super altare S. Mariæ cum Corrigia, nodo suo facta in ipsa. Tabular. S. Hilarii Pictav. : Signo suæ manus, et Corrigia suæ cincturæ firmavit an. 1128. Tabularium Angeriæ. fol. 39 : *Omnia ista annuit dominus meus Hugo de Surgeris, de quo feodaliter teneo ; nam cum facerem donum per unam Corrigiam in manu D. Ansculfi Prioris, iste Hugo ab una parte tenens Corrigiam, nutu suo firmabat, volens istud proficere sibi in futurum. Tabularium S. Hilarii Magni Pict. : Hanc paginam cum Corrigia cincturæ meæ super altare posui. Ibid. : Cum Corrigia mei bantei (baltei.) Denique Charta alia ex eodem Tabulario : Ego Guillelmus de Villario dimitto B. Hilario et Canonici suis medietatem alodi de Presciaco, quam injuste tenebam, cum hac Corrigia cincturæ meæ, et hanc dimissionem prius feceram in manu Guillelmi Pictaviensis Episcopi : et feci concedere istud filium meum majorem Goscerandum cum Corrigia cincturæ suæ, Capitulo B. Hilarii, et dimissionem, quam feci in manu Episcopi jam dicti, ad opus B. Hi-**

larii et Capituli sui feci. *Corrigia cincturæ meæ cervina est. Corrigia filii mei vaccina est. Tabulis adsutæ etiamnum binæ istæ corrigiæ cernuntur. Vide Probat. Hist. Castaneor. pag. 181.*

CUM CROGIA ABBATIS. Vetus Charta in Hist. Monasterii S. Nicolai Andegavens. pag. 24 : *Est donum hujus beneficii factum est cum Crogia Abbatis, et a Berlaio et uxore ejus in manu ipsius positum est. Alia Fulconis Comitis Andegavensis ann. 1092. ibidem pag. 49 : Baculum itaque justitiæ et misericordiæ, qui Crogia dicitur, in manu... Abbatis pro confirmatione doni pono. [Gassendus in Notitia Eccl. Diniensis ad ann. 1430 : Venerabilis et religiosa domina Brianda Trimonda recepta fuit in Abbatissam Monasterii S. Catharinæ civitatis Dignæ... per traditionem Crossæ, osculando altare, et deinde sedendo in choro, in cathedra majore cum Cantico Te Deum laudamus.]*

\* PER CULTELLUM FLEXUM. Contract. matrim. inter Petrum Infant. Aragon. et Constant. Sicil. ann. 1262. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 556 : *Per Cultellum flexum et per hoc præsens scriptum... tradimus vobis D. Constantiæ dilectæ uxori nostræ in dotarium et pro dotario civitatem Gerundæ integre. Alius ann. 1358. apud Salern. : Quia dos data donationem propter nuptias habere meretur, contemplatione et causa matrimonii supradicti, sponte et pacifice coram nobis, sua propria, libera et gratuita voluntate, in facie dictæ majoris Salernitanæ ecclesiæ per Cultellum Flessum, secundum morem magnatum, comitum et baronum regni hujus, videntium predicto jure Francorum, ex nunc promisit... domicellæ Johannette uxori suæ in dotarium et terciarium... annuas uncias auri ducentas viginti. Vide supra Per cultellum plicatum.*

PER CULTRUM, vel CULTELLUM. Chronicon S. Sophiæ Beneventanæ pag. 718 : *Per unum Cultrum, quem manu tenebam, dedi, etc. Adde pag. 741. August. du Pas in Stemm. Tinteniacensi pag. 572. Notas ad Vitam B. Roberti de Arbrissello pag. 234. Historiam Guinensem pag. 333. etc. [\* Grimm. pag. 170. Messer.]*

PER CUPAM AUREAM. Vide Bodinum lib. 1. de Republ. cap. 9. pag. 130.

\* PER CUPPAM ARGENTEAM. Charta ann. 1207. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 614 : *Et idem dominus papa (Innoc. III.) investivit dictum comitem de dictis castris, comitatu et terris coram omnibus per Cuppam argenteam. Alia ann. 1108. apud Cenc. inter Census eccl. Rom. : Dominus autem papa investivit eum de gratia sua cum Cuppa argentea deaurata. Eadem rursum occurrunt ibidem in Charta ann. 1208.*

PER DENARIOS. Tabularium Majoris Monasterii Charta 182 : *Quod donum ejusdem census continuo, dum matutinalis Missa cantaretur, posuit super altare dominicum per octo Denarios, in præsentia multorum. Tabularium Vindocinense Chart. 206 : Quibus omnibus ille gratanter assentiens, donum simul et auctoramentum, manu propria super altare imposuit per unum Denarium Andegavinum, et unum cultellum, quem ad hoc ipsum donavit quidam homo S. Trinitatis. [\* Grimm. pag. 178. Munze.]*

PER DIGITUM, vel DIGITO. Vide Digitus. [\* Grimm. pag. 137. Hand und Finger.]

PER DEXTRUM POLLICEM. [Charta

ann. 1242. ex Archivis Cartusiæ Montis-rivi : *Nobilis vir Burgundionus dominus de Trilis... investivit per Pollicem Dextrum Hugoni de Miramars Priori Cartusiæ Montis-rivi.] Tabul. Eccl. Gratianopolitanæ sub Hugone Episc. fol. 37 : *Et hæc datio facta fuit primo gradu scalæ Gotafredi in Castro Bocatorum, et investitus fuit Aldealdus in Dextro Pollice ex hoc honore.**

PER ELEEMOSYNARIAM, hoc est, marsupium. Charta Simonis de Balgentiaco ann. 1149. in Tabulario S. Evurtii Aurelian. : *Et super altare ipsius Ecclesiæ per Eleemosynariam meam lapidem berillum quo habentem propria manu imposui.*

PER FERULAM PASTORALEM, apud Ughellum tom. 5. Ital. Sacræ pag. 403. [\* Charta ann. 898. apud Chorier tom. 2. Stat. polit. Dalph. pag. 227 : *Sed more decessorum suorum regum Ferulam accipiens tradidit et Viennensem ecclesiam. Vide Ferula 3.]*

\* PER FESTUCAM. Vide supra Festuca. [\* Grimm. pag. 121. Halm.]

\* PER FIMBRIAM VESTIMENTI. Charta ann. 1336. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1236 : *Donamus et concedimus in feudum ac te pro te et hæredibus tuis, ut præfertur, per Fimbriam vestimenti nostri investimus præsentialiter de eisdem, cum suis juribus et pertinentiis universis. [\* Grimm. pag. 153. Rockschoß.]*

PER FLOCCILLUM CAPILLORUM. Tabular. Absiense fol. 83 : *Hoc dono investivi Rainerum Abbatem cum Floccillo capillorum meorum. [\* Grimm. pag. 146. Haar.]*

† PER FOLIUM. Madox Formul. Anglic. pag. 92.

PER FOLIUM NUCIS. Tabular. S. Hilarii Pictav. fol. 77 : *Hoc donum cum Folio nucis recepit.*

† PER FORFICES. Tabularium S. Martini Pontisar. : *Odo Comes de Corboilo concessit Deo et S. Germano Pontisariensi quandam vieriam quam habebat in terra Morissarti, deprecante matre sua Comitissa de Groceio, cum Forficibus quas in manu tenebat, cum quibus Forficibus Robertus Monachus reinvestivit eum de beneficio loci. Quibus etiam Forficibus statim idem Comes totondit quandam armigerum Walterii Tosardi. [\* Grimm. pag. 171. Schere.]*

PER FOSILEM CHARTÆ INHÆRENTEM, apud Beslium pag. 524.

PER FUNES, seu Chordas campanarum Episcopos et Abbates dignitatibus suis investitos, colligere est ex Hariulfo lib. 4. cap. 2. Baldrico lib. 1. Chron. Cemerac. cap. 9. Ademaro Cabanensi apud Labbeum pag. 176. Innoc. III. P.P. lib. 1. Ep. pag. 177. Edit. Venet. Ægidio Aureæ-Vallis Monacho in Episc. Leod. cap. 20. etc. Adde Ughel. tom. 3. pag. 35. et Rollandin. in Summa Notariæ cap. 15. Exstant præterea hujusce ritus exempla complura in veteribus Tabulis. Tabul. Belliloc. Ch. 154 : *Garnulfo Abbati vel ad ipsos Monachos, qui cum eo fuerunt per Cordam signi et per hostium domo ipsas res, sicut in charta testamenti continetur... tradidit. Act. an. 3. Caroli Imp. Ch. 164 : Tunc veniens ipse Ebrardus intravit in ipsam Ecclesiam, et veniens ad ipsam villam per Cordam de signo ad hostia de domo et cespitem de terra, sive ramum de arboribus missis S. Petri tradidit. Tabularium Casauriense : Investivit... per ipsas Funes de ipsis campanis. Idem Tabularium anno 1. Caroli C. Imp. : Investierunt A. et Allonem Advo-*



catum ipsius per annulum de Campana Ecclesie S. Desiderii de ipsa curte. [Charta ann. 1122. ex Archivis Majoris Monast. : Quo peracto, cum tertia die in Ecclesiam S. Petri prædictam venissemus, dictus Jacob et filius ejus per Cordas signorum in manu nostra eandem Ecclesiam reddiderunt et nos prædictum Abbatem et Monachos per ipsas signorum Cordas de eadem Ecclesia plenarie investivimus, qui susceptis de manu nostra Cordis, signa illa protinus sonaverunt et per hoc investituram suam de eadem Ecclesia omnibus qui aderant innotuerunt. Tabularium Dunense : Eidem Monacho Ecclesiam ipsam per Cordam signi tradidit, Monachusque suscipiens cordam traxit et signum insonuit, quod parrechia omnis audivit et vidit. Tabul. Kemperleg. : Signorum ipsius ecclesie Cordis coadunatis, coram Principe et filio suo fratrem suum Benedictum Abbatem idem Præsul propria manu libentius investivit de Ecclesia prædicta.] [\* Grimmi. pag. 184. Seil.]

¶ PER FURCAM LIGNEAM. Tabularium S. Vincentii Cenom. : Ipse vero libenter annuit et donum patris confirmans, investivit de eo Monachos per quamdam Furcam ligneam quam in manu sua tenebat.

¶ PER GANTUM. Charta ann. 1187. ex Archivis Abb. Buzelii : Radulfus itaque de Chameriaco satisvit memoratos fratres de his omnibus in manu mea cum Ganto suo dextro in Ecclesia B. M. de Prugnaco ante altare, et ego Mauricius Nannetensis Episcopus investituram ipsam tradidi cum eodem Ganto venerabili Maino Abbati. Alia ejusd. ann. ex Archivis S. Melanii : Idem Petrus de Chaune hanc elemosynam posuit in præsentia nostra per Gantum suum in manu mea et ego inde Gervasium Abbatem per eundem Gantum investivi. [\* Grimmi. pag. 152. Handschuh.] Vide per Chirothecam.

PER GLADIUM regna collata, auctor est Otto Frising. lib. 2. de Gestis Freder. cap. 5 : Est enim consuetudo Curie, ut regna per Gladium, provinciæ per vexillum a Principe tradantur, vel recipiantur. Guntherus lib. 1. Ligurini :

Ergo ubi vexillo partem quam diximus ille,  
Hic autem Gladio regnum suscept ab ipso,  
(Hunc etenim longo servatum tempore morem  
Curia nostra tenet) posito diademate Petrus  
Regali dextra tulit alti Principis Ense,  
Præcessitque sacram brevius diadema coronam.

Dudo lib. 2. de Morib. Normann. : Regnum, quod mihi ultro dedisti, per hunc Mucronem, 12. libras auri habentem, reddo tibi. Per Spatham regno revestire, in Annalibus Francorum Bertinianis ann. 877. et apud Continuatores Aimoini cap. 36. Per traditionem Ensis evaginata, Comitatus erectionem et investituram factam, observare est in Charta ann. 1161. apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressensis pag. 193. Adde Thwrocium in Andrea Rege Hungar. cap. 44. Vide Gladius. [\* Grimmi. pag. 165. Schwert.]

¶ PER GLADIUM, Capam et Circulum aureum. Litteræ ann. 1557. apud Rymer. tom. 15. pag. 462 : Ipsumque Thomam Baronem Perey hujusmodi statu, gradu, stilo, titulo, honore et dignitate per cincturam Gladii, et unius Capæ honoris et dignitatis et Circuli aurei super caput suum positionem insignimus, investimus et realiter nobilitamus, habenda et tenenda nomen, statum, gradum, stylum, titulum, honorem et dignitatem Comitatus Northum-

bræ. Eadem formula occurrit ibid. pag. 497.

PER GRANA INCENSI. Charta Agnetis Ducissæ Aquitan. ann. 1048. qua Angeriacense oppidum Monasterio S. Joannis confert : Et ut firma in perpetuum maneat, ponimus singuli in testimonium veritatis singula Grana incensi super altare S. Joannis, oblationem Deo in odorem suavitatis. Beslius pag. 430.

PER HASPAM. Vide in voce Haspa.  
PER HASTAM. Dymarum lib. 6. pag. 60 : Cumque Hasta signifera Ducatum dedit. [\* Grimmi. pag. 163. Speer.]

PER HERBAM ET TERRAM. Vide supra.

\* PER INFULAM. Charta ann. 1215. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : Per Infulam capitis sui eos nomine ipsius ecclesie investiens, etc.

PER JUNCUM. Tabularium Vindocinense Charta 268 : Tunc inclinavit se Comes, et accepit viridem Scirpum ; nam domus recenter erat juncata, sicut solemus facere, quando aliquem personæ potentis, vel dominum suscipimus, vel amicum. Tunc Juncus ipso non tam donum faciens, quam restaurationem dedit, etc.

\* PER LANCEAM ET CONFANONUM. Charta ann. 1195. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 621 : Dominus Henricus... imperator... et rex Siciliæ cum Lancea et confanono, quam in manu sua tenebat, investivit honorifice... consules communis civitatis Cremonæ, nomine ipsius communis de hoc, quod in privilegio ipsius communis Cremonæ continetur. Exstat eadem Charta tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 395.

PER LAPIDEM. Tabularium Brivatense ann. 1262 : Et ad opus Capituli cum quodam Lapide investio, et in possessionem, vel quasi, induco. Charta alia apud Perardum pag. 140 : Dedit Ecclesie S. Stephani per unum Lapidem, in manu prædicti Abbatis, quidquid habebat in decimis, etc. [Instrum. ann. 1394 : Investivit eum per traditionem unius parvi Lapidis, ut moris est.] [\* Grimmi. pag. 181. Stein.]

PER LAPILLUM. Tabular. S. Flori in Arvernens ann. 1276 : Sed devestiens de prædictis omnibus cum quodam Lapillo in manu nostra, voluit et rogavit nos, ut dictum Hugonem investiremus. Adde Chartam ann. 1386. apud Rocchum Pirrhum in Notitia Ecclesie Cephalitanæ pag. 485.

PER LIBRUM. Tabularium S. Cyrici Nivernens. Ch. 108 : Donum consensu ac favore uxoris suæ confirmatum super altare S. Cyrici cum Libro obtulit. Charta Hugonis Autisiodor. Episcopi ex Tabulario Pontiniacensi : Quod donum per Libri donationem et osculi susceptionem in manu mea est confirmatum. Alia in Chronico Besuensi pag. 667 : Hanc donationem... Hugo filius, Haimo frater ejus, et uxor ejus, propriis manibus Librum super altare ponentes, laudaverunt. Alia ibid. pag. 675 : Hoc donum... tenentes ambo Librum, per quem hanc donationem... super altare posuerunt. Pag. 676 : Per impositionem Libri super altare confirmaverunt. [Charta ann. 1123. ex Tabul. S. Nicolai Andegav. : De hoc dono revestivit Quimarcocus et duo filii ejus Gradonem Monachum S. Nicholai cum uno Libro in ecclesia S. Petri Nannetensis, et osculati sunt eum de hac donatione per fidem ; Librum quoque quo revestierunt Monachum posuerunt pro signo super altare S. Petri. Alia ann. 1164. ex Archivis S. Sulpitii Bituric. : Niva Abbatisa

et Herbatus Prior tenentes Librum ex una parte, præfatos prædictæ elemosynæ datores ex altera parte Librum tenentes, de beneficio Abbatiæ investierunt, et in participationem orationum ejusdem Abbatiæ receperunt. Instrum. ann. 1205. ex Archivis Fontis Danielis : Has omnes elemosynas ipse Juhellus de Meduana et Isabel mater ejus et Gervasia uxor ipsius Abbatiæ Fontis Danielis quam fundaverant dederunt, et cum Libro super altare posuerunt.] Adde Chron. Besuense pag. 680. 688. 689. 696. Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 590. 594. Innocent. III. PP. lib. 1. Epist. pag. 238. Edit. Venet. Dymarum lib. 3. pag. 27. Chronicon Mauriacense lib. 3. pag. 386. Rocchum Pirrhum tom. 1. Notitiæ Sicil. pag. 477. Probat. Histor. Drocensis pag. 225. 234. Prædictis hæc addo ex Libro ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 33 : Si aliquis se orationibus nostris petierit commendari, finitis clamoribus adducatur, et de ipsis orationibus per Librum investiat. Similia habent Statuta Ordinis Præmonstrat. distinct. 1. cap. 5. Vide supra per Bibliothecam et per Communionem.

¶ PER LIBRUM MANUALEM. Tabularium Majoris Monast. : Simon filius Judicæ de Peregrino donavit nobis talliam, et coruam et bannum, etc. de domo nostra de Peregrino et de his omnibus cum quodam Libro qui Manualis appellatur, quem de manu Presbyteri qui ad eum visitandum venerat, accepit coram testibus, Priorem hujus domus investivit. Tabular. S. Vincentii Cenoman : Donumque hujus rei per Librum Manualem in quo egram Episcopus absolverat, ambo in manibus prædicti Abbatis miserunt.

PER LIBRUM MISSALEM. Charta Amadei Episcopi Lausannensis ann. 1150 : Librum Missalem, in quo, vel per quem divinum celebratur mysterium, in manibus sumpsit, super altare posuit, etc. [Charta ann. 1161. ex Tabul. Kemperleg. : Facta donatione in claustrum S. Amandi cum Libro Missale eam super altare ibidem obtulerunt. Liber Chirographorum Absiæ fol. 7 : Investierunt Abbatem Absiæ... cum Missali ejusdem Ecclesie.] Tabularium S. Stephani Divion. apud Perardum pag. 119 : Fecerunt hæc in manu Girardi Elemosynarii, qui dono et concessione per Librum Missalis revestitus est. Adde Marcam I. 5. Hist. Beneharn. cap. 12. n. 4. cap. 15. n. 5. cap. 25. n. 8.

PER LIBRUM COLLECTARIUM. Tabularium S. Stephani Divion. apud Perardum pag. 199 : Et super altare S. Stephani per Librum Collectarium quirpiendo deposuit.

PER LIBRUM EVANGELIORUM ET CALICEM, in Vita Aldrici Episc. Cenoman. pag. 74. tom. 3. Miscell. Baluzii.

CUM LIBRO REGULÆ, et CUM REGULA. Chronicon Besuense pag. 631 : Et propria manu donum roboravit super altare per Librum, qui vocatur Regula sancti Benedicti. Tabularium Vindocinense : Donum cum Regula super altare dominicum, etc. Fol. 271 : Donum super altare cum Regula obtulit. [Tabul. S. Vincentii Cenoman. : Qua de re unam marcham argenti loco caritatis habuit ; et de dono prædicto in eodem capitulo cum Libro Regulæ domnum Abbatem Robertum et Capitulum saisivit.] Vide Gaurfridum Vindocin. lib. 1. Epist. 6. et Paulum Diac. lib. 4. Chronici Casin. cap. 1. Liber Chirographorum Absiæ fol. 99 : Et ad majus altare accedentes, in præsentia

*Dominici corporis, cum Regula S. Benedicti de his abbatiam investierunt, ac deinde beneficium spirituale postulantibus acceperunt.*

\* PER LIBRUM REGULÆ NOVUS abbas instituebatur. Charta ann. 1127. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 29: *Ut novus abbas... a conventu B. Johannis electus, in capitulo nostro (Senonensi) per Librum Regulæ a præposito nostro de ratione abbatiz investiat.*

PER LIGNUM. Tabularium Vindocin. ann. 1077. Ch. 264: *Dedit quartarium vineæ situm apud Olanam per rescisuram Ligni, quam misit in manu Abbatis, qui revestivit eum statim de orationibus et beneficio loci. Ch. 488: Dimisit hanc calumniam, mittens frustum cujusdam Ligni ob testimonium hujus concessionis super altare. Tabul. Abb. Deparæ Longipontis: Hoc autem donum fecit supra dicta domina in castello, quod vocatur Pons, et per Hertendum Monachum loco testimonii frustulum Ligni sambuci super altare S. Mariæ transmisit. Tabularium S. Martini de Campis: Et donum posuit super altare per Lignum, in quo posuerat annulum aureum. Charta ann. 912: In civitate, quæ vocatur Ticinensium Rex Leoprandus Rex Lombardorum et Italiæ dispensator per Lignum, quod in sua tenebat manu, investivit Lanfrancum... ratione feudi, qui ambo professi sunt ex natione, lege Curie Lombardorum, etc. Hinc colligitur, cur ejusmodi concessionis, quarum fiebant investituræ per frustulum ligni, quod primum occurrebat, lignea dona dicantur in aliquot veteribus Chartis. Tabular. Vindocin. ch. 229: *Post acceptum beneficium, tulit Donum Lignum super altare. Ch. 237: Perrexit ad altare, et posuit Donum Lignum super illud, recitans ibi rationem doni, quod fecerat. Ch. 295: Sumptumque Lignum Donum tradiderunt illud, etc.* [\* Grimm. pag. 174. Span.]*

PER LINTEUM. Tabularium S. Maxentii in Pictonibus: *Americus per unum Lintheum satis optimum dedit S. Maxentio, etc.*

PER LINI PORTIUNCULAM, in Historia Durdanensi pag. 38.

† PER MALLEOLUM. Tabularium S. Vincentii Cenoman. : *Porro ad hujus rei confirmationem posuit Gaufridus filius Hugonis de Alvor Malleolum quendam super altare S. Vincentii.* [\* Grimm. pag. 162. Hammer.]

\* PER MALLEOLUM CAPITULI. Tabul. S. Sergii Andegav. : *Cum malleolo capituli fecerunt inde donum in manu domni Petri abbatis, quem postea ad majorem ipsius rei auctoritatem tulerunt super altare.*

† PER MANICAM. Instrumentum ann. 907. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 66: *Comes vero per Manicam suam terram supradictam in manu Catluant Abbatis graffavit. Tabular. Rothomense: Erispoe dedit illam villam quæ vocatur Chaer et insulam quæ vocatur En Aleis... ad fabas Monachis S. Salvatoris, tradens per Manicam suam in manu Conweion Abbatis in loco Cancell.*

\* PER MANICIAS, hoc est, Chirothecas. Placit. ann. 820. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 463: *Sic de præsentibus ipse Hucpold comes per Manicias suas de manu ejusdem Bonifritus a parte præfati monasterii revestivit. Charta ann. 936. apud eumd. tom. 2. col. 135: Per hanc præsentem paginam vendicionis, et per duas Manicias hac tradere visus sum, et corporaliter facio tibi inves-*

*tituram vendicionis justa legem meam Alegantorum. Vide Per Manicam.*

\* CUM MANUBRIO CULTRI, in Charta inter Probat. Hist. Brit. tom. 1. col. 430. bis: *Dedit autem ista concedente Orguen in claustrum S. Martini castelli Goscelini cum Manubrio cultri per manum Galonis episcopi.*

\* PER MANUS infra manus alterius positas. Charta ann. 1238. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : *Dominus Nicolaus investivit dominum camerarium, nomine ecclesiæ Romanæ, de bonis supra scriptis, mittens Manus suas infra manus ejus.*

\* MANU ter apposita cum libro super altare, in Charta ann. 1205. ex Chartul. Mont. S. Mart. ch. 53.

PER MAPPULAM. Chronicon Farfensis Monasterii pag. 661: *Per jussionem ipsius, dante eo mappulam suam (son mouchoir) Advocato suo, revestivit Leonem, etc.*

† CUM MARMORE. Tabularium S. Vincentii Cenom. : *Acharius filius Hamelini de Bana concessit decimam S. Petri de Noviomio de Rupe Odonis, quam pater suus dederat, et donum hujus rei super altare S. Petri cum Marmore ipsius altaris misit.*

† PER PARTICULAM MARMORIS. Charta Landrici de Praico pro Monasterio Fontismensi in agro Eduensi, ann. 1118: *Venit ad nos prædictus Landricus cum uxore sua Helisabet et tribus filiis suis... et accipiens in manibus suis Particulam marmorei lapidis, quæ ibi forte reperta est, venit cum ea ante altare, et tenentes eam omnes simul... obtulerunt eam super altare, ita dicentes: Nos pro salute animarum tam nostrarum quam antecessorum nostrorum damus Deo et huic altari, etc.*

† PER MARSUPIUM DE PALLIO. Charta ann. 1133. ex Tabul. Rothon. : *Monachus de prædicto dono investivit ante altare Pirricensis ecclesiæ et pro ea re Marsupium de pallio Herveo Abbati et Conventui misit.*

PER MARTYROLOGIUM. Charta Ulgerii Episc. Andegav. : *Hoc autem fecit positus clavibus præfate Ecclesiæ S. Joannis in manu mea, et postea super dominicum altare S. Mauricii cum Martyrologio. Vide Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. pag. 87.*

PER UNAM MITRAM, Decimæ molendinorum investitio exstat in Tabulario Chirographum Absiæ fol. 62.

PER NODUM. Tabularium S. Severini Burdegal. : *Sibi in alodio concessi, et ut auctoritate propria sæpe fieri solet, concessæ hereditatis Modum priorem manibus propriis colligavi, secundum Geraldus Miles, tertium Ramundus de Ulrico: quo facto Nodum super altare pro meis debitis, et pro meis delictis, et pro defunctorum parentum criminibus obtuli, etc.*

PER NOTULAS. Charta Philippi Regis Francor. ann. 1317. apud Argentorem in Hist. Armoricana lib. 5. cap. 34: *Possessionem ipsius Comitatus... in manu dicti Episcopi Mimatensis per traditionem quarumdam Notularum, quas in manu tenebat, posuit per eundem Episcopum dictæ Ducissæ tradendum, etc.*

† PER OSCULUM. Tabularium Vosiense fol. 60: *Hoc autem factum est in villa de Chanzar in manu domini Rainaldi Abbatis quem propter hoc ipse Deosculatus est, videntibus et audientibus Bernardo Vicecomite, etc. Tabular. S. Albini Andegav. : Maino filius Gualonis, annuente Eudone filio et Vieta uxore sua, dedit Deo et S. Albino terram de Brilchiot, pro cuius doni confirmatione Walterium Monachum*

*pater et filius in fidei nomine Osculati sunt. Uxor autem illius, eo quod a femina Monachum Osculari inusitatum habemus, Lambertum quemdam præfectum S. Albini, jubente Walterio Monacho, eadem sententia Deosculata est.*

PER OSTIUM DOMUS. Tabularium Casauriense ann. 951: *Ideo constat me Alexander filius quondam Ardemandi, ex natione Bajubaria, secundum meam Bajubariorum legem, per festucam et quaznem et andelaginem, et per ramos de arboribus, et per Ostium domorum vendidi, et manibus meis tradidi, atque investi tibi, etc. Bracton. lib. 2. cap. 18. § 2: Fieri debet traditio per Ostium, et per haspam vel annulum. Lib. 5. tract. 4. cap. 15. § 14: Sed præsentibus fuerint, ubi sarsina facta fuerit donatario per Senescallum, vel per nuntium, per fustim, vel per baculum, vel per haspam, et quod donatarius inductus fuit in vacuam possessionem, etc. Vita S. Pardulfi MS.: Et cum claustra Monasterii, et omnis fabrica ipsius, vel omnia loca inhabitabilia perfecta, vel consummata fuissent, supradictus Lautarius per Ostium cellulæ ipsius viro Dei tradidit ad regendum. Vide Anaticla, Haspa. [\* Grimm. pag. 174. Thür.]*

\* PER UNUM OZILIUM, id est, per ramulum vimineum. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 183. r: *Feci autem hoc donum prius in manu Letardi præpositi monachi et Gilberti cellerarii per unum Ozilium, subitus unum ulmum veterem, qui est in cimiterio. Vide Osella.*

PER PALLAM, seu Pallam ex serico, apud Ordericum Vitalem lib. 3. pag. 474.

PER PALLIUM, seu PALLAM. Charta Ademari Vicecomitis Lemovic. ann. 1074: *Accedens autem cum duobus filiis meis Helia et Petro, ad hoc sacrum altare Pallium obtuli: quod Pallium mecum tenentibus ipsis, hunc, de quo sermo est, mansum semel sub testibus donavi. Infra: Hic tantum commemorasse sufficit, quod eodem Pallio donationem firmavi meam de aqueductu, etc. Vita S. Virgilii Episcopi Saltzburgerensis cap. 16: Per Pallium altaris Virgilii Episcopo ipsam Ecclesiam... tradidit.*

\* PER PALEAM APOSTOLICAM. Charta offic. Trec. ann. 1258. ex Chartul. Campan. fol. 535. col. 2: *Ipsos mercatores investivit de prædictis bonis, ipsius regis nomine, per traditionem cujusdam Apostolicæ Paleæ, secundum quod in tradendis possessionibus de consuetudine in istis partibus observatur. Vide Palla 2.*

\* CUM PALMIS HIÉROSOLYMITANIS. Charta Rotroci comit. Pertic. ann. 1190. ex Chartul. S. Dion. de Négento: *Adjutorium et defensionem de omnibus reprobis, atque donum istud cum Palmis, quas de Hierosolymis asportavit, super altare sancti Dionysii posuit.*

PER PANEM ET LIBRUM. Charta Henrici Abbatis S. Mariæ Stampensis ex Tabulario Prioratus S. Martini de Campis: *Eam (Ecclesiam) in manibus meis per Panem et Librum reddidit, et ego consequenter similiter per Panem et Librum in manibus Vener. Theobaldi Prioris de Campis eam seposui, etc. contra didi. Parvum Pastorale Ecclesiæ Parisiensis cap. Quid faciendum sit in vacatione Præbendæ, in Ecclesia Parisiensis: Si Episcopus in diœcesi Parisiensis fuerit, tenetur vocare Decanum, vel Decano absente Cantorem, et de manu illius accipiet Episcopus cum Libro et Pane Præbendam vacantem, sub his verbis, Reddo vobis Præbendam, quæ fuit N. etc.*

\* PER PANNUM VEL PENNAM MAN-

TELLI. Charta ann. 1101. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 505: *Venit Conanus filius meus ad eandem civitatem, qui etiam ipsum donum fecit et concessit per Pannum mantelli sui in manu Guillelmi prioris.* Alia ann. 1167. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 263. col. 2: *Eundem abbatem inde per Pennam mantelli presentialiter investire fecit.*

PER PANNUM SERICUM, unde facta est casula, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 527.

CUM PENNA ET CALAMARIO investitos Tabelliones observat Rollandinus in Summa Notariæ cap. 5. extremo: quod etiam habetur in Constitutione Ruperti Imp. ann. 1401. apud Goldast. tom. 1. pag. 382.

\* Commis. tabellion. inter Form. Mss. Instr. fol. 78. vº: *Per pennam, calamarium atque cartam, quam in vestris manibus tenebitis, investiat de officio antedicto (tabellionatus.)* Occurrit ibi non semel.

PER PERGAMENUM. Charta Aimerici de Ranconia apud Beslium pag. 492: *Dedi... in manu Abbatis Fulcherii per quemdam Pergamenum super altare signatum crucibus, videntibus multis.* Alia Willelmi Ducis Aquitan. ex Tabulario Angeriæcensi: *Per hoc Pergamenum hoc donum... super altare B. Joannis posui.*

CUM DUOBUS PHYLACTERIIS, in Tabulario Monast. Longipontis in diocesi Paris.

\* PER PILARIA CLAUSTRI. Cæremonia in investituris prioratum alligando adhibitas pluribus exponit Charta ann. 1421. ex Chartul. priorat. Belleval. : *Dominus Therricus abbas Mediani monasterii... dominum Desiderium in corporalem, realem et actualem possessionem dicti prioratus (de Bellavalle) induxit et investivit presentialiter de eodem per traditionem magni hostii ecclesiæ dicti prioratus ejusque clavium, cordarum campanarum, cornuum magni altaris, piscinarum ac calicis, nec non albæ et cinguli, aliorumque ornamentorum ecclesiasticorum. Quibus acceptis per eundem dom. Desiderium et indutis, idem dominus abbas ipsum dom. Desiderium possessione sua semper investiendando et eam continuando et adimplendo, cruce Salvatoris nostri sursum erecta præeunte, processionem per claustrum dicti prioratus faciendo letaniamque Sanctorum cantando, quatuor principalia pilaria quatuor angulorum claustrum ipsius sibi tradidit et investivit de eisdem. Quibus præmissis sic actis, præfatus dom. Desiderius possessionem hujusmodi sic sibi tradidit et per eum habitam, captam et adeptam tenendo, servando et manutenendo misam B. Mariæ Virginis ipsiusque in honorem atque signum realis, corporalis et actualis possessionis habitæ et adeptæ, alta voce, coram populo ibidem astante, denarios in offertorio per sibi subditos et alios, tamquam vero et indubitato priori dicti prioratus oblatos, pacifice et quiete, absque aliqua contradictione ac impedimento quocumque, aut opponente seu contradicente quocumque interveniente, capiendū et recipiendū, cantavit et celebravit.*

PER PILEUM. Rogerus Hovedenus pag. 724: *Ricardus Rex Angliæ in captione Henrici Romanorum Imperatoris detentus, ut captivum illum evaderet, consilio Alienor matris suæ, deposuit se de regno Angliæ, et tradidit illud Imperatori, sicut universorum domino, et investivit eum inde per pileum suum. Sed imperator statim reddidit ei... et investivit eum inde*

*Imperator per duplicem crucem de auro. Thomas Walsinghamus pag. 848: Eodem anno in Parlamento præscripto dominus Joannes Dux Lancastriæ factus est Dux Aquitanie per virgam et Pileum, præbitis manu Regis. [\* Charta ann. 1258. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom.: Magister Ubertus nomine et vice Romanæ ecclesiæ, auctoritate sibi commissa, ipsum syndicum, nomine et vice communis Perustii, de dicto comitatu, jurisdictionibus et preventibus ac etiam pertinentiis ejusdem per suum Pileum investivit.] [\* Grimm. pag. 148. Hut.]*

PER PISCES. Tabularium Majoris Monasterii: *Testes habuimus legitimos, qui omni lege probare fuerunt parati, quod Hildegardis ad opus emerit, et per Pisces ex ejus piscaria investituram dederit in vita sua Monachis Majoris Monasterii.*

\* PER UNAM PLUMAM. Charta ann. 1357. ex Bibl. reg.: *Martinus de Serris præsentem et pro se et suis stipulantem et recipientem de prædicta terræ pecia... per traditionem unius Plumæ laudavit et ipsum manualiter investivit.*

PER POLLICEM. Charta ann. 1097. in Hist. Sabaud.: *Quod donum ipse Comes per digitum proprium, quem Pollicem appellamus, fecit in manu Prioris ipsius loci. Vide supra Per Dextrum Pollicem.*

† PER PSALTERIUM. Tabularium S. Petri de Rilleio: *Ego Radulfus Filgeriensis dominus et Frangellus frater meus posuimus super altare S. Petri post Evangelium Missæ, cum Psalterio magistri Hamonis de S. Hilario universa dona antecessorum nostrorum et nostra.*

\* PER RAMULUM LAURI. Chartul. priorat. de Guilcio fol. 18. vº: *Hujus rei donum super altare de Guilcio cum uno Ramulo lauri misit.*

† PER RAMUM FILGERII, apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 342. Vide initio *Per Ramum et Cespitem.*

PER REGULAM. Vide supra *Per librum.*

PER SCEPTRUM. Faustus in Vita S. Mauri Abbatis, de Theodeberto I. Rege: *Dedit ei per Sceptrum regale, quod manu gestabat, quæcumque Florus patruus ejus ex regali possederat dono. Vide Ottonem Frisingensem lib. 7. cap. 16. et Metro-polim Salisburgensem tom. 2. pag. 277. tom. 3. pag. 399.*

PER SCYPHUM. Simeon Dunelmensis lib. 3. de Eccles. Dunelmensis cap. 14: *In cujus donationis signum etiam Scyphum argenteum obtulit qui in hac Ecclesia servatus æternam illius facti memoriam retinet.* [Charta Constantiæ Comitissæ Britan. ex Tabul. Kemperleg.: *Ad hujus quoque memoriam doni corroborandam, meum Cyphum marmoreum ad investituram harum villarum plenarie faciendam prædictis Fratribus attribuo.*] Tabularium Majoris Monasterii: *Hujus rei supradictæ misit Archimbaldus donum super altare S. Mariæ per Cyphum S. Macarii. Occurrit ejusmodi investitura per Scyphum S. Macarii, non semel in Tabulario Monast. Longipontis diocesis Paris.*

\* CUM SELLA AURO PARATA. Charta ann. circ. 800. tom. 6. Anecd. Pezii part. 1. col. 90: *Et hæc donatio mea facta omni tempore firma et stabilis permaneat cum stipulatione subnixâ. Et iterum firmavit cum sua Sella cum auro parata, et suam luricam.*

PER SPATÆ CAPULUM. Tabularium Vindocin. fol. 277: *Ut istud donum firmiter haberetur, et ulterius non cassaretur, super altare dominicum cum ponto*

*cujusdam Spathæ ambo fratres posuerunt. Maître Vacces en son Roman de Rou MS.:*

*Au Roi rendi son regne, n'en vout avoir jornee, Fierement l'en saisi par une aoe espee, Et Pont de l'Espée out d'or diz livres pesant, Vostre terre, dit-il, vous vent par cest mien gant.*

\* CUM STOLA ET LIBRO. Charta ann. 1188. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1549: *Dominus Ugicio S. Romani prior, cum consensu fratrum, investivit marchionem Opizonem cum Libro et Stola, ante altare S. Romani, de advocatia monasterii S. Romani et de omnibus beneficiis S. Romani. Similia habet Charta ann. 1290. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 285.*

† PER TELLUREM. Tabularium Kemperleg.: *Ego Karaduc filius Kentlamen dedi Monasterio S. Crucis villam unam in qua est ecclesia S. Caradoci, et afferens ex ipsa terra mecum Tellurem pro signo concessionis in ipsius pariete Monasterii suspendi.*

PER TEXTUM EVANGELII. Tabul. Vindocin. fol. 245: *Donum concesserunt, et super altare cum Textu argenteo et auro obtulerunt.* [Tabul. S. Vincentii Cenoman.: *Radulfus filius Huberti Vicecomitis venit ad Monasterium S. Vincentii ann. MXXV. quo acceperat sororem Widonis de Walle in conjugem, et cum Textu auro et lapidibus parato, accepto de manibus Abbatis Rannulfi, quem super altare posuit, annuit quidquid pater suus dederat.* Tabular. Vosiense fol. 22. vº: *Fecerunt autem donum istud ante altare S. Petri Apostoli Bernardus et Ebbolus filius ejus Textum Evangelii gestantes manibus in præsentia domini Petri Abbatis.* Charta apud Madox Formul. Angl. pag. 241: *Ut autem prætaxatæ Ecclesiæ donatio cum cæteris supradictis legitime et firmiter fieret... per Textum sancti Evangelii super altare donavi.*] Vetus Codex apud Seldenum ad Eadmerum pag. 144: *Per Textum Evangelii spiritualem causam Episcopatus, per anulum autem Regalium possessionem accepit.* Tabul. Andegav.: *Quitavit libere et quiete super altare cum Textu et cultello.* Tabul. S. Gemmæ Santonenis: *Hoc donum confirmavi... ponens Librum Evangeliorum super altare.* Tabul. Briyat. fol. 193: *Per traditionem cujusdam libri Textus Evangeliorum cum postibus argentatis et imagine crucifixi presentialiter investivit.* Adde Ordericum Vital. lib. 5. pag. 577. 591. Chronic. Besuense pag. 610. 616. Tabular. Longipontis diocesis Paris.

\* PER TURRIM ET PORTAM. Charta Ulrici march. Tuscæ ann. 1170. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 63. col. 606: *Miserunt eum (patriarcham) per Turrim et portam in tenutam pro castro et omnibus possessionibus superius dictis.*

CUM VERU. Charta Garneri de Triangulo, in Tabul. Abbatie Deiparæ de Longoponte, et Majoris Monasterii: *Pro hujus doni confirmatione fregit Veru, et portunculam de ipso bene extersam dedit Henrico Priori, dicens ut auferret, et ex sua parte super altare poneret. Ubi Veru, pro sude lignea videtur sumi. Tabularium Hospitalis Montis Maurilionis: *Unam quadrigam oneratam de viridi ligno, de redortis, et sudibus, et Verubus.**

PER VEXILLUM provincias a Principe tradi et recipi scribit Otto Frising. lib. 2. de Gest. Frider. cap. 5. Falco Beneventanus pag. 238. de Rogerio Siculo: *Misit præterea domino P.P. Honorio munera multa... ut ducatus ei Vexillum et nomen largiretur.* Pag. 308: *Rainul-*

phum... in Ducem elegit, et eo electo Vexillum ad honorem Ducatus Apostolicus et Imperator in conspectu omnium ei tradiderunt. Idem pag. 332. de Innocentio PP.: Regi vero (Siciliæ) Rogerio statim Siciliæ regnum per Vexillum donavit, etc. Charta Alphonsi Castellani Imperatoris, apud Vignerium in Hist. Alsatiensi pag. 143: Investimus te Ducem et Comitem de quinque Vexillis, in signum quinque dignitatum, quas in feodum ab Imperio tenere debes. [Breviarium Hist. Pisane apud Murator. tom. 6. col. 173: Anno 1163. Lambertus Consul... Ambasciatores Pisani Communis, ab Imperatore Frederico Vexillum receperunt et spatam pro investitione imperatoria super omnes civitates Thuscie.] Charta Philippi II. Regis Rom. ann. 1207: Thomas Comes de Sabaudia... feudum suum... de manu nostra recepit, nosque eum iuxta priscam Imperii consuetudinem de universis bonis illis... per tria Vexilla investivimus. Le Roman de Guillaume au Court nez:

Par une blanche Anseigne li fu li fiez rendus.

Ejusmodi investiturarum per Vexillum exempla passim proferunt Scriptores, Romualdus in Chronico MS. ann. 1060. 1063. 1090. 1115. 1118. 1120. 1127. 1132. 1152. Ditmarus lib. 6. Otho Frising. lib. 2. de Gest. Frider. cap. 32. Chronicon Weingartense cap. 13. Godefridus Monach. S. Pantaleonis ann. 1212. Hist. Australis ann. 1276. Alexander Celesinus lib. 1. cap. 16. lib. 3. cap. 26. Will. Tyrus lib. 12. cap. 4. Conradus Usperg. pag. 302. Historia Landgravior. Thuring. cap. 18. Gunther. lib. 1. Ligur. pag. 31. lib. 5. pag. 125. Gesta Innocentii III. PP. pag. 27. [Ægidius Gelenius in Colonia pag. 74.] Vide quæ notamus in Dissert. 9. ad Joinvillam. [\* Grimm. pag. 161. Fahne.]

\* PER VEXILLUM concessas etiam interdum ecclesias testatur Charta fundat. monast. de Nido avis ex Cod. reg. 9612: X. Bernardus de Bulleio concessit et reconstituit ipsum episcopum cum Vexillo optimo et hasta nova, vidende omni populo, qui venerat ad altaris consecrationem.

\* Aliquando Vexillum armis illius, qui investituram dabat, erat insignitum. Charta ann. 1237. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom.: Cujus investitionem idem iudex Arboreæ recepit per manus magistri Alexandri Apostolicæ sedis legati, cum quodam Vexillo, in quo erant duæ claves cum una cruce.

PER VIRGAM, vel VIRGULAM. Charta ann. 1120. in Tabular. Monast. Fontis-Ebraldi: Hanc concessionem feci in manu Petronillæ primæ Abbatisse Fontis-Ebraldi cum Virga oserii duplicata. Alia apud Acherium in Notis ad Guibertum pag. 590: Cum Virga disciplinari. Tabularium S. Albini: De hoc Fulconius Tessart cum quadam Virgula domnum Abbatem investivit, quam ipse manu propria posuit super altare. Alia ann. 1144. apud Gallandium: Utque patenti occasione firmatum nihil occultæ forsitan occasionis haberet,..... per oblationem Virgæ, quam manu gestabat, supra sacrum altare B. Lazari de prædicto dono domum et Fratres sollemniter investivit. Adde Epistol. Synodalem Calixti II. in Concilio Tolosano ann. 1119. Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 589. Helmodum lib. 1. cap. 70. 71. Notas ad Guibertum pag. 590. Hieron. Rubeum in Hist. Ravenn. pag. 275. et quæ supra de investitura per baculum adnotamus.

\* PER VIRGAM ARGENTEAM, Lit. con-

cessionis regni Salonice. dom. Guid. Dalph. baroni Montisalb. per exercitum Franc. ann. 1314. ex Cod. reg. 5456. fol. 29. r.: Virgam quandam argenteam sæpedito nobili viro dom. Raybaldo, nomine et vice dicti nobilis et magnifici viri dom. Guidonis Dalphini, duximus tradendam et concedendam, in signum adepti et adipiscendi domini et possessionis Salonicensis regni.

\* PER VIRGAM ET CESPITEM. Charta Petri episc. Attrebat. ann. 1201. ex Tabul. abbat. de Laude: Alodium... reddidimus fratribus de Los in liberam ac perpetuam possessionem per Virgam et cespitem, prout mos est ecclesie prædiis investire.

PER ZONAM, in Charta fundationis S. Petri Generensis, loco supra allato.

† INVESTITURA. Donatio Rostagni Episc. ann. 950. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 77: Unoquoque anno recipiant ministerii sanctæ Dei ipsius ecclesie Investitura ff. 1111. Ubi legendum videtur in vestitura ss. 1111. hoc est, in vestitura solidos quatuor. Vide Vestitura.

\* INVESTITURARUM VINA, Quæ investituræ seu possessionis adipiscendæ causa ex usu domini capitali præstantur. Charta Phil. V. ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 279: Item tallias, census, costumias, vina Investiturarum, etc. Vide supra Investio 2.

† INVESTITUS, Qui de aliquo beneficio Investitus est. Literæ ann. 1299. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 880: Et ne præmissa vel aliquid præmissorum a nobis vel ab aliquibus successoribus nostris (quod absit) valeat in posterum calumniari, præsentis litteras prædicto Investito et ejus successoribus contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Charta ann. 1303. apud eundem tom. 1. pag. 445: Ego Jacobus presbyter Investitus de Ghilse, decanus Concilii Bekensis, etc. Vide Investitum.

† INVESTITURARIA, pro Investitura. Charta ann. 1173. apud Miræum tom. 2. pag. 1179: Dicimus autem consilio majoris Ordinis Hospitalis Investituriarum Ecclesie tenebit, qui curam et providentiam omnium bonorum ad Ecclesiam spectantium tenebit.

† INVESTITUTIO, Jus quod domino capitali pro Investitura exsolvitur. Literæ ann. 1266. ex Tabul. Calensi: Vendidit partem suam espoliarum de Jamaco et aliunde, et partem suam cerchie de Beron... et partem Investitionum seu sezinarum.

\* INVESTITOR, Qui investituram præstat, patronus et collator beneficii ecclesiastici. Charta Reichardi Episc. Herbiopol. ann. 1183. apud Haltaus. in Glossar. German. voce Lehnherr, col. 1226: Quod Albertus de Hohenloch, liberæ conditionis homo, Investor cujusdam parrochie erat in Steinach. Vita S. Cunegundis apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 321. lin. 60: Romanæ vero domus advocatum, ipsum videlicet imperatorem, sine totius exactione servitii, abbatissæ Investitorem, loci defensorem et ubique pium protectorem esse instituit.

\* 2. INVESTITURA, Dignitas curionis, ecclesia parochialis; unde ejusdem rector nude Investitus nuncupatur. Charta Ludov. Borbon. episc. Leod. ann. 1457. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 473: In qua (ecclesia) præter rectorem ecclesie, communiter Investitum vocitatum... Cum juribus et pertinentiis rectoris seu Investituræ ex usu competentibus, etc. Alia ann. 1462. in Suppl. ad Miræum pag. 621. col. 1: Qui Investitus

una cum præposito et cantore officium curæ parochialis et missam parochialem faciet et exercebit. Vide Investitus.

† INVIA, pro Injuria. [\* haud dubie; sed vox corrupta ex nota abbreviationis prætermissa.] Literæ ann. 1358. tom. 3. Ordin. Reg. pag. 317: Ipsos ab omnibus Inviis, gravaminibus... defendant. † INVIARE, Ingredi, calcare. Solin. cap. 8.

\* INVICTE. [Augustin. ep. 28. ad fin. Ut abs te liquidissime, atque Invictissime defendatur. h. e. ita ut tuam defensionem avertere nemo possit, incontrastabilissimamente.]

† INVICTORIOSUS, Invictus. Anno Gratia 1243... consecratum est hoc altare... in honore Invictoriosissimæ S. Crucis, apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. 535.

† INVIDARE. Charta ann. 1171. in Histor. Pergamensi part. 1. lib. 10. cap. 22: Et debent Consules Pergami Invidare, consiliare, commendare omnibus illis hominibus, qui in prædicto loco habitaverint, etc. Vox Italica, Mittere. [\* Inviare, non Invidare, hac notione dicunt Itali; sed Invidare hic idem videtur quod Inviare.]

\* INVIDIA, Studium, voluntas, animus. Ad invidiam. Gall. A l'envi, Certatim. Charta ann. circ. 1194. inter. Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 362: Huic congregationi locum et officium idem dedit Romæ in Saxia ad S. Spiritum Innocentius tertius, edificato hospitali amplissimo... ubi nobilibus, ignobilibus, infirmis et sanis ad necessitatem providere ex mediis hospitalis, quæ opulentissima sunt ad Invidiam exempli, etc.

\* INVIDIOLA. [Diminuti. ab Invidia, Invidiella. Cicero: Cum nescio quid Invidiolæ inter eos exortum fuisset. Ita Sipontin. in Cornucop. nullo designato loco. In Thesaur. Nizol. designatur Cic. ad Attic. Mihi adhuc hæc verba incomperta sunt.]

\* INVILARE, Vilem reddere, deprimere, nostris alias Avillare, Ital. Avillire. Epist. Saladini ad Pisan. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Bonincont. Hist. Scul. part. 1. pag. 198: Et clamorem facere non possint, nec possint dicere res eorum Invilatas esse. Vide supra Avillare et Invilare.

\* INVILESCO. [Non vilescio. Not. Tir. p. 66. Vilescit, Invilescit, Invilit.]

† INVILIARE, avillare, in vett. Glossis [et in Supplemento Antiquarii, ubi etiam Invilitare, eodem intellectu.] Vilem facere.

\* INVILITO. [Valde vilito. Gloss. Philoz.]

† INVINIUS, Abstemius, ἀνοικ, in Gloss. MSS. vox Apuleii lib. ult.

† 1. INVIOLORE. Vide Involare.

\* 2. INVIOLORE, Immolare, cedere victimas, secare, libare. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† INVIRGULARE, In virgam crescere. Vita S. Adalberti, tom. 5. Junii pag. 98: Residuum pomi quod forte manu gestabat, igni projiciens: Ubi, inquit, grana Invirgulara fructificaverint adolendo; me, Deo propitio, comptem habebis in reverendo.

\* INVIOLOLATUS, Victoria fibula, Gall. Virole, instructus, nostris Enviroilé. Arrest. parlam. ann. 1368. in Lib. statut. artif. Paris. ex Cam. Comput. Paris. fol. 307. r.: Visitare cutellos fabricatos, manubriatos et Invirololes Parisius. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 148: Une paire de cousteaux engainnez, enmanchez d'iviere, et Envirolez d'argent.

\* **INVIRTUOSUS**, Vitiosus, a virtute alienus. Vita S. Elzear. de Sabrano tom. 7. Sept. pag. 589. col. 2: *Ex tunc a verbis inhonestis et moribus Invirtuosus ipse (comes) abstinuit.*

† **INVISATIO**, Visitatio, apud Stephanotium Antiquit. Aurelian. MSS. pag. 318.

† **INVISERARE**, Quasi in viscera immittere, conjunctissime devincire, adjungere. S. Bernardus Epist. 289. Edit. 1690. col. 225: *Studui ego semper, ut sanctos illos congregationis vestrae Monachos nostris Fratribus commendarem, et ipsos illis perfectae unionis caritatis, si fieri posset, etiam Inviserarem.* Privilegium Venceslai Imp. ann. 1418. apud Ludewig. tom. 1. pag. 451: *Easdem villas cum omnibus pertinentiis suis predictis Abbati et Conventui Monasterii in Dobrilug applicare, appropriare, incorporare, Inviserare, annectere, unire et confirmare gratosius dignamur.* Recurrit pag. 452. [\*] Vide Haltaus. Glossar. Germ. voce *Einleiben*, col. 297. supra *Incorporare.*]

\* Nostris alias *Enventrer*, Deglutire. Le Reclus de Moliens:

Convoltise est tout esventrée,  
Ja tant ne sara Enventrer.

\* **INVISIBLE**. [Invisibiliter. *Fulgent.* 3. *Mythol.* 6.]

\* **INVISIO**, Visio. Acta S. Marii Mauriac. tom. 2. Jun. pag. 125. col. 2: *Verum ille beatus pater indulgentissimus, pati non potuit filios pios de sui negata Invisione remittere mæstos, etc.*

\* **INVISITO**. [Sæpius *Invisio*. Jul. Valer. *res gest.* Alex. M. (edente A. Maio) 1. 50. Sed inter hæc jam Alexandrum juxtim posuisse castra noscit, propterque vicinum fluvium *Invisitare.*]

† **INVISOR**, Invidus, in Vita S. Maioli n. 52. tom. 2. SS. Maii pag. 683.

\* **INVISUS**, Non visus. Acta S. Audom. tom. 3. Sept. pag. 393. col. 1: *Adest die tertia in urbe Tarvenna multitudo innumerabilis, ei pene ante Invisa.*

† **INVISIBILIS**, *Beneficus*, Papiæ. Vide *Jouentalis*.

\* **INVITAMENTUM**, Convocatio, conventus, Ital. *Invitamento*. Stat. crimin. Cumanæ cap. 126. ex Cod. reg. 4622. fol. 90. vº: *Nullus de cetero præsumat facere aliquod Invitamentum nec congregationem gentium cum armis.*

† **INVITATA**, vox Italica, Eodem significato. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 61. ex Cod. reg. 4621: *Quicumque præsumperit in civitate, comitatu vel districtu Florentiæ... facere aliquam Invitatum seu congregationem gentium... pro violatione vel subversione pacifici status populi, etc.* Et cap. 69: *Quicumque... præsumperit facere aliquam Invitatum de hominibus equestribus vel pedestribus, ut eos ducat vel mittat armatos ad aliquem locum, etc.*

† **INVITATA**, Invitatio ad solennitatem, vel cœnam solenniorem. Ericus Upsalensis lib. 3. Hist. Suecor. ann. 1304: *Hoc anno Torchillus Marschalcus invitavit tres fratres Principes memoratos ad Castrum Aranes, solennissima illic habita Invitata.*

\* **INVITATIO**. Privil. Lausertæ ann. 1370. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 400: *Pure et absolute absque medio, conditione seu Invitatione aliquati, etc.* Ubi doctus Editor emendat, *Limitatione*; apte prorsus ad sensum.

† **INVITATOR**, Procurator, agens. Vetus Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 74: *Rivallon Comes*

*Poucaer testis. Biscan Invitator Nominoc. Juduoret Invitator.*

\* **INVITATOR**, Qui ad cœnam invitabat et vocabat, unde et *vocator* etiam dictus. Occurrit apud Gruter. et D. de Montefalc. in Diar. Ital. pag. 359. ex antiqua inscriptione. Vide Pignor. de Servis pag. 111. et seq. edit. ann. 1674. et Diction. Trevolt. voce *Invitateur*.

**INVITATORIA**, Epistola, qua quis ad aliquam ceremoniam invitatur. Vide *Diurnum Romanum* cap. 3. tit. 13.

† **INVITATORIANUS**, apud Cistercienses, idem qui *Præcentor*, Qui inchoat cantum in Choro. *Subinvitatorianus*, qui *Invitatoriani*, cum abest, vices supplet. Vide *Macros fratres* et *Hofmannum* in *Lexicis* suis.

**INVITATORIUM**. Vide *Psalmus Invitatorius*.

**INVITATUS**, Non vocatus. Gl. Gr. Lat.: ἄκλητος, *Invitatus, invocatus*. [Videtur leg. *Non invitatus*.]

† **INVITARE**, Viridi et glutinoso liquore linere. Matth. Silvaticus: *Petatum est quædam aqua, cum qua alkeantur et Invitreantur vasa.*

† **INVIVITURUM**, Non vivens. Testamentum S. Rudesindi Episc. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 183. col. 1: *Et sic omnia simul divinitus possides, divinitusque Invivitura vivificas.*

\* **INVIUM**, Purgamentorum receptaculum, Gall. *Voirie*. Chron. Ademari tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 159: *Quidam S. Crucis Aurelianensis canonici cantor, nomine Theodatus, mortuus erat ante triennium in illa hæresi; ..... cujus corpus, postquam probatum est, ejectum est de cæmeterio... et projectum in Inviium.*

† **INVIUS**, Non patens via, ubi non est via, extra viam. Joh. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Inviium, Leu sans voie*. Excommunicatio Petri Regis Aragon. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 527. col. 2: *Nos tamen desiderantes, quod civitatem, cives et loca prædicta mansuetudo corripere et a tanto erroris Invio revocaret. Passim occurrit in sacris Scripturis.*

\* **INULEUS**, *Dama*, ἄσπερος. Germ. *Inulus*. Castigat. in utrumque Glossar. Vide *Inuli*.

† **INULI**, pro *Hinnuli*, apud Papiam. **INUNANIMITAS**, Discordia, in libro de fundatione Monasterii Gozecensis pag. 230.

**INUNARE**, *Colligere*, Gloss. Arab. Lat. *Adunare*.

\* **INUNCTIO**, Sacrum oleum pro infirmis. Charta ann. 1178. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 189. vº col. 1: *Quod ebdomadarius matricis ecclesiæ Inunctionem deferre et officium facere potest, cum ab ecclesia Inunctio fuerit expetita. Vide Inungere.*

† **INUNDATIO**, Baptismus nullo apparatu datus, a Gallico *Ondoyer*, Baptismus conferre, omissis Ecclesiæ ceremoniis. Epistola Petri de Condoeto tom. 2. Spicil. Acher. pag. 566: *Regina dolore et morbo itineris præterituli compulsa peperit filium ante tempus debitum pariendi, qui fere de utero translatus ad tumulum, post Inundationem brevi vivens tempore, matrem reliquit repletam multis miseriis.*

**INUNDATIO VOCIS**. Parta antiqua Cartusiensis Ordinis 1. part. cap. 39: *Quia boni Monachi officium est plangere potius quam cantare, sic cantemus voce, ut plancus, non cantus delectatio sit in corde: quod gratia præveniente poterit fieri, si ea, quæ cantando delectationem afferunt, amputentur, ut est fractio et Inundatio vocis, et geminatio puncti, et*

*similia, quæ potius ad curiositatem attinent, quam ad simplicem cantum.* [Varias intelligo vocis inflexiones, quas vulgo *Roulades* appellamus.]

† **INUNDUS**, *Inaquisus*, in Glossario Barthii ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot.

† **INUNGERE**, nude, Sacro oleo ægroto perungere. *Postmodum debilitate correptus, quarta feria Inunctus est; sed tunc communicari non potuit*, apud Acherium tom. 2. Spicil. pag. 517.

**INUNWANT**. Vide *Unwant*.

\* **INVOCATIO**, Incantatio, Gall. *Enchantement*, alias *Invocation*; unde *Invocateur*, Magus, incantator. Annal. Victor. Mss. ad ann. 1308: *Guichardus episcopus Trecentis primum in abbacia ejusdem urbis de ordine sancti Benedicti monachus et post abbas, postea factus præsul, pro eo quod dominus Ludovicus rex Navarræ ob suspicionem exortam et inquisitionem postmodum rite factam, invenerat eum, ut dicebatur, suspectum de obitu matris suæ, quæ dicebatur veneficis vel Invocatione defuncta.* Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 92: *Icehvi Betuys estoit tenu et réputé estre Invocateur et sorcier et de faire mourir par venin et Invocation.*

\* **INVOCATIO ARMORUM**, Evocatio populi ad arma. Chart. Waldecc. ann. 1306. apud Haltaus. in Glossar. German. col. 2016. voce *Waffengeschrey*: *Donamus donum in Corbicke civitate absolutam et exemptam ab omni onere quarumlibet arrestationum, exactionum, vigiliarum, insecutionum, ad pulsum campanæ vel ad Invocationem Armorum, etc.*

\* **INVOCATORIALIS**, Qui invocat, vox forensis. Pactum inter Joan. ducem Brit. et legatos Papæ ann. 1441. ex Bibl. reg.: *Cum litteris executorialibus, etiam brachii sæcularis Invocatorialibus, etc.*

**INVOLARE**, Per vim auferre, nostris *Voler*. Donatus ad 6. *Æneid.*: *Vola dicitur media pars manus... unde et Involare dicimus, quum aliquid furtim vola manus subtrahitur; et Involare rursum, cum violentæ manus in aliquem dirigitur, sicuti Terentius ait: Illi facile in oculos Involem venefico.* Papias: *Involare, in volam, i. in manum includere, furari.* Gl. Lat. Græc.: *Involat, κλέπτει*, Gloss. Gr. Lat.: *Κλέπτει, for, (fur) Invocator. Κλέπτω, Furo, involo.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Involare, Empaumer, mettre en palme.*] Cornelius Fronto: *Involat, qui in die venit, surripit clam, id est, furtive.* Canones S. Patricii cap. 32: *Si per furtum illum Involaverit. Perperam involaverit*, apud Waræum. S. Ambros. de Patriarcha Joseph. cap. 6. n. 29: *Furto Involatus sum de terra Hebræorum.*] Utuntur Collatio Legis Mosaicæ cap. 11. Lex Wisigoth. lib. 7. tit. 2. § 3. 6. 10. 21. Lex Burgund. tit. 70. § 3. in 1. Addit. cap. 4. § 1. Lex Alamann. tit. 69. 70. Ekeardus Jun. de Casib. sancti Gall. cap. 10. etc. præter Plautum, Terentium Ciceron. et alios. Hinc

**VOLARE**, in vet. Charta apud Guesnaium in Annalib. Massil. ann. 1266. n. 41. Gall. *Voler*.

† **INVOLENS**, Nolens, invitus. Testamentum S. Gennadii Episc. Asturic. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 172. col. 2. et tom. 6. SS. Maii pag. 96: *Ad suburbia adtractus sum, in quæ multis annis Involens, et magis in principio perdurans quam spontanea mente... ibidem commoravi.*

**INVOLENTIA**, alias *Nolentia*. Salvianus lib. 7. de Gubernat. Dei: *Etsi Involentia non caret, malivolentia caret.*

\* Nostris alias *Envis*, pro *Ægre*, in-



vile, Gall. *Malgré soi, contre son gré*. S. Dion. Chron. lib. 5. cap. 7. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 283: *Li rois Clothaires reçut toutesvoies les prieres son filz, mais ce fu Envis*. Ubi Aimoin. lib. 4. cap. 14. ibid. pag. 123. habet: *Chlotarius, agre licet, oranti tamen filio concessit*. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 85: *Disoit que moult Envis se fu souffert de li venir veoir*. Lit. remiss. ann. 1427. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 707: *Pour ce que icellui Buisson estoit poures homs, qui paioit Envis et plaidoit volentiers*. Fabul. tom. 1. pag. 24:

Ou volontiers ou à Envis  
Le fist li prestres, etc.

\* *Envoulementif* vero, idem quod Propositi tenax, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 334: *Quant icellui André vit que Buffiere estoit moult Envoulementifs de villener le feu Potier, etc.*

\* *INVOLICIUM*, Involucrum, fasciculus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Trossel, Prov. Involucium*.

† *INVOLUMEN*, ἐνέλιμα, *Involucrum*. Supplem. Antiquarii. [et in Glossar. Lat. Gr. at in Castigat. ad utrumque Glossar. additur ex Cod. reg. *Involumentum*. Linteum vero quo corpus involvitur, vulgo *Linceul, drap*, nostri *Enveloppe* appellarunt. Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 377: *Lequel jeune homme bailla à icelle suppliant un escu pour avoir et acheter à laditte fille des chemises et Envelopes. Deux Envelopes de lin, in aliis ann. 1400. ex Reg. 155. ch. 454. Hic autem obiter monere liceat haud ita recens a Latio prodidisse vocem Gallicam *Involucion*, pro *Embaras, difficulté*. Implicatio, litis anfractus, ut docet Diction. Trevolt. occurrit enim in Lit. remiss. ann. 1871. ex Reg. 102. ch. 390: *Lesquelz adjournez redoubtans estre mis en grans Involutions de procès, etc.* Et rursus in aliis ann. 1389. ex Reg. 138. ch. 108: *Et pour ce sont en aventure d'estre mis et tenus en grans Involutions de procès.*]*

† *INVOLUTIO*, Eadem notione. *Edificanti ad sui damnationem atque interitus intrent Involucionem*, in Epistola cujusdam Magistri Paris. tom. 1. Anecd. Marten. col. 1739.

† *INVOLUTORIUM*, Eodem intellectu. Vita S. Elizabethæ Regine, tom. 2. Julii pag. 212: *Repertum fuit quoddam Involutorium longitudinis tumuli, involutum in una culcitra gossipii*.

*INVOLVULUS*, Joanni de Janua, *Quædam bestia, quæ ut homines facilius decipiat, involvit se aliqua re*.

† *INVOTARE*, Desiderare, in votis habere. Miracula S. Etheldredæ, tom. 4. Junii pag. 566: *Honestia Invotare, prava fugare, mundi inquinamenta devitare admonuit*.

\* *INUPENHATURA*. Vide supra *Inpenhatura*.

† *INURIA*, pro Incuria, in Litteris ann. 1325. apud Rymer. tom. 4. pag. 149.

† *INUSTUS*, Non ustus. Vita S. Canuti, tom. 3. Julii pag. 129: *Pontifex Poppo candentis ferri ardorem Inusta deferens dextra, et ignitis ferri laminas incombustis pertransiens plantis*.

\* 1. *INUTILIS*, Perditus ac desperatus. Acta S. Alex. mart. tom. 5. Aug. 804. col. 2: *Cognoscens autem causam Maximianus, Inutilis cæsar, eum (Alexandrum) demum alius ut interficerent, truculentis animi deputavit clientibus*. Bulla Alex. III. PP. ann. 1177. inter Privil. Mss. ord. Præmonst.: *Sane si abbas aliquis vestri ordinis infamis vel Inutilis aut ordinis sui*

*prævaricator inventus fuerit, etc.* Castigat. in utrumque Glossar.: *Inutilis*, incommodus, inutilis, ἀχρηστος. Germ. *Gerofuttilis*. f. *Gerro, futtilis*.

\* 2. *INUTILIS*, Injustus. Charta ann. 892. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 250: *Cujus (monachi) petitionem Inutilem invenientes, talem eidem sententiam diffiniendo dederunt, ut monasterium ex manso Corboni... pergeret... nihil amplius ex hac nefaria repetitione se intermittens*.

\* 3. *INUTILIS*, Mancus, mutilus, Gall. *Estropié*. Gall. ann. 1311. in Reg. Phil. Pulc. ex Cod. Bibl. reg. 9607. ch. 118: *Et dicto servienti, qui per factum et culpam ipsius Gaufridi altera manu factus fuerat Inutilis, etc.*

*INVULGARE*, pro *Divulgare*, in Addit. ad Vitam S. Antonini [tom. 1. Maii pag. 398. ]

1. *INVULTARE*, *INVULTUARE*, Vultum effingere. Marius Victorinus ad Candidum Arianum pag. 162: *Excitatus enim in anima vos, intellectuales, potentiam animæ illustrat, et illuminat, et Invultuat ac figurat, et innoscitur animæ intelligentia et perfectio*. [De iis, qui ad artes magicas *Invultant*, dicitur in *Vultivoli*.]

† *INVULTUOR*, Præstigiator, qui ad artes magicas vultus effingit. Statuta Eccl. Nannet. ann. 1389. tom. 4. Anecd. Marten. col. 985: *De sortilegiis et divinationibus, de magis*. In uno MS. habetur: *De sortilegiis et divinationibus, de Invultuoribus*.

† *INVULTUS*, *Invultuorum præstigiæ*. Vide *Vultivoli*.

\* 2. *INVULTARE*, Veneficio occidere vel incantare, fascinare, Gall. *Ensorceler*. Locus exstat in *Vultivoli*; ubi qua ratione id peragebatur legere est. Nostris *Envoultter* et *Envouster*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1347. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 267: *Jehanne de Cretot menestrele de vielle avoit ensorcelé ou Envousté Pieres Coquel cleric, et fait tant par son mauvais art et engin, que il estoit devenu son ami*. Aliæ ann. 1400. in Reg. 156. ch. 36: *Icellui Pastant lui dist qu'il douttoit qu'elle ne Envoultast ou fist mourir sa femme; ... et disoit l'en que laditte Morele l'avoit Envoultée*. Vide supra *Imaginatio* 2.

† *INUXORA VIRGINITAS*, vel, ut alii legunt, *Immaculata*, apud Tertullian. de Castitate cap. 9.

† *INZABATATI*, Hæretici Valdenses. Vide *Sabatati*.

† *INZIGNERIUS*, *INZIGNERIUS*, Homo insignis, dominus. Hist. Cortus. apud Murator. tom. 12. col. 812: *Paduani... exeuntes civitatem obvaverunt domino Cani in capite Pontiscorbi, ubi cum suis Inzigneris et sapientibus et cum certis militibus suis convenerat causæ prævidendi passus affectatos*. Rolandinus Patavinus de factis in Marchia Tarvisina, apud eund. Murator. tom. 8. col. 356: *Vir quidam nomine Mefa... Inzignerius sive magister castri, etc.* [\* Vel potius Doctor, magister, qui monstrat, indicat, Ital. *Insegnatore*, Gall. *Expert*. Stat. Mutin. rubr. 5. pag. 1. vº: *Potestas Mutinæ teneatur... ire cum quatuor sapientibus et militibus, cum duobus Inzigneris habentibus peritiam aquarum, etc.*] [\* Gall. *Ingenieur*. Vide in *Ingenium* 2.]

\* *INZELARE*, *INZOLARE*, Celare, occultare, ut videtur. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 285. ex Cod. reg. 4622. A.: *De emendando de avere communis Taurini damna furtive in vino Inzolato, vineis et blava devastata. Item statutum est, quod si aliquod vinum Inzelatum fuerit deinceps*

*furtive seu Inzelatum alicui homini... restituantur de avere communis Taurini*. \* *INZUCCHARATUS*, [Gall. *Sucrè*: a *Pinetum Inzuccharatum*. (Diar. Burch. I, 122, an. 1484).]

† *JOACHIMICUS*, Nummus argenteus valens tres libras apud Germanos. Vide *Dalerus*.

† *JOALLE*, ut *Jocalia*. Testam. ann. 1286. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 291: *De raudis meis et Joallis, etc.*

\* *JOANNES CALIDUS* (S.), Festum S. Joannis Evangelistæ ante portam Latinam, ubi in ferventis olei dolium missus est, quod 6. Maii celebratur. Lit. remiss. ann. 1467. in Reg. 290. Chartoph. reg. ch. 31: *Le jour de la saint Jehan chaude, dicte Porte Latin, etc.*

\* *Diu* est quod male audit nomen *Joannes*, ut colligitur ex Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 248: *Le suppliant lui dist, Eudet, vous avés un tореau qui hurte les gens et ne osent aler aux champs pour luy; lequel Eudet luy respondi, as tu nom Jehannot? ouyl, dist ledit suppliant, j'ay nom Jehannot voirement; et ledit Eudet luy dist, Jehannot es tu, car à toy n'en appartient de riens, en le huchant plusieurs fois Jehannot. Aliæ ann. 1457. ex Reg. 187. ch. 154: *Icellui Proust dist au suppliant qu'il estoit bien Jehan prunier, par maniere de moquerie*. Hinc *Faire Johan* dicitur mulier, quæ marito fidem non servat, in Lit. remiss. ann. 1475. ex Reg. 195. ch. 1565: *Icelle femme vint à l'encontre du suppliant son mary, et lui dist telles paroles: Traistre, paillard, larron, je t'ay fait plusieurs fois Johan, et en despit de toy, je le te feray encores*.*

\* *JOANNINUS*, Moneta ordinis S. Joannis Hierosolymitani. Tabul. Massil.: *Placuit consilio civitatis (Massiliæ) requirere dominum vicarium quod floreni auri boni Florentiæ, et floreni cameræ domini nostri papæ, et Lucati et Joannini auri boni et justi ponderis currant et cursum habeant in præsentii civitate pro illo valore quo fuerint afforati, videlicet ad xxxiiij. solidos pro quolibet*. Vide *Johannita*.

† *JOARIA*, Munus judicis, dignitas. Vide *Juveria*.

*JOBAGINES*, *JOBAGIONES*, *Sambuco*, *Lydio*, et *Alberto Molnario* testibus, Hungaris dicuntur coloni, ruricolæ, atque adeo ipsa mancipia. Decreta Ludovici Regis Hungariæ ann. 1351. cap. 5: *Præterea ab omnibus Jobagionibus nostris aratoribus et vineas habentibus, etc.* Cap. 6: *Prelati et Ecclesiastici Jobagiones habentes*. Cap. 14: *Jobagiones ad Regiam vel Reginalem celsitudinem pertinentes*. Decreta Sigismundi Regis: *Si quis Jobagionem alterius... potentialiter abduxerit*. Alius ejusdem Reg. ann. 1435: *De singulis Jobagionibus proprias possessiones et terras more aliorum Jobagionum, in possessionibus, quibus resident, habentibus et censum colligentibus*. Decreta Alberti Regis: *Nobiles tam Jobagiones habentes, quam non habentes, decimas dare non teneantur*. Vide Jo. Lucium de Regno Dalmatico pag. 204. b. 1. At in Decreto Andrea Reg. Hung. ann. 1222. cap. 15. et 26. *Barones et Nobiles vocari videntur*. Cap. 18. *Jobagiones castrorum memorantur, et cap. 25. præcipui Hungariæ magistratus, Palatinus nempe, Banus, Comes, et Curialis Regis, Jobagionum dignitate et vocabulo donantur*. Ea etiam notione accipi videtur *Jobagionis* vox apud Thwrocium in Calomanno cap. 61. Vide Concilium Poseniense ann. 1309. cap. 3. 4.

¶ Addit Carolus de Aquino in Lexico militari militiæ etiam genus fuisse,

idque probat Decreto Mathiæ Regis, ubi sic: *Conclusum est, quod tam nobiles, quam eorum familiares et Jobagiones, sedem judicariam ingressuri, arma omnia cujuscumque generis existant, in hospitiiis deponere et inermes in ipsam sedem ingredi debeant.*

\* Ita dicta esse mancipia rursum probat Charta Andreæ reg. Hungar. ann. 1214. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 21: *Contulit etiam Jobbationem, nomine Bera, obtentu fidelitatis suæ ita ex omni jugo servitutis exemptum, ut nulli omnino servili conditioni subiaceat, nisi ipse vel sui posteri ab ecclesia se alienare voluerint.* Sed neque minus certum est eosdem inter nobiliores regis ministros recensitos fuisse, ut iterum constat ex Decreto ejusd. reg. ann. 1231. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom.: *Nobis facientibus exercitum extra regnum, nobiles nobiscum ire non tenentur, nisi comites et stipendiarii et Jobagiones castri.* Rem apertius explicat aliud Decretum ann. 1233. ibid.: *Quare post tractus multiplices et diversos per Nicolaum tavarincorum, Mauricium dapiferorum, Michaellem agasonum, Bagin pincernarum magistros, Jobagiones, nuncios et procuratores nostros... Et faciemus filios nostros et Jobagiones jurare, secundum quod inferius de juramento eorum continetur... Et promittimus per nos et nostros successores constituere et dare singulis annis palatinum vel alium de Jobagionibus, quem voluerimus Christianæ fidei zelatorem, quem faciemus jurare, quod mandatum nostrum secundum ista fideliter adimplebit.* Ex quibus colligitur vocem genericam fuisse apud Hungaros, qua famulus vel minister cuiusvis ordinis et conditionis significatur. Vide in *Minister* 2. et *Ministeriales*.

\* Nostri vero *Jobelot*, Homo nihili est et contemptu dignus. Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 506: *Icellui suppliant oy et entendy que Pierre Pelerin... le nommoit et appelloit par maniere de injure et moquerie, Jobelot, qui est à entendre selon la maniere de parler et langage du pays (d'Artois) qu'il estoit un chétif et meschant et de petite entreprinse.*

\* **JOBELUM**, pro *Jubilæum*, bis usurpat Romualdus II. Archiep. Salern. in Chronico, apud Murator. tom. 7. col. 16. Vide *Jubilæus*.

\* **JOBIRE**, pro *Jubere*, in Charta ann. 680. apud Doubletum Hist. San-dionys. pag. 687.

\* **JOCABILITER**, Jocaliter, Jocose, in Vita sancti Eligii, tom. 5. Spicilegii Acheriani pag. 179. in Summario capitulis 24.

† 1. **JOCALÉ**, Ludicrum. Acta S. Francisci de Paula, tom. 1. April. pag. 171: *Hujusmodi sunt Poetæ, qui cantilenis eorum alliciunt homines manifeste ad Jocalia, intus vero latet anguis.*

\* 2. **JOCALÉ**, Theca reliquiarum. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 30: *Littera conventus fratrum Prædicatorum Parisiensium pro una missa quotidie celebranda pro domino rege;... pro qua fatentur se recepisse a dicto dom. rege quamplurima temporalia beneficia, et expresse Jocale pretiosum brachii dextri beati Thomæ de Aquino. De anno 1371.*

\* **JOCALIA**, Monilia, gemmæ, annuli, aliaque id genus pretiosa, Gall. *Joyaux*, Anglis *Jewells*. Glossæ Isonis Magistri ad Prudentium: *Crepundia, Jocalia, ornamenta.* Ingulfus pag. 858: *Reges Merciorum Jocalia plurima in sanctæ Ecclesiæ ornamentum larga manu contulerant.*

Utitur non semel pag. 866. 878. 890.8. Pseudo-Ovidius lib. 2. de Vetula:

... Et secum pretiosa Jocalia defert.

Matthæus Westmonast. ann. 1267: *Jocalia Ecclesiæ Westmonasteriensis, imagines feretri aureas, et lapides pretiosos in manus tradidit mercatorum.* Idem ann. 1283: *Corona quædam famosi Regis Britonum Arthuri Regi Angliæ cum aliis Jocalibus reddebatur.* Occurrit præterea hæc vox in Gestis Ludovici VII. Reg. cap. 15. in Fleta lib. 2. cap. 14. § 1. in Process. de Vita et miracul. B. Mariæ de Malliaco n. 35. apud Matth. Paris, Bromptonum pag. 954. Thomam Walsinghamum pag. 249. Nicol. Uptonum lib. 4. de Militari officio pag. 134. etc.

Proprie apud nos *Jocalia* dicuntur, quæcumque ad muliebrem ornatum spectant, et ejus quodammodo propria sunt, ut annuli, inaures, armillæ, virolæ, etc. atque ita usurpatur hæc vox in Quoniam Attachiam. cap. 21. § 2. Salmasius ad Solinum, ab Arabico, *johar*, i. gemma, videtur deducere; vel certe a *jocus* et *joculus* et *jocula*, Latinis vocabulis, quæ id omne, ex quo aliquis voluptatem capit, sonant. Græcis *παίγνια*, οἷς *παίγνοι* *νήποι*. *Nugæ muliebres*, apud Plautum, *Aulularia*, nostris, *Jouets*. Gl. Lat. Gr.: *Jocus*, *παίγνιον*. Theodoricus in Vita S. Elizabeth Ungaricæ cap. 7: *Cum enim pauperum hæc nutricia parvulis suis infirmis vascula fictilia, anulos vitreos, et quædam alia puerorum Jocalia opportuna xenia proprio pallio deferret, etc.* Et certe admodum probabile est, vocabulum *Joyaux*, nostris usurpatum, effectum a *Joye*, gaudium, quod his scilicet nugis pueri et sequior sexus potissimum delectentur. Capitulinus in Albino: *Cum ei nomina fierent, septem aquilæ parvulæ de nido allatæ sunt; et quasi ad jocum circa pueri cunas constitutæ.* Vox autem *Joye* ab eadem origine proficiscitur, scilicet a *Jocus*.

Scribit Michael del Molino in Repertorio Foror. Aragon. pag. 188. v. ann. 1438. in Curia Aragonensi quæsitum, an *Jocalium* legato intelligerentur testatitricis etiam vestes, et Locumtenentem Justitiæ Aragonum priusquam judicium et sententiam ederet consuluisse super hoc negotio quasdam dominas, et juxta earum responsum judicasse vestes non contineri.

\* **JOCOLARIUS**, Jocalium distractor, *Jollier*, in Charta Sicardi Principis Longob. in Chronico S. Sophiæ Benev. pag. 681.

† **JOCALIS**, pro *Jugalis*, Conjux, in Formulis Andegav. apud Mabillonium tom. 4. Analect. pag. 234. 235. 258. et in Præcepto Chlotarii III. tom. 1. Annal. Bened. pag. 694. et alibi.

\* **JOCALUS**, Jocus, ludus. Stat. Mss. eccl. Tull. collecta ann. 1497. fol. 67. re. ubi de festo Innocent.: *Fiant ibi moralitates vel simulacra miraculorum, cum farsis et similibus Jocalis, semper tamen honestis.*

\* **JOCAMEN**, Jocus, ludus. Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 784: *Cotidie vero simul loquebantur, et mutuo munitabantur, sed Jocaminis plerumque miscabantur.*

\* **JOCARE**, JOGARI, Ludere, lusitare, Gall. *Jouer*. Chronicon Andrense pag. 438: *Fuit accusatus, quod tempore hiemali ipse cum suis Monachis super glaciem more laicorum fuisset Jocatus.* Vita S. Gertrudis Abb. Nivell. n. 19: *Infans autem Jocabat, et currabat hac illaque.* Vita S. Domitiani Confessoris apud

Guichenonum in Probat. Hist. Bressanæ pag. 229: *Nam et cum gallinis illius loci visæ postea Jocasæ vulpes contra suam naturam agentes, sed nullam earum lædere præsumperunt.* Jouquer Picardi, Jouquier Occitani, Joucher Franci, dicunt de gallinis, quæ ad perticam somnum captant. Hinc idem *Jouger*, pro *otari*, vel *feriari* usurpant. Chronicon Bertrand. Guesclini MS.:

Il ne nous lairra mie ci Jouquer longnement.

Raimundus Montanerius in Histor. Aragon. cap. 221: *Le fill de l'Emperador ne so tench à Joch, ans se garni molt be ell, qui erat bon cavalier, etc.* In Consuetudine Britannica artic. 420. taurus dicitur *aller à Jeu*, qui libere exspatiatur, ac ludibundus excurrit.

\* **JOCARI**, Hastiludio concurrere, certare, ex Gallico *Jouster*. Ordericus Vital. lib. 3. pag. 464: *Dum apud Monasterium Jocaretur, et cum quodam juvene luctaretur, etc.* Matth. Paris ann. 1252: *Congregati sunt igitur in multitudine gravi et copiosa valde, (ad ludum militarem, qui Mensa Rotunda dicitur) tam Norenses, quam Australes... et secundum quod constitutum est in illo ludo Martio, illa die et crastino quidam Milites Anglici strenue nimis et viriliter et delectabiliter, ita ut omnes alienigenæ ibidem præsentis admirarentur, Jocabantur.*

\* Nostris, *Jouer*, interdum Libidinosè vivere, luxuriari. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 35: *Thomas Brisoul par son mauvais engin et fault decevement avoit fortrahite Aisete femme de Pierre Picart d'avecques sondit mari, et menée Jouer hors du pais. Joliver et Jolurier, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. ch. 285: *Tu es garçon... car tu as pris une femme, laquelle tu as fait Joliver à autres avant que tu l'espoussasses.* Aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 111: *A laquelle femme icellui Barthelemi dist ces mos: Avant toy, si te va faire Jolurier. Hinc Joliveté, Voluptatis amor, lascivia. Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 8. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 160: *Vous avez despit et chacié vostre roy (Childeric), né et créé de vous meismes, qui estoit débonnaires par nature; et peust encor estre plus débonnaires et plus pourfiabiles au royaume, s'il eust laissé la Joliveté de son cors.* Ubi Aimoin. lib. 1. cap. 7. ibid. pag. 31: *Benignior etiam abolita potuit esse lascivia.* Ejusd. originis est vox *Jolis*, pro *Joyeux*, content, lætus, exsultans, in Lit. remiss. ann. 1425. ex Reg. 173. ch. 245: *Le suppliant avoit oy dire que paix estoit faite;... et en estoit bien Jolis et bien aise.***

† **JOCARIUS**, Angl. *Jester*, Sannio, scurra, apud Thomam Blount in Nomolexico.

† **JOGATOR**, pro *Joculator*. Charta ann. 1291. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 26. col. 2: *Non teneat in hospitio suo de nocte extra horam latrones, Jocatores, seu etiam alios malefactores.*

\* **JOCERDEGH**, Furtorum Collectores, in Legibus Hungaricis.

\* **JOCH**, an Militaris fistula. Gall. *Fifre*? Chron. And. Danduli ad ann. 1300. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 513: *Mittimus vobis unum tabur et unum Joch.*

† **JOCHA**, Navis levior, Anglis *Yacht*. Mauritius Gaufridus in Vita S. Yvonis, tom. 4. Mail pag. 602: *Tres cereas naves ad sepulcrum S. Yvonis appendit, unam pro evasione parati naufragii super quadam Jocha, ubi statim emisso volo mira-*

*culose navis ad portum meritis Sancti perducta est, atiam ratione alterius, etc.*

† **JOCHIMDALER**, ut *Joachimicus*. Nummus apud Germanos valens tres libras. Chron. Marienrod. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 466: *Coactus est D. Jodocus Abbas prædictus dare vulgariter tho Brandschatte v. Jochimdaler*. Vide *Dalerus*.

**JOCHUS**, Modus agri. Vide *Juctus*.

† **JOCIA**, Moneta minutior, ut videtur, valens unum denarium. Vide *Nunbicus*.

**JOCISTA**. Gloss. Lat. MS. Reg.: *Jocista, qui verbis jocatur*. Perperam, qui verbum jocat, in Glossar. Isid. Ælfricus in Gloss. Sax.: *Mimus, Jocista, scurra*: glligmon. Ugutio et Joan. de Janua: *Jocista, qui jocis sæpe intendit*. [\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Jocista, celui qui se gigue volentiers*. Aliud Prov. Lat. ex Cod. 7637: *Juguador, Prov. Jocista, histrio*.] Liber Epistolarum S. Bonifacii Episcopi Moguntini Epist. 69: *Hos namque versus, Jocistæ more, caraxatos reperietis*. Adelmus Abbas Malmesburiensis ad Eahfridum: *Jocistæ scurræque ritu dicacitate temeraria loquentium*.

† **JOCULARIUS**. Vide in *Jocalia*.

† **JOCOSA**. Nomen ensis, quem Carolo M. dedit Leo III. PP. quique in thesauro Ecclesiæ S. Dionysii asservatur, et in solemnibus Regum nostrorum inauguratione adhibetur. Hunc ensem spatam vocat Nangius in consecratione Philippi Audacis.

\* **JOCOSITAS**, Jocatio. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 358. v.: *In festo S. Johannis et Innocentium nimia Jocositate et scurrilibus cantibus utebantur* (moniales monasterii Villaris);... *præcepimus quod honestius et cum majori devotione alias se haberent*. *Joyuseté* vero, pro Convivio festivo, vulgo *Festin, réjouissance*, in Lit. remiss. ann. 1482. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 940: *Le jour de la Circoncision, ... le suppliant qui avoit souppé à une Joyuseté qui se faisoit ce jour par le cardinal du bourg (de la ville de Boulogne sur mer)... pour ce qu'ilz n'avoient point esté avec lui (cardinal) autour de nostredite ville, comme les autres jeunes compaignons, etc.*

\* **JOCOSUS**, *Ridiculosus*. Germ. *Fiduciosus*, in Castigat. ad utrumque Glossar. Vide mox *Jocularius*.

**JOCULARI**, *Jocari, a Jocularis, pro Jocus*. Pseudo Ovidius de *Vetula* lib. 1:

... Sicut agunt pastores, cum Jocularantur.

\* Nostris alias *Gengler*. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 427: *Lesquelz alerent chiez le suppliant pour eulz chauffer et esbatre et Gengler et parler autour du feu*. Aliæ ann. 1410. in Reg. 165. ch. 4: *Lequel Guimant dist à icellui Vincenot, pourquoy ne s'en viennent Jehannin et Colinet, et que puent ilz tant Gengler apres nous?*

**JOCULARIS**, *Mimus, scurra*. Gloss. Lat. Gr.: *Jocularis, γελοῖωδης*. Gloss. Lat. MS. Regium: *Choraulæ, Jocularis*. Papias: *Satiger, Jocularius, cilicio vestitus*. Leg. *Setiger*. Rursus: *Scenicus, histrio, Jocularis*. Lambertus Ardensis pag. 247: *Ministrantibus mimis nebulonibus, gacionibus, scurris et Jocularibus*. *Jocularitas*, apud eundem pag. 158. *Jonglerie*. Agobardus lib. de *Dispens*: *Satiat præterea et inebriat histriones, mimos, turpissimosque et vanissimos Jocularæ, etc.* Joannes Signiensis Episc. in Vita S. Beraldi Episc. Marsorum: *Alii quod*

*proprie Jocularium est, ab utroque latere divisus, item mixtis coloribus, vestimenta variabant*. *Joculares viri*, in Vita S. Præjecti Episc. apud Bollandum cap. 3. n. 22. *Cantor Jocularis, in Triumpho S. Remacii cap. 19*. Vide *Ministelli*.

\* **JOCULARIUS, Coraula**, in Glossis Isidori. Vide *Jocularis*.

**JOCULARITAS**, *Facetiæ*. Odo Cluniacens. lib. 1. de Vita S. Geraldii cap. 15: *Cum a vestigio non deessent, qui facetias quasdam, ut adsolet, aut Jocularitates moverent, etc.*

1. **JOCULATOR**, *Idem eum Jocularis*. Vett. Glossæ MSS. ad Concl. Laodic. can. 54: *Temelici, Joculatores*. Firmicus lib. 8. Matth. cap. 23: *Histriones faciet, pantomimos, ac scenicos Joculatores*. Gaufrédus Vosiensis lib. 1. cap. 62: *Per duodecim fatuos, quos Joculatores vocamus. Jocularium applaudentium voluptas, apud Matth. Paris. pag. 555. Joculosi nebulones, apud Ordericum Vital. lib. 5. pag. 589. Rogerus Hovedenus in Ricardo I: Hic ad augmentum et famam sui nominis, emendicata carmina, et rythmos adulatorios comparabat: et de regno Francorum cantores et Joculatores muneribus allegerat, ut de illo canerent in plateis; et jam dicebatur ubique, quod non erat talis in orbe. Ugutio: Fallax differt ab eo, qui mentitur, quia omnis homo fallax id agit, quod dicit, unde quis fallatur, et non omnis ille vult fallere, qui mentitur: ut Joculatores, qui sæpe mentiuntur magis studio delectandi, quam voluntate decipiendi. Adde Vitam S. Kentigerni Episcop. Glasguensis. cap. 6. n. 37. Saxonem Grammaticum lib. 6. Joannem Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 8. Itinerar. Gregor. XI. apud Masson. pag. 317. Paulum Venet. cap. 13. [\* Haltaus. Glossar. German. col. 1704. voce *Spielteute*, Murat. Antiq. Ital. tom. 2. col. 840. sqq. Glossar. med. Græcit. voce *Ψαφς*, col. 1781.] etc.*

\* **Juglars**, in Conc. Terracon. VIII. ann. 1317. inter Constit. Mss. reg. Aragon: *Moneantur* (clerici) *quod nec tafurarias exercent bastaxi sive Juglars, mimi, etc.* *Gengleur*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 206: *Icellui Huot dist audit chapellain qu'il estoit un Gengleur, de ce qu'il avoit révéle avoir scellé la monition contre ledit de Mongot*. *Gengleres* vero, pro *Effronté, impudent, Procax*, in Cons. Petri de Font. cap. 11. art. 2. pag. 88: *Car si aucuns est si Gengleres, ki li soit avis ke on ne doie pas plaïdier par raison, etc.* Denique *Genglois*, pro *Tromperie, Fallacia*, apud Phil. Mouskes:

Qu'il s'avoit fait comte de Blois  
Par son harat et par Genglois.

† **JOCULAX**, γελοῖος, *Ridiculus*, in Gloss. Sangerm. et Supplemento Antiquarii.

\* 2. **JOCULATOR GROSSUS**, *Qui musica instrumenta crassioris seu gravioris soni pulsat*. Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 149. col. 2: *Joculatoribus grossis, ... qui fecerunt festum in dicta processione, etc.* Vide supra *Instrumentum*.

\* 3. **JOCULATOR**, *Vigil, speculator*; sic dictus quod cornu sonat. Charta ann. 1346. ex Tabul. S. Petri de Curte: *Ut consules et universitates Mansi Garnerii habent Joculatorem seu guacham publicum, qui in noctis crepusculo et mane modicum ante auroram et aliis hortis competentibus sonaret cornu suum.*

\* **JOCULOSUS**, *Joculatorius, jocosus*. Vita S. Norb. tom. 1. Jun. pag. 840. col. 2: *Omnibus tamen admirantibus super responsis inutilibus et Jocolosis ejus sermonibus*.

† **JOCUNDARE, Exhilarare**, in Barthii Glossario, ex Guiberti Hist. Palæstina.

† **JOCUNDATIO**, *Hilaritas*. Boncompagnus apud Murator. tom. 6. col. 944. ubi Principissa milites hortatur ad prælium: *Sed, quæso vobis mea sit exoratio salutifera, et visio fortissimarum virginum, quæ tecum sunt, Jocundatio fructuosa*.

\* **JOCUNDARIUS, Jucundus**. Acta interpol. S. Maurit. et socior. tom. 6. Sept. pag. 346. col. 2: *Occide, prosterne, ressecandas gladiis percussoribus cervicæ præbemus intrepidi. Hæc nobis Jocundaria sunt*.

**JOCUS**. Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 210: *Vas argenteum ad aquam benedictam, cum duobus Jocis saccorum*. Ubi legendum *scaccorum*, Gall. *Jeu d'échecs*. [*Jocus estacorum*, in Charta ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 363.]

† **JOCUS, Hastiludium**, in Gl. Barthii, ex Paulo Langobardo: *Ad urbem, vastissimam silvam profectus est, ibique se Jocis et venationibus exercere cepit*. Vide *Jocari*.

\* *Monomachia ludicra, nostris alias Jaugle*. Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 315: *Lesquelz compaignons commencerent à batailler l'un contre l'autre par manieres de Jaugles de chacun un baston*. Ejusdem generis est *jocus*, de quo in Hist. Caroli VI. pag. 77: *Un jeu, nommé Jocularoires, à jeter dards et javelines*. Et alter *Jeu des sos* appellatus, cujus mentio fit in Lit. remiss. ann. 1387. ex Reg. 130. ch. 271: *Comme environ Noel derrenierement passé ot un an, Jehan Andeluye, lequel est jeune homme, eust esté nommé et esleu prince d'un jeu, appellé le Jeu des sos, qui chascun an est accoustumé à faire en nostre ville d'Amens par les jeunes bourgeois d'icelle; souz ombre duquel jeu et en continuant icellui, ainsi qu'il est accoustumé, plusieurs jeunes bourgeois de nostreditte ville et ledit Jehan eussent jousté et fait leurs esbatemens honorablement, combien que les maire et eschevins de nostre ditte ville eussent défendu le contraire, etc.*

**JOCUS PARTITUS**, dicitur, cum alicui facultas conceditur, alterum e duobus propositis eligendi. Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 32. § 2: *Nec potest transigere, nec pacisci, nec Jocum partitum facere, nec aliud, etc.* Lib. 5. tract. 2. cap. 11. § 1: *Habit alium diem, nisi ipse petens docuerit contrarium sub periculo Joci partiti*. Quod vero *Jocum partitum* hic vocat Bracton, *Bipertijocum* appellat Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 4: *Sive loquela per monteneram, sive per quemcumque Bipertijocum cavilletur lis illa, etc.* Chronicon Andrense pag. 596: *Hic Ludus male videtur Partitus, quia in uno perpenditur risus, et in alio plancus et ejulatus*. Perperam mane editum. Joinvilla in S. Ludovico pag. 95: *D'un Chevalier, qui fut prins au bordel, auquel on partit un Jeu: ou que la ribaude avec laquelle il avoit esté trouvé, le meneroit parmi l'ost en sa chemise, ... ou s'il ne vouloit telle chose souffrir, qu'il perdroit son cheval, ses armes et harnois, etc.* Le Roman d'Aubery MS.:

De ces deus choses est mult li Jus partis.

Philippus *Mouskes* in Philippo Augusto :

Li Dus de Louvain s'en parti, (ex prelio Bovinensi)  
Quar ne vit pas le Giu parti.

Joannes de Condato MS. :

Sire, faut-il, par la mort heu,  
Mal à point partiez le Jeu,  
Se chiens ne paient au restant,  
Qui la derriere est en estant.

Vide Notas nostras ad Joinvillam pag. 92.

\* **JOEL**, Jubilæum. Annal. Placent. ad ann. 1474. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 946 : *Quem (infantem) in contentum D. N. J. C. maclabant (Judæi) atrociter, et hausto sanguine suis in azymis vescentes, fetore, quo redolent, Christiano se cruore præservant : huncque appellant Joël, id est Jubilæum.*

\* **JOELLUS**, Gemmeus, aureusve ornatus, Gall. *Joyau* ; Joël, in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 20. et *Jouel*, in Stat. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 388. art. 4. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 299 : *Littera abbatis et conventus S. Dionysii duobus sigillis in cera viridi sigillata, per quam constat dominum regem Philippum legavisse ecclesiæ B. Dionysii omnes Joellos suos, etc.* Vide *Jocalia* et infra *Juellus*.

\* *Jouet* vero, Morbi contagiosi et popularis nomen est, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 58 : *Une autre plaie d'épidémie, appelée communément oudit pays (Soissonnois) le Jouel, etc.*

\* **JOERIA**, f. Catella, Gall. *Chaine*. Stat. civit. Astæ pag. 83. r° : *Statutum est quod nulla persona faciens pannos in civitate Ast, debeant ipsos pannos facere minus de duodecim centenariis in cloeria sive Joeria, sub poena infrascripta.*

\* **JOGLARIA**, Jocularium seu mimorum et scurrarum, eorumve, qui musica instrumenta pulsabant, societas, cujus princeps nomine Regis donabatur, alias *Juglerie*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 11. r° : *Guillelmus Ramundi de Manos... tenet ab eo (duce Aquitanie) Joglarium de Memisano, et quartam partem de veriorum, quæ dantur ibidem jocularibus. Charta Phil. Pulc. ann. 1298. qua Ludovico comit. Ebroic. feuda alioque assignat, in Lib. rub. ejusd. Cam. fol. 41 : *La vile de Oyson et de Chinon... le fouage d'ilec, les cens... la boucherie, les ventes, la Juglerie. Nisi ibi Juglerie sit Tributum, quod a jocularibus domino loci præstabatur pro facultate jocos suos agendi. Ut ut est, non exigua erant principis Joglarie jura, ut colligitur ex Charta ann. 1346. in Reg. 76. Chartoph. reg. ch. 2 : *André de Chancelle est en saisine et possession d'avoir, prendre, lever... de un chascun, qui est bēni et consacré en la ville et septene de Bourges et en plusieurs autres lieux voisins accoustumés, quatre deniers Paris, et un mes souffissant de viande, toutesfois et quantesfois que il se marient, et plusieurs autres droits appartenants à ladite Juglerie ; et de un chascun franc bourgeois, toutesfois et quantesfois que il se marient, toute la robe, en quoy il sont espousez et bénez en sainte eglise, et un mes souffissant de viande et plusieurs autres droits accoustumés deus audiz André, comme seigneur de ladite Juglerie. Vide in Ministelli.***

† **JOGULATOR**, pro Jocular. Consilium Massil. ann. 1381 : *Nullus menses seu Jogulator audeat pinsare vel sonare instrumentum cujuscumque generis. Vide Ministelli.*

† **JOGUVIUM**, *Servitus, captivitas*. Gloss. Isid. Post Grævium lego : *Jugum, Servitus, captivitas.*

\* **JOHANNES**, Moneta aurea ducum Barensum. Vide infra in *Moneta Baronum*.

† **JOHANNITÆ**, Equites S. Johannis Hierosol. Bern. de *Breydenbach Itiner. Hierosol.* pag. 33 : *Dominus Rodensis supremus Magister Johannitarum, etc.*

\* **JOHECCA**, ut supra *Joellus*, Ornatus muliebris. Contract. matrim. ann. 1358 : *Subjecta jocalia, seu Joheccas et res alias, estimata communiter pretiis et quantitatibus subdistinctis videlicet, etc.*

\* **JOJA**, f. Possessio, id omne quo quis utitur et gaudet. Vide infra *Juya*. Pactum inter Venet. et Ferrar. ann. 1230. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 364 : *Item promiserunt, quod permittent omnibus Venetis deferre et conducere Venetiis totum suum terraticum et redditum suarum terrarum et possessionum, quæ habent in Ferraria et ejus districtu, tam ipsum redditum et terraticum, quam omnem alium eorum redditum blavarum, leguminum, vini, carnum vivarum et mortuarum, et cavallaticum, et socidarum et Jojarum, et omnem redditum aliorum suorum bonorum. Nisi idem sit quod *Socida*, societas scilicet pro animalium jugo, Italici Giogo, addictorum medietate. Vide in hac voce.*

† **JOJECTA**, Fascis fructuum, ab Italico *Ciochetta* : quod idem significat. Constitutiones Caroli II. pro regno Siciliae lib. 1. tit. 55 : *Et si a litigantibus aut impetrantibus esculenta et poculenta, seu Jojectas, aut donationem recepisse..., probentur, etc.*

\* **JOISSENTIA**, a Gallico *Jouissance*, Usus, possessio, alias *Joiette* et *Joyssement*. Charta ann. 1543 : *Donanti plenariam Joissentiam dictarum possessionum. Assis. Hierosol. cap. 265 : Ne avons que la Joiette des biens à nostre vie. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1290 : *Le suppliant avoit fait faire prinnes et arrestz... d'une portion de fief..., et par icelles prinnes le Joyssement en fut défendu à icellui de Florigny.**

† **JOLAGIUM**, Idem, ut puto, quod *Geolagium*, Quod geolario seu custodi carceris datur pro victu incarcerationum. Computum Propositi Paris. ann. 1265. apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 423 : *De busta Castelleti pro ultimo tertio xx. libras. Et de Jolagio pro ultimo tertio xx. libras,*

† **JOLINTA**, Ἰὼνα, Juno. Supplem. Antiquarii. [\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Joventa*. Vide Festum in *Juventutis sacra* et ibi Scaligerum.]

\* **JOLIVITAS**, Ornamentum, Gall. *Enjolivement*. Constit. MSS. Carmelit. part. 2. rubr. 4 : *Si sint aliqui curiosi, qui aliquas Jolivitates in bursis, zonis, cultellis, vestibus ferant.*

\* **JOLONEIA**. Vide supra *Jaloneia*.

\* **JONCETUM**, *Jonquée*. (Glos. Lat. Gal. Bibl. Insul. E. 36. xvi.) Cf. *Juncetum*.

† **JONCHARE**, Locum floribus spargere, Gall. *Joncher*. Instrumentum sargentarie D. Episcopi ann. 1271. ex Chartulario Aduensi : *Item debet et tenetur dictus Raulinus pro predictis Jonchare domum D. Episcopi, quando necesse est, de Junchura D. Episcopi ; facere ignem coram D. Episcopo de lignis D. Episcopi. Vide Juncare.*

\* Alias nostris *Jonquier*. Charta ann. 1448. ex Chartul. 23. Corb. : *Ne poient lesdits habitans... prendre herbe esdits marais, se n'estoit les Samedis après dis-*

*ner et autres festes, pour Joncquier leurs maisons. Faire Jonquées en leurs maisons, in alia ann. 1310. ex Tabul. ejusd. monast.*

\* **JONCHERIA**, Herbarum florumve stratura. Reg. episcopat. Nivern. ann. 1287 : *Hæc est costurna de Joncheria redita in festo beati Martini hyemalis. Vide infra Juncata 1.*

† **JONCHETUM**, Juncetum, Locus juncis abundans : *De pratis et pasturis et Jonchetis*, apud Lobinellum tom. 2. Historiæ Britan. col. 134.

† **JONCHIATURA**, Folia et flores ad *jonchandum*. Concordatum ann. 1289. super nemore de Brueria : *Homines commorantes apud Orgiacum possunt et debent in vigilia transitu S. Germani Jonchiaturam sine contradictione aliqua colligere circa dictum stagnum.*

† **JONGHURA**. Eadem notione. Statuta Capituli Senon. de Archidiacono : *Item debet Archidiaconus Jonchuram per claustrum pro processione ante Missam in die Pentecostes, etc.*

† **JONGORUS**, Mirans, apud Aremoricos : *Quidam Joncorus, quod nomen sonat Mirans, in Actis MS. S. Golveni.*

† **JONDRARIUS**, Transactio Castellani Noviom. cum Abbate S. Eligii ann. 1218. ex Archivio ejusdem monaster. : *Omnes bolengarii intra communiam manentes, exceptis Jondrariis, ad molendum meum molere teneantur. An censui obnoxii, a Celtico Gond vel Gund, census, tributum ? An externi, alienigenæ, ab Anglo Saxonico Geond, ultra, extra ?*

[\* A Gallico *Joindre*, quod nomine præcipuus apud pistores famulus designatur. Vide infra in *Junior*.]

\* **JONTEIA**, Quantum junctis manibus continetur, Gall. *Jointée*. Æstimat. mensur. ann. circ. 400. ex Cod. S. Germ. Prat. in v. *Modius* laudata : *Sed computantur c. pichz rasi iij. modii, propter Jonteias traditas ultra mensuram. Vide infra Jumella et Juncta 2.*

† **JOPPA**, Caligæ species, Hungaris. Decretum Calomani Regis Hung. lib. 1 : *Nullus, qui Clericus existimatur, utatur vestibus laicalibus, utpote fisco pellicio... caliga seu Joppa, calceo picto, etc. [Haud scio an idem sit quod *Jupa*, de quo infra.]*

\* Nostris vero *Jop*, idem quod *Timon*, Temo. Lit. remiss. ann. 1419. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 67 : *Le Jop ou timon d'un char, etc.*

† **JOPPULA**, *Jopula*. Vide in *Jupa*.

† **JORIA**. Vide *Jarria*.

\* **JORNALATA**, Idem quod *Jornale*, Modus agri. Declar. ann. 1472. in Terrear. Castel. S. Mauris. in Forez. : *In et super septem Jornalatis vineæ, etc. Vide infra Jornata 2.*

1. **JORNALE**, **JORNALIS**, Gallis, *Journal*, Quantum uno die par boum arare potest : *Jugerum, arpennis, acra*. Vetus Charta ex Tabulario S. Benigni : *Hoc est, Jornales duos, quia ipsi Jornales latus ad latus habent terminationes de uno latus et uno fronte, etc.* Alia ann. 884. apud Perardum pag. 53 : *Similiter dono Jornales de terra arabili, etc.* Adde pag. 161. Chiffletium in Trenorchio pag. 218. etc. [De vineis etiam dicuntur *Jornales*, ut in Præcepto Ludovici Imp. ann. 831. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 85. Sic hodie Aquitani fere omnes, vineas per *jornales* dividunt, non agros.] [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 951.]

JURNALE, **JURNALIS**. Donationes Salsburg. cap. 12 : *Severinus quidem dedit Jornales sex. Male infra Virnales,*

pro *Jurnales*. Occurrit passim in Chartis S. Galli apud Goldastum tom. 2. Antiq. Alam. Ch. 20. 29. 60. et 69. apud Joach. Vadian. lib. 2. de Monaster. German. pag. 86. Hubertum Thomam Leod. in Orig. Palatin. pag. 34. in Antiq. Fuldensib. lib. 1. Ch. 64. etc. In Tabulario Fossatensi hæc legimus: *Sciendum est, quod tria Jornalalia faciunt apud nos duo arpenta terræ tantum.* [Jurnalium, in Charta ann. 765. apud D. Calmetum tom. 1. Hist. Lotharing. col. 281. et in Charta ann. 1140. apud Miræum tom. 2. pag. 821. etc.]

† JORNALE, in Chronico Bonæ Spei pag. 327. et in Tabulario S. Petri de Rilleio: *Jornalis*, in Charta ann. 1168. inter Acta SS. Julii tom. 4. pag. 447.

† JORNELLIS, Eadem notione. Litteræ Johannæ Reginae Castellæ ann. 1257. Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1653: *Omnia nemora... quæ ascendunt... ad quindecim centum Jornelles nemorum vel circa.*

† JORNELLUS. Charta ann. 1275. e Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1513: *Cum uno Jornello terræ sito, etc.* Chartular. S. Martini Pontisar. : *Pecia terræ arabilis sex Jornellos continens.* Adde Chronicon Andrense tom. 9. Spicil. Acher. pag. 502.

† JORNEUS, in eodem S. Vandreg. Chartul. tom. 2. pag. 2061.

† JORNETUM. Charta ann. 1220. apud Duchesium in Probat. lib. 3. Hist. Bethun. pag. 110: *Super duabus carrugiis terræ CCCCX. dietas quæ Jorneta dicuntur continentibus, etc.*

\* *Jornel*, in Testam. Helvid. uxoris Joan. dom. de Insula ann. 1274. ex Chartul. Vallis N. D. : *Je en lais Jornel et demi à l'église... por mon servige faire le jour de mon universaire.* Boerius in Decis. 50. art. 5 : *Quando dictum est in venditione aut donatione rem esse 20. modiorum aut brassiarum, seu perticularum, quibus utuntur Vascones: aut esse 20. acrarum, quæ est mensura terræ qua utuntur Anglici, Normanni, ut dicit Gloss. in C. ad audientiam in verb. acras de Eccles. ædif. sicut nos (Occitani) dicimus in vulgari nostro, ut ibi ait Hostiens. in Lec. 20. Jornalalia terræ: tantum enim valere acra apud Anglicos, quantum Jornale apud nos, et quantum arpentum apud Gallicos, et quantum bubulcata vel tabulata apud Italos aut Lombardos.* Vide infra Jugata.

2. JORNALE, Opus unius diei, *Corvate* species, quam ab hominibus suis exigebant domini. Leges Simonis Comititis Monfortensis, apud Gallandium: *Secundum antiquam consuetudinem terrarum et villarum, recipient domini ab hominibus suis Jornalalia, in operibus suis, et secundum consuetudinem dent eis ad comedendum.* [Charta ann. 964. Marcæ Hispan. col. 884: *Jornals novem ad ipsas vineas, et Jornals duos ad messes collegendas, et Jornals duos ad ipsa era, et sic faciant per cuncta tempora homines qui habitaverint in villis istis ad ipsam domum (Monasterium S. Saturnini.) Saisimentum Comitatus Tolosæ apud La Faille in Probat. 1. tom. Annal. Tolos. pag. 16: *Rex habet ex consuetudine in dicta villa de quolibet foco habente par boum aratorum duo Jornalalia in terminis villæ, salvo victu bubulci ad ipsas dietas, et de bestis carrægi duo Jornalalia, etc.* Pluries recurrit ibi et pag. 17. Franchesiæ concessæ habitatoribus Belli-visus ann. 1256. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 59: *Item retinemus in quolibet foco castri et burgi, exceptis nobilibus, tria Jornalalia hominum, unum in Adventu Do-**

*mini, duo in Quadragesima annuatim, a quibus Jornalibus mulier excusatur.* Adde Litteras ann. 1358. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 280. Statuta Massil. lib. 1. cap. 84. § 2. etc.] [\* Occurrit passim. Vide infra *Jornalere* et *Jornalerius*.]

JORNALE. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1311. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 114. ad Pontium de Homeaton Militem Judicem majorem Senecalliæ Tolosanæ et Albiensis: *Item correega seu Jornalalia boum æstimata valere 26. solid. item Jornalalia sammeriorum 21. solid. item Jornalalia brasseriorum 18. sol. 8. den. Turon.*

† JORNALE, *Quantum unum bastitorum potest terere per diem, scil. corticis quærnei ad corium inficiendum, in Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 98. col. 2.*

\* 3. JORNALE, Diurnus labor et merces pro labore diurno, Gall. *Journée*. Form. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 29. v. : *Cum dictus talis... ipsum delatum conducisset ad reclaudendum in quadam vinea sua, ipseque delatus habuisset ab eodem totam pecuniam, seu pretium unius Jornalis, etc.* Stat. Massil. lib. 1. cap. 34. art. 2: *Et si contigeret quod prædicti tres magistri lapidum, vel aliquis ex eis amitteret suum Jornale, ratione sui officii; quod illi, qui haberent contrarium inter se, debeant et resarcire.* Hinc *Jornoier*, nude, pro *Laborare*, Diurno operi vacare, apud Bellom. MS. cap. 2: *Et si pour li grever, il le voise ajournant ès jours que il doive Jornoier et faire son labour.* Vide infra *Jornale* 3.

\* 4. JORNALE, Liber ecclesiasticus, cujus usus quotidianus est, quem *Diurnal* vulgo appellamus, alias *Journal* et *Journet*. Invent. S. Capel. Paris. ann. 1340. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 8: *Unum Jornale parvum portativum cum suo repositoio. Breviarium habet aliud Invent. ann. 1335. Iterum aliud ann. 1363. ex Bibl. reg. : Item... unum Jornale parvum et pulcrum cum suo repositoio, quod nunc deficit.* Quæ in Invent. Gall. ibid. sic redduntur: *Un petit Journal très bel à tout un estuy, lequel defaut à présent.* Invent. eccl. Camerac. ann. 1371. ex Tabul. ejusd. : *Item un Journet en petit volume.* Vide *Jornarium* 2.

\* JORNALERE, Diurno operi vacare, Gall. *Travailler à la journée*. Charta Aymer. vicecom. de Rupe-Cavardi ann. 1296. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 311: *Concedimus quod nobis et nostris hæredibus non teneantur ad aliquod giornale seu manobram, nisi ad reparationem coopertivi ipsius castri; ... cuiuslibet Jornalenti seu operanti in præmissis nos et hæredes nostri dabimus et dare tenebimur denariatam panis in die.* Hinc *Journéur*, Operarius diurnus. Stat. ann. 1424. in Reg. 173. ch. 151: *Laisseront tous les ouvriers Journéours euvre à heure de Compie.* Lit. remiss. ann. 1470. ex Reg. 195. ch. 424: *David Duval poure homme, Journéur, faucheur et bateur en grengre, etc.* Vide supra *Jornale* 3.

\* JORNALERIUS, Qui *jornalia* seu agros possidet, vel qui *jornalibus* seu *corvatis* obnoxius est. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. J. J. rub. fol. 28. v. : *Pro quibus omnibus debet ei facere unum militem exercitus... cum suis partiariis, scilicet domina de Puy et Cancor de Gupta, ... et aliis Jornaleris, qui debent facere partem eos contingentem in exercitu.* Vide supra *Jornale* 1. et 2.

\* JORNAMENTUM, ut *Jornale* 1. Modus agri. Charta ann. 1282. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1065: *Concessi Alano vicecomiti de Rohan et ejus hæredibus quoddam Jornamentum terræ, situm prope burgum de Baut.*

† JORNANCIA, Diurnus labor. Charta ann. 1414. apud Rymer. tom. 9. pag. 117: *Artificum et laboratorum, per Jornancias laborantium, vocatorum Jorunemen, Angl. a Journey-man, Gall. Hommes de Journée.*

JORNARIA. Polyptycus S. Remigii Remensis: *Donant... scaritiones car. 115. circulos, perticas 115. scindolas 575. de Jornariis sol. 7. den. 8. Alibi: Omnes mansi donant araticum in tertio anno, decimam de vervecibus. Hinc exeunt frumenti modii 16. et dimid. mixtæ annonæ mod. 60... scindulæ 3700. lign. carr. 148. facul. 255. de Diurnariis ing. fors. lib. 3. dinar. 12. Alibi: Summa Denariorum de censu mansuum lib. 15. sol. 9. de Diurnariis lib. 13. sol. 1. de præstariis, etc.*

† Hic, ut opinor, *Jornaria* dicuntur Præstationes pecuniariæ ab iis solvendæ, qui *corvatas* seu diurnas operas dominis suis debebant. Haud rarum est hujuscemodi servitutes in pecuniaria tributa commutari.

† 1. JORNARIUM, ut *Jornale*, Jugerum. Charta ann. 1228. in Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 300: *Jornarium etiam terræ arabilis ab Hildegarde et sorore ejus emptum.*

2. JORNARIUM, Liber Ecclesiasticus, *Diurnalis*, et idem qui *Gradualis*, quod ejus usus quotidie sit: *Journal*. Histor. Abbatæ Condomensis pag. 507: *Scriptis manu propria libros Ecclesiasticos, videlicet duo Missalia, ... item duos Graduales, sive Jornaria, duo Prosaria, etc. Diurnaria nostri vocant preces Breviarii ad usum quotidianum Clericorum.*

† 1. JORNATA, Spatium, vel iter unius diei. Charta Hugonis Comititis Regitesensis de Maceris ann. 1233: *Ipos possum ducere in exercitum... per unam Jornatam.* Vide *Dieta* 2.

\* Hinc *Jornéer* et *Journéer*, Iter facere. Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 141: *Si se hasta moult (Charles le Chauve) de Jornéer pour faire la feste de la Résurrection en l'église de S. Denis en France.* Lit. remiss. ann. 1464. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 599: *Lesquelz suppliant et Chaignon partirent ensemble du lieu de Guerrect et Journéerent jusquen la ville de la Sousterraine en Limosin.*

2. JORNATA, Idem quod *Jornale*, Modus agri, *Journée de terre*. Charta Hugonis de Ibelino Domini Ramæ ann. 1160: *Concedo... in elemosynam... cum duobus carucatis terræ, et quinque Jornatas terræ, quas Fratres sancti Joseph ibi requirebant.* Tabularium Fisanense ann. 1260. f. 51: *Et quod habeo 4. Jornatas terræ in mariscis D. Abbatis.*

\* Glossar. Prov. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Jornada, Prov. juger bovis.* Aliud Gall. Lat. ex Cod. 7684: *Journée de terre, c'est assavoir autant comme une charrette peut labourer le jour, Juger, jugeris.* Stat. Montis-reg. pag. 60: *Quod illa venditio seu acquisitio, per quamcumque personam cujuscumque conditionis existat, fieri non possit, et facta non valeat, nisi facta fuerit ad mensuram, nominando Jornatas sive trabucos, in intrumento talis venditionis seu acquisitionis.* Vide infra *Jugata*.

\* 3. JORNATA, Diurnus labor seu merces pro labore diurno, idem quod supra *Jornale* 3. nostris etiam *Journée*. Stat. crimin. Saonæ cap. 17. pag. 24: *Ordina-*



tur quod magistratus Saonæ teneatur et debeat cuilibet offenso per offendentem et condemnatum solvi facere damna, expensas et interesse omnia, exceptis tamen interesse lucri cessantis, de quo non habeatur ratio, nisi pro illis personis, quæ diurnis operibus seu Jornatis vivere consueverunt. Lit. ann. 1374. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 514: *Et aussi lesdiz esleus et les receveurs ont pris Journées sur nous oultre leurs gages.* Vide *Jorneia*.

\* *Journade* vero nostris olim, Vestis species, sagum, chlamys, vulgo *Surtout*, *casaque*, Ital. *Giornea*; quia itinerantes ea utuntur. Vide supra *Jornata* 1. Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 1051: *Lequel cop le suppliant destourna tellement qu'il ne fut point lors blécié, sauf que sa Journade fut percée tout oultre.* Monstrel. 3 vol. ad ann. 1452. fol. 46. r.: *Et avoit son varlet (du héraut) une Journade vestue, où estoit l'enseigne du duc, c'est à savoir la croix de saint Andrieu. Journades de soye grise et noire, apud Matth. de Couciaco in Carolo VII. pag. 669.*

\* *JORNEA*. [Ut *gornea*, sorte de manteau: « Pro una cooperta equi et una *Jornea* pro procuratore Peruxie. » (Mandat. camer. apost. f. 28. an. 1458.)]

† *JORNEIA*, Labor diurnus seu merces pro labore diurno, Gall. *Journée*. Computus ann. 1202. apud D. Brussel ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. CCV.: *Jorneis ferrariorum de forgiis XVI. l. et IX. s. de suis Jorneis XL. s.*

† *JORNELLIS*, *JORNELLUS*, *JORNETUM*, *JORNEUS*. Vide in *Jornale*.

*JORNUS*, ex Gall. *Jour*, Dies, seu opera unius diei. Charta ann. 897. ex Tabulario Flaviniaciensi: *Donamus etiam mancipia his nominibus, ... sub eo censu, ut masculi denarios 4. femine 2. de capite annis singulis, simul et Jornos 2. nisi reditus terræ teneant, ut ipsum censum cadere debeat.*

*JORRIA*, *JORRA*. Vide *Jarria*.

† *JORSUM*, pro *Josum*. Vide in *Jusum*.

† *JORURNEMEN*. Vide in *Jornancia*.

\* *JOSEP*, Prov. *Josepus*, etiam herba purgans stomachum, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* *JOSEPHINI*, inter Valdensium sectatores, a quodam Josepho eorum duce sic appellati, recensentur in Constit. adv. hæret. Frider. II. imper. ann. 1220. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 89. *Josepini*, in Bulla Innoc. PP. inter Stat. Verceil. lib. 7. pag. 195. v°.

† *JOSTA*, *JOSTRA*, etc. Vide in *Justa* 1.

† *JOSTRA*, Pugna ludicra, hastiludium; unde *Jostrator*, qui sic decertat: Gall. *Joute*, Ital. *Giostra* et *Giostratore*. Annal. Estens. ad ann. 1399. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 956: *Illustris dominus marchio Nicolaus adolescens ætatis suæ sextum decimum annum nactus, generositate animi et strenuitatis indole stimulatus, volens experiri qualiter in armorum præliis se haberet, Jostram unam ad numerum duodecim Jostratorum ordinavit, seque in illa exercuit.* Vide infra *Jousta*.

\* *JOSUEBENUM*, *Lo libro de Jesu Nave*. Glossar. Lat. Ital. MS.

*JOSUM*. [Deorsum, inferius.] Vide *Jusum*.

† *JOTACISMUS*, *ιωταισμός*, est quoties in iota litera duplicatur sonus, ut *Troicia*, *Maitia*: ubi earum literarum adeo exilis erit pronuntiatio, ut unum tota non duo sonare videatur. Isid. lib. 1. cap. 31.

*JOTTICI*, Ludi, Gall. *Jeux*. Vita S. Eligii lib. 2. cap. 15: *Nullus in Kl. Januarii nefanda et ridiculosa, vetulas, aut cervu-*

*los, aut Jotticos faciat, neque mensas super noctem componat.*

*JOVA*, *JOVATA*, Majoricensibus voces familiares, quas ii ab Arabibus Baleariorum incolis acceptas retinuerunt, apud quoque ita jugerum, seu modus agri dicitur, tametsi majoris quantitas. Charta Mali Gualini Comitis Impuriarum ann. 1319: *Directa et utilia dominia, laudimia et foriscapia, Jovas, trassas, et jornalna, et omnes alias servitutes, etc. Jovata terræ, in Charta Jacobi Regis Aragonum ann. 1230. quæ describitur in verbo Alcheria. Jovada, Majoricensibus. Vide Joann. Dametum in Histor. Balearici Regni pag. 272. 273. et seq.*

† Aliud omnino est in Charta ann. 1165. Marcæ Hisp. col. 1344: *Insuper dominus Comes querimoniam fecit de Guillelmo Raimundi quoniam novos usaticos et novas consuetudines misisset in civitate Dertosa, videlicet Jovas traquis, et quia accepisset gallinas a Sarracenis quibusdam temporibus in anno.*

\* *Iisdem* notionibus, quibus *Jornale*, accipienda videtur hæc vox; nimirum pro agri modo, et pro covatæ specie, quam ab hominibus suis exigebant domini. Hoc postremo sensu intelligendæ Chartæ ann. 1165. et 1319. supra laudatæ, ut et Constitut. MSS. Ferdin. reg. Aragon. ann. 1413: *Et cum non deceat dominos, qui calvacatas vel alias servitutes reales vel personales, ut puta Jovas, batudas et alia servitia recipere habent ab hominibus, qui de sacramentali existunt, propter sonum præfatum suis juribus defraudari, etc.* Vide mox *Joverius*.

† *JOVANTI*, *Os aperienti*. Gl. Sangerm. MS. 501.

† *JOVATA*, Modus agri. Vide *Jova*.

*JOVENTALIS*, *Beneficus*. Papias. [MS. Bituric. et Sangerman. præferunt *Joventabilis*, *Jubentabilis* et *Juventabilis*, Quæ omnia a juvando puto esse arcessenda. Supra habetur *Invitabilis*.]

† *JOVERIUS*, *JUVERIUS*, *Bubulcus*. Charta Ildefonsi reg. Aragon. ann. 1192: *Constituentes ne boves aratorios aut cætera quælibet animalia aratoria, vel aratrum cum suis apparatus, et Joverio sive bubulco lædere vel invadere quoquo modo præsumat.* Constit. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1291: *Item quod portarius vel aliquis alius officialis noster non possit pignorare aliqua animalia aratoria nec Juverios, nec instrumenta laborandi seu colendi.* Ubi ad vocem *Juverios* in margine, sed recentiori manu, adnotatur, *al. boves*: non male prorsus; nam *Joviaux*, pro *Juvenis*, occurrit in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 265: *Guillaume de Figny es-cuier, ... et plusieurs autres... s'en alerent ès fondeiz quérir les Joviaux dudit Guillaume, qui estoit ou pauturage desdiz fondeiz.* Nisi malis ipsos etiam bubulcos intelligere.

\* *JOVIATA*, Mensuræ liquidorum species, eadem quæ *Justa* 2. Vide in hac voce. Libert. S. Marcel. ann. 1343. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 382. art. 15: *Si vero una Joviata vini ibidem eodem mense et tempore bis vendetur, duodecim denarii tantum per venditorem prima vice persolvantur.*

\* *JOUSTA*, Pugna ludicra, hastiludium, Gall. *Jouste*, unde *Joustare*, hastis concertare, Ital. *Giostrare*. Charta ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 77: *Guillelmus de Aqua dicebat et proponebat contra Humbaudum le Borne domicellum, quod ipse Humbaudus in quibusdam stilticidis, seu Joustes in vulgari,*

*falso modo, malitiose, ex certa scientia occiderat et læserat ad mortem Guillelmetum de Aqua filium dicti Guillelmi de Aqua; dicto Humbaudus contrarium proponente et dicente se in prædictis stilticidis seu Joustes cum dicto Guillelmeto filio dicti Guillelmi de Aqua fideliter et modo debito Joustasse... Qui Humbaudus juramento præstito de veritate dicenda, dixit quod in prædictis stilticidis seu Joustes Joustaverat cum dicto Guillelmeto legitime... et quod dictus Humbaudus ante dictam Joustam et tempore ipsius, erat cognatus et amicus bonus et legitimus dicti Guillelmeti.* Vide *Justa* 1.

† *JOURNALE*, *JOURNALIS*. Vide *Jornale*. *JOYE*, *Mundus*, muliebris, jocalia, Gall. *Joyaux*. Fori Oscæ ann. 1247. fol. 23: *Villana debet habere per suas dotes unam domum coopertam, ... et suas vestes integre, et suas joyas, et unum lectum bene paratum, etc.* [Codicillus Henrici Comitis Ruthen. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1171: *Volo quod balsamum et aliæ meæ Joyæ deferantur filiæ meæ.*]

\* *JOYHA*, Gemmeus aureusve ornatus, Gall. *Joyau*, ut supra *Joellus*. Testam. ann. 1313. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 10. col. 1: *Lego eidem uxori meæ quinquaginta libras Turonenses et Joyhas et garlandam argenti quam sibi feci.* Vide *Joyæ*.

† *IPAR*, pro *Hepar*, apud Papiam.

† *IPERICUS*, *Superbus*. Vide *Hypericus*.

† *IPNOGAUSTA*, *ἵπποκαύστης*, *καμνοκαύστης*, *Fornarius*, *Gloss.* apud Martinium.

\* *IPOCOHERCIUM*, *Travail à chevaux*, pour les chevaux ferrer. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide *Hippocoerium*.

\* *IPOGUNDIE*, *Castamento*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

\* *IPOPIGERIUM*, *Lo cavedone che tene le legime in foco*, in eodem Glossar. pro *Ipopirgium*, ut et in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Ipopugium vel andena, Landier.* Vide supra *Pyopyrgum*.

† *IPOTHECARIUS*, pro *Apothecarius*, Gall. *Apothicaire*, *Pharmacopola*, in Computo ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 280.

\* *IPPAGO*, *Aurigarius*, *Glossar. vet.* ex Cod. reg. 7641. Vide *Ipparius*.

† *IPPARIUS*, *Aurigarius*. *Gloss.* Isid. Saltem scribere debuissent *Hippiarius* a Græco ἵππος, *Equus*.

\* *IPPELLORIUM*, *Columbar*, numella versatilis, Gall. *Pilori*. Libert. Brager. ann. 1334. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 390: *Si quis furatus fuerit domino suo... decem solidos curret villam et ponetur in Ippillorio.* Ter occurrit ibidem.

† *IPPOPHORA*, Græc. ἵπποφώρα, *Objectio*. Vide locum in *Antipophora*.

† *IPPOVICARIUS*, pro *Ippovicarius*, *Subvicarius*, qui Vicarii vices agit. Chartæ anni tertii Rodulphi Regis subscribit *Rainarius Ippovicarius*, apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 347. Vide *Subvicarius* in *Vicarius*.

† *IPPUS*, *Taxus*, arbor nota, Gall. *If*, apud Valesium in *Notitia* Gall. pag. 532.

\* *IPSEPLEX*, [Qui Ipse per se plicatur: ut *multiplex*, qui multum plicatur. *Gloss. Philox.*]

\* *IPSIPE*. [Ubi notant critici, *Ipsipe* legi posse, ut *mihipte*, *eopte*. At *Nic. Ignarra* in *Opusc.* p. 65. putat legendum *Ipsipse*, atque etiam in *Gloss. Philox.*]

† *IPSIPLICES*, *ἀστέπικτα φύλλα*, *Convoluta folia*, seu per se plicata, in Supplemento Antiquarii. Male, ut monet Scaliger, apud Festum: *Ipsulices* brac-

teæ in virilem muliebremque speciem expressæ.

\* **IPSUD**, pro ipsum, vox Africanorum. Gloss. Gr. Lat.: Αἶσθ, Ipsud, ipsium. At Cod. MS.: Illud, ipsum præfert. Victorinus de Principio diei: Namque Salomon in libro Ecclesiastes interrogat: (1. 9.) Quid est quod factum est? ipsium quod fiet. Quod autem fuit, Ipsud est, quod futurum est. Infra: Quare non credamus Prophetæ dicenti Ipsud in initio factum esse, quod hodie fiat. Auctor Queroli: Ipsud volebam dicere. Chronicon Novaclicense lib. 1. cap. 17: Misit duos Monachos... ad Carolum Magnum, ut sibi suo imperiali præcepto testamentum Ipsud renovari concederet. Occurrit præterea in Actis Cæciliani, sub finem, [in Antiqua Collectione Canonum pœnit. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 88. in Charta Petri de Talvas apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 488. etc.]

\* **IPSULLIGES**, vel Ipsulices, [Bractææ in virilem, muliebremque speciem expressæ. Festus. Ubi quidam suspicantur, intelligi imagunculas, quibus magi in amatoris sacrificiis utebantur, ut eos, quos referebant, ad amandum illicerent: ab Ipse, et illæx. Dicitur et Ipsilles, et subsilles. De quibus Festus: Subsilles sunt, quas aliter Ipsilles vocant, lamellæ necessariæ sacris, quæ ad rem divinam conferre dicuntur maxime, specie virorum ac mulierum.]

† **IR**, pro Hir, Concavitas manus, idem est et vola, medietas palmæ, neutr. indecl. Papias. Supplement. Antiquarii: Ir, θέωρ, Vola manus, hir.

1. **IRA**, [perperam pro Era.] Vide Era 1.

\* 2. **IRA**, an pro Area? Comput. ann. 1450. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil.: Item cuidam broutario, qui a magno scabinagio usque ad ecclesiam abrotavit statera et ponderas ad ponderandum antiquum plumbum terratiarum grandie, qui ponderavit xvj. in Iris, propter hoc xij. den. Stat. pannif. art. 1. in Lib. rub. fol. magn. domus publ. ejusd. urbis: Que li drap... sera aportés au poix en l'esquevine et pesés parmi le lan (vel lau) en Yres. Quæ fortassis ad rationem ponderandi æquis lancibus, ita ut examen trutinæ in neutram partem inclinet, spectant. Pro Area, vulgo Aire, Cour, Yre legitur in Lit. remiss. ann. 1463. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 318: Le suppliant qui estoit assez près d'illec en la Yre ou court de Berthelemy de Beray, etc.

\* **IRACUNDITER**. [Idem ac Iracunde. Cæcil. apud Non. 11. 45. Temere rem agere, et Iracunditer. Adde Enn. apud Priscian. 15. p. 1010. Patsch.]

\* **IRANGIA**, Malum aureum, Gall. Orange. Comput. ann. 1398. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 124. col. 1: Item pro Irangiis, 1. gross. item pro vino, xx. den. Yringe, in Stat. ann. 1312. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 513. art. 10.

\* Nostris alias Yraigne, pro Araignée, Aranea. Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 29. v. col. 2: Les Yraignes y tissirent lors toiles. Hinc Yraigne appellatur Crates ferrea, in Consuet. Claromont. art. 4. Chartul. Latiniac. ad ann. 1498. fol. 103: En faisant et conduisant de jour en jour grant fait de marchandise de ferronnerie, de serrurerie, et faire faire Yraignes et autres gros ouvrages. Eodem nomine donatur panni species, in Comput. Steph. de la Fontaine argent. reg. ann. 1351: Quinze aunes d'Yraigne de Therouenne, etc.

\* **IRASCENTIA**. [Iracundia. Apul. 1

Dogm. Plat. Irascentiam ad domicilium cordis deductam esse. Et ibid. sub fin. Irascentiam subigere.]

\* **IRASCIBILIS**, Qui ad iram movet, excitat. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 76: Cum ratione certorum cutellorum... Iis seu verba Irascibilia moverentur, etc.

\* **IRASIBILITAS**, L'acto del corazare. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **IRATUS**, Male habitus, multatus, Gall. Maltraité, puni. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 268: Exi cito de festo et depono virgam tuam, aliter te videbis Iratum. Nostris alias Ireur, pro Colere, Ira. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 92. ch. 139: Regnaut Escobert comme meu en Ireur dist audit Guillaume, Tu m'as fait plusieurs fois villenie, par ma foy tu y mourras. Hinc Ireusement, Irato animo, in aliis ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 316: Icellui Jaquet dist moult Ireusement et eschauffement telles paroles, etc. Ayr etiam nostri dixerunt, pro Ire; unde iisdem Ayrer, irasci. Lit. remiss. an. 1459. in Reg. 189. ch. 309: Le suppliant rua le baston qu'il tenoit en sa main par grant Ayr contre icellui Cheron. Aliæ ann. 1375. ex Reg. 107. ch. 195: Lequel suppliant pris des gasteaux d'une gastelliere... de quoy laditte gastelliere parla et se Ayra contre lui. Jehan de la Vaguerie venoit devers le suppliant, tout Ayre, tenant un planchon en sa main, in aliis Lit. ann. 1457. ex Reg. 189. ch. 177.

\* **IRATUS** et **PACATUS**. In Tabulis, quæ mentionem faciunt feudorum, quæ jurabilia, et reddibilia vocant, passim hæc verba reperiuntur, quibus vassallus castrum suum reddere domino tenetur, sive Iratus sit, sive Pacatus, hoc est sive invicem dissentiant aut litigent vassallus et dominus ex causa feudi, sive non dissentiant: nam ex feudorum regula vulgari, cum dominus et vassallus invicem coram superiore domino litigabant, vassallus a jurisdictione domini solvebatur, ut est in Consuetudine Andegav. art. 196. et Cenomanensi art. 77. Aimoinus lib. 4. Histor. Franc. cap. 80: Obiciebantur ei et alia complura et dicta et facta, quæ non nisi ab inimico et Irato fieri vel proferri poterant. Charta Jacobi Regis Aragon. ann. 1228. apud Jo. Dаметum in Hist. Regni Balearici pag. 204: Et detis inde potestatem nobis (Castrosum) quancumque voluerimus Irati et Pacati. [At Irats et Pagas, apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 260.] Vide Dissertationem 30. ad Joinvillam, ubi multa de horum vocabulorum notione.

\* Homag. Henr. comit. Ruthen. ann. 1214. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 245: Confiteor etiam per me et hæredes meos, quod vobis (Simoni dom. Montisfort.) et hæredibus vestris, Iratus et Pacatus, in lite et in quiete, teneor reddere feudum prædictum quancumque fuero requisitus. Vide infra Pacificatus.

† **IRAUDUS**, pro Heraldus, PECIALIS, Gall. Hérault d'armes, in computo ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 291.

† **IRGOSE**, Spongiæ duriores, quas Græci appellant Tragos, et nos Ircosas dicere possumus ob asperitatem sui. Glossar. Sangerm. MS. n. 501. Melius Hircosæ ab Hircus. Isid. lib. 10. Orig.: Ircosus, quia sudore corporis fectido putet. Leg. Hircosus.

\* **IRCOSUS**. [« Ircosus, rongne. » (Lex. Lat. Gal. Bibl. Ebroic. n. 23, XIII s.)]

\* **IRE** IN MANU MANCA. Ad sinistram ambulare vel stare. Leg. Lusit. sub Alph. reg. tom. 1. Probat. hist. geneal.

domus Portug. pag. 10: Quando fuerit in congregatione maritus reginæ, Ibit in manu manca.

\* **IRE** PER GUERRAM, hoc est, Propter guerram vitandum. Scacar. Paschæ apud Fales. ann. 1211. ex Cod. reg. 4653. A.: Juratum fuit quod illa terra fuit antecessoribus Erenborgi, et ipsa et sponsus saisiti fuerant de ea, quando Iverunt per guerram in Franciam.

\* **IRE** POST ALIQUEM, Dicitur de eo qui res pro arbitrio regit et administrat. Joan. de Trokelowe Annal. Eduardi II. reg. Angl. pag. 6: Perpendentes postea ligii homines terræ quod, eis contemptis, rex alienigenam et ignobilium magnatibus præposuit universis, adeo quod tota terræ dispositio post eum Ivit, etc.

\* **IRECUM**, f. pro Vrecum, Quidquid ad littus fortuito appulit. Vide Wreckum. Charta Frider. III. imper. ann. 1452. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1641: Cum pascuis, piscinis, piscariis, thelonis, Ircis, monetis, bannis, etc.

\* **IRENARCHÆ**, Magistratus militares, qui ad constituti erant, ut provinciarum tutela suscepta, quietis et pacis per singula territoria concordiam stare facerent, ut est in leg. 7. Cod. Th. de Irenach. [\* Lex. un. lib. 12. tit. 14. Sed hæc ex Just. Cod. l. un. lib. 10. tit. 75. (77.)] Gloss. Græc. Lat.: Εἰρηναρχῆς, Pacator, Irenarcha. Irenarchus, in Vita S. Nestoris Episc. n. 3. Vide Palladium in Hist. Lausiaca, cap. 116. et Jacobum Gotofr. ad d. leg. 7. et Henric. Valesium ad lib. 4. Eusebii cap. 15.

\* **IRENSES**, Hiberni, apud Order. Vital. lib. 11. et 12. nostris Irois. A voce Hiere vel Ire, ut vult Diction. Trevolt. quæ iis populis Occidentem sonat. Pactum ann. 1434. in Reg. 175. Chartoph. reg. ch. 313: Anglois, Irois et Galois, et semblablement tous Gascons, Escossois et Alemens, etc. Lit. remiss. ann. 1434. ibid. ch. 358: Les Galois, Anglois, Yrois et Escossois, etc. Vide Erigena.

† **IRESCALES**, f. pro Inescales vel Inescabiles, quasi qui in esca saturari non possint, Insatiabiles. Hoc epitheto donantur Normanni in veteri Collectione MS. miracul. S. Martialis Lemovic. ex ejusd. Eccl. Archiv. de qua Bosquetus part. 2. Hist. Eccl. Gall. pag. 55: Per Aquitaniam procella irruit barbarica, etc. Aquilonales quoque gentilitatis errore ebrui debacchantes supra Norici, Danamarchii, cum Irescalibus Normannis, cuncta miserabiliter vexabant.

\* Nihil emendandum puto, atque Irescales interpretor, Ad iram faciles et priores. Vide supra Irascibilis.

\* **IRMINSUL**, vel ERMENSUL, priscorum Saxonum fanum, vel idolum fuit, quod ab iis summa in veneratione habitum, et a Carolo M. destructum tradunt Annales Francorum veteres ann. 772. in quibus Irminsul et Eremensul promissive scribitur. Eginhardus: Idolumque, quod Irminsul a Saxonibus vocabatur, evertit. Chronicon aliud apud Lambecium lib. 2. Comment. de Biblioth. Cæsar. pag. 371: Et lucum eorum famosum Irminsul subvertit. Stabat autem in oppido Eresburgensi, ut est in iisdem Annalibus; Marti sacrum, ut auctor est Witikindus lib. 1. sic enim ille de Saxonibus: Aramque Victoriae constructes, secundum errorem paternum, sacra sua errore proprio venerati sunt, nomine Martem effigie columnarum innitentes, Herculeum loco Solis, quem Græci appellant Apollinem. Ex hoc estimationem illorum apparet utcumque probabilem, qui Saxones originem ducisse putant de Græcis, quia Hermin,

vel *Hermes Græcis Mars dicitur: quo vocabulo ad laudem vel ad vituperium usque hodie etiam ignorantes utimur.* Atqui Ἑρμῆς, Græcis non est Mars, sed Mercurius, nisi ad vocem Ἄρης potius respexerit Witkindus, ut *Erminsul* dictum fuerit quasi *Ersul*, id est, Martis columna: nam *Herr* Germanorum pro *dominus* quidam inde accersunt. [\* Vide Grimm. Mythol. Germ. pag. 81. et 209.]

At longe aliter de hoc idolo commentatur Aventinus lib. 4. *Annal. Boior.* ubi de Carolo M.: *Heroburgium*, inquit, primo impetu cepit. *Erat templum Hermionis Saxonibus vetusta religione augustissimum, quo frequens populus coibat, et vota reddebat. Multa ibi opulenta, regum populorumque visebantur munera: ingens auri argentique ibi copia ostendebatur, quæ vota reddentium grata voluntas congresserat. Saxones Hermanni salam vocabant, id est, aulam, sive basilicam Hermanni, Hermionisve. Is fuit quintus Germaniæ magnæ Imperator, pronepos Regis Manni, filii Tuisconis, parentis et auctoris nostri. Ipsum majores nostri ob bellica facinora in numerum deorum reverterant, pro numine et belli præside hæcenus coluerant. Ad hunc Hermionem videntur spectasse Glossæ laudatæ a Spelmano: *Hirmensul, colossus, altissima Herminii columna.* Ubi tamen ab Aventino discrepant, qui *sul*, pro sala additum putat, cum eæ Glossæ vocem hanc per *columnam* vel *colossus* efferrant: quam postremam sententiam firmat Poeta Saxonicus in Carolo M. ann. 772.:*

Gens eadem coluit simulacrum, quod vocitabant  
Irmisul, cujus factura simulque columna  
Non operis parvi fuerat, pariterque decoris.

Conradus Uspergensis de Saxonibus: *Fronosis arboribus fontibusque venerationem exhibebant. Truncum quoque ligni non parvæ magnitudinis in altum erectum sub divo colebant, patria eum lingua Irmisul appellantes, quod Latine dicitur universalis columna, quasi sustinens omnia.* Sane *Sul*, Saxonice *columnam* sonat, ut Germanis *Suyl*. Unde Jacobus Eynidius 1. 2. *Chron. Zeland.* pag. 138. *Irmansul* dictum vult, quasi *Idermansul*, seu *Ider-mans-suyl*. Nonnulli, inquit Crantzius lib. 3. Saxonice cap. 9. et ex eo Munsterus lib. 3. *Cosmogr.* cap. 43. *Irmisul* interpretantur *statuam publicam*. Ipse vero dictum putat quasi *Idermansul*, id est, commune profugium et asylum omnium, et Martem communem, qui in prælio diu vagatur incertus, diu dubius, quo ponat victoriam. *Erat, subdit ille, ut et Uspergensis Editor, armata toto corpore effigies, cujus in dextra signum militare, (nostri vexillum vocant) præferens rosam, cujus breve momentum, et facilis ortus et interitus, ita eventus præliorum. In sinistra libram expandit, dubiam pugnantium sortem facile huc aut illuc inclinantem. Pectus inermis ursum præferbat, interritum bellatorum animum insinuans. In clypeo leo, qui bestiis imperitat, invictum ad fortia facta impetum monstrat, floribus consito campo quod nihil jucundius videri solet fortibus, quam in acie virtutem ostendere.* Hæc omnino præclara, si auctorem laudasset Crantzius: sed vereor, ne sit ipse elegantis istius descriptionis architectus. Denique Spelmanus ex eodem Crantzio, *Hermensul* effectum vult, ex er, pro Ἄρης, Mars, mun pro mund, tutela, profugium, et sul, columna: ut fuerit *Er-mun-sul*, id est, *columna tutelaris*, seu *profugii*. Sed ple-

raque ex iis, quæ ex sola divinatione in nominum originibus afferri solent, nolim, ut ex tripode prolata, præstare. Vide *Ditmarum* lib. 2. pag. 15. et *Hermannum Stangefolium* lib. 1. *Annal. Westphalico.* cap. 6. Præterea *Henricum Meibomium* lib. de *Irminsula Saxonica*.

\* **IRONICUM**, Ironia, vel Injuria. *Ironicus*, Derisorius, injuriosus. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 120. *Chartoph.* reg. ch. 322: *Reperierunt dictum Petrum de Buillono Ironicus contententem cum dicta Johanna matre dicti pupilli; et sic cumulando verbis Ironicus inter eos idem Petrus elevato dicto baculo, etc.*

† **IROR**, ἰροῦμαι, *Irascor*, in Glossis Lat. Gr. Sangerm. et in Supplem. Antiquarii.

† **IRQUIS**, παῖς ἀρχῶν ἡδῆσαι, *Hirquitalus*, in Supplemento Antiquarii. [\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar.: *Irquis*, τραγῶν παῖς ἀρχῆς νηϊόσας. leg. τραγῶν, παῖς ἀρχῆς ἡδῶσας; vel τραγῶν παῖς ἀρχῆς ἡδῶσας. Vulc. forte παῖς, ἀρχῆς νηϊόστας, vel ἀρχῆς, νηϊός.]

\* **IRRADICATUS**, Eradicatus. *Chartar. Norman.* ex Cod. reg. 4553. A. fol. 69: *Dicunt quod abbas de Noa habet singulis diebus unam quadrigatam brancarum sine liberatione et nemus fractum et Irradicatum.*

\* **IRRASIBILIS**, Qui radi non potest. *Glossar. Gall. Lat.* ex Cod. reg. 7684: *Irrasibilis, que l'en ne puet rere.*

† **IRRATIO**, Privatio rationis. *Tertull. adv. Praxeam* cap. 15: *Non sine Irratione et amentia.*

**IRRATIONABILITER**, Absque causa, contra omnem rationem, *contre toute raison*, uti loquimur. *Floardoardus* lib. 3. cap. 21. de *Epistolis Hincmari*: *Erpuino Silvanectensi, pro quodam homine, quem Irrationabiliter ab eo excommunicatum, ut compererat, intimat.* [Utuntur *Tertullianus* de *Pœnit.* cap. 2. *S. Hieronymus* in versione *Homil.* 2. *Origenis* in *Cantica*, etc.]

\* **IRRATIONABILITAS**, Irrationabilitas, A ratione aversatio. *Gall. Dérailson.* *Hincmar.* in *Lib. de Divort.* *Lothar.* tom. 7. *Collect. Histor. Franc.* pag. 294: *De hoc libello rationabilis tacere quam respondere delegimus, quoniam sicuti præmissis Irrationabilitate ex majori parte habetur consimilis.* *Epist. ejusdem* 12. ibidem pag. 534: *Prolucissimam rotulam, mendacis et Irrationabilitatibus ac improprietis contra veritatem et auctoritatem repletam, mihi misisti.*

\* **IRRECISUS**, Non recisus. *Mirac. S. Helen.* tom. 3. *Aug.* pag. 630. col. 1: *Longius hæc (avis) inibi tamquam domestica mansit, nusquam diffugiens Irrecisus pennis.*

† **IRRECITABILITER**, Ineffabiliter. *Venantius* in *carmine Paschali* versu 29:

Irrecitabiliter manans de corde Parentis.

**IRRECTA LEX**, Prava, minus recta. *Irrectas leges destruere, ac rectas statuere*, apud *Simeonem Dunelmensem* ann. 1093.

\* **IRRECTABILITER**, A recto minime aberrando. *Conc. Paris.* sub *Greg. IV.* cap. 41: *Quod si forte, quod non optamus, aliquis presbyterorum id facere (virgines consecrare) præsumperit, ut pote canonicæ auctoritatis transgressor, Irrectabiliter feriat. Nisi malis legere Irrectabiliter, id est, absque venia. Vide in hac voce.*

† **IRRECUPERABILIS**, Qui nequit recuperari. *Dammum Irrecuperabile*, in *Chronico Erford.* ad annum 1238.

\* **IRRECUPERABILITER**, Absque recuperationis spe. *Glab. Rodolph.* tom. 10. *Collect. Histor. Franc.* pag. 57: *Offendens pedibus Irrecuperabiliter usque in finem vitæ suæ, etc. Irrecuperabiliter*, ibid. tom. 9. pag. 7.

† **IRREGUSE**, Absque recusatione. *Charta Uladislai Poloniæ Reg.* ann. 1430. in *Bullario Carmelit.* pag. 619: *Mandamus serio, quatenus prædictam marcum grossorum eisdem Fratribus de dicta custodia singulis annis solvere et dare debeatis Irrecuse, recognitione ab eis recepta.*

\* **IRREDIBILIS**, Comæd. sine nomine act. 1. sc. 3. ex *Cod. reg.* 8163: *Irredibilem misi claudam.* Hoc est, misi ita lente euntem, ut nusquam redeat. Vide *mox*

\* **IRREDITURUS**, Non rediturus. *Acta S. Stanisl.* t. 2. *Maii* p. 221. col. 2: *Perinde ac si mariti eorum irredituri forent, etc.*

† **IRREFLEXIBILITER**, modo inflexibili. *Membris lethali frigore Irreflexibiliter rigentibus*, in *Vita S. Bibiani Santon.* *Episc.* apud *Marten.* tom. 6. *Ampliss. Collect.* col. 768.

† **IRREFRAGABILITER**, Firme, inviolate, adeo ut refragari nemo possit, in *Charta* ann. 1146. apud *D. Calmetum* tom. 2. *Hist. Lotharing.* col. 1146. *Occurrit* apud *Rymer.* tom. 8. pag. 566. *Marten.* tom. 4. *Anecd.* col. 227. *Ludewig.* tom. 5. pag. 25. 486. etc.

† **IRREFRIGERIUM**, Locus ad refrigerationem accommodus. [\* Vel potius ob frigus incommodus, ut sunt aulæ nimis spatiosæ.] *Johannes de Monsteriolo* in descriptione *Monasterii Caroli loci*, apud *Marten.* tom. 2. *Ampliss. Collect.* col. 1395: *Superest aula quædam altera... altitudine tanta, ut nunquam a me celsior visa fuerit, quæ magnum refectorium præcis diebus dicebatur, immo potius Irrefrigerium permaximum vocari digna erat, in qua, adverte medicinam, valitudinari et infirmi, omni spreto frigore reponi solebant sine camino.*

**IRREGAUDITIO**, Vide *Inregauditio*.

\* **IRREGIBILIS**, [et *Irregibilis*, Qui se regere, vel regi ab alio non potest. *Vet. get.* 2. *Veterin.* 3.]

\* **IRREGISTRARE**, In registra referre, *Gall. Enregistrer.* *Invent. Chart.* reg. ann. 1482. fol. 291: *Non est Irregistrata (Charta) cum aliis, quia nimis antiqua est; tamen eam in hoc repertorio Irregistravimus, quia bonum nobis visum est. Vide supra Irregistrare.*

\* **IRREGULARITAS**, Impedimentum canonicum susceptionem ordinum ecclesiasticorum impediens. *Vox frequens apud auctores juris canonici.*

\* **IRREGULATUS**, Inordinatus. *Gall. Déréglé.* *Instr.* ann. 1394. inter *Probat.* tom. 3. *Hist. Nem.* pag. 128. col. 1: *Quæ (causa) non apparet nulli potestati judiciariæ, nec apparere potest, nisi sola voluntas Irregulata ratione, quæ in talibus non est sufficiens ratio, in alterius præjudicium et jacturam.*

† **IRREGRESSIBILIS**, Qui nullum admittit regressum. Vide locum in *Traguli*.

† **IRREGRESSIBILITER**, Absque regressu. *Cilo et Irregressibiliter currere*, apud *S. Bernardum* *Epist.* 441. *Irregressibiliter fugere*, in *Vita S. Godelevæ Virg.* tom. 2. *Julii* pag. 378. *Irregressibiliter dare*, in *Chartulario S. Vincentii Genoman.* fol. 79.

† **IRREITERABILE SACRAMENTUM**, quod non potest iterari, in *Constitutione Innocentii VI.* PP. ann. 1354. e *Bullario Carmelit.* pag. 84.

† **IRREMIABILITER**, Modo irremediabili, in Charta ann. 836. apud D. Calmetum tom. 1. Hist. Lotharingæ col. 302. in Vita S. Bibiani Episc. Santon. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 764. et alibi.

\* **IRREMEDICABILIS**, Continuus. Chron. Turon. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 282: *Oratione jugi et jejunio, necnon et lacrymis Irremediabilibus Domini misericordiam implorabat.*

† **IRREMISSIBILIS**, Inexpiables. Occurrit sæpe.

† **IRREMISSIBILITER**, Nullo relicto veniæ loco, in Bullario Carmelit. pag. 622. apud Ludewig. tom. 5. pag. 304. etc.

\* Charta ann. 1316: *Et qui contra fecerit, Irremissibiliter solvere teneatur domino pro pœna duodecim denarios.*

\* **IRREMOTUS**, Immensus, intolerabilis. Epist. 32. Nicolai I. PP. ann. 867. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 417: *Omnes enim te Irremotam afflictionem, intolerabilem oppressionem, nimiamque violentiam pati testantur.*

† **IRREPARABILITER**. Utitur Siebert. ann. 1072.

\* *Nostris Irreparé*, Cui satisfactio nulla facta est. Lit. remiss. ann. 1464. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 403: *Par ce moyen feust et est icellui suppliant demouré foulé et Irreparé d'iceles paroles et injures.*

† **IRREPLEGIABILIS**. Vide *Plegius*.

\* **IRPREHENSIBILITER**, Absque reprehensione. Epist. Joan. VIII. PP. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 190: *Quod Irprehensibiliter agere non possumus.* [\* Utitur hac voce Virgil. Grammat. pag. 25.]

\* **IRREPTOR**, [et *Inreptor*, Qui Irreptit. Imp. Constantin. Cod. Theod. 2. 26. 2. Irreptor agrorum h. e. qui alienos agros sine jure invasit].

\* **IRREPTUS**, pro Irretitus. Chartul. magn. S. Vict. Massil. fol. 23: *Peccatis meis facientibus, ipsius sæculi laqueis Irreptus.*

† **IRREPULSUS**, Qui non potest repelli, violari seu infirmari. *Legitima donacio et Irrepulsa*, in Charta ann. 1168. tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 753.

† **IRREQUIETUDO**, *Industria, diligentia, vigilantia*, in Glossar. Barthii ex Baldrici Hist. Palæst.

† **IRRESOLUTUS**, Incertus animi. Gall. *Irrésolu*. Utitur Johannes de Monasterio apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1436.

† **IRRETITURA**, Actio irretiendi seu implicandi. Gesta Hugonis Episc. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 353. ubi de quodam fauno: *Nodos laqueorum indissolubiles... intexuit: quod luce reversa multi intuentes, taliter posse fieri obstupebant, nec talem esse opus hominis Irretituram asserebant.*

† **IRRETTUS**, In jus vocatus, ut se recto sistat, ad rectum vocatus, quasi *Irrectatus*. Leges Burgor. Scotieor. cap. 80. § 1: *Si quis irretitus fuerit de aliquo malefacto, etc.* Ubi Sokenæus, alias *rectatus*, id est vocatus in jus ut rectum faciat. Flodoardus lib. 3. cap. 3: *Quendam Mancionem nonnullis criminibus Irretitum, etc.*

† **IRRETRACTABILITER**, Immutabiliter, ita ut non possit retractari, in Litteris ann. 1369. apud Ludewig. tom. 6. pag. 406. in aliis ann. 1408. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 230. Barthius in Glossario ex Guiberti Hist. Palæst.: *Irretractabiliter, Sine reprehensione.*

\* **IRREVERENS**, INREVERENS, Inverecundus. Capit. ann. 851. inter Annal.

Bertin. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 67: *Et quia per vagos et Inreverentes homines pax et tranquillitas regni perturbari solet, etc.* Capit. Caroli C. cap. 4. ibid. pag. 640: *Denique cum seditiones in regno nostro per homines Irreverentes cœperunt crebrescere, etc. Irreverement, Indecenter, in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 18: *Icellui curé estoit costumier de dire la messe Irreverement et mal dévolement et bien souvent sans feu. Ab irreverentia vero, Irreverender nostri dixerunt, pro non revereri, Gall. Manquer de respect. Pœnit. Adami MS. cap. 15: *Ils auront despris et Irreverendé nostre Seigneur Dieu, et ses commandemens transgressé.***

† **IRREVERTIBILITER**, Sine reversione, Gall. *Sans retour*, apud Raym. Duellum lib. 1. Miscell. pag. 8.

\* **IRREVINCIBILITER**, Inviolatè. Sacram. fidelit. Demet. ducis Croat. et Dalmat. ann. 1076. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 840: *Ut in omnibus et per omnia Apostolicæ sedis fidem observem, et quicquid hoc in regno tam Apostolica sedes, quam sui legati sanxerunt aut sanxerint, Irrevincibiliter custodiam.*

\* **IRRIDICULUM**, [et *Inridiculum*, Idem ac deridiculum, irrisio. *Irridiculo habere est irridere. Plaut. Pœn. 5. 4. 8. Præpotentes, pulcræ, pacisque potentes, soror, fulmus, neque ab juventute ibi Irridiculo habitæ.*]

\* **IRRIGUUM INFERIUS**, IRRIGUUM SUPERIUS, Quid his vocibus intellexerint, docet Charta ann. 1063. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 327: *Dicens se invenisse secundum fragilitatem sæculi boni testimonii clericos, qui Irriguum inferius, quod est timor inferni, et Irriguum superius, quod est amor Dei, secundum sui possibilitatem in hac basilica libenter procurassent. Ubi Irriguum, idem est quod Irritamem, incitatio, stimulus.*

\* **IRRINA**, Non profutura, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

† **IRRITARE**, Irritum facere. Codex Legum Norman. cap. 56. apud Ludewig. tom. 7. pag. 261: *Quod in placitis enim factum est, si negatum fuerit, per desinationem penitus poterit Irritari.* Charta ann. 1129. inter Instrum. tom. 4. Gall. Chr. col. 163: *Quicumque hujus nostræ institutionis decretum cassare vel Irritare præsumpsit, etc. Cassantes, annullantes, Irritantes, in Litteris ann. 1389. apud Ludewig. tom. 5. pag. 545. Occurrit lib. 1. Dig. de Feriis et alibi.*

† **IRRITATIO**, Rescissio, abrogatio, qua quid fit irritum, in Constitutione Martini V. PP. ann. 1420. ex Bullario Carmelit. pag. 72.

\* **IRROGATIO**, Damnum, detrimentum. Eutrop. de Jur. imper. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 299: *Plurimæ namque Irrogationes pro tali occasione illatæ sunt summo pontifici; nam Pentapoli beneficiales ordines suis distribuit, præcipiens nullam administrationem impendere Romæ, etc.*

† **IRROTULARE**, In rotulum seu Acta referre, inscribere, apud Rymer. tom. 2. pag. 673. de *Lauriere*, tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 54. Thomam *Madæ* Formul. Angl. pag. 200. Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. pag. 1183. Vide *Rotulus*.

† **IRROTULAMENTUM**, Relatio in rotulum, apud Rymer. tom. 5. pag. 222. tom. 8. pag. 94. 502. etc.

† **IRRUMPERE**, Infringere, violare. Donatio D. Munæ Abbatissæ tom. 3. Concl. Hisp. pag. 91: *Si quis tamen homo... ad Irrumpendum venerit... sit ex-*

*traneus a corpore et sanguine Domini. Pacta S. Gunthramni cum Childeberto Rege, tom. 3. Martii pag. 727: *Nec quidquam se de pactionibus, quæ inter vos conscriptæ sunt, Irrumpere pollicetur.**

\* *Illider*, eodem significatu, in Lit. remiss. ann. 1481. ex Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 6: *Pour laquelle clause et convenance Illider et assorber, etc. A Lat. vero Irruere, Irruer dixerunt, pro Se ruer avec fureur. Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. ch. 854: *Icellui Didier à tout son espée nue et par trahison se Irrua contre le suppliant. Ita et Prorompere a Prorumpere formarunt. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 135. ch. 211: *Le sire de Tornon chevalier meu de sa volonté, s'adrega audit exposant et Prorompi contre lui en plusieurs laides paroles et des-honestes.***

\* **IRUDO**, [Hirudo: « *Irudo* vel sanguissuga, sansue. (Glos. Lat. Gal. Bibl. Insul. E. 36, XVI.) »]

\* **ISABARDUM**, Charta Bereng. reg. ann. 950. apud Ughell. tom. 2. Ital. Sacr. col. 104. edit. ann. 1717: *Offerimus ecclesie beati Geminiani Multinensis episcopi... omnem districtum ab castris, quod averetum nominatur, vel rovereto, sive civitas nova, vel Isabardum, toloneum quoque, etc.*

† **ISANGELIA**, ἰσαγγελία, Nuncium conforme. Item *judicium et accusatio in proditores, et quorum crimina legibus non continentur*, in Amalthea. Vocabularium Sussannæ: *Isangelia, Accusatio, iudiciumque, quod in proditores, vel reos læsæ majestatis intenditur.*

\* **ISARA**. Vide infra *Isura*.

† **ISCALIDUS AGER**, quasi *excoltus*, ab *Excolo*, quia jam a cultura exierit; sicut *Exconsul*, quia a Consulatu discesserit. Johan. de Janua. [\* *Squalidus*.]

† **ISCANNUM**, ut *Excambium*, Gall. *Echange*, Permutatio. Charta Ivonis Episc. Sagiensis e Tabulario S. Vincentii Genoman.: *Haolla mater ejus, cui ista Ecclesia fuit donata in dote, quando suus senior vendidit Avesgudo Abbati, propter ipsam Ecclesiam receipt Haolla Ecclesiam de Capella in Iscannum. Vide Cambiare.*

\* **ISCARIUS**. Vide *Scarius*.

\* **ISCEPUROS**, Lat. suos de lana de pcore. Glossar. Lat. Ital. MS.

† **ISCHAL**. Vide *Laiscum*.

† **ISCHOLA**, ISCLA, pro *Schola*. Laurent. in Amalthea ex Salmasio.

† **ISCHYRIA**, ἰσχυρία, Obstructio vesicæ, cum urina retinetur in vesica, apud Felibian. Histor. San-Dionys. pag. 588. Medici dicunt *Ischuria*, Gall. *Ischurie*. [\* *Vulgo Suppressio vel Retentio urinæ.*]

\* **ISCILLITICUS**, [Scilliticus: « *Radix Scillitici bulbi trita cum aceto panatritia sanat. (Liber de erbas Galieni et Apulei et Chironis, ms. S. Galli 762, p. 116.)* »]

† **ISCLA**, Occitanis et Provincialibus, Alluvio, accrescens ager vel insula e terris flumine advectis. Charta ann. 1063. ex magno Chartular. S. Victoris Massil. pag. 91: *Ex his sexteidadas septem sunt apud Podium Breconis, duæ in Iscla. Alia Charta Massil. ann. 1339: *Item quamdam domum, pratum et Isclam. Statuta Avenion. ann. 1570. art. 8: *Quod Consules non possint dare in emphyteosim seu locationem perpetuam, insulas, Isclas, alluviones, incrementa. Vide Ischola.***

\* **ISCLONUM**, diminut. ab *Iscla* et eadem notione. Charta ann. 1539. ex Sched. D. Chaix Aguens. advoc.: *Item quamdam terram confrontatam ab oriente cum*

*draya, tendente versus Isclonum de Mais-*  
*ses.*

† **ISCOL.** Vide *Laiscum*.

\* **ISCORPIO**, [Scorpio: « Bulbum (scilicet) tritum imposito omnibus morsibus venenatorum, canino recenti, *Ischorpionis* hictum. (Liber de erbas Galieni et Apulei et Chironis, ms. S. Gall. 762. P. 116).»]

**ISEMBRUNUS**, Panni species. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis cap. 18: *Qualitatem autem vestimentorum in colore et pretio accipimus, de qua statuimus, ut Isebrunum in vestra societate nullus portet.* Statuta vetera Domus Dei Parisiensis MSS.: *Sacerdotes Clerici ad frequentandam Ecclesiam poterunt habere cappas de Ysebruno apertas et talaris, et superlicea, et pelliceas agninas, et botas ad eundem in Ecclesiam.* Guiotus de *Provins* in sua Biblia MS.:

Li autre chanoine paront  
Meilleure cure et meilleur aiz,  
Ce sont ils à blans sorpeliz,  
As noires ehapes d'Isebrun,  
En cels a dou noir et du brun.

Vide *Galabrunus*.

\* *Isebrunum*, in Charta Ludov. Jun. ann. 1170. ex Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 505: *Rotroldus Parisiensis pondus et cordam ad mensuranda Isebruna in feria Aurelianensi, quæ dicitur feria Martii, a nobis possidebat.*

**ISENGRINUS**, *Isangrinus*, Lupus. Jacobus Meierus lib. 8. Annal.: *In Rythmis Jacobi Merlandi lupus Isengrin vocatur.* Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 8: *Solebat autem Episcopus eum Isengrinum irridendo vocare, propter lupinam scilicet speciem, sic enim aliqui solent appellare lupos.* Vetus Poema de Vulpe coronato:

Lupus qui s'apièle en sornon  
Isengrin, venoit en lor route.

Le Roman d'*Aubery*:

L'aignel resamble qui joe à Isengrin.

Joan. Molinetus pag. 74. v. de Lupo:

Maistre Isengrin en giganthomacie.

Ab istiusmodi *Isengrinis*, dicti forte factiosi quidam, Furnensis tractus in Flandria incolæ, quorum factio militaris virtute bellica præstans Philippo Augusto regnante inclaruit, quod lutorum instar, caulas ovium devastarent. De hac passim Rigordus, Will. Brito lib. 2. 9. et 10. Philippid. Meierus ann. 1206. et Buzelinus lib. 1. Gallo-Fr. cap. 18. Philippus *Mouskes* in Philippo Aug.:

Et grant douaire tint vers Ypre  
En cele tiere des Ingrens;  
Qui haoient les Blavotins.

**ISICUM.** Gloss. Saxon. Ælfrici; *Isicia*, Mærhgehæt. Ubi Sommerus, melius gehæc, farimentum: est vero mærh, Lucanica, [ἰσῆος, Athenæo et Alexandro Aphrodisiensi.] Jacobus a Partibus in Glossis ad Alexandr. Iatrosophistam lib. 2. cap. 73: *Isicia sic fiunt: coquantur pisces, et postea ponuntur in aceto, vel vino, et superaspergiuntur pulvis aromaticarum specierum.* Isidor. lib. 20. Orig.: *Isocem piscem quemdam vocant, ex quo primum Isitia facta sunt: et quamvis ex alio genere piscium fiant, initium tamen piscis hic et vocabulum dedit.* Sed et *Esocem* Isicii nomine donat Beda lib. 1. cap. 1. et ex eo Henricus Huntingdon. lib. 1. Hist. initio de Britannia: *Fluviis vero abundat valde piscosis, ... et quidem præcipue Isicio redundat et anguilla.* Lampridius in Heliog.: *Primus fecit de pis-*

*cibus Isitia.* Apud Apitium lib. 2. de Re culinaria, cap. 1. inscribitur de *Hysitiis*. Variè autem apud eundem Scriptorem vox illa scribitur, nam lib. 5. cap. 8. et alibi *Esitia habetur: pullus Hysitiatus, lepus Hysitiatus* apud eundem lib. 8. cap. 7. *Pavus Isicio conclusus*, apud Avitum Viennensem Epist. 77.

**OSRIUM**, perperam occurrit pro *Isicium*, apud Cæsarium lib. 6. Miracul. cap. 5: *Accipe Ositium, et ossibus ejectis cum piperamentis præpara, sicque appones et dices: Comedite de bono Rhombo.* Mox: *Scutella pæne evacuata, cum unius auriculam porcina reperisset, etc.* Vide Vossium lib. 1. de Vitiis serm. cap. 7. et Lambecium ad Testamentum Grunnii Corocottæ lib. 3. de Bibl. Cæsar. pag. 357.

† **ISIX**, Piscis genus, aliis *Esoc*, Gall. *Alose*. Ardo in Vita S. Benedicti Anian. n. 36: *Ecce subito prægrandem piscem, quem Isicem vocant, conspicit circa littus natantem, etc.*

† **ISLA**, pro *Insula*, Gall. *Isle*, in Charta ann. 1180. inter Instrum. tom. 2. Gall. Chr. col. 69.

† **ISMALTUM**, ut infra *Smaltum*, Encaustum, Gall. *Email*. Charta ann. 1836. ex Archivio Episc. Massil.: *Quatuor basilibus cum Ismaltis in aliqua eorum parte deauratis.*

**ISMERLUS**, [Species avis.] Vide *Smeriliones*.

**ISNECHIA**, [Navigii species.] Vide *Naca 1*.

\* **ISOFAGUS**, *La boce du ventre*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

† **ISPERUS**, Species monetæ. Vide *Hypperperum*.

† **ISPIA**, Hispan. *Espia*, Gall. *Espion*, Explorer. Computa Dalphin. tit. Graivod. ann. 1334. fol. 42: *Pro diversis Ispiis seu eschutis missis per eum diversis temporibus in Sabaudiam ad sciendum statum Sabaudiensium.... 14. lib.* Vide *Espia*.

**ISPILLORIUM**. Idem quod *Pilorium*, de quo infra, in Libertatibus Bergeraci, de fure: *Curret villam, et ponetur in Ispillorio.* Occurrit ibi pluries. [\* *Leg. Ippillorium*, ut supra.]

\* **ISPONSIO**, pro Sponsio. Charta ann. 746. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 412: *Scripti ego Peteradus sub istipulatione Isponsionemque interposita.*

\* **ISRAEL**, Lapilli vel gemmæ species. Invent. S. Capel. Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg.: *Item duo morsus alii argenti deaurati et esmailiati in factione beatæ Mariæ, muniti de perreria, videlicet de Israel, de perlis, etc.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 145: *Une bourse de soye, un anel où il avoit un courau fourche et une pierre d'Israel.*

\* **ISSARCIA**, Funalis apparatus navium, Hispanis *Xarcias*. Charta ann. 1335. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 1. n.º: *Naulizaverunt... unam bonam et sufficientem galeam de cavj, remis bene apiatam, ... fornitam... omnibus suis... arboribus, Isarcis, ancoris, etc.* Vide *Exarcia*.

† **ISSARTARIA**, ut supra *Ezartus*, Silva in agrum cultum redacta. Chartularium Cameliariensis Monast.: *Donavit unum campum à l'Estrada et alterum ad Aulanerium, et iuxta istos duos dedit duas saines, et donavit Issartarias de bosco del Bruz et sainam de iuxta.*

† **ISENBRUNUS**, ut *Isebrunus*. Vide locum in *Galabrunus*.

\* **ISSES**, Dolii species. Charta ann. 1194. ex Tabul. S. Petri de Reg.: *Sub pensione viginti concharum frumenti et*

*decem et octo salmatarum vini cum cadis, qui vulgo dicebantur Isses.*

\* **ISSHAC**, **ISSHIDA**, **YSSIDA**, Reditus quivis, quodvis vectigal, et maxime quod pro evehendis vinis et aliis mercibus ex aliquo loco persolvitur, a Gallico *Issir vel Ystre*, ut in Lit. ann. 1374. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 25. Exire; unde *Issue*, eodem significatu. Vide supra *Exita 3.* et *Exitus 1.* Charta Henr. V. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 55. n.º: *Concessimus carissimo et fideli nostro Johanni Tiptost custumam vinorum, vocatam Isshac, in villa nostra Burdegala.* Yssac infra fol. 55. v.º. Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 117: *Nichil exigent ipsi consules (de Limoso) pro jure leudæ sive vectigalis vel Yshidæ pensi vel ponderis ab habitatoribus ipsis: si vero ad pondus sive pensum publicum ipsorum consulum res ponderentur, levabunt ipsi consules pro jure Ishidæ pro quolibet quarteyrono cujuslibet rei ponderatæ in pensis vel ponderibus publicis, unum obolum Turonensem. Isshida bis legitur ibid. ex Reg. 59. ch. 349. Pariag. inter reg. et condom. villæ de Cuquo eod. ann. in Reg. 61. ch. 343: *Item quod exitus seu Yshidia vini, quæ venatur in dicto loco per gentes regias, videlicet a qualibet sarcinata, ... unum denarium Tholosanum.* Libert. castri de Manso SS. Puellar. ann. 1327. in Reg. 65. ch. 32: *Item supplicant... concedi nundinas... liberas ab omni præstatione leudæ, copagii, taulagii, introitus, sive Yssidæ.* Charta ann. 1208. ex Chartul. 53. Corb.: *Jou ay vendu et escangié... toutes les justices que jou avoie à Corbye, les cambaiges, les estallages, les Issues des vins, les fouées, les droitures des vins.* Issue de ville, in Reg. 13. ejusdem monast. sign. *Habacuc* fol. 12. ad ann. 1509. Charta ann. 1408. ex schedis meis: *Pour chacune piece de vin, un denier de herbage, que on dit Issue de terre.* *Issuè* etiam in arte bellica, pro *Sortie*, Eruptio, legitur in Lit. remiss. ann. 1424. ex Reg. 173. ch. 9: *A une assaillie, Issue ou escarmouche qui se fist entre aucuns de la garnison de la ville de Rouen et ceulx qui estoient au siège d'icelle, etc.**

† **ISSUGARE**, Detergere, Gallis *Esuier*, Ital. *Asciugare*, Hisp. *Enjugar*. Vet. Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ: *In Mandato pauperum debet providere hospitalerius... de manutergis pro Issugando sive tergendo pauperes dum abluti fuerint.*

† **ISTÆ**, χαίρα, *Setæ*, in Supplement. Antiquarii. χαίρα proprie dicitur de juba equi.

**ISTEGA**, Navis, lembus, tabulatum navis, super quod nautæ ambulat. Ita Papias in Lit. I. sed legere debuit *Tristega*. Vide in hac voce. [Malim *Stega*, pro στέγη, Tectum.]

† **ISTER**, ἔθος, συνήθεια, *Consuetudo*. Supplement. Antiquarii. Lege et vide *Instar*.

\* **ISTIPULATIO**, pro *Stipulatio*. Vide supra *Ispensio*.

† **ISTITA**, ἀποπόδη, *Extremitas zonæ*, in eod. Supplemento. Sed leg. *Instita*.

† **ISTOMID**, Species sedilis, apud Americos. Tabularium Rothonense: *Conwoion monachus scripsit istam cartulam per commeatum Alvirii Machierni sedentis super trifocalium, id est Istomid, in fronte Ecclesiæ, stante Reihworet in dextera ejus.* Anno xx. *Ludowici Imp.* Boxhornius in Orig. Gall.: *Ystoll*, *Sella*, *seliquastra*, *sedile*.

† **ISTONA**, πορευτής, in Glossis Lat. Gr. MSS. Sangerm. Qui iter facit.



\* **ISTORIA**. Vide supra *Historia* 3.  
 † **ISTORIAE**, **ISTORIARIE**. Vide *Historia*.  
 † **ISTRE**, *Secte*, in Glossis Isidorianis.  
 \* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641: *Istræ*, *setæ*. Vide *Istæ*.  
 † **ISTRICA**, Venetica. Vide in *Striga*.  
 † **ISTRIX**, pro *Hystrix*. Vide in *Chirogrillus*.  
 \* **ISTROMATES**, *Li murari*, in Glossar. Lat. Ital. MS.  
 \* **ISTULI**, *Li nervi della terra*, in eod. Glossar.  
 \* **ISULA**, **ISULATUS**, Ital. *Isola* et *Isolato*, Insula, locus fossa circumcinctus. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 66: *Postea super dictas Isalas ædificantur domicilia sive capannæ*. Ibid. cap. 115: *Locus iste est Isulatus ex una parte maris et ex aliis tribus partibus fossarum aqua marina plenarum*. Et cap. 116: *Locus iste est Isulatus a fossa, valle et levatorio ponte*. Vide *Insula*.  
 \* **ISURA**, Germaniæ fluvius, vulgo *Iser*. Vita S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 494. col. 1: *Sublatum a sepulchro venerandum corpus ad Isuram fluvium navi imposuerunt*. *Isara* ibid. pag. 481. col. 1.  
 \* **ITACUS**, Cosmas Pragens. apud Mencken. tom. 1. pag. 2073. adulatoris aulicos ficto nomine appellat Itacos, quasi qui semper Ita dicant: *Homines neophytici atque Itaci, qui ad vocem ducis nihil aliud tam promptum in ore habent, quam: ita domine, alius: ita est domine, tertius: ita fac domine*. Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Ja-herren*, col. 990.  
 \* **ITALICANA** LINGUA. Vide infra in *Lingua*.  
 † **ITALICANA Formata**, *Litteralis*, *Notalis*, *Varia* scripturarum genera. Vide *Scriptura*.  
 \* **ITATENUS**, Ita prorsus, in Actis S. Florent. tom. 6. Sept. pag. 428. col. 2.  
 \* **ITAVER**, *Lo longo camino*. Glossar. Lat. Ital. MS.  
**ITEM**, Caput, *articulus* vulgo nostris: *æra*, Latinis, ut observatum a Casaubono ad Theophrasti Characteres pag. 332. Id autem vocabuli datum articulis, quod revera ab hac voce, *item*, initium iis esset, quasi *rursum*, *denuo*. Gloss. vett.: *Item*, ὅμοιωσ, πάλιν. Vide Juretum ad Symmach. lib. 1. Epist. 12.  
**ITER**, seu **ITINERATIO**, *Justitiariorum*, quos itinerantes vocabant Angli, progressus ad designatos sibi Comitatus, in quibus judicia sua exercebant. Vide *Justitiiarii itinerantes in Justitiarius*.  
**ITINERUM** **REPARATIO**. Vide vocem *Via*.  
**ITER** **EXERCITALE**, *Hostis*, *equitatio*, *cavalcata*. *Itineris exercitalis debitores*, in Capitulari Ludovici Pii Imp. ann. 828. qui tenentur ire in exercitum Regis, seu, ut loquuntur eadem Capitula, qui debent *expeditionem exercitalem* facere. *Iter hostile*. Walafridus Strabo de Vita S. Galli lib. 2. cap. 17: *Fertur eundem Episcopum aliquando Iter hostile sibi de ipsius Monasterii sumptibus viaticum præparari jussisse*. V. *Hostis*.  
 \* **ITER** **CRUCIS**, *Sacra* expeditio, pro qua crucem vestibus suis assuebant. Vide in *Cruce*. Testam. Hervei comit. Nivern. et Matildis comitissæ ann. 1218. in Chartul. Pontiniac. pag. 170: *Nos de testamento nostro sic ordinavimus, si de nobis in assumpto Crucis Itinere humanitas evererit, etc.*  
 \* **ITER** **MERCADILE**, *Publicum*, *regium*, quo itur ad *mercata*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rubr. fol. 35. rº: *Willelmus de fonte... recognovit quod tenet in allodium liberum sub dominio domini regis*

*Angliæ quicquid habet de camino seu de Itinere mercadili usque ad garenam*.

**ITER** **PADORNEUM**, Quod est inter prata vel pascua, ut videtur. Charta ann. 1309. in Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 31: *In loco dicto à la Borde dou Gomet, prout confrontatur et includitur inter carteriam seu Iter Romenum ex una parte, et Padorneum villæ Gimontis ex altera*. Ubi *Romenum*, pro *Romanum*, seu a *Romanis* confectum. Vide infra *Padorneum*.

**ITERARE**, *Iter* facere, ἰδοιραρεῖν in Gloss. Lat. Gr. occurrit apud S. Columbanum instr. 8. Fortunatum in Vita S. Paterni Episc. cap. 7. in Vita S. Arnulfi Episc. Metens. cap. 25. in Lege Longob. lib. 1. titul. 19. § 8. tit. 25. § 45. [Roth. 305. 352.] in Synodo Carisiac. § 9. apud Diltmarum, etc.

\* *Nostratibus* alias *Oirrer*. Rob. Bourron. in Merlino MS.: *Cil se metent en chemin, si Oirrent tant en tel maniere, qu'il approchent le pavillon*. A voce Gallica *Oire* et *Oirre*, *Iter* et quiddam itineri faciendo necessarium est. Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 186: *Il est desoremais tans que nous pensons de retourner en nostre pais. Quant tu venras donques encore à nuit que tu ramerans ces chevaus, gardes que tu ne soies endormis, si que tu aies appareilli nostre Oire au mieux que tu pourras*. Ubi Aimoin. lib. 2. cap. 11: *Iter, si sapis, nostrum parabis*. Sermon. 42. ex Cod. S. Vict. Paris.: *Il fu uns prudom qui volt aler en un lointain pèlerinage: quant il ot apareillé son Oirre, etc.* Utitur Villehard. paragr. 248. Fabul. tom. 2. pag. 169:

Por aler aus plais à Senlis,  
 Apresta un matin son Oirre,  
 Et la dame manda bon Oirre.

Alias *Iterare*, apud Latinos, sumitur pro *agrum secunda aratione colere*, quod et *offringere* dicunt. Ita Columella lib. 2. cap. 4. Gloss. Lat. Gr.: *Iterat*, ὄρνυται. *Iteratum*, παλινσκαφέν. *Iteratio*, σκαφετός, διοργυμός.

**ITERARE** **JUDICIUM**, *Rem* judicatam per appellationem iterum judicare: *Retractare*, i. iterum tractare, recensere, recognoscere, in leg. 1. Cod. Th. de Episcop. judicio (16. ult.), et apud Gregor. IX. lib. 35. cap. 15. Sulpitius Severus lib. 2. Histor. Sacr.: *Etenim Iterari judicium necesse erat*. Lampridium in Severo: *Pontificibus tantum detulit, et quindecimviris atque auguribus, ut quasdam causas sacrorum a se finitas, Iterari et aliter distinguui pateretur*. Capitula Caroli M. l. 6. c. 64: *Ut judicatio in aliqua causa Episcopo, liceat Iterare judicium, et si necesse fuerit, libere Episcopum adire Romanum*. Adde Addit. 4. cap. 28. 29. et Gloss. Pithæi ad Capitul. Caroli M.

**ITERIS**, pro *Itineris*, dixisse veteres, testantur Sospiter, Charisius et Nonnius: quo ἀρχαῖος usum etiam Symmachum lib. 6. Epist. 28. observavit Juretus. Flodoardus lib. 14. carm. 18:

Aut mercede carens Iteris solatur abire.

Infra:

..... Solatia cœpti  
 Fert Iteris gelidas superare volentibus Alpes.

Utitur et Carm. 18. eod. lib. et alibi non semel. [Adde Bedam in Vita S. Cuthberti Episc. cap. 26. sæc. 2. SS. Benedict. pag. 928.]

† **ITERIUM**. Vide mox in *Itrium*.

† **ITHYRCA**, *Species* armorum ad captandas aves. Angelus Rumplerus lib. 3.

Hist. Monasterii Formbac. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 468: *Ultimur nunc ad capiendas aves Ithyrcis, sagittis, imo et bombardis*.

† **ITINER**, pro *Iter*, ut veteres apud Nonium, sic dixerunt recentiores non semel.

† **ITINERANTES**. Vide *Foresta* sub *finem*, et *Justitiiarii itinerantes in Justitiarius*.

† **ITINERARCHÆ** dicuntur *itineris custodes*, in veteri Glossario juris utriusque.

† **ITINERARE**, *Iter* facere, in Legibus Rotharis edit. Boherii, apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 44. not. 54. in Legibus Pipini apud Eccardum in Addit. ad Legem Salicam pag. 195. in Annal. Guenens. apud eumd. Murator. tom. 6. col. 438. et 553. in Concilio Dertusano ann. 1429. cap. 1. Salvianus de Gubernat. lib. 1. ubi de Israelitis in deserto: *Adde inlatos Itinerantium castris alitum greges*. Apuleius dixit *Itinerari* eadem notione.

**ITINERARIUM**, *Itinerum* et *metatorum* militarium designatio: quomodo *Route* nostri dicunt. S. Ambrosius Sermon. 5. in Psalm. 118: *Miles, qui ingreditur iter, viandi ordinem non ipse disponit sibi, nec pro suo arbitrio viam carpit, nec voluptaria captat compendia, ne recedat signis: sed Itinerarium ab Imperatore accipit, et custodit illud, præscripto incedit ordine, rectaque via conficit iter, ut inveniatur commeatuum sibi parata subsidia*. Si alio ambulaverit itinere, annonam non accipit, mansionem paratam non invenit, etc. Adde Lampridium in Alexandro Severo. Interdum

**ITINERARIUM**, dicitur *Mappa* geographica, in qua describuntur perinde ac depinguntur metationes militares, loca et oppida provinciarum præcipua, cum intervallis ac distantis, quam *Duci* necessarium esse ait Vegetius lib. 3. cap. 6: *Primum Itineraria omnium regionum, in quibus bellum geritur, plenissime debet habere perscripta, ita ut locorum intervalla, non solum passuum numero, sed etiam viarum qualitates perdiscat, compendia, diverticula, montes, flumina ad fidem descripta consideret: usque eo ut solertiores duces Itineraria provinciarum, in quibus necessitas geritur, non tantum adnotata, sed etiam picta habuisse firmentur, etc.* Ejusmodi fuit *Mappa orbis terrarum* ab Agrippa confecta, de qua Plinius lib. 3. cap. 2. 3. 4. etc. Ejusmodi est etiam *Tabula itineraria*, quam ex Bibliotheca Peutingeriana edidit Marcus Velserus. Ejusmodi denique fuit *Itinerarium*, quod falso Antonini nomen præfert, et in mappam relatum; et anno Theodosii decimo quinto exaratum, ut in *Descriptione urbis CP.* docuimus. Vide *Mappa mundi*.

**ITINERARIUM**, *Orationes*, vel *preces*, quæ ab iis, qui se itineri alicui committunt, recitari solent, quæque a Cantico Zachariæ vulgo incipiunt. Ceremoniale Episcoporum. lib. 1. cap. 2: *In discessu recitabit... cum Clericis et familiaribus Itinerarium*. Vide *Hæftenum* lib. 11. Disquis. monast. part. 4. disquis. 4.

† **ITINERARIUM** **SONARE**, *Lituo* vel *tuba* profectionis militaris signum indicare. Ammianus lib. 24: *Extracta quiete nocturna Itinerarium sonare lituos iubet*.

**ITINERARIUS**, *Qui peregrinationes plurimas instituit*, *Voiageur*. Eckardus Junior de Casibus S. Galli cap. 3: *Homo erat Itinerarius, lateque terrarum et urbium gnarus*.

† **ITINERARIÆ TABULÆ**, Quæ loco altaris erant Sacerdotibus iter faciendis, apud Mabillonium Liturg. Gallic. pag. 78. Vide *Altare viaticum et portatile*.

\* **ITINERARIUS LAPIS**, Qui altaris loco erat sacerdotibus iter faciendis. *Benedictio lapidis Itinerarii*, in Pontif. Mogunt. MS. fol. 87. Vide in *Itinerarius*.

† **ITINERARIJ TERMINI**. Incertus Agri-mensor : *Sunt termini, quibus fides non est adhibenda : isti dicuntur Itinerarii*. Id est, qui facile moventur.

† **ITINERATOR**, ut *Itinerarius*, Viator, in Miraculis S. Edmundi Angl. Reg. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 833.

† **ITIRARE**, pro *Iterare*, Iter facere. *Itirando ad curiam Romanam*, in Charta ann. 1261. tom. 1. Rerum Mogunt. pag. 614. col. 2. sub finem.

\* **ITISCUNGACHÆ**, Excubiæ, vigiliæ. Lit. patent. Alfons. reg. Castell. ann. 1256. ex Tabul. Massil. : *Item cum tempore progenitorum vestrorum et vestro, post pacem prædictam consueverunt in civitate vicecomitali Massiliæ fieri nocturnæ Itiscungachæ per triginta homines, singulis noctibus per civitatem Massiliæ incendentes, ne ibi maleficia patrentur, et per illos plura commissa reperiebantur; quæ excubiæ ingenio quorundam, etc.*

\* **ITITO**, [Frequentat. ab. ito. Nævius apud Calpurn. Pison. MS. referente *Merula ad fragm. Ennii p. 417*. Cæsum funera agitant, exsequias *Ititant*, Temulentiamque tollunt festam.]

\* **ITREX**, **ICIS**, *El ferro*. Glossar. Lat. Ital. MS.

† **ITRIUM**, Ἰτριον, *Tractum*, in Gl. Gr. Lat. MS. Editum, Ἰτριον, *Iterum, Iteratum*. Græcis Ἰτριον, est genus placentæ pertenuis.

† **ITUS**, Iter, via, occurrit apud Eulogium Cordubensem lib. 1. Memorial. Sanctior. : *Itui vestro nullus adversari quibit*.

\* **IVAGIONES**, *Villani*, homines servilis conditionis. Leg. Polon. a Prilusio collecta pag. 455 : *Descensus super barones, nobiles, milites, ipsorumque populorum, kmelones seu Ivagiones non facimus contra ipsorum voluntatem*. Vide infra *Kmethones*.

† **JUARIA**. Vide *Juveria*.

\* 1. **JUBA**, Ambo, pulpitem, vulgo *Jubé*. Stat. MSS. eccl. Tull. ann. 1497. collecta fol. 71. vº. : *Duo cerei super angelos cupreos in ascensu Jubæ constitutos*.

\* 2. **JUBA**, *Galea*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

\* **JUBARE**, *Delectare*, in eod. Glossar. Nostris *Faire ju*, Adjuvare, auxilium ferre. Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

Se nous n'avons ki no Ju fache,  
Ja ne verrons Dim en la fache,

† **JUBENTABILIS**. Vide *Joventalis*.

† **JUBERE**, Dignari, velle, Gall. *Daigner, vouloir bien*. Atticus Episc. CP. in Epistola ad Aurelium Carthag. et alios Afros, apud Labbeum tom. 2. Concil. col. 1145 : *Petens, ut pro me plurimum vestra sancta Congregatio orare Jubeat*. Græc. ὑπερ ἑμοῦ πλείστας εὐχασθαι καταξιώσαι. Petrus Abb. apud eum Labbeum tom. 4. col. 1644. Bonifacium Carthag. rogat, ut oblatum supplicem libellum suscipere et *Chartis Ecclesiæ sociare*. Et col. 1646 : *Ut suggestionem suam intente advertere Jubeat*. Bonifacius ipse in sua ad Liberatum et alios Epistola ibid. col. 1645. Dominum deprecatur, *ut votis et precibus concedere Jubeat, etc.* Eadem notione Lector in Officiis divinis a Præ-

side chori postulans benedictionem ait : *Jube domne benedicere*.

† **JUBERI**, Coloni, Hispanis. Charta Sancio Ramirezii Reg. Aragon. apud Marcam in Hist. Bearn. lib. 4. cap. 20 : *Nisi tantum, quod ponant in eorum hæreditatibus Juberos, qui illas terras laborent, et quod eis eorum fructum redant*. Infra : *Sed in suas hæreditates mittat Juberos, qui laborent illas*.

† **JUBERUM**, *Luciferum*. Papias in Amalthea.

† **JUBEUS**, Tunicæ species, Gall. *Jupon, Pourpoint*, Hisp. *Jubon*. Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. CLVI : *Pro una tunica armet, quam Rex habuit octo dies post S. Johannem, xv. s. Pro I. cendallo idem, et pro uno Jubeo, quos habuit xv. dies post S. Johannem, i. s. Diploides sive Jubons de serico*, in Concilio Tarracon. ann. 1591. inter Hispanica tom. 4. pag. 614. Vide *Gipo et Gambaison* in *Gambeso*.

\* Alias *Jube*. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 75 : *Le suppliant trouva un sac où estoit une manche d'une Jube, en laquelle il prist et embla de quarente à cinquante escuz*. Vide infra *Jupa* 1.

† **JUBILÆUS**, inquit Isidorus lib. 5. cap. 37. *interpretatur remissionis munus. Est enim Hebraicus et sermo et numerus, qui septenis annorum hebdomadibus, id est, 49. annis textitur, in quo clangebatur tubis, et ad omnes revertebatur antiqua possessio, debita absoluebantur, confirmabantur libertates*.

† **JUBILÆI** deinde nomenclatura donata plenaria peccatorum indulgentia, iis, qui limina SS. Apostolorum Romæ visitarent quolibet centesimo anno, indulta, cujus auctor fuit Bonifacius VIII. PP. Incertus Scriptor, editus a Catello : Anno 1200. *Papa Bonifacius concessit plenam indulgentiam peccatorum visitantibus limina Apostolorum Petri et Pauli Romæ, et facientibus ibi quinquaginta infra annum ipsius : statuitque eandem in posterum in omni anno centenaria, visitantibus sacra limina sic haberi*. Inscriptio ad ædis Cathedralis Senensis fores :

Annus centenus Romæ semper est Jubilæus ;  
Crimina laxantur, cui poenitet ista donantur ;  
Hæc decrevit Bonifacius, et roboravit.

Vide Jo. Villaneum lib. 8. cap. 36. De Jubilæo a Bonifacio VIII. Instituto tractatum scripsit Jacobus Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum, editum a Julio Roseo : exstat in Bibliotheca Patrum : de quo etiam consulendum Joannes Rubeus in Vita Bonifacii VIII. lib. 1. cap. 11. Postea Clemens VI. PP. ad instantiam et supplicationem Romanorum, qui de hac causa ad eum suos nuncios miserant, mutavit magnum Jubilæum de 50. in 50. annos, quod juxta ordinationem Bonifacii PP. Octavi erat de centesimo in centesimum ; voluitque et ordinavit, quod visitantes limina Apostolorum Petri et Pauli illo anno 50. quem a cætero voluit esse Jubilæum, habeant plenariam indulgentiam suorum peccatorum, cum modis et conditionibus quæ in dicta ordinatione Bonifacii continentur. Verba sunt auctoris Vitæ Clementis a Boschetto editæ, quibus consimilia habet Continuator Nangii : Anno Domini 1350. *Domnus Clemens Papa Sextus volens salutem animarum hominum procurare, statuit, ut indulgentiæ plenariæ, quæ erant, et quæ solebant esse in sacra urbe Romæ de centum annis in centum annis,*

*in Circumcisione Domini nostri Jesu Christi reducerentur ad quinquagenos annos, quia vita hominum labitur et decrescit, et malitia superabundat in mundo, proh dolor ! et accrescit. Ideo illo anno 1350. fuerunt indulgentiæ plenariæ concessæ per dictum Dominum Apostolicum, omnibus vere poenitentibus volentibus pergere et visitare loca Apostolorum Petri et Pauli in Romana urbe, atiorumque Sanctorum. Ad quam quidem peregrinationem iverunt per totum annum illum quamplurimi utriusque sexus, nonobstante mortalitate magna, quæ fuerat nuper, et quæ adhuc in aliquibus mundi partibus discurrebat.* [Instrum. ann. 1350. apud Ludewig. tom. 6. pag. 413 : Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, Jubileo, in vigilia vigilia Ascensionis D. N. J. C., etc.] His adjuncti auctor M. Chronici Belgici, Henricus Rebdorffensis et Waddingus ann. 1350. num. 8. Willelmus Thorn ann. 1390. Petrus Mattheus ad Constitut. PP. pag. 133. 137. 704. et alii non pauci. Joannes Villaneus lib. 12. cap. 10. id statutum a Clemente tradit mense Januario ann. 1342. et die Natalitio Christi ann. 1350. incipiendum. Mattheus vero Villaneus lib. 1. cap. 29. id in ann. 1349. rejicit.

Deinde Urbanus VI. PP. Pontificatus sui ann. 11. Christi 1389. tertio Idus April. instituit, ut omnis Jubilæus per Clementem VI. de centesimo anno ad quinquagesimum reductus, deinde in futurum de tricesimo tertio anno in tricesimum tertium annum semper institueretur, et ut annus Nativitatis Domini proxime venturus videlicet 1390. esset Jubilæus : quo eum commovit tempus vitæ Domini nostri Jesu Christi in humanitate, quod totum postquam natus est de Virgine (per cujus mortem thesaurus Ecclesiæ, unde indulgentiæ peccatorum omnes emanant, cumulat) fringit trium annorum curriculo completum fuit. Ita Magnum Chronicon Belgicum.

Bonifacius vero IX. Urbani Successor, Jubilæi gratiam latius diffundens, Regibus, et aliis dominis, temporalibus et spiritualibus, religiosi etiam Conventibus per diversa loca constitutis concessit, ut in partibus hujusmodi gratiæ largitatem possent consequi, ita tamen ut Confessor, quem aliquis eorum eligeret, nomine Basilicarum et Ecclesiarum, videlicet Petri et Pauli, Joannis Lateranensis et S. Mariæ Majoris aliquas Ecclesias in partibus per Confessorem electum deputandas certis vicibus tenerentur visitare. Hæc ex Willelmo Thorn ann. 1390. qui addit eo anno a Bonifacio concessam præfatam indulgentiam Conventui S. Augustini in Anglia : ut Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 86. Coloniensi, Magdeburgensi, et aliis in Germania civitatibus. Atque inde fluxit, qui hodie obtinet, mos Jubilæi indulgentias in regnis et provinciis indicendi.

Demum, ut quæque ætas particeps beneficii istius feret, Sixtus IV. Jubilæum ad vicesimum quintum annum contraxit, primamque ejusdem egit celebritatem ann. Dom. 1475. Vide eundem Gobelinum cap. 81. pag. 268. cap. 84. pag. 273.

† **JUBILÆUM** annum S. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi et Martyris, Monachos S. Trinitatis solenni ritu celebrasse, auctor est Willelm. Thorn : Anno Dom. 1320. et anno S. Thomæ Martyris tunc Jubilæo, dominus Radulphus Abbas per seniores Eccl. S. Trinitatis effective requisitus, Missam et cætera so-

*lemnia inter ipsos in magno honore celebravit. Eadem solennitas celebrata anno 1370. populo pro indulgentia quasi infinite congregato. Unde constat, annum istum Jubilæum S. Thomæ quovis anno quinquagesimo occurrisset, eidemque festivitati indultas a summo Pontifice indulgentias: nam S. Thomas martyrio vitam finivit ann. 1170.*

Tradit præterea Spelmannus, Edwardum II. Regem Angliæ sui ipsius annum genethliacum quinquagesimum Jubilæi more celebrasse anno 1362. natus quippe in festo S. Bricii Idibus Novemb. ann. 1312. hoc enim anno ritu solenni Curiam suam plenariam tenuit, reos de carceribus eduxit, criminum indulgentiam præterea reis Majestatis concessit, leges regno salutare tribuit, privilegia denique multa indulsit, quæ quidem hausit a Thoma Walsinghamo.

JUBILÆUS, Possessio, seu præscriptio 50. annorum. Canones Hibern. lib. 41. cap. 7: *Ager inquiratur in scriptione duarum Ecclesiarum; si in scriptione non inventiatur, requiratur a senioribus et propinquis, quantum temporis fuit cum altera; et si sub Jubilæo certo mansit, sine vituperatione maneat in æternum. Lib. 35. cap. 7: Quidquid per 50. annos remanserit, hoc est, annum Jubilæum, etc. Cap. 8: Observandæ sunt leges Jubilæi, id est anni quinquagesimi, ut non adferantur incerta tempore veterato, etc.*

JUBILÆUS, Homo grandævus, centenarius. Flooardus lib. 1. Hist. Remensis cap. 17: *Quid ille Jubilæus, (ita virum sanctum propter ætatis prolixitatem vocitantes) facere vellet, etc.*

† JUBILARIUS, Qui quinquaginta annos in eod. statu perseveravit. Instrum. ann. 1182. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 889: *Dominus Thomas... hujus insignis Collegii decanus et trium Cathedralium ecclesiarum quinquagenarius Canonicus et Jubilarius (ut vocant) monumentum hoc... posuit. Necrologium Fratrum Prædic. in Retza apud Raim. Duellium Miscell. lib. 2. pag. 173: IV. Kalend. Novemb. O. R. P. frater Michael de Anaso Prior hujus Conventus et Jubilarius. Adde Constitutiones Dominicanorum Vincentii Mariæ part. 1. col. 343.*

\* JUBILÆI celebratio sollemnis est, maxime apud Religiosos viros, qui ad quinquagesimum professionis suæ annum perveniunt; quo ritu celebretur apud Carmelitas, docent eorumdem Constitutiones MSS. part. 5. rubr. 7. quas hic exscribere, cum non sint omnibus obvix, nostri esse instituti visum est: *Die qua debet facere Jubilæum, prædictus frater bono mane celebrabit Missam cum summa devotionis intentione, qua celebrata revertatur ad cellulam suam in oratione persistens, quousque per priorem suum fuerit vocatus. Dicta autem Tertia in conventu, prior habens stolam in collo suo cum omnibus fratribus processionaliter, cruce cum cerosferariis præcedentibus, mediocri voce psalmodiando cantabunt Psalmum: Ad Dominum cum tribularer, et sic de aliis Psalmis sequentibus, donec pervenerint ad cellam dicti fratris, et remanentibus fratribus extra cellam processionaliter ordinatis, solus prior cum uno alio fratre principali inter omnes fratres qui erunt ibi, intrabit ad dictum fratrem, et per manum illum ducens usque ad conspectum fratrum et ante ostium dictæ cellæ persistens dicitur prior, incipiat cantando Ant. Hic vir despicens mundum, quam cantando fratres processiona-*

*liter vadant ad capitulum vel refectorium, ... et Ant. præcantata psalmodiabant Psal. Jubilate Deo omnis terra, et postea dictam Ant. repetent. Debet autem dictus frater, qui facit Jubilæum cereum non accensum portare in manu sua, et ire inter dictum priorem et principalem fratrem, sicut per ipsos duos extrahatur de cella. Deinde intrabunt capitulum, cujus capituli scampna sint cooperta tappetis, et in medio sit scampnum tappeto coopertum, ante quod dictus frater, qui facit Jubilæum, debet stare flexis genibus, cum dicto cereo non accenso in manu sua. Prior autem prædebit, aliis fratribus in locis suis devote astantibus, cum secularibus interesse volentibus. Tunc prior dicat, Kyrie eleison, etc. Deinde vocetur frater per priorem ad sedendum juxta seipsum, et postea fiat collatio in Latino vel vulgari. Qua facta surgat frater, qui facit Jubilæum, et revertatur ad primum locum ante scampnum, quod est in medio capituli, tenens cereum in manu et flexis genibus sit attentus ad respondendum priori. Tunc prior dicat ei, frater quid petis? respondeat ipse, Misericordiam Dei et gratias ordinis. Tunc dicat prior, Quoniam in nostro ordine per 50. annos bene et honeste, cum omni obedientia, castitate et paupertate et aliis observantiis regularibus sine reprehensione, secundum tuam possibilitatem, domino adjuvante, vixisti, et etiam cum Apostolo bonum certamen certasti, fidem Deo et ordini servasti et cursum tuum quasi usque ad ultimos dies vitæ tuæ laudabiliter consummasti; ideo nos in hac die, quam tibi diem et annum jubilæum statuisti, more antiquorum patrum, libertates nostri ordinis et gratias, sicut olim in Lege promittebantur, volente ac jubente Domino, et dabantur, Levitici xxv. quas petis humiliter et inquiris, tibi, quantum possumus, concedimus et optamus, Deum suppliciter deprecantes, ut ipse Deus et Dominus noster Ihesus Christus desideratam et promissam tibi reddat pro mercede coronam, quam fidelibus suis redditurus est in illa die justus iudex, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat, Amen. His completis accedatur cereus, et frater incipiat cantando devotius quod poterit. Regnum mundi, quod cantando fratres vadant processionaliter per claustra, taliter quod in fine ipsius responsorii perveniatur ad exteriorem portam ecclesiæ conventus, et tunc intrando ecclesiam cantores incipiant alta voce ymnus, Te Deum laudamus, et cantando intrabunt ecclesiam et ibunt ad stallos suos. Prior vero accedat ad medium altaris, et frater qui facit Jubilæum prosternat se ante altare super tapetum ad hoc præparatum. Tunc prior cum fratribus dicat, Kyrie eleison, etc. sequuntur orationes. Tunc aspergatur aqua benedicta dicens, In nomine, etc. Et osculato altari statim incipiat Missa solemniter, et ponat se frater genibus flexis in gradu diaconi in parte sinistra altaris ibidem manens usque in finem Missæ; et tunc dimisso cereo prædicto super altare, associatus fratribus redeat ad cellam suam; et de cetero fruatur gratiis et libertatibus talibus fratribus antiquis dari consuetis... Jubilei validi et potentes ambulare, habeant visitare chororum Horis diurnis et Missas privatas celebrare ad ordinationem prioris ad minus ter in ebdomada, sub pœna privationis libertatum. Item ordinamus quod Jubilei habeant locum super lectores vacantes, nisi merita eorum nimium excederent propter prædicationis famam.*

† JUBILARUS, Clarus, illustris. Miracula S. Vincentii Madelgarri tom. 3. Julii pag. 679: *Vir quidam Sonegias inhabitabat, quem paupertas quidem obscurum, sed dignitas famulatus S. Vincentii Jubilarum reddebat.*

\* JUBILATUS, [Idem ac jubilatio, et jubilum. Gloss. Philox.]

† JUBILEUM, Licentia, ut vocant, Sorbonica, seu biennium quo Baccalauræi tenentur disputationibus theologicis interesse, ut doctoris gradum possint consequi. Charta Joannis Abb. Cisterc. ann. 1456. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 185: *Quod vero attinet ad Sorbonicam responsonem, volumus ut Bacchalaurei qui in primo Jubileo responderunt de Tentativa, iidem in primo anno; et qui in secundo Jubileo, iidem in secundo anno de Actu Sorbonico suo ordine respondeant.*

JUBILUS, Ugutloni, Argutus sonus, unde jubilare, cantare, quadam voce confusa præ gaudio ecclitare et lætari. S. Hilarius in Psal. 65: *Jubilum, pastoralis agrestisque vocis sonum nuncupamus. Calpurnius Eccl. 7:*

*Et tua mœrentes expectant Jubila tauri.*

[Silius Ital. lib. 14.

*Et lætis scopulis auditv Jubila Cyclops.]*

Vide S. Petrum Chrysologum Sermone 46.

Jubilum militare vocabulum fuisse probat Carolus de Aquino ex hoc Ammiani loco lib. 22: *Accessere flagitia disciplina castrensis, cum miles cantilinas meditaratur pro Jubilo molliores. Ex quibus merito conficit Vir eruditus Jubilum fuisse genus clamoris vel acclamationis militaris, ut probabilissimum est, ad lætitiarum testificandam.*

Proprie autem sequioris ætatis Latini Scriptores Jubilum appellarunt, quod alii Neumam; productionem cantus in finali litera antiphonæ, seu cujusvis cantus Ecclesiastici. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 14: *Unde quidam longam neumam cum organo jubulant, quæ Jubilum vocatur. Cap. 88: Gregorius PP. in festivis diebus neumam, quæ Jubilum dicitur, jubulare statuit. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis. cap. 1: Dicent Amen, et finietur sine Jubilo. Arnoldus Abb. Bonæ-Vallis de Operib. sex dier. : Nihil tamen triste, nihil lugubre erat: ubi non varietas concinentium dissonantiam efficiebat: sed sive per arctas, sive per amplas faucium fistulas circumflexiones Jubilorum impellerentur, ascensionibus et descensionibus vocum, convenientibus in unum differentiis, ad unius puncti revertebant harmoniam. Ratpertus Monachus de Casibus S. Galli cap. 4. et Eckearthus Minimus de Vita Notkeri Balbuli cap. 9: *Frigidore autem et Occidentanæ, quas sic nominabant, Jubilos illis animatus etiam ipse de suo excogitavit. Idem Eckearthus cap. 16: Eandem disciplinam angelicam Deus dedit viro sancto per Spiritum sanctum suum, et sociis suis docere Ecclesiam in Jubilis sequentiarum agendam. Ideo, ut reor, ut per intuitum angelicarum disciplinarum oriator hominibus mentis devotio, et dilatato corde mens seipsam transcendat et spiritalior fiat. Ubi ad marginem hæc notari observat Goldastus: Jubilus, id est, neumam, quem quidam in organo jubulant, plausum victorum lætantium commendat. Jubilum pro organo usurpat Rollandinus in Summa Notariæ cap. 6: *Eundem in sedem Pastorem et Abbatem cordis et Jubilo posuerunt. Vide Pneuma.***

† **JUBON**, vox Hispanica. Vide *Jubeus*.  
 † **JUCATA**, Modus agri, idem qui *Jucatus*, apud Mabill. in Museo Ital. pag. 177: *Apud Mediolanenses sex pedes trabuccum efficiunt, duo trabucci Jucatum, quæ in se multiplicata tabulam constituent, et viginti quatuor tabulæ perticam componunt.* Vide supra *Jornata* 2.

† **JUCTUS**, etc. Modus agri. Notæ Tyronis: *Iliner, jugerum, aripennis, Juctus.* Polyptychus Floriacensis: *Habet ibi de vinea indominicata Juctos, id est, aripennos, 100. Infra: De terra arabili indominicata ad modios 240. unius sationis, de prato Juctos 60. de silva plus minus barnarios 100. etc.* Tabularium S. Maxentii Pictav.: *Et est plus minus de vinea inter duo loca Juctus sex, sive quantumcunque ad ipsum alodem perspicit, etc.* Tabular. S. Cypriani Pictav.: *Concesserunt Monachis S. Cypriani, complantum suum, duos Juctos de vinea in terra S. Severini, etc.* Formula Andegav. 4: *Et ita vendedi ad venerabile fratri illa vineola plus minus Juctus tantus, et residit in terraturium Sancti illius, etc.* Occurrit præterea in Form. 22. et 53. occurrit non semel in Tabul. S. Eparchii Inculism. fol. 49. etc.

† **JUNCTUS**, interdum scribitur, ut in Pancharta nigra S. Martini Turonensis, ann. 892: *Ad quam adspiciunt aripennes vineæ 4. et quarta una terræ arabilis, et Juncti 4. de prato, cum corte dominica ac vineis, etc.* Et in Charta Willelmi Ducis Aquitan. ex Tabulario Angeriac.: *In castro Metulo 4. massos de terra arabile, et 6. Junctos de vineis, et 1. parcum, et 2. carrucas, et blatum, qui est in terra.* [Vetus Charta apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 361: *Est medius Junctus inter terra arabile et marisco, etc.* Alia Willelmi Comitis Pictav. pro Monasterio Ebroicensi: *Dono eis... unum Junctum de vinea, necnon et quatuor Junctos de prato.*] Neque aliud videtur

† **JUCHUS**, in Charta S. Galli apud Vadianum lib. 2. de Monasteriis Germaniæ pag. 83: *De medio, quod habuit territorio... Juchos 4. ad reconciliationem nobis dedit.* Alia ibidem 62: *Juchos ad nos recepimus.* Alia apud eundem pag. 84: *Et dedit ei 8. Juchos in Durgoven.* [Adde Formulas 47. et 48. apud Baluzium tom. 2. Capitul. col. 588. et 589.]

† **JOCHUS**, in Charta 42. inter Alamanicas Goldasti: *Et pro istas res proseruire volo annis singulis, hoc est 30. seylas cervisiæ... et arare duos Jochos in anno, et recolligere, et intus ducere.* Charta 41: *Unum Juchum de vinea.* Vide Chartas 8. 16. 17. 19. 25. 26. Atque hæ voces videntur ductæ a jugo boum, ut *Junctus* et *Juctus*, idem fuerit quod *Bovata*, id est, tantæ terræ, quantum par boum arare potest.

† **JUCULATOR**, [Galliçè *Jongleur*: « Si pecunia mutuata fuerit *Juculatori*, creditor contra accipientem et contra fidejussorem non habeat ullam actionem. (A. N. s. 208. n. 88. Libert. S. Antonini Ruthen. circ. 1144.) »]

† **JUCUNDA**, ut supra *Jocalia*, Gall. *Joiaux*. [« Vel potius Fructus saccharo conditi aut pastilli saccharati, Gall. *Confitures, Dragées, Douceurs*. Vide *Dulcia*.] Formula vetus apud Eccardum ad calcem Pactus Legis Salicæ pag. 245: *In vestram Jucunda et pigmenta ac medicamenta, quæ vobis congrua puto, vestræ dilectioni dirigere curabo.*

† **JUCUNDARI**, pro *Oblectari*, habent non semel vetus Biblior. Interpres, S. Au-

gustinus lib. 17. de Civit. Dei, Lactantius lib. 4. cap. 6. etc.

† **JUCUNDILLA**, [Diminut. *jucundæ*. *Inscript.* apud *Grut.* 704. 8. *Vettia Jucundilla.*]

† **JUCUNDINUS**, [Diminut. *jucundi*. *Inscript.* apud *Grut.* 1153. 6. C. *Abienus Jucundinus.*]

† **JUDÆA**, **JUDÆARIA**. Vide in *Judæi*.

† **JUDÆÆ CARNES**. Statuta Massil. lib. 2. cap. 33: *Constitutimus ut nullus macellarius vendat in Massilia scienter carnes hircinas vel caprinas, aut carnes Judæas, vel carnes de moria, nec carnes leprosas, etc.* Carnes porcinas aut suffocatas intelligo, quæ *Judææ* dictæ fuerint quasi ironice, quod iis vesci *Judæis* non liceret.

† Id est, Carnes animalium a *Judæis* interfectorum, ut manifestum fit ex Stat. Arelat. MSS. art. 42: *Et idem statuimus in eo qui vendidit Christianis carnes interfectas vel macellatas a Judæis.*

† **JUDÆI**, ideo a Principibus Christianis tolerabantur, quod rei fœnerariæ operam darent, et publicorum vectigalium essent conductores, eoque ipso iis essent utcumque utiles. Rabanus Maurus lib. contra *Judæos* cap. 42: *Quod quidam ipsorum qui in nonnullis civitatibus, illicitè constituuntur, soleant in remotioribus locis Christianos pauperes et ignaros pro eodem teloneo acriter constringere, deinde, ut Christum regent, persuadere.* [Horum in Francia domicilium primum omnium Philippus Augustus Edictis confirmavit; legesque, quibus uterentur, sancivit.] Atque ii ut et eorum bona, olim *Baronum* fuere, in quorum dominiis habitabant. Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 127: *Les meubles aus Juifs sont au Baron.* Bracton. lib. 5. tract. 4. cap. 6. § 6: *Judæus vero nihil proprium habere potest, quia quicquid acquirit, non sibi acquirit, sed Regi: quia non vivunt sibi ipsis, sed aliis, et sic aliis acquirunt, et non sibi ipsis.* Curia Generalis Barcinonensis ann. 1233. sub Petro 11. Rege Arag.: *Item de Judæis et Saracenis, de quibus extitit petitio, quod deberent esse illorum, in quorum castris seu villis habitarent, seu morarentur, volumus super hoc de cætero observari, quod in loco quolibet eorum est antiquitus observatum, salvo privilegio et pactis specialibus cuiuscunque.* Adde *Math.* Paris pag. 521. Ita porro *Baronum* erant, ut iis inconsultis ab illorum dominiis recedere, ut et aliis *Baronibus* eos recipere non liceret. Statutum S. Ludovici ann. 1230. de *Judæis* tom. 5. *Hist. Franc.* pag. 421: *Nec aliquis in toto regno nostro poterit retinere Judæum alterius domini, et ubicunque aliquis invenerit Judæum suum, ipsum licite capere poterit, tanquam proprium servum suum, quamcunque moram fecerit Judæus sub alterius dominio, vel in alio regno.* Inter *Aresta Pentecost.* ann. 1288. in *Regesto B.* fol. 79: *Dictum est, quod Judæi in terris Baronum, qui habent altam Justitiam, non possunt remanere contra voluntatem ipsorum Baronum. Dictum etiam fuit, quod Prælati aut eorum Officiales non possunt pœnas pecuniarias Judæis infligere, nec exigere per Ecclesiasticam censuram; sed solummodo pœnam a Canone statutam, scilicet communionem fidelium sibi subtrahere.* Quippe servis accensebantur.

† *Fridericus II. Imp.* in Charta ann. 1237. pro *Viennensibus* apud *Lambeium* lib. 2. de *Bibl. Cæsar.* pag. 80: *Cum imperialis auctoritas a priscis temporibus ad perpetuam Judaici sceleris ultionem eisdem*

*Judæis perpetuam indixerit servitutem.* [« Vide *Murator.* *Antiq. Ital. med. ævi* tom. 1. col. 895. sqq. tom. 2. col. 883. *Haltaus.* *Glossar.* *Germ.* col. 1042. sqq. voce *Juden*, col. 975. voce *Hund.*]

† Verum hæc *Judæorum* dura conditio in usu esse cœpit sub finem XII. seculi, si fides D. *Brussel* de *Usu feud.* tom. 1. pag. 570. ubi eruditissimum virum D. *Cangium* haud satis opportune castigat quasi in distinguendis temporibus minus diligentem; nullibi tamen, mea quidem sententia, accuratior, atque scrupulosior. *Judæos* quippe et eorum bona olim *Baronum* in quorum dominiis habitabant fuisse, eo scilicet tempore, nimirum sub S. *Ludovico*, quo id viguisse certum est, docet et pro suo more probat D. *Cangius*; an vero prius aliter res se haberit, tacet, haud ignarus forte censuram mereri quisquis idem de ætate *Philippi Augusti* affirmaret aut negaret; neque enim ita certum est id non obtinuisse sub *Philippo Augusto*, uti colligere est ex laudati a D. *Brussel* Militis exemplo qui ann. 1214. omnia bona sua atque suos *Judæos Trencensi Comitissæ* vendidit: nihil quippe magis proprium, quam id quod quis vendere potest.

† Eo igitur servitutis nomine ab iis, ut a cæteris obnoxiiæ conditionis subditis graves talliæ, seu præstationes interdum exigebantur a dominis: quæ quidem ordinariis prædiorum redditibus accensebantur. *Regestum Constabulariæ Burdegal.* fol. 32: *Finis Judæorum pro mora eorum in Ducatu per annum.* Ut enim in terris *Baronum* moram et mansionem faciendi haberent facultatem, quasvis, etiam libertati contrarias, admittebant conditiones. Unde si quando *Principum* et *Baronum* exhausti essent fisci, hos ii expulsuros se minabantur, qui mox immensas pecuniarum summas fisco exsolventes, quasi beneficio restitutionis in integrum restituebantur, ut verbis utar *Radulphi de Dico* ann. 1180. cui adjungendi *Gervasius Dorobernensis* ann. 1168. *Mathæus Paris* ann. 1244. 1250. 1252. 1255. pag. 495. 521. 556. 606. Sed in proventibus, qui ex *Judæis* capiebantur a *Dominis* feudalibus, is erat, ut si aliquis a secta *Judaica* vellet recedere, spiritu illuminatus divino, ac limitibus erroris derelictis, fidei orthodoxæ sacrigue baptismatis reciperet sacramenta, bonis, quæ præhabebat nudaretur omnino, et sic suis viduatus rebus, efficeretur et remaneret pauper et inops: unde accidebat, quod tales, qui antea se locupletes cernebant, egeni, et quidam ex eis vitam quasi quærerent mendicantium, et in pristina devia relaberentur ad vomitum, damnabiliter remeando in suarum, proh dolor! animarum perniciem. Quam quidem consuetudinem, sive usum, qui in regno *Franciæ* et plerisque aliis mundi climatibus diutius inoleverat, seu aliter a priscis dicebatur temporibus hactenus observatus, abrogavit *Carolus VI. Rex Franciæ*, Statuto 25. April. ann. 1363. quod descriptum legitur in libro *rubeo Castelleti Parisiensis*. Hanc etiam abrogavit *Jacobus II. Rex Aragoniæ*: Ita quod si *Judæus*, vel *Judæa*, se baptizaverunt, et redierint ad fidem Christianam, quod eo quod ipsi habent renuntiare eorum bonis, quia ipsa habent de usuris et turpi lucro, et ita gravius vel durius ad fidem Catholicam veniunt, quod nos, quantum in nobis et posse nostro et auctoritate nostra regali et in successoribus nostris est, et etiam Curia pro toto generali terræ dimittimus ei ipsam et suis in

perpetuum. Exstat Statutum aliud ejusdem Regis, quo in omnibus dominiis suis statuit, quod quicumque Judæus vel Saracenus Spiritus S. gratia fidem voluerit recipere orthodoxam, et baptismi lavacrum salutaris, libere et absque ullius contradictione possit hoc facere, non obstante prædecessorum suorum vel alicujus statuto, vel prohibitione, vel etiam super hac obtenta consuetudine, ita quod propter hoc nihil de bonis suis mobilibus et immobilibus ac se moventibus, quæ prius habebat amittat, imo universa secure ac libere teneat et possideat, etc.

Prostat itidem in Regesto Parlamenti dicto Olim, fol. 130. Statutum Caroli VI. receptam in Francia consuetudinem abrogans, qua Judæi Christianam amplectentis religionem, bona fisco adjudicabantur. Quod longe ante sanxerat Concilium Lateranense sub Innocentio III. ubi hæc habentur: *Qui Deo inspirante ad fidem se converterint Christianam, a possessionibus nullatenus excludantur, etc.*

Cum igitur obnoxia conditionis essent, erant etiam in commercio, adeo ut transferri, et concedi possent. Charta Friderici II. Imp. ann. 1210. apud Ruchum Pirrum tom. 1. pag. 143: *Concedimus omnes Judæos civitatis nostræ Panormitanæ, tam illos, qui in ipsa civitate morantur, quam et alios, quos de cætero in ipsa civitate contigit habitare, ut de cætero homines vestri sint, et Ecclesiæ Panorm. et vobis et Ecclesiæ subditi in omnibus existentes.* Apud Matth. Paris. ann. 1255. pag. 606. Henricus II. Rex Angliæ vendidit Judæos per aliquot annos Comiti Ricardo fratri suo, ut, quos Rex excoriaverat, Comes evisceraret. Adde Ditmarum lib. 3. pag. 27. lib. 6. pag. 64.

\* Pignori assignantur a Ludov. Rom. march. Brandenburg. in Ch. ann. 1353. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 545: *Dimisimus et obligamus et libere dimittimus per præsentis discretis viris consulis civitatis nostræ Moncheberg... omnes et singulos Judæos, fideles cameræ nostræ servos, apud ipsos in dicta civitate manentes et ibidem imposterum venientes, in satisfactionem et recompensam triginta marcarum argenti Bandenburgici.*

Licet porro Judæi Baronum essent proprii, erant tamen quodammodo juris regii, et sub eorum tutela et defensione, ita ut quilibet eorum alicui diviti, se non posset subdere sine Regis licentia, ut est in Legibus Edwardi Confessoris cap. 29. et apud Guillelmum Carnot. de Vita et Miracul. S. Ludovici. Fridericus II. Imp. apud Petrum de Vineis cap. 12: *Et quod omnes et singuli degentes ubique per terras, nostræ jurisdictioni subjectas, Christianæ legis et Imperii prærogativa, qua dominamur et vivimus, servi sunt nostræ Cameræ speciales.* In Charta ejusdem Friderici II. Imp. pro Ecclesia Arelatensi apud Guesnain in Annalib. Massiliensib. pag. 350. *Judæi inter regalia, quæ eidem Ecclesiæ concedit, recensentur.* Hinc vetus scriptum apud eundem pag. 374. de Ecclesia Arelatensi: *Judæos omnes proprios servos habebat.* Adde pag. 364. [\*] Vide Haultaus. Glosar. German. voce *Kammerknechte*, col. 1059. sqq. Eichhorn. Histor. Jur. German. § 297. Guill. Neubrigensis lib. 4. cap. 11: *Fisco competit quicquid Judæi, quos feneratorum constat esse regios, in bonis habere videntur.* Plura de Judæorum obnoxia conditione conguessimus

in Notis ad Statuta S. Ludovici pag. 184. 185.

¶ Haud feliciori conatu rursus Cangium nostrum in partes hic revocat D. Brussel; neque enim absolute scribit D. Cangius Judæos ad Regem pertinuisse, sed eos quodammodo fuisse juris regii; quod, ut arbitrator, non ibit inficias D. Brussel, cum ipse pluribus probet eos sub tutela et protectione Regis exstistisse. [\* Quod ita certum videtur, ut prædia a Judæis acquisita regi adjudicarentur. Scacar. S. Mich. apud Cadomum ann. 1234: *Accordatum est quod si Motellus Judæus per recordationem assisæ probaverit, quod miles quidam venderit ei terram suam, terra illa regi, loco Judæi, remanebit.*]

\* Judæos in terris suis habere et recipere, supremi domini privilegium erat, quod a principe concedebatur. Charta Frider. I. imper. ann. 1156. inter Probat. jur. domus elector. Bavar. ad regn. Hung. et Bohem. pag. 5: *Et potest (dux Austriæ) in terris suis omnibus tenere Judæos et usurarios publicos.* Charta Phil. Pulc. ann. 1300. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 45: *Voulons et otrotons qu'il (Thiebaus de Lohereine sire de Rumillei) puisse avoir et tenir Lombars et Juis à Nuef-Chastel, si comme il et siu devancier les y ont acoustumé à tenir.*

Judæi judices suos peculiare habebant, suasque Curias, in quibus eorum dirimebantur controversiæ. Scribit Matth. Paris ann. 1224. pag. 493. *statuiste Regem Angliæ, ut unus ad minus Justitiarius Judæorum deputaretur.* Meminit idem Scriptor ann. 1251. Philippi Luvel Clerici custodiæ Judæorum addicti: et ann. 1252. Militis cujusdam literati Roberti de Latto, cui Rex idem commiserat tutelam Judæorum et sigilli sui, quod ad Scacarium pertinebat eorumdem, pag. 573. [Philippus V. Rex Franc. Edicto ann. 1317. tom. 1. Ordin. Reg. pag. 646. statuit: *Que nuls Juifs ne soient contrainsts à répondre fors pardevant leurs Baillifs, ou pardevant ceuz que li Baillifs y mettront pour eux.* Joannes Francorum Regis filius et Comes Pictav. Robertum de Ultra aquam instituit Judicem et Gardiatorem Judæorum, in Litteris ann. 1259. tom. 3. Ordin. pag. 352. et seq. quàm dignitatem Ludovici Stampensi Comiti concessit Rex ipse ann. 1360. ibid. pag. 471. et seq. deinde pag. 474. *Judæos eximit ab omnibus Justiciariis, Judicibus nostris et aliis quibuscumque Commissariis, preterquam, inquit, a Nobis deputandis, Nobis vel Gardiano ipsorum vel aliis eisdem per Nos deputandis, de et super causis quibuscumque et casibus ipsos tangentibus cognitionem et decisionem ipsorumque punitionem in casibus de quibus puniitio ad Nos spectare debet, tenore presencium penitus reservantes, etc.*] Ita Balsamon in Nomocanone tradit, Judæos CPolitanos *σπαργόν τοῦ στανού* habuisse pro judice, donec Manuel Comnenus illos ordinariis subjecit.

¶ Suum etiam habuere proprium sigillum, haud dubie quod lege ipsis prohibitum est figuris quibusque vel pictis uti. Stabilimentum Judæorum Philippi Augusti tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 45. *Duo quidem de probioribus viris cujuslibet villæ, custodient sigillum Judæorum, alter videlicet sigillum, et reliquas ruttam.* Leg. f. et alter rotam. Quod sigillum ipsis postea abstulit Ludovicus VIII. ann. 1223. ibid. pag. 48: *Judæi de cætero sigilla non habebunt ad sigillandum debita sua.*

\* Hoc est, ut rectius dicam, sigillum a rege assignatum, quo signabantur contractus cum Judæis initi. Stabilim. Phil. Aug. hic laudatum sic emenda ex Chartul. Campan. in Cam. Comput. Paris. *Alter videlicet sigillum et alter bullam.*

\* Aresto ann. 1374. 3. Febr. in vol. 6. arestor. parlam. Paris. inhibetur Judæis ne quasdam sententias excommunicationis inter se ferant: *Nostra curia inhibet expresse... Judæis omnibus... ne ipsi de cetero in regno nostro Francia, utantur dictis sententiis seu pronuntiationibus de niduy, samathia et de herem inter eos.* Vide in his vocibus.

Iis præterea cœmeteria extra muros civitatum habere concessum ab Henrico II. Rege Angliæ, scribit Rogerus Hovedenus et Brompton ann. 1177: *Eodem anno Dominus Rex pater dedit licentiam Judæis terræ suæ habendi cœmeterium in unaquaque civitate Angliæ extra muros civitatum,.... prius enim omnes Iudæi mortui Londonias ferebantur sepeliendi.* Ita Judæi CPolitani sepulturas suas *ἐν τῇ πατρίᾳ*, habuere, ut auctor est Nicetas in Andronico lib. 1. n. 6.

¶ Præter cœmeteria etiam Synagogas in Francia ipsis concessas constat ex Literis S. Ludovici quibus, Judæis ann. 1249. expulsis licentiam facit revertendi in Franciam, atque synagogas et cœmeteria illis restitui jubet: *Volentes tamen, ut veteres Synagogas cum hiis sane quibus uti non possunt commode Synagogis, reddant Judæis ipsis necnon et cimeteria eorumdem.* Quamquam vero ipsis Synagogæ permitterentur, prohibitum tamen erat ne in iis altis vocibus cantarent; hinc ann. 1288. emenda 300. solid. mulctatos reperimus in Computo ejusdem anni apud D. Brussel de Usu feud. tom. 1. pag. 608: *De emenda Judæorum, pro eo quod nimis alte cantaverunt in lib. Parisienses.* Fuere etiam ipsis possessiones, prædia et aliæ res immobiles, a quibus acquirendis prius prohibiti fuerant. Edictum Ludovici X. Reg. Franc. ann. 1315. tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 597: *Les deux preudeshommes dessus dit, connoistront par eux, ou par autres des heritages desdits Juifs, vendus mains de la moitié de droit pris, et feront droit sus la deception.* Aliud Philippi V. Reg. Franc. ann. 1317. ibid. pag. 646: *Que les maisons qu'ils tiennent ores, ou tendront, leur demeurent en tele maniere qu'ils ne puissent nulles louer à Chrestiens.* Constantior fuit usus quoad feuda nobilia; nusquam enim, quod sciam, ut ea possiderent, ipsis concessum est.

¶ Sed nec quaslibet res in pignus seu vadium accipere Judæis licitum fuit. Edictum Philippi Augusti ann. 1218. tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 36: *Item nullus Judæus accipiet in vadium ornamentum Ecclesiæ, aut vestimentum sanguinolentum, aut madidum, aut ferrum carrucæ, aut animalia carrucæ, aut bladum non ventilatum.* Aliud Ludovici X. Reg. Franc. ibid. pag. 597: *Item. Il ne porront prester sus vessel, ou aournement d'Eglise, ne sus gage sanglant, ne sus gage moillié freschement, ne les recevoir en quelque maniere que ce soit.*

Judæis, ut qualitate habitus a Christianis distinguerentur, indictum in Concil. Lateran. ann. 1215. cap. 68. Inde cautum postmodum, ut in vestibus rotæ vel circuli signum deferrent. Chronicon Rothomagense ann. 1215: *Romæ generale Concilium a Papa Innocentio cele-*



bratur... *Judæis indicit Signum Circulare in pectoribus bajulare, ut inter ipsos et Christianos discretio, seu divisio vestium haberetur.* Statuta Raimundi Comitibus Tolosæ et Legati PP. contra Hæreticos, apud Catellum in Hist. Tolos. pag. 352: *Ad hoc ut Judæi a Christianis possint discerni statuimus, et districte præcipimus, ut in medio pectoris portent Signum Rotæ, cujus circulus sit latitudinis unius digiti, altitudinis vero unius palmi dimidii de cana.* Idem statutum in Concilio Albiensi can. 19. Narbon. ann. 1237. can. 3. Biterrensi ann. 1246. can. 39. Albiensi ann. 1254. can. 65. 70. Arelat. ann. 1260. cap. 8. Ravennensi ann. 1331. cap. 23. alio Raven. ann. 1317. cap. 14. et Avenion. ann. 1326. cap. 57. Vide Statuta Synodalia Odonis Episc. Paris. § ult. Charta Alphonsi C. Pictavensis ann. 1269: *Quoniam volumus, quod Judæi a Christianis discerni valeant et cognosci, vobis mandamus, quatenus imponatis omnibus et singulis Judæis utriusque secus signa, videlicet unam Rotam de filtro, seu panno croceo in superiori veste consutum ante pectus, et retro ad eorundem cognitionem: cujus tota latitudo sit in circumferentia 4. digitorum; concavitas autem contineat unam palmam: et si quis Judæus postmodum sine prædicto signo in publico inventus fuerit, inventori vestis superior concedatur. Et nihilominus Judæis, qui sic inventus fuerit sine signo, puniatur usque ad valorem 10. lib. Turon. [Exstat tom. 1. Ordin. Reg. Franc. pag. 294. Edictum S. Ludovici ann. 1269. totidem conceptum verbis, excepto quod pro rotam de filtro, legitur rotam de feutro.] Philipp. III. Rex Franc. in Edicto dato die Mercurii ante festum S. Michaelis ann. 1271. parentis statutum decrevit observari, de signis seu Rotis croceis a Judæis deferendis, per quas possent a Christianis cognosci plenius et discerni. [Edictum Ludov. X. Reg. Fr. ann. 1315. tom. 1. Ordin. Reg. pag. 596: *Ils porteront le signal là où il l'avoient accoustumé à porter, et sera large d'un blanc tournois d'argent au plus, et sera d'autre couleur que la robe, pourtrait de fil, ou de soye grossemment, pour être mieux, et plus clerement apparent.*] Exstat in Regesto 8. Memorabilium Camerae Computor. Paris. fol. 54. Edictum aliud Joannis Regis dat. Remis 21. Octob. ann. 1363. quo idem statutum, hisce veraculis: *Une grand Rouelle bien notable de la grandeur du grand seel du Roy pectis de rouge et de blanc, et telle, que l'en puisse appercevoir ou vestement dessus, soit mantel ou autre habit en tel lieu, qu'ils ne la puissent musser, etc.* Adde Sammarthanos in Gallia Christ. in Episcopis Avenionensib. num. 59. Statuta Massiliensia MSS. lib. 5: *Statuimus quod omnes Judæi a 7. annis supra portent vel deferant Calotam croceam, vel, si noluerint, portent in pectore unam Rotam latam et magnam ad modum palmæ hominis, ita quod eam nullatenus cooperiant, et similiter omnes Judææ maritatae, undecumque sint, portent otales, (autelles, seu telles, i. tales) et si quis contra fecerit, solvat perinde pro qualibet vice pro pœna quinque sol. vel plus ad libitum Rectoris.* [Pro otales legendum orales, ut in Editis lib. 5. cap. 14. Vide Orale.] [Vide Haltaus. Glossar. German. col. 1053. vocibus *Juden-hut* et *Juden-kleidung.*]*

His addam ex quodam veteri libro locum, quem Pitto refert in Annal. Ecclesie Aq. p. 122: *Judæi Aquis commorantes cujuscumque conditionis, divites vel pauperes, nobiles, pauci vel plures, ab*

*hodierno die et deinceps annuatim in die Paschæ, persolvunt domino Petro (IV. Archiep. Aq. in nova Gall. Christ. prætermissis) et post eum successoribus suis duas libras optimi piperis pro censu an. 1143. et pro Rotulo, cymeterio et lampade. Similem profert locum idem Annalista pag. 160. ex Charta Rostagni Archiep. ann. 1283: *Judæi de Aquis pro oratorio cum Rotulo et lampade et cymeterio in festo S. Paschæ persolvant libras duas piperis subtilis. Judæi de Istro libras duas piperis grossi in festo S. Lucie, etc.* His in locis Rotulus non est Rota crocea, quanta quanta sit vocum affinitas, sed volumen quoddam, puta vel vetus Testamentum, vel Libellus precum, quo in Synagogis suis utebantur Judæi. Præter ipsam verborum prolatorum seriem, id satis indicat census pro rotulo solutus. Nusquam enim Judæi censum solvissent pro rota crocea, quæ totam gentem decorabat.*

In Anglia non rotam, sed pannum ad instar tabulæ detulisse, auctor est Matthæus Westmonaster. ann. 1275: *In quo (Parlamento Westmonaster.) statuta multa ad utilitatem regni fuerunt publicata, inter quæ Judæis fuit interdicta effrenata licentia usurandi. Et, ut possent a Christianis discerni, præcepit Rex, quod ad instar Tabularum ad unius palmæ longitudinem, signa ferrent in exterioribus indumentis. Id ipsum Statutum ante fuerat, ut colligitur ex Additam. ad Matth. Paris pag. 132. [Vide Præceptum Edwardi Regis Angl. ann. 1277. apud Rymer. tom. 2. pag. 73.]*

In Decretis Venetis pag. 68. Judæi tenentur deferre signum telæ zellæ (seu crocæ) in medio pectoris. Unde emendare licet Concilium Arelatense ann. 1234. can. 16: *Deferant extra domos in superiori veste in pectore Signum cellæ. Legendum enim videtur telæ zellæ. Synodus Exoniensis ann. 1287. can. 49: Præcipimus, ut Judæi utriusque secus super vestes exteriores duas Tabulas habeant alterius coloris ad pectus consutas, quarum latitudo digitorum duorum, et longitudo quatuor sit ad minus, ut sic per diversitatem habitus a Catholicis discernantur.* Vide Concil. Langesiense ann. 1279. can. 9. Avenionense ann. 1279. can. 6. Lugdunense ann. 1299. etc. In Concilio Viennensi Austriæ ann. 1267. can. 15. *Pileum cornutum* deferre jubentur.

Ab hac lege tamen interdum nonnulli eorum eximebantur. Charta Phil. Pulc. ann. 1292. ex Cod. reg. 4184. fol. 58. r.: *Cum Maneserius de Choriaco Judæus... ex parte nostra fuerit deputatus, una cum quibusdam aliis Judæis ad procurandum intus venire talliam Judæorum nostrorum, mandamus vobis quatenus dictum Maneserium et ejus infantes per districtus vestros absque exactione pedagii vel costumæ, et sine signo rotæ transire libere permittatis.* Alia ejusd. reg. ibid. fol. 61. v.: *Concessimus etiam dicto Bonamico Judæo quamdiu vixerit, quod signum rotæ, quod communiter portant nostri Judæi, non deferat, quodque Jacob ejusdem Boni-amici filius dictum signum rotæ non teneatur deferre, quamdiu nostræ placuerit voluntati.* Lit. Caroli V. ann. 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 498: *Qui sera trouvé sans enseigne, il paiera vint solz d'amende à nous pour chascune fois; exceptiez tant seulement Manessier de Vezou, sa femme et ses enfans, et Johannon son genre, maistre Mathias et sa mere et Abraham son filz.* Sed et ejusmodi signum, in locis tan-

tum ubi domicilium certum habebant, deferre tenebantur, ex iisd. Lit. ibid.: *Sens ce que il (les Juifs) soient tenus de porter ladite enseigne, se il ne leur plaist, jusques à tems que il seront retournez ou lieu de leur domicile tant seulement.* Quo signo apud Polonos distinguebantur Judæi, docent Leg. Polon. a Prilusio collecta pag. 367: *Statuimus... ut omnes et singuli ubique in regno nostro Judæi signa, hoc est, bireta aut capellos, seu alius capitis tegumentum coloris glauci, alias Zolte, ubilibet locorum deferant, viatoribus exceptis: per viam enim et itinera licebit illis signa hujusmodi deponere aut occultare.*

Quæ venum exponebantur, Judæis tangere, nisi ea emerent, prohibitum erat. Stat. Avenion. cap. 137. ex Cod. reg. 4639: *Statuimus quod Judæi vel meretrices non audeant tangere manu panem vel fructus qui exponuntur venales; quod si fecerint, tunc emere illud quod tetigerint teneantur.* Minus severe cum his actum est apud Polonos, ut discimus ex Statuto ann. 1264. inter Leg. Polon. a Prilusio collectas pag. 363: *Statuimus etiam ut Judæi vendant omnia libere et emant, panem tangant similiter ut Christiani.*

Judæos sputis conspurcabat populus, ut colligitur ex Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 299: *Icellui mareschal leur va dire... plusieurs injurieuses paroles en crachant au visage dudit Jehan la Barbe, lequel me de chaleur considérant son oultrage et que il n'estoit pas Juif, à qui on deust cracher au visage, etc.*

Obtinuit Tolosæ usus Judæis omnino odiosus, de quo in Vita S. Theodardi tom. 1. Maii pag. 142. col. 2: *Denique eo tempore Judæi prædictæ civitatis adierunt Carlomannum Francorum regem, ... et questi sunt injuriam sibi fieri ab episcopo jam dictæ civitatis, et ab omni clero illius et populo, in colaphizandum pariter et cædendo ter in anno unum ex advocatis eorum.* Et pag. 143. col. 2: *Judæus in die natalis Domini et passionis ejus et in die assumptionis S. Mariæ colaphizaretur ante fores illius ecclesie, ubi ejusdem episcopus civitatis juberet uno dumtaxat iclu virtuosi hominis.* Quod factum vix in dubium revocari potest, quanquam fabulosa sit illius origo. [Vide Constitut. Childebert. 1. ann. 551: *Judæis a cæna Domini usque in primum pascha per plateas aut forum quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur.* Quod denuo sanxit Rudolf. I. Imperat. in Curia Ratisponensi ann. 1281. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 426.]

Nec minus Judæis molesta erat et damnosa consuetudo, quæ Biterris in usu fuit usque ad annum 1159. quo a vicecomite Trencavello, ipsis immensas pecuniarum summas exsolventibus, sublata est. A vigilia scilicet Dominicæ Palmarum per quindecim continuos dies Biterrensis populus, episcopo ad id eum commovente, lapidibus Judæos eorumque domos obruere religioni ducebat. Vide Vaisset. tom. 2. Hist. Occit. et Miscel. Hist. et Lit. P. des Mollets tom. 11. part. 2. pag. 362. Æquiori animo Agobardus ita scribit lib. de Insol. Judæor. pag. 62. tom. 1. edit. Baluz.: *Hæc passi sumus a fautoribus Judæorum, non ob aliud, nisi quia prædicavimus Christianis, ut mancipia eis Christiana non venderent, ut ipsos Judæos Christianos vendere ad Hispanias non permitterent, nec mercenarios domesticos habere, ne feminæ Christianæ cum eis sabbatizarent,*

et ne diebus Dominicis operarentur, ne diebus Quadragesimæ cum eis pranderent, et mercenarii eorum iisdem diebus carnes manducarent, etc.

Quæ quidem eam potissimum ob causam statuta fuere, ne ullam Christiani cum Judæis societatem inirent; hinc etiam varia prodierunt interdicta, v. g. Ne Judæis mancipia traderentur Christiana, lib. 6. Capitul. cap. 119. et 423. Ne Judæi Christianam regerent familiam, ejusd. libri cap. 122. Ne Christiani emphyteosis vel conductionis titulo res Judæorum haberent, neve suas illis accommodarent, in Addit. 3. Capitular. cap. 90. Ne opera Judæorum uterentur ad medicinam vel chirurgiam, in Conciliis Avenion. ann. 1326. et 1337. ac tandem, ne nutrices Christianæ pueros Judæorum lactarent, in Statutis Ecclesiæ Biterr. ann. 1368. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 656. et Ecclesiæ Nemaus. ibid. col. 1064. quibus præponendus Innocentius III. PP. in Epist. ann. 1212. ad Episcopos Senon. et Paris. ubi causam explicat cur id potissimum nutricibus prohibeatur. Stabilimentum Philippi Augusti tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 41: *Sed bene volunt quod nutrices Judæorum excommunicentur.* Unde emendandus D. Brussel qui Tract. de Usu feud. tom. 1. pag. 583. hic legit, *meretrices*, pro *nutrices*, non errore typographico, reddidit enim Gallice: *qui se prostituoiunt aux Juifs.* Nec melius apud Acherium tom. 6. Spicileg. pag. 493. legitur *Mittentes* pro *Nutrices*.

Ita vero a Judæis abhorrebant non modo Ecclesiastici viri, sed et iudices laici ut Christianum, qui rem cum Judæa habuerat, igni continuo damnerent, cujus iudicii ridiculam hanc rationem reddit Johannes Gallus Quæst. 387: *Quia habere rem cum Judæa a Christiano est rem habere cum cane.*

JUDÆORUM JUDICIUM, Quo Christianis quodlibet cum Judæis commercium interdicatur. Bulla Innoc. PP. IV. in Chartul. Compend. fol. 35. v. col. 1: *Quidam vestrum (episcopos alloquitur) et vestrorum officiales cum in eos (monachos) non possitis excommunicationis et interdicti proferre sententias, eo quod super hoc . . . Apostolicæ aedis privilegiis sint muniti, et (in) eos, qui . . . alias eis communicant, sententias proferunt memoratas, et sic Apostolicorum privilegiorum non vim et potestatem, sed sola verba servantes, dicti monasterii . . . monachos excommunicant, dum alios eis communicare non sinunt; ex quo etiam illud evenit inconveniens, ut ipsi monachi, quantum ad hoc, judicentur iudicio Judæorum, et qui eis communicant in prædictis, majorem excommunicationem incurrant, quam etiam excommunicatis communicando fuerant incursum.*

JUDÆORUM SACRAMENTA. Charta Rodul. dom. de Gaucourt gubernat. Dalph. ann. 1445: *Davidi Levi (Judæo) medico. . . concedimus facultatem arte medicinæ utendi et ipsam practicandi libere et impugne per iudicaturas et terras baroniarum Vapincesi comitatus, . . . præstito per dictum Davidem juramento, videlicet, per Sema, Israel, Adonai, Eloemi, Adonai et Eal, etc. Codex reg. sign. 4671. fol. 49. r.º: Forma sacramenti fiendi per Judæos contra Christianos, dum ipsi Judæi tenent rotulum in collo Juras per quinque libros Legis et per nomen sanctum et gloriosum Heye Asset Heye Hue Heye: et per nomen honorificatum Hiya, Ylya, Yhia; et per nomen magnum et fortem tam admirabile, quod*

erat scriptum super frontem Aaron. Dic, Juro. Quod sacramentum super Legis rotulum in magnis duntaxat causis præstabant, ex Statutis ann. 1505. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 313: *Statuimus quod nullus Judæus juret super rotale ipsorum, nisi sit pro magnis causis, quæ se extendunt usque ad quinquaginta marcas argenti.* Quo ritu autem jurabant, docetur ibidem pag. 337: *Judæus debet converti contra solem seorsum, et stare nudipes super unam sedem, indutus pallio aut chlamide, et pileum judaicum debet in capite habere; et si lapsus fuerit ter, totidem amittit fertones; si quarto, manet reus in causa.* [\* Vide Haltaus. Glossar. German. col. 1052. voce *Juden-eid.*]

Singularis admodum et observatu dignissima est juramenti formula, quam refert Petrus Gassendus in Notitia Eccles. Diniensis pag. 152. ad quam Elzarius de Villa-nova Judæos esse adstrictos statuit circa ann. 1337: *Item statuimus quod si Judæus causam habet cum Christiano, vel e contra Christianum, vel etiam testimonium ferat contra Christianum, teneatur jurare sub hac forma: Juras tu per Deum Patrem Adonai? Respondet, juro. Juras tu per Deum Patrem omnipotentem Sabbatho? R. juro. Juras tu per Deum Elohi? R. juro. Juras tu per Deum qui Moysi apparuit in rubo? R. juro. Juras tu per decem nomina Dei? R. juro. Juras tu per totam istam Legem quam Deus docuit Moysen famulum suum? R. juro. Si tu culpabilis es de hac re, et Dei nomina et Legem ejus perjuras; mittat Deus super te turbam, et febrem quotidianam, tertiam et quartanam: et mittat Deus super te et oculos tuos angustiam animæ tuæ? R. Judæus, Amen. Lucrum tuum comedat inimici tui; et mittat Dominus super te iram suam, et deficiat ante inimicos tuos: habeant super te inimici tui potestatem et fugias nemine te sequente. R. Amen. Si perjuras Dei sacramenta frangat Deus vires tuas et potentiam tuam; et ponat Deus devastationem in domum tuam; et mittat Deus super te bestias feroces, et ponat Deus super te inimicos tuos. R. Amen. Adducat Deus super te gladium vindicare vindictam, et adducat pestilentiam super te, et tollat a te omnem substantiam panis, et comedas et non salieris. R. Amen. Item, si perjuras de hoc sacramento, comedas carnem filiorum tuorum, et destruat Deus cadaver tuum et super corpora infunium tuorum adducat mortalitatem pessimam. R. Amen. Donet Deus domum tuam in deserto, et destruat Deus sanctorum tuum, et deleat te de terra, et inimici habitent in domo tua, et stuprent tuam uorem, et dispergat te Deus super terram, et nemo respiciat te. R. Amen. Sectetur te gladius mortalitatis, et mittat Deus molestiam et timorem in corde tuo, ut fugias ad motum foliorum arborum ac si gladius insequeretur. R. Amen. Sis dispersus inter gentes, et mortaris in terra inimicorum tuorum, et sic te absorbeat terra, sicut absorbit Datam et Abiron, et etiam deglutiat. R. Amen. Et si tu de hoc sacramento perjures, declinet Deus cor tuum iniquum et pessimum et veniat super caput tuum omnia peccata tua et parentum tuorum, et omnes maledictiones quæ in volumine Legis Moysi et Prophetarum scriptæ sunt. R. Amen, amen, amen, fiat, fiat, fiat.*

I. JUDAICA, Census annuus a Judæis persolutus. Charta ann. 1230. ex Bibl. reg.: *Petebat siquidem episcopus (Biterrensis) . . . Judaicas, ut pote sibi censuales.*

In Privil. Alex. PP. III. ann. 1178. pro eccl. Biter. ex ead. Bibl.: *Consuetum et annum Judæorum censum.*

JUDÆA, JUDÆARIA, JUDERIA, JUDAICÆ, JUDAISMUS, Mansio Judæorum in oppidis: *Les quartiers des Juifs, Juirie*, apud Villhard. n. 83.

JUTARIA, Massil. *Juterie*. Litteræ ann. 1320. ex Schedis D. Le Fournier: *Nullus Judeus extra Jutariam communiem cum aliis Judeis audeat inter Christianos allicubi habitare. Careria Jutarix*, in Charta ann. 1428. ex iisdem Schedis.

JUZATARIA, in Notis obituum et foundationum ad marginem veteris Martyrologii Eccl. Aquensis: *Hospicio sito in Juzataria.*

JUDÆA. Gloss. Lat. Gall.: *Judæa, Jurie*. M. Pastorale Eccl. Paris. lib. 6. ch. 15: *Qui denarii accipientur Parisiis in furno, qui est in Judæa.* [Occurrit hac notione in Statutis Avenion. ann. 1570. rubrica 34. art. 1.] Chron. Bertr. Guesclini:

Vous avez les Juifs, puis qu'avoir les volez,  
En la Juiverie ou les a cheminez.

JUDÆARIA. Charta Philippi Aug. ann. 1216. in ejus Regesto f. 167: *Halam sitam apud Parisios in Judæaria, ubi venditur bladum, etc.*

JUDERIA. Vetus Statutum pro Regno Navarræ, factum a Jo. Paste Decano Carnotensi, et Hugone de Viri Milite, reformatore dicti Regni: *Item ordinatum est, quod fiat Juderia in platea, assignata Judæis, secundum quod est incepta, et sint domus censuales, etc. Item fiat ibidem carniceria pro Judæis. Item fiat Alcazaria, ubi Judæi vendent mercimonias suas, etc. Item ordinatum fuit, quod Judæi vadant ad antiquas Juderias ad morandum, exceptis illis, qui populant Juderiam Navarrense. Alii vero qui antiquis Juderiis commode morari non poterunt, quod habeant loca separata de Christianis, et assignentur eis per dictos, etc.*

Nostris *Juierie*. Charta ann. 1302. in Reg. 38. Chartoph. reg. ch. 109: *Nos Thomassinus custodi utensilium nostri argenti. . . duas domos, sitas apud Pontisaram in bulo Juderix, . . . concedimus.* Alia ann. 1308. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 302. v. col. 2: *Et la tierce meson assise en la Juierie de Meleun.* *Juierie* vero, ipsa Judæorum natio, in Vita J. C. MS.

Mais que li fist la Juerie?  
Or oïés la grant dyablie.

Juisel, Judæus junior, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1.

Uns Juifs et un Juisel  
Plus entendant et moult plus bel  
De tous les autres Juittaus.

Infra: *Juitel*.

JUDARIA, ut *Juderia*, in Chronico Petri IV. Regis Aragoniæ lib. 4. cap. 8. 2. JUDAICA. Romualdus in Chron. MS. ann. 1125: *Judaicam pro magni parte adjunxit.* Charta ann. 1163. apud Ughellum tom. 7. pag. 568: *De Monasterio . . . quod constructum est intus hanc civitatem prope Judaicam istius civitatis.*

JUDEGA, Regio Judæorum in oppidis. Charta ann. 1090. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 900: *Qui percurrat ad Portam usque ad Judæcam, etc.*

JUDAISMUS, Eadem notione. Guillelmus Rishanger. ann. 1263. pag. 668: *Wigorniam cepit et intravit, et Judæismum evertit.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 22: *Dux cartæ Alienoræ reginæ*

de 13. tenementis in Judaismo Cantuar. [Chron. Trivetti tom. 8. Spicleg. Acher. pag. 620: *Cum cepissent civitatem Lincolnensem et spoliassent Judaismo, etc.* Charta ann. 1252. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 158: *Symon Balbas iv. den. et ob. de domo sua in Judaismo.*] Occurrit præterea apud Prynneum in Libertat. Angl. tom. 2. pag. 769. *Jueriæ*, pag. 1057.

Interdum *Judaismus* videtur usurpari pro Judæorum mensa nummularia, seu usuraria. Idem Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 839: *Cujus tempore emptæ fuit grangia de Koreby, et domus obligata in magnis debitis in Judaismo.* Tom. 2. pag. 10: *Hoc nullo modo alicui domui religionis, nec in Judaismo pignori obligare præsumant.* Et pag. 665: *Sex marcas sterlingorum ad acquictandam terram prædictam de Judaismo, in quo fuit impignerata.*

† JUDAISMUS, Ἰουδαϊσμός, Religio, ritus Judæorum, lib. 2. Machab. cap. 8. v. 1. cap. 14. v. 38. Galat. cap. 1. vv. 13. et 14. apud Tertullianum lib. 1. adv. Marcion. cap. 20. lib. 4. cap. 11. et alios passim.

JUDÆIDIARE, pro Ἰουδαίειν, apud Commodianum Instructione 37.

† JUDAIZARE, Religionem et ritus Judæorum seclari, Galat. 2. 14. et apud Scriptores ecclesiasticos non semel.

† JUDAIZARE, Fidem fallere. Ottoboni Scribæ Annales Genuens. lib. 3. ad ann. 1195. apud Murator. tom. 6. col. 371: *Promissio itaque federe et pacis juramento per quosdam piratas cives eorum, qui multos Januenses antea ceperant et expoliaverant, Judaizantes fecerunt podium Bonifacii reedificari et oppidum in eo construi.*

† JUDAICA, JUDAISMUS, JUDARIA, etc. Vide in *Judæi*.

JUDEX, Consul. Hieronymus in Chr.: *Primus Diocletianus adorari se ut Deum, et gemmas vestibus calcamentisque inseri jussit: quum ante eum omnes Imperatores in modum Judicum salutarentur, etc.* Ubi Eusebius: *οἱ πρώην γὰρ βασιλεῖς κατὰ τοὺς ὑπάτους τετιμῆτο.* At Jornandes Judices hoc loco non *Consules*, sed *Proceres* interpretatur, ubi de eodem Diocletiano lib. de Regnorum successione: *Diademataque in capitis ante eum omnes cum chlamyde tantum purpurea, ut a privatis discernenter, habebant, et ut Judices cæteri salutabantur.* De qua vocis notione mox agimus. [\*\* Vide Savin. Hist. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. § 137.

JUDICES, interdum iidem, qui *Comites*, ut in v. *Comes* docuimus. [\*\* Vide Murator. Antiq. Ital. t. 1. col. 402.] Interdum etiam, fuere *Judices* diversi a Comitibus, quibus suberant, et in judiciis assidebant. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 15. § 2: *Comes vero secum habeat Judicem, qui ibi constitutus est judicare, et librum Legis, ut semper rectum judicium judicet.* Hincmarus de Ordine Palatii cap. 10: *Tales etiam Comites et sub se Judices constituere debet, qui avaritiam oderint, et justitiam diligant.* Eginhardus Epist. 33: *Dilectis in Christo fratribus et amicis N. Comiti, N. Judici, gloriosis Missis domini Imperatoris, salutem.* Adde Legem Wisigoth. lib. 5. tit. 4. § 19. Legem Bajw. tit. 2. cap. 15. Legem Longob. lib. 2. tit. 52. § 5. tit. 53. § 24. [\*\* Carol. M. 51. Lothar. I. 94.] Chronicon Farfense pag. 632. Aimoin. lib. 4. cap. 56. Joannem VIII. PP. Epist. cap. 47. etc.

† JUDEX, Idem qui *Dux*, in Translatione S. Faustæ Virg. et Mart. sæc. 4.

Benedict. part. 2. pag. 73. ubi Arnaldus Dux Gasconia semel *Judæx* appellatur.

JUDICES, Magnates, Proceres, Comitibus, vel Senatores. Gloss. Lat. Gr.: *Judæx*, ἄρχων, κριτής. Ammianus lib. 17: *Optimates et Judices viti ex populis præsidentes.* Alia ex eodem Ammiano suggerit Lindenbrogus ad lib. 27. pag. 173. Jornandes de Regnorum. succession. in Justiniano, de Stozza tyranno: *Aliisque Judicibus peremptis, in Ducem Salomonem sæviebat.* Infra: *Fugat exercitum, Judices partim donis, partim blanditiis sibi consociat.* Isidorus Pacensis Episcopus in Chron. æra 754: *Alaor per Hispaniam lacertos Judicum mittit, atque debellando et pacificando pene per 3. annos Galliam Narbonensem petit.* Idem æra 772: *Judicesque ejus prærepti cupiditate ita blandiendo in eam (Hispaniam) irrogant maculam, ut non solum ex eo tempore declinando extat ut mortua, verum etiam, etc.* Anastasius Bibl. in Severino PP.: *Post triduum autem introvit Mauricius cum Judicibus, qui inventi sunt cum ipso in consilio, etc.* In Theodoro: *Omnes Judices, seu exercitus Romanus, qui prius se cum Mauritio sacramento constrinxerant. In Adeodato: Et multi ex Judicibus (Mezzetii tyranni) perducti sunt Constantinopolim. In Constantino: Ut ubi denominatus contingeret Pontifex, omnes Judices ita eum honorifice susciperent, quasi ipsum præsentialiter Imperatorem viderent.* In Hadriano PP. pag. 107: *Direxit in ejus (Caroli Mag.) occursum universos Judices, ad fere 30. millia ab hac Romana urbe, in locum, qui dicitur Nonas, ubi eum cum bandora susceperunt.* Quo loco, suavis omnino Platina, qui spatium occursum, ad Judicum numerum detorsit. Idem pag. 105: *Direxit eidem Longobardorum Regi, ut solummodo tres obsides Longobardorum Judicum filios illi tradidisset, pro restituendis civitatibus.* Pag. 107: *Omnes Episcopi, Abbates et Judices, et universi Franci, qui cum eo advenerant, etc.* Mox: *Cum Judicibus Romanorum et Francorum, etc... ipse Francorum Rex cum suis Judicibus, etc.* Ita rursum ibi, et pag. 108. Veteres Litanie apud Goldastum tom. 2. Rerum Alamannicarum: *Omni-bus Judicibus, vel cuncto exercitui Francorum et Alamannorum vita et victoria.* Vetus Interpres Concilii Calchedonensis Act. 1. et alibi, ἄρχοντας, *Judices* semper vertit, ut et Interpres Concilii VII. Oecumenici. Adde Johannem VIII. Papam in Epistolis 205. 247. Ex quibus omnino patet, alios esse a Jurisconsultis et Legum Doctoribus, uti apud Anastasium hanc vocem interpretatur Laurentius Pignorius ad Mussati Historiam. Vide Paul. Orosium lib. 7. cap. 40. [Diurnum Rom. cap. 2. tit. 5. 6.] Leon. Ost. lib. 1. cap. 14. Thwrocizium in Petro Rege Hungar. cap. 35. Ughellum tom. 4. pag. 638. etc. Videtur autem id nominis inditum proceribus, quod essent vassi dominici, ac Barones, eoque nomine judiciis publicis interessent cum Missis dominicis, atque adeo Regibus ac Imperatoribus, si ih Placitis ipsis præessent, justitiasque facerent; quod ex quodam judicatio ab Ughello descripto tom. 1. Italiae sacræ pag. 851. et aliis potest colligi.

JUDICES, Doctores, qui olim *Doctores legis dicti*, et in judiciis Comitibus assidebant. Marsilius de Menandrino in defensore pacis, part. 2. cap. 2: *Adhuc autem dicitur hoc nomen, Judex, secundum aliam significationem, de habente scientiam Juris politici seu civilis: qui*

etiam appellatione consueta *Advocatus nuncupari solet, licet in pluribus Provinciarum, et maxime Italicarum, Judæx vocetur.* Burchardus Notarius de Excidio Mediolanensi, et ex eo Godefridus Monachus S. Pantaleonis ann. 1237: *Jussit igitur Imperator omnes Consules et Exconsulares, Majores et Milites, Legistas et Judices in obsidatu teneri.* Petrus de Vineis lib. 3. Epist. 11: *Mittimus magistrum R. de Varano Judicem et Magistrum B. de Hybernia, Fideles nostros, civilis scientiæ Professores, etc.* Vide cap. 17. extr. de Electionib. in Sexto. [et Breneman. lib. 1. Hist. Pandect. cap. 9. pag. 56.]

JUDICES interdum appellati Notarii, ut ex aliquot Chartis colligitur apud Ughell. tom. 1. pag. 894.

JUDICES, in Legibus Henrici I. cap. 6. duodecim viros qui in disquirendo reatum, de facto apud Anglos judicant, accipit Spelmanus.

\* JUDEX, Idem videtur qui Fisci procurator. Libert. Montisol. ann. 1312. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 499. art. 1: *In primis itaque, quod bajulus dicitur castri et Judæx, antequam eorum officium exercerent, in prima assizia publica quam tenebant, jurent locum ad honorem et utilitatem domini nostri regis, et libertates dicti loci semper observare.* Vide *Judex fiscalis*.

PRIMICERIIUS JUDICUM, Romæ dictus primus Judicum, qui de controversiis et litibus Populi Romani cognoscebat. Nam in urbe multi erant Judices. Ita Panvinius. Memoratur is a Bennone in Hist. Gregorii VII. PP. pag. 40.

\* JUDEX ANNALIS, Cujus annum est officium. Charta ann. 1349. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 138. col. 2: *Nos Nicolaus Raynaldi Bonafemine villæ castri Pedimontis litteratus annalis Judæx, etc.*

\* JUDICES CAPELLÆ. Stat. colleg. Fuxens. Tolos. ann. 1457. ex Cod. reg. 4223. fol. 212. vº: *De electione Judicum capellæ. Quidam causæ nos impellat ad statuendum et providendum super electione Judicum capellæ, sicque vocandum nostræ insederit voluntati, declaravimus equidem et hanc dubitationem enodare curabimus. Est igitur eligendi causa nobis adinventæ, ut quisque ex collegiatis officium illud exerceat electus, et ne excusationem præterdat habere, nisi quam haberet si in rectorem eligeretur, et quisque sibi onus assumat injunctum, sicut et commodum. Sic vocari volumus, quia capellæ et rerum sacrarum curam gerent. Eligentur itaque duo non graduati singulis annis; et erit officium illorum pulsare campanellam ad Missas et ad Vesperas diebus quibus dicentur, accendent candelas, parabunt vestimenta, vinum, aquam et hostias, etiam thuribulum quando thurificandum seu incensandum erit altare. Juuabunt sacerdotem ad dicendum Missam, et alia servitia facient, quæ necessaria erunt cultui divino. Custodient jocalia, quæ in capella stabunt et paramenta, cum uno aut duobus ex quatuor presbyteris.*

JUDEX CINCTUS, [a Principe delegatus, cingulo donatus.] Vide *Cinctus*.

JUDEX CIVITATIS, in Lege Longobardorum lib. 2. tit. 21. § 13. [\*\* Liutpr. 16. (3. 2.) V. Savin. Hist. Jur. Rom. t. 1. § 121.]

† JUDICES PRO CURIA, Qui a Dominis feudalibus constituuntur, ut de controversiis, quæ inter ipsos et vassallos oriuntur, judicent.

† JUDEX DATIVUS, Delegatus. Gall. *Commissaire*. Judicium inter Abbatem

Farfensem et Presbyteros S. Eustachii ann. 997. apud D. *Le Blanc* in Dissert. Hist. pag. 89: *Ipsa hora residebat in iudicio dominus Leo Archidiaconus sacri Imperii palatii, ex parte D. Imperatoris, una cum Johanne urbis Romæ Præfecto et iudicibus Romanis, Gregorio I. Deffensore, Leone, Arcario, Atrocio, Petro, Paulo, Dativis Iudicibus, ex parte D. Papæ.* Non semel occurrit ibi. Vide *Dativus Iudex*.

\* JUDICES DOMNORUM, interdum nude, sæpius cum addito, *Domnorum regum vel imperatorum*, appellati ii, qui a rege vel imperatore iudices delegabantur. Placit. ann. 941. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 500. post Comitum palatii subscribitur *Walpertus Iudex domnorum regum. Johannes Iudex domnorum regum, etc.* Chartam ann. 970. apud eumd. in Antiq. Estens. pag. 148. subscribitur Iudices quinque cum hac nota: *Iudex domnorum imperatorum.* Aliam ann. 1013. ibid. pag. 89. subscribit *Baruzo Iudex domnorum.* [\*\* Vide *Judices Publici*, et Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 137. not. m.]

JUDICES ECCLESIASTICI, in Capitul. Caroli Magni lib. 5. cap. 14. [\*\* 16.] lib. 6. cap. 330. [\*\* 436.] Vide *Curia Christianitatis*, in *Curia* 2.

JUDEX FISCALIS, quem Comitum vocant, in Lege Ripuar. tit. 53. § 1. *Judex fiscalis* nude tit. 32. § 3. tit. 51. § 1. id est, qui jurisdictionem suam exercet in *fiscis* et proprietatibus Regis. Opponuntur vero *Judices fiscales*, Optimatibus, Majoribus domus, Domesticis, Grafionibus, Cancellariis, in iudicio residentibus, tit. 88. et 89. tanquam ii fuerint *Judices* majoris dignitatis, respectu *Judicium fiscalium*, qui pedaneorum locum tenuerint. [\*\* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 126. et infra *Judices Publici*.]

† JUDICES FORANEI. Literæ Philippi Pulcri Fr. Regis ann. 1290. tom. 1. Ordin. Reg. pag. 319: *Item, quod Judices Foranei, qui vocantur Vicecomites scacciariorum, amoveantur, nec deinceps ponantur ibidem.* Vide *Vicecomes*.

JUDEX FORI, qui nostris *Judex nundinarum*, apud Adrevaldum de Miracul. S. Benedicti cap. 35.

JUDEX GLADII spiritualis et claustrii, in Actis Capitular. Capituli Lugdun. ann. 1345. fol. 107.

\* Duorum Judicum Ecclesiæ Lugdunensis officia hic designantur: prioris nempe, qui gladio spiritali, hoc est, censuris ecclesiasticis delinquentes coercet; alterius, qui et Judex comitatus Lugdunensis nuncupatur, jurisdictionem sæcularem in subditos exercet.

† JUDEX HOSPITII Dalphinialis, ab Humberto II. Dalphino institutus ann. 1340. Hujus jura et prærogativæ recensentur in Ordinatione pro Hospitio Dalphiniali tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 398.

JUDICES INFERIORIS GRADUS, in leg. 12. Cod. Th. de Appellat. (11. 30.) qui

JUDICES MEDIOCRES dicuntur Aniano ad leg. 3. Cod. Th. de Jurisdic. et ubi quis, etc. (2. 1.) [\*\* Vide Savinium ibid. § 126.]

\* JUDEX DE LEGE et de Usu, Legum peritus et in *Usaticis* versatus. Stat. Pistor. ann. 1107. ubi de sacram. potest. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 560: *Et habeo duos Judices, unum de Lege, et alterum de Usu, et duos advocatos pro causis ventilandis.*

JUDEX LOCI, apud Gregor. Turon. lib. 5. cap. 49.

JUDICES MAJORES appellabantur in Comitatu Provinciæ Judices supremi, antequam erectum esset Aquense Parlamentum, quorum alii Primarum, alii secundarum appellationum interdum Judices dicebantur. Horum seriem qualemcumque ex magni Peirescii schedis, in Provincialium gratiam, hic exhibemus.

☞ Minus accurata est Cangiana Judicum Majorum Provincialium definitio; non enim plures eodem tempore fuerunt Judices majores, sed unus tantum, qui licet inferior Senescallo, supremam tamen exercebat jurisdictionem. Hic erat ordo Judicum in Provincia. Regnantibus Berengariis primum locum tenebat *Bajulus*, qui *Senescallus* dictus est imperantibus Andegavensibus; secundum *Judex Major*, tertium *Judex secundarum appellationum*; quartum denique *Judex primarum appellationum*. Ad hunc Judicem provocabatur a sententia iudicis loci peculiaris, et a Judice primarum appellationum ad Judicem secundarum, ac tandem a Judice secundarum appellationum ad Majorem Judicem. Postmodum, ne, ut probabile est, tot essent jurisdictionis gradus, Judicis Majoris dignitati adjunctum est munus Judicis secundarum appellationum. Hæc fere post Pittonem Hist. Aq. lib. 5. pag. 519.

\* *Judex Major*, vulgo *Juge mage* vel *majeur*, apud Provinciales aliosve, ubi dignitas hujus nominis obtinuit, idem qui *Senescalli* vicarius, seu, ut loquuntur, *Locumtenens generalis*; unde minus bene *Judex supremus* dicitur supra. Horum nihilominus seriem emendare et augere liceat.

GUILLELMUS RAIMUNDI DE AREIS, major Judex Provinciæ ann. 1245.

† JOHANNES DE BONAVERA, Judex Provinciæ generalis in Sententia lata VIII. Idus Jun. ann. 1249. ex Schedis Præsidis de *Mazaugues*. Haud scio an hic Judex non sit distinguendus a *Johanne de Bonavena*, qui memoratur in Capitulis pacis, inter Carolum I. Andegav. et Massilienses ann. 1257. et in aliis duabus Chartis ann. 1258. et 1259. ut nos benevole monuit Præses de *Mazaugues*; sed si unus et idem sit Johannes Judex major ab anno 1249. ad 1259. nullus superest locus, *Bertrando de Rochavard*, qui mox subjicitur. Aliud negotium fecisset *Spararus de Baro*, quem Cangius refert ad ann. 1257. verum ut *Spararus de Baro* corrupte omnino scriptum videtur, ita mendum inesse suspicor in annotatione ann. 1257. et 1280.

BERTRANDUS DE ROCHAVARD, Juris civilis Professor, Judex major Provinciæ et Forcalquerii ann. 1254.

\* *Bertrandus de Roquevaire* male dicitur de *Rochavard*. Judex Major, in Sacram. fidelit. a Massiliensibus præstito regi Carolo II. ann. 1288. apud Ruff. in Hist. Massil. lib. 5. cap. 4. pag. 153.

SPARARUS DE BARO, Juris civilis Professor, major Judex Provinc. et Forcalq. 1257. 1280.

FULCO HARDUINUS, [melius *Aldoinus*], ut apud Pittonem Annal. Eccl. Aquensis pag. 158.] Judex major in Provinc. 1271.

ISNARDUS DE BONAMENA, Judex major Caroli Comitis 1277. 1279.

† PETRUS RIDIMUNDI Miles, major Judex Prov. et Forcalq. in Charta ann. 1299. 23. Junii ex Schedis Præsidis de *Mazaugues*.

RICARDUS MASAIN de Salerno, major et primarum [f. secundarum] appellationum Judex in Comitatus Provinciæ et Forcalq. 1311.

JOANNES CABASSOLA Miles, Judex major et Protosenescallus Provinciæ 1316. [Idem dicitur *Juris civilis Professor, Comitatum Provinciæ et Forcalquerii Major et primarum appellationum Judex* ann. 1314. ex schedis D. de Remerville; sed pro *primarum* puto legendum esse *secundarum*.]

BERNARDUS DE CHININO, Cremonensis, Judex major primarum appellationum, 1321.

JOHANNES DE LANDO, primarum appellationum Judex 1322. [Non ergo Judex major aut secundarum appellatus, nisi forte postmodum.]

BONIFACIUS DE FARA, Judex major secundarum appellationum, ejusd. Dom. Regis magnæ Regiæ Curiæ Magister Rationalis, ante ann. 1322.

† PETRUS SERMUNDUS, Judex major Comitatum Provinciæ et Forcalquerii ann. 1330. apud Pittonem Hist. Aq. pag. 519.

FRANCISCUS BARBA, Juris civilis Professor, magnæ Regalis Curiæ Magister Rationalis, et majorum et secundarum appellationum Judex Comitatus Provinciæ 1346. 10. Febr.

† JOHANNES DE VICEDOMINIS, Judex Major. ann. 1354. in nova Gall. Christ. tom. 1. pag. 467.

\* JOHANNES PETRUS DE SALERNO miles, major et secundarum appellationum Judex comitatum Provinciæ et Forcalquerii, in Charta ann. 1361. 24. Jan.

† LUDOVICUS MARCHISARIUS de Salerno Miles, Juris civilis professor, magnæ Regalis Curiæ Magister Rationalis, Major et secundarum appellationum Judex, in Mandamento pro venditione Castri de Masalguis Galterio de Ulmeto 6. Nov. 1371.

† JOHANNES SIMEONIS, Judex major, ann. 1374. apud Pittonem Hist. Aq. pag. 183.

PETRUS RAINAUD, in Comitatus Provinciæ et Forcalquerii, primarum appellationum et nullitatum Judex 1377.

Magister LEONARDUS DE AFFLICTO de Scalis, Juris civilis Professor, magnæ Regalis Curiæ Magister Rationalis, major et secundarum appellationum Judex in dictis Comitatus 17. Dec. 1381.

GALTERUS ULMERO [melius apud Pittonem pag. 228. *Gualterius de Ulmeto*.] Miles, magnæ Regalis Curiæ Magister Rationalis 5. Jan. 1381.

PETRUS RAINAUDI, in Comitatus Provinciæ et Forcalq. primarum appellationum et nullitatum Judex 1382. 1385.

☞ Hunc expunxissem, ut minime distinguendum a superiori Petro *Rainaud*, nisi constans propositum fuisset nihil eorum delendi, quæ scripsisset D. Cangius. Ceterum neque *Petrum Renaud* neque *Petrum Renaudi* recensendos puto inter Judices Majores, cum uterque (si ita de uno eodemque Magistratu loqui liceat) Judex tantummodo dicatur primarum appellationum, nullaque sit inter hunc Judicem et Judicem majorem necessitudo, ut ex superius dictis liquet. Adde *Gualterium de Ulmeto* Judicem Majorem fuisse ann. 1381.

RAIMUNDUS BERNARDUS FLAMENGI, [26. Aug. ann. 1385. apud Ruffy Histor. Massil. tom. 1. pag. 228. et 10. Decemb. eodem an. in secunda Conventione urbis Arelat. pag. 50. v.] Judex secundarum appellatus 1386. et in literis Mariæ Reginæ 9. Dec. 1388. Miles, Legum Professor, magnæ et Regiæ Curiæ Magister Rationalis, major et secundarum appellationum dictorum Comitatum Judex,

Collateralis, Consiliarius Regius et Fidelis. [\* Etiam ann. 1899. ex Charta ejusd. ann. inter schedas Pr. de *Mazaugues*.]

JOANNES DE COGOLI Miles, dominus de Pennis S. Juliani, magnæ Curia Magister Rationalis 1. Jun. 1409.

¶ Dubito an hic *Jo. de Cogoli* reipsa fuerit Judex major. ann. 1409. Dubium facit Privilegium Massiliensibus hoc ipso anno 6. Julii abs Rege Ludovico, Comite Provinciae, inter Schedas Peirescianas, quod datum dicitur *Tholoni per virum nobilem et egregium Pontium Caisi licentiatum, majoris nostræ Curia Magistrum Rationalem, Judicem primarium appellationum et nullitatum, ac Locumtenentem mandato nostro, officio nunc vacante Majoris Judicis Comitatum nostrorum Prov. et Forcalq. Consiliarium et Fidelem nostrum*. Hinc patet nullum fuisse Judicem majorem mense Julio; si anno integro, expungendus est *Jo. de Cogoli*. Deinde ex eo quod *Jo. de Cogoli* fuerit *Magister rationalis* non continuo sequitur eum etiam fuisse *Judicem majorem*. Hæ dignitates erant distinctæ, licet aliquando in unum coalescerent magistratum, uti videre potes apud Pittonem Hist. Aq. pag. 520.

JOANNES DE GENCARDIE, Legum Doctor, magnæ Regiæ Curia Magister Rationalis 1413.

LUDOVICUS GUIRAIN, Legum Doctor, Consiliarius Judex major in Provincia 1419.

VITALIS DE CABANIS, Legum Doctor, magnæ Curia Magister Rationalis, ac primarium appellationum et nullitatum Comitatum Provinciae et Forcalq. Judex, [non Major.] 1427.

\* Dominus de Podio-Ricardo, major et secundarum appellationum et nullitatum Provinciae et Forcalquerii Judex, in Charta ann. 1452. 15. Jan. ex sched. Pr. de *Mazaugues*.

JORDANUS BRICCHI Miles, Juris utriusque Professor eximius, Dom. Velaucii et Castrinovicubel. Magister Rationalis, majorque secundarum appellationum Judex, Collateralis, Consiliarius Regius 1. Febr. 1438. [et jam 25. Febr. ann. 1428. ut Patet ex Præcepto Caroli Fratris Reg. Lud. Com. Prov. inter Schedas Præs. de *Mazaugues*.]

HIERONYMUS DE MIRABELLIS de Neapoli, utriusque Juris Professor, Curiaque Camerae summaria Regni Siciliae Præsidentis major, et secundarum appellationum et nullitatum Judex Comitatum Provinciae et Forcalq. Consiliarius et Fidelis Regis 12. Octobr. 1440. [et 26. Octobr. ann. 1443. ex Schedis Præsidentis de *Mazaugues*.]

JACOBUS GUILLELMI, Legum Doctor, magnæ Curia Magister Rationalis ann. 1448.

† JOHANNES BARTHOLOMÆUS, Judex Major, in Charta vernacula ann. 1471. 19. Aug. ex Regesto *Columba* Camerae Comput. Provinciae.

† VIVAUDUS BONIFACII Majorum et secundarum appellationum Judex, ann. 1473. 1477. ex Schedis Præsidentis de *Mazaugues* et 1480. apud Pittonem pag. 241.

\* LUDOVICUS DE FOURBIN, filius Palamedis, Judex major ann. 1481. apud Bouch. Hist. Prov. tom. 2. pag. 490.

ACCURSUS MAINERI, Judex major 1488.

† STEPHANUS DE PUGET Dominus de *Tourtour*, apud Louvettum in Addit. ad Historiam turbarum Provinciae part. 1. pag. 184. et apud Abb. Robertum Nobiliar. Prov. tom. 2. pag. 522.

† NICOLAUS EMENJAUDUS Regiensis Condominus, qui post Stephanum de

*Puget*, cujus filiam Baptistinam sibi matrimonio copulaverat, fuit ultimus Judex major, apud Louvettum part. 1. pag. 61. et Abb. Robertum tom. 2. pag. 3.

¶ Perseveravit Judex major in Provincia, etiam instituto Aquensi Parlamento, quod contingit ann. 1501. sed qui supremus erat Judex, tum evasit inferior subditusque novo Senatui, donec tandem omnino sublatus est ann. 1515. [\* Officium sublatum est non anno 1515. sed 1535.]

¶ Fuerunt et alii Judices majores in plerisque civitatibus, ut Massiliae, Tolosæ, Nemausi. Radulfus Major Judex Massiliensis memoratur in Compromisso ann. 1243. inter Johannem III. Archiep. Arelat. et Raymundum Comitem Tolosanum, ex Schedis Peirescians. Sed nullibi frequentiores fuere quam in Delphinatu. Octo numerantur in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 11. et 12. qui jus dicebant in variis territoriis Dalphino subditis. Notanda omnino formula ab iis Judicibus adhiberi solita, cum sententiam pronuntiabant in iudiciis: hanc exscribimus ex Hist. Dalphin. loco citato: *Nos sedentes pro tribunali more majorum nostrorum, in præsentia præsentium et absentia absentium, quorum Dei præsentia replentur, non declinantes plus ad dexteram quam ad sinistram; sed eo libramine sacrosanctis Dei Evangelii coram nostro conspectu appositis, ut de vultu Dei nostrum rectum procedat iudicium, et oculi nostri in eis et omnibus videant æquitatem, signo venerabilis sanctæ Crucis nos munientes, dicentes: In nomine Patris et Filii et Spiritus S. Amen. Habitaque matura deliberatione coram peritis et liberis, absolutis absolvendo; condemnatos condemnando. Quæ formula diu perseveravit in Consilio Dalphinali, ut ibidem narratur.*

\* Sed et iis addere placet aliorum locorum Judices majores, qui mihi occurrerunt; quod haud ingratum fore opinor.

\* MAGISTER PHILIPPUS BONNE institutus Judex major villæ, civitatis et senescallia Tholosanensis, virtute litterarum regiarum datarum 17. Oct. 1392. in Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 276. r.

\* BERTRANDUS RAVAND Judex major senescallia Bellicadri et Nemausi ann. 1229. apud Menard. tom. 1. Hist. Nem. pag. 299.

\* ROSTAGNUS PERERII Judex major Carcassonæ, in Charta ann. 1317. ex Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 200. r.

\* PETRUS ISARNUS Judex major et locumtenens Arnaudii de Hispania senescalli Carcassonæ et Biterris, in Charta ann. 1374. ex Tabul. Monast. Montisol.

\* BERNARDUS GUAIS Judex major Petragoricensis senescallia 24. Mart. ann. 1321. in Reg. A. 2. ejusd. Cam. Comput. fol. 38. r.

\* HUGO DE LA PORTE Judex major Aquarum mortuorum et de Lunello, ibidem.

\* BARTHOLOMÆUS DE CLUSELLO major Judex Ruthenensis, in Lit. ann. 1315. ex Reg. B. ejusd. Cam. Comput. fol. 199. v.

\* LUDOVICUS BALBETI Judex major iudicaturæ Agennensis per litteras datas 13. Oct. 1357. in Memor. C. ejusd. Cam. fol. 179. v.

JUDEX MEDIUS, apud Aragonenses primus dictus, qui postmodum *Justitia major*, et *Justitia Aragonum* appellatus est, qui, ut ait Blanca, sic potestatem in Rege collocarunt, ut in *Judice medio* temperatio inesset: quibus ex rebus confatur et efficitur moderatus et con-

cors et Reip. status. Ab illo *Judice medio*, subdit idem Scriptor, *Magistratus Justitiæ Aragonum* dimanavit, adeo ut idem ipse sit intermedius Judex a Suprariensibus olim constitutus, qui postea *Justitia major*: quandoque etiam, quod ab ipso rege crearetur, *Justitia Domini Regis* vocari consuevit, quandoque autem *Justitia in Cæsaraugusta*, quod in ea urbe iudicium exerceret: ac *Justitia Aragonum* tandem, ipsius regni nomen assumens, appellatus est. Molinus in Repertorio: Aragonenses elegerunt unum ex seipsis in *Justitiam Aragoniæ*, qui esset Judex inter Regem et subditos suos super omnibus iis, quæ Rex faceret, vel peteret contra eos, vel e contra, etc. Vetus Epitaphium in Monasterio S. Joannis Pinnatensis in Aragonia apud Martinezum lib. 1. Hist. ejusdem Cœnobii cap. 16: *Benedictus et Marcellus Heremita Cæsaraugustani, viri honesti et continentis, adhuc magis ampliaverunt præsentem Ecclesiam, et duo altaria construxerunt, dedicaveruntque S. Petro et Stephano, quorum consilio Judex medius inter Regem Enecum Aravam et regnicolas Aragoniæ, Justitia vocatus, efficitur, et etiam sepulti*. Vitalis Canelis Oscensis Episcopus: *Regis est erga Judices et Justitias ordinare, et, quando sibi placuerit, revocare, et eos perpetuo ponere, vel ad tempus. Inter quos Judices Justitia semper est certus principalis in Aragonia constitutus: qui ex quo semel a domino Rege fuit constitutus, in Regis Curia commoretur, subministrandis sibi ab ipsa Curia alimentis. Ibi que in præsentia domini Regis, vel de ejus imperio, sine eo, causas examinet et auscultet. Et quotiescunque interloquutoria vel diffinitiva sit sententia proferenda, dominus Rex et Barones, hoc est, Episcopi et Duces Militum, qui Ricci homines appellantur, qui in Curia fuerint tunc præsentis, super illa deliberent in communi. Et quod dominus Rex et major pars Baronum, vel si dominus Rex noluerit interesse consilio, major pars Baronum, in Justitiæ os posuerit proferendum, ipse Justitia id pronuntiet sententialiter et declaret, nullam penam ex pronuntiatione hujusmodi metuendo. Nam non ipse, sed ipsi, quibus in hac parte eum oportet necessario obedire, ipsius sententiæ sunt latores. Longe plura de hocce magistratu et ejus auctoritate ac jurisdictione congescit Michael del Molino in Repert. et Hieronymus Blanca in Commentario Rerum Aragon. pag. 716. 747. et 787. ubi seriem eorum, qui hac dignitate insigniti fuere usque ad sua tempora, exaravit. Consulendus præterea in Foris Aragon. lib. 1. titulus de officio *Justitiæ Aragonum*.*

\* JUDEX MILITUM, Sub hoc titulo Huno Walterus ultimo loco subscriptus Chartam Alardi episc. Camerac. ann. 1176. ex Tabul. ejusd. ecclesiae.

\* JUDEX OPERARUM, Qui operibus publicis invigilat. Charta ann. 1385 in Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 100: *Odart d'Arteville Juge des euvres de Tholose, etc.*

JUDEX ORDINARIUS, hoc est, *Infœdatus*, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 71. [\* Germ. die rechte gogreve.]

JUDICES PALATINI, Qui cum Comite Palatii judicabant, in iudicato, quod habetur in lib. 1. Chron. S. Vincentii de Vulturno p. 690. et in Charta Ludovici Regis Italiae ann. 900. apud Ughellum tom. 5. pag. 1576.

† JUDEX PALATII, apud Massilienses dicebatur Primus assessor Rectoris in Palatio sedentis pro tribunali, ut habetur in Statutis ejusdem Civitatis, lib. 1.



cap. 3. ubi fuse munus hujus Judicis describitur.

**JUDICES PRIVATI.** Dagobertus in Charta pro Monast. S. Dionysii: *Et ut ab omnibus Optimatibus nostris, et Judicibus publicis ac privatis, melius ac certius credatur.* [\* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. tempor. § 126. tom. 1.]

**JUDEX PROVINCIALIS,** in Speculo Saxoniæ lib. 3. art. 66. § 2. [\* Germ. *des Landes richter.*]

\* **JUDEX PROVINCIALIS,** In provinciam a rege deputatus, in Charta Otthachari reg. Bohem. ann. 1262. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 108. col. 2.

**JUDICES PROVINCIIARUM:** id est, Rectores, in legibus 2. §. 7. Cod. Th. de Operib. publ. (15. 1.)

**JUDICES PUBLICI,** regii, a Rege constituti, in Lege Longob. lib. 3. tit. 21. § 30. [\* Lothar. I. 74.]: *Ut nullus Judex publicus sive ministris publicis, etc.* Ita in Chartis Chlotarii apud Roverium in Reoma pag. 30. 72. Carlomanni apud Beslimum in Regib. Aquit. pag. 41. Dagoberti apud Flodoardum lib. 2. cap. 9. et Doubletum pag. 660. Childerici apud Camusatam, et aliis passim ejus ævi. formula habetur ejusmodi: *Ut nullus Judex publicus in ipsas terras audeat ingredi, etc.* quæ ferme semper effertur, cum de Ecclesiarum immunitatibus agitur, quæ a jurisdictione sæculari eximuntur. Unde recte censuit Bignonius, his locis *Judices publicos* opponi *Ecclesiasticis*, ex Capitul. Caroli Magni lib. 5. cap. 14. [\* 16.]: *Ut omnes justitias faciant, tam Publici, quam Ecclesiastici.* Et ex lib. 6. c. 106. [\* 107.]: *Ut Episcopus Judices Publicos commoneat.* Denique ex lib. 5. cap. 287. [\* 390.] ubi *Episcopus apud Judices Publicos accusari* prohibetur: quod desumptum est ex Aniano ad leg. 12. Cod. Th. de Episc. et Cleric. (16. 2.) Videntur autem *Publici* nuncupari, quod, ut est in Lege Aleman. tit. 41. § 1. a Principe *per conventionem populi* constituerentur. Vide *Publicus*. [\* et Savin. eodem § 126. sqq.]

\* *Iidem* qui supra *Judices domnorum regum vel imperatorum* inscribuntur, ad quos judicia et sententias pronuntiare haud dubie pertinebat, ut patet ex locis citatis, ubi *placito* una cum comite præsedent et judicant. Neque aliter quam Bignonio visum est, cui assentiunt Cangius et Muratorius tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 501. intelligendum opinor Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 16: *De justitiis faciendis*, maxime si integrum exhibeatur: *Ut omnes justitias faciant, tam publici quam ecclesiastici. Et si aliquis homo ad palatium venerit pro causa sua, et antea suo episcopo suisque ministris quæ ecclesiastica sunt, et quæ secularia suo comiti non innotuerit in mallo ante Rachinburgios, aut si causa sua ante comitem in mallo fuit et ante Rachinburgios, et hoc sustinere noluerit quod ipsi legitime judicaverint, si pro istis causis ad palatium venerit, vapuletur. Et si major persona est, legem exinde faciat.* Et quidem eo loci agitur de re judicata aut ab episcopo cum suis ministris, aut a comite cum suis adessoribus; judicis ergo, non actoris publici, uterque partes agebat. Non ibo tamen inficias quin vox *Judex* interdum pro eo, qui litem judicat, non accipienda sit; atque adeo nonnunquam ea designari apud Scriptores nostros, quorum tamen nullus adhuc mihi occurrit, actorem publicum seu ministrum regium, qui rei publicæ bonum curat, nostris vulgo *Partie publicæ*; sicque cum D. Bouquet tom. 1. Jur.

publ. Franc. pag. 92. et 135. lubens sententiam.

**JUDEX REDEMPPTUS,** pecunia corruptus, in Edicto Theodorici cap. 2.

**JUDEX REIPUBLICÆ,** Exarchus dicitur apud Anastasium Bibl. in Deusedit PP.

\* **JUDICES SERVI,** *Iidem* qui *Servi vicarii*, Qui vices domini agunt in villis ejusque nomine alii jus dicunt. Vide in *Servus*. Chartul. Belliloc.: *Per omnes curtes seu villas imponimus Judices servos in tali convenientia ut nullus ex illis, neque de posteris eorum, efficiatur miles, neque ullus portet excutum, neque spadam, neque ulla arma; nisi tantum lanceam et unum esperonem: non habeant vestem scissam ante vel retro, sed tantum clausæ fiant.*

**JUDEX AD SIGNUM EQUI,** *Judex ad signum Galli*, in Statutis Mediolan. part. 2. cap. 6. 14.

\* **JUDEX VICTUALIUM,** Cui *victualium* seu rerum victui necessarium cura et inspectio commissa est. Annal. Placent. ad ann. 1470. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 929: *Judex victualium per quemdam macellatorem fuit interventus.*

\* **JUDEX DE USU.** V. supra *Judex de lege.*

**JUDICES** appellabant Hispani supremos suos Gubernatores ac Principes, eorumque dominatum, *Judicatum*. Lucas Tudensis æra 961: *Rege Froylano vivente, nobiles de Castella contra ipsum tyrannidem sumpserunt, eum Regem habere nolentes. Elegerunt autem sibi duos Judices nobiles, id est, Nunnus Rasoiram de Catalonia, et Jamium Calvum Burgensem, qui noluit suscipere Judicatum. Mox: Sapienter se gessit Nunnus Rasoiram in Judicatu suo, et totam Castellam usque ad flumen de Pisorga judicavit, dum vixit, etc.* Præsertim vero

**JUDICES** appellati Reguli Sardinia, Calaritari scilicet et Arborenses Toparchæ; eorumque dominia, *Judicatus*. Chronica Pisana ann. 1165: *Eod. anno 4. Id. Aug. Imperator Fridericus coronavit apud Papiam Parasonem in Judicem Arboreæ.* Exstat Epistola B. Marchionis Massæ et Judicatisæ Calaritanæ et Arborensis, in Regesto Honorii III. PP. lib. 1. in qua sic loquitur: *Cum post decessum claræ memoriæ illustris viri domini et patris mei W. Marchionis Massæ et Judicis Calaritani omnis Clerus et universus populus terræ Calaritanæ convenissent in unum, ut me in Judicatum Calaritanum, qui jure hæreditario me contingebat, more solito confirmarent, susceptoque baculo regali, quod est signum confirmationis in regnum, de manibus vener. Fratris et Domini mei Archiepiscopi Calaritani, cum assensu et præsentia Suffraganeorum suorum et omnium nobilium terræ Calaritanæ, juravi protinus eisdem coram ipsis ante cetera et præter alia, quod Regnum Calaritanum non alienarem, neque minuerem, etc.* Ubi observandum *Judicatum* et *Regnum Calaritanum* idem esse. *Judicatus Calaritani* mentio est apud Gregor. in Decretal. lib. 2. tit. 26. cap. 17. Vide Gregorium VII. PP. lib. 1. Epist. 29. 41. lib. 8. Epist. 10. Acerbum Morenam in Histor. Rerum Laudens. pag. 105. Ughellum tom. 4. pag. 1203. [et Annales Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 311. et 359.] [\* Murator. t. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 1053. 1056. et 1060.] Sic Regna Israel et Castellæ a judicibus cœpere: sic Athanaricus, qui Gothis imperabat sub Valente August.

Regis nomen repudiavit, et Judicis usurpavit, ut auctor est Themistius.

\* **JUDICES,** Qui et *Testes* appellantur, Silices ad metas apponi soliti, ut metam esse probent. Hieron. de Monte Brixiano in Tract. de Fin. regund. cap. 17. num. 3. pag. 39: *Quando ponuntur lapides pro confinibus, requiritur quod sint immobiles et affixi in modum terminorum, vel quod lapides mobiles habeant alios parvos lapides ibi affixos supra terram, qui vocantur Judices, ostendentes quem confinant.* Vide in *Testis* 3.

**JUDICATUS,** *JUDICATUM,* Officium seu dignitas judicis, apud Lucam Tudensem loco laudato, et apud Petrum de Vinea lib. 6. Epist. 23. [necnon in Statutis Massil. lib. 1. cap. 7. § 10.]

**JUSTITIATUS,** Dignitas *Justitiæ*, apud Vitalem Oscensem, ubi de *Majore domus*.

\* **JUDICABILIS,** de quo potest judicari, apud Martianum Capellam lib. 5. p. 149.

\* **JUDICAMENTUM,** Sententia Judicis. Tabularium S. Sergii Andegav.: *Tandem ad hoc ventum est, per Judicamentum Domini Roberti de Vitreaco, ut super terram illam irent, et quantum valerent viderent.* [\* Charta ann. 1074. ex Tabul. S. Albini Andegav.: *Itaque sedentibus eis in unum, interrogaverunt ambos abbates et monachos eorum, quorum causa erat, utrum vellent utrumque credere Judicamento.*]

**JUDICARE,** Concedere, disponere, legare, supremo *judicio* de bonis suis discernere: phrasis Longobardis et Gothis familiaris. Tabularium Casauriense: *Ad Ecclesiam S. Trinitatis venit Jaga, quæ fuit conjux Bernardi, et tradidit et Judicavit omnes suæ res proprietatis, quantum habebat et tenebat, in ipsam Ecclesiam, etc.* Crebro ibi occurrit hac notione, ut in Legibus Wisigoth. lib. 4. tit. 5. § 2. 3. 7. lib. 5. tit. 2. § 2. tit. 7. § 14. lib. 6. tit. 1. § 2. in Lege Longob. lib. 2. tit. 4. § 4. tit. 18. § 4. tit. 20. § 2. [\* Aist. 5. Carol. M. 78. Luitpr. 101. (6. 48.)] et alibi non semel, in Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 679. apud Petrum Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 16. Paulum Diaconum Emeritensem in Vita S. Fidelis Episcopi Emerit. cap. 3. in vet. Chartis apud Joan. Lucium lib. 2. de Regn. Dalm. cap. 16. Ughellum tom. 1. part. 2. pag. 255. tom. 4. pag. 481. tom. 7. pag. 566. 581. Sammarthanos in Abbat. pag. 394. Puccinellum in Vita S. Simpliciani pag. 109. et alios. Hinc emendanda Charta Domnoli Episcopi Cenomanensis: *Ideo tibi, Niviarde Diacone ac Defensore nostræ Ecclesiæ, judico atque jubeo, hac tua traditione, sicut nunc ab Ecclesia possidetur, cum omni soliditate vel adjacentia sua Leusio Abbati facias consignari.* Ubi perperam Edit. *Indico.*

\* *Pro anima judicare,* in Charta ann. 1136. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 287. Hinc

\* **JUDICARE,** Eadem notione, qua dicimus de eo qui, volente Deo, mortuus est: *Dieu en a disposé,* in Testam. Azon. march. Estensis ann. 1212. ibid. pag. 404: *Ego Azo Estensis marchio corpore infirmus, mente vero et sensu existens integer, si Deus me Judicaverit de hac infirmitate, relinquo uxori mee, etc.*

**JUDICARE PŒNITENTIAM,** Imponere. Capitula Caroli M. ann. 769. edita a Baluzio cap. 1: *Et unusquisque Princeps unum Presbyterum secum habeat, qui hominibus peccata confitentibus Judicare et indicare pœnitentiam possit.* Capit. Theodori Cantuar. cap. 43: *Non licet Diacono*

laico *Judicare* pœnitentiam, sed *Episcopis aut Presbyteris*. Ubi *Judicare* idem valet ac decernere, vel injungere. Vide *Pœnitentiale*.

**JUDICARE LEGEM**, in Lege Longob. lib. 1. tit. 18. § 2. [\*<sup>2</sup> Rach. 6.] *Judicare secundum legem*, in Lege Alem. tit. 41. § 1. cui opponitur *Judicare contra legem*.

**INJUDICARE**, de rebus suis non disponere. Charta Gisulfi Principis Salernitani, apud Ughell. tom. 8. pag. 83 : *Et si sine hærede quislibet ex eis mortuus fuerit, aut res suas Injudicatas reliquerit, id est, de iis non disposuerit.* [\*<sup>2</sup> Chart. Longob. ann. 770. apud Brunett. Cod. Dipl. Etrur. tom. 1. pag. 616. lin. 11. 21. 31.]

**JUDICIARIA**, Jurisdictio Judicis. Vide *Judiciaria*.

**JUDICIARIUS**, Qui pertinet ad judicem, Ugoni. Glossæ Gr. Lat. : Δικαστικός, *Judiciarius, judicialis*.

\* **JUDICIATIO**, *Judicis* seu comitis districtus, territorium. Charta ann. 1178. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 348 : *Et volo, ut nullus marchionum de cetero faciat, vel fieri faciat aliquam forticiam extra castra eorum in tota eorum Judicatione, nisi communiter omnes tres facerent.* Vide *Judicatus*.

† **JUDICATOR**, *Judex*. Charta Guidonis Comitis Flandriæ ann. 1237. ex Tabul. S. Barthol. Bethun. : *Prout evenerint terminata fuerint per legem et per judicium, per Judicatores et conjuratores prædictos.* Pluries ibidem occurrit. *Scabini seu Judicatores*, in alia Charta ann. 1270. in Valesianis pag. 88.

**JUDICATORIUM**, δικαστήριον, in vett. Glossis ; [in aliis δικαστικόν, *Judicatorium*.]

\* **Judicatoire**, pro *Jugement*, *Judicium*, in Lit. remiss. ann. 1463. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 571 : *Auquel bailli de Cassel en Flandres appartenoit la congnissance et Judicatoire du cas, pour ce qu'il avoit esté commis en son baillage.* *Jugié*, eodem intellectu. Arest. ann. 1290. in Reg. 2. Olim parlam. Paris. fol. 87. r° : *Se ainsi n'est que il ait accompli ce qui est contenu en un Jugié, fait en la cour le roy à Paris.* Charta ann. 1312. ex Chartul. 21. Corb. : *Chacune desdites parties se vaussissent aidier de ung Jugié, qui aultreffoys avoit esté fais de plusieurs debas meuz.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 119 bis : *Duquel procès ensuyrent plusieurs sentences ou Jugiez contre ledit exposant.* *Jugiet*, in aliis ann. 1383. ex Reg. 124. ch. 143.

1. **JUDICATUM**, *Sententia* judicis. Capitula Caroli M. lib. 3. cap. 37 : *Ut nullus præsumat hominem in judicium mittere sine causa, nisi Judicatum fiat.* Chronicon Farfense pag. 652 : *Et Judicatum exinde factum est per jussionem Theodici Ducis, etc.* Passim in vett. Chartis.

2. **JUDICATUM**, *Decretum*, scriptum, quo quis de rebus suis *judicat*, seu disponit. Ratherius Veronensis lib. de Discordia inter ipsum et Clericos : *illis ablata, bonis duobus, id est, B. Genitrici sanctoquo Stephano Protomartyri contuli, vel potius reddidi : faciens de quibusdam insuper scriptum quoddam, quod nominant Judicatum, id est, decretum, pauperioribus Ecclesiis ejusdem Ecclesiæ.* Charta Landulphi Archiep. Beneventani apud Ughell. tom. 8. pag. 496 : *Et quæ ei per offensiones, et Judicata et præcepta concessa sunt.* Testamentum Andreae Episcopi Derthonensis, apud eundem in appendice tom. 4 : *Quam vero eorum tali-*

*ter Judicati seu dispositionis meæ paginam Gausus notarius tradidit, et subscribendum rogavi.* Adde Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 367. 416. 429. 478. [\*<sup>2</sup> Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 37. ex Cod. reg. 4622. A : *Judicatum seu ordinamentum legitime factum a quolibet cive Taurini vel habitatore in ultima sua voluntate, firmiter teneatur, licet sine hæredibus decedat.*] Ejusdem fere notionis ac originis

**JUDICATUS**, apud Venetos, quibus *Zudegado*, è un atto levasi al *Zudega de proprio, per satisfar crediti dotali, i quali sono obligati à dote, ut est in Practica Palatii Veneti* cap. 4. Vetus Charta apud Ughellum in Episcopis Eposediensibus : *Ut inde faceret legale testamentum, quod appellatur Judicatus ;* [seu Charta *Judicatus*, ut habetur apud Mabillon. sæc. 6. SS. Benedict. part. 1. pag. 348.] Statuta Venetorum ann. 1242. lib. 1. cap. 56 : *Dabitur potestas mulieri in Judicatu suo de proprietatibus et bonis viri tollendis.* *Cartulæ dijudicatus mulierum*, in lib. 1. cap. 56. lib. 3. cap. 37. 39. lib. 4. cap. 9. lib. 6. cap. 16. 22.

† 3. **JUDICATUM**, *Dignitas* Judicis. Vide *Judex*.

1. **JUDICATURA**, *Dignitas* judicis, vel *jurisdictio*, in Edicto Philippi Pulcri ann. 1302. pro reformat. Regni art. 19. [apud de *Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 360. in Computo ann. 1310. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 92. apud Vincentium Cigaltium de Bello Ital. etc.] *Avoir connoissance et Judicature de toutes matieres et questions, etc.* in Consuet. Hannon. cap. 83. art. 1.

\* *Judicis officium*. Libert. Dalph. ann. 1349. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 52 : *Declaravit ipse dom. delphinus, quod quicumque judices et procuratores Delphinatus et aliarum terrarum suarum, creati et in posterum creandi, non teneant nec tenere possint officia Judicature vel procuratorionis in una Judicatura vel in quocunque loco, continue, nisi per duos annos dimtaxat. Judicem et sedem judicis ac Judicaturam ordinariam annexantes cum eadem Judicatura Salveterreæ, in Lit. ann. 1369. ibid. pag. 693.*

† **JUDICATURA**, *Locus* ubi *judicatur*. Codex MS. e Bibl. D. de Chalvet Senecalli Tolosani de Albigenibus : *Audivit a dictis hæreticis quod steterant cum dicto infirmo in Judicatura sua in Senescallia Tholosana bene per quindecim dies.*

† **JUDICATURA**, *Actio* *judicandi*, *judicatio*. Statuta Massil. lib. 1. cap. 20. § 7 : *Advocati tam jurisperiti quam laici, si receperint aliquas causas in se tanquam arbitri vel arbitratores quod... de illis causis non accipiant... pro justitia vel Judicatura, nisi tantum quantum possent... accipere, si essent Advocati... illarum causarum in Curia Massiliæ.*

\* 2. **JUDICATURA**, *Judicis* districtus. Charta Rodul. dom. de Gaucourt gubernat. Dalph. ann. 1445 : *Concedimus facultatem arte medicinæ utendi et ipsam practicandi libere et impugne per Judicaturas et terras baroniarum Vapinciesii comitatus.* Vide supra *Judicatio*.

\* 3. **JUDICATURA**, *Præstatio*, quæ *judici* vel *potius domino* fit, *emolumentum* quod ex *judiciis* provenit, *multa*. Charta Henr. Dalph. episc. Metens. ann. 1323 : *Tertiam partem Judicaturarum, compositionum et escheutarum quarumcumque ad nos in locis prædictis... spectantium, etc.* Charta ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 551 : *Bassam jurisdictionem loci Agrifolii... dominus noster rex tenebat et possidebat, cum... emolumentis, deveris, clamoribus, pœnis, Judicatura, etc.* Alia

ann. 1354. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Vienne fol. 58. v° : *Mercator vero et ejus nomine pelens datam, sportulas, Judicaturam, clamam, vel aliquid solvere minime curiæ nostræ teneatur.* Vide *Jugeria*.

† **JUDICATUS**, *Comitatus*, territorium *Judicis* seu *Comitis*. Chron. Januense Jacobi a Voragine apud Murator. tom. 9. col. 41 : *Pisani pacem Januensium fregerunt ; ipsi enim cum exercitu Sardiniam ascendentes, omnes Januenses de toto Judicatu ejecerunt.* Gualvanei Flammei Opusculum apud eundem Murator. tom. 12. col. 998 : *Ex sola matre habuit sororem Johannam nomine, Comitissam Galluræ, quæ est tertia pars insulæ Sardinie, quæ decedens Azum fratrem suum instituit hæredem ipsius Comitatus, sive Judicatus Galluræ.* Vide aliis *notionibus* in *Judex* et *Judicatum* 2.

\* **JUDICATUS PROVINCIALIS**, *Judicium* provinciale, *placitum* provinciale. Chart. Bolkon. duc. Siles. ann. 1337. apud Ludewig. Reliq. tom. 5. pag. 612 : *Civitatem nostram Srelein, cum castro ibidem, judicio curiæ et Judicatu provinciali... pignori dedimus.* Germ. *Landgericht*.

† **JUDICIALIS**, *Exitialis*, *perniciosus*. Vita sanctæ Mariæ Ægyptiacæ tom. 1. April. pag. 89 :

Ne sit ei talis transgressio *Judicialis*.

† **JUDICIALITER**, *Intelligenter*. Sidonius lib. 7. Epist. 14 : *Non tam Judicialiter quam oculariter intueri. Judicialiter expertus*, apud eund. lib. 5. Ep. 15.

† **JUDICIALITER**, *per sententiam* *judicium*. *Judicialiter condemnatus* in *Parlamento*, in Chron. Trivetti, tom. 8. Spicil. Acher. pag. 648. *Hæresibus Judicialiter reprobatis atque damnatis*, in Litteris ann. 1416. apud Ludewig. tom. 6. pag. 71.

\* *Coram* *judicibus*. Charta ann. 1427. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 53 : *Dictæ partes aut earum procuratores Judicialiter comparebunt.* Hinc *Judiciallement*, pro *Judiciairement*, à *l'audience*, inter *judicandum*, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 28 : *Laurens Petit nostre sergent en la seneschaucié de Perrigort dist illec (à l'auditoire) Judiciallement que iceulz consulz, manans et habitans avoient bien cause raisonnable de eulz plaindre.*

**JUDICIARIA**, *Districtus* *judicis*. Gloss. vetus : *Judiciaria, Jurisdictio*. [Diploma Conradi II. Imper. ann. 1140. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 110 : *Ministeriales sui curtium suarum, id est, Judicarias et villicationes pro feodum et hereditario jure vellent obtinere.*] Occurrit in *Capitul. Pipini Regis Ital.* ann. 793. cap. 30. in *Lege Longobard.* lib. 1. tit. 14. § 8. tit. 25. § 50. lib. 2. tit. 4. § 3. tit. 52. § 14. lib. 3. tit. 1. § 98. [\*<sup>2</sup> Aist. 13. Liutpr. 14. (5, 15)... Pippin. 8. Lothar. 1. 54.] et in *varis* *Chartis* *Longobardicis* apud Ughellum in *Archiep. Beneventanis*, tom. 5. pag. 1553. 1562. [\*<sup>2</sup> Vide Savin. *Histor. Jur. Roman. med. temp.* tom. 1. § 83.]

**JUDICIARIA**, *Eadem* *notione*, in *Chronico* *S. Vincentii* *de Vulturno* pag. 681. et in *Legibus* *Luithprandi* *Reg. Longob.* tit. 20. § 9. [\*<sup>2</sup> 27. (4, 9.)]

**JUDICIARIE**, *Navium* *species*, in *leg. un. Cod. Th. de Lusoriis Danubii* (7, 17.) : *In Scythico vero (limite) quinque Judicariæ, et duodecim agrarienses nove de integro constructæ, instrumentisque suis universis armatæ.* De *nominis* *ratione* *multa* *commentatur* *Jacobus Gothofre-*

du, quæ difficultatem, ni fallor, omnino non expeditur.

† **JUDICIARIUS**, Assessor. Vetus Consuetudo Norman. cap. 9 : *Judicarii autem sunt discretæ personæ et auctenticæ, qui judicium proferunt de auditis. Si vero Judicarius Judicarios in judicio faciendi ignorantia vel maliita errare perceperit, licet omnes consenserint, illud debet ad alias assisias prorogari.*

\* **JUDICISSA**, Quæ promiscue Regina nuncupatur, quæ Judicatum seu regnum possidet, uxor reguli seu toparchæ in Sardinia. Charta ann. 1224. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 7 : *Ego Benedicta donnicella marchisana Massæ et Judicissa Calaritano... viginti libras argenti nomine census pro regno meo Calaritano sive judicatu ac tota terra, quam habeo in Sardinia, in festo Omnium Sanctorum promitto solvere annualim. Item promitto quod nullus de novo efficietur Judex vel Judicissa in ipso regno sive judicatu, quin jurent fidelitatem ipsi (Romanæ) ecclesiæ. Alia ann. 1236. ibid. col. 9 : *Ego Adelasia regina Turritana et Gallurensis, etc. Vide in Judex.**

**JUDICIUM DEI**, illud appellabant, quod purgationem alii, qua scilicet quis, ubi testes deerant, innocentiam suam tuebatur, et crimen obiectum a se amoluebatur; utraque, canonica nempe et vulgaris, hac nomenclatura donatur. Prior quæ fit per sacramentum et juramentum, sic dicta, quod admittatur a Canonibus, et in Conciliis passim: altera, quæ fit per duellum, ferrum candens, et hujusmodi, quod a vulgo inducta recepta sit, *hominum adinventio sit*, ut ait Agobardus lib. de Divino judicio cap. 2. *popularis inventio*, ut Alexander II. PP. apud Ivon. part. 10. cap. 15. *peregrinum Judicium*, ut Lucius III. PP. apud Gregorium cap. 5. de Purgat. canon. et Ivonem Carnot. Epist. 85. *nulla sanctione fulta lex*, in cap. *Mennam*, caus. 2. quæst. 5.

**JUDICIUM** porro *Dei* utramque purgationis speciem appellarunt, quod existimarent hocce examine, rei, de qua quæstio erat, Deum veritatem probaturum, etiam cum miraculo, quasi putarent, ait idem Agobardus, *rerum latentium dubia et occulta posse patefieri, et per res contrarias veritati* (vulgarem purgationem) *veritatem latentem monstrari: nescientes*, ut alibi subdit, *judicia Dei investigabilia, et profundum divitiarum sapientiæ et scientiæ ejus: quod non ita videat Deus, ut videt homo. Homo tantum præsentia respicit, Deus futura et æterna cognoscit. Communis ad Deum querela sanctorum est, quare contra eos injustum Judicium fiat, et innoxium in persecutionibus sanguinem fundant: ac si quando ante tribunal steterint judicium sæcularium, judex acceptis muneribus condemnet insontem, et reum liberet. Quo spectant ista ex Capit. 1. ann. 809. cap. 20 : *Ut omnes Judicio Dei credant absque dubitatione. Præterea hæc Galberti in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 162 : *Cum servus humiliter agit cum domino pro suo reatu, dominus indulget servo secundum legem penitentiae agentis. Cum vero homo juste agens, in alium hominem perverse egerit, et Deus judex inter utrosque adsciscitur, fidem juste agentis Deus juvat, injustum hominem a causa prosternens, et in obstinatione sua confundens. Unde fit, ut in bello alter iniquus prosternatur; in Judicio aquæ vel ferri iniquus pœnitens tamen non cadat. Quæ quidem ille infert***

propter Lambertum, qui in Carolum conspiraverat, et ex eo insinulatus, ignito se judicio excusans, criminis obiecti quantumvis reus, quia tunc facti pœnitens, immunis evaserat. Similia de quodam fure, qui licet reus duello victor evaserat, narrat Hermannus lib. 4. de Miraculis S. Mariæ Laudun. cap. 28 : *Unde Laudunum reductus et contra Anselmum, hæc negantem, duelli certamine congressus, protinus superatus et victus est; forsitan, ut multi putarunt, pro fidei violatæ reatu, qua promiserat fidem Anselmo, quod eum non detegeret.*

Per *judicium* igitur *divinum*, uti appellatur ab Agobardo, utraque purgatio intelligitur. Ac de canonica quidem testatur Gregorius Turon. l. 2. de Miracul. cap. 19 : *Usquequo uterque contendimus, sub judicio omnipotentis Dei ponamus. Eamus ad tumulum Martyris, et quod sub sacramenti interpositione dixeris, discernat virtus sancta Patroni. Lex Longob. l. 2. t. 52. § 15. [\*] Pippin. 9.] : *Ut judex unusquisque faciat jurare ad Dei judicia per civitates homines credentes, etc. Fridericus II. Imp. apud Matth. Paris. ann. 1239. pag. 339 : *Unionem Ecclesiæ sub atestatione divini Judicii humiliter postulantes, i. cum juramento. Verum rarius sacramentum, Judicium Dei dictum reperies apud Scriptores: quibus ita indigitatur purgatio quævis vulgaris. Lex Burgund. tit. 45 : *Ita ut unus de eisdem testibus, qui ad danda convenerant sacramenta, Deo judicante configat. Gregorius Turon. l. 7. cap. 14 : *Ast si aliquis est similis mihi, qui hoc crimen impingat occulte, veniat nunc palam et loquatur, tu, O Rex piissime, ponens hoc in Dei Judicio, ut ille discernat, cum nos in unius campi planitie viderit decertare. Chron. Fredegarii cap. 25 : *Jungamus ad prælium, ut a Domino Judicemur. Et cap. 51 : *Jube illum hominem, qui hujuscemodi verba tibi nuntiavit, armare, ut Judicio Dei, his duobus confligentibus, cognoscatur, utrum hujus culpæ reputationis Gundeburga sit innoxia an fortasse culpabilis. Lex Longob. lib. 1. tit. 16. § 2. [\*] Roth. 198.] : *Tunc per campionem, id est, per pugnam ad Dei Judicium decernatur. Ita crebro judicium Dei a sacramento distinguitur. Concilium Moguntiacense ann. 888. cap. 23 : *Aut Judicii examine, aut sacramenti protestatione se expurgat. Domesdei apud Seldenum ad Eadmerum pag. 217 : *Defendere pro sacramento, aut per Dei Judicium, id est, per duellum: nam fere semper ita indigitabatur.**********

Duellum *Judicium Dei* vocat Agobardus, ut per ferrum ignitum, et aquam, seu ferventem, seu frigidam, purgationem alii. Lex Longob. lib. 1. tit. 10. § 3. [\*] Carol. M. 105.] : *Si negaverit ipsum occidisse, ad novem vomeres ignitos, ad Judicium Dei examinandus accedat. Leges Edw. Confess. c. 16 : *Si se super defendere non possit, Judicio Dei, scilicet aqua vel ferro, fiet de eo justitia. Adde Nithardum lib. 3. pag. 374. Annales Francor. Bertinian. ann. 876. Glanvillam l. 14. cap. 1. Regiam Majest. l. 4. c. 3. § 4. Bracton. lib. 3. tit. 2. c. 15. § 3. Matth. Westmonast. pag. 348. etc.**

Interdum tamen *judicium* a duello distinguitur, ut in Legibus Willelmi Nothi : *Si probare voluerit Judicio aut duello. Cap. 71 : *De omnibus utlagariæ rebus Rex instituit, ut Anglicus se purget ad Judicium. Cap. 68 : *De aliqua re, pro qua bellum fieri debeat, vel Judicium inter duos homines. Cap. 69 : *Si Francigena compellat Anglicum, per bel-****

*lum de eisdem rebus, Anglicus plena licentia defendat se per bellum, vel per judicium, si magis ei placeat. Ubi judicium omnino a duello diversum est. Unde colligitur per Judicium, Judicium ferri intelligi, ex cap. 62 : *Si Francigena appellaverit Anglum de perjurio, aut murdro, furto, homicidio... Anglus se defendat, per quod melius voluerit, aut Judicio ferri, aut duello. Et mox : *Si autem Anglus Francigenam appellaverit, et probare voluerit, et noluerit Judicio aut duello, volo tunc Francigenam purgare se sacramento non fracto. Atque ita judicium usurpant Leges Adelstani Regis apud Bromptonum pag. 856. Ubi Judicium calefacere, de ferro ignito, Judicium portare, seu ferrum ignitum. Vide Ferri judicium, et Jusium. Sic etiam Capitulare 3. Caroli M. ann. 813. cap. 48 : *Si fur de septem latrociniiis comprobatus fuerit, exiet ad Judicium. Si incenderit, tradant eum ad mortem.****

Ut plurimum tamen *Judicium* sumitur pro quavis purgatione vulgari. Unde formulæ frequentes, *ad Judicium Dei exire*, vel *ad Judicium exire*, [in Capitulari Francoford. ann. 794. cap. 7.] in Capitulari ann. 813. cap. 44. 46. apud Hincmarum tom. 2. pag. 543. et Opusc. 58. *Ad Judicium mittere*, in Lege Longob. lib. 3. tit. 23. [\*] Carol. M. 112.] *Judicio Dei examinari*, in Capit. Caroli Calvi tit. 31. cap. 13. 20. tit. 39. cap. 7. *Suam infamiam ad Dei Judicium purgare*, eod. tit. 39. cap. 3. *Divino purgari Judicio*, in Concilio Salegustadiensi ann. 1022. cap. 13. *Judicio Dei se expurgare*, in Legibus Edw. Confess. cap. 19. Charta Caroli M. edita a Mabillonio : *Aliqui vero fideles per Judicium Dei se exinde idonaverunt.*

**JUDICIUM COMMUNE**, Purgatio vulgaris, duellum in libro 3. Miracul. S. Dionysii cap. 33.

**JUDICIUM PEREGRINUM**, veluti candentis ferri vel aquæ, in Concilio Dalmatico ann. 1199. can. 5. et Parisino ann. 1212. part. 4. can. 15. Vide supra.

**JUDICIUM S. SPIRITUS**, etiam non semel dictam purgationem vulgarem reperire est, ut quem ei præesse ad veri judicium existimarent. Vetus Chronicon sub ann. 798. apud Hieronymum *dalle Corte*, lib. 4. Hist. Veronensis : *Tandem habito consilio, pacti sunt, ut hæc Dei et S. Spiritus reservarentur Judicio, etc. Victor III. PP. lib. 3. Dial. : *Oro, inquit, Deus omnipotens... Judicio sancti Spiritus tui ostende virtutem, illæsum me per hunc ignem transire concede, etc. Joan. de Beka in Burchardo Episcopo Trajectensi cap. 23 : *His diebus quidam Hildebrandus Cardinalis et Apostolicæ Sedis Legatus, devenit in Galliam, ut ibi aboleret simoniæ perfidiam. Cum autem ipse Cardinalis adversus diffamatum Episcopum processisset, et idem Episcopus testes ipsum accusantes pretio subarrasset, dixit Legatus : *Cesset humanum Judicium, producatur ecce divinum oraculum, cum certum sit, quod Episcopalis gratia donum sit Spiritus sancti. Et si in emptione Pontifex non sit consors Simonis Magi, igitur absque formidine dic : *Gloria Patri et Filio, et Spiritui sancto. Simoniacus igitur absque formidine, Gloria Patri et Filio, distincte protulit : verumtamen, Spiritui sancto, nequaquam pronuntiare potuit; sed postquam idem ab Episcopatu destitutus fuit, totum versiculum sine obstaculo legit. Gualdricus Episcopus Laudunensis apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 8 : *Ait : *Communio sancta,*******

quam ex illo pridem altari suscepi, veniat mihi ad pernicem, et S. Spiritus gladium invoco in animam meam, si hæc unquam verba Regi de vobis dixi. Aliter Judicium Spiritus sancti usurpatur in Concilio Romano ann. 904. cap. 1.

JUDICIUM PROBABILE, quo veritatis probatio eruitur, vocatur, in Concilio Salegustadiensi cap. 7: *Ille qui negaverit, probabili Judicio se expurget.*

In celebrandis seu potius obeundis ejusmodi judiciis ac purgationibus vulgaribus, ritus quidam peculiare observati. Ac primo quidem eæ fieri festis et jejuniis diebus vetantur in Fœdere Saxonico Edwardi et Guthruni Regum § 9. in Canonibus datis sub Edgardo Rege § 24. et in Legibus Canuti Regis § 17. Rursum qui ad *judicia* exibat, id est, ad purgationem, priusquam eam obiret, triduo ante, peccatorum confessione, strictiori jejunio, ac sacræ Eucharistiæ ad Missam perceptione sese parabat, ut est in Legibus Saxonice Athelstani § 23. et Latinis § 30: *Si quis Judicium ferri vel aquæ vadaverit, accedat ante tribus noctibus ad Presbyterum, qui sanctificare debet eum, et pascat se pane et sale et aqua et herbis, et audiat Missas singulorum ipsorum trium dierum, et offerat, et eat ad sacrosanctam Communionem ipsa die, qua ordalium examinari debet, et juret, quod jure publico sit innocens accusationis, antequam ad ordalium veniat.*

Antequam vero communicaretur, a Sacerdote interrogabatur cum adjuratione, in hunc modum: *Adjuro te per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et per veram Christianitatem quam suscepisti, et per sanctas reliquias, quæ in ista Ecclesia sunt, et per Baptismum, quo te Sacerdos regeneravit, ut non præsumas ullo modo communicare, neque accedere ad altare, si hoc fecisti, aut consensisti, etc.* Tum sacram Eucharistiam porrigans Sacerdos, dicebat: *Corpus hoc et sanguis Domini nostri Jesu Christi, sit tibi ad probationem hodie.* Ita Ordo ad ejusmodi judicia apud Lombardum: quibus addi possunt, quæ habet Codex MS. Thuanus de Usaticis Barcinonensibus: *Antequam usatici fuissent, multi solebant iudices judicare, ut cuncta malefacta fuissent omni tempore emendata, si non potuerint esse neglecta, per sacramentum, vel per batayam, sive per aquam frigidam, sive calidam, ita dicendo: Juro ego ille tibi illi, quod hæc malefacta, quæ tibi habeo facta, sic ea tibi feci ad meum directum, et in tuo neglecto, quæ tibi illa emendare non debeo per Deum et hæc sancta, et inde stetissent ad bellum, vel ad unum ex supradictis Judiciis, scilicet aquæ frigidæ vel calidæ. Omnicidia et cucucia, quæ non possunt neglectari, fuissent secundum leges et mores judicata et emendata, sive vindicata.*

Peragebantur denique purgationes coram Episcopis vel Sacerdotibus ab iis delegatis, et coram iudice sæculari. Leges Edwardi Confess. cap. 9: *Die illo, quo Judicium fieri debet, veniat illuc minister Episcopi cum Clericis suis, et similiter Justitia Regis cum legalibus hominibus provincie illius, qui videbunt et audiant, ut æque omnia fiant, et quos Dominus per misericordiam suam, non per merita, salvare voluerit, quieti sint, et libere recedant: et quos iniquitas culpæ, non Dominus, damnaverit, Justitia Regis de ipsis justitiam faciat.* Verum hæc duellum spectare haud credam, cum coram Sacerdotibus initum vix le-

gatur; sed purgationes per ferrum candens, aut per aquam ferventem, quæ (ferrum scilicet et aqua) Sacerdotis benedictione consecrabantur.

Judiciis vulgaribus accensentur ea, quæ per duellum, seu monomachiam, peragebantur, per ferrum candens, per vomeres ignitos, per ignem, per aquam frigidam, per aquam ferventem, per crucem, per Eucharistiæ divinæ perceptionem, per buccellam, seu corsned, iudicium tripodii, etc. de quibus sigillatim agimus, ut et de eorum ritibus ac usu.

Ejusmodi judicia, ac purgationes, damnarunt non semel Concilia et SS. Patres generatim, in primo Leo IV. PP. in Epist. ad Episcopos Britan. cap. 4. Alexander II. apud Ivonem part. 10. cap. 15. et alii, quos in dictis vocibus passim laudamus. In iis porro vulgaribus purgationibus ritum *cujuslibet benedictionis aut consecrationis impendere* vetantur Sacerdotes in Concilio Budensi ann. 1279. cap. 9. Admissa tamen interdum ab ipsis summis Pontificibus, ut a Calixto II. in Concilio Remensi ann. 1119. in Statuto de Trevia Dei sub finem, etc. [\* Vide Murator. Antiq. Ital. Dissert. 38. tom. 3. pag. 611. sqq. Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 908. sqq.]

1. JUDICIUM, Districtus iudicis, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 64. § 8.

\* Nostris etiam *Jugement*, eadem acceptione. Charta offic. Attrebat. ann. 1259. ex Tabul. S. Petri Gand.: *Domina Mathildis... quitavit... omnia alia ad dictum managium pertinentia, quæ idem Eustachius tenebat et habebat sub Judicio scabinorum de Harnes.* Stat. ann. 1355. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 511. art. 14: *Et tout autre pain qui est tournez pour vendre dedans le Jugement des eschevins.*

\* JUDICIUM VILLÆ, Idem quod *Judicium municipalium* seu scabinorum, in Lit. Theob. Campan. comit. ann. 1231. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 550.

2. JUDICIUM, Testamentum, donatio, dispositio, legatum. Petrus Diac. lib. 3. Chr. Casin. c. 39. (al. 41.): *Lando Dominus Arpinensis civitatis, ad mortem veniens, Judicium fecit in hoc Monasterio de omnibus quæ sibi jure hæreditario pertinebant, etc.* Vigilius Tapsensis lib. 1. contra Arium cap. 5: *Finali ordinato Judicio... diem clausit extremum.* Ita *Judicium*, pro testamento, vel ultima morientis voluntate usurpat Codex Theod. leg. 4. 20. de Episcopo. (16, 2.) leg. 5. 6. de Inoffic. test. (2, 19.) leg. 9. de Infirm. (15, 14.) etc. Vide *Judicare*.

3. JUDICIUM, alias *Disciplina*, vox Monachorum, multa, quæ Capituli *Judicio* Monacho delinquenti infligitur. Decreta Lanfranci pro Ordine S. Benedicti cap. 10: *Hi vero quorum negligentia hoc evenerit, in proximo Capitulo culpam suam dicant, Judicium suscipiant nudi, et injungatur eis penitentia, vel de jejunio, vel Judiciis, vel psalmis, vel aliquid hujusmodi: quibus de Judicio ad loca sua reversis, omnes Sacerdotes, qui tunc presentes erunt, surgant, et ad Judicia suscipienda cum omni devotione se offerant. Tunc ille, qui Capitulum tenet, septem tantum, quos voluerit de ipsis ad suscipienda Judicia retineat, et cæteris ire sessum præcipiat.* [Passim occurrit vox *Judicium* hac notione, in Guidonis *Disciplina Farfensi* cap. 14. 15. 16. in Bernardi Mon. Ordine Cluniac. part. 1. cap. 74. § 47. in S. Willelmi *Constit. Hirsaug.* lib. 1. cap. 52. 72. lib. 2. cap. 2. 3. etc.]

\* 4. JUDICIUM, Jurisdictio. *Judicium altum*, idem quod *Alta justitia*, Merum imperium, jus gladii. *Judicium colli et manus et civile*, in Charta ann. 1278. ex Pomer. diplom. pag. 179. Charta ann. 1391. ex Cod. reg. 9861. 2. 2. fol. 25. rº: *Ego Henricus comes in Luczilstein, notum facio, quod ego a. dom. Rudolpho de Cuciaco D. G. episcopo Metensi... altam jurisdictionem seu altum Judicium totale villæ Gosselmyngen, cum districtibus, bannis, Judiciis altis et bassis, in feudum recepi.*

† JUDICIUM COLLI ET MANUS, Major et minor jurisdictio, seu, ut vocant, *alta et bassa justitia*. Diploma Henrici Saxon. et Bavar. Ducis ann. 1158. apud Ludewig. tom. 6. pag. 238: *De nostro proprio cum silvis et pascuis et omnibus utilitatibus et cum Judicio colli et manus, in dotem Ecclesie conferimus et confirmamus.* Litteræ Bolki Ducis Silesiæ ann. 1360. ibidem pag. 403: *Judicium supremum et infimum super collum caput et manus, quod in oppido Libavia habere dinoscimur.* [\* Jurisdictio superior. V. Haltaus. Glossar. col. 784. voce *Hals 4.*]

† JUDICIUM CONCEDERE, Latæ sententiæ acquiescere, satisfacere. Tabul. Dunense: *Judices qui affuerunt judicaverunt quod Gaufridus Vicecomes archam ipsam annona plenam restitueret ac redderet, et pro infractione alodii LX. libras Comiti atque Monacho emendaret. Hoc Judicium Gaufridus Vicecomes Concedens LX. libras Comiti atque Monacho emendavit.*

\* JUDICIUM CRIMINALE, Jus cognoscendi de criminibus et ea puniendi. Charta Petri Patav. episc. ann. 1277. apud Hansiz. tom. 1. Germ. sacr. pag. 419: *Item Judicium Criminale vel sanguinis... in bonis et possessioibus ac hominibus ecclesie nostræ sitis in Tulnensi judicio, quocumque nomine censeantur, dedit.*

† JUDICIUM DEFUNCTORUM, Jus quod Parochi sibi adscriperant in bona defunctorum, Gall. *Droit de mortuage*; primo quod in tertia parte bonorum decedentis consistere *Tierçage* dictum; deinde vero *Neufme*, quod ad nonam tertiæ partis mobilium redactum fuisset ann. 1559. In pecudibus ab Anglis persolvebatur. Vide *Heriotum*. Constitutio Johannis Britannie Ducis ann. 1256. ex Archivis Veteris-villæ: *Tertia pars Judicii defunctorum, secundum terræ consuetudinem approbatam libere et integre persolvatur.* Charta ann. 1228. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 380: *Astruens quoque fallaciter omnes laicos ab Ecclesia multipliciter aggravari et specialiter in ea parte Judicii defunctorum, nec non in decimis extrahendis de manibus laicorum. Infra: Et ad tertiam partem Judicii defunctorum Ecclesie parochialibus non solvendam, laudabilem consuetudinem pia devotione fidelium introductam nequiter infringendo.* Statuta MSS. Augerii Episc. Conseran. ann. 1280: *Habeat parochialis Ecclesia canonicam portionem, videlicet tertiam partem secundum jus et consuetudinem diocesis Conseranensis.* Vide *Defunctio*.

JUDICIUM EVINDITALE. Vide *Evinditale*.

JUDICIUM FALSARE. Vide *Falsare*.

† JUDICIUM FEUDI. Vide in *Feudum*.

JUDICIUM FORENSE, Quod in foro sæculari redditur. Charta Henrici Imp. ann. 1107. apud Chapeavillam ad Egidium Aureæ-Vallis pag. 54: *Si quis rusticus aliquam angariam nostram nobis de villa prosecutus fuerit, nullum forense*

**Judicium sustinebit.** Occurrit ibi semel ac iterum. [\*\* Vide Haltaus. Glossar. Germ. voce *Markding*, col. 1317. et *Gerichte* col. 665.]

**JUDICIUM INFORTIATUM.** Vide in *Fortia*.

† **JUDICIUM IGNIFERUM,** vel **IGNITUM.** Vide *Ferrum candens*.

**JUDICIUM LEVARE.** Fori Oscæ ann. 1247. fol. 4: *De homine, qui intrat in iudicium cum pignore in corte et levat iudicium, est ibi calonia 60. solid. Si forte pignoratus dixerit pignoratori, antequam levet iudicium, nec levet iudicium, ecce hic offero sufficientem fideantiam de directo, aut bonum caplevatorem super pignus meum: et pignorator levaverit iudicium cum pignore in corte, est calonia pignoratoris 60. solid.*

**JUDICIUM LIBERALE,** quod in favorem libertatis a iudice profertur. Gloss. Gr. Lat.: *Καρπιστικόν, Liberale iudicium. Καρπίστικον ἐπι ἐλευθερία, asseror, nempe in libertatem. Καρπισμός, vindicta, assertio. Καρπιστής, assertor, vindeat.*

**JUDICIUM PEREGRINUM,** et quod non coram proprio iudice fit. Præsertim vero ita appellantur **Judicium sæculare** respectu **Ecclesiastici**, **Capitularia** Caroli M. lib. 7. cap. 230. [\*\* 309.] Ivo Carnot. Epist. 85. et Goffridus Vindocin. lib. 2. Epist. 24. et Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 31.

**JUDICIUM PENITENTIÆ.** V. *Penitentiale*.

**JUDICIUM PORTARE.** Vetus Charta pro Vicario Bituricensi ex Tabulario S. Sulpitii Bituric.: *Qui iudicium Portaverit, erit in custodia Vicarii, et habebit Vicarius ex illo pro custodia 20. den. et si portaverit iudicium, et locutus fuerit, emendabit 30. sol. etc.* [Vide *Ferrum Candens*.]

\* Instrumentum scilicet portare, quo fit **iudicium** seu purgatio. Tabul. Major. monast. in Reg. 3. Armor. gener. part. 1: *Post hunc vero et ipse Hildricus, qui pro sancto Martino iudicium portaverat, etc.* Supra: *Ferrum ignitum.*

† **JUDICIUM POSSESSORIUM,** **Judicium** decretorium, Gall. *Sentence définitive*. [\*\* *Proprietario* opponitur. Vide JC. et infra *Petitorium* I.] Bulla Innoc. III. PP. ann. 1206. tom. 2. Hist. Eccl. Meldens. pag. 97: *Super quibus ab impeditione Episcopii quoad iudicium Possessorium absolvimus abbatissam.*

**JUDICIUM PROVINCIALE,** Germanis *Landgericht*. Vide Chartam Henrici VII. Imp. ann. 1313. apud Goldastum tom. 1. Constitut. Imperial. pag. 324. et Helwicum in Rationario Styriæ p. 7. § 76. ubi **Judicium Provinciale**, et **officium et iudicium fori et provinciæ**, inter preventus recensentur.

\* **Placitum provinciale** dicitur in Charta Leopold. ducis Aust. ann. 1181. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 89. col. 2: *Nos tamen redditus ipsius ecclesie ab omni jure nostro, tam a Placito provinciali, quod vulgo Latine dicitur, etc.* [\*\* Vide Haltaus. col. 1175. voce *Landrecht*.]

**JUDICIUM REGALE,** apud Hungaros quale fuerit, docet Bonfinius: *Zagabrie Regale iudicium proceres postularunt, quod breve quidem et formidolosum est. Quicumque hoc tribunal accedunt, hastam subire coguntur: perorata utrinque causa, in cuius caput hasta demittitur, is capitis reus habetur, presentaneoque supplicio mulctatur. Id propterea factum, quia ex optimatibus et nobilitate multi homicidii, latrocinii et rapinarum plerique, non-*

*nulli peculatus, repetundarum alii postulati.*

† **JUDICIUM SUSTINERE,** Pœnas iudicio illatas luere, dare. Leges Caroli M. [\*\* cap. 46.] apud Murator. t. 1. part. 2. pag. 100: *Si alicui homini post iudicium Scabinorum fuerit vita concessa, et ipse postmodum aliquod malum perpetraverit, et justitiam reddere noluerit, dicendo quod mortuus sit, et ideo justitiam reddere non debeat, statutum est ut superius iudicium sustineat quod antea sustinere debuit.*

**JUDICIUM TRIPLEX.** Vide *Osgand fordeh*.

**JUDICIUM VADIARE,** Pignore deposito iudicio se supponere. Leges Adelstani Regis cap. 30: *Si quis iudicium aquæ vel ferri Vadiaverit, etc.*

**JUDICIUM VASSALLI INGRESI** dicitur dominus, cum locum, ubi jus dicit, ingreditur: tum enim illius cessat justitia, et justitia domini locum habet. Speculum Saxon. lib. 1. art. 58: *Quando Comes, vel dominus provincialis iudicium sui Gogravii Ingressus fuerit, cessat iudicium Gogravii, sicut quando Rex intraverit iudicium Comitum, cessat iudicium Comitum, ubi Rex et Comes ambo sunt actioni præsentis.* Vide Notas ad Cinnamon pag. 464.

† **JUDICIUM VESTFALIÆ,** quod et *secretum* vocabant, de quo sic Augustinus Patricius in Hist. Conc. Basil. tom. 13. Conc. Labbæi col. 1566: *Post hoc tempus Albertus Cæsar Patres Literis hortatur, ut causam quandam prophanam ad iudicium Vestfaliæ, quod velitum et secretum appellant, remitterent. iudicium hoc a Carolo M. institutum aiunt: quod deinde Cæsares tanti fecerunt, ut raro, vel nunquam ab illo ad se provocantes admiserint. In eo etiam non vocati damnantur. Ponitur in medio chordula, cum de aliquo nexio referretur; si necandus videtur, tangunt omnes, qui accusatum suspendio dignum pulant, digito funem; et ne damnatus sit omnino inscius, per unum aliquem ex iudicibus, qui incogniti sunt, cum obvius datur, virga leniter percussitur, vel ex eo audit hujusmodi verba: Et alibi ita bonus comeditor panis, ut hic. Post hoc, ubicumque damnatus repertus fuerit, suspenditur. Neque possunt ii iudices evitari, cum non cognoscantur. Quod genus iudicii a Carolo ideo inventum aiunt, ut Saxonum gentem barbaram tunc ac perferocem, cædibus et latrociniiis assuetam, ac crebro rebellantem, in officio contineret.*

**JUDICIUM VULGARE,** seu civile cui opponitur **Ecclesiasticum**. Decreta S. Ladislai Regis Hungar. lib. 2. cap. 13. de Clerico fure: *Majus his si furatus fuerit, ab Episcopo suo degradetur, et iudicio Vulgari damnetur.*

\* **5. JUDICIUM,** Tribunal, locus ubi iudices sedent et iudicant. Arest. parlam. Paris. ann. 1394. ex Cod. reg. 9852. 3. 3. fol. 84. rº.: *Unam peciam ligni cathedræ cum uno cutello levaverat ac tabelam ordinationum dicti loci atque kalendarium in iudicio existentes removerat.*

\* **6. JUDICIUM,** Pœna per iudicium statuta; unde *Judicare*, ejusmodi pœnam seu supplicium decernere. Pactum inter prior. Cantogili et Thorat. et Guar. de Castronovo dom. Apecher. ann. 1273. ex Tabul. Cantog: *Et ad dictum Guarinum iudicium seu punimentum forefacti pertineat.* Aliud inter Margar. Tornodor. comit. et monach. Pontiniac. ann. 1291. ex Chartul. ejusd. monast. pag. 162: *Exceptis casibus criminalibus, pro quibus secundum consuetudinem comitatus*

*Tornodori homo, mulier aut bestia iudicari potest, et debet suspendi sive mori, corpus perdere sive membrum, etc.*

\* **7. JUDICIUM,** Oblatio, quæ ecclesiæ fit ab iis, qui **iudicium** seu purgationem obeunt. Chartul. Celsinian. ch. 918: *Presbyter Arnulfus (dimisit) capellaniam S. Hylarii et medietatem denariorum, quæ dicuntur iudicia.*

\* **8. JUDICIUM,** Rumor, fama, Gall. *Bruit*. Charta ann. 1161. in Chartul. S. Joan. Laudun.: *Glamore et responso facto, cucurrit iudicium in curia regis, quod ecclesia propter vivos testes, quos sufficienter habebat, furnum suum vendicaret, nisi Ernaldus plus aliquid facere voluisset.*

† **JUDICIUS,** pro **Judicium**, Lex. Formula x. inter vett. Form. Andegav.: *Juratus dixit, iuxta quod iudicium ex hoc loquitur, id est, prout Lex præcipit.*

\* **JUDITH.** Freculph. Lexiov. episc. in Epist. nuncupat. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 356: *Quod si iudicando consequantur laudem, tuæ reputabitur æternaliter memorie; quoniam sacratissimum tuum nomen Judith, iudicans sive laudans interpretatur.*

\* **JUELLUS,** Gemmeus aureusve ornatus, nostris alias *Juel*, nunc *Joyau*, Charta ann. 1254. ex Chartul. S. Petri Insul. sign. Decanus ch. 154: *Quindecim libras, quas dictum capitulum ex hujusmodi tractatu michi Margarete pro Juellis meis numeravit, tradidit et persolvit.* Testam. Isabellæ dom. de Bauzemont ann. 1407. ex Bibl. reg.: *Je donne au Juel de l'église saint Marien de Vy à porter le corps Nostre Seigneur aval la ville au jour du saint Sacrement, xx. solz.* Ubi vas artificiose elaboratum significatur. Occurrit præterea in Stat. ann. 1355. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 14. art. 28. Vide supra *Joellus*.

\* Aliud vero Provincialibus sonat vox *Juel*, ut docet Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Juel, Prov. lolium, zizania Nostris Yvraie.*

\* **IVERGIUM,** pro **Ivernagium**, Bladum, quod ante hyemem seritur, secale. Charta Hugon. de Galardone ex Tabul. capit. Carnot: *Reddam eis quinque modios annonæ, cujus dimidium sibi Ivergii rationabilis et dimidium avenæ.* **Ivernagium** legitur in Ch. Senon. archiep. eadem de re ex eod. Tabul. *Ivernal*, Hyemalis, in Charta ann. 1256. ex Tabul. S. Elig. Noviom.: *Je Gauchiers de Thorote... ay donné en pure et perdurable aumone au couvent de S. Eloy de Noyon un muy de blei... à penre chascun an à la feste de S. Martin Ivernal.* Vide supra *Hybernagium*.

† **IVERNAGIUM.** Vide *Hybernagium*.

\* **JUGALE,** Velum, quo velantur conjuges, cum matrimonium ineunt. Vide in *Jugalis*. Comœd. sine nomine act. 3. sc. 2. ex Cod. reg. 8163: *Te conjugem (vult habere) mihi jussit parare balnea, talamum, tedas, et Jugalia.*

**JUGALIS,** Conjux. Papias: *Jugalis, conjugio dicitur, vel jugo aptus.* Gloss. Gr. Lat.: *Ὀυδύωος, Conjux, Jugalis.* Zuyitæ, apud Nicetam in Manuele lib. 5. n. 8. Utuntur passim Scriptores, Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 16. lib. 8. Ep. 10. Senator lib. 1. Epist. 8. lib. 10. Epist. 20. 21. 23. 24. Acta SS. Ordin. S. Bened. tom. 4. pag. 617. Marculfus lib. 2. form. 7. 17. Formulæ vett. cap. 40. Charta ann. 1156. in Bibl. Sebusiana pag. 210. 212. alia ann. 1232. apud Lucam Acherium ad Guibertum pag. 635. etc.

† **JUGALIS,** Velum quo conteguntur



sponsus ac desponsa, cum matrimonio conjunguntur. Pontificale Eccl. Arelat. scriptum ante ann. 400. apud Marten. de antiq. Eccl. Ritibus tom. 2. pag. 624: *Antequam dicatur Pax Domini... conjungat eos Sacerdos et statuat puellam ad sinistram viri, tunc velet eos Sacerdos ita, virum super scapulas, puellam super caput, et ponat Jugalem super humeros eorum dicendo, In nomine Patris et Filii et Spiritus S.*

† **JUGALUS**, ut *Jugalis*, Maritus. Charta anni 3. Rodulfi Regis et Chartulario S. Sulpicii Bituric. fol. 23: *Remegardis consentiente Jugalo suo Josep, etc.*

\* **JUGALITAS**, [Conjunctio. *Fulgent. 1. Mythol. 15.* Quæ una eademque fervoris humorisque *Jugalitate* gignuntur. Adde 3. 7.]

† **JUGARIS**, pro *Jugarius*. Supplem. Antiquarii: *Jugaris*, ζευγέλατης, *Bubulcus, rusticus.*

† **JUGATA**, Nupta. *Virginem potius quam Jugatam putares, in Vita S. Drausii, tom. 1. Martii pag. 406.*

† **JUGATA TERRÆ**. Vide in *Jugatum*.

† **JUGATICUM**, in Charta ann. 1188. apud Ughellum in Episcopis Derthonensib. Quod pro quolibet boum jugo exsolvitur. Perperam *Juaticum* scribi videtur in Charta Galeacii Comitis Virtutum ann. 1379: *Item confessiones quasdam, factas per Cavenarios Communis Papiæ recipientes a Communi et hominibus Montissicalis nomine Juvatici, et pro Juvatico ejus, quod solvere tenebantur Communi Papiæ, quod erat denar. 6. pro quolibet pario boum, etc.* Alia ann. 1298: *Concesserunt... habere annuatim denarios 6. de quolibet Jugo eorum hominum, etc.* Vide Gloss. med. Græcitat. in Ζυγοτάξιον.

† **JUGATINUS DEUS**, Qui dicebatur præesse conjugis. S. Augustinus de Civ. Dei lib. 6. cap. 9: *Cum mas et femina conjunguntur, additur Deus Jugatinus.*

† **JUGATIO**, Possessio per jugo, et modulos terræ censenda, vel *jugatio* per jugera, in leg. 49. de Operib. publ. (15. 1.) l. ultim. de Equor. conlat. (11. 17.) et leg. 1. Ne quid publ. lætitia, (8. 11.) etc. in Cod. Th. Vide Cujac. ad lib. 10. Cod. Just. tit. 27.

† **JUGATOR**, Qui jungit jugo. *Jugator boum Triptolemus, apud Arnobium lib. 5.*

† **JUGATUM**, Jugerum, modus agri. Matth. Westmonaster. ann. 1083: *Eodem anno Rex Guillelmus misit Justitiarium per totam Angliam per Comitatus, et inquirere fecit et diligenter perscrutari, quot Jugata, et virgatæ terræ, quidque uni Militi sufficere posset? Hispanis Jugata est perinde mensura agri, quæ continet fanecas 50. [Donatio Jacobi Regis Aragoniæ facta Ecclesiæ Valentiniæ tom. 3. Concil. Hisp. pag. 497: *Item donamus ad opus vestrum duas Jugatas terræ pro hortis circa Valentiam.*] Vide Colmenarezium in Hist. Segoviensi cap. 14. § 10. et Jo. Marianam lib. de Ponderib. et mensur. cap. 21.*

\* Nostris *Juet*. Chartul. Cluniac. ubi de eccl. S. Vincent. in Hispan. *Exceptis his, habet suprædicta ecclesia decem Jugatas bene cultas.* Charta ann. 1328. in Reg. 65. 2. Chartoph. reg. ch. 326: *Item un Juet de vigne ou fié Robin Fretart... Item trois Juez de terre ou fié du seigneur de Clouway. Lib. censuum terræ d'Estilly ex Cod. reg. 9498. fol. 3. vº: Douze deniers et demy chappon, assis sur demi Juet de terre fresche et boys... Item sur demy Juet de terre seant audit lieu, etc.*

† **JUGE**, adv. pro Jugiter. Præceptum Caroli C. ann. 845. pro Majori Monasterio. apud Mabill. tom. 2. Annal. pag. 747: *Ut liberius divinum ibidem peragerent officium et Domino Juge famularent.*

\* **JUGEA**, Eadem notione atque *Jugata*. Charta Otton. I. imper. ann. 962. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 67: *Castrum unum, Musclarum nomine, cum villa ipsius castri fundata: et est ipsa villa a duabus partibus... oriente et meridie, Jugeas quatuor millia, divisa per medium ab aliis duabus partibus, scilicet occidente per latitudinem Jugeas duas, per longitudinem Jugeas tres, etc.* Vide *Juga*.

† **JUGELLUM**, pro *Nigellum*. Vide in hac voce.

† **JUGERATIO**, in leg. 33. Codicis Theod. de Decur. (12. 1.) Vide *Jugatio*.

\* **JUGERE**, Continuar. Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide *Jugitas*.

† **JUGERES**. Vide in *Jugerum*.

† **JUGERIA**, Jurisdictio judicis, *Jugerie*, in Consuetudine Issoriensi in Arvernus, et in aliquot Regum nostrorum Edictis. Charta Johannis Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 1006: *Sed homines suos quietos et liberos, et Jugeriam de homicidio, de furto, de raptu, de incendio... habere debeant.*

\* Indicis districtus, nostris, *Jugerie*. Pactum ann. 1172. inter archiep. Bitur. et Rabellum milit. ex Chartul. Bitur. fol. 119. vº: *Omnis controversia quæ erat inter nos et Rabellum militem, scilicet de Jugeria de Karrobriis, de justitiis omnium hominum... sopita est.* Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 202: *Agnez de Navarre jadis contesse de Foix tient en douaire es Jugeries de Rieux et de Riviere en nostre sénéchaucie de Thoulouse, etc. Gaillaç en la Jugerie d'Albigoyes et sénéchaucie de Thoulouse, in aliis ann. 1408. ex Reg. 163. ch. 70.*

† **JUGERIA** interdum pro ea præstatione, quæ judicis vel potius domino fit. Tabular. Vindocinense Thuani Ch. 173: *Ipsum quoque molendinum procul omni Jugeria solum, et relevamento, et quietum clamavit.*

\* **JUGERIUS**, Judex. Charta ann. 1270. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Vienne fol. 61. rº: *Quod ipsi et antecessores eorum posuerunt in prædicto castro baulum seu etiam Jugerium vel consules.* [\* Vigerium?]

\* **JUGES**, [Ejusdem jugi, pares: unde conjuges, et sejuges. *Festus.*]

\* **JUGHAMENTUM**, Judicium, sententia judicis. Libert. Montis-fer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Si aliqui (sic) casus eveniat, in quo esset discordia inter bajulum et consules de Jughamento, consilio vel accordo... quod tunc dicti consules habebunt consilium cum suis consiliariis; et si consules et sui consiliarii sint in una opinione cum bajulo, vel aliis prædictis, tunc dominus, bajulus, vel ille qui erit pro domino, reddat dictum Jughamentum præsentibus consulibus et partibus litigantibus... Dicitur bajulus debet reddere Jughamentum fideliter per juramentum suum... hoc salvo quod licet bajulus reddat Jughamentum... tamen, si aliqua partium in hoc reputet se gravatum, appellare poterit.* Vide supra *Judicamentum*.

† **JUGIA**, **JUGIS**, Jugerum, mensura agraria. Ch. ann. 1088. pro Monasterio S. Solutoris Taurinens: *Quæ mensura justa, super totum Jugias mille.* Charta Adelberti Episcopi Bergomensis in Hist.

Bergom. tom. 3. pag. 191: *Per mensuram, Juges decem et octo.* Alia ann. 1073. ibid. pag. 273: *Totæ insimul extra pasculum et communalia per justam mensuram Jugias legitimas centum, etc.* Infra: *Sunt totæ insimul per justam mensuram Jugias legitimas sedecem.* Vide *Probat. Hist. Sabaud. pag. 21.*

† **JUGIS**. [Charta Aistulfi Langob. Regis ann. 756. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 440: *Omnes insimul tam de monte quam de plano ex omni parte sunt socæ CCXXX. quæ sunt per mensuram justam simul in unum Juges numero mille duæ.*] Charta ann. 915. apud Ughellum tom. 4. pag. 612: *Rei ipsæ in fundo Albinies per mensuram Juges decem et octo, et ipsæ res in fundo Trevilio Juges decem.* Charta Longobardica in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 12: *In sycola (leg. silvola) et in fao Jugis 40. et 8. terra aratoria, seu vitis, omnia ad pertica legitima duodecenos pedes et semis.* Alia Desiderii Regis pag. 17. *Terra, Juges numero quadringentas, etc.* Alia ejusdem Regis pag. 14: *Terra, silva, roncora, et prata insimul ad mensura justa Juges numero quatuor millia per designata et determinata loca, etc.* Occurrit ibi non semel, apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 323. et in Appendice ad Capitularia Baluziana n. 111. [Juit de præ, eadem, ut puto, notione, apud Beslium in Hist. Comitum Pictav. pag. 120.]

† **JUGIFERA**. Hist. Dominor. Ambasien-sium cap. 2. n. 12: *Comes vero Jugiferam Campaniæ et Segrecheriam, quæ ultra Carum fluvium est... Lisoio pro servitio suo dedit.* Et cap. 4. n. 3: *Illud similiter, quod Turonis habebat in Jugifera castri novi.* [Idem omnino videtur quod *Jugeria.*]

\* **JUGIFLUUS**. [Jugiter fluens. *Paulin. Nolan. carm. 35. 439.* Jugifluus semper biberis.]

\* **JUGIRE**, Clamor milvi. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613: *Jugit milvus cum clamat.*

† **JUGIS**, Jugerum. Vide in *Jugia*.

\* **JUGIS**, ut *Jugalis*, Conjux, in Andrea Bergomat. Chronic. cap. 13. apud Pert. Script. tom. 3. pag. 236.

† **JUGITAS**, Diurnitas, perpetuitas, continuitas. Utuntur Constantinus leg. 7. Cod. de Repudiis (5. 17.), Marcellus Empir. cap. 8. Quiricius in Epistola ad Ildephonsum tom. 2. Concil. Hispan. pag. 535. Gislebertus in Miraculis S. Romani tom. 5. Maii pag. 162. Vita vener. Idæ, tom. 2. April. pag. 167. 180. etc.

† **JUGITES**, συνεζευγμένοι, Conjuncti, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. MSS.

\* **JUGIUM**, Jugerum, mensura agraria, idem quod *Jugia*. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 56. vº: *Dederunt... decimam et terragium dimidii Jugii terræ arabilis et decimam dimidii Jugii vineæ.* Vide supra *Jugata*.

† **JUGLANDARIA**, Locus ubi crescent juglandes, apud Ughellum tom. 9. pag. 904.

† **JUGLATORES**. Gloss. Lat. Gall.: *Histrion, Jongleur, Joculari, Jongloier, Jocularia, Jengleresse.* Regestum Magistorum dierum Trecentium ann. 1296: *Super quod Joannes dicitur Charmillons Juglator, cui dominus Rex per suas literas tanquam Regem Juglatorum in civitate Trecenti Magisterium Juglatorum quemadmodum suæ placeret voluntati, concesserat.*

† **JUGLIATI**, pro *Gigliati*, Nummi de quibus supra. Ordinatio Humberti II. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 316: *Aliis vero Capellanis Clericis... dentur culibet*

pro mense quolibet septem grossi Turo-  
nenses, sive septem Jugliati.

\* **JUGLUS**. [Gladius jugulans, pugio ?  
« Jugulus non Juglus. (App. ad Probum,  
Meyer, text. bas latins, l. 1. 11.) »]

† **JUGMENTARIUS**. Vide **Jumentarius**.

**JUGO**, Jugum, montis supercilium.  
Charta Rogerii I. Regis Siciliæ ann.  
1183. apud Ughellum tom. 9. pag. 206 :  
*Et vadit de Petra in petram usque ad ar-  
borem Florentinam, et puteum Lamæ, de  
hinc ferit de Jugone in Jugonem, quomodo  
vadit ad caput frassinorum, etc.*

† **JUGULAMENTUM**, *Lo scanamento*.  
Glossar. Lat. Ital. Ms.

1. **JUGULATOR**, Homicida, sed proprie  
murdrator, nostris *Meurtrier*, Gloss. Lat.  
Græc. : *Jugulatores*, *σφάκται*. Thomas  
Walsinghamus pag. 348 : *Statutum est  
præterea, ut nullus occultus Jugulator,  
quales murderers appellant Angli, de cæ-  
tero chartam de regia gratia obtineret.*  
Vide **Morth**.

\* 2. **JUGULATOR**. Chartæ ann. 1100. in  
Chart. S. Petr. Carnot. edit. Guerard.  
pag. 248. subscribitur *Willelmus Jugula-  
tor et Gualterius socius ejus*. Forte La-  
nius, carnifex.

**JUGULUM**. Anastasius in Nicolao I.  
pag. 209 : *Fecit enim in confessione ipsius  
sacratissimæ Basilicæ Jugulum de auro  
mundissimo unum pens. libr. numero 2.*  
Ubi Bulengerus, *Jugulum* esse existimat  
minus jugum, quod ex auro in Basilicis  
dicabatur, ut memores essent verborum  
Christi dicentis : *Jugum meum suave, etc.*  
Longe petita explicatio, proinde nolim  
huic assensum præbeas : certe mihi non  
probat.

† **JUGULUS**, Gladius jugulans. Trans-  
latio S. Viti, tom. 2. Junii pag. 1038 : *Et  
pia colla Jugulo submittentis, atrociter  
trucidati*. Sugerius in Vita Ludovici  
Grossi apud Duchesnium tom. 4. pag.  
287 : *Qui autem turrim impugnabant.....  
adventum subitum domini Ludovici tan-  
quam Jugulum formidantes, retroces-  
serunt.*

\* Occurrit rursus, ea notione, in Vita  
S. Columbæ tom. 5. Sept. pag. 625. col.  
1. Interdum etiam pro Nex, exitium.  
Acta S. Nicand. tom. 3. Jun. pag. 275.  
col. 2 : *Ut quid velut agnus ad Jugulum  
tuum curris ?*

**JUGUM**, vox Latinorum, *Jugum boum*.  
Adalardus in Statutis Monasterii Cor-  
beusensis lib. 2. cap. 1 : *Et idem ipsi dent,  
unusquisque ad hortum cui desierint in  
tertio anno, aratrum 1. Jugum cum am-  
blacio et conjunctis quando necesse fuerit.*

\* **Joint**, eodem sensu, in Lit. remiss.  
ann. 1397. ex Reg. 153. Chantoph. reg.  
ch. 78 : *Iceillui Monnin portant une chose,  
nommée Joint, à quoy ou pays l'en lye les  
beufs, etc.* Nostris præterea *Juille* et  
*Juïhes* dicitur pars jugi, lorum nempe  
quo jugum ad cornua boum alligatur.  
Lit. remiss. ann. 1444. in Reg. 176. ch.  
220 : *Iceillui Palloriez d'un coustel coppa  
les Juïles ou lieures, dont les beufs qui  
tiroient à la charrette estoient liez.* Aliæ  
ann. 1481. in Reg. 200. ch. 7 : *Unes Julhes  
de beufz que le suppliant avoit eues de  
celui dont il avoit eu ledit cheval.* Hinc  
*Faire veilles de sainte Juille* facete dic-  
tum suspicor, in Lit. remiss. ann. 1384.  
ex Reg. 125. ch. 159 : *La vegille de la  
feste de la Magdelene darrenièrement  
passée, ledit suppliant estant en laditte  
ville de saint Crist, où l'en a acoustumé  
de faire veilles de sainte Juille entre au-  
cuns varlez qui dancioient et faisoient  
lesdittes veilles.* Vide **Conjugula**.

† **JUGUM**, Vectis lunatus instar jugi.  
Acta S. Illidii, tom. 1. Junii pag. 426 :

*Jugum igitur, quod os fornacis validis-  
sime confirmabat... est effractum... Jam  
enim paratum est Jugum, quod totam  
molem lapidum sustinet, cum ipso igne  
corruere.* Occurrit apud Heronem de  
Machinis bellicis cap. 9. ubi sic exponi-  
tur a Borocio in descriptione Testudin-  
is arietariæ : *Juga hic intelligenda sunt  
ligna duo instar jugi bovini conjuncta,  
quæ una cum aliis duobus eodem modo  
conjunctis basim testudinis constituunt.*

**JUGUM TERRÆ**, Quantum juncti boves  
uno die arare possunt, *Joug de terre*,  
Arvernus. Cantianus autem Anglis *Jugum*  
multa jugera, etiam et habitacula, quæ  
*messuagia* vocabant, continet. Rentale  
regalis manerii de Wy in Comitatu Can-  
tiii pag. 13. apud Spelman : *Summa hu-  
jus Jugi 8. messuagia, 6. tofti, 1. gardi-  
num, 51. acræ, 1. roda dimid.* Item : *Ju-  
gum de Burghorn et Delman.... summa  
terrarum hujus Jugi, 10. messuagia, 1.  
cotagium, 1. toftum, 58. acræ dimid. et  
dimidia rodæ.* Ibidem pag. 7 : *Jugum et  
dimidium jugerum de Amning... summa  
terrarum optimi et medii pretii, 53. acræ,  
1. rada, et pasturæ 89. acræ, 1. roda di-  
mid.* Cætera ibidem *juga*, sunt plerum-  
que terræ arabiles. Videtur, subdit idem  
Spelmanus, *Manerium* distributum  
fuisse in varias portiones ad alendum  
totidem familias rusticas una cum bo-  
vibus eorum junctoriis sufficientes, atque  
inde *Juga* appellatas. Postea vero *Juga*  
ista lucri causa, in plurima habitacula  
reducta sunt. Jacobus Gothofr. ad leg.  
2. Cod. Theod. de Censu, (13, 10.) *Juga  
seu capita, terrena Juga*, in leg. 3. Cod.  
Th. de Militari veste, (7, 6.) et leg. 1. de  
Impon. lucrat. descript. (14, 4.) terræ  
modos interpretatur, quibus colendis  
per annum boum jugo opus est : sicut  
*jugum, jugerum*, quantum in die jugo  
boum exerceri potest. Ita eo casu ju-  
gum, plura jugera continuerit. Charta  
Henrici Comitis Portugallie tom. 3.  
Monarch. Lusitan. p. 282 : *Si quis emerit  
vineam a tributario, sit libera : et si acce-  
perit prius ad jugum uxorem tributarii,  
omnem hæreditatem, quam habuerit, sit  
libera : et tributarius, si potuerit esse  
miles, habeat morem militum. Milites quot  
potuerint habere Jugarios in hæreditate  
sua quam habuerunt intus Colimbria, etc.*  
Vide tom. 4. pag. 307. et supra **Gavel-  
herte** et **Wendus**.

\* **JUGUS**. [Conjunctus. Cato R. R. 10.  
Vasa Juga quinque. Varr. 1. RR. 22.  
hæc eadem Catonis verba repetit.]

† **JUHERT**, Modus agri, [Jugerum, *Ja-  
chert* apud Schilterum et *Jouchart*, unum  
et dimidium morgum.] Acta Murensis  
Monasterii pag. 38 : *Ter in anno, id est,  
Junio et autumnno, et in vere arabunt  
quinque Juhert, singulis vicibus sex vir-  
garum in latum, et triginta in longum, et  
ipsa virga habeat novem ulnas in longi-  
tudine.*

**JUJERUM**, pro *Jugerum* habet Leo  
Ost. lib. 3. cap. 19. Edit. ult. Papias :  
*Jugeres, unius diei opus aratoris. Juge-  
rum, actus duplicatus facit : dictum ab eo,  
quod sit junctum duobus actibus, constat  
autem latitudine pedum 120. longitudine  
240. Victorius de ratione calculi : Juge-  
rum habet passus 48. pedes 240. V. Isid.  
l. 15. c. 15.*

\* **JUINA**, Fluvius, qui oritur in foresta  
Aurelianensi, vulgo *Juine*. Junna.  
Charta ann. 1234. in Chartul. Maurign.  
ch. 66 : *Ansellus... recognovit se quintam  
partem ejusdam prati sibi inter calcia-  
tam de Maurigniaco et Juinam..... con-  
tulisse.*

† **IVIRATORIUM**. Chronicon Sicil.

apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 81 :  
*Illic steterunt... diruentes domos, vineas  
et bona Messanensium ex utraque parte  
Messanæ, et specialiter ex parte burgi S.  
Marci usque ad Iviratorium, id est, si  
bene puto, usque in illum locum, dictum  
S. Marci, ab Italico Iviritta, ibi, in illo  
loco.*

**JUISIUM**, Judicium, ex Francico ve-  
tere, Hispanis *Juizio*, *Jugement* ; sed  
proprie Purgatio vulgaris, seu per duel-  
lum, aut per ferrum candens. Charta  
Gaufredi Comitis Andegav. Fulconis  
Regis Hieros. filii in Tabulario S. Hila-  
rii Pictav. : *Insuper et pro custodia duelli  
et monomachiæ, quam vulgo Juisium di-  
cimus, duas partes casus convicti, ita  
quod Justitia Comitis esset cum Justitia  
Canonicorum, etc.* Leges Normanniæ  
Willelmi Conquæstoris Regis Angliæ  
cap. 14. 15. 16 : *Si homo apeled altre de  
larcin, et il sot frans home, et il oit onça  
vere testimonie de lealté, s'en escondirad  
per plein serment ; et altre, qui blamed  
ait ested, per serment nomet, ço est à  
savour, qu'acorte [i. quatorze] homes leals  
per non, si il avert les pot, [\*\* si s'en es-  
cundira sei duzime main. Et si il aver  
nes pot,] si se defende per Juis, e li appel-  
leur jurra sur lui jur (et sur) [\*\* 1. par]  
set homes només, [\*\* sei siste main.] que  
pur haur (hain, vel hair) nel fist, ne pur  
autre chose, si pur son dreit non purcha-  
cer. Et si alcors est apelez de muster  
fruisier, à de chambre, et il n'eit ested  
blamed en arer, s'en escondit per XII.  
[\*\* 1. XIV.] leals homes nomez, sei dud-  
zime main : e s'il eit altre fice ested bla-  
med, s'en escondied à treis dubles, (leg.  
dudzes) ceo à savoir per XXXVI. [\*\* 1.  
XLII.] homes leals nomez, sei trentesiste  
mein : e s'il aver nes pot, aut à la Juise à  
trois dubles, (dudzes) si con il doust à treis  
du plein serment. Et s'il ad en arer lar-  
cin amended, alt al euve. Li Arcevesque  
avera de forfature XL. solz en Merchenlae,  
et lui Eveskes xx. solz, et lui Quinz xx.  
sols, et le Baron x. solz, et le Vilain XL.  
den. Utriusque capitibus versionem Lati-  
nam habes in nupera et accurata S. An-  
selmi operum editione, quam viro doc-  
tissimo Gabrieli Gerberono debemus.  
Huc etiam referenda verba Gallica, quæ  
Hugoni Dispensatori Comiti Vincen-  
tensi ad mortem damnato ann. 1226.  
post pronuntiatam sententiam, ad ma-  
jorem contumeliam judex protulit :  
*Retrayez-vous traytor, tyrant reneyé, si  
alez votre Juise prendre, traytour mal-  
vais et attainé, apud Henricum de  
Knyghton in Eduardo II. hoc est : Abs-  
cede proditor, renegate proditor, Judicii  
tui pœnam subiturus, improbe et convicte  
proditor.* Libellus Catalanicus MS. de  
Batallia faciendâ : *Deu hom recorrer al  
Juy de Deu.**

\* *Joise, Juisse et Juisse*. Sermo in die  
O. SS. ex Cod. S. Vict. Paris. : *Comme  
nostre Seigneur vendra au jor do Joisse  
et rendra à chascun ce qu'il aura deservi.*  
*Juisse*, in Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 19.  
tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 199.  
*Au jor du Joise. J. C. in iisd. ibid. tom.  
8. pag. 327.*

Interdum duello opponitur, sumitur-  
que pro judicio ferri candentis, uti vox  
*Judicium*. Charta Hugonis Ducis Bur-  
gundiæ pro Belnensi Communia ann.  
1203. apud Perardum in Tabulis Bur-  
gundicis pag. 275 : *Si duellum victum  
fuerit, in dispositione mea erit. De Justis  
fiet, sicut et de duello.* Eadem habetur  
in Chartis Communiæ Monbarrensis  
ann. 1281. et Sinemurensis ann. 1276.  
apud eumdem pag. 420. 531. Charta pro

Communia Suession. apud eundem, pag. 337: *Si quis de Communia, cujus-cumque dominii sit, adhramitionem Juisii per manum Majoris fecerit, dominus ejus inde eum retrahere non potest.* [Sic legendum pro ad rationem inmsi. Ex his etiam emendanda vox misio quod pro juisio perperam legitur apud eum. Perardum pag. 334. ut et vox inisium, quæ, si fides est librario, non semel habetur in Chartulario Divionensi.] Vide Judicium.

\* **Consuet. Norman. cap. 10. part. 2.** ex Cod. reg. 4651: *Olim mulieres criminalibus causis insecutæ, cum non haberent qui eas defenderent, Juisio, se purgabant.* Ubi textus Gallicus: *Jadis quant femmes estoient accusées et elles n'avoient qui les defendist, elles se purgeoient par ignise.* Chron. S. Dion. tom. 7. jam laudatæ Collect. pag. 144: *Un Jouisie fist faire de xxx. homes, pour savoir quel droit ses oncles avoit ou royaume son pere: li Jouisies de dix homes fu par iave boulant; et li Jouisies d'autres dix par fers chaus; et li tiers Jouisies des autres dix par iave froide.* Ubi Judicium habent Annal. Bertin. ad ann. 876. ibid. pag. 122. Le Roman du Renard Ms.:

Si que j'en feriois un Joise  
De chaude yave et de fer chaud.

*Juise et Juisse*, eodem sensu, in Vita J. C. Ms.:

Et s'en ferai un fort Juisse  
En un grant fu en ma cemise,  
Où jou enterrai toute nue....  
Il arsent tout en cel Juisse,  
La puchele ert en sa chenise, etc.

† **JUJU**, apud Arabes, Species accipitris, eadem quæ Hebræis *Aja*, Æsalon Suetonio, nostris *Emerillon*, de quo Anonymus apud Damirem: *Juju celer et pernix, cujus oculi sunt fere suaves, et pupillæ tanquam torno expolitæ, plusquam sapphirus.*

† **JUJUBA**, Pruni vel olivæ genus, Gall. *Jujube*, Ziziphum. Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 342: *Porrexitque illis zizyphas, Jujubas dicunt, quas servabat in gremio.*

\* **JUJURGARI**. [*Jujurgari*, tencier. » (Lex. Lat. Gall. Bibl. Ebroic. n. 23. XIII. s.)]

\* **IVIVUM**, f. leg. *Juisium*, Judicium, districtus et jurisdictio judicis. Vide supra *Judicium* I. Charta Raym. Bereng. comit. Barchin. ann. 1142. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 495: *In manu vestra per hanc presentem scripturam potencialiter et integritur trado castrum illud, quod est situm in suo Ivivo, quod nominatur Estericum, simul cum omni suo territorio, et cum omnibus ad se qualicumque modo pertinentibus.*

\* **JULA**, Piscis genus. Vide supra *Donzella*.

† **JULCA**, Fissilia. Gloss. Isid. pro *Huilca*.

**JULEP**, Constantino Africano de Morbor. curat. cap. 10. dicitur *Sirupus de sola aqua et saccharo*. Passim vero sumitur pro quavis distillata aqua seu decocta ac dulcorata. Sebastianus Perus. in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 382: *Reficiebatur tantummodo pura aqua: semel per obedientiam, proprio Sacerdote jubente, oblatum Julep gustavit, postea omnino neglexit.* Etymon ducunt vel ab Arabico *Giulep*, vel ab Græco *Ζουλάπιον*. [\* Vide Gloss. med. Græcit. in hac voce col. 465.]

\* **JULHATA**, *JULHATUS*, Monetæ Italicæ species, *Jules* nuncupata. Charta ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch.

80: *Obolos albos falsos de Podimonte, Julhatos et Julhatus modici valoris emit seu emi fecit.*

1. **JULIA**, Modus agri. Julianus Antecessor. Constit. 124. § 1: *Pro singulis jugeribus, vel Julii, sive centuriis, etc.* § 3: *Exactores tributorum plenarias, vel securitates, sive apochas faciant, per quas significant non solum quantitatem pecuniarum vel specierum susceptam, sed numerum jugerorum, vel Juliarum, vel centuriarum, etc.*

\* 2. **JULIA**, Piscis genus. Vide supra *Donzella*.

\* **JULIANUS**, nude, pro Festum S. Juliani. Terrear. Aphon. ann. 1511: *Solventa quolibet anno, scilicet bladum in Juliano, et argentum, ciram et gallinam in Andrea quolibet anno.* Ita pluries ibid. Infra non semel: *In festo beati Juliani.*

\* **JULLUM**, Jugerum, mensura agraria, ut supra *Jugata*. Charta Fulcon. jun. comit. Andegav. ex Chartul. Fontis-Ebr. fol. 132: *Donavit viginti Julla pratorum, quæ in pascuis de Verrone mihi videtur habere.* Vide *Julia* 1.

**JUMAGIUM**. Secunda pars Hist. Hierosolymitanæ ann. 1120: *Venditores vel tritici, vel leguminum, omnes intra portas Iherusalem ab omni consuetudine absoluit, ipsam modii mercedem, quam Jumagium vocant, remittens.* Sed videtur legendum *minagium*. Vide in hac voce.

\* **JUMANTA**, a Gallico *Jument*, Equa. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 90: *Sic hostiliter occisum (dictum Geraldum) ad caudam cujusdam equæ seu Jumantæ ligari fecerunt et trahi per pedes usque ad furcas justiciarias.* Vide *Jumentum*!

\* **JUMELLA**, Mensuræ species, quantum junctis manibus continetur, Ital. *Giumella*. Charta Bern. abb. Cassin. ann. 1267. in Acces. ad Hist. ejusd. monast. part. 1. pag. 305. col. 1: *Pro mensura vero quartæ publicæ non plus detur quam Jumella una, justa redacta in (leg. redactam) mensuram æneam, quam curia statuit.* Inventar. ann. 1271. ibid. pag. 328. col. 2: *Item quando coppa debet relevari, debet refici hoc modo: debet inveniri ordeum alutrosium, et de ipso ordeo debet fieri Jumella una, et pugillus unus... Jumella dicitur quod sunt duæ manus hominis simul junctæ.* Vide supra *Gumella* et *Jontea*.

\* **JUMENTARIUS**, Qui iumenta curat, Italis, *Asinaio*, *conduttore di asini*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. I. pag. 104: *Et si Jumentarius ero, non accipiam ultra vigesimam mensuram, nec pro meo labore sive ratione accipiam a domino iumentorum ultra sextam mensuram; — et paulo post: Et ego qui blavam habeo teneat dare vigesimam Jumentario, vel id quod convenero, si ad summam trituraverit.* Ab his locis non solummodo Jumentarii notio latissime patet, sed etiam merces, quæ ei dabatur pro frumenti tritura. [Fr.]

**JUMENTUM**, Equa, nostris *Jument*. Prægnum *Jumentum*, in Lege Aleman. tit. 72. 73. In tit. 70. § 4. *Jumentum*, equo et caballo mediano opponitur. In troppo de *Jumentis* ductricem involare, tit. 72. [Consuetud. Brageriaci art. 96: *Item si quis accommodaverit roncium seu Jumentum pro equitando, etc.*] Cum *Jumento coire*, in Capit. Caroli M. lib. 6. § 27. Mirum autem, inquit Perionius, cur equam *Jument* vocaverimus, præsertim cum *Jumentum*, unde illud nostrum ductum est, totum genus contineat bestiarum, quæ onus et sarcinas gestant, cujus quidem

rei ea ratio afferri potest, quod præstantia sit in equis. Vel potius *Jumenta* potissimum dicta, quæ sub jugo ad aratrum ponuntur, quasi Jugamenta. Gl. L. Gr.: *Jumenta*, ζεύματα.

† **JUMENTA**. fem. gen. Charta Thomæ Abb. Sangerman. ann. 1250. apud Lobinell. tom. 3. Histor. Paris. pag. 207: *Pro quolibet bove sive vacca XII. denarios, de Jumenta, facta sex den. in mense Mayo annis singulis nobis solvere tenebuntur.*

† **JUMENTICULUM**, diminut. *jumentii*. *Caballos et Jumenticula nostra*, in Testam. S. Aredii Abb. Altanensis, apud Stephanot. tom. 1. Fragm. MSS.

**JUMENTARIUS**, *Agaso*, ἐπιτηνίτης, in Gloss. Gr. Lat. [in aliis *κηνοτρόφος*, Qui pascit jumenta. MSS. Sangerman.: *Jumentarius*, κτηνίτης.] *Custos jumentii*, Jo. de Janua. Vita Aldrici Episc. Cenom. pag. 25: *Et in Cipido atque Belino eos, quos Jumentarios dicunt, cum redditione census, quem singulis annis solvere noscuntur, id est, mel et ceram, et in Cabanido eos, quos Porcarios vocant.* [Chron. Farsense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 439: *Donatus Jumentarius juxta ipsam viam tenet aliam petiam.*]

\* **Jumentario uno, nomine Ideprando**, cum *Ansiperga uxore sua*, in Charta ann. 867. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 513. Vide in *Jumentum*.

† **JUMENTARIORUM COLLEGIUM** memoratur in veteri lapide tom. 1. Operum Posthum. Mabilionii pag. 300.

**JUMENTARIUM**, κτηνοστάσιον, in Gloss. Gr. Lat. stabulum jumentorum.

† **JUNCARE**, Locum floribus, vel junctis spargere, Gall. *Joncher*. Ordinarium S. Laudi Rotomag. ad calcem Liberi Joannis Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 346: *Incorntatur altare S. Johannis et Juncata*. Usus Abbatie Sangerman. in Probat. Histor. ejusdem pag. 149: *Subeleemosynarius debet facere chorum Juncari de yerre.* Vide *Jonchare* et *Juncus*.

**JUNCARIA**, Locus palustris, ubi junci crebri nascuntur. Vide Edw. Cokum ad Littletonem pag. 5. *Jucina*, apud Innocentium et Marcum Baronem Agrimensores, loci palustres. Charta Willelmi Ghisnensis in Chronico Andrensi pag. 631: *Ita sane quod nec in aqua, nec in aquario, Juncus, nec in terra, vel pratis ejusdem stagni... aliquid juris de cætero habere possimus.* Adde pag. 637: [Cum piscariis, turbariis, Juncariis et communibus pasturis, apud Th. Blount in Nomenclico. Le Roman d'Athis MS.:

Sont venues à la rivière,  
Trouvent les prez et la Jonchiere,  
Et grant place pour herbergier.]

\* Nostris, *Jonchiere*. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 133. Chartoph. reg. ch. 31: *Comme l'exposant feust alez... pour aidier à amender noz chemins... il commença à houer en une Jonchiere, etc.* Vide infra *Joncherium*.

\* 1. **JUNCATA**, Herbæ, flores vel junci ad *juncandum* seu spargendum. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 20. r. ad ann. 1273: *Amanevus de Brana... recognovit, quod debebat... transvehere apud Branam per aquam de Dordonia prædictum dom. regem se tertio militibus; qua de causa, si ibi transire voluerit, debet habere Juncatam in navi seu vase, in quo dictus dom. rex vellet transire, a festo Pascæ usque ad festum B. Martini, et de eodem festo B. Martini paleam usque ad festum Pascæ... Augerius ad Lugenhac... debebat Juncare tempore æstatis vas, in quo dom. rex vellet transire.* Vide in *Jonchare*.

\*2. **JUNCATA**, Instrumentum ex juncis ad capiendos pisces. Tabul. Major. monast. : *Dederunt piscariam in Lido ad bocellas et Juncatas. Vide Juncatica.*

3. **JUNCATA**, Lac concretum, et juncis involutum, Joan. de Janua : Gall. *Jonchie*, [Jonchie, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] Constantinus African. lib. 8. Commun. locor. medic. cap. 11 : *Juncaticum (apostema) est simile Juncatæ de lacte factæ.*

**JUNCATICA**, Instrumentum ex juncis ad capiendos pisces. Tabular. Vindocinense Thuani Ch. 87 : *Adeo ut Juncaticas, in aqua illa ad capiendos pisces ab hominibus nostris aptatas disrumperet, et pisces asportaret. Vide Junchia.*

\* **JUNCEA**, Gracilis, tenuis. Liutprand. Histor. Ottonis cap. 4 (6, 6.) : *Testes sunt non solum Juncearum curatura, sed et cotidianorum mulieres formarum. Vide Terent. Eunuch. act. 2. scen. 3. vers. 6. et 25. ibiq. interpr.*

\* **JUNCEUM**, *Lectile*, in veteri Glosar. ex Cod. reg. 7641.

\* **JUNCHADA**, Mensura frumentaria, quantum juncis manibus continetur. Terrear. castel. d'Ibois ex Reg. 24. Chartoph. reg. fol. 5. v. : *Robertus Rahouæ debet tertiam partem duarum Junchadarum frumenti pro quodam campo. Vide supra Jumella.*

\* **JUNCHERIA**, ut supra *Juncata* 2. nostris, *Jonchie*. Charta ann. 1243. ex Tabul. prior. S. Mart. de Lavar. : *Homines de Lavardino piscabuntur ibidem, prout piscantur in aliis aquis nostris de Lavardino, videlicet cum triblis seu banastis, fessinis seu Juncheriis vel bocellis tantummodo. Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 233 : Item la pescherie aus usagers, qui peeschent en la ditte riviere à panier, à verge, aus Jonchiees et à la main. Jonchiee et Jonssiee, eadem acceptione, in Stat. ann. 1388. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 779. art. 47. et 49.*

\* **JUNCHERIUM**, Juncetum, locus juncis consitus, Gall. *Jonchaie*. Charta Joan. reg. Angl. ann. 1211. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 193 : *Dedit totam partem suam, quam habuit in molenina de Bellinge, scilicet medietatem, et medietatem Juncherii, et medietatem insule, quæ vocatur Pelinhe. Vide supra Juncaria, et Junchetum.*

† **JUNCHETUM**, Juncetum, locus juncis consitus, Gall. *Jonchaie*. Charta ann. 1301. ex Archivo Eccl. Dolensis : *Decimam Junchetorum et rosetorum arrestari fecimus.*

† **JUNCHIA**, ut *Juncatica*, Instrumentum ex juncis ad capiendos pisces. Vide locum in *Tribula*.

† **JUNCINA**. Vide *Juncaria*.

1. **JUNCTA**, JUNCTARIUS, SUPRAJUNCTARIUS. Vitalis Episcopus Oscensis, de magistratibus suæ ætatis in Aragonia : *Sunt etiam Suprajunctarii super Junctas, id est, populorum turmas, a domino Rege quasi Paciaris constituti ; quorum est ipsas Junctas, cum necesse fuerit, evocare, et si eas exercitum facere contigerit, vel repentinum concursum, Appellitum vulgariter nuncupatum, ipsas Junctas, sive populum gubernare. Qui debent defessusores dandos Junctis, et cautiones recipere pro eisdem, et pignoraræ eos, qui ad exercitum non vadunt, vel concursum non exierint suæ Junctæ. Caveant tamen Juncatarius, atque Juncta, quia si quis damnus in suis possessionibus, vel rebus pecuniariis duærit infligendum, nisi prius per Justitiam alicujus villæ domini Regis, quam id faciunt, sententialiter fuerit ju-*

*dicatum, totum damnus quod fecerint, dupli restituere compellentur. Reliqua vide apud Blancam in Commentar. Rerum Aragon. pag. 784. Oyhenartus in Notitia Vasconia lib. 1. cap. 6. Junctas a Latino Jungere dictas putat, quasi uniones : quibus præerant Suprajunctarii, a populo electi, et a Rege confirmati, quorum munus erat in latrones, grassatores, ac sicarios conjuratas populorum acies educere : unde Paciaris, etiam dicuntur apud Michaellem del Molino in Repertorio pag. 232. col. 3. Idem in voce Miles : *Milites Aragoniæ tenentur sequi Paciaris contra fractores pacis. Sunt autem in Aragonia Suprajunctarii quinque, quia quinque sunt Junctæ Aragonum, videlicet Junctæ Cæsaraugustæ, Oscæ, Suprabii, Excæ, et Tirasonæ, ut idem Scriptor tradit in voce Suprajunctarii : ubi præterea observat, in Riparguria et Suprabio primitus fuisse magistrum, qui Paciaris Catalaniæ, dicebatur ; sed postmodum statutum, ut is Suprajunctarius vocaretur. Vicarii et Paciaris Catalaniæ habentur præterea lib. 1. Foror. Aragon. pag. 13. v. Edit. 1624. Sunt porro ii meri executores, neque habent aliquam cognitionem causarum. Vide Hermendatum, et Huesium.**

† **JUNCTÆ** nomen hodie retineri apud Hispanam Curiam narrat Carolus de Aquino, sed non idem esse officium Junctarum. Sic autem appellat, inquit, varios consiliarios cœtus, qui causas cognoscunt, et regnorum aut regionum reddituum securitati invigilant. Ita apud Anglos *Juncto* dicitur cœtus consiliariorum.

\* **Constit. Mss. Petri III. reg. Aragon. ann. 1359 : Ordinamus quod dehinc usque ad mensem Madii et ab inde ad duos annos proxime venturos aliquis baro, miles, homo de paratico, civis vel homo villæ honoratus nequeat... Junctas de rebellionem facere.**

† **JUNCTA**, Conventus ad tractanda negotia. Codex MS. S. Martialis Lemovic. apud Stephanot. tom. 2. Fragm. MSS. de modo Synodi celebrandæ : *Antequam Episcopus in Synodum procedat, duo majora signa sonant, quod ad Junctam provocant, propter Clericos in unum congregandos.*

\* 2. **JUNCTA**, Mensura salinaria vel frumentaria, quantum juncis manibus continetur, Gall. *Jointée*, ut supra *Jonchaie* et *Jumella*. Charta fundat. prior. S. Viviani Vasat. ann. 1081. vel 1082. ex Tabul. S. Florent. Salmur. : *Et in uno quoque foro unam Junctam salis. Alia ann. 1473 : Une Jointée d'iceluy grain, en assemblant les deux paumes de la main ensemble. Vide Juncum 1.*

\* 3. **JUNCTA**, Adjectio, Gall. *Jonction, accroissement*. Pactum inter reg. Tunetan. et Pisan. ann. 1398. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1120 : *Item, quod omnes Torcimanni sint et esse debeant æquales in Torcimannia, et in eis non sit aliqua prioratas (leg. prioritas) nec differentia, et solvatur dictis Torcimannis pro eorum Torcimannia milliariens quinque de auro, de omni centenariis bisantiorum tantum, et sine aliqua Juncta.*

\* 4. **JUNCTA**, Junctura, Gall. *Jointure*. Charta ann. 1250. ex Tabul. S. Mauri Fossat. apud D. Le Beuf tom. 5. Hist. dioc. Paris. pag. 172 : *Notum compareat nos de transmarinis partibus pretiosas reliquias noviter attulisse, unum videlicet de crinibus Virginis gloriæ et Junctam unam de manu S. Matthei apostoli.*

\* **JUNCTE**, Juncim, una, Gall. *Ensemble*. Charta ann. 1054. inter Instr. tom.

6. Gall. Christ. col. 177 : *Cum Dathan et Abiron Juncte descendens in infernum consortium habeat. Hinc Joint, pro Nimum compositus, contortus, vel etiam exquisitius plus æquo ornatus, vulgo Affecté, gêné, trop recherché. Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1. ubi de Canonicis :*

Qui les deservent bien à droit,  
Il sont plus Joint, il sont plus droit, etc.

Infra ubi de mulieribus :

Qui plus est Jointe d'une Fée,  
Quant ele est Jointe et alitée.

Inde *Aller Jointoiant*, Composito et affectato gressu incedere, vulgo *Avoir une démarche affectée, gênée et forcée*. Paraphr. Psal. *Miserere Ms. :*

Orgueilleux desploie et destache  
Trestous ses nerfs en convoitant ;  
Cors qui ensi va Jointoiant,  
Mervelle est se moult ne se lasse.

† **JUNCTOR**, f. Lignarius faber, qui subtilius politiusque concinnat et jungit opera lignea, Gall. *Menuisier*. Litteræ Eduardi IV. Regis Angl. ann. 1476. apud Rymer. tom. 12. pag. 28. col. 1 : *Tam ad sufficiens cariagium pro conductione feretri præcarissimi Patris nostri Richardi Ducis Eborum pro sepultura sua ordinati, quam ad carpentarios, Junctores, pictores, candelatores, qui in hac parte necessari fuerint, etc. Kursum occurrit col. seq. Gloss. Græc. Lat. : Ζευχτής, Juncator.*

\* **Jointleur**, inter instrumenta doliarii recensetur in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 40 : *Iceitui Regnault frappa Vincent Bernart par la teste d'un Jointleur à joindre tonneaux. Jointtier dicitur Truncus ligni brevior, vulgo *Billot*, in aliis Lit. ann. 1445. ex Reg. 1177. ch. 169 : Jehan le Bouvier d'icelle hache couppa ledit pain sur le chapuz ou Jointtier dudit relieur.*

1. **JUNCTUM**, vel **JUNCTA**, Mensuræ salinariæ species. Monasticum Anglican. tom. 2. pag. 99 : *Et de tribus mansuris terræ in Wigornia, et de decem Junctis salis in Wickio, cum duabus salinis et fuistallo. [\* Vide supra Juncta 2.]*

\* 2. **JUNCTUM**, Modus agri, quantum juncti boves uno die arare possunt, idem quod *Jugum terræ*. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 31. r. : *Duo Juncta prati siti in illo loco, qui vulgariter Romanola vocatur. Sciendum tamen quia unum ex duobus illis Junctis ipse antea Johannes de manu monachorum nostrorum susceperat. Vide Juctus.*

1. **JUNCTURA**, JC. Anglis, est pactorum cumulatio, aut pacti ad pactum adjectio, inquit Cowellus lib. 3. Instit. Juris Angl. tit. 28. § 1. et 2. qua scil. plura pacta de eadem re in stipulationem deducuntur. Vide *Bracton*. lib. 3. tract. 1. cap. 2. § 1. *Fletam* lib. 2. cap. 60. § 2. et *Briton*. cap. 28. Quid vero Latinis Scripturibus sit *Junctura*, habes apud Jacob. Gothofredum ad leg. 6. Cod. Th. de Scænicis. (15, 7.) Vide *Conjugla*.

\* Unde nostris *Joindre*, nude, pro de rei alicujus pretio junctis manibus convenire. Stat. ann. 1311. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 272 : *Ne puet ne ne doit vendre ne apporter pour vendre cuir tanné, ne faire marché, ne Joindre, ne bailler deniers à Dé, etc.*

\* 2. **JUNCTURA**, Pugnum, nostris alias *Jointe*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 13 : *Dictus Persil de Juncturis manus suæ dictum presbyterum in dentibus percussit. Aliæ ann. 1373. ex Reg. 104. ch. 269 : Iceitui Regnault le avoit moult grevé en le prenant par la poiterine, et si seroit bouté ses Jointes con-*

tre saditte poiterine, que à grant peine povoit il ravoir s'alaïne.

† **JUNCTUS**, [Modus agr.] Vide Juctus.

† **JUNCUS**, majoribus festis sparsus in Ecclesia et alibi. Consuetud. MSS. S. Augustini Lemovic. fol. 14: *In festo S. Augustini... Præpositus debet recipere Juncum qui debetur ex consuetudine ad parandum Chorum et Capitulum.* Codex MS. Montis S. Michaelis annorum circiter 400: *Elemosynarius tenetur etiam invenire Juncum in magnis festivitibus... in Choro et in Claustro.* Vide Juncare et Vinecum.

† **JUNDRAGIUM**. Vide Junioratus.

† **JUNECULA**, Juvenca, Gall. *Genisse*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Junegua, Prov. bucua, junix, Junecula.* Vide Junicula.

† **JUNGENS**, f. Confluens ubi fluvius alteri jungitur, vel locus fluvio junctus et contiguus. Privilegium Monasterii Rivipullensis, tom. 3. Concil. Hisp. pag. 166. col. 2: *De quarto vero latere finit in ipso Jungente vel in fluvium Seger.*

† **JUNGERE**, Pervenire, assequi, Gall. *Joindre*, Ital. *Giungere*. Acta S. Franciscae Rom. tom. 2. Martii pag. 143. \*: *Plane incedit, sed cito Jungit.* Chronic. Parmense apud Murator. tom. 9. col. 860: *Dominus Landus Junxit Parmam die martis VII. intrante Februario.* Vide Conjungere.

† **JUNGLA**, ἡνλια ζευχια, in Gloss. Lat. Græc. Sangerman. *Habenz jugales*, in Supplem. Antiquarij. Martinus habet *Jungula*. Laurent. in Amalthea: *Jungula, Jungla, Jugla.* Vide Conjugla.

† **JUNIBARUS**, Juniperus, ut puto, Gall. *Genevrier*, Ital. *Ginepro*. Chronicon Jacobi Malvecij apud Murator. tom. 14. col. 899: *Arborem Junibarum plantavit, de quibus plantulæ exortæ sunt, etc.*

† **JUNICULA**, Juvenca, Gall. *Genisse*. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 90. vº col. 1: *Geningus... habet de terra arabilis bun. III. solvit... ad tertium annum Juniculam.* V. Junix, Junecula et Genicula 1.

† **JUNIOR**, pro Novus. Odo Fossatensis in Vita Burchardi Comitiss Corboilensis ann. 1028: *Cætera vero sunt, id est, contra castellum S. Exuperii, et in Juniori et in veteri Corboilo, et in Ateias, et So-siaco.*

JUNIORES, Tyrones, in re militari, apud Symmachum lib. 6. Epist. 58. Vegetium lib. 1. cap. 7. lib. 2. cap. 5. et in Cod. Th. de Tyronibus, et (7, 18.) alibi non semel, in Notitia Imperij, etc.

JUNIORES in re politica, dicti quivis inferioris gradus, qui aliis, senioribus scilicet suberant ratione domini, vel jurisdictionis. Lex Alemann. tit. 78. § 1: *Si pastor porcorum, qui habet in grege 40. porcos, et habet canem doctum, et cornu, et Junio-rem, occisus fuerit, etc. § 5. Si coquus, qui Junio-rem habet, occiditur. Id est, pastorem et coquum alium sibi subditum.* Capitulum. 1. ann. 810. et lib. 3. Capitular. cap. 63: *De vulgari populo, ut unusquisque suos Juniores distinguat, ut melius obediant, etc.* S. Columban. Epist. 4. ad Bonif.: *Licet cum Junioribus vestris sollicitare vos pro zelo fidei, pro amore pacis, etc.* Hincmarus de Ordine Palatii cap. 17: *Et quamvis sub ipsis, et ex latere eorum alij ministeriales fuissent, ut Ostiarius, Saccellarius, Dispensator, Scapoardus, vel quorumcumque ex eis Juniores aut decani fuissent, etc.* Atque ita intelligenda vetus Charta apud Vadianum et Goldastum in Alemannicis: *Ego Wildbold senio meo providens, et et, quæ illud comitari solet, penurix, trado ad Monas-*

terium S. Galli... terrulam meam, quam habeo in Uzonwillare, hoc est, 20. jugera, eo pacto ut ipsa terrula ad domum peregrinorum serviat, et ego ibi in domo hospitum suscipiar, et usque ad finem vite meæ ibi victum et vestitum habeam sicut primus illorum Juniorum, hoc est, omnibus annis vestimentum lineum, et aliud laneum, et alias impensas accipiam, sicut cæteri in ipso ministerio. Quæ vox ultima satis arguit Juniores Monasterij, Monasterio ipsi ministrasse, quomodo Oblatos, Laicos et Conversos, de quibus suis locis.

JUNIORES eodem sensu appellantur in veteribus Tabulis Regum nostrorum, atque adeo a Scriptoribus mediæ ævi, magistratus ac officiales Comitum, vel judices inferioris ordinis, qui majoribus suberant. Hinc frequens formula in Chartis Regis: *Neque vos, (Comites) neque Juniores vestri, aut successores, nec ulla judiciaria potestas, ad audiendas altercationes ingredi, aut freda de quilibet causa exigere, vel mansiones, et paratas, vel fidejussores, tollere præsumatis, in formulis Bignonianis et Lindembrogianis, in Chronico Farsensi pag. 652. apud Continuatore Aimoini lib. 5. cap. 1. Beslium in Regib. Aquitan. pag. 40. in Ducib. Aquitan. pag. 155. Sanjulianum in Hist. Burgund. pag. 242. Roverium in Reomao pag. 71. et alios passim. [Præceptum Dagoberti Regis Fr. ann. 630. apud Mabill. tom. 3. vet. Analect. pag. 217: *Ideo per præsentem præceptionem decernimus, quod in perpetuum volumus esse mansurum, ut inspecta ipsa anteriorem præceptionem, nullus iudex publicus, neque vos, neque Juniores seu successores vestri, neque quislibet ex judiciaria potestate, etc.*] Præceptum Ludovici Pii pro Hispanis: *Alius vero census ab eis, neque a Comitibus, neque a Junioribus et Ministerialibus ejus exigatur.* Charta Caroli M. apud Sigonium ann. 802: *Quod aliqui Duces, eorumque Juniores, Castaldij, Vicarii, Centenarii, Venatores, etc. Ita Comites et eorum Juniores, in Lege Longob. lib. 2. tit. 51. § 9. lib. 3. tit. 5. § 2. [Pippin. 22. 17.] et lib. 3. tit. 12. § 1. [Carol. M. 121.]: *Audivimus etiam, quod Juniores Comitum, vel aliqui ministri Reipublicæ, sive etiam nonnulli fortiores vassi Comitum, aliquas redditiones vel collectiones... a populo exigere solent.* Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. cap. 25: *Ut Comites et Centenarii omnes ad justitiam faciendam compellant, et Juniores tales in ministerijs suis habeant, in quibus securi confidant, quia legem atque justitiam fideliter observent, pauperes nequaquam oppriment, etc.* Ex quibus satis perspicuum fit, ejusmodi juniores functos fuisse officio iudicum sed pædaneorum.**

† **JUNIORES**, Gall. *Juveigneurs*, Nobilium natu minores, Gall. *Cadets*. Vide infra in Junioratus.

JUNIORES, in ordine Ecclesiastico, sunt ii, qui inferioris gradus sunt: verbi gratia in Concilio Emeritensi cap. 5. *Diaconus dicitur esse Junior Presbytero, id est, dignitate inferior. Juniores sub Archpresbytero, in Concilio Turon. II. can. 19. Presbyteri Juniores, et minus cauti, in Capit. Carlomanni tit. 2. cap. 8. ubi opponuntur Presbyteris prudentia temperatis.* Sed præsertim

JUNIORES videntur appellati quivis Clerici, post Subdiaconos, ut sunt Lectores, Exorcistæ, Ostiarii, Fossarii, etc. quos Juvenes vocat lex 10. Cod. Th. de Episcop. (16, 2.) Clericis ac Juvenibus

præbeatur immunitas. Notæ Tyronis pag. 99: *Episcopus, Papa, Presbyter, Archpresbyter, Diaconus, Archidiaconus, Subdiaconus, Junior, Fossarius.* Concilium Autisiodor. can. 43. et Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 121. [\*\* 192.]: *Quicumque iudex aut secularis adversus Presbyterum aut Diaconum, vel quemlibet de Clerico aut de Junioribus, absque audientia Episcopi injuriam... inferre præsumperit.* In Addit. 4. Ludovici Imp. cap. 61. [\*\* 85. ex 6, 15.] eadem pæne habentur: *Neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum, aut Junio-rem Ecclesiæ.* Testamentum S. Remigij, apud Flodoardum: *Subdiaconibus solidos duos, Lectoribus solidos duos, Ostiariis et Junioribus solidos duos dari jubeo.* Ubi Lectores et Ostiarii videntur superiori Ecclesiastico ordini accenseri, et a Junioribus distingui: quo tamen nomine Lectores intelligi arguit Concil. Vasense I. can. 1. ubi Juniores Lectores dicuntur. Generatim vero inferiores istius ordinis Clerici, ut Acolythi, Juniores Clerici appellantur in Concil. Valentino sub Damaso PP. apud Gratianum de consecrat. dist. 4. in Concilio Carthaginensi can. 36. in Conc. Epaonensi can. 12. Aurelian. V. can. 6. Turon. II. can. 15. Autisiod. can. 43. Vel Inferiores Clerici, in Concilio Milevit. can. 22. Juniores Ecclesiæ, in Concil. Paris. V. can. 5. in Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 154. [\*\* 156.] apud Gregor. Turon. lib. 5. cap. 27. vel denique Clerici Junioris ordinis, in Concil. Paris. V. can. 7. Minores Clerici, quibus opponuntur Majores, apud Gregor. Turon. lib. 5. cap. 49. Fortunatus lib. 2. Carm. 10:

In medio Germanus adest Antistes honore,  
Qui regit hæc Juvenes, subrigit inde senes.

In leg. 10. Cod. Theod. de Episcop. (16, 2.) Juvenes Clericis junguntur, ut Ecclesiarum cætus concursu populorum ingentium frequentetur, Clericis ac Juvenibus præbeatur immunitas. Ubi juvenes infimæ ordinis Ecclesiastici fuere, quantum haud bene constat, qui sic dicti fuerint. Paulo latius, ni fallor, Adalbero Laudunensis in Carm. ad Robertum Regem:

... Fratrum Laudunicus ordo,  
Flos Juvenum, fructusque senum te mente salutat.

In Concil. Arelat. V. can. 6. et in Conciliis Afric. Seniores dicuntur Episcopi et Sacerdotes, qui γέροντες, in Cod. Canonum Eccles. Afric. cap. 100. Vide Cujac. ad Novell. 3.

† **JUNIORES** in Monasteriis ii vocabantur qui alterius in officio adjutores erant, v. g. Subcamerarius Junior nuncupatur in Spicil. Fontanel. MS. pag. 252: *Camerarius vel ejus Junior qui clavem portat cameræ... nunquam deesse debet.*

JUNIORATUS, Ecclesia, seu Beneficium Ecclesiasticum, quod Junioribus Clericis dabatur: vel redditus, qui in Ecclesiis Junioribus Clericis, et in minoribus constitutis ordinibus assignabatur. Ita Souchetus, a quo non dissentit Bosquetus. Vassorius vero longe probabilius Junioratum putat esse quamlibet Ecclesiam, seu potius Ecclesiam curam, quæ a personatu dependet: Vicariatum vulgo dicimus; quod exerte docet Charta Baldrici Episc. Noviomensis ann. 1103. ab eo allata pag. 797: *Hæc altaria a personatu libera concessimus, ... tali cum tenore, ut Synodalia jura, sicut antea, Episcopo, vel ejus ministris solvant, et Presbyteri, qui Junioratum ab Ecclesiæ Abbatissa susceperint, quotiens alter*



alteri successerit, vel aliquo casu illos mutari oportuerit, ab Episcopo sive Archidiacono curam suscipiant, etc. Charta Richerii Archiep. Senonensis in Tabul. S. Martini de Campis: Junioratus autem Ecclesie, quem Presbyteratus appellant, sicut hactenus integer permaneat. Tabularium Vindocinense Thuani Ch. 7: Nosse debetis... Tetbaldum de Vindocino filium Letherii calumniam nobis intulisse, super Junioratu Ecclesie de Navoil... dicendo scilicet, nec Robertum de Marciliaco socerum suum, a quo memoratam comparavimus Ecclesiam, Junioratum illum nobis vendidisse. Ivo Carnotensis Epist. 286: Super hæc dedimus Junioratum Ecclesie de Pontegodonis, cum omnibus domibus nostris. Necrologium Ecclesie Carnotensis 10. Kl. Jan. ubi de eodem Ivone Episcopo: Junioratus omnes hujus Ecclesie et precarias in communes rededit usus, et eas in posterum personis distribui tam suo quam Apostolico privilegio vetuit. Exstat in Adversariis Duchesnianis apographum Chartæ Bartholomæi Archiepiscopi Turonensis, in quo hæc verba habentur: Ea siquidem intentione S. Maximino ejusque Canonicis Jundragium Ecclesie S. Stephani, quæ Caimone sita est, integrum et absolutum et in perpetuum sine ulla calumnia obtinendum concessi. Ubi Exscriptor ait, in diplomatis dorso adscriptum, Jundragium, hoc est adjunctio: nam quod Latini jungere dicunt, Galli dicunt Joindre. Sed indubie legendum Junioragium, ut et in locis laudatis in voce Vindragium.

Retinendum puto Jundragium, sicque legendum esse loco Vindragium. Ut Moindre a Minor, ita olim Juindre, a Junior dictum; unde Jundragium efformatum, ut vocabulum Gallicum Juindrage, quod occurrit in Litteris ann. 1290. pro Andegavensibus, apud de Lauriere tom. 2. Ordin. Reg. pag. 32: Et que en la terre n'eust point de Juindrage, ne chose qui la vaille, par fraude ne par boitise.

\* Nequaquam restituendum esse Junioragium, rursus patet ex voce Gallica Joindrage, quamvis alio sensu intellecta, nimirum pro Præstatione, quæ pro facultate pascendi animalia juniora persolvitur. Charta ann. 1342. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 316: Item l'esmolument de tailler et appatronner les boisseaux et les mesures en la ville de Beaufort... Item autres menues coutumes... Item les Joindrages des herbaiges des fros de la paroisse de Beaufort dès la Mi-Aoust jusques à Noël. Juindrage vero ex Lit. ann. 1290. supra laudatis intelligendum videtur de exactione, quæ a præcipuis molendinariis vel pistorum famulis, quos Juniores vocabant, percipiebatur. Vide mox Juniores.

In Consuetudine Britannie passim fit mentio Juniorum, qui Juveigneurs dicuntur et feodorum, qui a Junioribus possidentur, quæ Juveignerles, vel Juveigneuries, appellantur, seu Junioratus. Sunt autem Junioratus feuda, quæ a junioribus fratribus possidentur, ratione quorum homagium præstare debent fratri primogenito. Quæ quidem tenentura dicitur in ea Consuetudine art. 330: Tenue du Juveigneur d'aisné en parage. Vel en parage et ramage, de qua ita Charta ann. 1478. de Joanne Vice-Comite de Quoitiven et de Truenedac: Confesse tenir et tient en ramage de nostre dite Cour de Parlement toutes et chascunes les terres. Et infra: Et à cause d'iceux il doit obéir à nostre dite Cour de Parlement, comme homme ramager et

Juveigneur à l'aisné, etc. Atque is junioratus si in extraneam manum transeat, tunc dicitur Tenue en Juveigneurie sans parage, vel Tenue en Juveigneurie simple, art. 331. et 342. Neque tamen primogenitus jus ullum habet superioritatis in juniore, neque venditiones seu laudimia, neque ratchetum aut releivium ab iis potest exigere; sed dominus superior, art. 330. 341. Tenentur autem Juniores, qui tenent ejusmodi feuda per fratriagium a primogenito, non modo homagium eidem præstare cujus forma describitur art. 334. 335. sed etiam domino superiori, ligium nempe, quale præstatur a primogenito: qui autem Junioratum simplicem tenet, homagium præstat proximo domino, perinde ac superiori, art. 331. [Consule Glossarium juris Gallici in voce Juveigneurie.]

\* Jovignors et Joveignorage, iisdem notionibus, in Charta ann. 1275. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1038: E ansement preneons nous les fruitz e les essues des terres az Joveignors à noz homes, amprez le decés az Joveignors, de ceu que is tenoient en Joveignorage de nos homes, quant les enfants az Joveignors estoient en non aage, jusques à tant que is eussent vint ans accomplis e passez. Jugeurs ou puisnés, in Charta Joan. ducis Brit. ann. 1442. ex Cod. reg. 8542. 3.

JUNIORES, longe alia notione, in Charta Ludovici VII. Regis Franc. ann. 1147. pro Bellovacensibus, apud Loiselum pag. 272: In unoquoque molendinorum duo Juniores tantum erunt: quod si aliqui plures Juniores, vel alias malas consuetudines in molendinis imponere voluerit, et inde clamor ad Pares venerit, adjutores et erunt qui inde clamaverit, etc. Similis Charta Gallica pag. 280: Adecertes en un chacun des moulins deux Joennes seront tant seulement: que si aucuns plusieurs Joennes, ou autres mauvaises coutumes veut imposer es moulins, et de ce clameur vient aux Maire et Pairs, etc. Tabular. S. Dionysii Novigenti: Junioratus autem sic ei concessus est, ut Juniores in molendinis mitterent; sed ab eis coram Priore vel Monachis fidelitatis sacramentum acciperent. Quod si ipsi, vel Juniores eorum committerent aliquando, de suo vel Juniorum suorum commisso coram Monachis responderent.

\* Non ita profecto diversa notio; ita quippe appellati Ministri, famuli quilibet, præcipue tamen molendinariis et pistorum, qui præter pensationem, quæ pro frumenti molitura vel coctura panis debebatur, aliam mercedem exigebant, damno certe molentium vel coquentium; quod una cum malis consuetudinibus amovendum censet Ludov. VII. Charta ann. 1147. quam minus attente legit D. Bouquet, quando Juniores, de quibus in ea agitur, Judicum locum tenentes, imo et judices, interpretatur tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 196. Nostram vero sententiam aperte videntur probare sequentia. Charta ann. 867. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 514: Felix pecorario cum Sinitruda uxore sua, et Johannes, Lupulo, Ursianulo, Fileperga, Ansula, Ursula filiis eorum, et Johannes Silla Junior ejus. A voce Junior nostri Joindre, Gendre et Geyndre, eodem etiamnum significato, effinxerunt. Stat. pro Pistor. in lib. 1. Statut. artif. Paris. fol. 2. r. ex Cam. Comput.: Et vendra (le nouveau talemelier) en la maison au maistre des talemeliers, et les maistres varlés, que on appelle Joindres, etc. Arest. parlam. Paris. ann. 1420. ibid. fol. 22. r. Alter scilicet eorum

(molendinariorum) plus et alius minus per se et ministros suos, Geyndres vulgariè nominatos, et alios eorum servitores in dictis molendinis a nonnullis civibus... exigebant. Ordin. Caroli VI. ann. 1419. ibid. fol. 24. v. Item que tous musniers et leurs Gendres se paieront doresnavant de leurs moulures et salaires en deniers contens. Vide Tract. Polit. de la Marre tom. 2. lib. 5. tit. 12. cap. 3. pag. 188. et supra in Baccalarii 1. ubi hac donantur nomenclatura, qui Juniores hic nuncupatur.

\* Joigne, Junior, juvenis, vulgo Jeune, in Lit. remiss. ann. 1363. ex Reg. 95. Chartoph. reg. ch. 114: Lequel Jenson encontra un homme nez de Couloigne sur le Rin, qui avoit grans cheveux, et li dist ces paroles ou semblables: Veez là un biau Joigne. Genre, eodem sensu, in Charta ann. 1261. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 981: Ensor qu'en tot il est accordé en cestes pez, que por les messez que ledit Olivier de Clizon, le vieill mon pere, avoet fet oudit comte, ge Olivier le Genre audit comte rendrè 4000. liv. de Tournoes. Bestiar. Ms.:

Jumens prenent, qui poulains ont, Quant Genvres et alaitant sont.

† JUNIS, véc, in Onomastico apud Martinium. Ex juvenis vox contracta.

\* JUNIUS, cur Magnus appelleretur haud scio, nisi ob longiores ejus dies. Chartul. Pontinac. pag. 286: En nom de Nostre Seigneur, Amen. En l'an de l'incarnation d'icelui 1292. ou mois de Juiny le grant, etc.

JUNIX, Vitula, junior vacca, δμῆλις in Gloss. Lat. Gr. Gall. Genisse. Papias: Junices, boves juvenes. Alexander Iatro-sophist. lib. 2. Passiomum: Qualia sunt bubula et de junice pedes. Ubi Glossæ MSS. Junices, vitulæ. Vox Latinis nota.

\* JUNO, male pro Inno. Vide supra in hac voce.

\* JUNPENHATURA. Vide supra Inpenhatura.

† JUNQUARE, ut Joncare, Gall. Joncher, Locum floribus vel juncis spargere. Purgatur Monasterium et Junquater ter in anno, in Indice MS. beneficiorum Ecclesie Constantiensis fol. 38.

\* JUNQUERIA, Locus palustris, ubi junci crebri nascuntur. Charta ann. 1158. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 549: Quamdiu autem mansus sine vestitione fuerit, habebunt in eodem manso jus pascendi, exceptis devesis et Junqueria. Vide supra Juncaria.

\* JUNQUERIUM, Eodem intellectu. Charta ann. 1419. ex schedis Pr. de Maugaues: Cum in ordinatione dudum facta inter ipsum dominum et procuratores et homines de Gresolis tunc præsertes de rumpendo, cultivando et dividendo dictum Junquerium. Vide supra Juncherium.

JUNTAS de Relono facere. V. Adramire.

† JUNUS, Animal quadrupes. Amalthea.

\* JUORNAGIUM. Charta ann. 1268. in Chartul. Buxer. part. 6. ch. 58: Girardus legavit ecclesie S. Stephani Belnensis unum boissellum Juornagii. Ivernagii facile restituerem, nisi Jornage, eadem notione, occurreret in Charta ann. 1224. ibid. part. 20. ch. 10: Dominus Symon de Meneures... dedit Deo et fratribus Bucerviæ... quinque quartallos bladi, quod vulgo dicitur Jornage. Idem tamen esse quod Ivernagium vix dubito. Vide supra Ivergium.

† JUPA. Vestis talaris species, nostris jupe. Regula Ordinis Canonicorum S.

Marci de Mantua, in Regesto Alexandri IV. PP. anni 7. Epistol. 24. ex Bibl. Regia: *Sufficiant cuilibet Clericorum una capa, nova cotta lineæ, duo scapularia lanea, duæ tunicæ, unum scapulare pelliceum, una pellis, et unum pelliceum sine Jupa: verumtamen in arbitrio sit Prioris pro Jupa tertiam tunicam Fratribus providere, etc.* [\*] Vide Glossar. Græcit. voce Ζούπα, col. 466.]

\* Sagum, chlamys, nostris Jupon et Juppel. Stat. monast. Beccens. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Monachi non habeant vestem, quæ vulgo dicitur Juppa.* Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 148: *Icellui Loys retourna ouidit hostel dudit Jehan Martin et le trouva tout nu en son Jupon, où il curoit laditte estable. Jupon de bougran, in aliis ann. 1380. ex Reg. 117. ch. 175. Aliæ ann. 1448. in Reg. 176. ch. 584: Les barbeaulx ou pointtes du plançon s'en atacherent à ung Juppel que avoit vestu icellui Pierre.* Vide supra Jubeus.

† JUPPA. Constitutiones Frederici Regis Siciliae cap. 107: *Comites, Magnates, Barones, Milites et uores eorum possint habere in ætate guarnimentum unum de serico, sub eo forsetum, vel dublectum ac Juppam de serico.*

† JOPPA. Reformatio Mellicensis in ejusdem Monasterii Chronico pag. 359. col. 2: *Non utantur camisia lineæ, sed lanea tantum, nec bambasio vel Joppa, neque pileo foderato cum pellibus.* Diarium Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 197: *Item ex eadem pertinacia sacras pro cultu divino deputatas vestes tollebant, de casulis ornatibusque Joppas vel Joppularum manicas... fieri in magnum scandalum procurabant.*

JOPULA, Eadem notione, in Concilio Salzburgensi ann. 1420. cap. 6.

† JUPARELLUM, Eodem intellectu. Chron. Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 600: *Dux autem Guarnerius... discalciait pedibus tantum caligas secum habens et Juparellum in dorso, etc.* Et col. 684: *Ceperunt ipsum Episcopum habentem tantum Jupparellum in dorso et stivalia in pedibus suis.*

JUPELLUM, Picardis Jupel, aliis, Jupon, Sagum militare. Alexander IV. lib. 5. Ep. 172. ad Hospitalarios, qua decernit ut Fratres Milites Ordinis Hospitaliorum chlamydes nigras deferant, ut ab aliis Fratribus ejusdem Ordinis discernantur: *In bellis autem sive in præliis utantur Jupellis, et aliis superinsignis militariibus, quæ sint coloris rubei, in quibus etiam Crux albi coloris sit in eorumdem vexilli modum assuta, etc.*

† JUPILEUM, Ead. notione. Vide in Epidecen.

† JUPO. Statuta Eccl. Treacor. ann. 1440. tom. 4. Anecd. Marten. col. 1150: *Nullus in ordine sacerdotali constitutus præsumat vel audeat Missam celebrare, nisi habeat caligas cum Jupone, seu alia veste propinquiore camistæ.* In Statutis Eccl. Ambian. apud eumd. Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1226. habetur Juppo, eadem notione; sed pro Thorace sumitur in Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 389: *In qua (navi) ultra CCCLIII. guarnimenta ferri, ultra Juppones, hermos, clypeos et alia arma, multa ceperunt.* Miracula MSS. Urbani V. PP.: *Erat armatus de Jupone, de tunica ferrea et jaque de veluto et cum bacinetis ligato et stachato, ut moris est, braceris et gantelletis, ense et cultello cinctis, in pondere prædictorum arnesiorum 150. libras.*

† JUPONUS. Hoc opus fieri fecit ars Ta-

liatorum vestium et Juponorum, in Actis SS. April. tom. 1. pag. 806. ubi de B. Martino Eremita:

Martinus jacet hic, Miles, Eremita, Beatus: Sartor quippe fuit, nunc Pater dicitur artis.

† JUPONERIUS, Qui facit jupones, in Litteris Caroli V. Franc. Regis ann. 1367. pro Monspeliensibus de forma vestium.

\* Cujus ars Juponnerie nuncupatur, in lib. 1. Statut. artif. Paris. fol. 167. vº. ex Cam. Comput.

† JUPPUS, Thorax. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 304: *Et statim Consul Pisanus cum Bucio ascendit galeam, et posuit in capite elmum et Juppum in dorso.*

☞ Harumce vocum omnium originem arcessunt a Germanico juppe, Thorax rusticanus, vel ab Arabico Guibba, unde Hispanis Aljuba ad significandam vestem Maurorum thoraci simillimam: a Latino Juba vel jubæ, quæ sunt animalium crines, vel villi e collo pendent, quibus equorum et leonum cervices operiuntur, deducit Carolus de Aquino; hinc, inquit, per quamdam analogiam et similitudinem operitorii, (forte paucis probabiliter) interior vestis, quæ subculæ superinduitur, dicitur Jupa, a voce Italica Giubba, et hinc Giubbone, Giubetto, Giubberello.

2. JUPA, [JUPPA,] apud Croatos, Regio; JUPANUS, [Regionis præfectus.] Vide in Zupa.

\* Haud infrequens apud Scriptores nostros vox Juper vel Jupper, pro Inconditum clamorem edere ad deridendum, vel inclamandum, aut exterrendum. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 123: *Icellui Alain oy en un bois ciffler deuz ou trois fois, et lors il commença à Jupper ou huer.* Aliæ ann. 1450. in Reg. 180. ch. 119: *Quant ilz furent yssuz es jardinages, ledit Hudel commença à Jupper, et lesdiz Bisson et le Vennier à Jupper encontre eulx.* Froisart. vol. 1. cap. 130: *Quand les Genevois deurent approcher leurs ennemis, ils commencerent à Jupper moult espouvantablement pour les Anglois ébahir.* Guill. Guiart. ad ann. 1249:

Gil de France, qui après Jupent, etc.

Hinc Jupée, dicitur Intervallum intra quod ejusmodi clamor potest audiri, in Lit. remiss. ann. 1449. ch. 34: *Ilz estoient en une cave près, aussi comme d'une Jupée ou huée de son hostel.* Vide supra in Hutestum.

† JUPARELLUM. Vide in Jupa 1.

† JUPATUM, pro Lupatum. Vide Scispadum.

† JUPELLUM, JUPO, etc. V. Jupa 1.

1. JURA, Juramentum, sacramentum, in Fœdere inito inter Sanctium Pampilonensium Regem et Almutadyrum ann. 1073. apud Blancam in Comment. Rerum Aragon. pag. 635.

\* 2. JURA, Conjuratio, fœdus, quod juramento firmetur, sic dicta Ital. Jura vel Giura. Chron. Foroju. ad ann. 1305. in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 33. col. 2: *Qui (Nicolaus) habebat magnam partem in Utino ratione cujusdam Juræ et conspirationis factæ ad invicem.* Instr. ann. 1311. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 619: *Ad inhiendam, contrahendam, ordinandam, firmandam, et faciendam societatem, unionem et Juram, etc.* Formul. vett. ex Cod. reg. 4189. fol. 6. vº. *Item promitto Juram, conspirationem, . . . .*

et illicitam societatem non facere cum aliquo.

† JURABILE FEUDUM. Vide in Feudum.

\* JURADIA, Pactum, conventum Juramento firmatum. Composit. inter episc. et cives Vasat. ann. 1340. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 59: *Anno quolibet renovando obligationem, taliter quod sit bene securum, et quod habita confirmatione dictæ Juradiæ, solvantur ccl. libræ Arnaldensium . . . . Item quod confirmatio ad cordi, Juradiæ habeatur a domino nostro Francorum rege, expensis propriis villæ.*

† JURAMEN. Glossar. Isidori: *Juris, juramen.* Grævius ex Papia sic censet emendandum: *Jus, juris, fit ex oleo, vino, aqua salsa, et cæteris talibus, ut pipere. Jusjurandum, Juramen, juratio, cum pro jure quis jurat.*

JURAMENTALES. Vide Juramentum, [lin. Sacramentarii apud Joannem VIII. etc.]

JURAMENTUM est affirmatio vel negatio de aliquo attestatione sacre rei firmata, ut est in Fleta l. 5. cap. 22. § 1. Gregorius Nazianzenus in Iambo 15. seu in Definitionibus:

“Ορκος δὲ δὴ πίστωσης ἐπέσω Θεῷ.

Proprie autem ita appellatur Purgatio canonica, seu a Canonibus recepta: quo nomine opponitur vulgari, cujusmodi sunt duellum, ferrum candens, et id generis aliæ purgationes, quas improbat semper Ecclesia. Ejus autem effectus est, ut qui impositum delictum a se amoliri vult, id præstito sacramento diluat: cui quidem in rebus haud magni momenti, vel si actor aut accusator desit, aut nullas habeat probationes, aut habeat illegitimas, quæ non admittuntur a judice, locus datur: ut est in Regiam Majestatem lib. 4. cap. 21. in Quoniam Attachamenta cap. 24. in Legibus Burgorum Scotticorum cap. 30. 82. etc. Lex Bajwar. tit. 8. cap. 16. § 3: *In his vero causis sacramenta præstentur, in quibus nullam probationem discussio judicantis invenit.* [\*] Vide Haltungs. Glossar. German. voce Eid, col. 273. sqq.]

Etsi autem in hac purgationis specie perjuria interdum fiant: ea tamen recepta est, quod nemo fere tam pravi existimetur animi, ut coram Deo ac Sanctis veritatem reticere velit ac audeat, adeo ut si pejeret, Deum in se vindicem continuo experiat: quod non semel evenisse testantur Scriptores: in primis S. Augustinus Epist. 75. 137. S. Audoenus in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 56. 59. 77. Gregorius Turonensis, locis mox laudandis, ubi de juramentis ad Sanctorum reliquias, Willelmus Malmesburiensis lib. 2. de Gestis Regum Angl. cap. 6. et alii quot alii. Gregorius M. Homil. 32. in Evangel. de Basilica SS. Processi et Martiniani, in qua condita erant eorum corpora: *Ad extincta namque eorum Corpora viventes ægri veniunt, et sanantur; perjuri veniunt, et a dæmonio vacantur: dæmoniaci veniunt, et liberantur.* Vita S. Præjecti n. 20: *Cæpit namque divina virtus ad prædictorum Martyrum corpora plurima monstrare miracula, . . . . declarabantur sæpius Juramenta, reorum solvebantur vincula, etc.*

SACRAMENTUM hanc purgationis speciem, vulgari nomenclatura, appellari scribit Hincmarus de Divortio Lotharii et Tethbergæ, Interrog. 6: *Juramentum, quod usitato nomine appellatur*

*Sacramentum, quia in eo illud oculis fidei pervidetur, quod corporis oculis non conspicitur.* Ivoni Carnotensi Ep. 206. dicitur *Sacramentum Dei purgatorium. Per Sacramentum Dei iudicium exspectare*, apud S. Audoenum in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 59. *Sacramento se purificare*, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 32. § 3. [\* Roth. 214.] *Per Sacramentum se defendere, cum Sacramento se purgare*, lib. 1. tit. 25. § 49. [\* Liutpr. 11. (2, 5).] Nithardus l. 1. ann. 834: *Verumtamen haud est thoro regio recepta, donec se criminibus innoviam, quia criminator deerat, Sacramento una cum propinquis coram plebe effecit.* Willelmus Malmesburiensis lib. 2. de Gestis Angl. cap. 6: *Sacramento delationem infirmans, in exilium actus est.* Cap. 12: *Godwinum quoque obliquis oculis intuitus, ad Sacramentum purgationis compulsi.*

Quod si res majoris esset momenti, non solus, seu, ut vulgo dicitur, *sola manu sua jurabat reus, seu accusatus*: sed alii deligebantur, qui id ipsum quod ille, perinde jurarent, vel saltem sacramento affirmarent, quae ille juraverat vera esse. Horum augebatur numerus pro rei vel causae, de qua agebatur, momento, ut est in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 3. § 1. in Lege Alaman. cap. 6. in Lege Longob. l. 2. tit. 55. § 9. [\* Roth. 369.] in Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 64. 66. 67. apud Innocentium III. lib. 16. Ep. 158. etc. Atque pro modo numeri eorum, qui jurabant, *majus vel minus sacramentum peragi dicitur* in Lege Frison. tit. 1. § 11. 13. 14. tit. 2. § 7. Vide Alamannica Goldasti pag. 24.

Non tamen aequae omnibus probatum, ut alii, quam ipsi a quibus de jure requirebatur, sacramentum praestarent. Papianus lib. Resp. tit. 25: *Si a iudice statutum fuerit, aut inter partes convenierit, ut de rebus dubiis sacramenta praebantur, eum solum debere jurare, a quo aliquid repetitur, nec ab aliis personis sacramenta requiruntur.*

Testes illi juratori adjuncti *Sacramentales* vulgo vocantur, ut in lege Aleman. tit. 6. § 2. tit. 36. § 3. tit. 53. in Lege Bajw. tit. 1. cap. 3. § 1. 2. tit. 16. cap. 1. § 2. in Lege Frison. tit. 1. § 2. 6. 8. 13. 14. tit. 3. § 1. in Lege Longob. lib. 2. tit. 21. § 9. tit. 55. § 2. 3. 14. 35. [\* Roth. 365. 165. 166. Liutpr. 61. (6, 8). Guido 6.] etc. Notitia Judicati, in Tabulario Casauriensi: *Et dedit ei quadam jurare cum suis legitimis Sacramentalibus, sicut Lex est.* Vide Diplomata post Chronic. Reichersperg. pag. 39. 40. *Consacramentales*, in Capitul. Caroli M. l. 3. cap. 58. et in Legibus Henrici I. Reg. Angliæ cap. 64. 66. 87.

*Sacramentarii*, apud Joannem VIII. PP. Epist. 228. *Juratores*, in Lege Salica tit. 55. § 1. 3. 8. in Pacto Childeberti § 2. 8. in Lege Aleman. tit. 6. § 5. in Lege Ripuar. tit. 31. § 5. Longob. lib. 1. tit. 9. § 37. tit. 17. § 1. 1. 2. tit. 41. § 7. tit. 55. § 28. [\* Lothar. 1. 89. . . . Ludov. P. 1. Lothar. 1. 28. Adde Pip. 45.] in Capit. Caroli M. lib. 3. tit. 64. etc. *Conjuratores*, in Lege Salica tit. 50. § 3. in Lege Frisionum tit. 14. § 2. Alamannica tit. 50. § 3. in Capitularibus Caroli Magni lib. 4. cap. 26. 74. lib. 5. cap. 150. [\* 301.] in Lege Longob. lib. 2. tit. 51. § 15. [\* Lothar. I. 62.] in Capitul. ann. 829. cap. 6. Addit. 5. cap. 301. et Concilio Moguntiacensi ann. 888. cap. 23. etc. Unde *Conjurare* pro id generis sacramenti adimplere, quod una omnes jurarent, in Lege Salica tit. 59. apud Marculfum lib. 1. Form. 18. 38. in Formulis incerti Auc-

toris cap. 5. in Formulis secundum Legem Rom. cap. 30. 40. et apud sanctum Audoenum in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 55. Dicuntur denique *Purgatores*, apud Andream Suenonis in Legib. Scaniae l. 7. cap. 3. *Compurgatores*, apud Innocentium III. l. 16. Ep. 158. et cap. 9. et 13. de Purgatione canonica. *Juramentales*, apud eundem Andream Suenonis lib. 5. cap. 6. lib. 6. cap. 10. 13. lib. 7. cap. 2. 3. 4. 5. 8. 9. 13. l. 15. cap. 3. l. 16. cap. 3. [\* German. Eideshelfer. Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 859.]

Ejusmodi autem esse debebant *Sacramentales* et *Conjuratores*, qui pro viris bonis haberentur, seu *legalibus*, vel *legitimis*, et testimonium perhibere idoneis; ac proinde essent *credibiles*, et qui *nullis accusationibus fuissent infamati*, ut est in Legibus Willelmi Nothi vernaculis cap. 16. et in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 64; *ita idonei, quibus nullum posset crimen imponi*, ut habet Hincmarus opusc. 30. Unde priusquam ad sacramentum admitterentur, examinabantur a iudicibus. Notitia ann. 818. apud Perardum pag. 36: *Ante ipsos Missos, duodecim testimonia ibi praesentavit, his nominibus.... ipsi testimonia diligenter discussi fuerunt, et super ipso altario manus positas jurati dixerunt, etc.*

Sed maxime ejusdem conditionis et ordinis, quibus reus, vel actor primarius, *Sacramentales* esse jubebantur. Formulæ secundum legem Roman. cap. 31: *Similiter testes sibi similes visores et cognitores, secundum quod ei iudicatum fuit, post ipsum juraverunt, ut quidquid jam dictus ille de hac causa juravit, verum et idoneum sacramentum dedit.* Lex Frisionum tit. 1. § 7: *Si litus nobilem occiderit... cum 35. juratoribus suæ conditionis se excuset.* Henricus Imp. de Conventione pacis publicæ anno 1051. apud Goldastum: *Liber, vel personatus serviens, cum totidem suæ comparitatis testibus... se expurget.* Ita si Presbytero purgandi se ab imposito crimine necessitas incumberet, tum is *Sacramentales* sui ordinis, hoc est, Presbyteros producere tenebatur. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 64: *Sacerdos, qui regularem vitam ducat, in simplici accusatione solus, in triplici, cum duobus ordinis sui juret. Diaconus in simplici compellatione, cum duobus: in triplici, cum sex Diaconibus se allegiet. Plebeius Sacerdos purget se sicut regularis Diaconus. Presbyter ab Episcopo vel Archidiacono suo accusatus, se sexto juret Sacerdotum legitimorum sicut ad Missam paratorum.* Fori Oscæ ann. 1247. fol. 36: *In nullis aliis prodictionibus debet quis se salvare per consimilem, sed per parem. Sciendum tamen est, quod talis est par, quod valeat tantum in genere, quantum qui reprobatus fuerit, et quod tantum valeant bona sua, et quod sint consimiles corporis; aliter autem non est par.* Infinita prostant hujuscæ ritus decreta et exempla, in Lege Bajwar. tit. 6. cap. 15. in Capitulari Aquisgran. ann. 808. cap. 7. in Capitularibus Caroli M. lib. 5. cap. 34. [\* 36.] in Concilio Moguntiacensi ann. 888. cap. 23. Erfordiensis ann. 932. cap. 4. Londoniensi ann. 1108. cap. 4. in Legibus Presbyterorum Northumbrensis sub ann. 977. cap. 47. in Codice Carolino Epist. 72. sub finem, in Epist. Eugenii PP. 106. tom. 4. Hist. Franc. Caus. 2. q. 5. cap. 12. 13. 16. 19. apud Theganum de Gestis Ludovici Pii cap. 30. Hildebertum Ep. 67. Arnulfum Lexoviensem in Epist. pag. 12. Hugonem Flaviniacensem pag.

199. Anselmum Cantuariensem lib. 3. Epist. 45. Ivonem Carnot. Epist. 206. Alexandrum III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranense III. cap. 15. Celestinum III. PP. Epist. 5. 13. Gregorium IX. lib. 5. Decret. tit. 33. cap. 5. 8. 10. 12. Sugerium Ep. 106. 147. Gualterum Tervanensem in Vita Caroli Comitum Flandr. cap. 15. Florentium Wigorniensem ann. 1130. Rogerum Hovedenum pag. 739. Bractonum l. 5. tract. 5. cap. 13. § 3. in Charta Communiae Tornacensis § 16. etc.

Interdum requirebatur in Sacramentalibus sexus paritas: ita ut si femina ad sacramentum compelleretur, sui sexus Sacramentales exhibere teneretur. Leges Hoeli Boni Principis Walliæ cap. 14: *Si cujus uxor de alio infametur, et hoc tamen sit incertum, septima manu mulierum expurget. Si secundo infametur, cum quatuordecim. Si tertio cum quadam certitudine hoc dicatur, juramento 50. mulierum se expurgabit.* Cap. 17: *Si mulier negat adulterium, det juramentum 50. mulierum, etc.*

Interdum ex proximis seu agnatis vel cognatis Sacramentales deligebantur. Lex Bajwar. tit. 7. cap. 15: *Cum 12. Sacramentalibus juret de suo genere nominatis, etc.* Adde Capitulare 3. anni 813. cap. 9. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 26: *Fidejussor negans fidejussionem suam de septimo proximorum sibi redemptione negabit, etc.* Cap. 27: *Juret tamen de septimo proximorum sibi in redemptione super sepulcrum debitoris, si possit invenire, sin autem super altare dedicatum, quod illi rem suam vendidit, et quod ipse pro fidejussore fuit.* Charta Waldemari Danicæ Reg. ann. 1163. apud Petrum Resenium in Notis ad Jus aulicum Canuti II. Regis Daniæ pag. 643: *Si autem primo incusatus fuerit excusatus, et actor alium incusaverit, ille juramento 12. cognatorum suorum se purgabit.* Adde Opusc. 30. Hincmari Rem. pag. 335.

Nominabantur autem *Sacramentales* interdum a reo, interdum ab accusatore. Ac ab accusatore quidem: Lex Alamannor. tit. 6. § 2: *Tunc debet homo, qui causam requirit, tres electos denominare, et ex denominatis tribus licentiam habeat excusator rejicere duos, tertium vero non licet rejicere.* Adde § 5. Non licebat tamen accusatori testes eligere absque suo Causatore, ut est in Capitulari 2. ann. 805. cap. 11. lib. 3. Capitularium cap. 10. ubi pro Causatore Capitulare quartum Caroli M. ann. 805. perperam præfert accusator. Lex Longobardorum lib. 2. tit. 55. § 5. et Edictum Rotharis Regis tit. 109. § 1. 3. [\* 364.]: *Ad Evangelia juret cum 12. aliis [\* l. aidis] suis, id est, Sacramentalibus: ita ut sex illi nominentur ab illo, qui pulsat, et septimus sit, qui pulsatur, et quinque quales voluerint liberos eligat, ut tamen sint duodecim.* Hincmarus Laudunensis Opusc. 30. Remensis pag. 335: *Sed vos illi cum sua tertia manu quesivisse denominatim tales, qui eum non curabant, ipso resultante quod francus esset, et ut liber se defendere vellet, et quaret, et quidem cum ita idoneis, quibus nullum posset crimen imponi.*

Sed et ita ab accusatore nominabantur *Sacramentales*, ut si reo ob legitimam causam essent suspecti, ab eo rejici possent, ut est in Lege Longob. lib. 2. tit. 21. § 9. [\* Rothar. 365.] Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scaniae cap. 8: *Accusatus de furto si comparat primo die juridico vel secundo, et pro se offerat*

per jurisjurandi religionem defensionem virorum 12. quos actor voluerit de tota provincia nominare, oportebit actorem acquiescere juri nominationis. Et cum 12. viri fuerint nominati, licebit reo tantum tres viros inimicitiae causa sibi suspectos recusare de nominatis 12. in quorum locum actor statim tres alios nominabit. Charta Waldemari Regis Daniæ ann. 1163. apud Resenium ad Jus aulicum Canuti II. Regis pag. 642: Statuentes, quod si quis de furto trahitur in causam, se defendat per nominatos de provincia in hunc modum, etc. Infra: De homicidio autem istud statuimus, ut reus in generali placito trahatur in causam, et in secundo placito actor nominet 15. de provincia rei, de quibus illi concedimus tres excipere, etc.

Quandoque a reo nominatos testatur eadem Lex Longobardorum lib. 2. tit. 55. § 7. 14. [\*\* Rothar. 367. Liutpr. 61. (6, 8.)] interdum denique sorte electos, observare est ex Lege Bajwar. tit. 16. § 6. et ex Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66. extremo.

Qui porro a reo eligebantur advocati; ut qui ab accusatore, *Nominati*, vel *Denominati* dicebantur. Lex Alamannorum tit. 53: *Et cum 12. Sacramentalibus juret, cum 5. Nominatis, et 7. advocatis.* Tit. 24. et 28: *Cum 12. Nominatis juret, et aliis tantis advocatis.* Qui vero hisce locis *advocati, electi* dicuntur tit. 6. 30. 76. et in Pacto Childeberti § 2. et 8. et in Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 209. [\*\* 214.]

*NOMINATI* vero dicti sæpe nude Sacramentales ab actore vel accusatore delecti. Lex Alamann. tit. 89: *Si quis hominem occiderit, cum 12. Nominatis juret, etc.* Lex Bajwar. tit. 6. § 2: *Cum 24. Sacramentalibus Nominatis juret in altari.* Decretum Tassilonis de Popularibus Legibus § 6: *Juret in Ecclesia cum tribus Nominatis Sacramentalibus.* Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 66: *Vel ita se allegiet: Nominentur ei 14. et acquirat ex eis undecim.* Id est, eligat.

*DENOMINATI*, apud Hincmarum opusc. 53: *Cum Denominatis sibi vicinis Presbyteris... famam suam purget.* Fridericus II. Imp. in Charta privilegiorum urbis Ratisponensis ann. 1230: *Is, qui reus putatur, tertia manu se purgabit, inter quos sint duo, qui dicuntur Denominati.*

Incertum porro an sacramentum *nominatum* inde dicatur, quod cum *nominatis Sacramentalibus* crimen objectum diluat reus. Quippe in Legibus Willelmi Nothi vernaculis cap. 16. homo liber, et qui testimonium habeat de legalitate, accusatus de latrocinio, purgat se per plenum (*planum*) sacramentum, *par plein serment*: qui vero jam infamatus fuit, per sacramentum *nominatum* (*par serment nomet*) purgat se duodecima manu. Eadem Leges cap. 17: *S'en escondira per 36. homes leals, sei trentesiste mein.* Id est, purgabit se per 36. legales homines, seu trigesima sexta manu. Verum cum sacramentum *nominatum* opponatur *Plano* in laudato § 16. Leges Normannicæ, et *plane* etiam jurare *Sacramentales* seu *Conjuratores*, ac proinde *Nominatos*, observare sit ex Legibus Henrici I. Regis Angl. nescio an potius videatur existimare *nominatum* inde appellari sacramentum, quod juranti verba *nominentur* ac dicentur, utpote a lege recepta, indicta, et nominata, de qua sacramenti specie agemus mox. [\*\* Vide Phillips. Hist. Jur. Angl. tom. 2. pag. 269. sqq.]

Id autem solum jurabant *Sacramen-*

*tales, quod veritatem credebant eum dicere, qui jurabat*, ut est apud Alexandrum III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranense part. 8. cap. 21. Innocentium III. PP. lib. 16. Epist. 158. Greg. IX. lib. 5. tit. 34. cap. 9. 13. 16. in supra laudata formula 41. secundum Legem Roman. in Quoniam Attach. tit. 5. § 7. etc. Hugo Flaviniacensis in Chronico ann. 1101: *Tusculanus Episcopus... purgationem Eduensis suscepit, Lugdunensi prosequente, et Juramentum ejus ita confirmante: Credo Norgaudum istum Episcopum Eduensem vera jurasse; Cabilonensi quoque in id consentiente, et idem jurante. Jura et Consuetudines Norman. cap. 125: Secundus autem jurabit sic: De sacramento quod N. fecit, saluum fecit Juramentum, sic Deus me adjuvet et Sacrosancta: et alii sic jurabunt, etc.* Adde denique Chartam insignem hujusce moris testem, Stephani de Terviano, ex Regesto Carcasson. f. 14. ex Camera Comput. Paris: *Ad majorem autem horum omnium et perpetuam firmitatem juratos Conjuratores fidejussores dono, videlicet Pontium de Olargio et alios infrascriptos. Ego itaque prædictus Pontius de Olargio credo, quod præfatus Stephanus de Cerviano ex corde abjuret omnem sectam, et omnem hæresim, et amplectatur ex animo et confitetur unitatem et fidem S. Rom. Ecclesiæ. Et ideo conjuro cum eo, et sub jurejurando fidejubeo tibi Domino A. Abbati Cisterciensi, Apost. Sed. Legato, stipulanti promitto me curaturum et facturum, quod præfatus Stephanus de Cerviano omnia supradicta et singula fideliter observabit. Et si aliquando, quod Deus avertat, adversus supra scripta venire tentaverit, et illud delictum infra 30. dies non emendaverit, ego cum sancta Ecclesia, vel cum Principe terræ, ipsum Stephanum viriliter impugno, et cum eo nullam societatem habebō, donec Ecclesiæ plane satisfecerit.* Huc etiam referri debet vetus formula de Sacramentalibus in formulis vett. [\*\* Append. Marc.] cap. 33. 34: *Et duodecim conlaudantes juraverunt, et de linguis eorum legibus dixerunt. Et: Insequenter vero post ipsam tantæ jaraverunt, et de linguis eorum legibus dixerunt.*

Quo vero pacto, seu quo ritu *Conjuratores* illi, sive *Consacramentales* et *Compurgatores* jurabant, vel sacramenta sua præstabant, docet Lex Alemannica tit. 6. § 7: *Ilia sacramenta debent esse jurata, ut illi Conjuratores manus suas super capsam ponant, et ille solus, cui causa requiritur, verba tantum dicat, et super omnium manus manum suam ponat, ut sic illi Deus adjuvet, vel illæ reliquæ, ad illas manus, quas comprehensas habet, ut de illa causa interpellatus est, culpabilis non sit.* Je juni autem jurabant, et discutiebantur a iudice, ut est in Capitulari Aquisgran. ann. 787. cap. 62. in Capit. 2. ann. 805. in Capit. 3. ejusd. anni cap. 11. et lib. 3. Capit. cap. 10. 52.

*JURARE* igitur *sua manu* dicebatur testis, cum solus jurabat, nec habebat *Consacramentales*, qui cum eo jurarent. Addit. ad Legem Frisionum § 49: *Liceat ei, qui vulneratus est, sua solius manu Sacramentum peragere quod tot vulnera uno ictu ei fuissent illata.* In Capitulis Caroli M. lib. 3: *Cum sacramento manu propria singula se idoneum facere.* Acta Alexandri III. PP. apud Baron. ann. 1177: *Comes etiam Rogerius, sicut Archiepiscopus fecerat, manu sua Juravit.* Hermannus de Restaurat. S.

Martini Tornacensis cap. 72: *Ubi vero ei multis intervenientibus concessum est, ut sola manu se Purgaret, etc.* Charta Libertatum oppidi Cellarum in Biturig. ann. 1216: *Si aliquis hominum Cellesium accusatus de aliquo fuerit, et teste comprobari non poterit, contra probationem impotentis per solam manum suam deculpabit.* [\* Charta Frid. imp. an. 1157. t. 1. Corp. diplom. pag. 84: *Si miles rusticum de violata pace pulsaverit, et manu sua Juraverit, etc.*]

† *JURARE PROPRIA MANU*, Instrumentum subscriptione sanctæ Crucis signare, munire. Vetus Schedæ Abbatie Moissiensis: *Comes Tolosanus hanc eandem donationem ibi deveniens rogatu nostro corroboravit, firmavit, manumque propria Juravit.*

*JURARE UNICA MANU*, vel *cum uno Sacramentali*. Lex Bajwar. tit. 8. cap. 14. § 2. et tit. 9. cap. 15. et tit. 12. cap. 6. et tit. 16. cap. 6: *Sua manu, cum uno Sacramentali Jurare.* Tit. 8. cap. 2. *se altero.* Capitulare 3. ann. 813. cap. 48: *Cum uno wadio et una manu emendare studeat.* Regiam Majestat. lib. 1. cap. 8. § 4: *Probat quodlibet essonum propria manu et unica.* Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 26. § 2: *Hoc Probat unica manu.* Ubi Skenæus, suo et unius Conjuratoris sacramento. Charta Willelmi Archiep. Remensis ann. 1230. pro urbe Mosomensi: *Si læsus non potest habere testimonium supradictorum, ipse Probat sola manu.* Et infra: *Et læsor manu septima se purgabit.* Idem videtur esse, quod *Jurare*, vel *approbare uno sacramento*, in Lege Vervinensi ann. 1233. art. 16.

*JURARE IN MANU PROXIMI*, cum quis jurat cum alio. Capitulare 3. ann. 813. cap. 43: *Si quis ingenium cum lidis raptum fecerit, eum suo wadio et una manu emendare studeat.* Addit. ad Legem Frision. tit. 4: *Aut si negaverit, solus Juret in manu proximi.* In manu liti sui *Jurare*, in Lege Saxonica cap. 1. § 8.

*JURARE CUM DUOBUS ALIIS* id *audientibus* et *cum eo Jurantibus*, in Regiam Majestat. lib. 3. cap. 21. § 3. in Statutis Willelmi Reg. Scotiæ cap. 14. § 3. in Quoniam Attachamenta cap. 10. § 6. et in Constit. Adolphi Imp. ann. 1293. apud Freherum: quod idem valet ac

*JURARE TERTIA MANU*, in Lege Saxon. cap. 1. § 1. 6. 9. apud Hugonem Flaviniac. in Chronico pag. 255. in Charta Communis Tornacensis § 9. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 232. *Jurer lui tiers de mains*, in Consuetudine Pontivensi art. 20. Hincmarus Laudun.: *Sed vos illi cum sua tertia manu quæsisse denominatum tales, qui eum non curabant.* Nescio, an huc pertineat, quod habet Ditmarus lib. ult. pag. 110: *Otto Comes prædictus in præsentiam Imperatoris et Erkambaldi Archiepiscopi veniens, injustam uxorem suam tribus sacramentis amisit.* Vide Chartam Adolphi Imp. de Insulis Rheni editam a Frehero.

*JURARE CUM TRIBUS NOMINATIS SACRAMENTALIBUS*, in Decreto Tassilonis de Popularibus. leg. § 6. in Lege Bajwar. cap. 12. tit. 2. Edit. Heroldi et in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 74. *Terno juramento inficiari*, apud Andr. Suenonis lib. 9. Legum Scaniæ cap. 4. 8. lib. 10. cap. 1. *manu tertia* lib. 10. cap. 2. idem quod

*JURARE SUA QUARTA MANU*, in Lege Frision. tit. 2. § 8. *Jurare quarta manu*, in Regiam Majestat. lib. 2. cap. 63. § 9. et in Concilio Coloniensi ann. 1266. cap.

26. Vide Concilium Suessionense ann. 853. cap. 4.

**JURARE QUINTA MANU**, in Lege Aleman. tit. 6. § 6. in Concilio Herdensi cap. 10. et apud Alexandrum III. in Appendice ad Concilium Lateranense III. cap. 15. Ivonem Carnot. Epist. 229. Sugerium Epist. 147. etc. i. se quinto. Consuetudines Arkenenses ann. 1231. in Tabulario S. Bertini : *Si vero aliquis super furto in jure fuerit impetitus, prima vice proprio juramento, et aliorum quatuor legitimorum hominum juramenti poterit se purgare.* Charta Caroli Ducis Normanniæ et Locumtenentis Regis ann. 1357. ex Archivo Regio : *Propter quod eidem reo purgationem canonicam indicimus cum quinta manu Presbyterorum sui ordinis, etc.* [In Arresto Senatus Paris. ann. 1353. fit mentio de Juramentis cum quinta manu, quod erat purgationis genus.] Vide Capitulare 3. ann. 789. sub finem, et Joan. Sarisber. Epist. 122.

**JURARE SEXTA MANU**, in Lege Saxon. tit. 3. § 2. hoc est, et suo et quinque aliorum sacramento. Pactus Legis Salicæ tit. 76 : *Debet ibi sextus Wedredo Jurare.* Adde Leges Scanicas lib. 9. cap. 9. lib. 13. cap. 6. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 65. 67. et Leges Burgor. Scotie. cap. 41. veterem Consuetud. Normanniæ cap. 85. præterea Appendicem Concilii Lateranensis III. cap. 15. etc.

**JURARE SEPTIMA MANU**. Lex Bajwar. tit. 3. § 2 : *Tunc cum 6. Sacramentalibus Juret, et ipse sit septimus, in altari coram populo et Presbytero.* Saxo Grammaticus lib. 10. Hist. Danicæ pag. 180 : *Quod si reus ab actore testimonio superari nequiret, sex secum commilitonibus in jusjurandum accitis, culpæ, quæ obiciebatur, alienum se fuisse monstrabat.* [Instrum. ann. 1182. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 888 : *Assignatis et adhibitis testibus idoneis Juramentum septima manu prestitit.*] Chronicon Vosiense lib. 1. cap. 49 : *Propter suum Episcopatum Jurat tandem electus septima manu nullas alias promississe vel dadasse pecunias.* Charta Rollandi Abb. Arremar. ann. 1209. in Tabul. Campaniæ Thuano : *Et dominus hominis illius septima manu propria, et manu trium Militum, et trium proborum hominum probaverit interposito sacramento.* Sacramentum porro ejusmodi cum septima manu, ex usitatoribus fuit, ut colligere licet ex Lege Ripuar. tit. 56. ex Formulis veterib. Bignonii cap. 3. ex Legib. vernaculis Willelmi Nothi cap. 16. Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66. Concilio Trosleiano ann. 909. cap. 1. § 9. Hugone Flaviniac. in Chron. pag. 199. Epist. 106. inter Sugerianas, Arnulfo Lexoviensi Epist. 9. et Epist. 10. ex iis, quæ editæ sunt tom. 13. Spicileg. Acheriani, Ivone Carnot. Epist. 54. 206. 229. quinta Compilat. Decretor. lib. 4. tit. 2. cap. 1. lib. 5. tit. 13. cap. 1. Reinero apud Chapeavillum tom. 2. Hist. Leodiensis pag. 197. Lege Vervinensi ann. 1233. art. 17. 28. Regesto Parlamenti B. fol. 69. v. sub ann. 1284. etc.

**JURARE DECIMA MANU**. Vetus Notitia in Tabulario Persiacensi Ch. 16 : *Dum ipse Comes in ipsa civitate resedebat, novem testes ad jurandum dedit, his nominibus, etc. Jurare cum una decima, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 164.*

**JURARE UNDECIMA MANU**. Leges Burgorum Scotior. cap. 24. § 2 : *Burgensis debet se purgare contra dominum Regem, vel ejus Ballivum de queretis inter se mo-*

*tis in burgo undecima manu, etc. ubi Skenæus, i. suo et decem Conjuratorum sacramento.*

**JURARE DUODECIMA MANU** compelluntur, qui gravioris criminis accusabantur, ut est in Provinciali Ecclesiæ Cantuariensis lib. 5. tit. 14. *Jurer se dudzime main, in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 4. 16. Ditmarus lib. 4. pag. 47 : Judiciali sententia duodecimus ipse sacramentis exsolvit, exemplo unius, qui Romæ simili sententia se in conspectu præfati Imperatoris purgavit.* Et lib. 6 : *Hoc Rex ea ratione audivit, ut prius trecentorum pondera talentorum Episcopali solverent dittoni, et qui in hoc facto culpabiles esse deputarentur, aut sacramento suorum undecim amicorum, aut secundum canonicam auctoritatem ei satisfacerent.* Quod idem valet ac *duodecima manu*, cujusmodi sacramenti passim mentio occurrit, in Pacto Legis Salicæ tit. 76. § 1. in Lege Burgund. tit. 8. 52. in Lege Ripuar. tit. 66. in Leg. Saxon. cap. 1. § 3. 4. 5. in Lege Frision. cap. 14. § 1. 2. 3. in Capit. ad Legem Alemannor. cap. 2. 6. etc. in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. § 2. 3. 5. 93. [\*\* Rothar. 165. 166. 364. Guido 6.] in Capitul. 3. ann. 813. cap. 10. in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 129. in Capitul. Caroli C. tit. 12. cap. 6. in Formulis veterib. Bignonii cap. 3. in Formul. Andegav. n. 49. in Concilio Suessionensi ann. 853. cap. 4. Moguntinensi ann. 847. cap. 1. in Legib. Edw. Confess. cap. 20. in Regiam Majestatem lib. 1. cap. 7. § 11. 12. cap. 12. § 10. 11. in Legibus Burgor. Scotior. cap. 24. in Quoniam Attachiamta cap. 24. 75. in Legibus Scaniæ Andree Suenonis passim, in Privilegiis Ratisbonensib. ann. 1230. Foris Alcaçonensibus æræ 1267. apud Gregor. lib. 1. Decretor. tit. 34. cap. 1. Egidium Aureavallis Monachum cap. 12. Gualterum Tervanensem in Vita Caroli Comitis Flandriæ cap. 15. etc.

**JURARE CUM SEX ELECTIS, vel cum duodecim, in Ecclesia**, in Capitul. Caroli M. l. 6. c. 209. [\*\* 214.] i. suo et 12. aliorum juramento se purgare. *Duodecima manu, seu tertiadecima jurare*, in Formulæ secundum Legem Romanam cap. 30. Pactum pacis inter Childebertum et Chlotarium Reges cap. 2 : *Duodecim juratores electos dare debet, quod furtum, quod obijcit, verum sit.* Hincmarus Laudunensis Opusc. 30. Hincmari Remensis pag. 355 : *Ut se ab octo ex paterna parte propinquis, et a quatuor æque ex materna purgaret.* Adde Capitul. 3. ann. 813. cap. 10. Wandelbertus de Miraculis S. Goaris n. 46 : *Rem per se examinandam suscepit, omniumque, qui tum aderant, judicio, jurisjurandi conditio Causidico Monasterii est constituta, qua ille postea cum aliis duodecim firmavit possessionem sepepredictam non Ecclesiæ Trevirorum, sed dominio Regis tantum competere.* Exstat Arrestum Magni Consilii 21. Febr. ann. 1490. in Regestis ejusdem Curie, quo Consiliarius Parlamenti Delphinatum, cui crimina aliquot inferebantur, quorum se innocentem contendebat, Literis Caroli VIII. Regis ad eam dignitatem admissus fuit, postquam in Magno Consilio de iis sacramento se purgasset, quod a duodecim Comprobatoribus seu Conjuratoribus, tanquam verum confirmatum est, iisque viris primariis, in quibus erat Comes Fuxensis.

**JURARE DECIMAQUARTA MANU**, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap.

14. et apud Gregorium IX. lib. 5. tit. 33. cap. 10.

**JURARE DECIMA SEXTA MANU**. Vide Formulas veteres Bignonii cap. 2. et Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 66. extremo.

**JURARE CUM OCTAVO DECIMO**, in Pacto Legis Salicæ tit. 76.

\* **JURARE VICESIMA MANU**, id est, suo et 19. aliorum juramento se purgare. Charta Ludov. Jun. ann. 1174. ex Chartul. S. Petri Carnot. : *Statuimus quod, tam ecclesia quam ecclesiæ homines, vicesima manu poterunt sine contradictione et sine duello, suarum consuetudinum probare libertatem.*

**JURARE VICESIMA UNA MANU**. Charta Communiæ Nantoliensis ann. 1233 : *Et si latrocinium imponatur, escondiet se vicesima una manu hominum.* Aresta ann. 1279. in Regesto Parlamenti B. fol. 49 : *Purgabit se per juramentum suum cum 20. Conjuratoribus Militibus de credentia.*

**JURARE VICESIMA QUARTA MANU**, apud Andream Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ cap. 6.

**JURARE VICESIMA QUINTA MANU, seu cum 24. Sacramentalibus nominatis**, in Pacto Legis Salicæ tit. 76. in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 6. § 2. in Capitul. ad Legem Alemann. cap. 22. 23. et in Quoniam Attachiamta cap. 24. § 5.

**JURARE CUM VIGINTI SEPTEM hominibus, et cum tribus Thanis**, in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ cap. 1. § 6. et in Regiam Majest. lib. 4. cap. 21.

**JURARE CUM TRIGINTA CONSAGRAMENTALIBUS**, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66.

**JURARE TRIGESIMA SEXTA MANU**, in Legibus Ethelredi Regis apud Wanetinum editis cap. 15. in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 17. et in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66. extremo. *Duodenario triplicato*, vel cum tribus juramentorum *duodenis*, apud Andream Suenonem in Legibus Scaniæ lib. 5. cap. 7. 18. lib. 13. cap. 4. lib. 14. cap. 1.

**JURARE TRIGESIMA SEXTA MANU, sua trigesima septima**, in Formulæ veteribus secundum Legem Romanam form. 30.

**JURARE CUM QUADRAGINTA ELECTIS**, in Capitul. ad Legem Alemann. cap. 23.

**JURARE QUADRAGESIMA OCTAVA MANU**, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66.

**JURARE QUINQUAGESIMA MANU**, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 8. 14. 17.

**JURARE SEPTUAGESIMA SECUNDA MANU**, in Lege Ripuar. tit. 66. Vide Cujacium lib. 17. Observat. cap. 9.

**JURARE SEPTUAGESIMA QUARTA MANU**, in Concilio Valentino III. ann. 855. cap. 23.

**JURARE CUM OCTUAGINTA**, in Capitul. ad Legem Alemann. cap. 23.

**JURARE CENTESIMA MANU**. Rogerus Hovedenus ann. 1194. pag. 739 : *Ita quod prædictus Eliensis Episcopus ad summonitionem Eboracensis Archiepiscopi jurabit cum centesima manu Sacerdotum, quod ipse nec præcepit, nec voluit, ut idem Archiepiscopus Eboracensis caperetur.* Vide Gregor. Turon. lib. 8. cap. 9.

**JURARE TRECENTESIMA MANU**. Vide in voce Assath.

In sacramentis varii observati ritus, ac primo quidem ea peragebantur a Junis, ut est in Capitulari 1. Caroli M. incerti anni cap. 39. in Ecclesia, ut est in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. § 21. [\*\* Carol. M. 38.] in Capitulis Caroli M.



lib. 6. cap. 209. Nolitia ann. 818. apud Perardum in Burgundic. pag. 36: *Et ipse Fredelus in Ecclesia S. Johannis, in ipsa civitate, ubi alia sacramenta percurrunt, etc.* In veteri Form. 32. apud Bignonium: *In Basilica Sancti illius, ubi plurima sacramenta percurrere videntur.* Form. 3: *Quomodo hoc testimoniarunt, tam super altarium Sancti illius, in illa Capella, quam in curte Fisci, ubi reliqua sacramenta soluta sunt, jurati dixerunt, etc.* Adde form. 2. et Formulas secundum Legem Romanam cap. 30. 31. 41. etc. Cedrenus in Leone Icomacho ann. 1: *Παραδέχοντες δε έκείσε ναού του άγιου Θεοδωρου, θυμωθεν αυτοις.* [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 893. sqq.]

Sacramenta in Ecclesiis peragebantur super Crucem, super Altare, super S. Evangelia, super Canonem Ecclesiae, super sanctas Reliquias, etc.

JURARE SUPER CRUCEM. Raimundus de Agiles: *Imperatori juravimus super dominicam Crucem, et spineam Coronam, et multa alia sancta.* Vetus Scriptor tom. 4. Hist. Franc. de Alexio Imp. CP.: *Impositis itaque manibus, et 12. primi suis civitatis, sacris pignoribus, Cruci videlicet dominice, cum aliis, quæ secum attulerat, ... juravit omnia quæ proposita sunt.* Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 2: *Non aderat codeæ, baculos crucis ilico more rusticus in terra binos posuit, nihil errans in baculis jurat, velut esset Crux ibi pulcra.* Charta ann. 1286. apud Bohuslaum Balbinum in Hist. Bohemiae pag. 296: *Factoque in ligno crucis Dominicæ Juramento, etc. Jurare in cruce consecrata, in Pontificali Gregorii III. PP. cap. 7. et Bedæ cap. 9. Vide Leonem Grammaticum pag. 494. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 99. Notas ad Alexiadem pag. 402. et supra, in Cruce subscribere, et Crucis judicium.*

JURARE SUPER TE IGITUR, et sanctam Crucem, id est, super Canonem Ecclesiae, in Foris Beneharn. Rubr. de Notariis art. 14. et apud Harduinum de la Jaille in Tractatu de Duellis pag. 43. v. [atque Gassendum in Notitia Eccl. Diniensis ad ann. 1430.] *Jurare super librum Missalem et Crucem, in Consuetudine Solensi tit. 4. art. 1: Et losdeits messadges deben far sacrament sus lo libre Missal, la crots dessus pausade, etc.*

JURARE IN ALTARI. Lex Aleman. tit. 7. § 2: *Juret cum suis Sacramentalibus in ipso altari.* Lex Bajwar. tit. 1. cap. 3. § 2: *Tunc cum sex Sacramentalibus juret, et ipse sit septimus, in altari, coram populo et Presbytero.* Lit. 1. cap. 6. § 2: *Cum 24. Sacramentalibus nominatis juret in altari Evangelio superposito coram Defensore Ecclesiae.* Vetus Placitum editum a Baluzio: *Super cujus sacrosanctum altare has conditiones manibus nostris continemus, vel jurando contingimus, quia nos supradicti testes scimus, et bene in veritate notum habemus, etc.* Adde Capitulum Aquisgran. ann. 787. cap. 62. Quo spectant hæc ex Consuetudine Solensi tit. 29. art. 20: *Et cascuns creditor es tengut de jurar sus l'auter de sent Johan, lo libre Missal, et la croz dessus pausats, etc.* Adde tit. 35. art. 22. Capitulare 1. Caroli M. incerti anni cap. 39. Consuetudinem Baionensem tit. 5. art. 41. tit. 9. art. 46. tit. 10. art. 4. et Consuetudinem S. Severi tit. 1. art. 27. Consuetudines Tolosæ part. 1. rubr. de Jurejurando: *Judeæ debet ipsi actori jusjurandum deferre super altari præstandum. Juramentum altaris, ibidem, et rubrica de Sententiis diffinitivis; Sacramentum*

altaris, part. 2. rubr. de Pignorib. Adde 4. part. tit. de Feud. art. 12. ubi ejusmodi juramentum distinguitur a juramento ad sancta Evangelia. Reclamatoria, quæ habetur inter Epistolam Bonifacii Moguntini Archiepisc. 107: *Postea traxerunt me ad altare S. Remedi, et fecerunt me jurare stabilitatem ad illam Ecclesiam.*

JURARE POSITIS MANIBUS SUPER ALTARE. Gregorius Turonensis lib. 3. Hist. cap. 14: *Positis super altare sanctum manibus, juravit, etc.* Lib. 5. cap. 3: *Possuit manus super altare, cum juramento dicens, etc.* Cap. 33: *Tunc in illo placito ad Basilicam Martyris sancti conveniunt, elevatisque pater manibus super altarium, juravit filiam non esse culpabilem.* Fori Osceæ ann. 1247. fol. 11: *Qui inficiatur, jurat super altare, in quo consuetum est jurare pro homicidiis, et sic absolvatur.* Formulæ veteres apud Bignonium cap. 34: *Notitia qualiter et quibus presentibus veniens femina aliqua illa, in pago illo, in mallo publico, in Basilica Sancti illius, et alios quamplures bonos homines, qui subter firmaverunt, posita manu super sacrosanctum altare illius, sic jurata dixit: Hic juro pro hunc locum sanctum et Deum altissimum, etc.* Adde form. 3. 38. 41. Ratbertum de Casib. S. Galli cap. 5. Matth. Paris pag. 616. etc. præterea Foros Aragon. lib. 3. fol. 51. v. Veteres cum jurabant, tetigisse aras docent Virgilius lib. 11. et Theon ad Aratum.

JURARE SUPER ALTARE CONSECRATUM. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 43: *Sacramentum sit omni tempore juratum super altare consecratum, vel super sanctum Evangelium.* Consuetudines Barcinonenses MSS.: *Juramus per Deum vivum... et per altare consecratum S. Johannis, quod situm est in aula S. Crucis sedis Barcinonensis, etc.*

JURARE AD PORTAM Ecclesie super Librum et Crucem, in Foris Osceæ fol. 24. et in Foris Aragon. fol. 126. v. 129. Edit. 1264.

JURARE IN ARMILLA JANUÆ. Hericus lib. 2. de Miraculis S. Germani Autiss.: *Nam si quis aut cupiditatis illectu, aut animi pertinacis impulsu, mendacio patrocinari definiens, saltem in armilla jusjurandum explere præsumpserit, hunc quod sit reus perjurii... absque dilatione pedissequa corripit ultio.* Suspiciatur Solerius per armillam hic, ut alibi non semel, annulum significari, quo janua solet ab egressibus atrahri, ut a foris occludi possit, ut sensus sit: Nam si quis occulto etiam templo vel sacello S. Germani ad januam foris consistens et vel annulum contingens pejerare ac falsi testem invocare ausit sanctum Præsulem, hunc quod sit reus perjurii... pedissequa corripit ultio. Aliud sonat infra *Jurare super armilla sacra.*

JURARE CORAM ALTARI. Wil. Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Regum Anglic. cap. 6: *Remissus est ad Romanam Ecclesiam, ut ibi se coram Apostolico Joanne jurejurando defenderet. Et hoc fecit coram altare S. Petri: sed facto juramento cecidit coram altari, et manibus famulorum suorum portatus est ad Scholam Anglorum, et ibi tertia nocte vitam finivit.* Adde Walafridum Strabum de Miracul. S. Galli cap. 22.

JURARE una manu ad altare, altera ad juramentum parata, in Judiciis Walthredi Regis Cantuariorum cap. 19. 20.

JURARE CAPITE SUO ad allare inclinato, ibidem cap. 21.

JURARE SUPER PLURA ALTARIA, Gregorius Turon. lib. 5. cap. 49: *Tunc si-*

*mul cunctis dicentibus, non potest persona inferior super Sacerdotem credi, restitit ad hoc causa, ut dictis Missis, in tribus altaribus me de his verbis exuerent sacramento.* Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 26: *Fidejussor negans fidejussionem suam... vel solus jurans super septem altaria consecrata, etc.* Fleta lib. 2. cap. 63. § 12: *Tunc considerandum erit, quod ille, cujus tallia deditur, eam probet hoc modo, quod adeat novem Ecclesias, et super novem altaria juret, quod, etc.* Huc referenda quæ habet Radulfus de Diceto ann. 1040: *Quindecim juramenta juravit Theobaldus (Comes Bleensis) propria manu Consuli Gaufrido, et 20. Barones Castellenses cum eo, et 40. Milites Vavassores eisdem verbis, quibus et ipse. Adde Regionem ann. 756. Pluries vero jurare compellebantur, qui Sacramentales habere non poterant, qui pro eis jurarent. Consuetudines Arkenenses ann. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Si aliquis furto fuerit impetitus, prima vice proprio juramento et aliorum 4. legitimorum hominum juramentis poterit se purgare, et sic liber erit ab illo furto, quod tunc ei imponebatur. Quod si auxilium habere non poterit ad jurandum, hoc primo jurabit, et deinde quinque jurando propria manu se purgabit secunda vice impetitus, novem juramentis predicto modo exhibitis se purgabit.* Charta Ingelranni Codiciacensis Dom. ann. 1233. pro libertatibus villæ de la Beurviere, art. 1: *Ille vero per se et sex alios jurejurando, si sanguis effluerit, se purgabit, sin, tria juramenta persolvat.* Infra art. 20: *Si terra calumniatur, quæ per annum et diem testibus 2. scabinis libere habita fuerit, non exinde respondebitur. Si testes defuerint, qui tenet, septem faciet juramenta.* Art. 32: *Si quis inculpatus aliquo magno crimine fuerit, et illa se defendere voluerit, septem sacramentis se purgabit.* Quanta autem fuerit sacramenti ad altare præstiti religio, docet Tabularium Ecclesie Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo pag. 81: *In manu Episcopi gursico: quam gursipionem sicut sacramentum super altare factum timeo.* Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis: *Et hoc juravit super altare, ut firmiter teneret.**

Ita porro jurabant super altaria, ut iis superposita essent sancta Evangelia, quæ manu contingebant, ut supra attigimus: quod omnino improbat Chrysostomus Homil. de Juramentis, loco a Lindenbrogio allato. Illud vero sacramentum Juramentum et Sacramentum Evangelii appellat Historia Monasterii Rotonensis lib. 1. cap. 8. quod quidem quantæ fuerit apud Christianos religionis, discere licet ex Procopio l. 2. de Bello Vandalico cap. 21. extremo. Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 34. de Sacerdotis purgatione: *Sacramento coram populo super quatuor Evangelia dato purgatum Ecclesie se reddat. Jurare ad Evangelia, in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. § 5. [\*\* Rothar. 364.] Satisfacere ad Evangelia, § 10. [\*\* 370.] Ad Evangelia adfirmare, lib. 1. tit. 9. § 23. lib. 2. tit. 35. § 7. 8. [\*\* Liutpr. 118. 69. 77. (6. 65. 16. 24.)] Epist. Arsenii Episc. Hort. de Ingeltrude Bosonis uxore: *Juro ego Ingeltruda... D. meo Nicolao summo Pontifici et universali Papæ, per Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, et hæc sancta quatuor Christi Dei Evangelia, quæ ore osculor, et manibus propriis tango, quia modo, etc.* Formulam etiam istius juramenti exhibet Sexta Synodus Actione 13: *Καὶ ἀψάμενος τῶν προκειμένων**

ἀγράντων τοῦ θεοῦ λογίων, Γεώργιος ὁ θεοσεβέστατος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ ἄμωσαν οὕτως: Μὰ τὰς ἁγίας γραφὰς ταύτας, καὶ τὸν λαλήσαντα δι' αὐτῶν, οὐχ εὖρον λιθέλλους γενομένους ἀπὸ τινῶν. Act. 14. in sacramento ejusd. Georgii, pro Mὰ τὰς ἁγίας γραφὰς, est: Μὰ τὰς ἁγίας δυνάμεις ταύτας, etc. Vide leg. 7. Cod. de Episc. aud. (1. 4.) 1. 2. C. de Jurej. propter calum. (2. 58.) Nov. 51. 74. 123. etc. et quæ habent Scriptores de purgatione Xisti III. et Leonis III. PP. Anastasius, Eginhardus, Ivo Carnot. Ep. 129. Gratianus dist. 21. can. *Nunc autem*, can. *Mandastis*, caus. 2. q. 4. etc. præterea Chronic. Alexandrinum pag. 780.

JURARE INSPECTIS SACROSANCTIS, id est, non tactis, sed coram ipsis, quemadmodum jurare solebant Episcopi et Sacerdotes: nam Episcopi *super Sacramenta jurare* vetantur, in Concilio Meldensi ann. 845. cap. 48. Statuta Ordinis de Sempringham cap. 3: *Eligendi sunt 4. viri, Deum timentes et ordinem zelantes, qui inspectis Sacrosanctis jurabunt, quod, etc.* Tabularium Prioratus S. Nicasii de Mellento ann. 1211. fol. 52: *Ego vero Gallerus Capellanus prænominate domus inspecto sacrosancto Evangelio juravi, etc.* Id est: *præpositis sanctis Evangelii*, ut loquitur Gregorius M. lib. 7. Ind. 1. Epist. 18. Ind. 2. Epist. 46. lib. 8. Ep. 46. lib. 11. Ep. 58. *In sancto Evangelio coram posito jurare*, in Concilio Hierdensi, apud Gratianum cap. 33. causa. 2. q. 5. Synodus Calched. act. 1: Προκειμένων ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ἀγράντου εὐαγγελίου. Εἰς τὰ προκείμενα εὐαγγέλια, apud Annam Comnenam l. 13. Alexiad. pag. 415. Erchempertus in Hist. Langob. : *Cui sacramenta recentia dederant, præcipue Landolphus (Episcopus) per Evangelium Missarumque solemniam, nec non per manus sacratas suas illi non semel juravit.* Vide l. Properand. l. Cum aut. Cod. de Curat. furios. (5. 70.)

JURARE SUPER TEXTUM EVANGELII. Charta Goffridi Comitis Andegav. pro Abbatia Vindocinensi in Regesto Philippi Aug. Herouvaliano fol. 95: *Venimus itaque ad Ecclesiam S. Trinitatis, ibique super textum Evangeliorum extrinsecus, de auro fabricatum, et super ipsum altare mihi juravit, etc.* [\* Charta ann. 1804. ex Cod. reg. 5186. fol. 12. v. : *Promiserunt videlicet dictus dominus archiepiscopus (Lugdunensis) in verbo veritatis, decanis et capitulum bona fide in præsentia Evangeliorum, et dictus dominus de Vilars per juramentum suum super sancta Dei Evangelia præstitit, etc.* Ubi aperte distinguitur ratio juramentum præstandi ab archiepiscopo, ecclesiasticis et laico. Charta ann. 1332. in Reg. 67. Chartoph. reg. ch. 3 : *Nous prélat la main au piz en la présence des sains Evangiles, sanz icela touchier, selon ce que à nostre honnesté et estat appartient, etc.*]

☞ Per Evangelia juratos manus prius abluisse ex Chrysostomo refert Suicerus in Thesaur. Eccles. v. Εὐαγγέλιον, ubi antiquum et usitatum per proposita Evangelia jurandi morem probat ex Palladio ad Lausum in Eulogio pag. 68. Johanne Antiocheno in Nomocanone tit. 7. ex Constitut. nova 165. ex Libro 8. Basilicon. etc.

† JURARE SUB TESTAMENTO DEI. Chronic. Wormat. apud Ludewig. tom. 2. pag. 46: *Tunc Imperator sub Testamento Dei, Juravit aut dictum Episcopatum fratri illius se daturum.*

JURARE, vel PURGARE SE Evangelio super caput posito. Marcellinus Comes

in Chronico, de Pelagio PP. : *Qui a populo Romano factionis contra Vigilium (decessorem) incusatus, celebratis una cum Narse Litaniis, apud S. Petrum ambone ascenso, Evangelioque super caput posito, juramento se crimine purgavit.* Anastasius in Pelagio : *Qui Pelagius tenens Evangelia et Crucem Domini super caput suum, in ambonem ascendens, satisfecit cuncto populo et plebi, quia nullum malum peregrisset contra Vigilium.*

JURAMENTI AD SANCTORUM RELIQUIAS ET TUMULOS, crebra est mentio. *Jurare in reliquiis*, in Lege Frision. tit. 3. § 4. *In reliquiis Sanctorum*, tit. 12. § 1. tit. 14. § 3. Capitularia Caroli M. l. 6. c. 209. [\* 214.] : *Omne sacramentum in Ecclesia, et super Reliquias juretur: et quod in Ecclesia jurandum est, vel cum 6. electis, vel si 12. esse debent, quales potuerit invenire, Sic illum Deus adjuvet et illi Sancti, quorum istæ reliquiæ sunt, ut veritatem dicat.* Chron. Laurisham. pag. 75: *Super sacras Reliquias hoc jurare debet.* Dudo lib. 3. de Morib. Norm. : *Delatisque Sanctorum Reliquiarum phylacteriis, manibus super ipsa impositis, Deo nominato, in primis juravit se contra omnes illi auxiliari. Jurare ad B. Petri corpus*, apud Gregorium M. lib. 2. Epist. 23. lib. 9. Ep. 23. l. 11. Ep. 8. apud S. Bonifac. Moguntin. Epist. 3. in Codice Carolino Ep. 88. apud Gregorium VII. PP. lib. 9. Epist. 16. Anastasius in S. Hadriano PP. pag. 99. in Chronico Faruensi pag. 671. apud Will. Malmesbur. lib. 2. de Gestis Anglor. cap. 6. etc. [Hinc *Sancta Juranda* vocantur in Charta Goslerni Episc. e Chartul. B. Magdalenæ Castrudun. fol. 29.]

Interdum ea sacramenta ad plures reliquias exigebant. Eginhardus ann. 757. de Tassilone : *Fidelitatemque tam ipsi Regi Pipino quam filiis ejus Karolo et Karolomanno jurejurando super Corpus S. Dionysii præstitit. Sed non solum ibi, verum etiam super corpus S. Martini et S. Germani, simili sacramento fidem se prædictis dominis suis, diebus vitæ suæ servaturum est pollicitus.* [Le Roman de Rou MS. ubi de Sacramento quod Heroldus Guillelmo præstitit :

A Diez ceu souloient dire,  
Fist assembler un grand Concele ;  
Tous les corps saints fist demander,  
Et en un lieu touz assembler,  
Tout une cuve en fist emplir, etc.

Philippus Rex Francorum abrogavit pravam consuetudinem in Vasconia partibus, qua in murtris et maleficiis, pro quibus poena mortis vel membri mutilatio convictis deberet infligi, et accusatus, inculpatus se denuntiatus de maleficio cum sacramento quod faciat supra corpus S. Severini vel alterius Sancti vel Sanctæ, quod non est culpabilis sive reus maleficii, de quo inculpatur, absolvitur et evadit, nisi fuerit in ipso maleficio in fuga deprehensus, vel confessus, vel primo per duos aut plures testes, et postea per duellum convictus vel citatus propter dictum maleficio permiserit se banniri, licet per alias probationes idoneas possit convinci. Inter Aresta ann. 1279. in Regesto Parlamenti B. fol. 51.

☞ Alteram consuetudinem non minus vitiosam, quæ Insulæ in usu erat antiquavit Johannes Rex Franc. Edicto ann. 1350. tom. 2. Ordin. Reg. Franc. pag. 400 : *Et ordinatio, seu modus procedendi ad dicta Sancta, quod est dictu facile, juramentum fieri solet ab utraque partium sub certis formulis, ac in idiomate extraneis et insuetis, ac difficillimis observari. Super quibus utraque, vel al-*

*tera partium si quoquomodo defecerit in idiomate, vel in forma, sive fragilitate linguæ jurantis sermo labatur, sive manum solito plus elevet, aut in palma pollicem firmiter non teneat, et alia plura frivola et inania, circa dictum juramentum tam verbo, quam facto juxta villæ prædictæ legem convenientia non observet, causam suam penitus amittit et perdit.* Unde colligere est quibus ceremoniis ejusmodi sacramentum peragebatur.

Sacramenti ad sacras reliquias præstiti formula fuit, quam ex Capitul. Caroli M. attigimus, cui similis est formula 31. juxta Legem Romanam : *Per hunc locum sanctum et Dei reverentiam. Infra: Per reverentiam istius Sancti et Dei altissimi.* Similis est etiam quam profert Petrus de Fontaines, in Consilio cap. 5. § 1 : *Quant li ensaingne sunt jugié alocal, on doit faire aporter les Sains avant: cil se doit agenouiller, ki prouver les veut par sairement, et le Justice le doit ens escherir: Ensi vous ait Dix, et li Saint ki chi sunt, et tout li autres, ke l'Ensoingne, etc.* tametsi hæc de sanctis Evangelii intelligi possint. Præstabatur autem ejusmodi sacramentum tactis ipsis sanctis reliquiis. Vita S. Maximi Confessor. n. 31: Τοῦ δὲ Θεοδοσίου καὶ ὄρκω τὰ εἰρημμένα ἐπιθεβαίωσαντος, καὶ χειρὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων προσάψαντος, etc. Lex Aleman. tit. 6. § 7 : *Ut illi Conjuratores manus suas super capsam ponant.* Gregorius Turon. lib. de Glor. Confess. cap. 93 : *Et statim ponens manus super sanctum sepulcrum, dixit: Hujus Sancti virtute opprimar, si aliqui falsi loquor, etc.* Annales Francor. Bertiniani ann. 757 : *Sacramenta juravit multa et innumeralia, reliquiis sanctorum Martyrum manus imponens.* Le Roman de Garin MS. :

Devant les Seins à ganollons se mist,  
Leva sa main, desurea l'estandi.

[Vel ut est in Notis ad Villeharduinum pag. 279 :

Leva sa main, sor les Sains l'estendil.

Le Roman de Rou MS. :

Quant Herard sus (les Sains) sa main tendi,  
La main trembla, la char nerchi.]

Hinc forte origo manavit dexteram efferendi in sacramentis hodiernis, in quibus Evangelia et sacras reliquias συναπαραλαμβάνομεν τῷ νῶ, ut loquitur Anna Comnena lib. 13. Alexiad. pag. 415. *mente comprehendimus.* Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. cap. 20 : *Quidam autem cum ad jurejurandum in hanc Ecclesiam fuisset ingressus, ubi manus ante altare stans extulit, ut sacramentum mendax proferret, etc.* Cap. 33 : *Cum elevatis manibus sacramenta proferrent.* Cap. 53 : *Hisque litigantibus, in hoc lis ipsa subit, ut eam sacramento dirimerent: ingressique Basilicam S. Martyris, elevatis homo manibus ad perjurandum, cum nomen Sancti voluisset ore patulo nominare, hæsit vox in faucibus, etc.* Adde cap. 58. et lib. 5. Hist. cap. 33. Decretum Tassilonis de Popularibus Legib. § 7 : *Iterata voce requisito debito, dicat: Extendamus dexteram nostras ad justum judicium Dei, et tunc manus dexteram uterque ad cælum extendat.* Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ lib. 1. in Præfat. : *Nunc autem exertis brachiis objurare.* Charta Balduini D. de Comines ann. 1213. ex Tabular. S. Bertini : *Et prædicti viri et uxores eorum in Ecclesia S. Petri de Comines exortentes, ubi hæc acta sunt, elevatis manibus versus sanctum Corpus Domini, et sanctum altare, juraverunt quod, etc.* Ditma-

rus lib. 5: *Hocque dextris elevatis affirmatur*. Vetus Charta in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 274: *Comes Conradus de Wazzerburg Advocatus noster porrecta dextra sua, aliisque laudamenti sacramentis constabiliavit et ratificavit*. In juramentis veterum manum elevatam fuisse colligitur ex Orpheo:

Ὅρκια δεξιῶν ἄνω, ἐσημῆσαντο δὲ χερσίν.

Vide S. Athanas. in Apol. ad Constantium pag. 674. et Jo. Bapt. Hansenium libro de Jurejur. veterum cap. 12.

Juramenta ad Sanctorum reliquias certis et statis anni temporibus inhibita in Concilio Burdegalensi ann. 1255. cap. 7: *Reliquiæ non tradantur Laicis ad jurandum nisi certis temporibus. Decrevit enim sancta Synodus ut a Septuagesima usque ad Octavas Paschæ, ab Adventu Domini usque ad Octavas Epiphaniæ, et in jejuniis Quatuor temporum, et in Latinis majoribus, et in Dominicis diebus, et in diebus Rogationum, nisi de concordia et pacificatione, nullus super Dei Evangelia jurare præsumat: et in his diebus non debent Sacerdotes reliquias præstare ad jurandum.*

\* Certis et statis anni temporibus inhibita fuisse juramenta quoad Quadragesimale tempus rursum probat Charta ann. 1107. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 59: *Venit ad eam (Mathildam) Dodo Mutinensis episcopus, cum Ardiciono filio Borelli, et cum quibusdam viris Massæ antiquioribus, eam deprecantibus ut in curte Massæ albergarias non faceret: quia dicebant se hoc non usi esse, neque temporibus ejus, neque patris vel matris; et volebant inde Jusjurandum ei facere. Sed ipsa renuit propter Quadragesimam accipere, et prædicti illi viri valde inde doluerunt. Et illa dixit, transacta Quadragesima se esse suscepturam, si ipsi facere vellent. Et transacto Quadragesimali tempore ipsi parati fuerunt ad Jurandum. Quod et sequiori ætate a nostratibus observatum fuisse docet Petrus de Font. in Consil. cap. 5. pag. 84: *Sagement ouura le justice, ki par barat apointa ses contremans, ke li daarin cai en quareme, u quel tans on ne doit point jurer... Sairemens cesse... des ke l'aleluie clost, juskes à la quinsaine de Paskes.**

Sacramentorum porro ad Sanctorum sepulcra et reliquias præstitorum exempla proferunt S. Augustinus Ep. 197. S. Audoenus lib. 2. de Vita S. Eligii cap. 56. 59. 75. Gregor. Turon. lib. 1. Mirac. cap. 39. 58. 74. lib. 2. cap. 19. 39. lib. de Glor. Confess. cap. 83. 93. 94. lib. 5. Hist. cap. 33. 43. 49. Aimoin. lib. 3. Hist. cap. 30. Gregor. M. lib. 5. Ep. 33. lib. 7. Indict. 1. ante Ep. 1. Ind. 2. Ep. 81. 82. 83. Joannes Diac. lib. 4. Vita ejusdem Gregor. cap. 14. Vita S. Nicetii Episc. Lugd. pag. 99. Edit. Chifflet. Vita S. Audomari Episc. Tarvanensis cap. 14. Edit. Mabillonii, lib. 1. Miracul. S. Dionysii cap. 23. Regino ann. 756. etc.

† JURARE PER CORPUS SANCTI. Le Roman de Vacce MS.:

Coart es, dit Boton. Par le cors S. Fiacre,  
Par la foy que je dois au saint Filium Patre, etc.

\* JURARE SACROSANCTIS RELIQUIIS, *Eucharistia et cruce coram positis*. Codex reg. 8407. 2. 2. ch. 72. fol. 100. rº: *Ego comes Fuxensis... sacrosanctis Reliquiis, Eucharistia et Ligno crucis Domine coram positis, super sancta Dei Evangelia manu tacta, libera voluntate juro, etc.*

\* JURARE DE SACRO, id est, tactis

IV

sanctis Evangelis vel Reliquiis, in Stat. ann. 1870. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 822: *Et jam aliquos ex ipsis de sacro Jurare fecistis.*

IN SANCTIS JURARE, i. tactis sanctis Evangelis vel reliquiis, in Capitular. Caroli M. lib. 1. cap. 63. in Capitular. ann. 813. cap. 9. in Capitular. 1. ejusdem Imp. incerti anni cap. 39. et in Legibus Ethelredi Regis ad Venetingum editis cap. 2. 4. apud Bromptonum. *Jurare super Sancta*, in Annalib. Francor. Bertinianis ann. 854. et in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 34. 54. *Jurare super Sacrosancta*, in Chartis ann. 1223. in Histor. Vergiacensi et Betunea. *Jurare super Sanctos*, in aliis ann. 1216. et 1228. ἐν τοῖς ἁγίοις ὁμνῶν, apud Cantacuzenum lib. 1. cap. 2. *Jurer sur Saints*, nostris. Leges Normannicæ Willelmi Nothi cap. 11: *E li plaieix Jurra sur Sentez, etc.* Cap. 15: *Si il ne pot prover sur Saints*. Willeharduinus n. 51: *Et si Jura sor Saints de son poing-destre*. Adde num. 17. et Notas pag. 265. [Le Roman de Rou MS.:

Puis a juré et arami...  
Si voirement Diex le ait  
Et li cors Sainz qui illuc sont!  
Plusours dient: que Diex le dont;  
Quant Herart out les Sainz bossiez, etc.

Hic observandum oculum sacris reliquiis præstitum, peracto juramento.] Immo Evangelis.] Le Roman de Garin MS.:

Si m'ait Dex et li Seint qui sont ci,  
Et tuit li autre qu'en doit crier merci.

Le Roman d'Aubery MS.:

A tant li charge sus Sains li fait Jurer,  
De son enfant loiaument à garder.

Vide Petrum de Fontanis cap. 5. num. 1.

JURARE AD SACRA, Eadem notione, in Wichbild Magdeburgensi art. 132. Willelmus Neubrigensis lib. 2. cap. 36: *Et sacris, ut dicitur, adhibitis Juravit, dicens: Sic me Deus adjuvet, et hæc Sacra*. In Concilio Meldensi cap. 38. *Jurare super Sacra* prohibentur Episcopi.

\* JURARE SUPER CLAVUM DOMINI. Charta ann. 1198. tom. 1. Corp. Diplom. pag. 123. col. 1: *Comes Palatinus Juravit super clavum Domini et super omnes Reliquias in eadem capside contentas.*

\* JURARE PER SANCTOS BAVAROS et Catalaunicos. Chron. MS. Bertr. Guesclini:

Et dient li Anglois: Par les Sains de Bavier.

Ibidem:

Et Bertrand respondit, Par les Sains de Chaalons,  
Se de vilains voulez avoir nobles reponses,  
Oindre ne le devez, mais poindre d'agullons.

\* JURARE PER SANGUINEM FISCANENSEM, Qui in monasterio Fiscanensis colitur. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 205: *Lequel Symon jura le sanc de Fescamp qu'il despiteroit le lignage.*

JURARE SUPER SACRAMENTA, apud Suenonem de Legib. Castrensib. cap. 8.

JURARE IN LOCO QUI DIGITUR SANGTUM, in Capitul. 3. ann. 813. cap. 10.

JURABANT POSITA SUPER CAPUT SUUM CRUCE DOMINI Presbyteri, Diaconi, vel Monachi, si de gravi aliquo crimine purgare se vellent. Egbertus de Ecclesiastica Institutione pag. 94: *Pro idcirco sancimus, eum cui crimen impingitur, ut ponat super caput suum Crucem Domini, et testetur per viventem*

in secula, sese immunem esse de peccato hujusmodi: et sic omnia dimittenda sunt iudicio Dei.

JURARE PER SACRUM INCELEBRATUM. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 7: *Capellanus faciat eum Jurare per Sacrum incelebratum, et per altare, et reliquias superpositas, quod in tota vita sua nec prece, nec pretio, nec amore, nec odio falsum scienter faciet iudicium.*

Sacramenta porro prædicta, *Juramenta corporalia* appellantur, σωματικοὶ ὅρκιοι Balsamoni, σωματικοὶ λόγοι in VI. Synodo act. 13. quod tactis, sive inspectis sacrosanctis Evangelis, Cruce dominica, vel Sanctorum reliquiis admotis, sublata aut protensa manu præstentur: ut distinguantur a juramentis, quæ sunt instrumentum, inquit Cujacius ad Novell. 51. Μεθ' ὅρκου ἐγγράφως, ἢ σωματικῶς ὁμνῶναι, in Basilic. Eclog. 10. tit. 25. cap. 4. Ἐγγράφως ὅρκος, Porphyrogenito lib. de Admin. Imp. cap. 45. pag. 155. 158. et Annæ Comnenæ lib. 13. extremo pag. 416. et Cantacuzeno lib. 4. cap. 20. quæ quidem scripto concepta sacramenta eandem vim habent, quæ corporaliter præstita, ita ut qui ea infringit perjurus æque sit ac alter, ut definit Gregorius Nazianzenus Epist. 219. et Carm. adversus sæpius jurantes. De ejusmodi juramento agit præterea Tertullianus lib. de Idololatria cap. 23. Anonymus de Reb. Armeniæ: Καὶ γραφῶντες γραφίκα μεθ' ὅρκου, συνωμολόγησαν αὐτοῖς, ταῖς χερσίν ἐγγράφως, apud Cantacuzenum lib. 1. cap. 33: Ὅρκους ἐν βιβλίοις ἐγγεγραμμένους. Δι' ἐγγράφου ὁμνῶναι, apud Balsamon. ad Canon. 77. Synodi Trull. Constitut. Sculæ lib. 1. tit. 44: *Corporalia volumus sacramenta præstare*. Tit. 59. § 1: *Tactis corporaliter sacrosanctis Evangelis in publico corporaliter subeant sacramenta*. [Instrum. ann. 1307. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 129: *Et per juramentum ab eisdem et qualibet ipsorum super Sancta Dei Evangelia corporaliter præstitum*. Aliud ann. 1342. ibidem pag. 440: *Promiserunt et juraverunt ad Sancta Dei Evangelia per eos et quemlibet eorum gratis (sponte) corporaliter tacta.*] [\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Leiblich*, col. 1246.] Neque aliud videtur

JURARE SACRAMENTO CATHOLICÆ FIDEI, quam corporaliter jurare: quomodo scilicet Catholici solent. [\* Fidem, quam Catholicus vel Christianus in baptismo professus est, testem invocare. Vide supra *Christianitas in Christiani*.] Dudo lib. 2. de Morib. Norman. *Juraverunt sacramento Catholicæ fidei Patrio Rolloni vitam suam, et membra et honorem totius Regni*. Hesso Scholasticus: *Tunc Rex propria manu sub testimonio fidei Christianæ in manu Episcopi et Abbatis firmavit se præfata Capitula sine fraude prosecuturum*. Charta Philippi Aug. de Clericis Paris. in ejusdem Regis Regesto f. 62: *Sub adjuratione fidei, qua Christiani sunt, quamque nobis debent domino suo ligio, etc.* Tabularium Persiacense Ch. 12. apud Perardum: *Et per illam Professionem, quam in baptismo promiserunt, ut veritatem dicissent, etc.* [Le Roman de Vacce MS.:

Je non, ce dist li Roiz, par ma Chrestienté,  
Et cil qui m'en blasmerent, m'en ont à tort blasmé.]

Theophanes in Zenone ann. 3: Ὅρκιας αὐτὸν εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα μὴ προδοῦναι, eumque juramento in sanctum Baptisma dato, ne se proderet, obtestatus est. Eadem formula habetur in Chronico Alexandrino ann. 4. et 10. Zenonis.

Corporale præterea juramentum dic- tum videri potest, ad discrimen juramenti sacerdotalis: quippe Sacerdotes in Concilio Meldensi, super sacra, seu corporaliter jurare vetantur. Jurare autem solent in verbo veritatis, quod omni stipulationi prævalat in ore Sacerdotis, inquit Joan. Sarisber. Ep. 67. Capitulare Episcoporum. ann. 801. cap. 20: *Ut nullus Sacerdos quicquam cum juramento juret, sed simpliciter cum puritate et veritate omnia dicat.* S. Anselmus Cantuariensis lib. 8. Epist. 83. de Episcopis: *Asserunt enim publice in ea veritate, quam servare debent Episcopi, etc.* Quippe ut ait Palladius in Vita S. Chrysostomi cap. 9: *Ὁ γὰρ ἀληθῶς ἐπίσκοπος, ψεῦδος οὐκ οἶδεν.* Et S. Athanasius in Apolog. ad Constantium: *Ἄ γὰρ ὡς Θεοῦ παρόντος λαλοῦσιν, τοῦτον ὄρον ἔχομεν ἡμεῖς οἱ χριστιανοί.* Stephanus Tornac. Epist. 162: *In verbo veritatis, sub periculo animæ suæ, etc.* Charta ann. 1231: *Et Capitulum promissit in verbo veritatis, quod stabit dicto et ordinationi nostræ.* In alia ann. 1211. in 30. Regesto Tabularii Regii num. 37. Episcopus Cadurcensis in verbo Sacerdotis seu veritatis fidelitatem præstat Simoni Comiti Montisfortis. In Capitulari Pipini Regis Italiæ ann. 793. Monachi in verbo tantum et veritate promittunt, seu jurant. Per Sacerdotium suum, ut in Charta ann. 865. apud Ughellum in Episcopis Veronensib. Charta Stephani Episcopi Aniciensis ann. 1223: *Nos etiam Episcopus promissimus in verbo Sacerdotum, etc.* Adde Judicia Withredi Regis Cantuariorum cap. 18. Jurant præterea manu ad pectus apposita, la main misse sur le pis, ut est in veteri formula. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 71: *Et li Prêtre le droit en parole de prévoir.* Bulla aurea Caroli IV. Imp. cap. 2: *Peracta quoque Missa hujusmodi, omnes illi Electores, seu Nuntii accedant ad altare, in quo Missa eadem extitit celebrata, ubi Principes Electores Ecclesiastici coram Evangelio B. Joannis, In principio erat Verbum, quod illic ante ipsos poni debet, manus suas pectori cum reverentia superponant: sæculares vero Principes Electores dictum Evangelium corporaliter manibus suis tangant, etc.* Scribit Matth. Paris. ann. 1252. Henricum III. Regem Angliæ peregrinationem Hierosolymitanam initutum se pollicitum cum sacramento more Sacerdotum exhibito: *Et jurans hoc apposuit manum suam dexteram ad pectus suum, more Sacerdotis, et postea supra Evangelia apposita, et osculatus est ea more Laici.* Et eodem anno pag. 580: *Dum autem Rex memorantem sententiam audisset, tenuit manum suam ad pectus suum, sereno vultu voluntario, et alacri... dixit ipse Rex: Sic me adjuvet, etc.* [Instrum. ann. 1314. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 157: *Primo videlicet prædictus Archiep. (Viennensis) manum suam sinistram tenens supra pectus suum, ut Prælatum, et dextram manum suam in altum, in præsentia Crucis, Evangeliorum et Capituli B. Mauricii promittit, bona fide loco juramenti interposita pro se et successoribus suis in futurum.] Vide Monasticum Anglicanum. tom. 3. pag. 223. Olim jurare non cogebantur Flamines Diales, ut auctor est A. Gellius lib. 10. cap. 15. sed eorum verbis non stare religio erat. Edictum Prætoris: *Sacerdotem vestalem et Flaminem Dialem in omni mea jurisdictione Jurare non cogam.* Vide Festum in Jurare, et ibi Scaligerum. Adde etiam Balsamonem ad Concilium Trull. can. 77.*

Jurasse tamen Episcopos ad sancta Evangelia interdum legimus. Acta Alexandri III. PP. apud Baronium ann. 1177: *Dehinc 12. Principes Imperii tam Ecclesiastici, quam sæculares, tactis Sacrosanctis Evangelii modo simili Juraverunt, protinus Romualdus Salernitanus Archiepiscopus surgens per eadem Evangelia Juravit, etc.*

\* Ita quoque abbates, sed salvo dignitatis honore, ut docet Charta ann. 1374. ex Tabul. monast. Montisol.: *Ad juramentum fidelitatis, quod et incontinenti præstitit (Saxius abbas) dicto judici majori super sancta quatuor Dei Evangelia manibus suis corporaliter tacta, cum stola in collo, salvo honore et honestate, more prælatorum.*

JURARE IN SACRAMENTO CORPORIS CHRISTI, (Juramentum et sacramentum Evangelii appellat Historia Monasterii Rotonensis lib. 1. cap. 8.) quod quidem ipse eo die celebrando confecerat quidam Carmelita, apud Thomam Walsinghamum pag. 309.

† JURARE SUPER CORPUS CHRISTI, Crucem, et virgam nigram Scotiæ. Charta fidelitatis Roberti Episc. Glascuensis ann. 1300. apud Rymerum tom. 2. pag. 867: *Et cest serment avons nous fet sur le cors notre Seigneur, et la Croys ney et la Blake rode de Escocce, en la presence de, etc.* Anglis Black niger, Rod virga.

\* JURARE SUPER PANEM ET VINUM. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 129: *Fiorent serment l'un à l'autre sus un pain, etc.* Aliæ ann. 1417. in Reg. 170. ch. 7: *Lesquelz compaignons eussent juré et fait serment l'un envers l'autre sur le Pain et le Vin, etc.*

\* JURARE PANE EUCHARISTICO inter contrahentes diviso et ab iis super altare comeso, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 566: *Gul-laume Merlin prestre, lors curé de la paroisse de Giry, ... emmena laditte femme en son hostel, et d'illec se transporta en son église, et illec lui fist jurer et promettre qu'elle ne le changeroit pour pire ne meilleur, et qu'elle relanqueroit du tout le suppliant son mary, pour lui amer et faire son plaisir; et en confermant lesdites promesses faites entre eulz, print une hostie non sacrée et la parti en deux, et après moilla en vin et lui bailla à manger la moitié, et l'autre il menga sur un autel d'icelle église.*

\* JURARE PER DOMINUM ET SANCTOS, in Charta ann. circ. 1130. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 453.

† JURARE PER DEUM, Sedis Apostolicæ et Papæ salutem. Charta ann. 1068. apud Illust. Fontaninum de Antiquit. Hortæ pag. 398: *In quo et Jurata voce dico per Deum omnipotentem, Sanctæque Sedis Apostolicæ et domini nostri Alexandri Papæ salutem hæc omnia, quæ hujus donationis chartulæ series textus eloquitur, inviolabiliter conservare, atque adimplere promitto.* [\* Charta ann. 956. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 165: *In quo Juratus dico per Dominum omnipotentem, sanctæque sedis Apostolice, seu salutem venerabilis et apostolice domni Johannis sanctissimi XII. papæ, etc.*]

† JURARE PER VIRTUTES DEI. Le Roman de Rou MS.:

Mout menacent Normanz et les vertus Diu jurent,  
Que mors sont et destruit, se el pais s'ascurent.

\* JURARE SUPER CRUCEM EPISCOPI. Chron. Angl. Th. Otterbourne edit. Hearn. pag. 75: *Juravit . . . rex Scotiæ Willelmus Johanni regi Angliæ fidelitatem super Crucem Huberti Cantuariensis*

archiepiscopi, et fecit ei homagium de vita et membris et toto honore suo terreno.

\* JURARE PER DIEM FESTUM. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 305: *Ioellui curé jura par la journée, qui estoit le jour de l'Ascension, etc.*

JURARE SUB STOLA tactis sanctis Evangelii Sacerdotum etiam fuit. Charta Friderici II. Imper. apud Baronium ann. 1166: *Idem quoque juramentum Archiepiscopi et omnes Episcopi, atque Electi, qui interfuerunt, numero 40. super sancta Dei Evangelia, propria manu, unusquisque sub stola sua præstiterunt, et publice firmarunt.*

JURARE PER LIBRUM ET STOLAM IN VERBO DOMINI Canonici Senensibus præcipit Octavianus Cardinalis in Charta, exarata ann. 3. Alexandri IV. PP. apud Ughell. tom. 3. pag. 635. Epistola Gregorii VII. apud Brunonem de Bello Saxonico pag. 125. de Henrico Imp.: *Hoc idem etiam postea a confratribus et Legatis nostris Humberto Prenestino Episcopo, et Geroaldo Ostiensi Episcopo, quos ad illum missimus, ad penitentiam susceptus, in illorum manus, per sanctas stolas, quas in collo tenebant, repromittendo confirmavit.* Hugo Flavinianensis in Chron. pag. 209. de eodem Henrico Imp.: *In illorum manus per sacras eorum stolas, quas collo gestabant, jurejurando confirmans.* Vetus Charta ann. 1248. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 267: *Albertus Præpositus et totus Conventus Ecclesiæ Diessensis obtinuerunt sub stola sua jurejurando, quod nec cives ibidem, nec quisquam hominum aliquid juris habeant, vel habere debeant in eo prædio, etc.*

\* JURARE IN VERBO PRÆLATI solent aliquando abbates. Charta ann. 1325. abbat. de Conchis in Ruthen. ex Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 471: *Insuper nos idem abbas in verbo prælati, et nos consules prædicti bona fide . . . eadem servare . . . promittimus.* En parole de prévoir, id est, presbyteri, in Stabil. S. Ludov. lib. 1. cap. 71.

\* JURARE SUPER ORDINES SUOS, vel In ordine suo et sub periculo ordinis sui, Formula juramenti a sacerdotibus et monachis, imo a conversis et laicis in monasteriis degentibus usurpata. Charta ann. 1170. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 110. r. col. 2: *Similiter et monachus inde requisitus sub periculo ordinis sui veritatem inde dicit.* Aliæ ann. 1196. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 105: *Jurabit super ordines suos, si monachus fuerit, vel conversus, vel laichus, absque suo consensu furem illum vel homicidam evasisse.* Aliæ ann. 1218. Will. de Sancta Maria ex Chartul. monast. de Bauger. dice. Turon.: *Sciendum quod ille, qui dictas quadrigas conducet, si sacerdos fuerit, dicit in ordine suo; si laicus, dabit fidem quod ad corpus abbatiæ pertinent res conductæ.*

Erant et alii juramentorum ritus, qui paganismum redolebant, et ἄρκοι Ἐλληνικοὶ dicuntur in Sexta Synodo can. 94. ubi prohibentur. Ὀρκοὶ ἑθνικοὶ et ἑλληνικοὶ, apud S. Basilium in Ep. ad Amphilocho. can. 81. in Synodo Trull. can. 94. vel ἄρκοι πάτριοι, ut apud Theophanem ann. 2. Justinii Thracis, de quibus Scholiastes Basilic. tom. 2. pag. 144. Ejusmodi fuit

JURAMENTUM AD CAPUT PECUDIS, de quo Concilium Aurelianense IV. can. 16: *Si quis Christianus, ut est gentilium consuetudo, ad caput cujuscunque feræ*

vel pecudis, invocatis insuper nominibus paganorum fortasse juraverit, etc.

JURAMENTUM SUPER ARMA, quod ab omnibus ferme (præsertim Septentrionalibus) populis receptum legitur, et si forma illius interdum diversa fuerit. Formula 119. ex Lindenbrogianis: *Veniens jam dictus ille, adprehensa manu prædicti judicis, vel armis sicut mos est apud omnes, 12. manu sua tertia decima dextratus, vel conjuratus dicit, etc.* Ubi Formulæ secundum Legem Romanam cap. 30. apud Bignonium: *Dum sic veritas comprobatur, jam dictus ille adprehensam manum vel arma prædicti judicis, sicut mos est, apud homines duodecima manu, sua tertiadecima dextratus vel conjuratus dicit, etc.* [\*] Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 896.] Hujuscemodi igitur sacramento usi sunt

Quadi, apud Ammianum lib. 17. pag. 107: *Eductisque mucronibus, quos pro numinibus colunt, juravere se permansuros in fide.*

Saxones. Fredegarius cap. 74. et Gesta Dagoberti Regis cap. 31: *Saxones autem... sacramentis, ut eorum mos erat, super armis patris, pactum pro universis Saxonibus firmant.* Annales Francor. Fuldensis ann. 873. de iisdem: *Jurabant etiam juxta ritum gentis suæ per arma sua, quod nullus deinceps de regno dominorum suorum regnum Regis inquietare deberet. Jurare in manu armata, in Lege Saxon. cap. 1. § 8. Adde Almoinum lib. 4. cap. 26.*

Dani, apud Eginhardum ann. 811: *Condita inter Imperatorem et Hemmingum Danorum Regem pax... in armis tantum Jurata servatur.* Adam Bremensis cap. 90. de Danorum Regibus: *Qui etiam munera Lothewico miserunt, gladium videlicet capulo tenus aureum, et alia multa pacem rogantes: et missis utrinque ad Egdoram fluvium mediatoribus, pacem firmam, ritu gentis, per arma Juraverunt.* Adde Annales Francorum Fuldensis ann. 873.

Sueci, Danis contermini. Habetur enim apud Loccenium in Hist. Suecica pag. 363. Juramentum de unione Regni hæreditaria a Suecis factum super strictum Regis gladium Orebrogæ, ann. 1540. cujus formula est: *R. M. et Principibus Regni hæreditibus... in hoc regio stricto ense provoluti in genua... Juravimus, etc.*

Bajwarii. Leges Bajwar. tit. 16. § 6. de teste sortito vel nominato: *Juret ille taliter et dicat: Ad testem sortitus sum, et ad testem me facere volo. Adprehendat manam proximi sui, et dicat: Sic vero Deus adjuvet, et illum, cujus manum teneo, quod ego ad testem illum inter vos per aurem tractus fui, de ista causa ad veritatem dicendam. Tunc solus Juret cum sua manu, postea donet arma sua ad sacrandum, et per ea Juret ipsum verbum cum uno Sacramentali, etc.*

Alamanni. Leges Alaman. tit. 89: *Cum 12. nominatis Juret, et aliis tantis advocatis, in arma sua Sacramenta pro 4. tremissis cum uno Sacramentali Juret.*

Longobardi. Edictum Rotharis Regis tit. 109. § 2. [\*] 166.] et Lex Longobard. lib. 2. tit. 55. § 3: *Quod si minor fuerit de 20. solid. usque ad 12. sibi sextus Juret ad arma sacrata. Infra: Sibi tertius Juret ad arma sacrata. Adde § 7. 10.*

Franci. Fortunatus lib. 6. Poemate 7:

Utque fidelis ei sit gens armata per arma  
Jurat, jure suo se quoque jure ligat.

[Charta ann. 1494. ex Schedis D. Lancelot: *Promisitque ipse nobilis Capitaneus*

sub promissione Capitanei et Militis ad crucem sui ensis dextram ponendo.]

Scoti. Leges Forestarum Scoticar. cap. 10. § 1: *Si aliquis extraneus intraverit in forestam, et Jurare velit super arma, quod illam viam nesciuit esse defensam, etc.*

Bulgari. Nicolaus I. PP. in Respons. ad consulta Bulgarorum cap. 67: *Perhibetis, vos consuetudinem habuisse, quotiescunque aliquem jurejurando pro qualibet re disponebatis obligare, spatham in medium afferre, et per eam juramentum agebatur.*

Beneharnenses cum Roncaliensibus fœdera sua firmasse facto sacramento super binis hastis in Crucis formam humi demissis, auctor est Garibayus lib. 20. cap. 11. et ex eo Marca lib. 6. Hist. Beneharn. cap. 26. n. 6.

JURARE IN ARMA. Charta Simon. dom. Montisf. ann. 1215. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 246: *Supradicta omnia fecimus Ferricum militem nostrum in arma nostra Jurare. Forte pro in anima nostra. Vide infra.*

JURAMENTUM SUPER ARMILLA SACRA. Ethelwerdus lib. 4. cap. 3. de Danorum Regibus: *Etque statuunt Jusjuramentum in eorum armilla sacra, quod cæterarum regionum fecere nunquam.* Ubi Armilla idem forte valet ac arma. Vide Armillum, [et supra Jurare in Armilla Januæ.] [\*] Armilla deo Ullr consecrata et victimarum sanguine aspersa; de qua vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 896. et Chron. Saxon. ed. Gibson. pag. 83.]

SPATA TRACTA JURARE, in Capitulis ad Legem Alaman. cap. 22. Edit. Baluzianæ. Vide Spatha. *Per spatham suam jurat, ac Capitulum firmat Carolus C. apud Hincmar. Remensum in Extemporali admonitione, apud Cellotium pag. 439: Et hoc cum aliis Capitulum... coram Deo et Angelis ejus in fide et dextera vestra, per spatam vestram Jurantes... Episcopus Regni vestri... promissistis.* Apud Ammianum lib. 21. milites in Juliani Imp. nomen conceptis verbis Jurant solemniter gladiis cervicibus suis admotis sub execrationibus diris, omnes pro eo casus, quoad vitam profuderint, si id necessitas exegerit, perlaturus.

JURARE BRACHIA AMICÆ. Le Roman de Rou MS.:

Quens Jebles de Poitiers, souvent les contrarie...  
Et souvent par nobleece Jure les bras s'amie,  
Qu'il ni aura tant fier qu'o l'espée n'ocie.

CUM DEXTERA ARMATA CONJURARE, sacramentum confirmare, in Lege Ripuariorum tit. 33. § 1. tit. 56.

JURARE LATO OSCULO. Charta ann. 1202: *Unusquisque militum propria manu lato osculo Comiti (Forcalquerii) Juraverunt, quo ita, etc.*

JURARE PER CORONAM SUAM. Poema Alex. MS. part. 2:

Adonc jura li rois sa couronne et ses Dez,  
Que telz fu ses ancestres, jamés telz ne verrez.

JURARE MANU POSITA SUPER CAPUT IMPERATORIS, apud Theophanem in Nicephoro Generali ann. 8. ubi idem Imp.: *Ὁὲς τὴν χεῖρά σου κατὰ τῆς κεφαλῆς μου, καὶ ὁμοῖόν μοι τὸ πάρος σοι χριστός ἐστι.* Huc forte spectat juramentum per caput Imperatoris.

JURARE POSITA MANU SUPER CAPUT EJUS, cum quo lis est. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 25. ubi de iis, quorum juramento standum est: *Tertius est pater, inter duos filios, (id est, qui a filiis impetitur) ponendo manum super caput*

illius, contra quod testificatur, sic dicendo: *Per Dominum, qui me creavit de patre, et te de me, verum inter vos dico.*

JURARE MANUUM CONTACTU. Andreas Suenonis Archiep. Lundensis lib. 7. cap. 7: *Citatus in jus, licet justam causam habeat residendi, debet tamen pro se duos transmittere, qui non tacto sacro libro, sed contactu manuum, utraque scilicet manu manum alterius contingente, testificentur eum, ne veniret, causa legitima præpeditum.* Lib. 4. cap. 14: *Qui promissionem super venditione alicujus terræ noluerit adimplere... si contactu manuum roborata fuerit, etc.* Cap. 16: *Una cum eis duodeno declarat sacramento, et mutuis intricatarum contractibus manuum sibi dominium attinere.* Lib. 5. cap. 6: *Debet adversariis suis interim pacem promittere, et eandem in signum indissolubilis firmitatis contingendo manu sua manum alterius alicujus roborare.* [Tabularium Majoris Monast.: *Promisit Buterius hoc ipsum concedere se facturum, unde et manum suam posuit in manu mea, quod loco juramenti habetur.*] Vide Dextra.

PER PECTUS SUUM jurabant mulieres apud Alamannos. Leges Alaman. tit. 56. § 2: *Tunc liceat illi mulieri Jurare per pectus suum, et dicat, etc.* An manu pectori apposita, quomodo apud nos Presbyteri? Ovid. 3. Amor. de nuptiis Fluvii Amonis Eleg. 6:

Supposuisse manus ad pectora lubricis annis  
Dicitur, et socii jura dedisse thori.

Tunso digitis pectore, id est, admota pectori manu jurasse dicitur Nicephorus Imp. apud Luithpr. in Legatione. [\*] Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 897.]

JURARE IN MANU COMITIS DEXTRA DATA, in Lege Long. l. 2. t. 52. § 15. [\*] Pipp. 9.]: *Tunc ipse judax, qui in ipso loco est, faciat jurare homines, quilibet fuerint... ut dicant veritatem, et si credentes homines fuerint, in manu Comitatus sui dextram dent.*

JURARE IN PECUNIA vel VESTIMENTO solebant Frisiones, si res esset parvi momenti. Lex Frision. tit. 3. § 4: *Si servus furti reus esse dicatur, dominus ejus in vestimento suo sacramentum illud perficiat.* Tit. 12: *Si servus rem magnam quamlibet furasse dicatur... dominus ejus in reliquiis Sanctorum pro hac re jurare debet; si vero de minoribus furtis et noxiis a servo perpetratis interpellatus, in vestimento vel pecunia jurare poterit.* Ubi Sibrandus a Sicama: *In vestimento Jurare existimo, ut jurans oram vestis ejus, cui se purgabat, vel alterius testis, vel sui ipsius adprehendens, solenni juramento se vel servum suum purgaret.* In pecunia vero jurabant, ut prolato nummo, solido, vel denario, in quo vultus Regis vel Crux effigiata, ei manum imponeret, atque ita quasi teste Rege vel Cruce juraret. Sed hæc exemplis probare haud omnino promptum est. Videtur porro huc spectare, quod habet eadem Lex cap. 14. § 4: *Et juret, ille homo homicidii, de quo interpellatus sum, reus est: tenens eum per oram sagi sui.* Galli dicerent, *le tenant par le pan de sa robe.*

JURAMENTUM MORE FRISIONUM. Jus Frisicum art. 81. ex interpretatione Sibrandi a Sicama ad Leges Frision. tit. 12: *Legitimum juramentum ejus, qui in domo mortuaria cameras et claves custodit. Tollat sinistra manu sinistros capitis capillos, eisque imponat dextræ manus digitos duos, atque ita juret.*



**JURARE SUPER SEPULCRUM DEBITORIS**, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 27. locus supra descriptus est.

**JURARE PER PEDES ABBATIS**. Charta Sancti Ramirez Reg. Aragonum, apud Martinezum in Hist. Pinnatensi lib. 3. cap. 17: *Tamen si fuerit talis necessitas, hoc solum facient, unus ex Monachis juret per pedes Abbatis sui, quod ita est, aut non; et sic finiatur causa.*

**SUPER MORTUORUM TUMULOS JURARE** in judiciis publicis, solenne fuisse apud Londonienses observat Seldenus ad Marmora Arundeliana, cum scilicet aliqui e testibus nominatis decesserat, antequam testimonium suum jurasset: tum enim jurabatur a reo, quod ipse testatus fuisset, si in vivis superasset: ex Tabulis publicis ab Henrico III. Rege Angliæ civibus Londinensibus confectis anno ejusdem regni 52. die Martii 26: *Concessimus eisdem civibus, quod de placitis, ad Coronam pertinentibus, de iis maxime, quæ infra civitatem prædictam, et ejus suburbium fieri contingent, se possint disrationare secundum antiquam consuetudinem civitatis prædictæ, eo tamen excepto, quod super tumulos mortuorum de eo, quod dicturi sunt, si viverent, non liceat præcise jurare: sed loco mortuorum, qui ante obitum electi fuerint ad eos disrationandos, qui de rebus ad Coronam spectantibus appellati fuerint, vel rectati, alii liberi et legales eligantur, qui idem sine dilatione faciant, quod defunctos memoratos, si viverent, fieri oporteret.*

**JURARE SUPER BAGULOS EPISCOPORUM**, Hibernis et Scotis familiare. Silvester Giraldus in Topogr. Hiberniæ lib. 3. cap. 33: *Campanas bajulas, baculosque Sanctorum in superiore parte recurvos, auro et argento, vel ære contextos, in magna reverentia tam Hiberniæ et Scotiæ, quam Walliæ populus et Clerus habere solent: ita ut sacramenta super hæc longe magis, quam super Evangelia et præstare vereantur et pejorare, etc.*

**JURARE SUPER DISCESSOREM ECCLESIAE**, in Canonib. Hibern. lib. 41. cap. 30: *Defendit se Ecclesia etiam post obitum Principum suorum, (i. Episcoporum) et non juratur super illam, id est, super Discessores, quia viva sunt verba illorum. Capitis lemma ejusmodi est: De mundialibus non jurantibus super Discessorem Ecclesiæ. Quibus quidem innotuit, stari debere Episcoporum aut Prælatorum, qui e vita discesserunt, verbis, ac factis, neque super iis juramentum deferri debere.*

**JURAMENTUM PRO RATIONE HIDARUM**, vel per certum numerum hidarum, de quo sic Lambardus ad Leges Anglicas: accusato interdum fiebat per sacramenti religionem criminis diluendi potestas, quod pro ratione 12. aut plurium pauciorumve hidarum terræ dicebatur, atque id alias solus, alias cum aliis una præstabat. Neque est interim cuivis crimen quodque purgare concessum: verum pro delicti ratione, ipsa etiam purgandi augenda minuendave fuit facultas; atque ut cujusque fuerat capitis æstimatio, ita ei facta est crimina, sive majora, sive minor purgandi copia. Pervaserat enim, uti nunc quidem opinio per animos hominum, ut quo quis opibus erat affluentior, eo fuit majore fide, et in jurejurando religiosior. Vide Leges Inæ § 58. 59. 60. et Leges Henrici I. cap. 64.

**JURARE SUPER FORTE**. Charta Eduardi Regis Angl. in Regesto Constabulariæ Burdegal. f. 202: *Si vero ex-*

*traneus fuerit et moretur cum domino hæreditatis, si negatur, habeat aberare (i. jurare) super forte pignorationem per ipsum factam in hæreditate domini sui sine fraude. Infra: Si aliquis pigneravit in hæreditate sua, vel etiam aliena, quo sit præsumptio, quod de facili dejeraret, vel quod alias consuevit abuti talibus pignorationibus, non credatur eidem, nisi juret super forte, et unum sequacem habeat, qui ibidem juret se credere ipsum super hoc veritatem dixisse.*

**JURARE SUPER TRIGINTA DENARIIS**, in Legibus Henrici I. cap. 65.

**JURARE IN ANIMAM ALTERIUS**. Observat Tillius lib. 1. pag. 252. Reges Francorum semel per seipsum seu personaliter, jurare, quando scilicet inaugurantur et coronantur: in cæteris vero occasionibus, in quibus solenniter quidpiam subditis pollicentur, id verbo regio firmare. Sed et addit, olim foedera ipsa, quæ cum Regibus aliis sanciebant, non ab ipsismet, sed iis præsentibus a quopiam ex aulæ proceribus ad id delecto in eorum animam jurata. Sic Priorem Martini de Campis coram S. Ludovico sacramento in illius animam facto inducias cum Henrico III. Angliæ Rege ann. 1291. pepigisse: alias inducias inter eosdem Reges anno 1244. quemdam de proceribus pro et coram ipso Henrico jurasse, scribit idem Tillius l. de Pactis inter reges Franciæ et Angliæ pag. 176. Acta Innocentii III. PP. de Philippo Aug. Rege Fr.: *Faciens in animam suam juramentum firmari, quod honorifice ipsam ut Reginam tractaret.* [Tractatus confederationis inter Philippum Reg. Fr. et Albertum Reg. Rom. ann. 1299. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 83: *Jurabant etiam in animas nostras nobis præsentibus videlicet pro jam dicto illustri Rege Franciæ Comes sancti Pauli, pro nobis vero Rege Romanorum Comes Burchardus de Hohenberg avunculus noster carissimus.*] Adde Probat. Hist. Vergiac. pag. 105. et Matth. Paris pag. 109. atque is tum usus apud Principes omnes invaluerat. Epistola Willelmi Regis Siciliæ ad Henricum II. Regem Angliæ, apud Rad. de Dico anno. 1175: *Honorabiles et magnificentiæ vestræ nuntios recepimus, quorum insinuatione nobis innotuit, quod præsentibus et jubentibus vobis, tres nobiles et spectatæ fidei viri, de regno vestro, in Anima vestra consummationem matrimonii inter nos et filiam nostram Juraverint. Qui et postulaverunt instantius, ut idem manu propria Juraremus. Quod quia regno nostro semper et nostris sive progenitoribus inusuetum, personaliter Jurare non duximus expedit: quare prædicti nuntii vestri quesierunt, ut sicut ab honorabilibus personis feceratis illud in Anima vestra Jurari, sic et nos similiter in Anima nostra fieri faceremus. Nos equidem, et quod a nostris nuntiis in vestra præsentia constitutis super concessione matrimonii ex parte nostra Juratum est, rati habitatione firmamus, et quod vobis præsentibus in Anima vestra Juratum est, grato assensu recepimus, ac si manu propria Jurassetis, cum unum et idem putemus sacramentum, quod vel manu propria fit, vel in Anima jubentis et præsentis Juratur.* Falcandus l. de Sicilia calamitatib. pag. 647: *Res est in transactione deducta, Comitique Gaufrido et sociis ejus ab Admirato, Archiepiscopo, ac plerisque Comitibus in Animam Regis juratum, quod eos Rex incolumes... extra regnum suum ire permitteret.* [Tractatus confederationis inter Robertum Regem Siciliæ et Joannem

Dalphinum ann. 1314. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 150: *Memoratus Richardus de Gambetes miles in Anima D. Regis præfati eo volente, præsentem et mandante, et ipsum ad hoc specialiter constitutum, et idem D. Guido in Anima D. Dalphini jam dicti ex præfata potestate sibi concessa de observatione hujusmodi corporale præstiterunt sacramentum.] Acta Hadriani IV. PP. apud Baron. anno 1155: *Tandem adversario confutato, et salubri consilio comprobato, Rex omnium Militum suorum Curiam maximam congregavit, et in præsentia eorundem Cardinalium allata sunt sacra pignora, Crux et Evangelia, super quæ nobilis quidam Miles de cæteris electus, cum juratus et tertio Jurare jussus esset in Animam suam, et ejusdem Regis, Juravit vitam et membra non auferre; sed conservare Papæ Hadriano et Cardinalibus ejus omnia sibi debita jura, etc.* Acta Alexandri III. PP. apud eundem Baronium ann. 1177: *Sancta Dei Evangelia cum Sanctorum reliquiis, et Cruce de ligno Domini sunt producta in medium. Mandante itaque Imperatore, Comes Henricus de Diesta in anima Imperatoris Juravit, quod, etc.* Vide Epistolas ejusdem Alexandri 51. 52. Charta Jacobi Reg. Majoris. ann. 1284: *Et etiam hæc omnia et singula supradicta per nos promissa et concessa Jurari jussimus in Animam nostram per nobilem virum Bernardum de Campendut Militem. Et nos Bernardus de Campendut Miles de expresso mandato dicti Do. Regis Juravimus super 4. Dei Evangelia a nobis corporaliter tacta in Anima dicti Do. Regis, quod idem Do. Rex hæc omnia et singula custodiet, et servabit et servari faciet perenniter inconcussa.* Charta Friderici I. Imp. ann. 1185. apud Purcellum in Ambrosiana Basilica pag. 1030: *Juravit Rudolfus Camerarius noster in parabola, et in Anima nostra. Et infra: Idem etiam sacramentum faciemus præstare Regem Henricum filium nostrum in Anima sua et parabola sua faciendum, etc.* Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 14: *Et sors non habeat locum, si pars, quæ petii, eligat duos Juratores, qui jurent super Animas aliorum hominum de villa illa, de qua fit demanda.* Observabat modo post Thilium D. Cangius juramentum ejusmodi iis præsentibus præstari solitum in quorum Animas jurabatur; verum idem quoque factum fuisse iis absentibus ab eorum in hanc rem delegatis et deputatis certum est. Mandatum Eduardi III. Regis Angliæ ann. 1349. apud Ludewig. tom. 5. pag. 461: *Eisdem Thomæ et Wilhelmo et eorum utriusque, ad jurandum in Animam nostram, de observando fideliter conventiones.... damus et committimus plenariam potestatem. Tractatus matrimonii Ferdinandi filii Regis Castellæ cum Blancha: Nos vero procuratores jurandi in Animam ipsius Regis Castellæ potestatem habentes, nomine procuratorio promissimus, præstito Juramento in Animam dicti D. Regis Castellæ, ipsum D. Regem Castellæ facturum.... quod promissæ conventiones... efficaciter compleantur.**

Sed et hæc forma juramenti non Regum duntaxat propria fuit, verum et aliorum. In Actis Innocentii III. PP. nobilis quidam in animam Marcialdi Senescalli Imperii jurat pag. 3. Jurabatur etiam in animam universitatis. Statuta pacis in totius universitatis Animam Jurare, apud Guillel. de Podio Laurentii cap. 40. Will. Tyrius lib. 13. cap. 24: *Fuerat autem abeunti datum in manda-*

tis, ut in Anima Regis et regni Principum confidenter Juraret, quod, etc. Acta Innocentii III. PP. pag. 21: Et in Animam suam juramento Principum tam de Imperio, quam de regno, concessionem hujusmodi fecit roborari. [Procuratio Guillelmi Boissacii pro Guillelmo de Gorsolis ann. 1340. e Musæo D. de Flammarens: Dans... speciale mandatum... litem contestandi, Jurandi in Animam ipsius tam de calumpnia, quam de veritate dicenda, et subeundi cujuslibet alterius generis juramentum.] Adde Statuta Ordinis Præmonstrat. dist. 4. cap. 1. pag. 817. Statuta Roberti III. Reg. Scot. cap. 26. Joannem Lucium in Hist. Dalmat. pag. 208. etc. Jurare in anima, pro in animam, in laudata Charta Willelmi Regis Siciliae, apud W. Tyrium loco mox etiam citato, in alia Alexandri PP. apud Brompton pag. 1131. in Conventione inter Fridericum Imp. et Eugenium PP. apud Baron. ann. 1152. et aliquot aliis. Vide Monstrelletum 2. vol. pag. 200. Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. pag. 105. et supra in voce *Jeffrid-eed*.

\* JURARE IN ANIMAM CAPITULI, Eadem ratione, qua *In animam universitatis* juratum supra monet Cangius. Pactum inter Carol. comit. et capit. Carnot. ann. 1306: *Jurera le procureur de chapitre en l'ame de chapitre, que il cuide avoir bone reson de mouvoir la question.*

† JURARE IN REGEM. Literæ Angeli Pechinoli Episc. Ortani ann. 1489. ad Innocentium PP. VIII. apud Illust. Fontaninum de Antiquit. Hortæ pag. 490: *Præterea, ut audio, brevi dominus Rex gubernatoris regni Hungariæ titulum huic filio suo dabit, ac Jurari in Regem, ut post ejus obitum in regno succedat, efficiet.*

JURARE IN POSSE REGIS. Leges Aragonicæ, apud Blancam pag. 71: *Qui quidem inquisitores prima vice per nos eligendi et eorum Notarius, teneantur præstare sacramentum, et homagium nostro nomine et dictæ Curie in Posse dictorum deputatorum et dictæ Curie, de bene et legaliter se habendo in faciendis dictis inquisitionibus, etc... teneantur similia sacramentum et homagium præstare in Posse nostro et dictæ Curie tempore celebrationis ejusdem, etc.*

JURARE ETIAM VICARIIS MANIBUS, id est, per alios, dicebantur Monachi, quibus jurare interdictum erat. Arnulphus Lexoviensis in Epist. ad Abbatem S. Ebrulfi: *Propter quod Hugonis et Drogonis de Cambium graviter instantia nos infestat super pecunia, quam prædecessori vestro totique Capitulo crediderit cujus solutionem certum est ipsum et universitatem totam fide per Vicarias Manus corporaliter interveniente firmasse. Et sub finem: Si non fuerit creditoribus satisfactum, quibus ipsise, et si non propriis, Vicariis tamen manibus astrinxerunt. Vide Advocatus.*

JURARE MORE MINORUM, apud Rolandinum in Summa Notariæ cap. 7. rubr. 3. Cujusmodi autem fuerit minorum juramentum, docet idem cap. 1. rubr. de venditione a minore facta: *Insuper dictus Ant. quia minor erat 25. annis, major tamen 14. jurant corporaliter ad sancta Dei Evangelia prædicta omnia et singula firma et rata perpetuo habere et tenere, et non contra facere vel venire aliqua ratione vel causa.*

SACRAMENTA JUDÆORUM, inter Christianos habitantium, diversa fuere pro modo regionum. Wichbild Magdeburgense art. 139. quidam dicunt, quod ju-

ramentum Judæi facere debent ante Synagogam, tenendo catenam, qua Synagogæ ostium attrahitur ad occidendum, et quod nudipes stet, pronuntiabiturque sibi juramentum hæc verbis: *Prout tibi culpam N. dat, quod tu innocens facti es, Deus confundat, qui cælum et terram creavit, aerem et graminam, etc... Juramentum istud Judæus facere debet super libro Moysi. Veteres Tabulæ apud Columbum lib. 3. de Gestis Episcoporum. Vasionens. n. 84. Judæus quidam jurat super sanctam Legem Moysi, ab ipso corporaliter propria manu tactam. Sacra Legem Mosaica coram posita jurare, in Concilio Monspelienensi ann. 1258. cap. 5. Adde Concilium Albiense cap. 19. Leges Alfonsinas parte 3. tit. 11. lege 20. ubi forma Judæorum sacramenti apud Hispanos pluribus describitur, et Foros Aragon. tit. de sacramento Judæorum et Saracenorum fol. 37. 38.*

\* Jurare super Rotulum Legis, scilicet Mosaicæ, Sacramentum Judæis proprium. Reg. Phil. Aug. in Chartoph. reg. 34. bis part. 1. fol. 45. v. col. 1: *Jacob de Molins tradidit in plegium residentie cartas de viij<sup>xx</sup>. lib. et Juravit super rotulum, quod non recederet a terra domini regis. Vide supra in Judæi aliam juramenti formulam ab ipsis interdum usurpata.*

Jurabant etiam super plagis. Libertates concessæ urbi Barcinonensi a Petro Rege Arag. ann. 1283: *Quando contentio est inter Christianum et Judæum, et causa habet decidi per jusjurandum, Judæus debet jurare super plagis apud Ecclesiam S. Justi, excepto juramento calumnie, quod præstatur super præcepta Legis coram judice. Aliud omnino portentosum Judæorum Asiaticorum sacramentum profert liber 2. Juris Græco Romani pag. 119. quod non exscribo.*

Juramenti Mahumetanorum formulam habes in fœdere inito inter Sanctium Navarræ Regem et Almutadirum Arabem ann. Christi 1073: *Juro ego Almutadyr Vile per Deum, qui fecit cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt, et per Legem, quam tenet Moslemes, etc. Adde Jacobum Papiensem Epist. 380. et Leges Alfonsinas part. 3. tit. 11. lege 21. ubi de sacramento Maurorum. Fori Oscæ ann. 1247. fol. 14: Saracenus debet jurare Christiano et Judæo per totum bille ylledi leilleha illehuu.*

SACRAMENTUM TRINICUM. Charta Massiliensis apud Guesnatum in Annalibus Massil. pag. 356. [\* Stat. Massil. lib. 1. cap. 16.]: *Et ut hæc perpetuo inviolabiliter observentur, statuimus, quod universi ac singuli homines civitatis inferioris Massiliæ Sacramento Trinico et incommutabili ad hæc observanda specialiter teneantur.*

JURAMENTUM PACATIONIS, qua quis, ut cum eo, quem offendit, pacem faciat, vel obtineat, culpam quodammodo eluit. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 36: *Quod si Juramentum pacationis exigitur, juret, sicut præsens causa dicitur, in circumstantiis, vel paupertatis, vel qui aderunt, obtentibus: quod si ille sic esset pro hujus factis, hoc reciperet, vel hoc modo dimitteret.* [\* Vide Halthaus. Glossar. German. voce *Urfehde*, col. 2001.]

PERFECTORIUM SACRAMENTUM, Decretorium, τέλειον, ut est in Jure Græco-Rom. lib. 2. pag. 119. Lex Frison. tit. 14. § 2: *Et quicumque interpellatus fuerit, sua duodecima manu Perfectorio Sacramento se debet excusare, et in hoc interpellatori sufficiat, nec ulterius ad sor-*

tem quemlibet compellere potest. In Lege Longob. tit. 8. § 2. qui jurabat coram tribus a Rege delegatis, sacramentum suum peregrisse dicebatur. [\* Forte scripserat in Lege Burgund. tit. 8. § 2. ubi coram tribus sacramentum præstare et præbere.]

SACRAMENTO FRACTO, vel frangente jurare, frangere: hæc enim idem ac unum sonant. Leges Henrici I. cap. 64: *In furto, incendio, et eis, quæ ad disfactionem pertinent, omnes Fracto juramento jurent, etc. Infra: Francigenæ et alienigenæ in verborum observantiis non Frangunt. Rursum: Si quis de homicidio accusetur, et idem se purgare velit secundum natale suum, perneget quæ est verelada, ut qui ex parte patris erunt, Fracto juramento, qui ex paterna cognatione erunt, plano se sacramento juraturos advertant. Ibidem: Si quilibet rem in communi propitiare velit sibi, et utrinque sunt testes, et furtiva dicatur, qui melius testimonium habebit, probationi proprior sit et solus Fracto juramento suam esse comprobet, et testes ejus plane (id est, plano sacramento) confirmet. Ex quibus patet Fractum juramentum opponi plano sacramento. Quod vero fractum hic dicitur, supra juramentum observatum appellatur: *Omnis tilha (i. accusatio) tractetur antejuramento (ita lego, pro ante juramentum) plano vel observato, sæptus aut semel, sicut loci consuetudo erit. Mox quid sit Juramentum observatum, sic innuitur: In Hamtesira, qui verborum Jurat Observantiis, semel juret, et in ea lapsus vel elapsus judicetur. Et Leges Willelmi Nothi cap. 71: Si Anglicus appellet Francigenam de utlegaria, et hoc super eum invereitare velit, defendat se Francigena per bellum. Et si Angelicus non audeat eum probare per bellum, defendat se Francigena pleno (i. plano) juramento, non in verborum Observantiis. Supra cap. 63: Volo tunc Francigenam purgare se sacramento non Fracto. Unde colligitur, Juramentum planum, observatum, vel in observantiis, et non fractum, unum idemque, illudque esse, quod verbis conceptis a Lege dictatis præstatur. Cur vero inductum ejusmodi juramentum, sic habent eadem Leges Henrici I. cap. 64: *Malorum autem infestationibus, et perjurantium conspiratione, dispositum [\* l. depositum] est Frangens juramentum, ut magis ei [\* l. Dei] judicium ab accusatis eligatur; et unde accusatus cum una decima se purgaret, per electionem et sortem, si ad judicium ferri calidi vadat. Hæc paulo intricatiora sunt, et mendo non carent. [\* Vide Philips. Hist. Jur. Angl. tom. 2. pag. 264. sqq.]***

PLANUM JURAMENTUM, videtur illud appellari, quod summarie et de plano fit, sine delectu verborum; quod inde colligitur quia *juramentum fractum*, quod opponitur *plano*, dicitur præstari, cum verborum observantiis. Leges Henrici I. cap. 9: *Differt autem... si quid bello, vel lege sacramentali, Plena (i. Plana) vel frangenti, vel etiam judiciali repetatur. Cap. 64: Qui ex paterna cognatione erunt, Plano se sacramento juraturos advertant. Mox, de Thainis, et Presbyteris, et iis, qui legalitatem suam non dimiserunt: *fi de quacunque compellatione capitali vel communi Plane jurabunt, congruo numero Consacramentalium, et qualitate parium suorum relenta. Ex his postremis patet, potiore fuisse conditionem eorum, qui plana sacramenta præstabant, eosque potissimum spectasse, qui Legales dicebantur: quod et firmat Lex vernacula Willelmi**

Nothi cap. 16. Adde cap. 26. Opponitur autem *Juramento fracto* : unde dicitur *Juramentum non fractum* , in Legibus Latinis ejusdem Willelmi Regis cap. 62 : *Si Anglus Francigenam appellaverit, et probare voluerit iudicio aut duello, volo tunc Francigenam purgare se Sacramento non Fracto*. Ubi cap. 71. habetur : *Defendat se Francigena plano Juramento, non in verborum observantiis*. Neque aliud est *Plana lada*, in Legibus Henrici cap. 65 : *Si quis furem gratis dimittat, emendet secundum veram ipsius furis, aut plena lada perneget, quod cum eo falsum nescivit*. Mox : *Si quis audit clamore non exierit, reddat owerseunesam Regis, aut Plane se ladiet*. Id est, plano juramento se purget. Charta Alienoris Reginae Anglor. apud Beslium pag. 598 : *Si vero rusticus dixerit, se costumam recte solvisse, ... Plano ejus sacramento credetur*. Charta Lud. VII. ann. 1145. Bituricensibus, [tom. 1. Ordinatio. pag. 9.] *Præcipiens, ut si ille negare potuerit per unum Planum sacramentum, transeat, etc.* [Adde Chartam Lud. VIII. pro iisd. Bituric. ann. 1224. ibid. pag. 49.]

**SACRAMENTUM RUPTUM**, tunc intelligitur, quando præsentibus sacrosanctis Evangeliiis aut armis sacratis, ille qui pulsatur, cum Sacramentalibus suis conjunxerit, et non ausus fuerit jurare, et aut ipse, aut aliquis de Sacramentalibus ejus se subtraxerit ; tunc intelligitur *Sacramentum Ruptum*, in Lege Longobard. lib. 2. tit. 55. § 7. adde § 14. Edictum Rotharis Regis tit. 109. § 8. et Leges Luitprandi Regis tit. 41. § 1. [\*\*\* Rotb. 367. Liutpr. 61. (6, 8.)]

**SACRAMENTUM FATUUM**, dicitur, cum quis aliter quam se res habeat, jurando firmat ; sed tamen secundum conscientiam et mentem suam. Bracton. lib. 4. tract. 5. cap. 4. § 1. Adde Fletam lib. 5. cap. 22. § 9.

**JURAMENTUM INHONESTUM**, apud Guill. de Nangiaco in Vita S. Ludovici pag. 364. et Gaufridum de Belloloco in Vita ejusdem Lud. cap. 32. quod a Joinvilla pag. 120. *Vilain serment* appellatur. Vide Notas nostras ad eundem Joinvillam. [\* Idem quod mox *Juramentum vile*. Reg. assis. Campan. ad ann. 1287. fol. 68 : *Malefactores jurantes inhonesta Juramenta.*]

\* **JURAMENTUM VILE, VILLANUM**, vulgo *Vilain serment*, quod et *Detestabile* dicitur, illud nempe, quod in Deum, vel B. V. Mariam aut in Sanctos verbis contumeliosis et inhonestis profertur. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 461 : *Præfatus Johannes vile Juramentum protulerat*. Aliæ ann. 1355. in Reg. 84. ch. 495 : *Idem Gillebertus calefactus prorumpens in verba turpissima, dixit de Deo villanum Juramentum*. Aliæ ann. 1383. in Reg. 124. ch. 36 : *Colardus Fretel ad iram commotus detestabile Juramentum, Gallice le Vilain serment nuncupatum, repente et sine deliberatione emisit*. Aliæ ann. 1377. in Reg. 110. ch. 346 : *Il jura par le faire Dieu, appellé le Villain serment, etc.* Aliæ ann. 1383. in Reg. 123. ch. 8 : *Par eschauffure jura le faire Nostre Dame tout oultre, qui est entendu le Vilain serment*. Denique aliæ ann. 1384. in Reg. 125. ch. 165 : *Henry de Baillival dist : Malgré en ait Dieux et sa mere et tous les sains et saintes de paradis, vous venez gaster ma vigne . . . Lesdiz maufauteurs . . . denuncerent que ledit Henry avoit juré le Vilain serment, dont il n'est pas bien recors.*

**SACRAMENTUM LIGATUM**, id est, li-

*gium*. Charta Fulconis Abbatis Corbeiensis fol. 2 : *De quibus omnibus Comitibus et Abbati in hac conventione Sacramento Ligato tradidit septem obsides, ut si hæc violaverit, aliquando intimabitur obsidibus monere dominum suum, ut se justificet infra 40. dies. Si vero neque sic justificaverit, aut ipsi Abbati se tradent, aut 30. libras persolvent obsides, etc.*

**SACRAMENTUM DE MANU TOLLERE** dicitur is, cui jurari debet, cum rem sacramento alterius dirimere negat, [\*\*\* cum alterum jusjurandum dare permittit, antequam ecclesiam ingrediatur.] in Lege Burgund. tit. 8. § 2.

**MITTERE ALIQUEM IN SACRAMENTUM**. Illud ab eo exigere, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 93. § 1. [\*\*\* Luitpr. 50. (5, 21.)] : *Si quis servum alienum sine voluntate domini sui in Sacramentum miserit, aut manum in caldaria mittere fecerit, etc.* Leges Luitprandi Regis tit. 68. [\*\*\* 92. (6, 39.)] : *Si quis mulierem, aut puellam, aut religiosam feminam, quæ in alterius mundo est, in Sacramento mittere præsumserit, etc.*

**AD SACRAMENTUM ALIQUEM DEDUCERE**, Illud ab eo exigere, in Legibus Ratchis Regis Longob. tit. 7. [\*\*\* 4.] Astulphi Regis tit. 10. 11. etc.

**JURARE CONTRA PACEM**. Pœnitentiale Fulberti Carnot. Episc. : *Si quis Jurat contra pacem, uno anno pœniteat cum elemosynis, et redeat.*

**JURARE SUPER ANIMAM SUAM in porta Ecclesiæ super Librum et Crucem**. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 14.

**JURARE PER CAPUT CHRISTIANI**. Fori Oscæ ann. 1247. fol. 14 : *Christianus teneatur jurare Judæo usque ad sex denarios per caput unius Christiani : et de sex denariis per caput sui patris : et ultra duodecim denarios super librum et crucem.*

**JURARE CAPUT PATRINI**. Fori Oscæ ann. 1247. fol. 6 : *Si quis miserit in pignore cultellum, et qui acceperit, perdiderit illum : si valuerit 12. denariis inferius, dicendo suam veritatem aut Jurando caput patrinorum suorum, aut compatrium, ille qui impignoravit eum, quod tantum valebat, qui perdiderit illum, taliter emendet.*

**MAGNUM SACRAMENTUM**, in Regiam Majestatem lib. 1. cap. 12. § 4. quod fit ad S. Evangelia.

**JURAMENTUM dictum Aeffte t'iotg**, in Legibus Opstalbomicis Friscis cap. 23.

**Juramentum vel sacramentum Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, et Monachorum**, apud veteres Anglos, pro ordinis ratione, pluribus inferiorum personarum sacramentis pollebat. Egbertus de Ecclesiastica Institutione pag. 92 : *Interrogatio. Si necessitas coegerit, in quantum valet juramentum Episcopi, Presbyteri, vel Diaconi, sive Monachi ? Responsio. Ordines supradicti secundum gradus promotionis habeant potestatem protestandi : Presbyter secundum numerum 120. tributariorum : Diaconus vero secundum numerum 60. manentium : Monachus vero secundum numerum 90. tributariorum. Sed hoc in criminali causa. Cæterum si de terminis agrorum oritur altercatio, Presbytero liceat juramenti sui adestatione terram vid. unius tributarii in jus transferre Ecclesiæ.*

Recentiores aliquot jurandi formulæ, obiter a me observatas, hisce subjicere visum est operæ pretium. Mā τὸ θεῶν, apud Scholiast. Basilic. tom. 3. pag. 160. *Per animam patris sui, jurat Hugo M. apud Witkindum lib. 3. initio. Otto*

*Imp. apud Albertum Stadensem ann. 944. et Constantia Regina Roberti Regis Franc. uxor, apud Helgaldum Floriac. pag. 66. Vide Herimannum de restauratione Ecclesiæ S. Martini Tornacensis cap. 27. Per omnes gentes, Amalricus Comes Montisfortis, apud Odericum Vital. lib. 12. pag. 880. Per crucem, in Zosimæ colloquiis. Per lanceam S. Jacobi, Philippus I. Rex Franciæ in eod. Chron. cap. 8. 16. Per Christi sepulchrum, Amalricus Rex Hierosol. apud Nicetam in Manuele lib. 5. n. 5. Per coronam, imposita manu capiti, Fridericus II. Imperator apud Sanutum lib. 3. part. 11. cap. 11. Per vitam Regis et filiorum jurare vetant Lex Longob. lib. 3. tit. 24. [\*\*\* Cor. M. 117.] et Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 42. Per S. Stephanum et per Reges vel eorum filios Conjuraciones vetitæ in Capit. Caroli M. de diversis rebus ann. 789. cap. 10. Per caput Imperatoris jurat Nicephorus Phocas, postmodum Imperator, in Vita S. Nili Junioris pag. 106. Vide Scylitz. pag. 601. Luitprand. in Leg. Not. ad Cinnamum pag. 483. et Seldenum ad Marmoræ Arundel. pag. 147. Per suum nomen jurat Cosmas Patr. CP. apud Annam lib. 3. Alexiad. In Navigatione Luciani, Megapenthes tyrannus ait per nomen suum omnes jurasse. Per salutem Principum, Palladius in S. Chrysostom. cap. 14. Sozomen. l. 4. cap. 7. Godin. in Orig. Constantinopol. pag. 200. Gesta Regum Francorum cap. 13. Eadmerus in Vita S. Wilfridi cap. 41. 59. Acta SS. Nicandri et Marci, W. Neubrig. lib. 4. cap. 22. etc. Per Domini fidem, jurabat Robertus Rex Franciæ, apud Helgaldum pag. 64. 65. 66. Per caput Dei, Henricus III. Rex Angliæ, apud Matt. Paris ann. 1255. pag. 606. Per guttur Dei, idem Henricus apud eundem Scriptorem pag. 662. Per capillum Dei, Justin. nov. 72. Dei amorem jurare. Vide Visions Flotildæ pag. 625. Per meum caput, Hildephonsus Rex Aragonum apud Odericum Vital. pag. 893. v. tom. 2. Monast. Anglic. pag. 219. et Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ lib. 1. cap. 8. 27. Leo Sapiens Imp. apud Anonymum Combes. in eodem Leone n. 22. Per caput alterius jurare semper paratos Græcos Byzantios scribit Luitprandus in Legatione. Per salutem suam, Gregor. Turon. lib. 3. cap. 15. et Eddius Stephanus in S. Wilfrido cap. 32. 56. [Per salutem conjugis, Hieronymus adv. Jovin. lib. 1. cap. 18.] Per Regem Cætorum, Carolus M. apud Monachum Sangall. lib. 1. cap. 3. Per splendorem Dei, Willelmus Nothus, apud Oderic. Vital. pag. 536. [Le Roman de Vacce MS. de eod. Will. :*

Li Duc qui tout a escouté,  
Jura par la Resplendeur Dé,  
Ceu ert souvent son serement, etc.]

*Per barbam suam*. Vetus Poeta de Expu-gnatis Hierosolymis a Tito :

L'Empereur de Rome a sa barbe juré.

*Per Sion et Sinaï montem*, in formula 14. ex Baluzianis. *Per Barbam Ottonis*, Otto I. Imp. in Chronico Magdeburgensi MS. S. Germani Parisiensis ann. 952 : *E contra Rex affirmat per barbam Ottonis, quod suum jurasse fuit, etc.* Adde Gobe-linum Personam cap. 202. *Per coronam suam*, jurat Adelbero Trevirensis Archiepiscopus, apud Baldricum in ejus Gestis. *Per linguam Dei*, Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 221. *Per dentes Dei*, Joannes Rex Angliæ, in Chron. Flandr. cap. 17. *Per dentem Dei*, Rex Angliæ, in Monast. Anglic. tom. 3. pag. 221. *Per*

*Sanctum de Bethleem*, Ludovicus VII. Rex Francor. in Vita S. Vilelmi Abbatis Roschild. n. 22. *Per hoc et per hoc*, jurabat Willelmus Rufus Rex Angliæ, apud Eadmerum lib. 2. Hist. Novor. pag. 48. 54. 1. Edit. *Per creaturas*, in Egberti Pœnitentiali cap. 12. *Per S. Stephanum*, in Capitulari 3. ann. 789. cap. 10. *Per nomen Martyris*, apud Palladium in S. Chrysostomi Vita cap. 17. *Per templum Domini*, apud Anonymum in Pœnitentiali Græc. apud Morinum pag. 120. De cæteris juramentis consulendi Filesacus, Thomas Demsterus, et Bapt. Hansenius in libris de Juramento, et alii passim Criticorum filii. Hic enim sacramentorum genera inferioris ævi tantum attingimus.

\* Aliis jurandi formulis, quas congestit Cangius, has, quæ mihi occurrerunt, subjicere visum est. *Par la char Dieu*, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 20. *Par la char Nostre Seigneur*, in aliis ann. 1382. ex Reg. 121. ch. 97. *Par le corps Dieu*, in Memor. F. Cam. Comput. Paris. fol. 96. vº. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 188. ch. 76 : *Icellui Baron jura la couronne de Dieu qu'il tueroit les supphans. Par la quoisie Dieu jurare solitum comitem Suesionensem refert Joinvilla in Hist. S. Ludov. edit. reg. pag. 52. Par la sainte figure de Dieu*, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. ch. 112. ubi sacer Christi vultus, vulgo *La sainte Face*, designari videtur. *Par la mort Dieu*, in aliis ann. 1389. ex Reg. 138. ch. 48. *Per nascentiam Dei (tali enim juramento consuevit confirmare verbum suum) Stephanus rex Scotiæ*, etc. apud Jordan. in vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 259. col. 2. *Par le poitron Dieu sanglant*, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 110. ch. 190. Aliæ ann. 1389. in Reg. 135. ch. 286 : *Lequel suppliant a aucunes foiz accoustumé de jurer la forcelle Dieu. Par le sang Dieu et sa mere*, in Memor. E. Cam. Comput. Paris ad ann. 1391. fol. 268. rº. *Dieux en ait male feste*, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. ch. 172. *Malgré saint Néant*, in aliis ann. 1387. ex Reg. 152. ch. 109. *Par la teste Saint Nicolas*, in aliis ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 40. *Per plagas Dei*, in aliis ann. 1470. ex Reg. 196. ch. 356 : *Icellui Guillaume dist : Plagas de Dieu, tu ne l'enmeneras pas.*

† JURARE COMPAGNIAM, Societatem inire et juramento stabilire. Caffari Annal. Genuens. ad ann. 1157. apud Murator. tom. 6. col. 269 : *Et Compagniam novam Juraverunt, et Consules Communium et civium de melioribus civitatis eligere fecerunt.*

† JURARE CONSULATUM, Sacramentum præstare Consulatum suscipiendo. Idem Caffarus ibid. col. 263 : *Et quia ab Episcopo moniti in remissione eorum peccatorum, et a populo coacti fuerunt, vix tandem Consulatum per honorem civitatis Juraverunt. Qui postquam Juraverant, statim multum cogitando quomodo civitatem a somno eriperent.*

† JURARE FILIAM, Puellam sacramento respondere. Rigordus de Gestis Philippi Augusti Reg. apud Duchesnum tom. 5. pag. 31 : *Juraverunt ex parte Regis Angliæ quidam viri nobiles unam de filiabus Regis Tancredi Arturo futuro Duci Britanniarum. Vide Jurata.*

\* JURARE TERRAM dicitur vassallus, qui legitimo successoris domini sui, id domino ipso exigente, fidelitatem et homagium exhibiturum se juramento promittit. Charta Innoc. PP. III. in Chartul. Campan. fol. 1 : *Comes Henricus ad partes Ultramarinas iturus terram suam*

*Theobaldo fratri ejus fecit Jurari, si de illis partibus non rediret. Alia ejusd. PP. ibid. : Henricus comes Campaniarum atque Briarum profecturus in terram sanctam, baronibus et militibus suis jussit ut, si eum de Transmarinis partibus contingeret non redire, claræ memoriæ Theobaldo fratri suo intenderent, utpote terræ domino, faciens eos super hoc præstare corporaliter juramentum ; qui post mortem ejusdem comitis præfato Theobaldo tanquam Campaniarum et Briarum comiti, terris suis receptis ab ipso, fidelitatem et homagium præstiterunt. Quod quidem, Juratio vel Juramentum terræ appellatur, in Charta ann. 1213. ibidem fol. 86. vº.*

† JURARE HONOREM, Fidem et servitium polliceri. Agnellus in libro Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 184 : *Petronacius XLVI. qui Juravit honorem Karolo Imperatori.*

† JURARE MANDATA, scilicet, se ea servaturum. Bartholomæus Scriba Annal. Genuens. lib. 6. ad ann. 1227. apud Murator. tom. 6. col. 452 : *Potestas vero statim præcepit prædicto Guillelmo de Mari, quod sequenti die faceret omnes Consiliarios suos venire ante ipsum Potestatem, et Jurare mandata omnia et ordinationes ipsius.*

† JURARE REGIMEN, De officio bene gerendo sacramentum præstare. Regigimina Paduæ ad ann. 1320. apud Murator. tom. 8. col. 432 : *Dominus Altinerius de Zonibus de Tarvisio Potestas Paduæ a Kal. Febr. usque ad Kal. Augusti. Qui venit Paduam die ultimo Januarii, et incontinenti in pleno arengo Juravit suum regimen.*

† JURARE VITAM, MEMBRA ET BONA, De his omnibus securitatem sacramentum asserere. Epistola Innocentii PP. II. tom. 1. Operum S. Bern. Edit. 1690. inter Notas col. LVII : *Tam ipsis quam omnibus aliis qui cum eodem defuncto fuerant exsulati, vitam et membra et bona Juravit, et cum eo meliores de cognatione ipsius eandem securitatem Jurarunt. Conventio ann. 1251. inter Carolum I. Andegav. et Provinciæ Comitem et Arelatenses : Juraverunt etiam eidem domino Comiti et suis heredibus in perpetuum fidelitatem et vitam, et membra ipsius et suorum officialium, et jura ejusdem bona fide totis viribus defendere et salvare, et damna ejus coercere pro posse, etc.*

† JURARE ALIQUEM PER TERRAM SUAM, mendum pro *Jurare*, in Charta ann. 1230. tom. 4. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 90.

\* JURARE LANGUOREM dicebatur is, qui ne juri die assignato staret, morbum obtendebat, cui *Terminum languoris* concedebant iudices, ut legitur in Scacar. S. Mich. apud Cadomum ann. 1223. Scacar. Paschæ ann. 1218. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 19. vº. col. 2 : *Judicatum est quod de duabus querelis possum duos adversos attornatos facere, et uterque eorum potest facere essonias suas et Jurare Languorem.*

\* JURARE VIDENDUM, Vox forensis. Lit. procurat. inter Formul. MSS. Instr. fol. 38. vº. : *Positionibus et articulis adversæ partis respondendum, crimina et defectus opponendum, testes adversæ partis Jurare Videndum in ipsos et eorum dicta, exceptiones cujuscumque generis proponendum, etc. In alia form. ibid. : Testes adversæ partis Jurare Videndum, in ipsos et eorum dicta dicendum, exceptiones, etc.*

† Juramentum Regis Angliæ, quod præstat cum coronam acceperit, hic referre post Wanleium de Ant. Litter.

Septentr. pag. 284. operæ pretium duximus : *Sire, volletz vous graunter et garder, et per votre serment confermer au people d'Engleterre les leys et les custumes à eux grauntés, et per les anciens Reys d'Engleterre vos predecessours deiturs et devotz à Dieu, et nomement les leys et les custumes et les franchises grauntez à la Clergie et au people par le glorious Roy Seint Edward vostre predecessour ? Resp. Jeo le graunt et promet. Interrog. Sire, garderetz vous à Dieu, et à Seint Eglise, et à le Clergie, et au people pes et accord en Dieu entièrement selon vostre power ? Resp. Jeo le garderay. Interrog. Sire, fretz vous fayre en toutz voz jugementz owel drayt, justice et discrecion et en misericorde et verité à votre power ? Resp. Jeo le fray. Interrog. Sire, graunteretz vous à tener et garder les leys et custumes dreyturs les queux la Comonauté de vostre Realme avera esluz, et les defenderetz et enforceretz al honour de Dieu à vostre power ? Resp. Jeo le graunt et promet.*

† 1. JURARIA, Officium seu dignitas Scabini, vel Jurati urbis. Instrum. ann. 1255. ex Tabul. Corbeien. : *De Jehanne Halegrin quem ipsi amoverant de Juraria, propter hoc dictus Abbas ipsum fecerat scabinum : ipsi dixerunt quod pro re quæ attingeret D. Abbatem, nec Ecclesiam tangeret, nec scabinatum, ipsum non amoverant ; et super hoc offerebant se jurare ; et D. Abbas eis remisit juramentum ad instantiam bonorum.*

\* Vel potius Incolarum urbis vel oppidi universitas, sacramento invicem certisque legibus adstricta, communis jus atque privilegium, nostris *Jurage*, et *Jurée*, eadem significatione. Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 662 : *Nous souffisaument enformez sur ce... abatons ladicte commune (de Royz), Jurage, eschevinage et tout l'estat d'icelle. Stat. ejusd. ann. ibid. pag. 612 : Hommes tant de Jurée comme de morte-main, etc. Vide Juredium.*

\* 2. JURARIA, Officium eorum, qui rebus vendendis pretium imponebant, qui *Jurati* appellabantur, quod de officio bene gerendo sacramentum præstarent. Correct. statut. Cadubr. cap. 78 : *Ordinamus quod omnes et singuli Jurati Cadubrii vinculo sacramenti in villis suis et contractis teneantur et debeant secum vocare duos aut tres de suis vicinis non suspectos, et... accedere statim cum ipsis Juratis ad domos eorum, qui voluerint vendere res ad minutum, ad pondus vel mensuram, prout in statutis, et eas ponere ad manum (leg. metam) : ... et meta imposita per dictos Juratos et homines penitus observetur, et in eandem penam incidant ii, qui ultra metam impositam vendiderint... Quotiescumque officium Jurariæ obvenerit alicui hospiti sive tabernario... ex rotulo, ipsi non possint dictum officium exercere ; sed inveniantur alii loco ipsorum, propriis eorum expensis, qui prædictum officium exercent juxta ordines. Hinc *Mettre en jurée*, pro *Estimatione rerum a juratis facta, eas præconis voci subjicere, vulgo Décréter*. Lit. remiss. ann. 1481. in Reg. 209. Chartoph. reg. ch. 188 : *Guillaume Bethon avoit fait mettre en Jurée et passer par décret au siege des pletz de la baronnie de S. Vigor le grand, ... certains héritaiges.**

1. JURATA, Desponsa, pacta, sacramento interposito, cap. *Ex literis, de Sponsalib. impuber.* [2º Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 11.] : *Puella quædam anno 12. Jurata et desponsata fuit cuidam puero*

9. vel 10. annorum. [Le Roman d'Athis MS. :

Cardiones aime et desiro,  
Se il voulsist Gaiele amer,  
Ja ne feust mestier du celer,  
N'y eust rien de deshonneur,  
Je lui donnasse par amour,  
Pourtant s'elle est ailleurs Jurée.

Infra :

Pour ce s'elle est ailleurs Promise  
Tout l'auras tu à la devise.]

2. **JURATA**, Anglis, est numerus duodecim legalium hominum juratorum, per quos omnis fere facti probatio fit, et ex quorum *veredictum* iudex sententiam suam conficit et profert. Duplex autem iudicium est species : altera quæ fit per *assisam* ; altera per *juratam*, vel per *assisam in modum juratæ*. Per *assisam* lites dirimuntur, quæ instrumentis aut chartarum probationibus innituntur, vel cum partes de facto consentiunt, aut de assisa. Per *juratam* vero, quæ incertæ sunt, nec constant, ita ut vel per *inquisitionem*, vel per *juratorum* ac *Sacramentalium* depositiones, quas *veredicta* vocant, rerum veritas a iudicibus indagari debeat. Quæ quidem iudiciorum edendorum forma posterior ab Henrico II. Rege Angliæ manasse dicitur, quo duellum ab ordinariis iudiciis amoveret. [\* Vide Philips. Hist. Jur. Anglic. tom. 2. pag. 129. 293. 297. sqq. Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 785.]

Hanc revocasse Henricus II. longe probabilis dici potest, quam instituisse ; quæ enim a Normannis in Neustriam primum inducta, in Angliam deinde inducta esse videtur sub Guillelmo I. qui elegisse dicitur ex Comitibus duodecim Anglos, qui iurati leges suas ei declararent ; quod secutus Odo ejus frater 12. Juratos in causa Episcopi Rofensis adhibuit. Verum nec Normanni ipsi hujuscæ iudiciorum formæ auctores ; eam quippe a Gothis mutuasse videntur, quorum ea semper politiæ fuit ratio, ut cuique iudici, ac Regi etiam, in iudiciis adessent 12. viri adsores iurati, quorum erat de summa controversiæ, quod ad factum, iudicare. Prævalentibus exinde ordalio, duello et compurgatione, mos iste in desuetudinem abiit. Hunc restituere conatus est Rex Regnerus circa ann. 820. Et penitus renovavit Waldemar I. ann. 1163. ut iudicium ferri candentis abrogaret, quod patet ex ipsius decreto a Petro Reseno in notis ad Canuti II. jus Aulicum edito. Plura vide apud doctissimum Hiccesium in Dissert. Epist. pag. 38. et seqq.

*Juratarum* variæ sunt species, *delatoriæ* scilicet, et *judiciariæ*. *Jurata delatoria* ea est, quæ delinquentes rimatur, eorumque nomina una cum delictis ad iudicem defert, ut in examen vocati juris subeant sententiam, sive ad condemnationem, sive ad deliberationem : dicitur hæc etiam *Inquesta*. Duplex est hæc *Jurata*, *major*, et *minor*. *Major*, cui totius Comitatus lustratio, ut in *Assis* et *Sessionibus Pacis*, nec non in Curia Regii Tribunalis demandatur, et alias dicitur *Grandis Jurata*, alias *Magna inquesta*. *Minor*, cui minor iurisdictio, ut unius Hundredi in *Sessionibus Pacis* creditur.

**JURATA JUDICIARIA** ea est, quæ de summa litis, quoad factum, decernit, priusquam iudex de jure pronuntiet. Hæc item duplex est, *civilis* et *criminalis*. *Civilis*, quæ in civilibus actionibus inter subditum et subditum cognoscit. *Criminalis*, quæ de criminalibus inter

Regem et subditum, et ex hoc genere illa est, quæ Anglis dicitur, *The Jury of life and death*, id est, vitæ et mortis *Jurata*. Singulæ autem curiæ quæ de jure agunt, suas habent *juratas*, sed alicui supradictarum specierum referendas.

*Juratorum* numerus fere semper est duodenus. In *delatoria* excedere, si iudici placuerit, non autem deficere potest. In aliis interdum minor est, ut in quibusdam *Juratis inquisitoriis* apud Glanvillam lib. 13. cap. 15. et 16. ubi 8. juratores tantum sunt. Cæteroquin *Judiciariæ Juratæ* semper constant duodenario *Juratum* numero, vel e duplicato si prior *jurata* falsi convincenda sit. Exemplum habetur apud Thomam Walsinghamum pag. 276. Adde Nicolaum Uptonum lib. 4. de Militari offic. pag. 168. Existimant plerique, atque in iis Edw. Cokus ad Littletonem, et Spelmannus, duodecimvirale istud collegium altioris esse originis, et ab ipsis Anglosaxonibus manasse, cum in Legibus Ethelredi apud Vanatingum editis, § 4. apud Bromptonum hæc legantur : *Habeantur placita in singulis Wapentakis, ut exeant seniores 12. Thayni, et Præpositus cum eis, jurent super sanctuarium, quod eis dabitur in manus, quod neminem innocentem velint accusare, vel noxium concelare*. Sed hæc ad iudicium potius numerum videntur spectare, etsi revera *Juratores* iudicium vicem functi fuerint, cum ex eorum *veredictis* iudex teneretur iudicium suum edere.

Sic porro proceditur ad *Juratam judiciariam*. Iudex cognita ex partibus litigantibus controversia, de qua lis est, tenentem seu actorem interrogat, si aliquid velit vel sciat dicere, quare assisa teneatur vel non teneatur. Si lis est hujusmodi, ut per *juratam* dirimatur, *Justitiarius* debet dare *Breve*, per quod *Viccomes summonere* jubetur per *bonos summonitores duodecim liberos et legales homines de vicineto de illa villa, ut sint coram se, et iustitiis suis ad illum terminum parati sacramento recognoscere, si, etc. et nomina eorum imbrevari faciat, ac denique per bonos submonitores illum, contra quem tenens agit, submoneat, quo juri stet*. Hæc est formula *Brevium* in iis casibus, quæ habetur passim apud Glanvillam lib. 13. Bractonum, Littletonem, et in *Fleta*.

*Juratoribus* in jure stantibus, licet partibus excipere contra *juratores*. *Iisdem enim modis amoveri possunt a sacramento, quibus etiam testes amoveantur a juramento*, inquit Bracton. Si tamen ex consensu partium semel eligantur, amplius recusari non possunt, nisi ex nova et recenti causa superveniente. Cum autem partes in *juratores* consenserint, tunc procedit *Assisa*, et jurant ii in hac forma, et primus per hæc verba : *Hoc auditis, Justitiarii, quod veritatem dicam de Assisa ista, et de tenemento, de quo visum feci per præceptum Domini Regis, et pro nihilo omittam, quin veritatem dicam : Sic me Deus adjuvet, et hæc sancta*. Tum cæteri in eundem modum jurant.

Facto autem sacramento, Prænotarius virtutem *Brevis* legit ad instructionem *Juratum*, hoc modo : *Vos dicetis per sacramentum, quod fecistis, si, etc.* Quo facto, *juratores* in aliquem locum secretum conveniunt, habentque ad invicem inter se colloquium de hoc, quod eis injungitur faciendum, ad quod etiam nullus habere debet accessum, nec cum eis colloquium, donec suum dixerint

*veredictum*. Addit Spelmannus, *Juratores* tum servari a lictore seu ballivo, absque aliorum omnium consortio, sine cibo, sine potu, sine ignis et candelæ beneficio, donec inter se conveniant de quæstione : unanimesque ab iisdem ad iudicem reduci, a quo rogatis sitne postulatus *sons*, aut *insons* rei litigatæ, respondet ex assensu reliquorum primus *juratæ*, verbo unico, *Giltie*, id est, *sons* : vel *Not Giltie*, id est, *insons* : et hæc responsio *veredictum* appellatur. Similiter proceditur in *juratis* criminalibus. Ita etiam vetus Consuetudo Normanniæ cap. 85 : *Lors voient les Jureurs à conseil, et soient gardez par loyal garde, que leur vérité ne soit corrompue par mauvais ammonoistemens*.

Si in veritate dicenda sibi invicem sint contrarii, ita quod in unam non conveniant sententiam, tum de consilio Curiæ *afforciatur* assisa, ita quod apponuntur alii juxta numerum majoris partis, quæ dissenserit, vel saltem quatuor vel sex, et adjunguntur aliis ; vel etiam per seipsos sine aliis de veritate discutunt, et iudicant, et per se respondent, sicque eorum allocatur *veredictum*, et tenet, cum quibus ipsi convenerint. Cum autem post sacramentum suum dixerint *veredictum* suum, profertur iudicium, nisi aliquid dixerint obscurum, propter quod *Justitiiarii* inducantur ad examinandum. Possunt etiam *Recognitores* totam rei veritatem brevibus et paucis verbis *Justitiariis* exponere, si omnia plana sunt et aperta, et nihil in obscuro. Sed si talis oriatur dubitatio vel obscuritas, quod solutio difficilis existat, tunc coguntur ea, quæ obscura sunt manifestius et aperta declarare, si hoc eis sit possibile, et *Justitiiarii* secundum dicta eorum procedunt ad iudicium. Sed si illud obscurum vel dubium declarare non possunt aliquo modo, scilicet nec ipsi *Recognitores*, nec alii, qui fuerint ad hoc vocati pro *aforciamto*, tunc partes inducuntur ad concordiam, vel ponitur iudicium usque ad magnam Curiam, et ibi de consilio Curiæ terminatur iudicium. Si autem omnia plana sunt, *juratorum* statur *veredicto*, siquidem bene juraverint : si enim male, locus erit *convictioni*. Si denique obscura dixerint et dubia, ita ut eorum *veredictum* duplici sensu accipi possit, tunc locus est *certificationi*, quæ locum habet, si *juratores* minus plene fuerint examinati vel si minus plene responsum sit ad interrogata, ita quod obscura dixerint, vel ambigua, vel justo errore decepti fuerint : tunc enim examinato recordo, locus est *certificationi*, ita ut *juratores* de incerto faciant certum, et de dubio verum, et de errore revocentur ad veritatem. Quod si male juraverint, locus erit *convictioni*. Tum enim ad querelam ejus, qui per *assisam* amisit, convincuntur de perjurio, quod fit multis modis. Quandoque enim per sacramentum 24. legalium hominum, ut est in Regiam Majestat. lib. 1. cap. 14. § 2. Quandoque ex ore proprio per examinationem iudicis, et quandoque ex propria voluntate et pœnitentia, in quibus casibus pœna non est infligenda. Cum autem *juratores* erunt convincendi, videndum erit, quot *juratores* fuerint in *assisam*, vel in *inquisitionem*, ut quilibet duos habeat *convictores*, et si plures habeat, non nocet, quod omnes sint ejusdem conditionis, vel melioris, cujus sunt 12. *juratores*.

*Juratores* autem, uti supra innuimus,



debet esse de *vicineto*, non autem in alia provincia commorantes, *liberi et legales homines*, non essonabiles, vel suspecti, infra ætatem, aut languidi, quod maxime cavetur: quia, ut est in Fleta, Hundredarii, Ballivi, et Servientes Regis populam sibi subditum gravare consueverunt, ponendo in assisis et juratis homines languidos, et perpetuo vel temporali languore detentos, ac homines tempore submonitionis in patria non morantes, nec non etiam submonendo superfluum hominum multitudinem, ita quod quosdam dimitterent in pace, prece vel pretio, et a quibusdam denarios et alia munera extorquerent, per quod assisæ et juratæ frequenter per pauperes et insufficientes capiebantur, divitiibus et discretis pro suo dando domi commorantibus. Statutum est igitur quod de cætero non summonerentur in una assisa plures quam 24. senes etiam 70. annorum et ultra, perpetuo languidi, vel etiam tempore submonitionis infirmi, vel in patria non morantes, in minoribus assisis non ponerentur, etc. Hæc fere ex Bractono lib. 4. tract. 1. cap. 34. Fleta lib. 4. cap. 5. 9. lib. 5. cap. 20. et Littletone sect. 234. et iisdem, quibus illi verbis, quæ ut *formalia* servare operæ pretium duximus.

¶ **JUREA**, Eadem notione, in Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 60. v. ubi tredecim viris suo proprio nomine recensitis, qui in *Jurea de Carpicheto Juratores* fuerant, tandem concluditur in hunc modum: *Omnes isti homines dixerunt super juramentum suum, quod quando Adam filius Rogeri recepit manerum de Carpicheto, murus erat integer circa grangiam, grangia nova et portæ cum seris: modo non est ita. Leges Normannicæ apud Ludewig. tom. 7. pag. 281: Hujusmodi Jurea debet fieri per XXIII. homines ad minus, legales, non suspectos, quos nec favor nec odium a Jurea debet amovere.*

¶ *Jurée*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1866. ex Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 321: *Comme en la ville d'Alleux li sires... une fois l'an ou plus peut faire une franque vérité, Jurée et apris par claim suz ses subjects... soupçonnez d'aucun mauvais cas et vices.*

3. **JURATA**, seu *Jurée*, in Regesto Olim fol. 115. Campanis nostris tributum, quod *Juratis* burgensibus imponitur, et domino feudali præstatur. Ejusmodi autem erat, ut quis *Juratus* sex denarios de *librata* bonorum mobilium, et 2. denarios de *librata* immobilium, facta ad id eorum æstimatione, domino quotannis exsolveret, a Majore et *Juratis* exigendos: ut est in Charta Libertatum Trecentium Theobaldi Campaniæ Comitum, quam refert Pithœus ad Consuetud. Campan. art. 2. Assisiæ Campaniæ ann. 1285. fol. 29: *Juhens de Gienville homs le Seneschal de Champ. disoit, que les gens le Comte de Champagne vouloient avoir Jurée de lui de la moitié de tous ses biens meubles et immeubles, etc. Computum terræ Campaniæ ann. 1348: Despens pour faire tailles et Jurées, etc. Sergens pour admonester icelle Jurée en faisant et imposant ladite Jurée, etc. Les Maregliers de S. Estienne de Troyes et de S. Loup se disent francs de Jurée et de taille. [Regestum Magn. Dier. Campaniæ ann. 1285. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 921: *Visa litera Libertatis Henrici Larmeurier a Rege sibi concessa, quandiu placuerit Regi: uxor ipsius quitta erit et libera a Jurata, quandiu placuerit domino Regi.*] Adde Probat.*

IV

Hist. Castillonensis pag. 195. 196. Pithœum loco citato, et Raguellum in hac voce.

¶ *Juret*, eadem, ut videtur, notione, in Lit. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg.: *Plusieurs de nos fermes, tant de nostre demaine comme de nos aides, et aussi nostre halage, tabellionage et Juret et autres fermes seront de gainneur prouffit.*

¶ **JURATBLIS**, pro *Jurabilis*, de quo juratur. Vide *Feudum Jurabile*.

¶ **JURATA**, *Jurati* officium. Stat. Rob. reg. Sicil. MSS. cap. *De officio magistri jurati.... Hæc et alia ad prædictum officium magistræ Juratiæ spectantia, etc.* Vide in *Juratus* 1.

**JURATICUS**, *Scholasticus, Juris peritus*, in Gloss. Isidori. Vide *Jurista*.

1. **JURATIO**, Sacramentum, quo vassallus sese adstringit erga Dominum castrum suum ei redditurum irato et pacato. Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 65: *Tandem devenimus in hunc modum pacis, quod nos quitamus et concedimus in perpetuum dictum feudum de Boleria et feudum de Mesuncellis, et Jurationem dictæ domus de Mesuncellis, etc.* Vide Dissertat. 90. ad Joinvillam, [et supra *Feudum Jurabile*.]

2. **JURATIO**, Alia notione. Vide supra *Jurare terram*.

¶ **JURATORIA**, Fidejussio sacramento firmata. Charta Clement. IV. PP. ann. 1267. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom.: *Omnia vero recipiatis ab ipsis, Juratorias et alias cautiones, quas poterunt exhibere.*

**JURATORES**, Idem qui sacramentales, compurgatores, uti attigimus in voce *Juramentum*. Latinis vero Scriptoribus *Jurator* dicitur, qui ad juramentum adigit: *juratus*, qui juravit. Vide *Turnebum* lib. 19. Advers. cap. 12.

**JURATORES** præterea erant ii, qui vice alterius jurabant. Verbi gratia, apud Vitalem Episcopum Oscensem: *Infancio non tenetur jurare in prima vice in quantitate, quæ sit usque ad centum solidos: sed debet Juratorem, qui juret.* Henricus Huntindon. lib. 7. pag. 373: *Junior Wilhelmus 7. anno regni sui, provocatus a fratre suo, quod jusjurandum non servasset, transfretavit in Normanniam. Cum ergo fratres simul venissent Juratores omnem culpam regi imposuerunt. i. qui in illius animam juraverant. Adde Ekeardum Junior. de Casib. S. Galli cap. 1. pag. 46. Vide *Jurare in animam alterius*.*

**JURATORES**, JC. Anglis dicuntur duodecim homines, qui in quolibet fere judicio sive civili, sive criminali, de facto prius decernunt, quam judex de jure pronuntiet. Ita Cowellus. *Horum porro 12. Juratorum ad minus quatuor esse debent de Hundredo, ubi villa, in qua factum, de quo contenditur, fieri supponitur, sita est: et quilibet Juratorum hujusmodi habere debet terras et redditus pro termino vitæ suæ ad minus ad valorem annuum 40. sol. et hæc ordo observatur in omnibus actionibus et causis criminalibus, realibus et personalibus, præterquam ubi damna vel debitum in personalibus non excedit 40. marcas monetæ Anglicæ, quia tunc non requiritur, quod Juratores in actionibus hujusmodi tantum expendere possint, etc.* Verba sunt Joan. Fortescuti de Laudib. Legum Angliæ cap. 25. ubi, ut et cap. 26. *Juratarum* Anglicarum ordinem describit, et pluribus commendat. De iis etiam agit Statutum 2. Westmonasteriense cap. 42. Historia fundationis Prioratus Dunstapulensis in agro

Bedfordiensi in Anglia: *Nunquam coram Justitiariis itinerantibus, vel aliis domini Regis ministris extra villam Dunningstable, et libertatem, responderunt; sed Justitarii et ministri domini Regis ad Dunstable divertebant, et per sacramentum 12. Juratorum de burgensibus, sine associatione alicujus extranei, omnia placita terminabant.* Adde tom. 2. Monastici Anglic. pag. 221. Cujusmodi vero fuerit, et quibus verbis conceptum juratorum in juratis sacramentum, habent idem Fortescutus, Bracton. lib. 4. tract. 5. cap. 4. et Fleta lib. 5. cap. 12. et 22. Vide veterem Consuetud. Norman. cap. 69. et supra *Jurata* 2.

**JURATORES ONERATI**. Vetus Inquisitio apud Dugdalem in Antiquitat. Warwicensis Provinciæ pag. 665: *Inquisitio 12. Juratorum capta ad hunc visum coram Galfrido de Okenham Senescallo per sacramentum Ancelmi de Cliftona, etc. Juratorum oneratorum de antiquis consuetudinibus istius domini, etc.*

¶ **JURATORES de Deo vel de Virgine Maria vel de Sanctis**, Qui de Deo et Sanctis contumeliose loquuntur, in Statutis Jo. Piscis Aq. Archiep. correctis per Ægidium Cardinalem Commissarium delegatum apud Montem Flascorem 2. Octob. 1368. ex Schedis Præsidis de Mazaugues.

¶ **JURATORIUS**, Juramento confirmatus. Vita Innocentii III. PP. ex Baluzio, apud Murator. tom. 3. pag. 491. col. 2: *Respondit quod in spiritalibus absolute pareret, in temporalibus autem justis mandatis parendi Juratoriam cautionem.*

**JURATUS**, Sacramento adstrictus alicui domino. Gloss. Gr. Lat. MS. ὁμορής, ὁ θυνοός, *Jurator, Juratus*. Statius lib. 2. Thebaid.:

..... Exit in unum  
Plebs ferro Jurata caput.

Lib. 7:

..... Et meritas ultro Jurastis in iras.

In Propempt. Metii:

Imbellis, tumidoque nihil Juratus Atridae.

In Soter. Rutillii:

..... Et sole sub omni  
Promeruit Jurata manus.

Claudianus de bello Gildonico:

..... Iterum post me Conjurat in arma  
Progenies vesana jubæ, bellumque resumit.

Will. Brito lib. 2. Phil.:

In Comitibus partes Juratus, millia multa  
Mittit ei juvenes clara virtute coruscas.

Idem lib. 4:

Cujus ego miles, cui sum Juratus in arma.

Capitulare Arechis Principis Benevent. editum a Camillo Peregrino, § 1: *Si quis homo pauper absque parentibus, nihil etiam habens ex quocunque negotium, secundum legem potenti homini Juratus fuerit, decernimus, ut solus prevetur (præter) sacramentum.* Hildebertus Cenoman. Episcop. Epist. 33: *Officiosissima est gratia Dei, et velut in eorum Jurata obsequium.* Charta de Chableis in Tabulario Campaniæ Thuani fol. 189: *Omnes homines, quotquot sunt apud Chableias, sive Milites, sive filii Militum, qui habent ætatem, cujuscumque conditionis, debent esse Jurati Comiti suo sub hac forma: Ego juro, quod ego ero fidelis Comiti de cætero, et quod ego servabo membra ejus et honorem ejus pro posse meo, sic me Deus*

*adjuvet et hæc sancta.* Chronicon Franciæ Sandionysianum in Philippo I. cap. 4 : *Et ala sur li à armes et sur ses aides : c'est sur le Comte Mahieu de Beaumont, et sur Drouet le Seigneur de Monci, qui estoient Jurez de cette entreprise.* Le Roman de Jordain :

Ja vous iestes mi home et mi Juré.

\* *Jurats*, eodem sensu, dixerunt Poetæ Provinciales : hinc Dalph. Alvern. ad Ricard. reg. Angl. :

Anc non fui vostre Jurats.

\* *JURATUS*, Qui de officio bene gerendo sacramentum præstitit. Charta ann. 1406 : *Per Guillelmum Palhemon clericum, fidelem commissarium nostrum dictæque cancellariæ Juratum, etc.*

\* Hinc *Pais juré*, Pagus juramento fœderatus, in Lit. remiss. ann. 1447. ex Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 216 : *Le suppliant et un autre homme de guerre.... alerent courir une parroisse du Pais juré, tenant le party de nos anciens ennemis et adversaires les Anglois.*

*JURATUS AD ASSISAM*. Modus tenendi hundredum pag. 130 : *Item dicunt, quod S. natus domini est ætatis 20. annorum, et manet infra istud dominium per annum et diem, et non est Juratus ad Assisam domini Regis, ideo ipse in misericordia.*

*JURATI AD ARMA* : Mandatum super *Juratis ad arma*, in Addit. ad Matth. Paris pag. 149 : *Et ad videndum, quod singuli habeant arma, ad quæ sunt Jurati, et jurari debent.* Aliud Mandatum ibidem : *Et convenire faciant coram eis (Vicecomites) in singulis hundredis, civitatibus et burgis, cives, burgenses, libere tenentes, villanos, et alios ætatis 15. annorum usque ad ætatem 60. annorum, et eosdem faciant omnes Jurare Ad Arma secundum quantitatem terrarum et cattallorum suorum : scilicet ad 15. libratas terre, unam loricam, capellum ferreum, gladium, cultellum et equum. Ad 10. libratas terre unum haberetum, capellum ferreum, gladium, cultellum, et equum. Ad centum solidatas terre, unum per punctum, capellum ferreum, etc.* Mox in eo Mandato additur, ut *Jurati ad Arma* teneant, quoties contigerit *hutesium levari* super perturbatores pacis vel malefactores, aut latrones, eos insequi de villa in villam, donec capiantur. Fleta lib. 1. cap. 24. § 12 : *Item quod quilibet in ætate 15. annorum et 60. ætatem in domo sua habeat arma secundum quantitatem terre suæ, aut cattallorum suorum, et quod ad hoc sint omnes liberi hujuscemodi ætatis in patria morantes Jurati, etc.* § 13. *Qui minus in cattallis habuerit quam 20. marcatas, ad gladios, cultellos, et alia minuta arma sint Jurati.*

† *JURATUS*, Consul, Scabinus, Consiliarius urbis, Gall. *Jurat*, ut in plerisque Consuetudinibus municipalibus, quas Raguellus laudat in hac voce. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. SS. Junii pag. LXVI : *Item quando scribemus Consulis vel Juratis alicujus universitatis nobis subditæ, scribetur sic : Jacobus... fidelibus nostris Juratis civitatis Majoricensis, vel Consulis villæ nostræ de Perpiniانو salutem et gratiam.* Testis est Valesius in Notitia Gall. pag. 488. in veteribus Tabul. passim mentionem fieri *Portus* et villæ *Rupellæ*, et *Præposituræ* vel *Præturæ villæ* ; Majoris et *Juratorum Rupellæ*, vel Majoris atque *Consilii Communis Rupellæ* : ubi nomine *Juratorum* vel *Consilii Communis* Scabini Paresque designantur. Nam hodie-

que, inquit, *Rupellæ* sunt 24. Scabini et 76. Pares, qui Centumviri vetus collegium et corpus *Rupellæ* componunt, ac quotannis unum e suis Majorem delingunt. Charta Wenceslai Ducis Brabantiae ann. 1378. apud Miræum tom. 2. pag. 1027 : *Concessimus eis et dedimus, quod ex viginti et uno Juratis de consilio prædicti oppidi (Lovanii) nostri, nunc et imposterum singulis annis erunt undecim Jurati ex bonis nostris hominibus patriciis Lovaniensibus, et decem Jurati ex bonis nostris hominibus opificum.* Synodus Valentina ann. 1566. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 132 : *Omnes Consulis, Juratis aliisque civitatum Præfectis, etc.*

\* Charta pro Libert. castri S. Joan. ann. 1227. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 386. art. 1 : *In primis ut eligant quatuor homines, qui jurent fidelitatem castri et habitantium in eo ; et talem habeant potestatem et jurisdictionem in castro S. Johannis et in appendiciis suis, qualem habent apud Divionem major et Jurati communis Divionensis, ... et illi quatuor Jurati possint mutari per singulos annos.* Paulo post Scabini nominantur. Charta ann. 1295. in Lib. sal. S. Th. Argent. fol. 19 : *Et specialiter super jure præsentandi seu dandi sibi a dicto capitulo unum Juratum, vulgo dictum Scheffel. Juré, pro scabino simul et cive jurato, legitur in Libert. S. Joan. Ange-riac. ann. 1331. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 676. art. 2 : Lesdicts maire et Jurez ont la prinse, détencion et cognoissance de tous leurs Jurez, etc.*

† *JURATI* plerumque etiam dicuntur quilibet Oppidani, qui acceptis a Rege vel Domino communis juribus ac privilegiis mutuam sibi fidem jurabant, ut videre est in Litteris Johannis Comitis Pontivi pro Abbatis villa ann. 1184. concessis et insertis in Litteris Johannis Franc. Regis ann. 1850. apud D. Scousse tom. 4. Ordin. Reg. pag. 55. et seqq. Sic. ibi n. 1 : *Statutum est itaque et sub religione juramenti confirmatum, quod unusquisque Jurato suo fidem, vim, auxilium consiliumque præbebit, et observabit secundum quod justitia dictaverit.* Et n. 4 : *Si inter Juratum et Juratum, vel inter Juratum et non juratum, de re mobili questio oriatur, ad Vicecomitem meum de eo clamor fiet, vel ad Dominum Vicecomitatus illius, in quo manebit qui fuerit impetitus.* Passim ibi memorantur *Jurati*, palamque a *Scabinis* distinguuntur. Vide *Commune 2.*

† *JURATI*, nude, vel *Jurati magistri*, in collegiis artificum dicuntur, qui invigilant, ut statuta quæ totius corporis utilitatem spectant, diligenter observentur, Gall. *Jurés, Maitres jurés.* Robertus Coulet in Compendio Jurium Universitatis Paris. fol. 11 : *Pergamenarii quatuor, scilicet quatuor magistri Jurati, etc.*

† *JURATUS DISCIPULUS*. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassensis ann. 1351 : *Ego Huguetus Artusii Clericus de Crassa, Discipulus Juratus ejusdem hanc cartam scripsi.*

\* *JURAVISUS*, Computi vel facti probatio coram iis, qui id ex officio vel jure præstant. Charta Phil. V. reg. Franc. ann. 1320. ex Reg. Cam. Comput. in Bibl. reg. sign. 8406. fol. 103. r. : *Vosque et alios baillivos nostros, qui coram dilectis et fidelibus gentibus compositorum nostrorum Paris. ad Juravisus facere, non latere probamus, etc.* Vide *Jurata 2.*

\* *JURAX*, Qui conjurat, conjurans, Italis, *Congiurante*, Gall. *Conjurateur.*

Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 240 : *Et potestas et anciani teneantur diligenter inquirere Juracem, et scire qui fuerint illi qui cum armis tracerint, vel iverint ad rumorem vel mæsciantiam.* [Fr.]

† *JURCTUM*, ῥυβός. *Sepulcrum*. Suppl. Antiq. [\* Ita et in Gloss. Lat. Gr.]

† *JUREA*. Vide in *Jurata 2.*

*JUREDIUM*. Charta Rotroci Comitis Perticensis ann. 1126. apud J. B. Souchetum ad Vitam S. Bernardi Tironensis Abb. qua concedit *rachata, venditiones, armaturam, equitaturas, laudimia, relevamenta, tallias, corveias, biannos, fidem, homagium, Juredium, retentionem feudi per advocatum, etc.* Ubi *Juredium* videtur esse, quod Practici nostri *Jurée* vocant, seu *Jurata*, quæ est species jurisdictionis, quæ exercetur a Scabinis inter juratos, qui *hommes et femmes de jurée* dicuntur in Consuetudine Vitriacensi art. 78. *Redevables de jurée*, id est, *juratæ obnoxii*, in Trecenti art. 2. *Jurez de Commune*, in Rupellensi art. 21. [Vide *Jurata 3.*]

\* *JURELLA*, Piscis species. Vide supra *Donzella.*

*JURE-MANENTES*, Qui residentiam in loco debent ex jure debitam. Leges Forestarum Scoticar. cap. 7. § 1 : *Si copia glandis in foresta Domini Regis contigerit, Forestarius debet citare tam burgenses quam Jure-Manentes, ut porcos suos adducant, etc.*

*JURE-MANENTIA*, quæ alias *resseandisia*. Charta Theob. Campaniæ Comitis ann. 1233. apud Chopinum lib. 3. de Sacra Polit. tit. 3. n. 9 : *Et Jure-manentiam, quam habent in dictis villis, etc.*

\* *JUREPATRONATUS*, unica voce, *Jus patronatus*. Vide in *Patronus 2.* Charta ann. 1457. inter Leg. Polon. pag. 187 : *Cum omnibus et singulis dicti ducatus... collationibus, Jurepatronatibus, etc.*

\* *JURETICUS*, *Scholasticus*, *legisperitus*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Vide *Juraticus.*

† *JURGIUM*. Chronicon Cavense apud Murator. tom. 7. col. 958 : *Statuimus igitur, ut omnes et singuli Abbates... de foris venientes sine cuculla... ac sine calcariis vel stivaris vel Jurgis portam monasterii nostri intrare non audeant, nec secum in ipso monasterio arma deferre præsumant sine nostra speciali licentia.* Vox forte mendosa.

\*\* *JURICAPIMUM*, Pœna ejus, qui a judicio solenni-abfuit. Otton. IV. Imper. chart. ann. 1209. apud Haltaus. Glossar. German. col. 437. voce *Far*, quem videas : *Concedimus ipsis et indulgemus, ut burgenses et optimi cives (Stadenses) coram advocato vel alio quovis iudice, Juricapium, quod vulgariter Vare dicitur, in judicio omnimodis non sustineant. Qui moram fecerit et advocati edicto tardius steterit 8. den. in vadio componat.*

† *JURIDICA*, nude, *Juridicus* dies, vel ipse consessus iudicum, Gall. *Audience, Seance*. Processus ann. 1459. ex Regesto Columba Cameræ Comput. Provinciae : *Omnes termini fuerunt prorogati usque ad primam Juridicam. Infra : Die Jovis quæ fuit sexta dicti mensis Augusti prima Juridica superius assignata.* Etiamnum Aquenses initium et finem consessuum supremi Senatus vocant *Le commencement et la fin de la Juridique.*

\* *JURIDICALIS* Dies, *Juridicus*, in quo jus dicitur. Vide supra in *Dies 7.*

† *JURIDICE*, Legitime, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 67.

\*\* *JURIDICALIS* LEX, Sententia qua partes de formula solenni legitime

agendi instruuntur, in Chart. ann. 1176. apud Haltaus. Gloss. Germ. col. 2010. voce *Urtheil*.

\* **JURIDICIARIUS**, Juridicialis, juridicus. Lit. ann. 1873. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 654 : *Omnis temporalitas, tam Juridicaria quam alia, in regno nostro et ejus pertinentiis quibuscumque existens, etc.*

† **JURIDICINA**, Jurisdictio, administratio. Tertull. de Pallio cap. 3 : *Cato Juridicinx suæ tempore Græcis favit.*

\* **JURIDICIUM**, Jus. Chartul. eccl. colleg. de Castel. super Indr. : *Cum Joannes de Sorberis naturæ debitum solverit, hæredes prædicti Joannis aliquid Juridicium in dono vicariæ in Ecclesia S. Autregesili constitutæ non poterunt amplius reclamare.*

**JURIDICUS**, δικαιόδότης, in Gloss. Gr. Lat. Capitolinus in Antonino : *Datis Juridicis, Italiæ consuluit ad id exemplum, quo Adrianus consulares viros reddere jura præceperat. Juridicus Alexandriæ, de quo in Cod. Juridicus Ægypti, Assiriæ, per Flaminium, etc. in vet. Inscript. [\*\* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 11. Glossar. med. Græcic. voce Δικαιοδότης, col. 308. et Ἰουριδικός col. 519.]*

**JURIDICI DIES**, ἔμπρακτοι, in leg. 2. Cod. Th. de Feriis. (2. 8.)

**JURIFICARE**, Jus dicere, in Charta Hispan. æræ 1010. apud Anton. de Yezper in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 456.

\* **JURISDICTIO ALTA et BASSA**, Major et inferior justitia, vulgo *Haute et basse justice*. Charta vendit. vicecom. Rellaniæ ann. 1410. ex schedis Pr. de Mazaugues : *Cum omnibus juribus, Jurisdictionibus altis et bassis, mero et mixto imperio. Vide in Justitia 1.*

\* **JURISDICTIO CIVILIS ET MODICA**, Gall. *Moyenne et basse justice*. Charta ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 171 : *Raimundus de Folhaquerio (habet) civilem et modicam Jurisdictionem.*

\* **JURISDICTIO PRÆDIALIS**, Quæ circa prædia versatur. Pariag. inter reg. et condom. de Villa-Gallenno ann. 1343. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 549 : *Ita quod Jurisdictiones minores, prædiales, mixtæ et majores essent extunc et deinceps per imperpetuum domini nostri regis.*

\* *Jurisdictionis Ecclesiasticæ violatores, imo et judices laici jurisdictionem suam in subditos ecclesiæ exercentes, gravi pœna mulctabantur, ut testatur Charta decani et capituli Paris. ann. 1314. ex Chartul. Campan. fol. 429. v. col. 2 : Blanca comitissa omnes illos, qui dictas infractiones et amputationem pedis fecerunt, sive opem tulerunt, ob reverentiam ecclesiæ nostræ bona fide fecit venire a sancto Leofredo usque ad ecclesias (sic) Parisienses, et deinde in capitulum Parisiense discalciatos et in pura tunica, qui ibidem dictas infractiones et pedis amputationem nostro capitulo emendaverunt, et decem marcas argenti pro emenda Parisius persolverunt : apud Rosetum vero discalcicati et in pura tunica qui ibidem, ab introitu villæ die Dominica hora tertia usque ad ecclesiam profecti sunt per mercatum.*

**JURIS DICTIO**, divisim. Charta vetus in Actis Murensis Monasterii pag. 18 : *De Juris sui dictione in jus Sedis Apostolicæ emancipavit. [\*\* Ubi pro ditione.]*

\* **JURISDICTIONALIS**, Ad jurisdictionem seu justitiam pertinens. Charta ann. 1336. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 377 : *Furchæ, pilare seu pilaria, costella*

*aut alia signa Jurisdictionalia et patibularia, etc.*

**JURISFIRMA**, Practicis Hispanis, inquit Blanca in Commentario Rerum Aragon. pag. 751. est tum in Regum, aliorumve judicum, tum etiam regni, atque omnium non rectos impetus, juris ac legum firma et moderata dominatio, inventa potissimum, ut præceps judicum celeritas Magistratus interdicto interposito retardetur, ne quid perturbatum sit, aut a legibus discrepans, vel præposterum. Ejus autem finis est, ut cum de stando et parendo juri, coram ipso Justitia, firme et graviter asseveretur : illius interdicto interposito, fortunæ rei ab injusta regionum judicum injuria arceatur. Ab eo autem quod de stando juri caveatur, *Jurisfirma* dicta est. Vide *Firma*.

\* **JURISONUS**, [Jura sonans, leges crepans. Sulpic. Luperc. in Anthol. Lat. T. I. p. 515. Ut post *Jurisonæ* famosa stipendia linguæ, etc.]

\*\* **JURISSCITA**, Jurisperitus in Histor. Archiep. Bremens. de Johann. Archiep. vers. 170. ap. Lappenb. pag. 81.

**JURISTA**, Qui Juri Civili vel Canonico dat operam, Jurisconsultus, [Gall. *Juriste*, Ital. *Jurista*.] Fori Aragon. lib. 5. fol. 123 : *Et si vir fuerit Jurista vel Physicus, recipiat suos libros ante partem.* [Johannis de Cernenate Hist. Mediol. cap. 19. apud Murator. tom. 9. col. 1238 : *Cui in ipsius Pagani atque omnium sociorum excusatione providus Jurista Stephanus de Vico-mercato respondens dicit, etc.*]

† **JURISTARE**, Litem movere. Charta Alberti de Tenailes et Chartul. S. Quintini in Insula pag. 84 : *Illi constituerunt obsides adversus omnes, qui super his Juristare voluerint. Sed forte legendum divisus vocibus *Juri stare*.*

\* Rursum unica voce, pro *Juri stare*, ih Ordin. Caroli dalph. ann. 1357. ex Reg. Cam. Comput. Paris. fol. 18. v. : *Teneatur idem Guido fidejubeur sufficienter... de esmandando (sic) Juristando et parendo in curia nostra. [\*\* Iterum in chart. ann. 1261. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 4. pag. 900.]*

**JURITHEUM**, [Papiæ, *Potionis species.*] Vide *Viriteum*, [et *Cognidium*.]

\* **JURMARCHA**, Limitum judex, a *Marcha*, terminus, limes. Vide in hac voce. Charta Rob. Guiscardi ducis ann. 1080. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 276. col. 1 : *Hæc omnia... ita damus... ut ab hereditibus nostris, vel a Jurmarchis seu vicecomitibus, aut ab aliquibus actoribus... nulla contrarietas inferatur.*

**JURNALE**, **JURNALIS**. Vide in *Jornale*.

† **JUS dictum**, quia *Justum est*, inquit Isidorus lib. 5. Orig. cap. 3. Alii a *jusso* per apocopen *Jus* deductum volunt, quod nihil aliud sit quam quod natura, vel civitas, vel populus, vel consuetudo jubeat. Si credimus Gersonio contra adulatores Principum consid. 8. *Dictio hæc Jus non significat semper jurisdictionem seu justitiam, sed significat interdum potestatem quæ non est justa, ut ipse interpretatur vocem Jus, quæ occurrit l. Breg. 8. 11. quam vocem Exactionem reddit Glossa interlinearis ordinaria. [\*\* Vide Haltaus. Glossar. Germ. voce *Recht*, col. 1512. sqq.]*

\* **JUS ALODIALE**, Quo prædium ab omni præstatione reali sive personali possidet, a *Feudali* distinctum. Suppl. Joan. reg. Aragon. ad Papam ex Cod. reg. 5956. A. fol. 153. r. : *Dignetur vestra sanctitas feudum et tributum prædicta et omne Jus alodiale et feudale Ro-*

*manæ ecclesiæ pertinens in toto regno Corsicæ, ipsi regi... concedere et donare ; ita quod regnum ipsum sit extunc dicti regis... liberum et francum alodium.*

\* **JUS ANIMARUM**, Jus capite plectendi. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 18. ex Cod. reg. 4659 : *Nullus in curia vel occasione curiæ utatur notariæ vel scrivariarie officio, nisi in illo vel illis rector vel rectores hujus civitatis habeant conceptionem plenam, jurisdictionem usque ad sanguinem et Jus animarum tendi in facinorosos.*

**JUS ANNALIUM**. Vide *Annalia*.

\* **JUS BANNENSE**, *Bannum* scilicet seu interdictum promulgandi, et multam ob illud violatum exigendi. Charta Alex. PP. III. ann. 1179. ex Chartul. monast. Bosonisvil. : *Jus bannense... in pascuis et silvis, in aquarum decursibus... abbati et fratribus... concessit.*

\* **JUS BRABANTINUM**, Lex et consuetudo, quæ in Brabantia obtinet. Pactum inter Henr. ducem Lothar. et Theoder. comit. Holland. ann. 1203. in Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 10 : *Hæc bona concessit dux comiti Jure Brabantino, ita videlicet quod nullus hæres inde exhereditabitur.*

† **JUS CAPITALE**, Jus domini capitalis, Gallis *Droit du Seigneur*. Charta ann. 1288. e Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 162 : *Tenendos et habendos prædictos quinque solidos annui redditus Abbati dicti loci... absque ulla reclamatione... salvo Jure capitali et alieno.*

**JUS CAROLI**. Wichbild Magdeburgense art. 1. § 3 : *Jus civile seu municipale, quod homines unius civitatis seu fori concluderunt inter se tenentes, juxta eorum arbitrium et antiquas consuetudines, quemadmodum Colonenses circa Jus Caroli confirmatum habent. Et art. 43 : Postquam Magdeburgensis civitas jure municipali fundata fuit, de voluntateque Uttonis Ruffi, cum consensu etiam et consilio seniorum provincie illius secundum Jus Caroli Imperatoris, et juxta eorum arbitrium ac voluntatem locata, consiliati eadem sunt quomodo Scabinos et Consules eligere debeant pro civitatis commodo. Vide *Lex Caroli*.*

\* **JUS CASTRENSE DUPLEX**, Jurisdictio spiritualis et temporalis in castro. Charta Theodor. Trevir. archiep. ann. 1228. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 480 : *Jus item parochiæ perpetuum, Jus duplex castrense, etc.*

† **JUS CATENÆ**, Quod custodi carceris præstat, ab incarcerate pro cibo et potu. Constitutio Ludovici Regis Jerusalem et Siciliæ ann. 1352. e MS. D. Brunet fol. 98 : *Carcerarii... a carcera-tis... pro carceragio sive pro Jure quod appellatur Cathene, nichil accipiant.*

† **JUS DE CHALEYNE**, seu *Jus de forgeage*, Sic in Dumberum Tractu vocatur vulgariter jus fabri ferrarii.

\*\* **JUS CIVILE**. Vide *Jus Urbanum*.

† **JUS COELI**, Auctoritas Episcopi, sic dicta quod a Deo illam habeant Pontifices. Chartularium S. Vandreg. tom. 2. pag. 2000 : *Hugo Rothomagensis Archiep... omnia vobis juste collata, et possessa, licet a perversis hominibus quandoque turbata, persæpe destructa, Jure Cæli confirmamus vobis in illam quæ diu est virtutem et defensionem erga benefactores in salutem, contra destructores in perditionem.*

\* **JUS COMESTIÆ**. Vide supra *Comestia*.

**JUS COMMUNE**, appellat nostri jus illud, quo in Gallia utuntur civitates, consuetudines municipales, cui opponitur *Jus scriptum*, seu *Lex Romana*, in

Statuto Philippi Pulcri ann. 1302. pro reformat. Regni cap. 48. Ita etiam Angli *Jus civile Anglorum* vocant. Decreta Guillelmi I. : *Ubi consuetudines regni nostri et Jus nostrum commune... reperire non possint.* Frider. I. Imp. lib. 1. Constit. Sicul. tit. 59. § 1 : *Secundum consuetudines approbatas, ac demum secundum Jura communia, Langobarda videlicet ac Romana.*

\* **JUS CONGRUI**, seu *Convenientiæ*, nostris *Droit de convenance*. In Consuet. Neapolit. MSS. extat titulus inscriptus : *De Jure congrui. Si quis emit domum, fundum vel terram, vel aliam rem immobilem collateralem domui, fundo vel terræ alicujus, emptor tenetur intra annum, numerandum a die scientiæ illius habentis domum, fundum vel terram collateralem lateribus ipsi rei emptæ, rem ipsam emptam, si eam possidet præcise absque alterius practice, interesse dare, prout appetiata fuit per appetiatares Neapolitanos, ipsi habenti domum, fundum vel terram collateralem ipsam intra annum petenti prædictum. Verum si duo sint collaterales, unus ex latere uno, alius ex latere altero, ambo possunt ex jure prædicto petere ab emptore... quilibet videlicet pro medietate.* Infra : *Si domus habeat tria membra sive solaria, vel plura, unum super aliud, et sit diversorum dominorum, et unus ipsorum dominorum vendat suum solarium, emptor tenetur ipsum solarium emptum Jure congrui dare habenti solarium proximum ex parte inferiori ipsi solarium vendito. Si sint tria solaria et vendat solarium medium, habens domum inferiorem et solo contiguam, Jus congrui pro solarium medio vendito exercere potest, excluso habente extremum solarium, quod superius constitutum est.*

\* **JUS CONSUEVUM**, Quod usu tantum prævaluit et consuetudine inductum est, licet legi contrarium. Charta ann. 1135. apud Oefelum tom. 1. Script. Rer. Boicar. pag. 710. col. 2 : *Quam (decimam) ipsæ et antecessores seculares consuetudo, non jure canonico possederunt.*

\* **JUS CONSULARE**, Quod ad comitem, qui et *Consul* nuncupabatur, pertinet. Charta ann. circ. 1084. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 378 : *Alanus Britannorum Dei dispositione duæ omnes consuetudines, quas in parochia Veteris vici tenebat, S. Martino et fratribus Majoris monasterii largitur. Videntes autem hoc indigenæ, hoc Jus, ut ita dicam, Consulare commercio tali commutaverunt.* Alia ann. 1141. ibid. col. 584 : *Ego igitur, suadente matre et consulente, dedi in dolem ecclesiæ partem stalagiorum, quæ ad comitatum pertinet in urbe Redonensi, et in parochia Castellionis partem decimæ, quæ ad capellanos meos pertinebat ex antiquo Consulario Jure.*

† **JUS CORPORALE** et **INCORPORALE**, Quibus, ut videtur, verbis quodlibet juris vel servitii genus exprimitur. Charta ann. 1294. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 73 : *Donavit prædicta D. Beatrix prædicta omnia et singula, sive prædicta donata consistant in domibus... Juribus Corporalibus et Incorporalibus, directis et utilibus dominiis.* [\* Horum verborum genuinam notionem, videsis supra in *Corporalia*.]

† **JUS CREDENTIÆ**, Quod domini habebant in rebus præsertim ad victum necessariis, quas sine præsentibus pecunia emebant a subditis, quasve ab illis mutuo sumere iis fas erat. Vide *Credentia* 6.

**JUS CURIALITATIS ANGLIÆ VEL SCOTIÆ**. Vide in *Curiales*.

\* **JUS DECIMALE**, Jus percipiendi de-

cimam. Charta ann. 1241. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco : *Dictus Presbyter quitavit omne Jus parochiale et decimale, quod habebat in toto dicto parco.*

\* **JUS DOMINII**, Quod ad fiscum dominicum pertinet. Charta Ivon. Carnot. episc. ann. 1114. ex Tabul. Carnot. : *Ipsi monachi Tironenses... acquisitum, sive dono sive emptione, vel alias, in manu mortua libere in perpetuum teneant et possideant a rachato quocumque, armatura, venditionibus Jure domini... liberum et quitum.*

**JUS DUPLICATUM**, quod Anglici *Practici dreit* vocant, dicitur habere ille, qui possessionem et proprietatem habet. Bracton. lib. 4. tract. 4. cap. 4. lib. 5. tract. 5. cap. 28. § 2.

**JUS ECCLESIASTICUM**. Prædia et mobilia dabantur possidenda, aut jure proprietario seu proprio, aut beneficiario seu precario, hoc est, ad proprium, ut loquebantur, vel ad feudum, aut ad usumfructum : *Jure vero Ecclesiastico ea possideri ab Ecclesiis dicebantur, quod Clericis et Presbyteris iis uti et frui concessum esset, ut propriis, ita tamen ut ea donare aut vendere iis non liceret.* Ejusmodi *donationum formula talis erat*, quæ passim occurrit in Chartis Tabularii Bellilicenses in Lemovicibus : *Hæc omnia Deo salvatori, etc. pro animæ meæ remedio offero in stipendiis Monachorum in venturis generationibus, ut faciant abinde in omnibus Jure Ecclesiastico quidquid elegerint.* Tabul. S. Eparchii fol. 122 : *Istas res jam dictas manibus nostris tradimus... ad habendum vel possidendum in omnibus Jure Ecclesiastico, ea vero ratione, ut nullus de rectoribus ipsius monasterii S. Eparchii nec donare, nec vendere, nec alienare, nec concammiare, neque per precariam, neque in beneficium donare ad ullum hominem possint.* Charta Theoderici Regis Franc. in Actis Episc. Cenom. : *Quod ad matrem Ecclesiam S. Marix et SS. Gervasii et Protasii cui præesse videtur, Jure Ecclesiastico pertinet.* Charta Hlotharii Imp. filii Lud. Pii in Tabulario Ecclesiæ Viennensis : *Et nos ad ejus deprecationem sæpedito Bernardo Archiepiscopo, immo ejus S. Sedi reddidimus, rectores eorum perpetuo Jure Ecclesiastico teneant atque possiderent.* Infra : *Et faciant exinde quidquid elegerint Jure Ecclesiastico.* Charta Caroli Calvi ann. 885. tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 117 : *Ut eandem villam cum omnibus suis appendiciis, eadem Ecclesia, ac Rector ipsius, præsens scilicet atque futurus, sicut alias res proprietatis ejusdem Ecclesiæ, Jure proprio et more Ecclesiastico perpetim teneat atque possideat.* Alia Ludovici Regis Bavarix in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 348 : *Ita videlicet, ut quidquid Rectores sive Ministri supradictæ Sedis de ipsis rebus, Jure Ecclesiastico, facere voluerint, etc. Donatio facta Abbatie Bellilicensi ab Rodulfo Comite Cadurcensi, in eodem Tabul. n. 176 : *Totum vobis tradimus atque transfundimus, ut faciatis exinde quidquid vestra excogitaverit voluntas, tantum vendendi, neque alienandi habeatis ex rebus ipsis potestatem.* Vide *Vitam Aldrici Episc. Cenoman. num. 9. 39. et pag. 37.* ubi *more Ecclesiastico* in Charta Ludovici Pii occurrit. Præterea Chartam Ottonis M. Imp. apud Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Westphal. pag. 185. et Baluzium in Appendice ad Capitulum. num. 37. 78. 104. 109.*

\* **JUS ECCLESIASTICUM** præterea dicuntur Oblationes, quæ ecclesiis a fide-

libus fiunt. Charta ann. 1086. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 431 : *Acquisvit Sunnarius episcopus alodem, quæ vocant Kanovas, cum ecclesia quæ vocant S. Quirici, cum decimis et primitiis et cum omni Jure ecclesiastico.* Infra : *Cum decimis et primitiis et oblationibus, etc.*

† **JUS EMPHITEOTICARIUM**, Quod percipit dominus capitalis ob prædium aut quidvis aliud in *emphyteusim* datum. Donatio Beatrix de Merdullione Humberto Dalphino Castri de Avisano cum universis juribus ad dictum castrum pertinentibus, *cavallagiis, coroatis, fogaigiis, censitis, acapitis, seu Juribus Emphyteoticariis, allodis, proprietatibus, juribus corporalibus, etc.* ann. 1294. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 74.

\* **JUS EQUESTRE**, Quo scilicet dominus feudalis a vassallis suis exigere potest, ut cum ipso in exercitum seu expeditionem bellicam equis instructi pergant. Invent. Chart. reg. ann. 1483. fol. 115. v. ex Ch. ann. 1226 : *Dominus rex sibi retinebat omnia homagia juraque regalia, cum Jure equestri vel equitaturæ, quando est in suo exercitu guerræ.* Vide supra *Cavalcaria* in *Caballus*.

\* **JUS FEUDAGII**, Quo quis potioris feudi appenditias eadem ratione possidet. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 20. v. : *Insuper recognovit prædicta domina Margarita de Turenna, quod tenet ab eodem domino rege in feudum immediate castrum de Genciaco cum pertinentiis, videlicet castrum de Montinir Jure feudagii.* Vide supra in *Feudum*.

**JUS FORENSE**, Civile, cui opponitur Ecclesiasticum, apud Chunradum de Fabaria de Casibus S. Galli cap. 5.

\* **JUS FORENSE**, etiam appellatur illud, quod ex foris seu nundinis percipitur. Charta Alex. PP. III. ann. 1179. ex Tabul. monast. Bosonivil. : *Jus etiam forense ecclesiæ concessit in die Sabbati, quando ad nundinas ante portam... conveniunt.*

\* **JUS GENTIUM** Naturali opponitur, atque magnatum vim et usurpationem significat, in Lit. manumiss. ann. 1320. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 439 : *Cum homines ab initio natura liberos protulerit, quorum plures postmodum Jus Gentium serviles effecit, etc.*

**JUS HEREDITARIUM**. Adrevaldus de Translat. corpor. S. Benedicti cap. 2 : *Datis pro eodem agro in mutua vicissitudine prædiis, quæ sibi a parentibus Jure hereditario relicta possidebat.*

**JUS IMAGINARIUM**. Formula vetus : *Constat, me non Imaginario Jure, nec ullo cogentis imperio vendidisse, etc.*

\* **JUS INCANTUS**, Bonif. Arestor. parlam. Provinc. tom. 2. part. 3. lib. 2. tit. 11. cap. 1. pag. 164. dicitur Jus, quod principi exsolvitur pro licentia auctionandi bona debitoris. Vide *Morgues* in Stat. Prov. pag. 108.

\* **JUS INCORPORALE**. Vide supra *Corporalia*.

\* **JUS LAUDANDI**, Quod domino feudi pensatur pro facultate seu consensu, quem præstat vassallo, pro alienando feudo, nostris *Los et ventes*. Charta ann. 1354. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 822 : *Cum Jure laudandi, censibus et redditibus supradictis.* Vide *Laudare* 4.

\* **JUS MARINARIUM**, Maritimum. Constitut. Jacobi Reg. Sicil. cap. 43 : *Privilegia vero remissionum Jurium marinariorum, indulta fidelibus nostris per illustrem dominum regem Aragonum et Siciliæ patrem nostrum divæ memoriæ, acceptamus et tenore præsentium confirmamus.*

† JUS MONTANUM, f. Id quod ex vineis quæ in montibus positæ sunt exigebatur. Charta anni 1289. apud Ludewig. tom. 4. pag. 117: *Alias possessiones in villa Melendorf juxta Wiennam, videlicet sex urnas vini montani Juris, et sexaginta denarios de quodam agro.* Charta Ludovici Regis Hungariæ ann. 1362. apud Steyererum in Commentariis pro Histor. Alberti II. Ducis Austriæ col. 337: *Super omnibus discordiis et dissensionibus, quæ fuerunt hactenus inter suarum et nostrarum terrarum metas, occasione decimarum, censuum, Juris montani et emphiteutici, etc.* Vide Jus mundanum. [\* Charta Frider. III. imper. ann. 1444. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 295. col. 2: *Vina etiam ex cultura eorum, sive Jure montano, censibus aut decimis, etc.* Alia ejusd. imper. eod. an. ibid. pag. 304. col. 1: *Præterea volumus ut vina, quæ ex labore suo seu Jure montanorum vel decimarum eis provenerint, etc.*]

\* JUS MONTIS, Eadem notione, in Charta Frider. ducis Austr. ann. 1240. ibid. part. 2. pag. 94. col. 1: *Jus montis, quod vulgariter dicitur Perchrecht, etc.* Alia ann. 1262. ibid. pag. 108. col. 1: *Vinum, quod pro Jure montis in Tallern... nobis annuatim fratres ejusdem ecclesiæ persolvebant, ... ipsis relaxavimus.*

† JUS MORTUARIUM, Gall. *Droit de mortuage.* Jus quod sibi olim in bona defunctorum attribuebant Parochi. Charta ann. 1264. apud Ludewig. tom. 4. pag. 233: *Quod ipsi ubicumque locorum citra mare invenerint me defunctum, statim nullo penitus resistente me recipient tempore in suo Monasterio quam dandum salvo Jure mortuarii parochialis ecclesiæ in quacumque transiero die vite. Vide Judicium defunctorum et Mortuarium.*

† JUS MUNDANUM, pro Montanum, ut videtur, saltem eadem notione. Charta Comitiss de Stuin ann. 1164. apud Ludewig. tom. 4. pag. 112: *Ab Antiquo in eadem villa habuimus unam mageriam cum aliis redditibus et Jure Mundano, et decima vini in eo monte, qui adhuc Zwetlerberch nominatur.*

\* JUS NATURÆ, Quod filii habent in bonis parentum suorum. Testam. Nicol. de Prato. ann. 1474. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xij: *Item lego Francesie filiæ meæ naturali et legitime... pro Jure naturæ, ultra dotem per me sibi constitutam, videlicet quinque florenos semel tantum.* [\* Vide Halaus. Glossar. German. voce *Natürlich Recht*, col. 1409.]

† JUS NAULÆ, f. Quod pro transvectione exigitur. Hist. Novientensis Monast. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1132: *Molendina cum piscationibus ac forestis, Jus naulæ cum investigatione auri, bannus totaliter cum omni libera utilitate.* Vide Naulum.

\* JUS NUPTIARUM, Quod a nubentibus parochio præstat. Charta Guich. episc. Matiscon. ann. 1273. in Chartul. Cluniac. ch. 346: *Addidit etiam ipse curatus ipsos patronos in propria villa de Maley habere Jus nuptiarum. Item totam oblationem sponsæ, quæ offertur in crastinum nuptiarum, in alia ann. 1270. ibid. ch. 231. Quæ oblatio a præstatione, quæ die nuptiarum fiebat, prorsus distinguenda est.*

\* JUS OPERALE, Quo operas a subditis dominus exigere potest. Charta decani et capit. Anic. ann. 1237. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 212: *Omnia Jura operalia et regalia domino episcopo et domino regi et eorum successoribus salva et integra remaneant.* Vide Operæ.

\* JURA PAROCHIALIA nuncupantur

potissimum Sacramenta, quorum administratio ad parochum jure suo competit. Charta Guich. prior. S. Salvii ann. 1202. ex Tabul. S. Gauger. Camer.: *Eidem hospitali capellam et cimiterium concessimus, ita tamen quod... die Natalis Domini, die Paschæ et die Pentecostes in ipsa capella cantabitur clausis januis, admissis tantummodo præfatis fratribus, infirmis et servientibus hospitali, qui ibidem Jura accipiunt Parochialia et debent sepulturæ.* Vide in Parochia.

\*\* JUS PATRIÆ, TERRÆ, Provinciale. Vide Halaus. Glossar. German. voce *Landrecht* col. 1172.

† JURA PILÆ, Synodus Limensis ann. 1586: *Quod Visitatores aliqui dum visitant, quamvis ita excepti, ut nihil victus vel rerum necessariarum ipsis desit, ulterius ab ecclesiis exigant aliquot pesos, quos Jura pilæ vocant... statuimus ut Visitatores ab ejusmodi excessibus absterneant.* [\* Vide Pesus.]

\* JUS POSITIVUM, Quod ab ejus auctoritate pendet, qui illud Statuit. Theod. de Niem tom. 2. Conc. Constant. part. 15. cap. 4. col. 412: *Suspendit dicta sancta Synodus pro bono unionis ecclesiæ omnia Jura positiva, etiam in Conciliis generalibus edita et ipsorum statuta, ordinationes, consuetudinesque et privilegia quibuscumque concessa.*

JUS POTESTATIVUM. Vide Potestativum.

JUS PRÆTORIUM, [f. Jus absolutum, cui nihil addi possit vel detrahi, ipsius corrigendi gratia; quia Jus prætorium antiquis J.C. dicebatur, ut habet Papi-nianus, quod prætores introducerunt, adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi juris civilis gratia. Testamentum S. Remigii apud Miræum tom. 1. pag. 1: *Ego Remigius Episcopus civitatis Remorum, Sacerdotii compos, testamentum meum condidi Jure Prætorio, atque id codicillorum vice, valere præcepi, si et juris aliquid videbitur defuisse.*] Charta Roberti Regis Franc. ex Tabular. S. Cornelii Compend.: *Ego Robertus G. D. Franc. Rex, et Constantia divino nutu Regina, Me et conjugem meam Constantiam jucunda conversatione mihi admodum dilectam, et in administratione rerum, ad se pertinentium, satis utilem et strenuam, prædium nostræ regali sedi Vermeriæ contiguum, quod de auro a domo patris sui asportatum prædicta mea conjux emerit, Sanctæ Mariæ Compendiensi et SS. Martyribus Cornelio et C. dedisse, ... et devote Jure Prætorio et forensi dedisse pro nostra incolumitate et salute animarum nostrarum, et filii nostri Hugonis, jam regni solio, antequam decederet, sublimati, et proh dolor nostris diebus inibi sepulti, ... hæc omnia legaliter data et Jure forensi et Prætorio Compendiensi Ecclesiæ tradita nostræ auctoritatis potestate firmamus. Actum Aurelianis an. 1224. Vide J.C.*

JUS PROPRIUM. Vide Proprium.

JUS PROVINCIALE, Prima jurisdictio, primum forum, a quo provocabatur ad Jus generale, seu ad supremam Curiam. Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scaniæ cap. 1: *Non statim injiciat manum possessori, sed qui pro eo sufficienter caveat, ut vel in Jure Provinciali compareat, vel in domo sua justitiam exhibendo fidejussorem sibi postulet assignari, etc.* Infra: *Sed vincium pedes compedibus ad Jus provinciale convenientibus repræsentet. Rursum: Et si nec possit justitiam obtinere, deducat eum in jus generale, ad quod universi de terra conveniunt, audito rerum gestarum ordine pro voluntate*

*convenientium judicandum.* Adde cap. 6. ejusd. lib.

† JUS AD REM, JUS IN RE. Compendiosa beneficiorum Expositio f. 32. recto: *Jus ad rem queritur nominatione, mandato, collatione et provisione non acceptata.* Ubi et ista verba: *Regula asserit Papam tollere jus ad rem, non jus in re.* Vide J.C.

\* JUS RUSTICUM vel URBANUM, Quod ad rus vel urbem spectat. Charta Henr. VI. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 108. vº: *Concessimus... potestatem... Jura quæcumque rustica vel urbana, homagia... a quibuscumque ligeis nostris, feudatoribus, affeatis, emfiteotis, censuariis et tenenciariis, ecclesiasticis seu secularibus, nobilibus, burgensibus, villatis et quæstabilibus... recipiendi.*

\* JUS SACERDOTUM, Archidiaconi scilicet et Decani. Charta Gaufr. episc. Carnot. ann. 1122. ex Tabul. Major. monast.: *Easdem ecclesias præfato abbati et fratribus loci in successiones perpetuas, salvo Jure sacerdotum et ecclesiæ Carnotensis, concessimus.*

† JUS SCOLARUM, Jus tenendi scholas et publice docendi. Charta Alberti Archiep. Magdeburg. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 23. *Præterea dedimus eidem Ecclesiæ ex libera voluntate Jus Scolarium in forensi ecclesia civitatis nostræ Hallensis.* Vide Scholæ.

JUS SCRIPTUM vocant nostri, quod alii Jus civile, seu Legem Romanam, quo Provinciae aliquot in Gallia reguntur: cui opponitur Jus commune, seu jus consuetudinarium municipale, quo quæque fere civitas vel regio gaudet. Statutum Philippi Pulcri ann. 1302. pro reformatione Regni cap. 48: *Ordinamus etiam, quod si aliqua personæ Provincialium quæ jure communi reguntur in nostro Parlamento causas habeant, quæ Jure Scripto debeant terminari, sententia definitiva ipsarum secundum Jus Scriptum factum.* In veteri Regesto Parlamenti sub ann. 1277. vetantur Advocati Jus scriptum allegare, ubi consuetudines municipales locum habent: *Li Advocat ne soient si hardi de eux mesler d'aleguer Droit escrit, là à Costumes ayent leu, més usent de Costumes. Cil de la terre qui est gouvernée de Droit escrit, soient oys par certains Auditeurs de la Cort, si comme il a été autrefois ordené. Nuls des terres qui sont gouvernées de Droit escrit, soit en la Chambre des Plets, mais aille aux Auditeurs à ce destinez.* Vide Fletam pag. 474. et sqq. In iisdem Regestis Parlamenti ann. 1300. est in-questa, an expediat domino Regi quod Baillivia montanorum Arvernæ regatur Jure scripto. Observat Bodinus lib. 8. de Republica cap. 8. pag. 113. Reges nostros in Academiis seu Studiosis publicorum erectionibus jus civile nullatenus se admittere monuisse, nisi in quantum ordinationibus regis et consuetudinibus municipalibus non adversatur, et in quantum sibi expedit animadverterint. Exstat præclarum in hanc rem Diploma Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1312. pro Studio Aurelianensi in 48. Regesto Tabularii Regii Ch. 58. ex qua sequentia delibavimus: *Hinc progenitores nostri Parisius Studium Theologiæ principale, liberalium etiam artium, quæ sunt præparationes ad illam, privilegiis pluribus munierunt, et per Sedem Apostolicam muniri curarunt: hoc enim Studium fidei Catholice lumen stabiliens, id ut arca federis testamenti conservat; hortus vero conclusus sua germina, fons signatus scientiæ Dei fluentia*



per universum orbem emittens. Eapropter hoc studium fovere, peremptiusque stabilire proponimus, Deo præstante. Ut autem liberius ibidem Studium proficeret Theologiæ, progenitores nostri non permiserunt legum secularium seu juris civilis Studium ibidem institui: quin immo id etiam interdici sub excommunicationis pena per sedem Apostolicam curarunt. Cæterum super negotiis et causis forensibus quæ spiritualitatem et fidei sacramenta non tangunt, regnum nostrum consuetudine moribusque præcipue non Jure scripto regitur, licet in partibus ipsius regni quibusdam subjecti ex permissione nostrorum progenitorum et nostra Juribus scriptis utantur in pluribus, non ut Juribus scriptis ligentur, sed consuetudine, juxta scripti Juris exemplar moribus introducta: tamen ut artium Studia liberalium ad Theologiæ scientiam introducant, sic legum et Juris scripti dogmata proficiunt intellectui præstant, ad mores dirigunt, doctrinam rationis exequendæ justitiæ, nec non præparant ad consuetudinum intellectum: sic profecto tradit antiquitas Romanos et Græcos pro sui eruditione Jus scriptum et mores ab initio recepisse. Placuit ergo nostris antecessoribus, placetque nobis legum et secularium scriptique Juris, salva Parisiensis Studii provisione prædicta, in locis egregiis Regni nostri Studia frequentari, præsertim ad doctrinam æquitalis et rationis fovendam, per quas in causis forensibus regni hujus judicari consuevit, ubi judicia, constitutiones, seu ordinationes progenitorum nostrorum, et nostræ, quas omni consuetudini præponimus, deficiunt, et consuetudo certa non reperitur lex, qua fuerit judicandum. Non putet igitur aliquis, nos recipere, vel progenitores nostros recepisse consuetudines quaslibet sive leges, ex eo quod eas in diversis locis et Studiis Regni nostri per Scholasticos legi sinantur: multa namque eruditioni doctrinæ proficiunt, licet recepta non fuerint, sicut nec Ecclesia recipit quamplures canones, qui per consuetudinem abierunt, vel ab initio non fuerunt recepti, licet in Scholis propter eruditionem legantur. Scire namque sensus, ritus, et mores hominum diversorum locorum valde proficit ad cuiusque doctrinam. Scribit Thuanus lib. 95. Hist. pag. 249. Hospitalium Cancellarium in oratione habita coram Rege, cum præfatione et petita venia ex Pandectis Justinianæis vulgarem Juris Romani regulam adduxisse. Juris Civilis usum etiam apud Anglos interdictum, pluribus ostendit eruditus Seldenus in Dissertatione ad Fletam.

JUS SUEVIÆ. Vide Jus Saxonium lib. 1. art. 18. et 19.

\* JUS TERRENUM, Seculare, hæreditarium, ecclesiastico opponitur. Charta Gaufr. episc. Carnot. ex Tabul. Major. monast.: Hugo vicecomes de Puteolo præsentiam nostram adiit, et quequid juris, secundum seculum habere videbatur in ecclesia S. Martini martyris, ... dispositioni meæ commisit, suppliciter petens ut eam monachis S. Martini Majoris monasterii... concederem. Similiter et Ermen-sendis uxor quondam Ivois Cotellæ de Curvavilla; quæ tunc ecclesiam illam Jure Terreno possidebat, et fecit et petiit. Vide infra Justitia Terrena.

† JURA TEUTONICA, Leges Teutonicæ. Diarium belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 184: Item quod Jura paganica et Teutonica, que non concordant cum lege Dei, tollantur, et jure divino ut regatur, judicetur, et totum disponatur.

\* JUS TURNI, Quo quis prædium ab

agnato distractam, pretio emptori reddito, redimit, vulgo Droit de retrait; Jus turni nuncupatum, quod ad Turnum seu ordinem agnatorum fiat. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 369: Nullus possit præmissa vendita retinere seu rehabere pro quocumque pretio Jure Turni. Vide Turnus bursæ in Turnus 1.

† JUS URBANUM, Civile. Charta Leopoldi Ducis Austriæ ann. 1299. apud Ludewig. tom. 4. pag. 39: Notum esse volumus quod D. Marquardus... per manum nostram curiam quandam in Mangolis cum Jure urbano a D. Chunrado de Rosinberch totam libere et præcisè comparavit.

\* Droit de ville, in Homag. Joan. de Balecourt milit. ann. 1316. ex Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 167. vº: Je suis homs liges devant tous hommes à haut homme et noble mon bien amé seigneur Gobert seigneur d'Aspremont et de Dun, et tieng de lui ligement en fies et en hommaige... un reis de froment à Méralcourt... Oblige pour mi et pour mes hoirs... mi et tous mes biens meubles et héritages, présent et avenir... comme cotte et comme mantel, sans faire Droit de ville. Vide supra Jus rusticum.

\* JUS FACERE ET RECIPERE, Litigare, actoris vel rei partes agere. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 21. rº: Pro quibus omnibus debet (Guill. Ramundi de Genacio) facere dicto domino regi homagium ligium, fidelitatem juratam et facere Jus et recipere coram eo et suo mandato.

† JUS, Merces, salarium. Synodus Limensis ann. 1586: Judices et Notarii non accipiant ab Indis Jura pro ulla re quam ipsis expediat.

\* Registrum defunctorum parochialis ecclesie S. Marie Magdalenes de Castri Duni, et summarum Jurium Funerarium dictorum defunctorum. (Mus. Arch. dep. an. 1478, p. 327. nº)

† JUSCELLARIUS, ζωμετής, Cocus, in Supplem. Antiq. in aliis Glossis ζωποποιός.

\* JUSCELLATUS, Juscello, seu jusculo conditus. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 32: Succos ptyssanæ dabis et vitella ovorum et malvas Juscellatas. Vide Juscellum.

† JUSCELLUM, Ferculi genus. Chron. S. Trudonis lib. 13. tom. 7. Spicileg. Acher. pag. 508: Præpositus Hasbanie pro ferculo leguminis, Juscellum commutabat confectum vino, ovis et sagimine. Laurent. in Amalthea: Juscellum, Exiguum jus; Juscellanus, Qui facit Juscellum. Vide Juscellum.

\* JUSDICENS, unica voce, Judex. Charta ann. 1385. inter Stat. Ast. pag. 78. vº: Teneatur et debeat ille Jusicens vel magistratus noster in cujus jurisdictione contingat hujusmodi massarium, colonum fictabilem vel mulinarium compellere realiter et personaliter ad satisfaciendum domino suo prædicto de toto eo, quod eidem juridice dare debuerit. Stat. Montis-reg. pag. 61: Item statutum est quod omnis, qui dare debeat aliquid communi, occasione emptionis vel officii, vel aliqua alia occasione, non possit appellare a præceptis sibi factis per dominum Jusicentem, præcipiendo quod restituat vel solvat communi id, quod ei dare debet vel restituere.

† JUSERANUS, Catena aurea certa ratione elaborata. Testamentum ann. 1522: Jocalia tam aurea quam argentea, ut sunt cathenzæ, Juserani, baguæ, perlæ, etc.

† JUSERMA, Spiculum. Vide Inserma.

† JUSO, Deorsum. Vide Jusum.

\* JUSQANUS, [Jusquiamus: « Addito Jusqani semine et auripigmento; hoc oleo sepe inungatur. (B. N. ms. lat. 16089, f. 113 vº). »]

\* IUSSARMA, Idem quod Iuserma, et Inserma, Lanceæ species. Vide Marra-pichus. [FR.]

JUSSELLUM, pro Jusculum, habetur in Vita S. Valarici cap. 24. [Vide Jusculum.]

† JUSSIO, Divisio, Gall. Partage. Leges Luitprandi apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 65. [§ 73. (6, 20).]: De Jussione, sive divisione, de rebus infantis.

\* JUSSOR, [Qui jubet. Gloss. Philox.]

JUSSORIUM, Præceptio, ita lego in Gloss. Isid. pro Jussorianem. [Laurentius in Amalthea, Jussorianem, f. non ita male. Grævius Jussoria.] Verus in Epistola ad Desiderium Cadurcensem Episcopum: Jussorium vestrum accepimus, etc. Jussio, eadem notione; sed maxime Principis. Anastasius in S. Silverio: Tunc indignata Augusta misit Jussiones ad Viliarium Patricium. In Vigilio: Misit Anthemium Scribonem cum Jussionibus suis. Jussio sacra, in Conone, Jussio divalis, in S. Agathone, i. Imperiale præceptum, ut est in lege 2. Cod. Th. de Operib. publ. (15, 1.) Adde p. 41. 51. et Novellam Justiniani 114. de Sacris Jussionibus. Vide Diurnum Romanum cap. 2. tit. 3.

1. JUSTA, Gall. Jouste, Monomachia ludicra, hastiludium singulare. Willelmus Malmesbur. lib. 2. Hist. Novellæ pag. 187: Tentavere primo Regii proliudium pugne facere, quod Justam vocant, quia tali arte erant periti. Vocabuli etymon quidam accersunt a voce Latina Juxta, et Gallica, Joustate, i. prope, quod non eminus, ut in præliis, uti vocant, campalibus, sed cominus lanceis aut ensibus res geratur.

¶ Eo quod in Justa duo solum, ut mox dicitur, aut pauci utrinque pares numero decertarent, Carolus de Aquino Justam potius dictam putat a Justo, id est, pari congrediventium numero, cum paribus item armis, quam a justa adverbio. Livius lib. 26. cap. 51: Sudibus inter se in modum Justæ pugne concurrentes. Tassus Jerus. Cant. 6.

Ma vada innanzi a Giusta pugna ei solo,  
Tu lunge alquanto a lui ritien stuolo.

Plura vide apud eundem de Aquino in Lex. Mil.

Differebat autem Justa a torneamento, quemadmodum species a genere. Torneamentum enim, universim dicebatur omnis ludicra decursio militaris: Justa vero pugna aut prælium, quod in torneamento fiebat. Deinde Torneamentum, plurium et turmatim congrediventium, Justa singulare erat certamen. Unde recte Niceph. Gregoras lib. 10. dixit Justam quam voce Græcobarbara, ut et Jo. Cantacuzenus, τζοστραπ appellat, νοβομαχίας ἐνδοξίαν ἔχειν. Confecta namque prima militari decursione, et finito omnium, qui una simul aderant, ex utraque parte, prælio, ad singulare certamen, seu ad Justam progrediebantur. Joannes Monachus Majoris-Monasterii lib. 1. Hist. Gaufridi Ducis tradit, Normannos, cum a Britonibus in quodam torneamento victi et deliti essent, confusione inopinata dejectos, singulare certamen Britonibus proposuisse. Hinc apud Monachum Moliensem in suo Miserere:

Gagner Joustes au Tournoy.

Non semper tamen in solis torneamen-

tis *Justæ* fiebant, quandoque enim absque iis indicabantur. Has appellat Historia Burcicaldi : *Joustes à tous venans, grandes, et plénieres*. Vide Froissart. 2. vol. cap. 154.

Qui in *Justis* primum decertabant, *Fæcialibus*, vel *Heraldicis* alisque armorum, uti vocabant, officialibus, *elmum* suum, seu cassidem donativi vice conferre debebant, nisi prius in torneamentis idipsum præstitissent. Inde nata illa solennis sententia, Ensem lanceam, non vero lanceam ensem immunem facere. Miles enim si in *Justa* cassidem *Fæciali* contulerat, non propterea ab eadem rursus in torneamento donanda immunis erat. Tractatus MS. de Torneamentis : *Item pour les nobles qui tournoient, s'ils n'ont autrefois tournoié, donnent leurs heaumes aux officiers d'armes, ores qu'ils ont autrefois Jousté ; car la lance ne peut affranchir l'espée, et l'espée affranchit la lance. Mais il est à noter, si un noble homme tournoie, et qu'il ait payé son heaume il est affranchi du heaume de la Joste ; mais le heaume de la joste ne peut affranchir celui du tournoy*. Hinc colligitur in *Torneamentis* dimicare longe fuisse honorabilius, quam in *Justis*, etsi in *Justis* dimicarent etiam, qui in *Torneamentis* dimicabant ; præterea lanceam eorum proprie fuisse, qui in singularibus certaminibus decertabant ; gladium vero eorum, qui in torneamentis. [\* Vide supra *Jousta*.]

¶ Has omnes ludicras pugnas, propositis gravioribus pœnis, ad tempus interdicit Philippus IV. Franc. Rex Edicto ann. 1312. quod videre potes apud *Lawriere* tom. 1. Ordinat. pag. 509. et seq. *Asiludere vel Jostare sub pœna amissionis equorum et alia graviore etiam vetat Humbertus II. Dalphinus* tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 347.

¶ Neque prætermittendum quod legitur in Constitutionibus Episcopi Sabinensis ann. 1239. in Consilio Terracoeni confirmatis, apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 132 : *Contra illos qui faciunt Justas in Monasteriis* : Item præcipimus omnibus *Judicibus et Advocatis litteratis, ne conveniant vel intersint alicui Justæ quæ fit in monasteriis vel grangiis Religiosorum*.

¶ *JOSTA*, Idem quod *Justa*, in Computo ann. 1327. et 1328. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 216.

¶ *JOSTRA*, Eadem notione, Ital. *Giostra*. Chronicon Dominici de Gravina tom. 12. Muratorii col. 557 : *Facientes Jostras et hastiludia, etc.* Hist. Cortus. eod. tom. col. 865 : *Facta sunt hastiludia, Jostre, tornearia, etc.*

¶ *JUSTARE*, Ludicre pugnare, Gall. *Jouter*. Mandatum ann. 1319. apud Rymer. tom. 3. pag. 758 : *Quidam ad torneandum et Justandum..... in proximo sunt venturi*.

\* *Nostris Forjouter*, inter alios in ejusmodi pugna eminere, superare. Tract. MS. de Torneam. : *Et qui de dehors Forjouter, aura au gré et au vouloir d'amours un très noble et riche diamant*. Christ. Pisana in Carolo V. part. 2. cap. 12 : *Jehan duc de Berry... en sa juenece hanta les armes et fut à maint fait d'armes en Guienne, fu moult bel jousteur, dont ou temps qu'il estoit en Angleterre, avec son père le roy Jehan, y Forjoust les Joustes par plusieurs foiz et aussi en France*. Le Roman du Dit du Chevalier :

Enfin de saison au printemps  
Se traist où on alloit jouter,  
Et faisoit des festes crier,

Desquelles le plus Forjoustoit,  
Ou si vassamment s'y portoit  
Qu'il en estoit boins nouvelle.

2. *JUSTA*, *Mensuræ liquidorum* species, quasi *Justa mensura*, quantum cuique sufficit potus subministrans ; *Justo*, Occitanis. Ugutio : *Olla vel ulla, mensura parum minor quam Justa*. Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Benedicti cap. 8 : *Ad Cellarii ministerium pertinet, omnia vasa cellarii et coquinae, et scyphos et Justas, et cætera vasa refectorii, etc.* Tabularium Episc. Paris. ex Bibl. Puteana : *Hæc sunt vasa quæ emit D. Willelmus Episcopus Paris. ante portationem suam... Justa una quæ continet 3. marcas*. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 149 : *Percipiet etiam quilibet Fratrum... cotidie duas Justas de cervisia*. [Gesta Cenoman. Episc. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 354 : *Justam* (dedit) *et cantarum, vasa scilicet purissimo argento conflata, sculpta mirifice*] *Justa vini*, in Tabulario Vindocin. Thuani Ch. 28. fol. 276. in Charta Nicolai Archiep. Messanensis ann. 1178. apud Rocchum Pirrum pag. 319. et in alia Rogerii Comitiss Siciliæ ann. 1092. in Episc. Catan. pag. 15. [et alibi non semel; unde emendandus Limborchius Sent. Inquisit. Tolos. pag. 132. ubi perperam *Insta vini*.] *Justa cervisiæ*, in Chron. Gemblac. Abbat. pag. 534. [et in Charta ann. 1080. apud Miræum tom. 1. pag. 70. Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Regii ann. 1350. c. *d'orfaverie* : *Pour solder et mettre 5. tiroirs à quatre grans Justes, et quatre pintes d'argent*. Historia Prioratus Wigmorensis in agro Herefordensi in Anglia : *Et il dona adonks à l'Evesk une Juste d'argent, pleine de pyement, laquelle il receust par graunt don*. Le Roman de Vace :

Es vous illeuc un Damoisel  
Une Juste sous son mantel,  
Mort est son pere nouvellement,  
Relever vout son tenement,  
Sa Juste estoit moult bonne et chiere,  
Tout estoit d'or noblement faite,  
Cil qui la tint, l'a avant traite,  
A present au Duc la tendi, etc.

Adde Librum Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 12. 17. Guigonem II. Priorem Cartusien. in Statutis ejusdem Ordinis cap. 28. § 5. cap. 57. § 4. Statut. antiq. 2. part. cap. 13. § 30. part. 3. cap. 10. § 16. et Consuetud. Nancaii in Biturigib. art. 20. apud Thomasserium.

\* *Vas continendis liquidis idoneum, poculum, nostris Juste et Giuste*. Comput. MS. ann. 1244 : *De quadam Justa ad aquam, pro domino comite, etc.* Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 123 : *L'exposant lui mandoit qu'il alast parler à lui et qu'il lui portast deux Giustes de vin en l'ostel de Gervaise Sejourné*. Rursus occurrit in aliis ann. 1395. ex Reg. 149. ch. 80. Aliæ ann. 1416. in Reg. 169. ch. 223 : *Une Juste ou pinte d'estain. Trois pichiers ou Justes d'argent, six tasses d'argent pesant chacune sept marcs et demi*, in aliis ann. 1457. ex Reg. 187. ch. 69. Hinc dimin. *Justelette*, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. ch. 105 : *Un vaisselet, appellé Justelette, qui estoit d'estain à quoy l'en boit cervoise*. Neque aliud est *Joye*, si tamen *Juste* legendum non est, in Arest. ann. 1365. 24. Jan. in vol. 5. arestor. parlam. Paris. : *Quantum vini, quæ Joye in Suessionensi ecclesia nuncupatur, ipse Chapus... receperat certa die ad hoc solvendum statuta*. Vide infra *Justetus* et *Jula*.

¶ *JUSTA DEMESURALIS, TERTIERA*. Consuetud. MSS. festivalitatum Monasterii

Solemniac. in Lemovicibus : *Dominica in Quinquagesima* (habemus in refectorio) *Justas demesurales de vino puro... in octabis Paschæ x. ova et Justas demesurales de vino puro*. Iterum atque iterum memoratur ibi *Justa demesuralis* : quæ videtur esse vas vinarium capiens consuetam statutamque Monacho vini mensuram ; cui id unum additur in festis paulo solemnioribus, ut *Justa demesuralis* sit de vino puro ; at in festis majoribus maximeque solemnibus mensura vini dabatur tertia parte major solita : sic intelligo *Justam tertieram* de qua non semel in iisdem Consuetudinibus : *In die Epiphaniæ... Justas tertieyras de puro vino... in Resurrectione Domini... Justas terciyras et cornulas... in die Pentecostes... Justas terciyras, etc.*

¶ *JUSTA*, pro *Mensura frumentaria*, in Hist. Abbatia S. Albini Cisterc. Ord. MS. a Guillelmo Gauthier cap. VII : *Ipsum ratam habuisse quam fecerat donationem trium Justarum frumenti*.

¶ 3. *JUSTA*, pro *Justa præpositione*, frequenter legi in veteribus Instrumentis observat Baluzius tom. 2. Capitul. col. 986.

\* [Hic referenda sunt exempla quæ a Benedictinis sub voce *VISTA* immerito fuerunt collocata ; hic legendum est *Justa* ut in Cartul. Magalon. (Rev. Soc. Sav. 1873. p. 417) : « *Idrias seu Justas stagneas... ydrie seu Juste*. » Invenies in *Gloss. des Emaux* a Léon de Laborde compilato, multa ex gallicis scriptoribus excerpta sub voce *Juste*.]

¶ *JUSTANTIA*. Charta Massil. ann. 1481 : *Placeat regie Majestati vestre preservare vestram civitatem ab Justantiis, logementis, subjornatis et stationibus armigerorum peditum et equitum. Placeat. Suspicor legendum Ustantia, vel Ustancilla cum Hispanis, Hospitis militis supplex, Gall. Ustencille, vel ut alii efferunt Utensile*.

\* *Placeat interpretatio* ; nihil vero emendandum est, ut colligitur ex Charta Joannis comit. Catalaun. ann. 1232. in Reg. comitat. Clarimont. : *Adecheries si je aray volu carier men vin à ichelli quarrier, li prieurs de Bagni baura à moi à me Justance une fois en l'an le quar de se terre*. Hoc est, ad usum meum.

\* *JUSTARE*, *Probare*, conferre ad modulum. Stat. Mantuæ cap. 114. lib. 1. ex Cod. reg. 4620 : *Quilibet vendens vinum ad minutum, teneatur habere et tenere bozzolam vitream bullatam bullo Virgili, ac approbatam et Justatam secundum formam statutorum communis Mantuæ*. Stat. crimin. Riper. cap. 216. fol. 29. rº : *Qui erunt deputati ad bullandum mensuras, teneantur et debeant Justare et bullare, etc. Justoier, eodem sensu, apud Bellom. MS. cap. 26 : Et fist Justoier toutes les mesures que il avoit prinsses es autres taverniers, et chelles que il trouva bonnes et justes, il les rendi sans damage*. Vide alia notione supra in *Justa* 1.

\* *JUSTATAIUS*. Vetus Inscriptio olim ex museo Jac. de Bary : IN TIBIIS ZMARAGDI DUO, CYLINDRI N. XI. JUSTATAIUS ZMARAGDI N. VIII. Forte Cruralis ligula, periscelis : sed mendose scriptum suspicor.

\* *JUSTETUS*, diminut. a *Justa*, *Vas continendis liquoribus idoneum*. Charta ann. 1352. ex Tabul. monast. Montisoli : *Guillelmus abbas recognovit se habuisse et recepsisse... unum Justetum sive potatum pro aqua ministranda*. Vide supra *Justa* 2.

¶ *JUSTIARIATUS*, pro *Justitiariatus*, de quo infra, *Officium, dignitas judicis*.

Chronicon Richardi de S. Germano apud Murator. tom. 7. col. 1032: *Hector de Monte-fuscio per Imperatorem a Justiaratu amovetur, et Stephanus de Anglone substituitur illi.*

† 1. **JUSTICIABILIS**, Alicujus domini jurisdictioni et justitiæ subditus, Gall. *Justiciable*. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1329. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 159: *Quamplurimos subditos et Justiciabiles dilecti et fidelis Guillelmi Flote, personas liberas cum armis hostiliter et pensatis insidiis invasisse.* Instr. ann. 1472. ex Archivis B. M. de Bono-Nuntio Rotomag.: *Dicti Prior et Religiosi... sunt... viri Justiciabiles... D. Rothomagensis Archiepiscopi.* Vide *Justiciabilis*.

\* 2. **JUSTICIABILIS**, Cui justitiæ exercitium competit. Charta ann. 1326. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 400: *Item feuda nobilia et francalia, Justiciabilia, existentia sub jurisdictione Auriaguesii, etc.* Vide *Justiciatio*.

† **JUSTICIAL**, **JUSTICIALIS**, Poculum vinarium, idem quod *Justitia* 3. Charta Monialium Artacellæ ann. 1403. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Debent eis dare unum panem de pondere, et unum Justicial vini consuetum cuilibet, et domine Priorissæ 4. mensuras vini ultra pensionem.* Infra: *Item Fenestrieræ medium Justicialem vini. Item Refectoriæ pro suo labore duos Justiciales vini ultra suam rationem.* Vide *Justia* 2.

† **JUSTICIALITER**, Legitime. Charta ann. 1226. e Tabul. Bethun. fol. 40: *Relevia, terrarum vendagia, plaçita... adeo Justicialiter sicut ea habui.*

\* **Justificaulement**, eodem sensu, in Lit. Florent. Hannon. col. 1287. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1238.

† **JUSTICIARE**, Vide *Justitiare*.

† **JUSTICIARIUS**, Judex. Vide *Justitiarius*.

† **JUSTICIATIO**, Justitiæ exercitium, seu jus illam exercendi. Literæ ann. 1293. apud Rymer. tom. 2. pag. 618: *Loca dictæ terræ contra nos munierunt et inforciverunt; volentes, quasi modo hostili, Justiciationi nostræ feodi resistere.* In legibus Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 159: *Justiciatio est Coartatio super aliquem facta ut jure pareat ex commisso; unde patet quod Justiciatio non debet fieri, nisi delictum præcesserit, cujus satisfactio requiratur.*

† **JUSTICIATUS**, Officium, dignitas judicis seu justitiarii. Charta ann. 1501. apud Rymer. tom. 12. pag. 781: *Et exercitio omnis Justiciatus et Cancellarius.*

† **JUSTICIUM**, Vide *Justitium*.

† **JUSTIGUS**, Justus. Charta Ludovici Grossi ann. 1129. apud Doubletum in Hist. Sandion. pag. 859: *Contestamur autem omnes successores nostros per sanctam et individuum Trinitatem, et per adventum Justici judicis Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, ut hoc nostræ auctoritatis præceptum nullomodo præsumant temerare.*

\* **JUSTIDIUM**, ἀρχοντική ήμῶρα, Salmasius ἀρχοντική restituit. Vide Scaliger. ad Festum in *Justi dies*. Hæc post Castigat. in utrumque Glossar.

\* **JUSTIFER**, Judex, baillivus. Ryth. satyr. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 94:

Dolis armatus Justifer Heinrico tollit feminam.

Ubi de judice, qui auctoritate sua abutitur, sermo est. Vide mox *Justificarius*.

† **JUSTIFICABILIS**, Idem quod *Justiciabilis*. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1317. apud Lobinell. tom. 2. Hist.

Britan. col. 472: *Salvo et retento eidem Duci, quod ipse et hæredes sui possint subditos suos castellanæ dictæ villæ, et alios suos Justificabiles et subiectos in dicta villa de Guingamp justiciare et tenere ibidem placita sua inter eos.*

1. **JUSTIFICARE**, non tam justitiam exercere, judicare, quam judicio dato damnare, vel per judicium compellere. Notitia de Rogero Episcopo Bellovac. apud Loisellum pag. 248: *Dans ei medietatem Vicecomitatus, ita ut minister Episcopi, et minister Comitibus Justificent reos, et Leges æqualiter dividant.* Charta Fulconis Abbatis Corbeiensis ann. 1055. ex Tabulario ejusdem Monasterii: *De omnibus quoque ad se proprie pertinentibus, si hæc violaverit, ipsemet Justificabit.* Charta Branonis Abbat. Dervensis in Tabul. ejusdem Monast.: *Persolvant nobis in censu 2. solidos denariorum: quæ si neglexerint eo die solvere, in crastinum Justificabuntur sua lege; si autem pro negligentia census Justificari noluerint, legemque solvere, vel deprecari, terram nostram recipiemus.* Charta ann. 1146. in Tabular. Prioratus Neronis-villæ fol. 18: *Et ibi in audientia procerum Castri Nantonis, et secundum judicium eorum, Justificabunt rusticos, et medietatem justitiæ habebit Prior Neronis-villæ, et medietatem Mathæus de Anunvilla.* Charta ann. 1175. apud Bromptonem: *Et totam aliam terram, et habitores terræ habeat sub se et Justificet, etc.* Infra: *Si a fidelitate Regis recesserint, ipse eos Justificet et amoveat: et si eos per se Justificare non poterit, Constabularius Regis Angliæ, et familia sua de terra illa juvabunt eum ad hoc faciendum, etc.* [Charta Thomæ Domini de Couciaco ann. 1218: *Mercatores habebunt cheminum quale solent habere, et transitum liberum sicut habere solent, et Justificabuntur tantummodo per Winegiatores prædicti domini mei.* Consuetudines Furnenses ex Archivio Audomar.: *Et si occasione cujuscumque alterius extra Flandriam fuerit acclamatus, Comes Justificare poterit per curiam suam.*]

† 2. **JUSTIFICARE**, Meritis poenis afficere, debito supplicio plectere, Gallis, *Justicier*. Epistola Jacobi Regis Scotiæ ad Carolum VII. Reg. Franc. tom. 10. Spicileg. Acher. pag. 244: *Principales vero rebelles qui in eodem castro inventi fuerunt, poena suspendi Justificavimus.* Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1098: *Et Saraceni secuti sunt semper interficiendo Christianos usque ad fossatum eorum... Tali modo Justificavit Deus Christianos, quia non cum ejus timore; sed cum furore magno exierunt.*

\* 3. **JUSTIFICARE**, Gall. *Justifier*, Purgare, absolvere; unde *Justificatio*, Purgatio, absolutio, Gall. *Justification*. Advent. episc. Metens. ann. 867. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 595: *Immo sancta mater Ecclesia, quia probi doctores sunt et veri speculatores, cum principie pastorum Christo evidenter Justificat, et omni laude dignis æternæ beatitudinis præmia promittit.* Epist. synod. Conc. Tricass. ann. 867. ibid. pag. 590: *Ebbo publice, tam pro imperatoris placanda offensa, quam pro gratia ejus recuperanda, et sua injuria removenda, quædam minus caute, pro sui tamen ereptione, in imperatoris Justificatione, et in sua denotatione pronunciavit.*

† **JUSTIFICARIUS**, Judex, Baillivus. Consuetud. Furnenses ex Archivio Audomar.: *Comes nec Justificarius suus potest convincere aliquem de contradicito*

nisi per juramentum super Sacrosancta. [Stat. MSS. eccl. Tull. collecta ann. 1497. fol. 100. rº: *Et si contingat quemquam dictorum tredecim hominum criminaliter delinquere, incarceration in prisonem captiui, et facere tenentur dicti Justificarii processum ejus ac eum condemnare.*]

† 1. **JUSTIFICATIO**, f. Legitima hæreditatis portio, Gall. *Legitime*. Testamentum Armandi d'Alegre ann. 1263. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1115: *Quæ omnia assignavi et constitui eidem Amphel in dolem cum dicto marito suo, et amplius dono et lego eidem jure Justificationis centum solidos dictæ monetæ semel tantum ipsi solvendos.*

† 2. **JUSTIFICATIO**, Satisfactio, Purgatio, Gall. *Justification*. Epistola Odonis II. Comitibus Carnot. ad Robertum Regem Franc. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 1. pag. 337: *Tum ille constituit mihi placitum ex consensu tuo, quando et ubi hoc perfici posset: sed instante termino, cum ad hoc peragendum paratus essem, mandavit mihi ne me fatigarem ad condicendum placitum veniendo, quia non erat tibi cordi aliam Justificationem sive concordiam recipere, nisi hoc tantum, ut faceres mihi defendere quod non essem dignus ullum beneficium tenere de te.*

† **JUSTIFICATOR**, Judex. Chartam Rogerii Siciliæ Regis ann. 1144. subscribit cum aliis Rogerius filius Boni Justificator Curialis, apud Ughellum tom. 6. pag. 143. 145. Liber Ramesiæ sect. 188: *Will. Rex Angl. H. Camerario et Justificatoribus suis, omnibusque suis fidelibus Norff. salutem. Inquirite per Comitatum quis justius hujusmodi forisfacturam haberet tempore patris mei, sive Abbas Ramesiæ, sive antecessor Will. de Albineto, etc.*

† **JUSTIGERIUS**, Idem qui *Justitiarius*, Judex. Magister Justigerius, Præcipuus Judex in regno Apuliæ, idem qui *Magister Justitiarius* in regno Siciliæ. V. *Magister*.

† **JUSTILIIUM**, Jus, Gall. *Sausse*, apud Kerhardum in Synonymis.

† **JUSTILOQUUS**, Qui justa et æqua loquitur. Statuta Canonico-rum Regul. apud Duellium tom. 1. Miscell. pag. 97:

Vaniloquos ac turpilquos fuge, sperneque, vita, Justiloquosque nota, fantes de perpete vita.

† **JUSTINIANI**. Sic juvenes qui primo anno studio juris operam dabant appellari jubet Justinianus Imp. sua prima Constitutione seu Præfat. Digest. cum ante *Dupondii* dicerentur, *vetere tam frivolo quam ridiculo nomine*, ut habet idem Imperator ibidem.

1. **JUSTITIA**, Jurisdictio, cognitio judicis. Leges. Edw. Confess. cap. 26: *Justitia cognoscentis latronis sua est, de homine suo, etc.* *Justitia Regis*, eodem cap. est forum Regis, la *Justice Royale*. Charta Henrici III. Reg. Angl. pro Abbatia S. Walerici in Picardia: *Habeantque Abbas et Monachi in tota possessione sua omnem Justitiam de assultu et sanguinis effusione et pacis infractione.* Passim.

ALTA JUSTITIA, Merum imperium, jus gladii, *Haute Justice*, Practicis nostris. *Hauteur et Justice*, in Pacto Tongrensi ann. 1403. pag. 30. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1272. in 30. Regesto Archivi Regii ch. 441: *Nec non alta Justitia, quam extendimus ad omnem casum in quo contigerit aliquem pati debere mortem, vel exitium, vel membri mutilationem.* [Charta Henrici II. Ducis Lotharingæ et Brabantæ ann. 1243. pro Abbate S. Bernardi ad Scaldim: *Nihil*

juris nobis vel posteris nostris, præter tres articulos altæ Justitiæ, scilicet manifestam sanguinis effusionem, membrorum mutilationem, et vitæ ablationem, si excessus delinquentium hoc exegerit, in ipso alodio reservando.]

\* Cas de haute justice, cujus cognitio ad altam justitiam pertinet, in Pacto inter Reginald. vicecom. Ambian. et monast. du Gart ann. 1313. ex Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 41. Quatuor ejusmodi casus recenset Charta ann. 1263. ex Reg. S. Ludov. fol. 24. vº: Retentis quatuor altis Justitiis, scilicet raptu, incendio, crimine aggressorum itinerum, crimine homicidii. Crimen, etiam capite plectendum, aliquando ad bassam justitiam, pertinere, pronuntiatur Aresto ann. 1276. in Reg. 2. Olim parlam. Paris. fol. 82. rº: Cum quædam mulier, quæ quædam potiones dabat hominibus ut obdormirent, quod furtum facere posset; a majore et juratis Silvanecti justitiata fuisset et inhumata: ballivo Silvanecti dicente casum hujusmodi esse casum altæ Justitiæ; et ideo illum ad dominum regem, qui in villa Silvanecti raptum, multrum et homicidium retinuerat, pertinere. Dictum fuit quod dictus casus ad bassam Justitiam pertinebat; et fuit super hoc impositum silentium dicto ballivo. Neque enim judicium majoris et juratorum, qui mulierem fossa immergendam damnaverant, inde infirmare ballivo propositum erat.

† JUSTITIA SIMPLEX, Inferior, quæ pendet a Regali. Edictum Ludovici X. Reg. Fr. ann. 1313. tom. 1. Ordin. Reg. pag. 621. Item, super eo quod prefatus Dux (Britanniæ) asserit, quod in ipsius prejudicium, et injuste contra dictum Ducem et ejus subditos adjournamenti, seu simplicis Justitiæ, nonnullis interdum nostre litere conceduntur; respondetur eidem, quod de cetero tales litere minime conceduntur, nisi pro talibus casibus, qui ad nostram superioritatem pertineant, aut ressortum. Ubi patet literas simplicis justitiæ eas dici quibus ad supremam et regalem justitiam evocabantur causæ, quæ secundum jus consuetum dirimi debebant in simplici justitia et ducali, quæ Regiam superiorem agnoscebat.

\* Seu quæ de litibus primo judicat, vulgo En premiere instance. Chartul. AB. S. Germ. Prat. fol. 4. rº. col. 1: Supplicanti dicti Petrus et Johannes vobis, domine abbas, quod eis reddatis simplicem Justitiam, talem qualem prædecessores ipsorum habuerunt in tenemento, quod tenent a vobis, et etiam hæredes ipsorum.

JUSTITIAS FACERE, TENERE, Idem quod Placitum tenere, nostris faire, vel tenir la Justice, les Plaids. Annales Francorum Loiseliani ann. 760: Consilium fecit cum Francis, ut iter aperet supra dictas Justitias querendo in Aquitania. Annales Tiliani ann. 799: Legatos regios, qui tunc ad Justitias faciendas apud eos conversabantur, comprehendunt. Eginhardus ann. 814: Ad Justitias faciendas, et oppressiones popularium relevandas, Legatos in omnes regni sui fines misit. Idem ann. 823: Lotharius, cum secundum patris jussionem in Italia Justitias faceret. Ratpertus de Orig. S. Galli cap. 5: Contigit autem tempore quodam Wolfarium Remensem Episcopum Legatione a domino Karolo sibi injuncta Justitias in Rhetia Curiensi faciendas ad ipsum pagum venisse, etc. Placitum apud Pinen- denam inter Lanfrancum Archiepiscopum, et Odonem Bajocensem Episc. sub Willelmo I. Rege Angl. apud Selde-

num ad Eadmerum: Huic placito interfuerant Gaisfredus Episcopus Constantiensis, qui in loco Regis fuit, et Justitiam illam tenuit, Lanfrancus Archiepiscopus, qui, ut dictum est, placitavit, et totum dirationavit, etc. [Tabularium S. Vincentii Cenoman.: Ita ut ipsi (Monachi) ibidem Vicarium suum habeant qui Justitias et distractiones secundum præceptum Abbatis et Monachorum faciat.] Vide Leges Longob. lib. 2. tit. 52. § 2. [\* Carol. M. 18.]

† JUSTITIAM SUAM FACERE, Ablatis pignoribus debitum exigere, Gall. Faire saisir. Chartularium S. Fromondi: Ita que facient et facere poterunt dicti Prior et Monachi pro defectu solutionis dicti frumenti Justitiam suam in totis tenementis antedictis, quatuordecimque necesse fuerit. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 3: Si ita acciderit quod mihi, vel hæredibus meis de dictis novem minis ordei ad terminum supradictum non fuerit plenarie satisfactum, licebit nobis supra dictam pectiam terræ nostram Facere Justitiam, usque dum nobis satisfactum fuerit de redditu et emenda.

† JUSTITIAM FACERE, Facere satis, debitum solvere, latæ sententiæ obtemperare. Leges Rotharis [\* 256.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 37: Tunc Sculdasius tollat boves aut caballos ipsius, et ponat eos penes creditorem, dum usque Justitiam fecerit. Leges Caroli M. [\* 99.] ibid. pag. 105: Neque Abbates, neque Presbyteri... ad publica vel ad secularia judicia trahantur vel distringantur; sed a suis Episcopis iudicati Justitiam faciant. [\* Brachyl. lib. 4. tit. 9. § 4: Te admo- neo, ut ad placitum venias eique Justitiam facias.]

† JUSTITIAM INVENIRE dicitur actor, qui jus suum obtinet a iudice. Leges Luitprandi [\* 25. (4, 7.)] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 57: Nam si aliter fecerit ipse iudex, et intra XII. dies Justitiam non invenerit qui proclamaverit, tunc componat ipse iudex solidos XII.

\* JUSTITIA, Justitiæ seu domini districtus. Libert. Verment. ann. 1235. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 577. art. 6: Volumus etiam et concedimus ut mercatum nostrum, quod solebat esse apud Betriacum, sit amodo perpetuum similiter die Jovis apud Vermentonem, apud Justitiam nostram. Joustise, eadem notione, in Charta ann. 1288. ex Tabul. episc. Paris.: Monseigneur Jehan Grapin de Nulli chevalier... a obligié... lui, ses hoirs et touz leurs biens meubles et immeubles, presenz et avenir, ou il soient et en quelque Joustise, à jousticier par le prest de Paris.

\* JUSTITIA, Judicium, iudicis sententia, statutum, decretum. Stat. Montis- pess. ann. 1204. MSS.: Dominus Montis- pessulani vel ejus bajulus nullatenus debet vendere Justitias curiæ suæ. Charta Ric. reg. Angl. apud Rymer. tom. 1. pag. 65: Sciatis nos de communi proborum virorum consilio fecisse has Justitias subscriptas.

\* JUSTITIA, Locus plectendis reis, vel eorum cadaveribus suspendendis destinatus, patibulum; qua notione etiam Justice dicimus. Charta ann. 1301. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 81: Item, a dictis domibus usque ad Justitiam dicti defuncti domini Johannis de Beone. Item, a dicta Justitia, etc. Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 451. col. 1: Jacobus de Lagolpe... currens super quodam equo prope Justitiam, extra muros Viterbien- ses. Juybet, eodem sensu, in Charta ann. 1328. ex Reg. donor. Caroli IV. et Phi-

lippi VI. in Cam. Comput. Paris. fol. 30. vº: Item les charpentiers et charrons de Baugency sont tenus à faire à lor couz et despens, par baillant de quoy, les portes et le Juybet de la ville.

\* JUSTITIA, Pœnitentia monacho imposita. Regul. Hospit. S. Jacobi de Alto passu an. circ. 1240. ex Tabul. archiep. Paris. cap. 61: De fratre in Justitia posito. Frater si pro aliqua offensa in Justitiam per esguardium fratrum sit, et a magistro suo mittatur ad aliquam domum ad Justitiam faciendam, etc.

JUSTITIA, Jus, quod alicui in re qua- vis competit, sive in ejus rebus. [Leges Pipini Regis. [\* 11.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 120: Damus... ut qui in tantos annos Justitiam habere non potuerit, vel modo per Dei omnipotentis misericordiam... simul et per nostram præceptionem, unusquisque Justitiam suam accipiat. Liber de Castro Ambasiæ, etc. tom. 10. Spicileg. Acher. pag. 528: Pipinus vero jussu Zachariæ Papæ in Regem a Bonifacio Archiep. inungitur, qui Haistulfum Regem Longobardorum tenere Justitias sancti Petri coegit.] Charta divisionis Imperii Caroli M. cap. 10: Similiter et de cæteris Ecclesiis, quæ sub illorum fuerint potestate, præcipimus, ut Justitiam suam et honorem habeant, etc. Vide ejusdem Capitulare 2. ann. 802. cap. 23. Versus Hadriant PP. ad eumd. Carolum præfixi Collectioni Canonum:

Justitias almi Petri sui protectoris tueri.

Anastasius Bibl. in Stephano IV. pag. 97: Imminentibus atque decertantibus in hoc sæpius nominatis, Christophorus Primicerius et Sergius Secundicerius, pro exigendis a Desiderio Rege Longobardorum Justitiis B. Petri, quos obdurato corde reddere sanctæ Dei Ecclesiæ nolebant. Idem in Hadriano pag. 99: Inquiens, quod omnia illi mentitus fuisset, quæ ei in corpus B. Petri jurejurando promissit, pro Justitiis sanctæ Dei Ecclesiæ faciendis, etc. Pag. 100: Quia Justitias B. Petri, juxta quod repræmiserat, non reddidit. Adde pag. 105. Epistola Joannis Regis Bulgaria in Gestis Innocentii III. PP. pag. 56: Sciat autem Sanctitas tua, quod quinque Episcopatus Bulgaria pertinent ad Imperium meum, quos detinet Rex Ungariæ, cum Justitiis suis Ecclesiarum, etc. [Charta ann. 1252. et Chartulario Meldensi: Ita quod Meldensis Episcopus et successores sui, vel alius nomine eorum, in dicta pecia terræ de celero nihil juris vel facti, Justitiæ parvæ vel magnæ poterunt reclamare vel habere: nec nos vel nostri in dicta pecia, quæ sibi assignata pro illa quæ fuit sua aliquid juris vel facti, Justitiæ parvæ vel magnæ reclamare poterimus vel habere. Epistola Alexandri III. PP. pag. 44. Libri nigri Scaccarii: Nos tam in decimis, quam in aliis Ecclesiasticis Justitiis vobis restituendis, etc.] Vide Reginonem ann. 753.

\* Justice, eodem intellectu, in Charta ann. 1208. Chartul. 23. Corb. : Jou ay vendu et escangié... toutes les Justices que jou avote à Corbie, les cambaiges, les es- tallages, etc.

JUSTITIA, Præstatio, census. Burchardus Wormaciensis Episcopus in Lege familiar: Si quis in civitate hæreditatem aream habuerit, ad manus Episcopi adjudicari non poterit, nisi tres annos censum et aliam suam Justitiam inde supersederit. Arnoldus Lubecensis lib. 3. cap. 6: Dicebat enim dominus electus homines suos in multis ab eo injuste gravari, quædam etiam prædia violenter occupari, et

*Justitias suas, quas in civitate sua Utine de advocacia consequi debebat, sibi frequenter per suos impediti.* Chrunradus de Fabaria de Casib. S. Galli cap. 8 : *Quas in suis perturbaverat tam feudis, quam consuetudinibus Justitiis.* Charta Henrici Imp. ann. 1186. apud Ughellum tom. 1. pag. 378 : *Sancimus quoque, ut homines de Camerano, cum ab eis requisiti fuerint, de Justitiis suis plene ipsi respondeatur, et ab eis non exigatur reddita.* Gregorius lib. 3. Decretal. tit. 3. cap. 9 : *Ut consuetis Justitiis et debitis obsequiis te defraudent, tonsuram resumant abjectam.*

**JUSTITIA, Mulcta judiciaria.** [Leges Caroli M. 46. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 100 : *Si alicui homini post judicium Scabinorum fuerit vita concessa, et ipse postmodum aliquod malum perpetraverit, et Justitiam reddere noluerit, dicendo quod mortuus sit, et ideo Justitiam reddere non debeat, etc.*] Concil. Triburiense ann. 821. cap. 4 : *Triplicem compositionem, cum Justitiis, quæ in superiori capitulo scriptæ et confirmatæ esse videntur, componat.* Forma sacramenti Vicariorum in Constitutionibus Catalaniæ MSS. : *Et non accipiant aliquid ab aliqua partium, nisi directam Justitiam, quæ de placito debet exire, et illam nisi causa finita, per compensationem, vel sententiam : et si per sententiam finiatur, accipiant solummodo Justitiam a victo, a victore autem nihil accipiant, neque exigant. Si autem questio vel causa amabili compositione fuerit terminata, moderate, quod justum fuerit, exigant ab utraque parte : quam Justitiam tradam fideliter in manum Bajuli vestri, et non velabo alicui inde conquerenti. Et si quæ servitia mihi facta fuerint gratis, omnia manifestabo, et mittam in compotum, etc.* Charta ann. 1211. in Hist. Episcoporum Cadurcensium num. 87 : *Et burgenses Cadurci mandaverunt et convenerunt nobis, quod de cætero non acciperent denarios Rutenenses : et si aliquis acciperet vel expenderet burgensium, concederet nobis septem solidos de Justitia, ut amitterent Rutenenses, et obolos, quos acceptos habuerint.* [Sententia arbitraris ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte : *Si forte... messegarii dictæ villæ aliquos delinquentes in dicto nemore de Castello invenerint, tandem Justitiam duodecim denariorum possint et debeant servare et accipere, quæ Justitia in tres partes, ut superius, dividatur.*] Vide Chartas alias apud Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 215. 216. 219. Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 140. [Mabillonium Diplom. pag. 584.] etc.

**JUSTITIAM FACERE** dicitur is, qui de crimine aut de re quæpiam interpellatus juri stat, in Capitalibus Hludovici Imp. post Legem Salicam cap. 5. *Rectum facere, dixere posteriores.*

**JUSTITIA, Juxta**, qui vulgo *Justitiarius*. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 42 : *A Rege vel justitia ejus, vel a communi utrorumque domino... submoneatur.* Historia Translat. S. Guthlaci n. 24 : *Ubi famosis judicibus præsentibus, et patriæ Justitiis coram positis, controversia legitimo fine decideretur.* Vetus Charta apud Seldenum ad Eadmerum pag. 168 : *Nullus, qui de Rege tenet in capite, nec aliquis dominorum Ministrorum ejus excommunicatur, nec alicujus eorum terræ sub interdico ponatur, nisi prius dominus Rex, si in regno fuerit, conveniatur, vel Justitia ejus, si fuerit extra regnum. Ubi Seldenus : Qui velut Præfectus Prætorio, aut Prorex, regias illo ævo vices*

*agebat, et Capitalis Angliæ Justitiarius etiam indigitabatur.* [Charta ann. 1279. ex Archivis Abbatie Troncheti : *Henricus Rex Angliæ et Dux Normanniæ et Aquitaniæ, et Comes Andegavensis, Episcopus, Comitibus, Justitiis et omnibus ministris suis Britanniæ, etc.* Tabularium B. M. de Bono-nuntio Rotomag. : *Conductus fuit extra cum cruce et aqua benedicta per Justitiam dictorum religiosorum.* Adde Translationem S. Guthlaci, tom. 2. April. pag. 58.]

\* **Nostris etiam Justice**, eadem acceptione. *Hugo le Bigot Justice d'Angleterre*, in Charta ann. 1259. ex Chartul. Campan. fol. 226. Occurrit præterea in Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 378. art. 32. et in Stat. ann. 1355. ibid. pag. 512. art. 24. Sed et dominus loci, *Justice* appellatur, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 51 : *Jehan de Goy escuyer... seigneur de la ville de Chincheny... Plusieurs habitants de laditte ville veant ledit Jehan de Goy, qui estoit leur Justice, ainsi comme mort.* Infra ch. 57. ubi de eod. facto : *Ledit escuier chief de justice, etc.*

**JUSTITIA ARAGONUM.** Vide *Judex medius*.

† **JUSTITIA ATRII**, seu Cæmeterii, Quod pro sepultura persolvitur. Chron. Besuense tom. 1. Spicil. Acher. pag. 675 : *Atrium Ecclesie S. Petro Besuensi tradiderunt, Justitias tantum atrii retinentes.* Vide *Atrium*.

† **JUSTITIA BANNI**, Mulcta ob bannum fractum imposita. Charta ann. 1174. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. : *Si vero in terris Domini Castelli bannum frugerint, debent restituere et Justitiam banni Domino Castelli dare ita legitime sicuti sui homines.*

\* **JUSTITIA BUSTELLI**, Jus bustellos seu mensuras frumentarias exigendi ad modulum, mulctamque ob fraudem percipiendi. Charta Barthol. Laudun. episc. ann. 1149. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 49 : *Quicquid in molendinis jure hæreditario habebat, videlicet districtum, bannum, Justitiam bustelli, piscariam aquæ superius... dedit.*

\* **JUSTITIA CAMPI**, *Duelli* scilicet jurisdictionis. Charta Frider. ducis Lothar. ann. 1255. ex Chartul. eccl. Romaric. ch. 33 : *Li prevos saint Pierre doit tenir la Justice et de champ et de bataille.*

\* **JUSTITIA CAPITALIS**, Supremum tribunal. Arest. ann. 1341. 18. Sept. in vol. 3. arestor. parlam. Paris. : *Coram nobis seu Justitia nostra capitali litigare non tenebantur (abbas et conventus Montis-regalis) ; quæ quidem Justitia capitalis, alias curia parlamenti nostri extitit declarata.* Vide Ordinat. reg. Franc. tom. 4. pag. 724. et in *Parlamentum*.

† **JUSTITIE COMPLEMENTUM FACERE** dicitur *Judex*, aut litigator, qui quidquid æquum est et leges postulant ad litem finiendum complet perficitque. Charta Otonis Comitiss Palatini ann. 1245. apud Tolner. in Probat. Hist. Palat. pag. 150 : *Nullus judicium faciat alicui querelanti ; personaliter namque de ipsis ac et attentibus Justitiæ universis proponimus facere complementum.* Sententia ann. 1294. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 124 : *Quominus possint facere Justitiæ complementum, prosequi malefactores et exsequi sententias contra omnes, prout justitia postulabit.* Litteræ Senatus Hertzberg. apud Ludewig. tom. 1. pag. 156 : *Dominus Abbas et qui cum eo aderant Fratres responderunt... paratos et benevolos se esse... hoc ipsum in Reliquiis juramento publice affirmare. Nos vero consi-*

*derantes constantiam D. Abbatis de faciendi in Reliquiis Justitiæ complemento.* Charta Caroli Franc. Regis ann. 1378. ex Archivo B. M. de Bono-nuntio Rotomag. : *Si aliqui prisonarii adducerentur dictis octo diebus pro complemento Justitiæ secundum qualitatem delicti faciundo, etc.* Rursum occurrit apud eumd. Ludewig. tom. 5. pag. 571. Rymer. tom. 2. pag. 255. Illust. Fontanium in Appendice ad Antiquit. Hortæ pag. 423. etc.

\* **JUSTITIA CORPORALIS**, Jus gladii, cognitio criminum corpore plectendorum. Charta ann. 1245. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 14. v. : *Donum... de villa sancti Martini veteris... quam (Simon comes Montisfortis monachis Villæ longæ) dedit, salva Justitia corporali ad principem pertinenti... concedimus.*

† **JUSTITIA PRO DUELLO**, Mulcta pro duellis domino solvenda. Vide *Duellum* pag. 954. lin. *De compositione*.

\* **JUSTITIA ELECTA**, Statuta civitatis consensu communitatis decreta. Vide *Cora*. Statut. Susat. ann. 1120. apud Seibertz. cod. dipl. ducat. Westphal. pag. 48 : *Audiat universitas antiquam et Electam Susatensis oppidi Justitiam.*

† **JUSTITIA FEODI**, Jurisdictio domino competens ratione feodi, quod possidet. Capitula anno circiter 1329. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 492 : *Clerici trahunt causam feodorum in curiam christianitatis... et propter hanc occasionem perdunt domini Justitiam feodorum suorum. Et mox : Sed propter hoc non amittit dominus feodi Justitiam fidei (feodi) nec propter hoc se capiant ad feodum.*

\* **JUSTITIA FONSSERIA**, *FUNDICARIA*, Gall. *Justice fonciere*, Jurisdictio minor, inermis, quæ ratione fundi exercetur. Vide *Fonsseria* et supra *Fundicarius*.

\* **JUSTITIA FORISFACTORUM**, *Emendæ*, mulctæ. Charta ann. 1179. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 79 : *Domino autem Nicholao, ad conservanda jura ecclesie et præfatæ villæ libertatem, concessimus Justitiam forisfactorum de burgensibus inibi manentibus.*

\* **JUSTITIA GROSSA ET BASSA**, Major et minor. Vide supra in *Grossus* 1.

† **JUSTITIA LATRONUM**, Cognitio de latronibus competens domino habenti altam justitiam. *Justitiæ latronum et adulterorum*, in Charta Adelfonsi Tolos. Comitiss ann. 1131. Vide *Latro*.

\* **JUSTITIA LICHERIA**, Jurisdictio intra castrum repagula, quæ *Liciæ* appellantur. Vide in hac voce. Charta Guich. episc. Matisc. ann. 1267. in Reg. 81. Chartoph. reg. fol. 41. r. col. 1 : *Dicebamus quod quicumque tenebat comitatum Matisconensem, tenebatur episcopo Matisconensi facere homagium de omnibus, quæcumque comes Matisconensis in dicta civitate et suburbio, excepto castro et Justitia, quæ vocatur Licheria, quæ semper consueverunt teneri a domino rege.* Vide infra *Lichia* 1.

\* **JUSTITIA MINUTA**, Minor jurisdictionis. Charta ann. 1248. ex Chartul. Campan. fol. 472. col. 2 : *Reinuit autem dicta Emelina Justitiam minutam Roizæ terræ, quam videlicet terram homines sui tenent de ipsa.*

\* **JUSTITIA PARVA**. Charta ann. 1278. in Chartul. Cluniac. ch. 300 : *Jurisdictio vero, cognitio et Justitia in terris, hominibus et locis omnibus supradictis, citra emendam sexaginta solidorum, quæ vulgariter parva Justitia appellatur... ecclesie Cluniacensis perpetuo remaneant.*

\* **JUSTITIA PERSONALIS**, Eadem quæ



Minor. Charta ann. 1265. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 242. r. col. 2 : *Prætextu majoris seu altæ Justitiæ, raptus videlicet, multri, inventionis thesauri auri et argenti, vel incendii,.... et etiam minoris, scilicet Personalis, etc.*

† JUSTITIA SANGUINIS, Major justitia, quam exercet dominus, cum sanguis defuit. Jura Comitum Biterr. in civitate Albiensi ann. 1252 : *Item habuit et percepit in eadem civitate majores Justitias, sanguinis videlicet, latrocinii et adulterii et criminum aliorum.* Vide Sanguis.

\* JUSTITIA vocata *Sauvedroit*, Mulcta, quæ ab iis exigitur, qui jura debita salvant, id est, non solvunt. Vide infra *Salvaria*.

† JUSTITIA DE TELONEO, Mulcta pro fraudato vectigali. Charta Chilperici Franc. Reg. apud Miræum tom. 2. pag. 1810 : *Sed ipse teloneus et Justitia de teloneo... omni tempore nostris et futuris temporibus ad mensam Canonice eisdem Ecclesiæ proficiet.*

† JUSTITIA TERRÆ, Immunitas, Franchisia, Gall. *Franchise*. Hist. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. pag. 10 : *Voluerunt nostri quoddam castrum aggredi et apprehendere, eo quod erat plenum omnibus bonis. Sed vir prudens Boamundus noluit consentire tantum pro Justitia terræ, quantum pro fiducia Imperatoris.... Ibi dictus Boamundus optime concordatus cum duobus Cuiropalatis, et pro amicitia eorum et pro Justitia terræ jus reddi omnia animalia, quæ nostri de prædata tenebant.*

\* JUSTITIA TERRENA, Secularis, Idem quod supra *Jus terrenum*. Charta Odon. episc. Paris. ann. 1199. ex Chartul. ejusd. episc. fol. 51 : *Et ultra pontem S. Clodaldi, pro Justitia terrena, homines illius loci episcopus trahere non poterit.*

† JUSTITIA TRANSITUS, Tributum a transeuntibus per terras alicujus domini solvendum, Gall. *Droit de passage*. Charta ann. 1140. apud Miræum tom. 2. pag. 821 : *Liberos quoque ipsos decerno ab omni onere, angaria, parangaria.... et omni justitia transitus per totam terram meam, ac aquam universam, in rebus suis emendis vel vendendis.* Vide *Transitus*.

\* AD JUSTITIAM ALIQUEM HABERE, vel *Ad Justum*, Aliquem ad jus faciendum submoquere, in jus vocare. Charta ann. 1149. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 522 : *Et si ullus homo aut femina auferret tibi totum honorem tuum aut inde te auferret, adjutor ero tibi bona fide et sine inganno,.... et illos tibi ad Justitiam habeo. Et si illos ad Justum tibi habere non possem, adjuvabo te de eis sine tuo inganno.* Similia rursus occurrunt in Ch. ann. 1157. ibid. col. 566. Vide *Rectum*.

2. JUSTITIA, Idem quod *Justa*, *Jouste*, *Hastiludium*, in Historia Obsidionis Jandrensis ann. 1345. lib. 2. cap. 21.

3. JUSTITIA, Idem quod *Justa*, Poculum vinarium. Statuta S. Hugonis Cluniacensis tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 448 : *Duodecim pauperes reficiantur, septem diebus Justitia detur, excepta quotidiana præbenda, quæ in majori Missa semper ponitur.* Petrus Cluniacensis lib. 1. Epist. 20 : *Vascula vinaria, quæ Justitias vocant, vel similia, concavare et componere tenta.* Idem in Statutis Cluniac. cap. 27 : *Statutum est, ut non vasis illis vinarius, quæ Justitiæ vocantur, sicut olim facere cogebantur, sed propriis ciphis unusquisque bibat, etc.* Udalicus lib. 2. Consuet. cap. 20 : *Si opus habet Justitiam suam et pateram lavare, tunc lavat.* Adde

lib. 3. cap. 21. 22. Consuetudines Floriacens. pag. 401 : *Potus in Justitiis sicut in aliis diebus ponitur.* Leo Ost. lib. 2. cap. 59 : *Tollebat tantum de loco mensæ Justitiam ipsius, et ponebat in pavimento.* Tabularium Vindocinense Thuani f. 228 : *Ut emendatio illius forfacti esset unus panis, et una Justitia vini.* Charta Arnaldi Episcopi Niciensis ann. 1159. apud Jofredum pag. 175 : *Si autem cum eis comedere noluerit, libra ei et Justitia cum pulmentis, quibus Clerici vescuntur, deforis mittantur.* Vide Concilium Monspelense ann. 1214. can. 22. et Usus vet. Cisterciens. cap. 89. 109. 114. 116.

† Justitia non tantum pro potus, sed et pro cibi diurna portione, quæ Monachis Canonice competeat, usurpatur. Id probant Statuta S. Hugonis Cluniac. superius a D. Cangio laudata. Adde Chartam ann. 1062. apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 520 : *Qui sagmarius hoste transacta Monasterio reddatur, et uno recepto Comitum Pictavensis per jussionem Vicecomitis, et Justitia panis et vini, cum in hanc villam venerit.* Aliam ann. 1179. ex Tabul. Floriac. : *Ecclesiam Sanctorum.... Gervasii et Protasii liberam præter refectionem quæ debetur Canonice S. Crucis, et revestitum presbyteri in die Dominico et de ipse presbytero Justitiam.* Chronicon Cavense apud Murator. tom. 7. col. 961 : *Et perpetuo stabilimus solvendam et pauperibus erogandam pro quolibet defuncto Monacho ipsius nostri Monasterii a die obitus sui usque ad trigesimum Justitiam panis et vini, qualis datur viventibus.* Chron. S. Petri Vivi tom. 2. Spicileg. Acher. pag. 756 : *Officio divino arceantur, rebus ecclesiasticis ac Justitiis, quas nos præbendas vocamus, priventur.*

\* Sed hac voce etiam vinum, ut voce *Libra panis*, significatur. Cærem. MS. S. M. Crassensis ubi de defuncto : *Per xxx. dies ad Missam matutinalem Libra et Justitia ejus (defuncti) Deo offeratur, et pauperibus tribuatur. Libra ei et Justitia cum pulmentis,* in Ch. Arnaldi episc. Niciensis. ann. 1159. supra laudata.

† 4. JUSTITIA, Aptitudo, convenientia, Gall. *Justesse*. Tertullianus lib. de Pallio cap. 1 : *Quadrata Justitia beatæ (tunicæ) in viris stabant.*

† JUSTITIABILIS, Alicujus jurisdictioni et justitiæ subjectus, Gallis, *justiciable*. Regestum *Crux* f. 37. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 916 : *Et si contingeret quod emergeret questio, quod gentes nostræ requirant aliquem tanquam burgensem nostrum, quem aliquis Prælati aut Baro, aut quivis alius nobis subjectus dicerent esse hominem aut Justitiabilem suum, aut quid in eorum jurisdictione commississet.* Vide supra *Justiciabilis*.

† JUSTITIALIS, ut *Justitiabilis*. Charta ann. 1269. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 3. col. 1 : *Offerunt prædictis civibus et populo Lugdunensi, qui sunt Justitiales Ecclesiæ S. Joannis, etc.*

\* JUSTITIARATUS, Justitiarum districtus. Testam. Rob. reg. Sicil. ann. 1343. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1103 : *Heredem instituit in comitatu Albæ necnon Justitiaratu vallis Gratis ;... quos quidem comitatum et Justitiaratum, etc.* Vide *Justitiaratus*. Exstat, alia notione, in *Justitarius* 1.

† JUSTITIARE, JUSTICIARE, Justitiam exercere, iudicio damnare, compellere. Leges Norman. cap. 5. apud Ludewig. tom. 7. pag. 154 : *Dicitur quandoque justitia distinctio ex jure prorumpens, quæ*

*habet fieri super aliquem, secundum quod dicitur aliquis Justitiare homines suos. Et hujusmodi justitia fit per captivonem mobilium, vel feodi, vel corporis.* Chartularium 2. Campaniæ apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. 735 : *Nullus potest Justitiare, vel debet, homines B. Martini, nisi solus Præpositus vel Major ipsius.* Epist. Honorii III. PP. ann. 1220. in Hist. MS. Monast. Beccensis pag. 542 : *Tua nobis devotio supplicavit, ut cum tu et prædecessores tui, secundum B. Benedicti Regulam et Monasterii approbatam consuetudinem... Priores Justitiare ac destituere consueveritis, etc.* Antiquæ Consuetudines villæ Hasprensis apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 892 : *Præpositus de omnibus quos Justitiare potest ad aliam justitiam nequaquam clamorem deferet.* Regestum Parlamenti apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 139 : *Comes Boloniensis requirebat quod habitatores castri Montisgasconis Justitiarentur et tractarentur de cætero per Præposituram tantummodo Pontiscastris.* Adde Chartam Philippi Audacis Regis Franc. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 27. et 28. Generaliori notione verbum *Justitier*, scilicet pro Administrare, regere, gubernare, sumit *Le Roman de Rou* MS. ubi Carolum Simplicem sic loquentem inducit :

Je ne puis par moy soul le regne Justisier,  
Ne ne puis par moy soul le Normanz cachier.

\* Justicier et Justiter, eodem sensu. Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 18. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 198 : *Li rois (Clothaires) avoit un fil, qui avoit à non Crannes... Ses peres li avoit son pooir baillie, et l'avoit envoié en Aquitaine pour la province Justicier.* Fabul. tom. 1. pag. 48 :

Cil qui fame viaut Justiser,  
Chascun jor la puet contrister.

† JUSTITIARE, Meritis poenis afficere, debito supplicio plectere, Gall. *Justicier*. Charta ann. 993. ex magno Chartulari S. Victoris Massil. : *Nisi Justiciaveris nobis Theodoricum et Noe, qui nostros boves expulerunt et bubulcum ceciderunt, etc.* Regestum magnum Dierum Campaniæ fol. 60. apud D. Brussel de Usu feudorum tom. 1. pag. 224 : *Injunctum fuit Bailiivo de Vitriaco, ut se sufficienter informet de facto pro quo dictus homo fuit Justitiatus.* Literæ Henrici VI. Regis Angliæ ann. 1460. apud Rymer. tom. 11. pag. 451 : *Quos vobis rebellantes seu aliter delinquentes inveneritis, juxta eorum demerita, castigandum, puniendum, et Justiciandum, ac castigari, puniri, et Justitari faciatis.* Statuta Synod. Eccles. Valent. tom. 3. Collect. Conc. Hisp. pag. 509 : *Item dicimus quod corpus Christi non tradatur istis qui suspenduntur vel debent Justitari.* Adde Acta SS. Martii tom. 1. pag. 119.

\* JUSTITIARE PER AUREM, Auris abscissione mulctare, pœna in fures statuta. Vide *Auris*. Tabul. Fossat. fol. 3 : *Quidam mercenarius, Galterus nomine, morans in dicta villa nostra, captus fuit juxta domum Johannis de Banno furando gallinas, qui Justitiatus fuit per aurem.* Rursus infra.

† JUSTITIARE, Munus, officium justitiarum seu iudicis, vel etiam apparitoris exercere. Edictum Philippi IV. Regis Franc. ann. 1293. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1256 : *Volumus insuper quod servientes tuæ baillivæ non permittas in terra Ostrevanni Justitiare vel explectare*

nisi in casu ressorti. Literæ ejusdem Philippi ann. 1293. apud Rymer. tom. 2. pag. 618 : *Immo si gentes nostræ Justiciando, sicut ad nos pertinet aliquid sciant, etc. Mandatum ejusd. Regis ann. 1208. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 84. col. 2 : Item interdiximus servientibus nostris, ne Justitiant, aut officium suum exercent in terris Prælatorum, Baronum, aut aliorum Vassallorum seu subditorum nostrorum, in quibus habent justitiam altam et basam, seu merum et mixtum imperium. Instrum. ann. 1315. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 31 : Nullus Baillivus, Præpositus, Castellanus, aut quicumque alius Officialis, seu familiaris noster intret, seu possit intrare quacumque occasione seu causa, nisi de voluntate dictorum liberorum expressa processerit, pro confiscando, Justiciando, aut aliquid contra voluntatem ipsorum exercendo.*

† JUSTITIARE, Judicis decreto cogere. Charta ann. 1182. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 316 : *Et nos eosdem ad hoc, si opus fuerit, ad petitionem Prioris Justitiabimus.*

† JUSTITIARE, Pignora auferre, obsignare, Gall. *Saisir*. Charta ann. 1246. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 358 : *Et sciendum est quod prædictus Johannes Louvel et sui hæredes prædictas masuras cum duabus pechiis terræ poterunt Justiciare pro redditu antedicto habendo, et similiter pro emenda quotiescumque eundem redditum ad terminum antedictum non habuerint. Alia ann. 1282. ex eodem Chartul. tom. 1. pag. 508 : Quam dictam masuram dictus Robertus et ejus hæredes poterunt Justiciare et esvaniare per redditum supradictum sine aliquo contradicito. Alia vernacule scripta ann. 1298. ibid. pag. 509 : Laquelle mesure dessusdite édifiée ledit Guillaume et ses heritiers pourront Justicier et esvanier sans contredit pour la rente sourtenue. Privilegium Philippi IV. Reg. Fr. ann. 1304. in Collect. Privileg. Equitum S. Johannis Jerosol. pag. 2 : Bona vero mobilia ipsius hospitalis capi vel justitari non poterunt in casu aliquo. Adde Ch. ann. 1283. ex Arch. B. M. de Bono-nuntio Rotom. Vide Justizare.*

† JUSTITIARE SE, Coram Judice stare, causam dicere. S. Bernardus in Ep. 428. tom. 1. col. 376 : *Servientes Episcopi et quotquot erunt de familia ejus, nunquam Justitiabant se per Comitem. Charta Ludovici Junioris Regis Fr. ann. 1160. apud D. Brussel tom. 1. de Usu feud. pag. 536 : Neque pro Præposito, sive viario, neque pro alio se Justitiabunt, nisi pro corpore Regio. Ubi per et pro idem sonant quod ante vel coram. Charta Philippi Aug. Fr. Regis ann. 1201. apud Thomasserium in Biturig. pag. 711 : Et nullus hominum Clariaci... Justiciabit se pro Abbate S. Benedicti vel pro ejus serviente, nisi pro garba vel pro censu suo forisfecerit. Similia habentur in alia Charta ejusd. Regis ann. 1186. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 77.*

\*\* JUSTITIARIA, Judiciaria res, judicia. Locum vide in Justitiariatus.

† JUSTITIARIATUS, Justitiarum seu judicis regio, districtus. Literæ Roberti Regis Siciliæ ann. 1332. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 239 : *Nomina vero terrarum dictorum Comitum et Maris in diversis præfati regni Justitiariatibus sita. Nicolaus de Jamsilla de Gestis Frederici II. Imper. apud Murator. tom. 8. col. 543 : Tranenses quoque et Barenses, et alii de Justitiariatu terræ Bari, audita*

*captione Rapullæ, ad mandatum Principis revertuntur. Vide Justitiarius.*

\*\* JUSTITIARIATUS, Jurisdictio, potestas juris dicendi. Concord. inter Frider. II. Imper. et Comit. Celan. ann. 1233. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 251 : *Concedit etiam dominus Imperator eidem comiti et hæredibus suis Justitiariatum comitatus ejusdem, cum omnibus justitiis et rationibus Justitiariatui pertinentibus, præterquam de baronibus et militibus comitatus ipsius ; qui licet velit quod de omnibus quæ ad Justitiariam pertinent, etc. Vide Justitiariatus post Justitiarius.*

1. JUSTITIARIUS, Judex. Ingulfus pag. 870 : *Præfectos vero provinciarum... in duo officia divisit, i. in judices, quos nunc Justitios vocamus, et in Vicecomites, qui adhuc nomen retinent. Henricus Huntindonensis lib. 6. pag. 370 : Qui Justitiarum vocabantur, caput erant omnis injustitiæ. [Occurrit passim.]*

JUSTITIARI CAPITALES, dicti in Anglia, Judices supremi, qui proprias causas Regis terminabant, et aliorum omnium, per querelam, vel per privilegium, sive libertatem : ut si sit aliquis, qui implacitari non debeat, nisi coram Rege, ut ait Bracton. lib. 3. de Act. cap. 7. § 2. cap. 10. § 2. De Justitiarii Capitalis dignitate, quæ suprema fuit apud Anglos, sic liber Niger Fiscalis cap. 4 : *In Scaccario residet, imo et præsidet primus in regno, Capitalis scilicet Justitia. Potestas vero ex eo deprehenditur, quod quatuor summorum judicium hodiernarum muneribus solus olim fungeretur : scilicet Capitalis Justitiarii Banci regii, id est, Placitorum Coronæ, seu criminantium : Capitalis Justitiarii Banci communis, id est, Placitorum civillium : Capitalis Baronis Scaccarii, hoc est, Curie ad sacrum patrimonium et fiscum pertinentis : et Magistri plerumque Wardarum, hoc est, pupillorum et orphanorum. Quippe licet amplissimus hic magistratus in Regis palatio fere semper versaretur, et in eo id officii, quod olim Comes Palatii, obiret, ac proinde majoris momenti negotia, et quæ inter Barones regni controversæ erant, lites supremo dirimeret judicio, cum ex quadam dignitate, vel tenuræ prærogativa eæ, nisi coram Rege vel Capitali ejus Justitiario judicarentur. Sed et Placita civilia, quæ Communia vocant, sub illis sæculis una agebantur in Palatio coram ipso Rege, seu Capitali ejus Justitiario, cum Placitis Coronæ : nec discretos haberent judices ante annum 9. Henrici III. vel potius 17. Joannis Regis : utroque enim anno concessum legitur a Rege, proceribus ad id instantibus, ut communia Placita non sequerentur Curiam (Regis) sed in loco certo tenerentur.*

Fixo ita judiciorum loco, enata nova jurisdictio, ac ortum forum novum, quod Banci communis appellatum est, cui Præses dictus Magistratus alter, Justitiarius Banci communis nuncupatus, cum ei interesse Capitalis Justitiarius haud posset, quod Regio Comitatus adesse semper teneretur. Exempta igitur rerum civilium cognitione, fiscalium et criminalium judex perstitit, eoque nomine Scaccario præsedet et Regio Thesauri, de quo, prout libitum erat, ad Regis et regni negotia statuebat. Niger liber fiscalis : *Illic (scilicet in Scaccario) residet Capitalis domini Regis Justitia, primus post Regem in Regno ratione fori, et Majores quique de Regno, qui familiaris regis secretis assistunt. Et Ockamus, qui sub excessum Edwardi II. floruit : Iste excellens sessor omnibus,*

*quæ in inferiore, vel superiore Scaccario sunt, prospicit : ad nutum ipsius quælibet officia subjecta disponuntur ; sic tamen ut ad domini Regis utilitatem juste perveniant. Hic tamen inter cætera videtur excellens, quod potest his sub testimonio suo breve domini Regis facere fieri, ut de Thesauri quælibet summa liberetur, vel ut computetur, quod sibi ex Domini Regis mandato noverit computandum : vel si voluerit, breve suum sub aliorum testimonio faciat de his rebus. Scaccario igitur dum præsidebat, ei suberat Thesaurarius. Quæ quidem de Fisco ac rebus fiscalibus cognitio, vel hinc etiam deprehenditur, quod ab Huberto de Burgo, Capitali Angliæ Justitiario, ab Henrico III. postulato anno 1232. apud Matthæum Paris, exacta ratio fuerit de thesauris ad Scaccarium redditis, et de debitis, quæ Regi debeantur tempore patris sui, et de tempore suo : de scutiagii, carucagii, donis et æniis, sive custodiarum exitibus spectantibus ad Coronam, ut et de rebus aliis, ad tres hodiernos magistratus pertinentibus, scilicet ad magnum Thesaurarium Angliæ, ad Capitaletum Justitiarium Banci communis, et ad Magistrum Curie Wardorum.*

Supremi istius Magistratus ea potissimum fuit prærogativa, quod fere semper Rege in transmarinas partes, Gallias nempe, pergente, vices Regis obiret, ut Vicarius Regis, Regis Locumtenens, Prorex, Custos regni et Gardianus : quod ex Capitalium Justitiariorum catalogo colligere est, et ex Recognitione Libertatum Angliæ, Clarendoniæ facta ann. 1164. id est 10. Henrici II. cap. 7 : *Domini Rex si in regno fuerit, conveniat ; vel Justitiarius ejus, si fuerit extra regnum, ut rectum de eo faciat. Similiter Magna Charta Joannis Regis, data anno 17. regni sui : Nos vel si extra regnum fuerimus, Capitalis Justitiarius noster mittet Justitiarios nostros per unumquemque Comitatum semel in anno. Et in alia Charta idem Rex de Pactis decernens cum Magnatibus perimplendis, pollicetur, id se facturum, vel per semetipsum, vel per Justitiarium suum. Adjiciens inter alia : Et si nos excessum non emendaverimus, vel Justitiarius noster, si fuerimus extra Regnum inter tempus 40. dierum... Barones referent causam illam ad residuos. Hinc in auctoribus Holinschedi Chronicis ann. 17. Edw. I. ubi occurrit mentio de Radulpho de Hengham, qui diminuta jam Capitalis Angliæ Justitiarii amplitudine, Capitalis Justitiarius Banci superioris, i. Regii appellatus est, subjungitur, ac si integer permansisset Magistratus, ista clausula : Ad quem in absentia Regis, Regni moderamen præcipue attinebat. [Hæc fere post Spelmannum in Glossario, ubi plura.]*

☞ Non debent hic prætermitti Literæ Henrici II. ann. circiter 1155. apud D. Brussel ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. 111. ubi statuitur quid faciendum sit, cum incidit ut simul absentes sint Rex et Capitalis Justitiarius : *Recognitiones de nova dissaisina de morte antecessoris, non capiantur nisi in suis comitatibus, et hoc modo : Nos (quando) extra regnum fuerimus et Capitalis Justitiarius noster, militemus Justitiariis per unamquamque comitatum semel in anno, qui cum militibus comitatum capiant in comitatibus assisias prædictas ; et ea quæ in illo adventu suo in comitatibus, per Justitiarios prædictos ad dictas assisias capiendas missos, terminari non poterunt per eosdem, terminen-*

tur alibi in itinere, et ea quæ per eosdem propter difficultatem aliquorum articulo- rum terminari non poterunt, referantur ad Justitiatores de Banco, et ibi terminentur.

Cum igitur universis Regni iudicibus præset, curaretque ex injuncto sibi munere, ut Regni subditis ubique administraretur justitia, non modo Justitios itinerantes in Comitatus delegabat, sed ipse interdum id obibat officii, ut coram inspiceret popularium quere- las, et in iudicium delicta animadvertet. Matthæus Westmonasteriensis anno 1259: Dominus Hugo Bigotus, vir fidelis- simus, Capitalisque totius Angliæ Justitiarius, associatis sibi Rogero Turkeby et Gilberto de Preston, cœpit per Angliam circuire a Comitatu in Comitatu, et a libertate in libertatem, omnibus pro meritis impensurus justitiam.

Sed summam ac nimiam hanc Capita- lium Angliæ Justitiorum potesta- tem et auctoritatem primus imminuit Ricardus I. qui illius munus in duos Magistratus suis distinctos jurisdic- tionibus divisit, Borealem nempe et Aus- tralem: qui mox coaluere, donec fluc- tuante usque ad excessum Henrici III. eorum potestate, ab Edwardo I. in clas- sem redacti sunt inferiorem. Cum enim animadvertet, quam potens hic esset Magistratus in ciendis fovendisque Regni dissidiis, patri suo atque avo quam infestus, illius auctoritatem imminuit tum in personæ dignitate, tum in offi- cii amplitudine. Prætermisiss itaque Regni proceribus, qui natalium splen- dore, vel Magnatum consanguinitate, aut numero clientum ac subditorum comitatu, inflati ac turgidi, novis rebus studere solent, Capitales Justitios e minori nobilitate delegit, qui et morum probitate conspicui et legum scientia instructi, totos se justitiæ exercendæ traderent ac consecrarent: ex quo crevit in Angliæ Legum et Jurisprudentiæ studium, quod a Magnatibus, qui mili- tiæ operam dare præferunt, fere semper negligitur.

Potestatem etiam cancellis circum- scripsit arctioribus, adeo ut semotum jam a rerum fastigio, et prisæ ampli- tudinis functionibus, forensi solum- modo negotio et iudicis exercendis eum addixit. Anonymus quidam apud Spelmanum MS. Ad obitum, inquit, Henrici III. 1272. summorum Angliæ Justitiorum auctoritas cessavit. Postea Capitales Justitii ad Placita coram Rege tenendum appellati sunt. Aliis vero Capitales Justitii Banci communis vel superioris.

Abrogata igitur omni fere, qua præ- cinctus olim fuerat, auctoritate ac di- gnitate, desiit Magistratus iste, etiam olim supremus, Capitalis Angliæ Justitiarius appellari: adeo ut Jacobo re- gnante, ægre latum sit, quod Edwardus Cokus in Relationum suarum frontispicio hoc se insigniret titulo: etsi vulgarem sequeretur morem, et rationis quidem haud expertem. Angliam enim totam, quoad pacem regiam et Coronæ dignitatem, nonnullaque alia promo- venda, adhuc retinet in jurisdictione Capitalis ille Justitiarius, emittens etiam usque regni terminos mandata sua. ANGLIA, titulum præfigit in mar- gine, jurisdictionis indicium. Sed et non dedignata sunt diversa Parlamenta ip- sum, licet primæva spoliatum amplitu- dine, nostro ævo Capitalem Angliæ Justitiarium agnoscere et nominare: ut videre est in Statuto anno 34. Henrici

VIII. cap. 26. et 37. ejusdem cap. 12. et in Decreto super eodem Statuto 2. Edw. VI. cap. 13. et 18. Eliz. cap. 12. et Statuto privato 23. Eliz. cap. 5. citato in Novo lib. Intrat. tit. Action sur le case, sect. 5. etc.

Eligebantur olim Justitii non modo e sæculari nobilitate, sed interdum etiam ex Clero; tametsi Clerici in Ca- nonibus venturum munia obire sæcula- ria, et tribunalibus Laicorum interesse: atque id causa fuit, cur Innocentius III. Pontifex Ricardo I. Regi Angl. sub excommunicationis interminatione præ- ceperit, ut Hubertum Walterum Can- tuariensem Archiepiscopum Justitia- rium Angliæ constitutum, ab officio re- moveret: præcipue, ut est apud Mat- thæum Paris. ann. 1198. cum non liceat Episcopis negotiis sæcularibus se impli- care. Paruit extemplo Rex, Gaufridum filium Petri Justitiarium constituens, nec ad hanc postea dignitatem subrep- sit alius unquam Ecclesiasticus: nisi sub Joanne Rege Episcopus Wintonien- sis, qui infra biennium etiam exutus est, et Hugo de Pateshull Clericus sub Henrico III.

Eorum porro qui supremum hoc mun- us in Angliā gessere sub Regibus Nor- mannicis, catalogum contexit Spel- mannus quem ab eo mutuari consilium primo fuerat; sed cum in messem alic- nam falcem immittere mihi religio sit, ad eundem eruditissimum Scriptorum amandam Lectorem consultius visum est.

JUSTITIARIUS quasi capitalis a latere Regis transmissus. Apud Bract. lib. 4. tract. 3. cap. 6. § 2.

JUSTITII DE BANCO, seu in Banco residentes, cognoscunt de omnibus Placi- tis, de quibus auctoritatem habent cognos- cendi, et sine warranto jurisdictionem non habent, nec coercionem. Ita Bracton. lib. 3. de Act. cap. 7. § 2. Idem cap. 10. § 2: Justitiorum alii sunt perpetui, certo loco habitantes, sicut in Banco, lo- quelas omnes, de quibus habent warrantam, terminantes. Adde Pletam lib. 2. cap. 34. Nicolaum Trivetum in Chron. ann. 1304. Thomam Walsingh. pag. 89. etc. Scribit Matth. Paris ann. 1244. stau- tuisse Henricum III. ut duo Justitii eligerentur in Banco, et duo ibidem Baro- nes constituerentur in Scaccario.

Tribunal vero Banci appellatione in Angliā duplex fuit: alterum Bancus Regius, seu superior, dictum, in quo Placita criminalia, seu coram Rege agitan- tur; id est, Placita Coronæ: alterum Bancus communis, seu inferior, in quo Placita civilia, popularia, seu communia dirimuntur. His binis Bancis præfuerunt Justitii quorum seriem dedit Spel- mannus.

JUSTITII PLACITORUM CORONÆ REGIS, apud Rogerum Hovedenum pag. 786. Vide Coronator.

JUSTITII FORESTARUM, Idem qui Protoforestarii, in Angliā. Vide Foresta.

JUSTITII AD AUDIENDUM ET TER- MINANDUM, Qui ad motus repentinos et insignia maleficia cognoscendum plec- tendumque constituuntur. Spelman- nus.

JUSTITII GAOLÆ DELIBERANDÆ, Qui de malefactoribus incarceratis ju- dicant, sive ad pœnam, sive ad liberta- tem. Justices errans, ou à gaole delivrie, in Statuto Glocestrensi ann. 6. Edw. I. cap. 9.

JUSTITII AD ASSISAS, duas, vel tres, qui quidem perpetui non sunt, sed expleto officio jurisdictionem amittunt.

De iis Bracton. lib. 3. de Action. cap. 10. § 2. cap. 11. § 9. 10. [Justitii ad assisas capiendas missi, supra lin. Non debent, etc.] Justitii ad Assisas capiendas assignati, in 2. Statuto Westmonas- teriensi ann. 13. Edw. I. cap. 11. Justitios ad assisas hodie appellari, qui olim Justitii itinerantes, observat Spelmanus.

JUSTITII ITINERANTES ET ERRAN- TES, apud Anglos, dicuntur qui bis quo- tannis singulas Provincias obequant, et casus emergentes tam civiles, quam criminales dirimunt et judicant: Jus- tices errans, in Statuto Glocestrensi apud Stanfordium lib. 1. Placit. Coron. cap. 7. vulgo Eyre Justices, vel Justices in eyre, ut auctor est Rastallus, id est, errantes. Justitii super la eyre, apud Henr. Knyghtonum ann. 1353. Gervasius Tilleberiensis in libro Scaccarii: Fiunt interdum assisæ a Justitiis erran- tibus, quos nos deambulantes vel perlu- trantes judices nominamus.

JUSTITII ITINERIS, in Chronico Nicolai Trivetti ann. 1260. Justitios itineris de Corona, apud eundem ann. 1272. Barones errantes, apud Gervasium Dorobern. ann. 1170. Inquisitores, ibi- dem. Lex 5. Cod. Th. de Officio Rectoris. (1.7.): Provincis Præsidentes per omnium villas sensim atque usitatim, vicosque cunctos discurrant, et ulro rimentur a singulis, quid unusquisque compulsor insolenter egisset aut cupide, etc. Petrus Blesensis Epist. 95: Ipsos Justitios, quos vulgariter Errantes, vel Itinerantes dicimus, dum errata hominum diligenter explorant, frequenter errare contingit. Scribit Rogerus Hovedenus ann. 1176. Henricum II. Regem Angliæ divisisse Regnum suum in sex partes, et per ea- rum singulas tres Justitios itinerantes constituisse. Adde eundem pag. 743. Matth. Westmonast. ann. 1249: Rex partes adiit Wintonienses, latronum et vespilionum repletione non mediocriter infames, ubi paulo ante Justitii exierant itinerantes, qui mundas debuerant partes illas a peste prænotata. Idem ann. 1220: Hoc etiam anno itineratio Justitiorum domini Regis per totam Angliam. Bracton. lib. 3. de Action. cap. 7. § 2: Habet etiam (Rex) Justitios itinerantes de Comitatu in Comitatu, quandoque ad omnia Placita, quandoque ad quedam specialia, ... quandoque ad unicam, vel duas, et non plures. Vide eundem cap. 11. § 2. 3. et seq. ubi de eorum juramen- tis et officio, et lib. 3. de Corona cap. 1. ubi agit, qualiter procedere debent in itinere suo, et quo ordine. Adde etiam Matth. Paris. ann. 1224. pag. 221. ann. 1240. pag. 360.

Bis in anno itinera sua peragere, et in quolibet Vicecomitatu suæ jurisdic- tionis tenere curias suas jubentur. In Statutis Roberti III. Regis Scotiæ cap. 30. et cap. 33. ut Domini habentes regalia, i. jura regia, similiter bis in anno teneant itinera Justitiarum, statuitur. Sed postmodum exolevit ea appellatio dictique Justitii Assisarum. Hodie, ut monet Watsius, Magnates aut Comites primarii, qui forestarum regiarum præ- fecturam habent Justitii itinerantes nuncupatur, Justices in Eyre.

JUSTITII ITINERA TENERE, in Statutis Roberti III. Regis Scotiæ cap. 30. 33. Justitiarum itineratio, apud Matth. Paris pag. 543.

JUSTITII DE NISI IPSIUS. Vide Nisi ipsius.

JUSTITII AD OMNIA PLACITA. Ra-

dulf. de Hengham in Summa magna cap. 4.

JUSTITIARI PACIS. Vide *Custodes pacis* in *Custos*.

JUSTITIARI AD CUSTODIAM JUDÆORUM ASSIGNATI, apud Guillelmum Prynneum in *Antiquis Constitut. Angl.* Adde pag. 46.

MAGISTER JUSTITIARIUS, in Regno Neapolitano, qui et *Magister Magnæ Curie Justitiarius* vocabatur, de cujus officio ac jurisdictione sic Fridericus II. Imp. in *Constit. Sicul.* lib. 1. tit. 37: *Statuimus, in magnæ Curie nostræ Magister Justitiarius nobiscum in Curia commoretur, cui 4. judices volumus assistere, et ut Magister Justitiarius Curie nostræ supradictus de crimine læsæ Majestatis nostræ et de feudis quaternis, et de quarta parte ipsorum feudorum, et de appellationibus ordinariorum, seu delegatorum nostrorum ad Curiam nostram interjectis, et de quæstionibus nostrorum Curialium, qui immediate nobis assistunt, de speciali in Curia nostra commorantium, qui de Curia nostra sine speciali mandato nostro non possunt recedere: nec non et miserabilium personarum, quarum est privilegium forum eligere... causas audiat, etc.* Adde lib. 1. tit. 8. 14. [Statuta MSS. Caroli I. Regis Siciliæ cap. 59.] Scipionem Ammiratum tom. 1. de Familiis Neapolit. pag. 41. [\*\*] et *Haltaus*. Glossar. German. col. 933. voce *Hof-Gericht*. De *Justitiario scholæ Neapolit.* vide *Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp.* tom. 3. cap. 21. § 120.]

JUSTITIARI REGIONUM, in *Constitut. Sicul.* lib. 1. tit. 8. 36. seu *judicēs minores*.

MSS. Caroli I. reg. Sicil. : *Officiales omnes debent jurare, scilicet Justitiiarii secreti, etc.*

JUSTITIARI DE TRAI LE BASTON. Vide *Trayleboston*.

JUSTITIARATUS. Dignitas Justitiiarii. *Chronic. Riccardi* de S. Germano ann. 1242: *Riccardus de Monte Negro a Justitiaratu Terræ laboris amovetur*. Occurrit sæpe apud *Petrum de Vineis* lib. 3. Epist. 13. lib. 5. Epist. 16. lib. 6. Epist. 14. 25. in *Epistolis Johannis XXII.* apud *Waddingum* tom. 3. in *Reg.* pag. 100. Vide *Justitiariatus*.

\* 2. JUSTITIARIUS, *Justitiis* seu *juri*bus regis percipiendis præpositus, *Gall. Fermier.* Charta Phil. V. ann. 1320. in *Reg.* 61. *Chartoph. reg.* ch. 439: *Nos, seu Justitiarii nostri pro nobis, duo dolia de vinis prædictis capere in navi seu vase prædictis, videlicet unum in et de sex doliis ante malum seu mastum dicte navis seu vasis, et unum de aliis sex doliis retro existentibus, de jure nostro possumus*. Porro qui hic *Justitiarii Fermiers* nuncupantur in alia Charta ann. 1322. *ibid.* ch. 439.

† JUSTITIATIO. Vide *Justiciatio*.

† 1. JUSTITIATOR, ut *Justitiarius*, apud *D. Brussel* tom. 2. de *Feudorum* usu pag. 920. ex *Regesto* *Magnum Dierum Campaniæ* fol. 94. v°. Vide *Justitiarius*, *lin. Non debent*.

\* 2. JUSTITIATOR, *Alicujus* jurisdictioni et *Justitiæ* obnoxius. *Gall. Justiciable.* *Chartul. Campan.* in *Cam. Comput.* Paris. fol. 441. v°: *Dixerunt si quidem quod ipsi viderant ab antiquo, quod homines et Justitiatores dominæ comitissæ, qui manent apud Triangulum, capiebant et adhuc capiunt usuarium. Vide Justitiabilis.*

† JUSTITIATUS, *Subst. Justitia, Juris-*

*dictio. Alti et bassi Justitiatus*, in *Charta* ann. 1309. apud *Rymer.* tom. 3. pag. 136. *Cum... omni Justitiatu, alto et basso, mero et mixto imperio*, in alia *Charta* ann. 1347. apud eundem *Rymer.* tom. 5. pag. 565. *Justitiatus bassus*, in *Homino* ann. 1333. *inter Instrum.* tom. 2. *Gall. Christ.* col. 297.

† JUSTITIATUS, *adject.* de *Monacho* dicitur alicui *pœnæ regulari* subdito, *judicio Superioris*, apud *Marquardum Herrgott*, in *veteri Disciplina Monast.* pag. 130. ubi *laudatur hic versus* :

*Justitiatus erat, cum scripserat ista Johannes.*

Vide *Judicium* 3. et *Justitiare*.

\* JUSTITIONARIUS, *Judex.* *Stat. Vladisl. Jagel.* ann. 1433. *inter Leg. Polon.* tom. 1. pag. 92: *Spondemus quod in nulla terra totius regni Poloniæ Justitionarium constituere volumus, vel quomodolibet surrogare.* Vide *Justitiarius*.

† 1. JUSTITIUM, *proprie* dicitur *Juris intermissio, silentium, cessatio*: cum autem in insigni aliqua calamitate servari soleant *forenses feriæ*, hinc *Justitium est luctus publicus*, ut habet *Fulgentius* de *Prisco Sermone*. *Apuleius* lib. 5. *Miles.* sub *finem*: *Sic affectæ domus triste fatum cuncta etiam civitas congemebat, luctuque publico confestim congruens edicitur Justitium.* *Translatio* *S. Audoeni* apud *Marten.* tom. 3. *Anecd.* col. 1676: *Nobis irrepairabile damnum et intolerabile luctum, immo potius totius Normanniæ genti Justitium inferrent.* *Gesta Consulum Andegav.* tom. 10. *Spicil.* *Acher.* pag. 462: *Robertus itinere Bithyniæ obiit... de quo maximum apud suos id circo Justitium existit.* Occurrit eadem *notione* apud *Mabillon.* tom. 3. *Analect.* pag. 537. *Illustr. Fontanin.* ad *calcem Antiquit.* *Hortæ* pag. 350. et 358. etc.

\* 2. JUSTITIUM, *Justitia, jurisdictio.* *Charta* ann. 1265. ex *Chartul. Campan.* fol. 221. col. 2: *Villa de Humis cum appenditiis seu pertinentiis suis in hominibus, feminis, banno, ranto, Justitio, sanguine, terris, etc.*

\* JUSTITUS, *Mensuræ frumentariæ species.* *Charta* ann. 1245. tom. 1. *Probat.* *Hist. Brit.* col. 925: *Tres Justitos frumenti ad mensuram de Plenum in molendino de Latrarmo et de eleemosyna Bocheri dicte abbatis (Bonæ quietis) et monachis ibidem Deo servientibus, prout juste possident, tenore præsentium confirmamus.* Vide in *Justa* 2.

† JUSTIZARE, *Pignerari.* *Gall. Saisir.* *Chartular.* *S. Vandregesili* tom. 1. pag. 220: *Poterimus Justizare prædictam terram pro prædicto reddito nostro et pro emenda nostra.* Vide *Justitiare*.

\* Alias *Justicier.* *Lit. remiss.* ann. 1471. in *Reg.* 196. *Chartoph. reg.* 363: *Lequel Jehan avoit trouve les bestes d'icellui Guillaume in certain herbage... et faisoient grant dommage, pour lequel domage il les avoit voulu de fait Justicier.*

\* JUSTRIO, *Glaux, plantæ genus, vulgo Herbe au lait.* *Glossar. Lat. Gall.* ann. 1352. ex *Cod. reg.* 4120: *Justrio, Glaus.* Vide *Jutta*.

\* JUSTUS HOMO, *Vir confirmata ætate.* *Gall. Homme fait.* *Fragm. Hist. Fulgin.* apud *Murator.* tom. 4. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 143: *Item dicto anno 1306. fuerunt augmentatæ Fulginis mensuræ bladi ad pondus triginta trium unciarum ad mensuram iij. gumellis et media ad manus justas, videlicet ad manus Justi hominis.*

\* AD JUSTUM HABERE. Vide *supra* in *Justitia* 1.

JUSUM, JOSUM, DEORSUM, vel *inferius*, *Gallis, Jus, Italis, Juso, Grieco, Hispanis Yuzo, Occitanis Jouis.* *Papias*: *Anocatum, (ἄνω κάτω) susum et Jusum, quando venter et vomitus simul solvantur, idque Jusum in inferiori parte.* [*Joh. de Janna*: *Jusum, id est, deorsum, et contrarium est ei susum vel sursum.*] *Notkerus* apud *Canisium* tom. 5. *Antiq. lect.* 1: *Jussum (Jusum) vel inferius insinuat.* *S. Augustinus* tract. 8. in *Epist.* 1. *S. Joan*: *Quod susum, facias Jusum: quod deorsum, facias sursum: Jusum vis facere Deum, et te susum.* Et tract. 10: *Susum me honoras, Jusum me calcas.* *Ignotus Casinensis* n. 19: *Civitatem Juso fieri voluit et inchoavit.* Vide *Martyrolog.* *Adonis* 17. *Januar.* *Ratpertum* de *Casib.* *S. Galli* cap. 4. *Eckhardum* de *Vita Notkeri* cap. 9. *Constantium African.* lib. 2. *Pandect.* cap. 8. [*Gesta Tancredi*, apud *Marten.* tom. 3. *Anecd.* col. 144. *Bernardi Monachi Ordinem Cluniac.* part. 1. cap. 74. art. 47. *Ordinem Officii* in *Domo S. Benedicti*, apud *Mabillonium* tom. 4. *Analect.* pag. 456.] etc.

JOSUM. *Lex Alamann.* tit. 45. § 2: *Et pausant arma sua Josum.* *Galli* dicerent: *Ils posent les armes Jus.* *Historia Translat. S. Sebastiani* cap. 16. n. 76: *Iterumque modo Josum nunc rursum offerens contunditur.* Unde *emendandum Martyrol.* *Adonis* 14. *Mail*: *Capite Jorsum suspendi.* *Leg. Josum.*

\* JUTA, *pro Justa*, *mensura vinaria*, quæ æstimatur *duabus quartis*, in *Ordinar. Capel.* reg. *MS*: *Debent capellani regis habere unam Jutam vini melioris æquipollentem duabus quartis, teste domino Johanne de Pulchro-monte.*

† JUTE, *Gotti vel Goti.* Vide *Guti*.

† JUTARIA, *Ubi habitant Judæi.* Vide *Judæi*.

† JUTI, *Gotti vel Goti.* Vide *Guti*.

† JUTIA, *Lactare.* *Gloss. Isid.* Vide *mox Jutta*.

† JUTONES, *Gotti vel Goti.* Vide *Guti*.  
JUTTA. *Regula Magistri* cap 27: *Statim temperata in uno vase pusca calida, aut si voluerint Fratres, cum Jutta, quæ semper amplius propter stientes fieri debet in pulmentariis fortioribus, aut galleta, aut calices sitientibus porriganantur.* *Putat Menardus*, *juttam* esse *potionem*, *confectam ex lacte spissiore*, idque *elicit* ex *Gloss. Isid.* *verbis, Jutia, lactare*; ita ut *non modo Jutta* *reponat*, *sed et lactare*, *nomen neutrius generis efficiat.* [*Menardis conjecturæ non parum favet* *Armoricum Joud*, quod *pultem significat*, *Cambro Britannis Uwa*.]

† JUTZIA, *Justitia, Jurisdictio.* [\* *Simul et justiciæ emolumentum, mulcta judiciaria.*] *Tabularium Vosiense* fol. 12. v°: *Geraldus Assalitz dimisit Jutziam, quam in hoc manso habebat, post obitum suum Deo et S. Petro Vosiensi.* *Tabular. S. Petri Solemniac.*: *Dono... Solemniacensibus monachis... judicem Bonæ-vallis cum tota Jutzia et totum censum de Eissachas.* *Iterum* *occurrit* in *Literis* ann. 1216. apud *Baluz.* *Hist. Tutel.* col. 518.

\* JUVA, *Jugerum, modus agri.* *Charta* ann. 1059. apud *Murator.* in *Antiq. Estens.* pag. 240: *Offero in prædicta Ecclesia tantum quod æstimatur de terra et res illa mea in plano de Valerano integra duas Juvas de terra laboratoria, etc.* Vide *supra Jugata* et *Jugea*.

† JUVAMEN, *Adjutorium, auxilium.* *Gloss. Gr. Lat.*: *Ὀνητος, Juvamen.* *Occurrit non semel, ac præsertim ubi agitur de obligatione, qua vassalli tenebantur juvare Regem vel dominum su-*

periolem, cum bellum imminebat: qua de re plura in *Hostis. Curia Justitiæ Juvaminum*, in *Privilegiis Equitum S. Johannis Hierosol.* pag. 38: *La cour et Chambre de la justice des Aydes*, ibidem.

\* Gall. *Ayde. Super facto Juvaminum guerrarum nostrarum*, in *Lit. ann.* 1372. tom. 5. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 604. *Invent. Chart. reg. ann.* 1482. fol. 55. v. : *Littera, per quam rex donat et concedit dicto domino Ludovico primogenito suo omnes pecuniæ summam, quos receptores domanii et Juvaminum senescaliarum Petragoricensium, Lemovicensium, Xantonensium et gubernationis Rupellæ debent. Juvamina pro filia maritanda, ex Charta ann. 1308. in eod. Invent. fol. 74. Vide Auxilium.*

† **JUVARE** SE de aliqua re, Ea re uti, potiri. *Statim nos, vel per nos, vel per gentes nostras sine mesfacere de his poterimus nos Juvare*, in *Charta ann.* 1227. apud *Rymer. tom.* 1. pag. 295.

\* **JUVENA**, [Juvensis. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 369. 5. Quod si Juvænæ non fecerint, restituere debent. Agitur de donatione in puellæ octennis honorem a parentibus facta.]

**JUVENALIA**, Νέων ἑορτή, in *Glossis Gr. Lat. Kalend. Roman.* *Hervarti. Non. Mart. Juvenalia.* Vide *Dissert.* 22. ad *Joinvillam pag.* 273.

**JUVENALIS**, Νεωτερικός, in *Gloss. Græc. Lat.* [*Juvenilis, novitius*, in *Supplemento Antiquarii.*]

**JUVENARI**, Νεωτερικῆν, in *Gloss. Græc. Lat.* [*Boncompagnus de Obsidione Anconæ cap.* 18. apud *Murator. tom.* 6. col. 939: *Græci barbas deferunt, ut se viros esse meminerint; Latini suas abradunt, ut quandam assumant speciem juvenutis. Abrasis barbibus Juvenantur plurimi... Sed Græcum non facit barba virum, neque Latinum abrasio naturaliter Juvenari, id est, Juniolem fieri, ut satis liquet. Vide mox Juventare.*]

\* **JUVENCELLA**, Junior puella. *Comput. ann.* 1403. *inter. Probat. tom.* 3. *Hist. Nem. pag.* 176. col. 1: *Item dicti domini consules fuerunt invitati ad nuptias Antonii Cayroli, qui nubi in uxorem quandam Juvencellam de S. Egidio.*

† **JUVENCULESCERE**, JUVENESCERE, Juniolem fieri, vel juvenem. *S. Ambrosius lib.* 1. de *Cain et Abel cap.* 4: *Ne ergo dubites... quod malitia præcedat tempore, sed Juvenulescat infirmitate. Habet illa ætatis stipendium: virtus autem prærogativam gloriæ. Et lib.* 2. cap. 1: *His quædam cordis nostri imbutur infantia, instituat pueritia, Juvenescat adolescentia, senecta canescat.*

† **JUVENERI**, Juvenem fieri seu ad instar juvenis agere. *Gesta Tancredi apud Martenum tom.* 3. *Anecd. col.* 195. male 179: *Ab ipso bellorum primordio Nicæa vigilantiam meam sensit, ubi me increpante pigrum, strenuitas fervebat; hortante juvenes, senectus Juvenebatur, etc. Puto legendum Juvenabatur. Vide Juvenari.*

† **JUVENESTRES**, Fortes viri. *Gloss. Isid.*

\* **JUVENILLA**, [Diminut. Juvenis. *Inscript.* apud *Grut.* 670. 11. *Asinia C. F. Juvenilla.*]

**JUVENIOR**, pro *Junior*. Utitur *Paulus Diaconus Emeritensis lib.* de *Gestis Episcop. Emerit.* in *S. Masona cap.* 15. *Beda in Hist. Wiremuthensis Monast. lib.* 2. cap. 16. [et *Eckehardus Junior.* apud *Mabillon. sæc.* 5. *SS. Benedict. pag.* 14.]

**JUVENIS** HOMO, Infimi ordinis. *Curia Generalis Catalaniæ acta Gerundæ sub Jacobo II. Rege Arag. ann.* 1321: *Quod aliquis rusticus, borderius, vel Juvenis Homo, vel alius quilibet, etc.* Alio loco: *Statuimus, quod aliquis Juvenis vel procurator draperii, etc.* Occurrit ibi non semel. Juvenibus opponuntur seniores, majores natu, id est, viri ordinis superioris, viri nobiles. Vide *Junior*.

\* *Constit. MSS. Alfonsi II. reg. Aragon. ann.* 1333: *Ordinamus quod notarius, qui ibit cum Juvene seu procuratore, vel etiam ipse Juvenis vel procurator non possit recipere, nisi unum salarium una die. Ubi Juvenis appellari videtur Notarii scriba, vulgo Cleric de notaire.*

\* **JUVENIS**, Ludovicus VII. qui sæpius *Junior*, inscribitur in *Tabul. Carnot.*: *Concesserunt in perpetuum, absque omni penitus calumpnia deinceps et reclamatione, omnes penitus pastus de majoria Vouarum... Factum est hoc 1138. anno ab incarn. Domini, regnante Ludovico Juvene primo anno, etc.*

**JUVENTABILIS**, Papiæ, Beneficus. Vide *Juventalis*.

**JUVENTARE**, νεωτερικῆν, in *Gloss. Lat. Græc.* a *juvenia. Juventent*, νεωτερικουον. *Juvenari*, dixit *Horatius*, pro more juvenum agere. Aliud *Glossar.*: *Juvenor, νεωτερικω.*

**JUVENTITUDO**, Juventus, in *Epist. Caroli M. ad Fastradam Regin. de Avatica victoria.*

\* Hinc *Juventu*, pro *Jeunesse*, in *Vit. SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. ubi de S. Catharina fol.* 316. v. col. 2: *Virge de grant lignaige prens conseil de ta Juventu. Jeunesse vero nude, pro Juvenilis ætatis actum, Gall. Trait de Jeunesse, action de jeune homme. Lit. remiss. ann.* 1450. in *Reg. 180. Chartoph. reg. ch.* 145: *Frere Ancel de Prouville commença à blâmer icellui Jantier son neveu d'aucunes Jeunesses, qu'il disoit qu'il avoit faites, ... d'avoir battu une femme joyeuse, etc.*

† **JUVENUS**, Juvenjs. *Nicolaus de Jam-silla de Gestis Friderici II. Imper. apud Murator. tom.* 8. col. 512: *Sic ergo summus Pontifex ingressus est regnum, præmisso Legato Sedis Apostolicæ G. Sancti Eustachii diacono Cardinali, viro quidem Juveno, et ipsius Papæ consanguineo, etc.*

† **JUVERIA**, etc. Munus Judicis. *Diploma Lotharii Imp. pro Wiboldo Abb. Stabulensi ann.* 1136. apud *Marten. tom.* 2. *Ampliss. Collect. col.* 97: *Præsentis privilegio inviolabiliter sancimus, ne jure hereditario villici vel judices fiant, sed utrumque ministerium, id est, villicaturæ et Juveria, in potestate Abbatis et gratia consistat, et eis jure et lege ministeriorum et non jure beneficiorum diem et legem Abbates constituent. Similia omnino habentur in altero ejusd. Imp. Privilegio ann. 1131. ibid. col. 91.*

† **JUARIA**, Eadem notione. *Privilegium Cælestini II. PP. Pro eodem Wiboldo ann.* 1143. *ibid. col.* 119: *In possessionibus ipsius Monasterii nullus Juariam vel majoriam aut villicationem hereditario seu feodi jure per successionem teneant, sed in potestate Abbatis sit ordinare, et cum oportunitum cognoverit immutare.*

† **JOARIA**, Eod. significatu. *Epistola ejusdem Cælestini PP. ann.* 1143. ad *Episcopum, Clerum et populum Leodiens. ibid. col.* 117: *De aliis vero qui Joarias, majorias et villicationes, necnon et beneficia, quæ a Poppone II. Abbate acceperunt, cujus alienationes et distractiones Regum judicio cassatæ sunt, contra*

*voluntatem Abbatis retinent, et necdum eidem sententiæ subjacent, vobis mandamus, quatinus eos easdem administrationes et bona in manu Abbatis libere dimittere districte commoneatis.*

\* **JUVERIUS**, Bubuleus. Vide supra *Joverius*.

**JUUS**, Abies, vulgo *If*, *Gallis. Liber Miracul. S. Martini Abbat. Vertavensis cap.* 8: *Est autem id genus arboris aptum spiculis et arcubalistis, vulgo enim dicitur Juus.* [\*\* *Leg. Ivus.*]

† **JUWERIA**. Vide *Juveria*.

**IWAN**, IWANUS, Joannes, non semel apud *Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandr.* Hanc vocem ea notione usurpant etiam passim *Dalmatæ et Hungari.* Vide *Historiam Austrialem ann.* 1289. et 1296. Ἰβάνης, eadem notione apud *Cantacuzenum lib.* 1. cap. 36. 57. Ἰβάνος, apud *Nicetam Choniatem.*

† **JUX**, pro *Jus*, Præstatio, pensatio. *Conventio Ludovici Domini Castellinovi cum habitatoribus ejusdem loci ann.* 1461: *Tenebantur solvere ipsi habitatores... eidem D. Ludovico... annuatim quoddam Jux vocatum Lou Jeyx, videlicet 1. sextarium avenæ ad mensuram veterem, XII. denarios, et 1. gallinam reudales.*

**JUXTA**, pro *Erga*. *Vetus Inscriptio: Ob industria ipsius merita et amorem Juxta civis, Ordo Interamnatium patrono.* \* Hinc *Joinct* nostri dixerunt, pro *Præs. Lit. remiss. ann.* 1453. in *Reg. 182. Chartoph. reg. ch.* 31: *Le suppliant courut après icellui Pierre, et incontinent qu'il fut Joinct lui, il lui bailla sur l'espaule ung coup de ladite fourche.*

† **JUXTARE**, Appropinquare, in *Amalthea*, Pro *Jungere*, adjungere. *Le Roman de Vace MS.:*

A lui se sont Jousté trestuit li Beessinois...  
A grant torbes venoient paissant et borjois,  
Chevaliers, riche et povre, et vilains et cortois.

† **JUXTUARE**, Eadem origine. *Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann.* 1280: *Nullus baratas ac lucra inhonestæ ac cujuslibet generis fenus exercent, aut undecim pro duodecim in ludo Juxtare, aut bladum vetus et corruptum pro novo et sincero mutare seu commutare præsumat. Hic Juxtare, si bene censeo, idem est quod pecuniam in ludo juxta ponere seu deponere.*

\* **JUYA**, Usus, *Gall. Jouissance*. *Pactum inter Joan. dalph. et Petrum Baral. ann.* 1315: *Quod ipsi... possint cingere in nemoribus... trabes, postes et alias maerias facere deportare pro chalfagiis et ædificiis suis... excepta tamen prima cisione seu prima Juya nemoris Pontisalti;... quam primam cisionem seu Primam Juyam nobis dederunt. Libert. villæ de Alavardo concessæ per Humbert. dalph. ann.* 1337: *Item volumus et concedimus quod dicti sindici... quotienscumque dictæ universitati necesse fuerit, unam Juyam, duas vel plures vendere vel alienare valeant. A verbo Juyre, Uti, ibid.: Item statuimus quod... de nemoribus communibus albis seu nigris, existentibus in dicto mandamento Alavardy Juyre seu utri possint, per modum debitum exercendo. Vide supra *Joja et Joissentia.**

† **JUZATARIA**. Vide supra in voce *Judæi*.

**JUZGUS**, Juzgo, Judicium. *Hispanis*, apud quos liber continens *Leges Gothorum, Fuero Juzgo*, i. forus judicialis appellatur, ut auctor est *Covarruvias de Veterum numismatum collatione cap.* 6. § 4. *Charta Alboacem Regis Mauri in*



Conimbria apud Sandovallum. *Avila: Christiani habeant in Colimbria suum Comitem de sua gente, qui manuteneat*

*eos in bono Juzgo secundum solent homines Christiani, et isti component rixas inter illos, et non matabunt hominem*

*sine jussu de Alcaide seu Alvacile Saraceno: sed monstrabunt suos Juzgos, et ille dicebit: Bene est; et matabunt culpatum.*

# K

## KA

K. LITTERA numeralis, quæ 150. denotat, unde versus:

K. quoque centenos, et quinquaginta tenebit.

Seu, ut habet Ugutio:

K. centenarium, medium conservat et unum.

Cui assentiuntur Notæ numerorum ex antiquo Codice descriptæ, ubi K. 151. efficere dicitur. Eidem literæ, si recta linea superaddatur, centum quinquaginta unum millia significat.

*K. licet apud Latinos nihil valeat, apud Alemannos tamen pro X. Græca positum, Clenche, i, Clange, Clamitat, dum superponitur cantilenæ. Notkerus Balbulus opusc. Quid singulæ literæ significant in superscriptione, cantilenæ. Vide A.*

† K. Antiqui cum a sequebatur k præponebant, cum vero u, q, postponebant. Omnia autem Græca qualicumque sequente vocati per k scribenda sunt. Papias. Ex Isidor. Orig. lib. 1. cap. 26. sect. 13. et 20.]

☞ Superfluum omnino esset monere litteram K. sæpissime in MSS. Codicibus scribi pro C et Ch. Nec minus notæ aliæ mutationes quas idcirco silebimus.

† KAAGIUM, Tributum, quod pro facultate onerandi et exonerandi naves in littore conceditur, nostris Quaiage, a Gall. Quai. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 976: De Kaagio, muragio, paagio, barbicanagio, et de operationibus castro- rum, etc. Vide Caiagium in Caya.

\* Vectigal ex fluviorum portubus, nostris Kayage. Kaasgium in Charta locat. præposit. Ambian. ann. 1292. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 252: Omne jus nobis competens... in Kaasgio et tra- verso Ambianensi, in theloneo bladi et aliorum granorum, etc. Charta ann. 1360. in Reg. 88. ch. 93: Lesquielz kais de la Rochelle furent de feu Guiart de la Gra-

## KAF

velle et à lui appartient et doit appartenir le droit de prendre le Kayage et le profit desdiz kais et de la vase. Vide supra Caiagium in Caya et Caium.

\* KABELLUM. Vide Habellum.

\* KADIMIA. Vide infra Katimia.

\* KADORISTAS, Inseparabilia. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† KADRAGESIMA, pro Quadragesima, in Charta Jacobi Regis Aragon. ann. 1228. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 383.

\* [« Non sunt curtine ante altare pro Kadragesima. (Chevalier, Visit. epis- cop. Gratianop. p. 24.) »]

† KAERE, Cæsar, amicus. Gloss. Isidori; ubi Grævius: Lege χαίρε, Cæsar, Cæsar ave. Persius in Prologo: Quis expedit vit psittaco suum χαίρε. Martialis:

Psittacus a vobis aliorum nomina discam,  
Hic per me dicitur dicere, Cæsar ave.

KAESIUS, pro Cæsius, Equi color, in vet. Inscriptione, 342.

† KAERYUM, Salictum, Gall. Saussaie. Chartularium S. Vandreg. tom. 1. pag. 976: Unam pechiam terræ... sitam in prædicta parochia de Calido-Becco intra Kaeryum dictorum Religiosorum in uno latere et terram Johannis le Serrurier in alio. Vide Kaneium.

† KAHRIR, KAHEIUM, Eadem notione. Vide Kaneium.

\* KAFICIUM, Idem quod Caficium, Mensuræ frumentariæ apud Hispanos species, nostris, Kafis. Charta ann. 1317. in Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 36. r.: Dominus rex confirmavit donationem... de quinquaginta Kaficis tritici ad mensuram Pamplonensem. Stat. pro reformat. regni Navar. ann. 1322. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 159. v.: Ordinatium est quod castellanus dicti castri habeat decem homines, et pro quolibet homine quinque Kaficia tritici et viginti

## KAK

solidos per annum. Ibidem fol. 60. v.: Cum laboratores solvant in pectis regis, pro viginti Kaficis bladorum servandum, unum Kaficium; dicti custodes habebunt illud Kaficium. Ubi Reg. ejusd. Cam. sign. Noster fol. 437. r. habet, Raficia. Testam. Caroli reg. Navar. et comit. Ebroic. ann. 1376. in Cod. reg. 8428. 3. fol. 109. r.: Lesquelles rentes et revenus peuvent valoir et monter à la somme de 435. Kafis de froment, 432. Kafis d'orge et d'avenne, et 107. livres, dix solz de Carlins noirs. Vide supra Cassirus.

\* KEAFICIUM, Eadem notione, in Reg. sign. Noster Cam. Comput. Paris. fol. 339. r.: Quidam modus mensurarum in Navarra. In Keaficio Pamplonæ sunt iij. roua; in rouo iij. quartalia, etc. Pluries ibi.

\* KAIA, Domus, apud Spelman. et Blount. Glossar. S. Germ. Prat. sign. 501: Cancell. Kai. Vide supra Caia.

† KAIIAGIUM, KAILLAGIUM, Idem quod Kaagium. Litteræ Ricardi II. Regis Angliæ ann. 1379. apud Rymer. tom. 7. pag. 221: Semper hactenus quieti esse consueverant de Theolonio, pontagio, muragio, pavagio... Kailagio... theolonii, pontagii... Kaiagii, etc.

\* KAIUM, Lapideus ad fluvii ripam agger, Gall. Quai. Lit. Alfonsi comit. Pictav. ann. 1269. in Reg. 11. Chartoph. reg. fol. 44. r.: Pro Kaiio aquæ Wltin reficiendo sex denarios ab eisdem mercatoribus exigunt. Vide Caya.

\* KAKENUS, Arabice, Cignus, in Glossar. Medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† KAKER, vox Germanica quæ opprobrium sonat, Flandris Kacker. Laur. Byzinius de Origine Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 168: Hi ergo quotidie in vertice montis supra flumen, ex opposito Monasterii sanctæ

*Crucis et Ecclesiae S. Valentini stantes contra civitatem ha! ha! hus! hus! Kaker! Kaker! velut canes ululabant.*

\* **KAKIA**, a Graeco *xaxia*, Malitia, apud Fridegod. in vita S. Wilfr. saec. 3. Bened. part. 1. pag. 185 :

Non contenta suæ virus fuisse Kakia, etc.

† **KAKIMIA**, vox Chimica. Est, inquit Rochus le Bailif, in Dictionariolo Spagy. *cujuscumque metalli immatura minera, quæ adhuc in primo suo ente consistit, ut infans in utero matris suæ.*

\*\* **KAKO**, Columna infamis, ad quam malefici spectandi populo exponuntur, Germ. *Kaak*. Vide Haltaus. Glossar. German. in hac voce, col. 1056. Vetus Liber Erfurt. : *Item idem advocatus habet facere seu fieri patibulum, domum licitoris, Kakonem, etc.*

† **KALCANDACH**. Vide *Kalendæ*.

† **KALCULUM**. *Kartulum quo mortui afferuntur alibi*. Gloss. Isid. ubi Grævius : Pro *Kartulum* lege *Capulum*, aut *Kapulum*. Nam capulus est sarcophagus. In Papia æque corrupte legitur, *Kalculum in quo mortui deferuntur, vel vestimentum detritum seu linteum*. Nec minus in Glossis Arabico-Latinis, pro *Cattulum, feretrum, lege capulum*; pro *diferuntur et deferuntur*, scribe *effertur*. Vide *Kaltulum*. [\* Vide supra *Capulus* 2.]

\* 1. **KALENDA**, Congregatio cujusdam piæ societatis Hallensis, quæ *Kalendis* singulorum mensium potissime conveniebat. *Kalende*, eadem acceptione, in Charta ann. 1339. ex Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 234 : *Oye et entendue la supplication des confreres et seurs de la confrairie de la Kalende d'Avrenchin, etc.* Vide supra *Fratres Kalendarum in Frater* et post *Kalendæ*.

\* 2. **KALENDA**, Martyrologium, cui addebantur obituarium et ordo officii peragendi. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 574 : *Præcipimus quod matriculam seu Kalendam cotidie legi facerent*. Stat. ant. eccl. cathed. S. Petri Redon. cap. 6. ex Cod. reg. 9612. L. : *Ultimo receptus canonicus tenebitur Kalendam quotidie legere; et quando se absentare voluerit, antecessori suo immediate ante eum recepto, vel alteri secundum ordinem notificare tenebitur, qui similiter eandem Kalendam legere tenebuntur*. Ordinar. MS. S. Petri Aureæ-val. : *Pueri claustrales convenient coram ipso (priore) pro Kalenda repetenda* .... Quo facto omnes convenient in capitulo et fiat *Kalenda, cum suis adjacentibus et suffragiis, ut moris est*. Constit. ant. monast. S. Petri-Mont. dioc. Metens. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 429 : *Accepta benedictione, lector Kalendas et Lunam sequentis diei et Natalitia Sanctorum pronuntiabit*. Vide *Kalendarium* 2.

\* 3. **KALENDA**, Initium cujusvis rei, puta, Locus ubi territorium aliquod incipit. Charta Andr. reg. Hungar. ann. 1214. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 19 : *Cujus prædii primæ metæ incipiunt a Kalenda Vidze.... Veniunt iterum ad primas metas in loco superius nominato, Kalendaviz (sic) nominatæ.*

† 4. **KALENDA**. Vide post *Kalendæ*.

**KALENDÆ**, seu *Festum Kalendarum*, Wlug Beigo in Epochis cap. 7. *Festum Kalcandach*; ita appellant Scriptores, publicas illas ac superstitionas lætities, quas Kalendis Januarii, quibus annus aperitur, exhibere primum Gentiles, usurpavere etiam postmodum Christiani, et quas utrique indecoris choreis, mulierumque aut ferarum assumptis

formis ac vestibus fœdebant, uti supra in voce *Cervulus* indicatum. Ea porro superstitio vigente Christianismo adeo invaluit, ut vix ab Ecclesia proscripti potuerit, atque adeo Episcopis, Conciliis, et summis Pontificibus, ad id vires suas conferentibus, ut patet ex Concilio Trulano can. 62. Romano sub Zacharia cap. 8. Turonensi II. cap. 17. 22. Autissiodor. can. 1. Capitulari Gregorii II. PP. pro Bavaris cap. 8. Atonis Episcopi Basileensis Capitulis cap. 79. Epistola ipsius Zachariæ ad Bonifacium Mogunt. et Sermonibus ac Homiliis Patrum, qui gravius in ejusmodi Kalendarum spurcitas ac fœditates invehuntur, S. Augustini, S. Ambrosii Serm. II. S. Maximi Taurin. Petri Chrysologi Serm. 115. denique Faustini Episcopi apud Bollandum 1. Januarii, et e Græcis Joannis Chrysostomi, sancti Asterii, et aliorum : quas quidem Kalendarum impietates et ludicras prophanasque superstitiones attigere etiam Tertullianus lib. de Idololatr. cap. 14. Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 40. Alcuinus lib. de Divin. Offic. cap. 4. Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelat. sub fin. Anonymus in Vita S. Samsonis Episcopi Dolensis lib. 2. cap. 13. Vita S. Hugonis Abbatis S. Martini Eduensis num. 15. etc.

Licet, inquam, ab Ecclesia non semel proscripta fuerint, indictis ad hanc diem jejuniis et litanis, de quibus suo loco, quibus eæ quodammodo expiarentur, et ut ludicre et impiæ festivitatis loco vera ac solida succederet; non potuere tamen tam alte radicatæ prorsus evelli, adeo ut extremis etiam temporibus plus solito vires acceperint, et non a secularibus dumtaxat; sed et ab ipsis Episcopis et Sacerdotibus legantur usurpatæ : [imo, cum ab iis omnino abstinuissent Laici, eas obstinate retinuisse Clericos, atque ab iis solis usurpatas fuisse, testantur Theologi Parisienses in Epist. encyclica ann. 1444. *Quid quæso, fecissent (Episcopi) si solum Clerum sicut hodie his observantis vacantem vidissent!*] unde ejusmodi festivitati *Festi Hypodiaconorum* nomen inditum, non quod revera soli Subdiaconi has scelestas choreas ducerent; sed quod hac joculari appellatione nostri indicare voluerint, festivitatem hanc fuisse ebriorum Clericorum seu Diaconorum : id enim evincit vox *Soudiacres*, id est, ad litteram, *saturi Diaconi*, quasi *Diacres saouls*.

Cujusmodi autem fuerit, et quibus ineptilis constiterit, docet Beletus lib. de Divin. Offic. cap. 72. his verbis : *Festum Hypodiaconorum, quod vocamus Stultorum, a quibusdam perficitur in Circumcisione, a quibusdam vero in Epiphania, vel in ejus octavis. Fiunt autem quatuor tripudia post Nativitatem Domini in Ecclesia, Levitarum scilicet, Sacerdotum, Puerorum, id est, minorum ætate et ordine, et Hypodiaconorum, qui ordo incertus est. Unde fit, ut ille quandoque annumeretur inter sacros Ordines, quandoque non, etc.* Videtur sane ea Episcoporum, vel potius Clericorum lascivia a Græcis originem cepisse; cum in octava Synodo can. 16. ex versione Anastasii, (nam canon abest in Græca Editione) legamus fuisse tum quosdam *Lacos*, qui secundum diversam Imperatoriam dignitatem videbantur capillorum comam circumplexam involvere atque reponere, (ita namque, ait hoc loco Anastasius, a cervice usque ad capita contorquebant, ut clericali more in rotundum tonsi viderentur) et gradum quasi sacerdotalem per quædam indusia et vesti-

menta, *ut scilicet, dotalia sumere, et, ut putabatur, Episcopos constituere, superhumeralibus, id est, palliis, circumamictos, et omnem aliam Pontificalem indutum stollam, qui etiam proprium Patriarcham adscribentes, eum qui in adventionibus risum moventibus Prelatus et Princeps erat; et insultabant, et illudebant quibusque divinis, modo quidem electiones, promotiones, et consecrationes, modo autem acute calumnias, et depositiones Episcoporum quasi ab invicem et per invicem miserabiliter et prævaricatorie agentes et patientes; talis autem actio nec apud gentes a sæculo unquam audita est, etc.* Quæ postrema verba satis innuunt, ejusmodi Clericorum ludibria in Occidente nondum nota fuisse.

Quod igitur sub exitum mensis Decembris initium sumeret prava illa festivitas, *Libertas Decembriæ* appellata est, de qua idem Beletus cap. 120 : *Sunt nonnullæ Ecclesiæ in quibus usitatum est, ut vel etiam Episcopi et Archiepiscopi in Cœnobiiis cum suis ludant subditis, ita ut etiam sese ad lusum plæ demittant. Atque hæc quidem libertas ideo dicta est Decembriæ, quod olim apud ethnicos moris fuerit, et hoc mense servi et ancillæ, et pastores velut quadam libertate donarentur, fierentque cum dominis suis pari conditione, communia festa agentes post collectionem messium : quanquam vero magnæ Ecclesiæ, ut est Remensis, hanc ludendi consuetudinem observent, videtur tamen laudabilis esse, non ludere.* Vivebat Beletus in Ecclesia Ambianensi ann. 1182. ut auctor est Albericus in Chronico MS.

☞ Inter ludicra hujus festivitatis præcipuum locum obtinebat electio Abbatis vel Episcopi stultorum, cujus ludibria hic perstringere placet ex Cærimoniali MS. Eccl. Vivar. ann. 1365. exarato fol. 153. Die 17. Decembris conveniunt omnes *sclafardi* et clericuli ut Abbatem eligant : quo electo cantatur *Te Deum, et tunc per consocios subtolitur, et elevatur, ac super humeros ad domum, ubi cæteri pro potu sunt congregati, letanter deportatur, atque in loco ad hoc specialiter ornato et præparato ponitur, statur et collocatur. Ad ejus introitum omnes debent assurgere, etiam dom. Episcopus si fuerit præsens, ac impensa reverentia consueta per consociales et consocios electo, fructus species et vinum cum credentia ei dentur, etc.* Sumpto autem potu idem Abbas vel major succentor ex ejus officio absente Abbate incipit cantando ea quæ secuntur; ab ista enim parte *sclafardi*, clericuli ceterique de supis chorum debent esse simulque cantare, ceteri vero desuper chorum ab alia parte simul debent respondere... Sed dum eorum cantus sæpius et frequentius per partes continuando cantatu tanto amplius ascendendo elevatur in tantum quod una pars cantando, clamando, è forte cridar, vincit aliam. Tunc enim inter se ad invicem clamando, sibilando, ululando, cachinnando, deridendo ac cum manibus demonstrando, pars victrix quantum potest partem adversam deridere conatur et superare, jocosasque trifas sine tædio brevitè inferre. A parte Abbatis, Heros. Alter chorus, et nolic. nolerno. A parte Abbatis, ad fons sancti bacon. Alii, Kyrie eleison. Quo finito illico *gachia* (janitor) ex ejus officio facit præconizationem sic dicendo : De par Mossenhor Labat è sos Cosselliers vos fam assaber que tot homs lo sequa, lay on voura anar, ea quo sus la pena de talhar lo braye. Tunc Abbas atque domum exeunt impetum facientes.

Juniores canonici chorarii *scutiferique dom. Episcopi et canonicorum Abbatem comitantur per urbem, cui transeunti salutem omnes impertiunt. In istis vero visitationibus (quæ usque ad vigiliam Natalis Domini quotidie vespere fiunt) Abbas debet semper deportare habitum, sive fuerit manta, sive tabardum, sive cappa una cum cappotto de variis foliato. Ipsi erant, si quid indecorum in Choro fiebat, carpere et castigare.*

☞ Ex eodem Cæremoniali Episcopus stultus qui ab Abbate distinctus erat, eligebatur in festo SS. Innocentium eodem ritu quo Abbas stultorum: *Deinde electus per scalfardos subtollitur et campanilla procedente portatur ad domum episcopalem, ad cujus adventum januæ domus, absente vel præsentem ipso dom. Episcopo, debent totaliter aperiri, ac in una de fenestris magni tinelli debet deponi, et stans dat ibi iterum benedictionem versus villam.*

☞ Sed et ludicris impia miscentes Episcopum sacra peragentem imitabantur. Idem Cæremon. sub festo S. Stephani fol. 100: *Episcopus stultus ad Matutinas, Missam majorem et Vesperas cum suo capellano in episcopali cathedra marmoræ decenter ornata debet per hos tres dies pontificaliter præsidere. Unde in introitu dictarum Horarum debet in vestuario cappa communi serica indui et ornari una cum mitra et sericis cyrothecis. Capellanus vero ejus cappa etiam communi serica induatur, portans in capite parum pulvinar, sive cussinum loco capelli sive birreti; et sic ornati præcedentibus ceroferariis more solito cappis sericis ornati, una cum rege (apparitore) a dicto vestuario procedentes cum mansuetudine ad dictam cathedram perveniunt episcopalem, ubi una cum prædicto suo capellano ad ejus pedes sedente, habens semper crossam in manibus, residet quamdiu Horæ prædictæ celebrantur. Subdiaconus Epistolam cantaturus, vel Diaconus Evangelium, uno genu flexo supplicationem ei impendebant, quos sua manu dextra signabat, etc. Verum finitis Matutinis, Missa et Vesperis, ejus capellanus alta voce dicat: Silete, silete, silentium habete. Chorus: Deo gratias. Episcopus stultus: Adjutorium nostrum, etc. Chorus: Qui fecit, etc. Episcopus: Sit nomen, etc. Benedicat vos divina majestas, Pater et Filius et Spiritus sanctus. De Indulgentiis dandis:*

De par Mossenhör l'Evêque,  
Que Dieus vos donne gran mal al bescle, (fecur)  
Avec una plena balasta de pardos  
Et dos das de raycha de sol lo mento.

Alia est formula indulgentiarum quæ refertur ibid. fol. 133. sub festo S. Johannis Evangelistæ, ubi eadem cæremonia atque diei præcedentis præscribuntur:

Mossenhör ques ayssi presenz  
Vos dona xx. balastas de mal de dens,  
E à vos outras donas atressi  
Dona l' coa de rossi.

Sed hæc ludicra, seu potius crimina, ut loquitur Chrysologus, vel *μωρὰς καὶ βλάπτουσας τέψεις*, uti vocantur a S. Assterio, non semel evellere conata est Summorum Pontificum auctoritas. Exstant enim literæ Petri Capuani Cardinalis Legati in Francia ann. 1198. quibus præcipit Odoni Episcopo Parisiensi et aliquot Canonicis ejusdem Ecclesiæ, ut hoc festum, quod *Fatuorum* appellabatur, et in Ecclesia Parisiensi, ut in cæteris, invaluerat, penitus abolerent;

quod dictus Episcopus aliique ad id nominati Commissarii executi sunt, facta ordinatione in Ecclesia deinceps observanda, quæ habetur apud Gussanvillam post Notas ad Petrum Blesensem.

\* [Sæculo duodecimo jam festum *fatuorum* fuerat correctum: « Ex fideli relatione quamplurimum didicimus, quod in festo Circumcisionis Dominice, in eadem ecclesia (Parisiensi) tot consueverunt enormitates et opera flagitiosa committi quod locum sanctum, in quo gloriosa Virgo gratam sibi mansionem elegit, non solum feditate verborum, verum etiam sanguinis effusione plerumque contingit inquinari; et eatenus adinventio tam pernitiöse temeritatis invaluit, ut sacratissima dies, in qua mundi Redemptor voluit circumcidi, festum *fatuorum*, nec immerito, generaliter consueverit appellari. Attendentes igitur quod in hiis diebus calamitatis et luctus, quos turbatio temporum et terrarum et precipue desolatio terre orientalis graviore perfudit amaritudine, potius debemus orationibus et lacrymis indulgere, quam hujusmodi vanitatibus et turpitudinibus inservire... Volentes in statum canonicum revocare quod in scandalum ecclesie temere noscitur pullulasse, auctoritate prefati legati, adhibita maturitate consilii, supradictam sollempnitatem ordinavimus in hunc modum: in vigilia festivitatis, ad vesperas, campanæ ordinate, sicut in duplo simplici pulsabuntur. Cantor faciet matriculam in omnibus ordinate. Rimos, personas, luminaria herciarum, nisi tantum in rotis ferreis et in penna, si tamen voluerit ille qui capam redditurus est, fieri prohibemus. Statuimus etiam ne dominus festi cum processione vel cantu ad ecclesiam adducatur, vel ad domum suam ab ecclesia reducat. In choro autem induat capam suam, assistentibus ei duobus canonicis subdiaconis, et tenens baculum cantoris, antequam incipiantur vespere, incipiet prosam *Letemur gaudiis*; qua finita, episcopus, si presens fuerit, vel decanus, absente episcopo, vel capellanus episcopi, utroque absente, incipiet vespere ordinate et sollempniter celebrandas; hoc addito quod responsorium et *Benedicamus* in triplo, vel quadruplo, vel organo poterunt decantari; alioquin a quatuor subdiaconis indutis capis sericis responsorium cantabitur. Complectorium ordinate et sollempniter cantabitur. Pulsato autem uno classico ante matutinos, sicut in summis sollempnitatibus, matutini ab episcopo, vel decano, vel capellano incipientur ordine debito consummandi; hoc addito, quod tertium et vi. responsorium in organo, vel triplo, vel quadruplo cantabuntur. Cantor matutinorum responsoria ordinabit. Missa similiter cum ceteris horis ordinate celebrabitur ab aliquo predictorum; hoc addito quod epistola cum farsia dicetur a duobus in capis sericis, et postmodum a subdiacono nichilominus perlegetur. Responsorium et *Alleluia* in triplo, vel quadruplo, vel organo, in capis sericis, cantabuntur, et erunt in missa III<sup>o</sup> procedentes. Vespere sequentes sicut priores a *Letemur gaudiis* habebunt initium, et cantabitur *Letebundus*, loco hymni. *Deposuit* quinquies ad plus dicetur loco suo, et si captus fuerit baculus, finito *Te Deum*, consummabuntur vespere ab eo quo fuerunt inchoate. Ultimum similiter complectorium ordinate dicetur. Per totum festum, in omnibus horis, canonici et clerici in

stallis suis ordinate et regulariter se habebunt. (Cart. N. D. Paris. I, p. 72-75, an. 1198).]

Illud etiam interdixit Concilium Parisiense ann. 1212. part. 4. cap. 16: *A festis vero follorum, ubi baculus accipitur, omnino abstinetur. Id est baculus episcopalis. Præterea Concilium Coprinia-cense ann. 1260. can. 2: Rursus cum in balleatione, quæ in festo SS. Innocentium in quibusdam Ecclesiis fieri inolevit, multæ rixæ, contentiones, et turbationes, tam in divinis Officiis, quam aliis consueverunt provenire, prædictas balleationes ulterius sub intimatione anathematis fieri prohibemus. Vide Statuta Joannis Archiepiscopi Cantuariensis ann. 1279. In Concilio Rotom. ann. 1445. cap. 11. vetantur iudi, qui *Fatuorum* vulgariter nuncupantur, cum larvatis faciebibus, et alias inhoneste fieri in Ecclesiis aut Cæmeteriis, etc. Huc etiam spectant, quæ habentur in Necrologio Ecclesiæ Parisiensis: 7. Idus Januarii ob. Hugo Clemens Decanus noster et Sacerdos, (frater Henrici Clementis Franciæ Marescalli)... Procuravit etiam salubriter et devote, quod festum B. Joannis Evangelistæ post Nativitatem Domini, quod prius negligenter et joculariter agebatur, sollempniter et devote celebraretur in Ecclesia nostra, etc.*

Sed hæc Ecclesiasticis statutis vix aboleri et extingui potuit, adeo ut longe postea etiam obtinuerit in Anglia: quod sane colligere licet ex Inventario ornamentorum Ecclesiæ Eboracensis ann. 1530. in Monast. Anglic. tom. 3. pag. 169. ubi hæc legitur: *Item una mitra parva cum petris pro Episcopo puerorum. Infra: Item unus annulus pro Episcopo puerorum, et duo archys, unus in medio ad modum Crucis cum lapidibus in circumferentiis, etc. Decanorum Kalendæ rurales, in Concilio Rotomag. ann. 1313. cap. 6.*

At in Gallia videtur desiisse, ex quo serio manum admovit Facultas Theologiæ Parisiensis ann. 1444. 12. Martii, missa ad id Epistola encyclica ad Galliæ Præsules, damnatoque, pleno Theologorum consensu, hoc festo, in quo Sacerdotes ipsi ac Clerici Archiepiscopus, aut Episcopus, aut *Papam* creabant, eumque *Fatuorum* appellabant: *Divini ipsius Officii tempore larvati, monstruosi vultibus, aut in vestibus mulierum, aut leonum, vel histronum, choreas ducebant, in Choro cantilenas inhonestas cantabant, offas pingues supra cornu altaris juxta celebrantem Missam comedebant, ludum taxillorum ibidem exarabant, thurificabant de fumo fetido, ex corio veterum sotularium, et per totam Ecclesiam currebant, saltabant, etc.* Verba sunt citatæ Epistolæ, quam edidit Savaro, et ex eo Gussanvilla. Similia fere habet Concilium Basileense sess. 21. extr. ubi etiam *festum fatuorum* appellatur. Sed de hoc festo alia tradunt Cognatus in Histor. Tornacensi, et Marlotus in Metropoli Remensi, ad ann. 1509. Similem vesaniam in rebus sacris Michaëlis *μωρῶν* Imp. recitant Constantinus Porphyrogen. in Basilio num. 21. Edit. Combesii, Continuator Theophanis lib. 4. n. 38. Symeon Logotheta in eod. Michaële num. 18. et alii.

☞ Et quidem adeo invaluerat hæc festivitas, atque Clericorum lasciviæ ita erat accommodata, ut ann. 1406. in jus vocatus fuerit quidam clericus qui in Episcopum stultum cleri Gradacii diocesis Vivar. electus sollempnitatis facere et onera supportare ad quæ ipse ut Episcopus et alii episcopi sic electi, facere

tenetur et sunt facere assueti, non fecerat et facere recusabat. Res diu coram Officiali Vivariensi agitata, tandem trium e præcipuis Canonicis arbitratorum iudicio permessa est. Horum sententiam exscribimus ex Schedis D. Lancelot: Ideo per hanc nostram diffinitivam sententiam quam proferimus in his scriptis declarationem, arbitrium et pronuntiationem nostras sedentes pro tribunali, prout supra continetur, venerabili signo sanctæ Crucis nos munientes dicentes, In nomine P. et F. et Sp. S. Amen. Pronuntiamus, arbitramur, cognoscimus, sententiamus et declaramus dictum Abbatem et ejus præcessorem legitime et debite probasse intentionem suam et partis suæ, et dicta, proposita et replicata ex adverso non obstare, idcircoque dictum Guillelmum Raynoardi tanquam Episcopum stultum ad solvendum prandium, per Episcopum stultum dari et solvi consuetum, per dictumque Guillelmum substractum sine causa, condemnatum, et pro hoc dictum Abbatem et ejus clerum in possessione sua dictæ electionis pari sententia restituimus et reducimus. Et ut nostra sententia debitum sortiatur effectum, volumus, ordinamus, præcipimus et mandamus, quod idem Guillelmus Raynoardi ut Episcopus stultus dare et solvere teneatur ipsi Abati et clericis qui conseruerunt in hujusmodi actu interesse, prandium in festo proxime venienti B. Bartholomei Apostoli in loco de Gradacio et in loco ibidem consueto; neutram dictarum partium ex certis causis animos nostros moventibus in expensis factis tam in causa et causis litigii quam causa compromissoria præsentis condemnantes, declarantes quod una pars ab alia, et e contra, nichil petere possit, exigere seu recuperare ratione expensarum prædictarum, etc.

¶ Variæ fuerunt hujusce festivitatis, pro diversis Ecclesiis in quibus recepta erat, appellationes, quemadmodum et diversis diebus celebrata: festum Hypodiaconorum, Stultorum, Fatuorum, Innocentium, etc. dictam passim reperimus. Statuta Ecclesiæ Nivern. ann. 1246. apud Marten tom. 4. Anecd. col. 1070: Item, quia in festo stultorum, scilicet Innocentium et anni novi in Ecclesia vestra multa fiunt, sicut intelleximus, inhonesta, etc. Durandus Ration. divin. Offic. lib. 7. cap. 42. de S. Stephano: Subdiaconi vero faciunt festum in quibusdam ecclesiis in festo Circumcisionis, ut ibi dictum est, in aliis in Epiphania, etiam in aliis in octavis Epiphaniæ; quod vocant festum stultorum. Quia enim ordo ille antiquitus incertus erat... ideo Subdiaconi certam ad festandum non habent diem. Cetera quæ ad hanc festivitatem spectant silebimus; unum dumtaxat subjiciemus ex MS. codice Bellovac. ann. circiter 500. ubi I<sup>a</sup>. hæc occurrit rubrica Dominus Cantor et Canonici ante januas Ecclesiæ clausas stent foris tenentes singuli urnas vini plenas cum cytis vitreis, quorum unus Canonicus incipiat, Kalendas Januarias, etc. tunc aperiantur januæ. Et alibi: Hac die incensabitur cum boudino et saucita. Vide Abbas Conardorum et Abbas Esclaffardorum.

\* Ritu minus indecenti in ecclesia Rotomagensi celebrabatur Festum Innocentium, ut patet ex Ordinar. MS. ejusd. eccl.: Hoc finito (hoc est, finita processione, quæ fiebat post Vesperas S. Joannis Evang.) duo pueri tunicis et amictis inducti, tenentes candelabra cum cereis ardentibus, et omnes pueri ecclesiæ in cappis tenentes cereos ardentis, cum suo episcopo exeant de vestiario bini et bini

cantantes R. Centum quadraginta; et processione ordinata veniant per chorum et eant ad altare Innocentium et ibi stationem faciant, et finiatur ibi, et tres pueri cantent: Hi empti sunt. Quo finito sequitur antiphona, Innocentes: tres pueri V. Letamini: episcopus orat. Deus hodierna die. In reditu antiphona vel R. de S. Maria, ad placitum: duo presbyteri (I. pueri) cantent V. Post partum: episcopus orat. Deus qui salutis. Pueri dicant Benedicamus. Sequitur benedictio episcopi, et dicat unus puer alta voce, Humiliate vos ad benedictionem; et alii respondeant, Deo gratias: Benedictio: dominus episcopus, Benedicat vos, etc. Deinde ubi de Matutinis ejusdem festi: Dum i. lectio legetur, pergant pueri ad vestiarium; qua finita exeant bini et bini cum cereis ardentibus cantantes R. Centum quadraginta: tres pueri cantent V. et prosam ante altare in modum coronæ, illud finiant; quo finito incipiatur Te Deum... Ad missam, omnes pueri in capis in medio chori regant chorum, episcopus incipit officium, Ex ore infantium... Kyriel et Gloria festive... Graduale pueri, ut prænotatur, Anima nostra V. Laqueus; episcopus, cum eo omnes pueri in modum coronæ, Alleluia, Hi sunt qui, cum sequentia, episcopus incipiat, Celsa pueri; Evangelium in cantu, Angelus Domini apparuit; Credo; offertorium, Anima nostra, quod incipiatur ab episcopo... deinde offerant omnes quod voluerint, ut supra notatur. Secreta, Adesto Domine muneribus. Præfatio, Quia per incarnati. Sanctus, festive. Communicantes, Agnus festive. Communio, Vox in Rama. Postcommunio, Votiva... Ad vespere antiphonæ cum neuma finiatur. Antiph. Tecum principium... Dominus episcopus cum eo duo tunicati R. Justi in perpetuum... Antiph. O quam gloriosum; Psalmus Magnificat, et tandem cantetur Deposuit potentes, quod baculus accipitur (ab eo) qui accipere voluerit. Vespere finiatur a dietario.

\* In ecclesia Tullensi duo, ut ita dicam, eligebantur Innocentium episcopi; unus suo ordine ex canonicis, qui expensas hujusce festi suppeditare sub pena ignominie et canonicalium emolumentorum privatione tenebatur: alter ex pueris vel junioribus ecclesiæ, qui personam episcopi ageret. De utriusque electione et officio ita habent Statuta MSS. ejusd. eccl. collecta ann. 1497. fol. 65. v: De festo et episcopo Innocentium... Quolibet anno assignatur ista festivitas uni canonico, secundum ordinem receptionis suæ ad præbendam, fitque ipsa assignatio post cenam diei Innocentium; ita quod is qui illa die festum peregerit, gratias refert episcopo et toti comitiva ac excusari petit, si in aliquo defectit; et finaliter pileum romarini vel alterius confectionis florem exhibet ipsi episcopo, ut tradat canonico in receptione sequenti constituto ad futurum annum ipsum festum agendum, vel ejus procuratori: si enim absens fuerit, jam erit per tres menses ante diem hujusmodi, ut procuratorem ad id mittat, interpellandus per litteras capituli... Tunc si venerit aut miserit procuratorem ad recipiendum et subeundum onus ipsum, admittitur; et si est dubium de variatione aut illusionis, exigitur cautio. Si vero talis interpellatus cederet præbendæ, is qui succederet non reciperetur in illa donec cavisset ipsum festum pro et nomine ipsius cedentis et non suo facere: si autem facere contemneret adveniente festo, suspenderetur cappa nigra in raistro (i. raistro) medio

chori, et tandiu ibi maneret in illius vituperium, quandiu placeret subdiaconis fertatis et pueris chori; et in ea re non tenerentur nobis capitulo obedire. Pariter fieret contra præsentem præbendam, si similiter contemneret, nec uterque, tam absens quam præsens, non cedens præbendæ, unquam participare in quibusvis suis emolumentis ecclesiæ poterit, donec hujusmodi festum fecerit et contemptum prædictum emendaverit. Verum de rigore is qui festum ipsum agit, non tenetur convivare, nisi eos, qui de Innocentibus computantur... Fiunt ibi moralitates vel simulacra miraculorum cum farsis et similibus jocalis, semper tamen honestis. Nec est prætereundum quod Sabbato primo in Adventu Domini, conveniunt post completiorum omnes pueri et subdiaconi ferriati, qui in numero dictorum Innocentium computantur, et ibi eligunt episcopum alterum ex pueris pro instante tunc Innocentium festo, qui illico assumitur et cantantibus omnibus Te Deum laudamus, pulsantibus utique campanis, portatur ad cathedram retro altare B. Mariæ, ubi primo episcopi Tullenses intronizantur, et ibi sedet; completoque Te Deum et in fine, alter eorum dicit collectam festi Innocentium, et tunc adiscit episcopus officium ejus, ita quod adveniente festo, indutus mitra et pontificalibus insigniis, baculo pastorali prædelato, officium agit episcopi in utrisque vespere vigiliæ et diei, ac in matutinis et missa sedens aut stans, prout sibi placet, in stallo superiore episcopi et benedictionem impendat, ceditque eidem pro dictis Horis dominus episcopus. Ipsa autem die de mane equitare habet idem episcopus Innocentium ad monasteria SS. Mansueti et Apri per civitatem transeundo in comitiva suorum æqualium, quibus etiam majores et digniores personæ dignitatum comitantur per se vel suos servitores et equos, et descendentes ad fores ecclesiarum prædictarum intonat unam antiphonam et dicit episcopus orationem, sibi que debentur a quolibet monasteriorum eorundem xvij. den. Tullenses, qui si illico non solvantur, possunt accipere libros vel vadia, et decanus canonicus qui festum facit, tenetur eidem episcopo providere de equo, chirotecis et birelo. Cantatis ejusdem diei vespere, episcopus ipse cum mimis et tubis procedit per civitatem cum sua comitiva, via qua fiunt generales processiones... In octavis Innocentium rursus vadit episcopus cum omni comitiva sua in habitibus suis ad ecclesiam B. Genovefæ, ubi cantata antiphona de ipsa virgine cum collecta, itur ad domum parochialem ejus ecclesiæ vel alibi, ubi magister et fratres domus Dei, quibus ipsa ecclesia est unita, paraverint focapam unam, poma, nuces, etc. ad merendam oportuna; et ibi instituuntur officarii ad marenças super defectibus aut excessibus in officio divino per totum annum commissis, qui defectus seu marençæ... applicantur ad convivandum episcopum et ceteros de numero Innocentium in crastino Innocentium, quo omnes vadunt per civitatem post prandium, faciebis opertis, in diversis habitibus, et si quæ farsæ practitari valeant, tempore tamen sicco, fiunt in aliquibus locis civitatis, omnia cum honestate; et in regressu acceditur denuo ad dominum canonicum seu ejus procuratorem ac locum, ubi factum est festum Innocentium, qui tenetur adhuc ministrare merendam ex reliquiis præcedentis diei.

\* Verum iis omnibus præstant Literæ Caroli VII. reg. Franc. ann. 1445. 17.

Apr. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1804. in quibus ludicra, imo impia hujus festi perstringuntur, quæ abolere frustra tentasset Concilium Basileense et Theologi Parisienses, nisi accessisset auctoritas regia, atque ejusmodi vesaniam severius damnasset: *Charles, etc. Notre amé et féal conseiller l'évesque de Troyes nous a fait exposer en complaignant, que combien que... par le decret (du Concile de Basle) est expressément deffendu aux gens et ministres de l'église certaine dérisoire et scandaleuse feste, qu'ils appellent la feste aux fols, laquelle en plusieurs églises cathédrales et autres collégiales estoit accoustumé de faire, environ les festes et octave de Noël, en laquelle faisant iceux gens d'église irrévérances et dérisions de Dieu nostre créateur, et de son saint et divin office, au très grand vitupere et diffame de tout l'estat ecclésiastique, faisoient toutes églises et lieux saints, comme dehors, et mesmement durant le divin office plusieurs grandes insolences, dérisions, moqueries, spectacles publics, de leurs corps déguisements, en usant d'habits indécents et non appartenants à leur estat et profession, comme d'habits et vestemens de fols, de gens d'armes et autres habits séculiers, et les aucuns usants d'habits et vestemens de femmes, aucuns de faux visages, ou autres telles illicites manieres de vestemens, et apostatant de leur estat et profession; par lequel decret tous les abus et autres que l'on a coustume de faire à ladite feste, eussent esté sur certaines peines deffendus; et nous pareillement, en tant que faire le pouvons, l'eussions deffendus: ... néantmoins cette présente année, auxdites festes des Innocents et Circuncision derrain passées, ... ils (les ecclésiastiques de Troyes) firent et ont fait ladite feste aux fols en plusieurs excez de moqueries, spectacles, déguisements, farces, rigmeries et autres telles folies, qu'ils n'avoient oncques mes fait de mémoire d'homme... Toutes lesquelles choses venues à la connoissance de la Faculté de Théologie de nostre université de Paris, et qui leur a semblé que telles choses ne se doivent aucunement taire ou dissimuler, les maistres d'icelle Faculté de Théologie, pour obvier de leur pouvoir aux grands maux et excez dessusdits, ... par grande et meure délibération, ont fait et compilé certaine notable epistre, pour icelle de par eux envoyer aux prélats et chapitres de nostredit royaume, en détestant et condamnant ladite damnable feste, comme superstitieuse et paganique, laquelle premièrement eut son introduction et commencement des payens et incredulés idolatres, comme bien expressement dit monsieur S. Augustin... Mais parceque aucuns d'iceux, qui veulent faire et continuer ladite feste, par leur fole outrecuidance et présomtion ont dit et dient encore, que veuille ou non nostre conseiller, et nonobstant lesdites conclusions et vérités théologiques, ils la feront encore, ... nostre dit conseiller nous a humblement supplié que sur ce nous lui veuillons bailler et faire bailler par nos officiers confort et aide, autant que besoin ly en sera. Pourquoi nous considérans, etc.*

\* Tam alte inerat clericorum animis hæc vesania, ut radicitus eam evellere hactenus tentare non ausi fuerint horum temporum sapientiores, quam sensim pedetentimque resarcere satius esse duxerunt. Sic moderate se gessit capitulum Autissiodorense, ut legitur inter Probat. Hist. Autiss. pag. 310. et seqq.

Primo quidem anno, scilicet 1395. ut servitium honeste fieret, nec ponerentur aliqua mala verba statuit. Anno 1396. sumpta occasione belli contra Saracenos, ut nullum signum festi fatuorum penitus fiat hac vice ordinavit. Anno 1400. Capitulum ordinavit quod de cætero omnes, qui de Festo fatuorum fuerint, non pulsant campanam capituli sui post prandium, dempta prima die, in qua suum episcopum eligent, et etiam quod in suis sermonibus fatuis non ponant seu dicant aliqua opprobria in vituperium alicujus personæ, sub pœna amissionis distributionum suarum per quindecim dies, etc. Eodem anno obtinuerat episcopus, quod illi de Festo fatuorum in ecclesia Autiss. non poterant facere capitulum, et quod procuratores non poterant uti officio procurationis, et quod nullus poterat post cantationem Horarum in ecclesia Autiss. clamare la Fête aux fous. 2. Dec. 1401. abbas Pontigniaci prædicavit in capitulo de abolendo Festum fatuorum, quod dictum festum non erat, nec unquam fuerat a Deo nec Ecclesia approbandum seu approbatum... Die tertia proposuit dom. decanus... conclusum fuisse per Universitatem Paris. abolendum dictum festum; quod Universitas erat intentionis et propositi hæc facere publice prædicari per universas ecclesias regni Franciæ, ... et ipsum festum annullare etiam per invocationem brachii secularis... Omnes dicti domini capitulantes, ut sequitur in sua deliberatione, per capita, singulariter singuli, quod dictum Festum fatuorum annullaretur, et quod super hoc fiet aliqua bona ordinatio per dominos capitulantes, quam habebunt ipsi, qui dictum festum subdiaconi celebrant, tenere; et quod nullus sermo in dicto festo infra ecclesiam fieret, quodque nullus ecclesiam ipsam intraret, maxime dum celebrabunt divina, nisi indutus suis vestibus ecclesiasticis. Nihilominus ad habendum aliquam memoriam de dicto festo, fieret die Circuncisionis Domini festum, quod dicitur subdiaconorum, quemadmodum die festi S. Johannis, presbyteri; die Innocentium, pueri in albis; et die S. Stephani, diaconi... 12. Dec. 1407. quia aliquibus dubitabitur utrum ista ordinatio de dicto festo non faciendo, solum teneretur pro isto anno, vel perpetuo: propterea iterato de consensu omnium dominorum de capitulo... statutum et conclusum, quod dicta ordinatio de dicto Festo fatuorum non faciendo, perpetuo et invariabiliter custodiatur et teneatur. 2. Jan. 1410. decanus exposuit, quod cum jam diu est, ..... exciterit ordinatum, quod... deinceps Festum fatuorum amplius non fieret; ... nihilominus tamen, spretis omnibus et defensionibus, plures de ecclesia canonici tortarii, capellani et clerici, Deum præ oculis non habentes, ultro dictum festum fecerunt. xvij. Dec. 1411. fuit hodie ordinatum, quod statutum factum die Lunæ in vigilia S. Lucie ann. cccc. vij. quod Festum fatuorum omnino tolleretur perpetuo, ut in eodem continetur, observetur invariabiliter.

\* Ejusdem festi deliramenta rursum graphice depingit Ludovicus archiepiscopus Senonensis in Stat. ann. 1445. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 96: *Paveant igitur et erubescant observantes cujusdam festivitatis ritum nefarium, quem sui præpositores Festum fatuorum vocant, quem procul dubio diabolica institutio sub venerabili nomine Domini et jocunditatis dierum natalitiorum ejus sacerdotibus et clericis in multis ecclesiis observandum tradidit, quibus*

*diebus omni sanctimonie studere debeant, et spurcitiis et immunditiis se se conferunt et applicant tempore divini servitii, larvatos et monstruosos vultus deferendo cum vestibus mulierum, aut lenorum vel histriorum, choreas in ecclesia et choro ejusdem ducendo, cantilenas inhonestas cantando, offas pingues super cornu altaris juxta celebrantem missam comedendo, ludum taxillorum ibidem exercendo, de fumo fetido et ex corio veterum sotularium thurificando, per totam ecclesiam liguriendo, saltando, turpitudinem suam non erubescendo, nudos homines sine verendorum tegmine inverecunde ducendo per villam et theatra in curribus et vehiculis sordidis ad infamia spectacula pro risu astantium et concurrentium se transferendo, turpes gesticulationes sui corporis faciendo, verba impudicissima atque scurrilia proferendo et multas alias abominaciones, quarum pudet reminisci, faciendo, et quod recte vocatum est hoc flagitiosum coagulum, Festum fatuorum, videlicet coagulatio malorum hominum exultantium in rebus pessimis.*

\* Sed et virgines Deo sacras ejusmodi lasciviis operam dedisse discimus ex Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 18. r: *Item inhihemus ne de cætero in festis Innocentium et B. M. Magdalene ludibria exercentis consueti, induendo vos scilicet vestibus secularium, aut inter vos seu cum secularibus choreas ducendo. Ubi de monialibus Villæ-Arcelli. Rursus fol. 358. v: In festo S. Johannis et Innocentium nimia jocositate et scurrilibus cantibus utebantur (moniales monast. Villaris) ut pote farsis, conductis, motulis: præcepimus quod honestius et cum majori devotione alias se haberent. Consule Du Tilliot in Comment. ad hist. Festi stultorum part. 1. edit. ann. 1751.*

KALENDE, [Conventus Presbyterorum singulis Kalendis mensium.] Charta ann. 1087. apud Sammarthanos in Abbatibus Vallis secretæ: *Cujus petitioni dominus Episcopus assentiens... illud altare ordinavit, ... ita quidem salva justitia in Synodis et Kalendis, ut Sacerdos illius loci Prælati suis obediat, sicut antea. Id est, ita ut Presbyter loci illius, sicut cæteri Decaniæ Sacerdotes, per singulas Kalendas convenire teneatur. De conventu Presbyterorum singulis Kalendis mensium, agunt Hincmarus Remensis in Capitulis ad Presbyt. cap. 15. Riculfus Suessionensis in Constit. cap. 20. Aitho in Capitular. cap. 29. Regino lib. 2. cap. 216. Burchard. lib. 2. cap. 164. etc. Instituti vero causam prodit Concilium Nannetense can. 15. et idem Hincmarus in Capitulis ann. 12. Episcopatus editis, cap. 1. scilicet ut collationem de penitentibus suis haberent, et qualiter unusquisque penitentiam suam faceret, vel, si forte aliquis contra parem suum discordiam haberet, ei reconciliaretur. Seu, ut Riculfus, ut de suo ministerio et religiosa conversatione atque de his, quæ in eorum parochiis accidunt, sermonem haberent, etc. Hinc Calendas observare [male Calendas, apud Eccardum in Probat. Originum Habsburgico-Austriac. col. 206.] in Actis Murensis Monasterii pag. 9. est singulis Kalendis iis Clericorum collationibus interesse. Vita S. Udalrici cap. 6. de Presbyteris: *Si per Kalendas more antecessorum suorum ad loca statuta convenirent, ibique solitas orationes explerent, etc. Concilium apud Pontem Audomari ann. 1279. cap. 21: Statuimus etiam... ut Clerici moneantur in Synodis, in Ecclesiis Ca-**



thedralibus, atque Parochialibus, et etiam a Decanis ruralibus, in suis Kalendis, ut ipsi tonsuram et habitum deferant Clericis congruentes. Concilium Rotomagense ann. 1335. can. 11: *Statuit præsens Concilium, quod singuli Diocesani in suis Capitulis, seu Kalendis exponant casus dictæ Sedi Apostolicæ et Diocesanis specialiter reservatos, etc.* [Statuta Synodalia Eccles. Catalaunensis ann. 1393. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 669: *Quod Decani Christianitatis singulos hujusmodi ordinationis transgressores saltem ter in anno, videlicet infra XV. dies post celebrationem suorum concilio- rum seu Calendarum... denuntiare teneantur.*]

KALENDÆ, Sodalitates ad pias causas, inquit Sambucus. *Fratres Calendarum*, qui vulgo *Confratres*, forte quod singulorum mensium Kalendis invicem convenirent, occurrunt in lib. 1. Decretal. S. Ladislai Regis Hungariæ cap. 14. 39. et in Capitulis Laurentii Archiep. Strigon. cap. 46.

† KALENDARII FRATRES. Vide in Frater.

\* KALENDARUM FESTUM. Comput. ann. 1480. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 342. col. 2: *Item alia expensa ad causam donorum, quæ fieri consueverunt dominis officiaris regis, consulibus, accessoribus et aliis personis consuetis, in festo Calendarum sive nativitatis Domini.*

\* KALENDÆ JANUARI, quibus Romæ pueri domos ingredientiæ bona adprecantur. Cerem. Rom. ad calcem Cod. Ms. eccl. Camerac.: *Hii sunt ludi Romani communes in Kalendis Januarii. In vigilia Calendarum in sero surgunt pueri et portant scutum. Quidam eorum est larvatus cum maza in collo; sibilando sonant timpanum, eunt per domos, circumdant scutum, timpanum sonat, larva sibilat. Quo ludo finito, accipiunt munus a domino domus, secundum quod placet ei. Sic faciunt per unamquamque domum. Eo die de omnibus leguminibus comedunt. Mane autem surgunt duo pueri ex illis, accipiunt ramos olivæ et sal, et intrant per domos, salutant domum: Gaudium et lætitia sit in hac domo; tot filii, tot porcelli, tot agni, et de omnibus bonis optant, et antequam sol oriatur, comedunt vel favum mellis, vel aliquid dulce, ut totus annus procedat eis dulcis, sine lite et labore magno.*

\* KALENDIS JANUARI, mensam cum epistolis ratione divinationis parare, sortilegium est committere, in Vocabul. Jur. canon. Martini.

† KALENDÆ ÆLIÆ, pro Kalendæ Junæ. Vide Hofman. in voce Æliæ Calendaræ.

\* KALENDÆ GRÆCÆ, Proverbii genus, pro Numquam, quia Græci non habent Kalendas more Latinorum, ut notant docti Editores ad Vit. S. Rosæ tom. 5. Aug. pag. 971. col. 2: *Apage, sat nugarum, ad Kalendas Græcas hæc impleta videbimus.*

† KALENDA, Pensitatio quæ prima cujuslibet mensis die Canonicis conceditur, unde nomen sortita est. Obituarium Ecclesie Morinensis MS.: *Nota quod semper prima die cujuslibet mensis pro Kalenda quilibet Canonicus habet duodecim denarios.*

KALENDA, pro quovis die. Vita S. Landrici Episcopi Metensis n. 11: *Qui locus prius a Monachis cultus, in tantum cognoscitur esse immutatus, ut cum suppellex Ecclesie, librorum scilicet cæterorum ministeriorum tali modo inde sub-*

*traherentur, per multos annos Kalenda festivitatis S. Landrici oblivionis rubigine tegetetur.*

† INTRA KALENDAS, quid significet inquit A. Gellius Noct. Attic. lib. 12. cap. 13. ubi Apollinaris Sulpicius: *Qui jusus est intra Kalendas pronuntiare, nisi Kalendis pronuntiet, contra jussum vocis facit.* Contra vero Gellius existimat eum et ante Kalendas, et ipsis Kalendis jure pronuntiare posse: *cum omne tempus, quod Calendarum die includitur, intra Kalendas esse recte dicatur.*

KALENDÆ, Anni initium, vel primus dies: ita, ni fallor, accipienda hæc vox, quæ crebro occurrit in Tabulario Conchensi in Ruthenis charta 44: *Et donat de censum 9. denarios Pogesos, et ad Kalendas duos membros, ... et ad messiones unum medium molton escortatum, etc.* [Chartularium S. Petri de Domina fol. 116: *Habemus unum mansum qui reddit per messiones 4. focarias magnas et optimas et sex capones... et per Kalendas duos denarios per ublias.* Chartul. Camalariense: *In Varenico est unus mansus aloadi, et debet in Maio multonem et agnum, et in Kalendis 1. sextarium selgel.*]

KALENDÆ MARTIÆ, a quibus veteres Franci annum auspicabantur. Decretum Tassilonis de popularibus Legibus § 12: *Transactis tribus Kalendis Martiis, post hæc ancilla permaneat in perpetuum.* Chronicon Fredegarii de Pipino: *Evoluto anno præfatus Rex a Kal. Martiis omnes Francos, sicut mos est, Bernaco villa ad se venire præcepit.* Vide Dissertationem quartam ad Joinvillam pag. 152. et supra in voce Annus.

† KALENDARES MENSES, Qui a Kalendis ad finem usque numerantur, menses integri. Notum est Scriptores post annum 1000. menses integros in duas distinxisse partes, quarum prima a Kalendis incipiebat; altera a die decimo sexto. *Kalendares* itaque menses dicebant, cum menses integros, nulla adhibita divisione, significare ipsis animus erat: ita, ni fallor, intelligi debet Charta Treugarum inter Angliam et Scotiam ann. 1459. apud Rymer. tom. 11. pag. 427: *Per sex menses integros Kalendares... per eosdem sex menses Kalendares efficaciter observari.* Vide Mensis.

† KALENDARIS, Anni initium. Tabularium Casæ Dei: *Dono duos mansos... ex quibus exeunt duo agni censi et duo solidi inter Kalendares et paschales et majenses et meisonegs et duo cartales avenæ.*

1. KALENDARIUM, Data, temporis nota. Fori Aragon. lib. 3. de Fide instrumentor.: *Notarius quilibet teneatur scribere in principio cujuslibet instrumenti duas lineas de sua propria manu, et nihilominus testium nomina per litteras extensas, et Calendarium, etc.* Adde lib. 4. de Tabellion. et tit. de Depositis et Observantias Regni Aragon. lib. 9. tit. de Probationibus § 23.

\* Consuet. Mss. Perpin. cap. 21: *Item si quis petat debitum ex causa mutui, si interrogetur a reo, an illud petat cum carta, ... si responderit cum carta; debet illam exhibere usque ad Calendarium, si potest.* *Kalendier*, pro *Kalendarier*, Tabula in qua dies, etc. describuntur, in Stat. ann. 1372. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 486: *Un Kalendrier de bois à bergier, qui pendoit à sa sainture, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 218.*

† 2. KALENDARIUM, Martyrologium.

Ordinarium Canon. Regul. S. Laudi Rotomag. ad calcem libri Johan. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 292: *Sicque facto signo, surgant, capitulum intrent, ubi pronuntiato Kalendario, isti Sancti et omnes alii, etc.* Hinc etiamnum Moniales S. Petri de Casis in Arvernia martyrologium vocant *La Calande*.

† 3. KALENDARIUM, Catalogus, index. Conventus Episcoporum apud Caspem ann. 1412. tom. 3. Conc. Hisp. pag. 645: *Qui de auctoritate, facultate et potestate dictorum dominorum deputatorum et aliorum per Calendaria tactis et expressatis... facimus authenticam et veredam fidem.* [2 Comput. ann. 1455. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. fol. 12. vº.: *Item Mathæo Gridaine pro coppiis scripturarum processus contra religiosos S. Petri et duobus saccis, cum expensis comæ in domo Johannis Blotefiere factæ, quando consiliarii ecclesie fecerunt Kalendarium dicti processus, ... cæj. sol.*]

\* 4. KALENDARIUM. [Gallice *Calendarier*: « Data per manus Bornonis monachi, in mense januario, in Kalendario Quinto Kalendas februarii. (Cartul. S. Audr. Vienn. ed. Chevalier, p. 199, an. 1081. »)]

† 1. KALENDARIUS DIES, Primus cujuslibet mensis. Guidonis Discipul. Farfensis cap. 39: *Si vero Dies Kalendarius secunda et tertia vel quarta feria venerit, incipiant responderium de Prophetis anteriore die Dominica, similiter et lectiones de Propheta.*

† KALENDARIUS, pro quovis die mensis. Vita S. Menelei Abb. tom. 5. Julii pag. 319: *Et animam felicem et beatam reportavit Domino, undecimo Augusti Kalendario.*

† 2. KALENDARIUS. *Calendariorum* in quodam inscriptione veteri quam cum cæteris in Hispania repertis Adolphus Occo medicus Augustanus edidit, pag. 2. n. 9. mentio fit. Quos non alios fuisse existimo quam qui in Theodosiano codice lib. 12. tit. 11. *Calendarii curatores* appellantur, et quorum munus *Kalendarii curatio* Arcadio JC. L. 18. § 2. D. de muneribus et honoribus (50, 4.) dicitur. Ita Faber in Thesaur.

KALENDATICUM, Præstatio, quæ Januarii Kalendis fiebat. Charta Rogerii Siciliæ Regis ann. 1187. apud Falconem Beneventanum pag. 315: *Angarias, terraticum, herbaticum, carnaticum, Kalendaraticum, vinum, olivas, relevum, etc.* Καλανδικόν, in Justiniani edicto 13.

† KALENDATIM, Per Kalendas. Vita S. Gregorii PP. tom. 2. Martii pag. 147: *Ubi Kalendarum diversas species erogat.*

KALENDATUS, Kalendis, seu die ac anno notatus, in Translat. S. Angeli Carmelitæ apud Papebrochium, [et in Conc. Hispan. tom. 4. pag. 462.]

\* KALENGIA, Actio in jure, qua quis rem suam repetit. Bulla Urbani PP. III. ann. 1186. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 247: *Omnia quæ de Kalengis suis relaxavit infra burgum Exaquii et in vicinia tota, et in aliis locis et villis eidem pertinentibus, libera et quieti. V. Callengia.*

† KALIBS. Gloss. Isidori: *Karibs, furca pœnalis, alias Kalibs.*

† KALKATORIUM, a calcando dictum, id est, torcular. Gloss. MS. Sangerm. Vide Calcatorium.

† KALO, Negotiator. Papias et Gloss. MS. Sangerman. n. 501. *Kalo, Porteur de buche, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Vide Calones.*

\* **KALODÆMON**. Vide supra *Calodæmon*.

† **KALONES**, *Gallicæ militum*. Gloss. Isid. ubi Grævius: *Calones*, teste Festo, sunt calcei ex ligno facti. *Gallicæ* sunt calcei militares, ut superius vidimus, qui antiquioribus *Caligæ* nominantur. Potuisset tamen etiam scribere Isidorus, *Calones, caculæ militum*.

\* **KALOPODES**. Vide supra in *Calope-dia*.

\* **KALT**, Frigidus, apud Schilter. in Glossar. Teuton. ad v. *Chalt*.

\* **KALTELUS**, *Benivolo*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **KALTULUM**, *In quo mortui deferuntur, vel vestimentum detritum seu lineum*. Papias MS. Eccl. Bitur. et Gloss. MS. Sangerm. n. 501. Vide *Kalculum*.

† **KALVARES**, *Aquæ sunt*. Papias.

† **KALUMNIA** per *K* scribendum, quod est *jurgium, lis, etc.* Papias. Vide *Calumniam*.

† **KAMAHUTUS**, *Sardonix, Gallis Camayeu*, in Inventario Ecclesiæ S. Pauli Londin. ann. 1295. tom. 3. Monast. Anglic. pag. 309. Vide *Camæus*.

† **KAMERARIUS**, in Constitutione Caroli Crassi Imper. de Expeditione Romana § 6. Vide *Camerarius*.

**KAMINATA**, *Vide Caminata*.

† **KAMINUS**, *Via, iter, Gallis Chemin*. Chartularium S. Vandreg. tom. 2. pag. 2120: *Et aboutat ad Kaminum Domini Regis ad unum caput*. Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotomag.: *Testis juratus dixit quod... vidit eos (Religiosos) utentes de brevibus... et de divisione Kaminorum*. Vide *Caminus*.

† **KAMISIA ULTRAMARINA**, *Interulæ crassioris genus*. Tabularium Capituli S. Audomari: *In ea retro ratione ut res cunctæ superius comprehensæ ad opus Monachorum in prædicto Monasterio degentium vestimenta comparentur ad Kamistas ultramarinas, quæ vulgo Bernescrist vocitantur sicut in vbluntate continentur vestra*. Vide *Bernescrist*.

\* **KANARIDES**, *L'antiqua fede*, in eod. Glossar.

**KANEIUM**. Lex Bajwar. tit. 51. § 6: *Si vero de minutis silvis, de vic, vel quocunque Kaneio vegetum reciderit, cum solido et simili componat*. Ubi Editio Heroldi cap. 30. § 3. *vel quæcumque Kaneo-victi habet: Tiliانا Kaheir; Baluz. Kaheio. Lindenbrogius, Knetum seu Keye, Germanicum, quod salictum sonat, interpretatur: nisi inquit legendum sit Gaio, i. silvula*.

† **KANIFER**, *Senex*. Gloss. Isidor. ubi Grævius: *Leg. Casnar. Festus: Casnar, senex Oscurum lingua*. [\* Glossar. Lat. Ital. Ms.: *Kanifex, vechio egente*.]

† **KANNA**, *Cantharus, poculum*, Gall. *Canne*. Vide *Canna* 4.

† **KANROTIUM**, *Currus*. Epist. Frederici Imp. ann. 1165. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 474: *Pridie Nonas prædicti mensis (Martii) universus populus civitatis cum vexillo S. Ambrosii, quod miro artificio egregie molis et altitudinis ferebant in Kanrotio quem juga boum non pauca trahebant*. Vide *Carroctium*. [\* *Putum mendum est pro Karrotium*.]

† **KANTREF**, *Ruris portio, continens centum villas*. Monast. Anglic. tom. 1. pag. 819: *Le premer conquerer des treys Kantrefs de la terre de Brekenoch estoit Bernard de Nefmarche, etc.* Vide *Cantredus*.

† **KANZIR**, *f. Canticum, Cantilena, ab Italico Canzone*. Vide *Canzir*.

† **KAPADINARIUS**, *Voluntarius*. Papias et Gloss. MS. Sangerman. n. 501. f. pro

*Cupedinarius, qui cupiditati suæ obtemperat*.

† **KAPAX**, *Memoriosus*. Papias et Gloss. Isidor. ubi Grævius: *pro Capax, cujus memoria multa capit*.

† **KAPEDO**, *Cupiditatis, ardor*. Papias. f. *Cupido*.

† **KAPIDINES**, *Animalia dicta quod manu capiantur*. Papias. Supra legitur *Capedines*.

† **KAPITE CENSUS**, *Vicaria administratione*. Papias MS. Bituric. pro *Capite census* quod proprie est *censui obnoxius*.

† **KAPLERE**, *Cædendum proferre. Caplosus, Elisus*. Papias. Vide *Capulare*.

\* **KAPOS**. [Legitur in MS. Lat. B. N. MS. 16089, f. 99: « Cujus quidem oculorum color valde niger ad flavum tendens existit aut sit color Kapos. »]

\* **KAPPE-HETTE**, *Tegumenti genus*. Chron. Danic. ad ann. 1308. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. Mss. pag. 163: *Eodem tempore Dani primum cœperunt habere usum capitiorum, dicta Kappe-Hette, quod non solum caput tegebant, sed et pectus capiebant*. Vide supra *Capitium* 1.

\* Aliud vero sonat *Kappe*, in Charta ann. 1450. ex Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 88: *Item de chacune Kappe de Stockenisch amené par les Alemans, ung estrelin d'entrée (au bourg de Bruges)*. Ubi idem videtur quod nostrum *Caque, Doliolium*.

† **KARACHA**, *Onus carri, quantum carro vehi potest*, Gall. *Charatée*. Rer. Mogunt. tom. 2. pag. 544: *Sunt terræ arabiles in tribus bundis ad tres equos, et duo prata ad quinque Karachas*. Vide *Carrada*.

† **KARACHARES HERBÆ**, *Herbæ præstigiis, ut putabant, aptæ*. Libellus Pirminii Abb. apud Mabilion. tom. 4. Analect. pag. 586: *Karachares herbas succino nolite vobis vestris appendere*. Vide *Caragus*.

† **KARACTER**, *Signum, seu sigillum quod chartis appendebant*. Charta ann. 1135. apud Mabil. Diplom. pag. 601: *Hoc auditio gavisi sunt: et ne in posterum oblivioni traderetur, scripto et Karactere ut confirmaretur laudaverunt*. Vide *Character*.

\* Monogramma. Charta Phil. I. ann. 1106. tom. 4. Ordinatio reg. Franc. pag. 342: *Quæ ut perpetuum obtineant stabilitatem, sigilli nostri auctoritate et regii nominis Karactere inferius annotato, præsentem paginam præcepimus confirmari*. Pro sigilli imagine legitur in Charta ann. 1185. ex Tabul. Camerac.: *Ut igitur hæc nostræ compositionis pagina maneat inconvulsa, eam sigilli nostri et civitatis appensi Karactere et testium signatione duximus communire*. Vide supra *Character* 3.

\* **KARACTER CRUCIS**, *Crucis symbolum palliis assutum, in signum votivæ expeditionis sacræ*. Tradit. Diessens. apud Oefellum tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 691. col. 2: *Anno Domini 1251. III. Nonas Martii absolutus est Burckardus a Karactere Crucis per petiores domus Bethleem, auctoritate Apostolica ipsis collata*. Vide in *Crux*.

\* **KARADIS**, *Idoneo*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **KARAGIUM**, *Tributi species*. Charta Henrici VIII. Regis Angl. ann. 1526. apud Rymer tom. 14. pag. 165: *De... pontagio, Karagio, muragio, etc.* Haud scio an idem sit quod *Kaagium*. Vide *Caragium* in *Carrada*.

† **KARAGIUS**, *Sortilegos, præstigiator*. Libellus Pirminii Abbat. apud Mabil-

lon. tom. 4. Analect. pag. 586: *Præcantatores et sortilegos, Karagios, aruspices, divinos, etc.* Vide *Caragus*.

**KARAVENNA**. Vide *Caravanna*.

**KARAXARE**, *KARAXATURA*. Vide *Charaxare*.

† **KARENA**, *Quadragesimale jejunium, seu publica poenitentia, qua quis jejunare spatio 40. dierum tenetur: est etiam remissio seu indulgentia ejusmodi poenitentia Instrum. ann. 1293. inter Acta SS. tom. 2. Aprilis pag. 717: Quadragesima dies cum una Karena de injunctis sibi poenitentis misericorditer relaxamus*. Charta Conradi Episc. Bunden-sis ann. 1269. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 429: *De omnipotentis Dei misericordia et BB. Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi, XL. dies criminalium cum una Karena de injunctis sibi poenitentis misericorditer in Domino relaxamus*. Occurrit etiam apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 442. et tom. 5. pag. 126. Vide *Carena* 2.

\* *Karrena*, in Ch. ann. 1300. apud Ludewig. tom. 11 Reliq. Mss. pag. 501. Nostri *Karesmeaux* vocabant Dies Quadragesimam præcedentes, vulgo *Les jours gras, le Carnaval*. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 81: *Un certain jour de Dymenche, trois semaines ou environ avant les Karesmeaux, etc.* *Quaresmel* vero proprie, Dies Martis ante Cineres, in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 39: *Comme le jour que l'en dit du Quaresmel l'an de grace 1375. ou environ, ledit Jehan environ l'eure d'avoir soupe, se fut alé esbatre avec sa femme et autres en l'ostel d'un leur voisin, comme il est accoustumé au lieu d'y aler, mengier du lait à la cuillier de bois, etc.* Aliæ ann. 1432. in Reg. 175. ch. 199: *Comme le Mardi xxiiijs. jour de Février derrainement passé, jour des Quaresmeaux, ouquel jour des Quaresmeaux, etc.*

\* **KARF**, *Arabice, Testa figuli, secundum Avicennam*. Glossar. medic. Ms. Simon. Januarii. ex Cod. reg. 6959.

\* **KARFOS**, *Arabice, Vespertilio*, in eod. Glossar.

† **KARIAGIUM**, *Vectura cum carro, servitutis species*. Litteræ Balduini Abbat. Ursicampi ann. 1208. ex Tabular. Compend.: *Moverunt calumpniam super Kariagio bladi quod singulis annis ponitur in grantia de Marolio, quod videlicet Kariagium exigebatur a Canonis pro quibusdam terris, quas de dominio S. Corneliî tenere noscuntur*. Vide *Cariagium*.

\* **KARIDA**, *Vectura onus, ut videtur*. Charta ann. 996. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 395. col. 1: *Ut omni anno mihi dentur duæ Karidæ vini ante festivitatem S. Martini*. Vide *Carreda*. Nisi dolii genus putes, quod *Karisel* nuncupatur, in Charta Phil. VI. ann. 1339. ex Reg. B. 2. Cam. Comput. Paris. fol. 114. rº.: *Item sur chascun Karisel de gondale, contenant cent loz, trois deniers du vendeur*. Vide *Carrada*.

\* **KARIGA**, *pro Carica*, Gall. *Figue grasse*. Dipl. Chilper. II. ann. 716. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 694: *Karigas libras 100, etc.*

**KARINSIA**, *Contractus Navigii Dom. Regis cum Venetis ann. 1268. tom. 5. Hist. Franc. pag. 435: Et uno puero pro custodia equi, et pro viandis, et Karinsis suis portandis, etc.* Puto legendum *garinsis*. Vide in hac voce.

\* **KARINUM**, *an Via publica, per quam carri transeunt?* Charta ann. 1162. ex Chartul. Thenol. fol. 25. vº: *Et*

de fonte usque ad fontem juxta Karinum, ubi fossatum terminatur.

\* **KARIONS**, vox vulgaris, Jus carro ducendi. Vide *Carro*. Charta ann. 1255. ex Tabul. S. Autberti Camerac. : *Werpi varunt bene et legitime ecclesie S. Autberti jus bigandi, quod vulgariter appellatur Karions.*

\* **KARISMA**, Præstantia, benignitas, Græce *γαρισμα*, donum, gratia, munificentia. Egidius Parisiensis MS. lib. 1. Karolini :

Gratia, quæ nulli plus affluit, addidit usum Nominis, et Karolo fecere Karismata nomen.

\* **KARISTARE**, **KARITARE**. Papias MS. Bituric. : *Karitat proprie, alloquitur plebem.*

† 1. **KARITAS**, Extraordinaria refectio; est etiam mensura vini. Charta Christiani Archiep. Mogunt. ann. 1168. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 753 : *Pro obitu predictæ matrone Godelindis et patris sui Madelbodonis... singulis annis in singulis singulorum anniversariis, pro salute animarum, Fratribus quatuor uncie denariorum solvantur ad refectorem illam, que Karitas in eodem claustris appellatur.* Consuetudines Solemniac. MSS. : *In festo S. Tilonis... et ad cenam nebul. et oblatas et tria ova, et ad collationem Karitatem de vino bono.* Vide *Caritas* 3.

\* 2. **KARITAS**, Sacrum sodalitiū. Vide supra *Caritas* 12.

\* **KARLE**, Homo simpliciter, et pro famulo. Inde Saxonibus *Buscarlus*, homo nauticus : *Huscarlus*, homo domesticus, famulus. Sane *Kearle* etiam hodie accipitur ab Alamannis de homine probo, bono, utili, strenuo, ut notat Goldastus ad Ekehardi jun. cap. 1. Carolumque inde dici opinatur : et pro homine simpliciter in Suecia et Saxonia, ut observavit Flacius Illyricus Præfat. in Otrifridum Wissenburgensem. Hæc Spelmanus. Vide *Ceorlus*, [\*] et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 492.]

\* **KARLENSES**, Secunda stirps Regum Franciæ. Epistola Willelmi Abb. Monast. Andrens. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 388 : *In 2. libro Reges descriptos Karlenses appellat.* Vide *Karolingi*.

\* **KARLOTUS**, diminut. a *Karolus*; quomodo a *Charles*, *Charlot* dicimus. Lit. ann. 1294. quibus Phil. Pulc. regem Angl. ad curiam vocat, in Reg. sign. *Pater Cam. Comput. Paris. fol. 325. r.º* : *Dicentes (ministri regis Angliæ) hoc facimus in despectum regis Francorum et Karloti fratris sui.* Vide *Karle*.

\* **KARMET**, Pondus quoddam. Vide supra *Carmet*.

\* **KARNEUS**, Pinna muri, Gallis, *Carneau*. Vide *Quarnellus*.

\* **KAROLA**, Clathrus, Gallice *Grille*. Vide supra *Carola* 1.

\* **KAROLINGI**, dicti a Germanis Reges Francorum a Carolo Martello et Carolo M. genus ducentes. Ita Lotharius Ludovici Ultramarini filius, *Karolingorum Rex* dicitur apud Ditmarum lib. 3. cap. 6. [\*] Non reges sed populus Francorum occidentalium. *Karolingorum* legit Lappenberg. ap. Ditmarum. Widukindus lib. 1. cap. 29 : *Concertatio regibus Karolorum et orientalium Francorum super regno Lotharii.* Ita Gallia passim dicitur scriptoribus secul. IX et X. *Karoli regnum*, scilicet Calvi, qui in divisione filiorum Ludov. Pii eam partem regni paterni obtinuerat, ut Lotharius Lotharingiam.]

\* **KAROPOTUS**. [Glaucus : « Cum minime sint glauci, grece dicti *Karopoti*

(oculi) insanie et demencie ascribuntur. » (B. N. Ms. Lat. 16089, f. 108<sup>a</sup>). — « Oculi *Karopoti*. » (Ibid. f. 107<sup>o</sup>) — « Oculi emicantes *Karopoti*. » (Ibid. f. 108<sup>a</sup>.)]

\* **KARPIE**. Vitæ Abbatum S. Albani. pag. 32 : *Minutus autem, qui de sua consuetudine pastillis carnis vescabantur, esus subtraxit inordinatos, et pro carne, de allece et liborum cedullis (edulibus) congestum quoddam serculum (cujus solum nomen remansit) ipsis in communi cumlavavit, quod more Normannorum *Karpie*, quasi *Karempie* sophisticè nominavit. Hæret hic Vatsius, cui nihil occurrit de vocis notione : quam quidam sic interpretantur, ut sit minutal Cyprinum, *hachis de carpe*, nam pastillos in posterum de *hatece*, ac proinde de piscibus dari minutis statuit Abbas. Addit auctor, quasi *Karempie*, ubi nescio an non alludat ad *quadragesimale* edulium. Sed hæc meræ sunt conjecturæ. Idem porro quod *Carpeia*, de qua voce supra.*

\* **KARRALE**, Vectura, plaustrum. Fori Bigorrenses art. 14 : *Liberi pacem habeant, et ter in anno in Karrali Comitali radant.* Translatio S. Savini Mart. : *Ducilis a fundo Karralis egressus in terram nemine considerante prosiliit.* Vide *Carreda*.

\* **KARRATA**. Vide in *Carrado*.

\* **KARREAGIUM**. Idem quod *Kariagium*. Charta Henrici II. Regis Angliæ apud *Madox* Formul. Angl. pag. 47 : *Quare volo et firmiter præcipio quod... habeant terras illas... cum libertate et quietantia de exercitiis... et de Karreagio, siris et hundredis, etc.* Vide *Cariagium*.

\* **KARRENA**. Vide supra *Karena*.

\* **KARRIGIUM**. [Ut **CARRIGIUM** 2 : « Quatuor denarios ad messiones et receptum et quatuor denarios pro *Karrigio* et per oblias ad kalendas III. » (Cartular. Conchar. Ruthen. p. 296, XI. sæc.)]

1. **KARRINA**, ut *Karena*. Vide *Carrena* 2.

† 2. **KARRINA**, Convicium, objurgatio, exprobatio. Ekekeardus Jun. in Casib. S. Galli cap. 19 : *Necis tuæ reus *Karrinas* tot ferre non potero.* Balbus Cathol. : *Carinare, arguere, convitiare, illudere.* Hæc Spelmanus. Vide *Carina* 1.

\* **KARRITO**, Qui carrum ducit. Vide supra in *Carrito*.

\* **KARRNEL**, Pinna muri. Vide *Quarnellus*.

\* **KARRUGA**, Aratrum, Gall. *Charrue*. Charta ann. 1229. in Chartul. Aremar. ch. 31 : *Notum facimus... quod nobilitas vir Erardus de Chacia... omnes terras communitatis, quas nos et homines nostri ad nostras *Karrugas* tenebamus, nobis concessit.* Hinc *Keruiet*, qui aratro terram colit. Redit. comital. Namurc. ann. 1289. ex Reg. sign. *Le papier aux aysselles in Cam. Comput. insul. fol. 25. v.º* : *Encor i a li cuens le stokaige, de chascun *Keruiet*, ij. den. et de chascun manovrier j. den. a Noiel.* Vide *Carruca* 3.

\* **KARRUS**, Currus, plaustrum, Gallis, *Chariat*. Charta. ann. 1110. ex Tabul. Floriac. : *Dimisit Abbati Floriacensi omnes malas consuetudines quas usurparat, videlicet talliam denariorum, raptum, incendium... vaccam de Karro, tripedicam, etc.*

\* **KARTICIUM** PRIVILEGIUM, Quod *Charlæ* seu scripto mandatum est, in Charta Gerardi episc. Camerac. ann. 1083. ex Tabul. S. Autberti.

\* **KARTRA**, Charta. Tabularium S. Petri de Cella-Froini : *Signum Henrico Rege, Gaufridus Comite civitate Engo-*

*lisma... Bernardus Sacerdos qui fecit scribere ista Kartra.* Vide *Charta*.

† **KARUCHATA**, Modus agri. Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 50 : *Sciatis me concessisse... scilicet illam Karuchatam terram quam idem Gilebertus tenuit die illa qua pater meus R. fuit vivus et mortuus.* Vide *Carucata*.

† **KARXABET**, Amat, osculatur, amplectitur. Papias MS. Bituric.

\* **KAS**, Arabice, *Lactuca*. Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **KASAB**, Arabice, *Arundo*, *canna*, in eod. Glossar.

\* **KASÆTUS**, Pirata; si tamen non est nomen proprium. Charta ann. 1243. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1571 : *Tenentur sub debito juramenti facere vivam guerram de sanguine et foco omnibus *Kasætis* et deprædatoribus maris, et specialiter *Jadertinis*.*

\* **KASKERIA**, ut supra *Gascheria*. Charta ann. 1244. ex Tabul. S. Autberti Camerac. : *Salvis... redemptionibus ipsius ecclesie ad martium et *Kaskeriam*.*

† **KASKETTUM**, Mendose pro *Basketum*; Anglis enim *Basket* est Sporta, cophinus, corbis, canistrum, Gall. *Panier*, *Corbeille*. Mandatum Eduardi IV. Regis Angliæ ann. 1461. apud Rymer. tom. 11. pag. 481 : *Cum... auro... bogeis, manticiis, *Kaskettis*, fardellis, etc.*

\* **KASTVOGT**, Castrî tutor, idem qui *Advocatus*. Vide in *Advocati*.

† **KATABULUM**, Fossa. Vide *Catabulum*.

† **KATAPAN**, Præses, Præfectus provincie vel civitatis. Vide *Catapanus*.

† **KATELCOSTE**, Wildebrandus ab Oldenborg. in Itiner. Terræ sanctæ, ubi de Armeniis : *Speciale habent *Papam*, quem ipsi sua lingua *Katelicoste* appellant.* Ubi legendum indubie *Katolich*, uti monet D. Cangius in voce *Catholicus*.

† **KATHEDRATICUM**, Pensio, quæ Episcopo ab Ecclesiis quotannis exsolvitur in signum subjectionis. Vide *Cathedraticum*.

\* **KATHERANI**. Statuta Roberti II. Regis Scotiæ cap. 16 : *Qui transierint ut *Katherani*, comedendo patriam, et consumendo bona Comitatum, et capiendo per vim et violentiam bona et victualia, etc.* Ubi loci Skeneus annotat, *Katheranos*, Hybernis nuncupari, montanos Hybernos, qui in inferioribus partibus Regni Scotiæ descendere soliti, prædas agebant, et incolis, eorumque bonis vim inferebant. Hodia vulgo dicuntur *Sorners*, *Sojorners*. [Vide *Kernys*.]

\* **KATIMIA**, Arabice est idem quod Græce vocatur *Kadimia*, Latine vero vulgariter *Calmitia* seu lapis calaminaris, quo æs tangitur et in auricalcum vertitur. Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **KATOPAPA**, f. pro *Cacopapa*, Malus Papa, a Græco *καχός*, malus, ut notant docti Editores ad vit. B. Vict. III. PP. tom. 5. Sept. pag. 431. col. 2 : *Viginti milia hominum et eo amplius in diversis regionibus, *Katopapu* Guiberto cooperante, cæsa sunt.*

† **KATRICOLATUM**, Repagulum ferreum in modum cratis, Gall. *Grille*. De S. Atone Episc. tom. 5. Maii pag. 199 : *Et fuit missum et depositum (corpus) in quadam capsâ *Katricolata* de ferro, ita quod a cuncta gente clare videri poterat... Et sequenti die missum et positum fuit in sacristia Operæ superscriptæ, et ibi retentum fuit, donec factum fuit quoddam*

*Katricolatum iuxta capellam Sancti supra scripti.*

† **KAVALLUS**, Equus. Instrum. ann. 873. apud Mabill. Diplom. pag. 543: *Probetur vinos, et annonas, argentum, mulo et Cavallos, vel vestimenta, quod præstavit. Vide Caballus.*

\* Occurrit præterea in Charta ann. 1096. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 198. Inde, ni fallor, *Kauwelerie*, Tributum, quod pro servitio cum equis debito exigitur, in Charta ann. 1286. ex Chartul. Namurc. Cam. Comput. Insul. fol. 42. v. : *Les Kauweleries, les soumele-ries et les barescep, dont je avoie les re-liés et les quatre deniers de orloefs.* Vide *Caballaria*.

† **KAVATICUM**, Censu capitalis, Gall. *Chevage*. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 19: *Tempore domni Walonis Abbatis fuerunt duo fratres in Antoniaci villa, quorum unus major noster erat, nomine Gunfredus, alter vero Fulbertus, qui gloriabantur se esse nobiles, quos adquisivit dominus Walo Abbas, dicens eos esse servos S. Germani et faciens eis reddere Kavaticum. Vide Capitale 5.*

\* Ejusdem originis est vox *Kavecheul*, Cervical, vulgo *Oreiller, traversin*. Pedagog. *de Cappi* in Chartul. 21. Corb. fol. 345. v. : *Une keute et ung Kavecheul doivent vj. den. Vide Capitale 1.*

† **KAVILLA**, Clavus ligneus vel ferreus, Gall. *Chevillie*. Comput. fabr. S. Petri Insul. ann. 1366: *Item pro quadam ronnella ferrea et Kavilla ejusdem, etc.* Hinc *Kevillier*, pro *Cheviller*, Clavis figure, in Vita J. C. MS.

\* **KAURSUS**, *Brusato*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

† **KAYS**, *Cancelli*. Ita Glossæ MSS.

\* Hinc, ut opinor, *Keste*, Clathrus, vulgo *Grille*. Charta ann. 1281. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 7. fol. 124. r. col. 1: *Consent ke li abbés et li couvens... pussent... faire nouviaux cliers, ... nouvelles Kestes, etc.* Alia Gall. *d'Estrommel* ann. 1308. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 309: *Pouront avoir lidiz religieus (du Mont S. Martin) dessous ledit moulin un chier et une Keste, pour retenir le poisson, qui là pourout kair.* Vide supra *Kaia*.

† **KE**, Quod, Gall. *Que*. Chartarium Ecclesiæ Auxitanæ: *Dixit quia jam non faceret Ke forcia facta habebat ad patrem Exguilem. Et judicaverunt Guilem-Garcias de Sancta Christina, Efortilub Decium. et Garcibrasc de la Nux Ke quale pactum Guilem Airemon factum habebat cum Austendo Archiepiscopo.* [\* Pro Gallico *Que* etiam occurrit in Consil. Petri de Font. pag. 77. et alibi passim.]

\* **KEAFICIUM**. Vide supra *Kaficium*.

† **KECHRES** vel **KETHRES**. Charta ann. 1225. in Chartul. eccl. Glasguens. ex Cod. reg. 5540. fol. 70. r. : *Corredum ad opus servientum suorum, qui Kethres nuncupantur, a clericis non exiget memoratis. Kechres*, in Ch. ann. 1226. ibid. fol. 90. r. Anglis *Kitchin* culinam sonat; unde fortean *Kethres*, famuli coquinarii.

† **KEIMINUS**, Via, iter, in Charta ann. 1283. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 132.

\* **KEKENGİ**, Arabice, *Species solatri proferens granum rubicundum simile ceraso, in vesica inclusum, citrina in colore, quare a nullis vesicaria vocatur.* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **KELCHEN**. Vide *Kelchyn*.

**KELCHYN**. Triplex apud Scotos occi-

sori mulcta imponebatur, *le Cro, le Galnes, et le Kelchyn*. De duabus prioribus diximus suis locis. De *Kelchyn* agit Regiam Majestatem lib. 4. cap. 38: *Kelchyn unius Comititis est sexaginta sex et duæ partes unius vaccæ. Item le Kalchyn filii Comititis aut Thani et 44. vaccæ et 21. denarii et 2. partes unius obuli. Item le Kelchyn filii Thani est minor per quartam partem quam patris sui, et sunt 30. vaccæ, et 11. denarii, et tertia pars obuli. Rusticus nihil habet de Kelchyn. Item si uxor liberi hominis sit occisa, vir suus habebit le Kelchyn, et parentes ejus habeant le Cro, et le Galnes. Item si uxor rustici sit occisa, dominus ipsius terræ, in qua manet, habebit le Kelchyn, et parentes ejus le Cro et le Galnes.* Quæ sit vocis *Kelchyn, Kelchen, vel Kelten*, (varie enim scribitur) significatio aut derivatio, non satis scio, ait Skeneus. Id constat, *Kelchyn* longe minorem esse mulctam, quam *le Cro*, ex cap. 36. nam *le Cro* Comititis est 140. vaccæ, tres oræ pro vacca. Item *le Cro* filii unius Comititis vel Thani, est centum vaccæ; et sic de cæteris. *Kelchyn* vero hic minor est mulcta, quæ interdum domino, interdum parentibus penditur.

† **KELEDEI**, [Monachi apud veteres Scotos sic dicti.] Vide *Colidei*.

† **KELTEN**. Vide *Kelchyn*.

† **KEMAT**, Centuria, vox Cambrica seu Wallica in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ in Præfat. [Melius forte *Kentat*, a *Cant centum*, Gall. *Centaine*.]

\* **KEMBELN**. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthheim* pag. 671. col. 1: *cc. geren seu Kembeln, quibus venna paratur.*

† **KEMINUS**, **KEMINUM**, Via, iter, Picardis nostris *Kemin*. Scacarium S. Michaelis apud Palesiam ann. 1207. Lib. S. Justi fol. 13. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 1. pag. 603: *Judicatum est quod Callot Judæus poterit sequi Abraham Judæum, per duellum de Kemino.* Charta ann. 1258. ex Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotomag.: *Terra aboutante de uno Kemino ad aliud Keminum.* Vide *Caminus*.

† **KEMROD**, Præstationis genus. Vox Armorica. Chartularium Kemperleg.: *De hoc autem quod dicitur Kemrod, quod ipse, ut dicebat, non debebat reddere: statutum est ut quolibet anno de unoquoque ciato mellis sex nummos reddat.... cum quatuor insuper nummis et uno obolo, pro eo quod dicitur Kemrod.* Vide *Keurod*.

\* **KERATES**, Pondus sumptum a semine *xilocarata*, et secundum Avicennam ponderans grana ordeï quatuor. Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **KERECHE**, Avis aquatica, ut videtur, quam Galli *Crecalle* vocant. Thwroczius 1. part. Chron. Hungar. cap. 5: *Aves Legisfalck, quæ, vulgo Kerechet vocantur, pullos generare posuerunt.*

† **KERELARE**, Causam, litem coram judice intentare. Chartarium Ecclesiæ Auxitanæ: *Venit Equilem et clamavit et Kerelavit ad Geraldum Comitum.* Vide *Querelare*.

† **KERHERE**. In Bundello Eschaet. de anno 3. Edw. I. n. 29. sic legitur: *Inquisito et extenta terrarum et tenementorum, quæ fuerunt Roberti de Montealto nuper defuncti, in Rising in Norff. facta die Lunæ in crastino S. Fidis virginis, videlicet regni Regis Edwardi tertio.... Item de quadam consuetudine, quæ vocatur Kerhere, ad festum S. Michaelis, 12.*

*denar. ubi forte vox hæc carreriam, seu viam sonat, ita ut idem sit quod droit de chauceé, apud nos. [Quid si a verbo quærere, quod scilicet hæc Consuetudo ostiatim colligeretur.]*

† **KERKA**, Onus, ex Gall. *Charge*, Hisp. *Cargo*. Theloneum Mon. S. Bertini: *Kerka Bersil, dabit 4. den. dimidia Kerka 2. den... Kerka piperis, 4. den. etc.*

\* Nostris, *Kerke*. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1163. in Chartul. 1. Fland. ch. 325. ex Cam. Comput. Insul.: *De Kerka piperis, iij. denarios. De Kerka aluni, iij. den. De Kerka brisill, iij. den. etc. Par tele Kierke et tel condition, etc.* in Lit. Florent. Hannon. ann. 1287. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1229. *Kierkie*, de agro culto, quasi fructibus onusto, in Charta ann. 1275. ex Tabul. eccl. Camerac.: *Doivent cil Jehans de le Tour et Liegars se femme et leur hoir prendre et avoir ces dix livrées de reute au Paresis par an paisiulment y tieres devant dites, soient vuides u Kierkies.*

\* **KERKEBODE**, Ecclesiæ fundus; Flandris enim *Kerk*, ecclesia, et *Boden*, fundus, latifundium. Vide *Boda*. Charta Balduini Fland. march. ann. 1119. in Chartul. S. Bert. pag. 181: *Sic tamen ut ubi hospites comitis, qui super vaccarias et berguarias ejus manent, per Kerkebode ierint, ibi quoque hospites S. Bertini eant.*

† **KERKEMAGISTER**, Quasi Magister Ecclesiæ; Belgis enim *Kerck* Ecclesia, unde ipsis *Kerck-meester*, *Æditus*, Gall. *Marguillier*. Litteræ ann. 1270. ex Archivo Audomarensi: *Cum diu habita esset questio. Curatum de Lampernelle ex una parte et Kerkemagistros et parrochianos dicti loci ex altera, super quadam domo sita in solo sacerdotali.... in quibus domo et appendiciis ipsi Kerkemagistri et parrochiani asserebant se pro parte jus habere.*

† **KERKEMANIA**, Fixio limitum in agris. Vide *Circamanaria*.

† **KERKERIA**, **KERRIDA**, Ecclesia, parochia, a Germ. *Kerck*. Charta Roberti Leodiensis Episc.: *Abbas S. Remigii cadente vel decedente investito loci ad Kerkidam de Mersne, presentet investitum, ubi de jure et consuetudine fuerit presentandum, cui quidem investito de bonis ipsis Kerkeriæ ad valorem viginti marcarum Leodiensium dicti Abbas et Conventus assignabunt.* Charta Hugonis Cardinalis: *Cedente vel decedente investito parochia loci præscripti, quæ Kerkeria in partibus vulgariter appellatur.*

† **KERMESINUS** COLOR, Purpureus lucidior. Vide *Cramesium*.

\* **KERMISSE**, Nundinæ, Fland. *Kernis*, a *Kerk*, ecclesia, et *Missa*, quo nomine appellari nundinas, quod in festis principalibus indicit et celebrari soleant, observatur in *Missa 4. Bulla Honor. PP. III. ann. 1219.* in Suppl. ad Miræum pag. 82. 1: *Redditus nundinarum atque alios, qui Kermisse vocantur, vobis competentes... confirmamus.*

† **KERNELLARE**, [Murum pinnis seu quermellis munire, Gall. *Creneler un mur*. Charta ann. 1293. apud Rymer. tom. 2. pag. 609: *Sciatis quod concessimus Edmundo fratri nostro quod ipse mansum suum... muro de petra et calce firmare et Kernellare; et illud sic firmatum et Kernellatum tenere possit.* Alia ann. 1306. ibid. pag. 985: *Nobis supplicaverit, ut nos sibi concedere velimus, quod ipse domum suam... Kernellare, et domum illam fortem facere possit muris, turrellis, fossatis, etc.* Vox frequens in Diplomatis, quibus Rex

firmamdi muniendique castellum sive aedes, privilegium concedit.] Vide *Quarnellus*.

† **KERNELLUS**, Pinna muri, Gall. *Creneau*. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. CLIV: Et pro muro purferit et pro plumbo, et pro Kernellis, xx. l. Vide Quarnellus.*

† **KERNYS**, Vagi, errabundi, interprete Th. *Blount* in *Nomolex. Angl. Idem* videntur qui supra *Katherani*. Charta *Eduardi III. Reg. Angl. ann. 13. ejus regni: Nec non de illis qui dicuntur homines otiosi, et malefactoribus, qui etiam Kernys dicuntur.*

**KERSONARIA**, Nasturtiaria area, Gall. *Cressoniere*. [\* Vel potius, Palus, lacus, stagnum. Vide supra *Cressonaria*.] Charta *Joisæ Dominæ de Wallaincourt ann. 1241. in Tabulario Monasterii Montis S. Martini: Molendino, scilicet, fundo, Kersonariis. Alia anni 1260. in Tabulario Belliloci in diocesi Rothom. pag. 45: Confirmo eleemosynam, Quersonariæ cusudam.*

† **KERSTRATA**, Via quæ ad Ecclesiam ducit, a Belgico *Kerck*, Ecclesia, et *Strata*, Via. Consuetud. Furnenses ex *Archivo Audomar. ann. 1240: Qui viam Ecclesiæ, id est Kerstrata foderit vel araverit et super hoc convictus fuerit per veritatem, emendabit Comitii 3. lib.*

**KETEL**, Cacabus, olla ferrea, aut ærea, Belgis. *Theloneum Monasterii S. Audomari: Centum veteris metalli, 4. den. unus broketel, 6. den. unus setrekeel, 2. den. unus Ketel, de 5. den. unum den.*

† **KETHRES**. Vide supra *Kechres*.

† **KEVERE**, Operculum seu vas quoddam quo lactariæ utuntur. Kennet. in *Gloss. ad calcem Antiqu. Ambröden. Computus Henrici Deye et Johannis uxoris de exitibus et proventibus de Dayri... Allocantur pro novo Kevero empto VIII. den. Kevera, in Gloss. Lipsii est Bruchus, Germanis hodie Kafer.*

† **KEUREN**, Lex, iudicium, Belgis *Keuren* est iudicare, legem constituere. Charta ann. 1291. apud *Miræum tom. 2. pag. 876: Leges etiam et iudicia, vulgariter Keuren appellata, edendi, instituendi et faciendi observari, recipiendique quod inde evenerit usque ad summam prelatatam.*

† **Communia**, ejusdem statuta et leges, Charta ann. 1283. ex *Chartul. 1. Flandr. ch. 364. in Cam. Comput. Insul. Donavi... plenam potestatem observandi sive tenendi statuta terræ Wasæ, quæ vulgariter dicuntur Keure. Alia ann. 1070. ex Chartul. S. Petri Gand. Ch. 17: Statutiones, quæ plebeia lingua Keure vocantur, super quolibet S. Petro attinentes non agat. Hinc *Keurter*, idem qui *Scabinus*, iudex civilis, in *Ch. Guid. Comit. Fland. ann. 1287. ex ead. Cam. Vide supra Chora.**

† **KEVROD**, Idem quod *Kemrod*, Armoricis, præstationis genus. *Tabularium Kemperleg. Ego Budic frater Hoeli Comitibus concedo monasterio sanctæ Crucis villam quæ dicitur Lesumadru, terram videlicet trium mensurarum mellis. De ipsa autem terra hic redditus est: scilicet terguisæath, Kevrod, multones, pastus, decima.*

**KEYE**, [Operculum, clavis.] Vide *Cone*. **KEYS**, Charta *Edw. III. Regis Angl. tom. 2. Monastici Angl. pag. 71: Nolo etiam, quod aliquis Senescallus, Constabularius, Ballivus, Keys, sive forestarius, serviens vel venator, per terras eorum venientes, ab ipsis nec ab hominibus suis pascantur.*

IV

\* **KHU KHAN**, Creber et subitus campanæ pulsus, Gall. *Tocsin*. *Chron. vetus ad ann. 1379. ubi de rebellione Montispepsi. ex Cod. reg. 9612. A. B. M.: Quod nobiliores de villa extraherent submersos, et universitas fundaret unam capellam sex capellanorum, quorum quilibet haberet quadraginta libras Turon. redditus, et in dicta capella esset campana, qua pulsatum fuit le Khu Khan. Huc spectare videtur vox *Kauchier*, mendose quidem scripta, in *Stat. ann. 1355. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 510. art. 8: Quiconques fait Kauchier, quatre deniers doit. Id est, qui tumultum movet. Vide supra Tanghanum.**

**KIDELLUS**, Machina piscatoria in fluminibus ad salmones, aliosque pisces intercipiendos. *Bettles, et Weres Angli* vocant. Magna Charta *Joannis Regis Angl. cap. 24. apud Matth. Paris: Omnes Kidelli deponantur de cetero per Thamesiam, et Medeweiam, et per totam Angliam, nisi per costeram maris. Fleta lib. 1. cap. 20. § 40: De his, qui piscantur cum Kidellis. [Et fuit seisisus de uno Kidello vocato à were, ac de libera piscaria in Potlok, in Bundello Escaet. de ann. 3. Eduardi I.]*

\* Hinc emendandus *Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. v. art. 30. ubi Bideli* perperam edidit ex *Reg. S. Justi fol. 35. v. col. 1. in quo Kideli* legitur, ut apud *Matth. Paris.*

† **KIDRIA**, Gummi cedri, *Matth. Silvatico. Vide Cedria.*

\* **KIENNES**, Monetæ Alemannicæ vel Leodiensis species. *Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 299: En l'èveschié et ou pais du Liège acheterent d'un accort et d'une volonité certaine monnoie, que on appelloit Ktennes;... ladite monnoie de Kiennes montans à la somme de deux cent et cinquante mars ou environ. Vide supra Chienes.*

\* **KIFERA**, Charta authentica, diploma. *Chron. Danic. ad ann. 1290. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 161: Eodem anno captus est archiepiscopus, et omnes gratiarum et privilegiorum Kiferæ vel literæ in choro Lundensis ecclesiæ combustæ sunt.*

† **KIL**, Cella, Monasterium, Hibernis. *Beda Hist. Eccl. 1. 5. cap. 9: Cui erat composito vocabulo a cella et columba, vocatus est Kolum-Killus. Vide Spelman.*

† **KILIANUS**, Nota temporis, quæ in veteribus Chartis aliisque MSS. Codicibus occurrit. Charta *Eberhardi Abb. Weissenburg. apud Fred. Schannat. Vindem. litter. pag. 18: Emit quoque a Monasterio Heilsbruggen partem decimarum in Rodt prope Rieberg pro c. florenis. Anno 1375. feria 2. post Kiliani. Codex Mellicensis MS. libros de Imitatione Christi complectens, de quo Mabilonius *Diplom. pag. 177. finitus dicitur die Kiliani 34. Forte supplendum post festum S. Kiliani: Kilianus enim inter Sanctos numeratur in Catalogo veteri Monasterii S. Michaelis Bambergensis ut testatur Schannatus ibid. pag. 51.**

† **KILINGE**, Armorum genus. Statuta *Equitum Theuton. art. 73. apud R. Duellium Miscel. lib. 2. pag. 59: Ipse (Treperarius) tenetur dare Fratribus ad arma deputatis spallaria, wappenrock, Kilinge, phavones, wappenhersum... cingulos, et vestimenta.*

† **KILINNAS**, Charta ann. 1065. apud *D. Calmet. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 461: Decimam partem tam in arboribus quam de pretio porcorum, sive utilitate apium eum per omnia habere volumus*

*atque firmamus, tam in Kilinnade, quam in sylva juxta curtem Stensicla. f. nomen est alicujus loci proprium.*

**KILKET**, Servilis quædam solutio. *Vetus Charta apud Spelmanum: Kilket, pro qualibet husbandrea 2. den.*

† **KILLAGIUM**, Tributum, quod pro facultate figendi in portu anchoram conceditur, a Gall. *Quille*, quæ est navis infima pars. *Literæ Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1409. apud Rymer. tom. 8. pag. 573: Capit ibi Killagium, scilicet de qualibet navi cum batello applicante ibi, octo denarios, etc.*

**KILLYTHSTALLON**, Quod domino penditur ad inveniendum equum admissarium (*estallon*) in tenentium suorum beneficium. *Spelm.*

**KILTH**, *Libertas villæ*, in MS. interpretatur, ait *Spelman*. qui vocis originem ignorare se fatetur.

† **KIMBA**, pro *Cimba*. *Abbo Floriac. de Obsidione Parisiæ urbis, apud Spelmanum:*

*Corripiunt ternas rabidi Kimbas satis altas.*

† **KIMELIARCHA**, Thesaurarius. Vide *Cimeliarcha*.

**KINGELD**, Tributi species, sic dicta, quod Regi exsolveretur: *King* enim Anglis Rex dicitur. Vide *tom. 1. Monast. Anglic. pag. 830.*

\* **KINSICA**, Pisarum suburbii nomen, ab apothecis Saracenorum mercatorum in eo habitantium sic dicti: *Kinsica* enim vel *Chinsica*, aut potius *Henticha* et *Enthea* est Apotheca, reconditorium. *Annal. Pisan. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 885: Kinsicam muraverunt a turre, etc. Vide supra Chincitha.*

† **KINTAL**, Ponderis genus, alias 100. librarum, sed e more loci varium. Hujus sæpe mentio fit in casu *Fogossæ* apud *Plowdanum*. Hæc *Spelmanus. Vide Quintale.*

**KIRALITER**, Vox conficta ex Gr. *κίρατος*. Fragmentum Anonymi *Beneventani cap. 5. apud Camillum Peregrinum lib. 1. Hist. Longob. Caput eundem Præulem, qui ei Beneventum Kiraliter præbuerat, etc. Id est, cum plena potestate et omni dominio. Vide Potestative.*

\* **KIRI**, *Lo segnore*. *Glossar. Lat. Ital. MS. Vide Kiraliter.*

\* **KIRRI**, *Lo porcho*, in eod. *Glossar.*

**KIRTEL**, Vestimenti species: *L'ordre observé à la Creation des Chevaliers des Bains: Un autre luy baillera ses brages, le tiers luy donnera un pourpoint, un autre luy vestira avec un Kirtel de rouge Tartarin.*

† **KIRVA TURBÆ**, Certa turbarum quantitas. Charta apud *Madox Formul. Anglic. pag. 251: In puram et perpetuam eleemosynam ad fodiendum singulis annis perpetuo septies viginti Kirvas turbæ in marisco meo de Kina.*

**KITONITA**, *κοιτωνίτης*, *Cubicularius*, in *Gloss. Gr. Lat. Luithprandus in Legat. Leo Kitonita. Ignotus Barenis in Chron. ann. 1025: Descendit Orestis Kitoniti cum exercitu. Vide Notas ad Alexiadem pag. 250.*

**KIVIT**, Avis prædatoriæ species. *Tidricus Langenius in Saxonia:*

*Est avis Kivit, quæ bellat quam cito vivit, Signans iratos homines ad bella paratos.*

\* **KLIMIA** seu *CLIMIA*, apud *Avicennam, est fumus seu fuligo adhaerens superioribus fornacis in purificatione cujuscumque metalli: storea vero est fæx descendens ad inferiora*, *Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.*



† **KLIOTETRA**, Sella plicatilis. Vide *Chlothedrum*.

\* **KLOCKUM**, a Belgico *Klocke*, Campana. Acta S. Liobæ tom. 7. Sept. pag. 762. col. 2: *Signum ecclesiæ, quod vulgo Klockum vocant, etc.* Vide *Cloca* 2.

† **KLOCUM**, Campana. Vide *Cloca* 2.

\* **KLOXGS**, *Singultus, pulsus viscerum, suspirium*, in Glossar. Simon. Januens. Vide *Clocire*.

**KMETHONES**, Servilis conditionis homines, apud Polonos, in Legibus Polonicis Chopini libris de Domino subditis.

\* *Villanus seu Kmetho*, in Stat. Casimiri ann. 1346. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 9. *Kmethonalia bona* ibid. pag. 261. *Kmeto*, in Mirac. S. Hiacinth. tom. 3. Aug. pag. 377. col. 1. Vide *Cmeto*.

† **KNACKIUS**, Monetæ Fuldensis species. Litteræ fundationis Collegii Jesuitarum Fuldæ ann. 1573. apud Schannat. Diœc. Fuld. pag. 955: *Tradimus mille florenos, quorum singuli quadraginta duobus Fuldensibus Knackiis constant.*

**KNAPONES**, Pedites milites. Hist. Australis ann. 1288: *Præcone Regis Aragonum pro exercitum valenter clamante, quod neminem occidant nisi milites galeatos, Knapones vero et scutiferos illæsos permittant abire.* Theutonibus *Knap*, est, alacer, agilis, celer: *Knapæ* vero, servus, minister, famulus.

**KNAVE**, Charta ann. 22. Henrici VII. Reg. Angl. apud Spelm.: *Joannes filius Willelmi Couper de Denby Knave, ad satisfaciendum Regi de omni eo, quod ad Regem pertinet, occasione cujusdam utlagariæ in ipsum in placito transgressionis ad sacram Regis promulgatæ 22. Maii. Ubi vox Knave conditionem ac classem hominis videtur indicare. Saxonibus Knava famulum sonat; hinc scildknava armiger, scuti famulus, quomodo forte Knave intelligi hic debet, nam et famulos dictos armigeros suo loco docuimus. Vide Janum Dolmerum ad Jus aulicum antiquum Norvagicum pag. 8. Edit. Danicæ.*

**KNEZ**, vel **KNEG**, [KNEZIUS, Princeps.] Vide *Caganus*.

† **KNIGHT**, Puer, minister, famulus, Sax. Cnyt; eodem sensu a Germanis etiamnum usurpatur; Anglis vero hodiernis est Miles, licet, ut observat Spelmanus, in veteribus eorum Instrumentis pro ministro adhibeatur. Vide *Knave*.

† **KNIP**, vox Belgica, Talitrum, Gall. *Chiquenaude*. Epist. obscur. Virorum pag. 21: *Ipse dixit, ecce Joannes Reuchlin est doctior quam vos, et dedit ei unum Knip.*

† **KNIPULUS**, KNIVUS, Ensis brevior, vel cutellus, Gallis *Canif*. Vide *Canipulus*.

**KNOPIS**, Tuber, nodus, Anglis *Knob* et *Knot*. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 965: *Teatus super Evangeliiis, cum uno claspî, habens ex uno latere quinque Knopeas argenteas, etc.*

† **KOGGE**, Navigii genus, Gall. *Coquets*. Vide locum in *Cogo*.

† **KOKA**, Eadem notione. Epistola Roberti Regis Calabriae ad Barchinonenses in Chron. Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 70: *Recepimus vestras litteras continentes disrobationem cujusdam Kokæ Bernardi Garrigæ civis Majoricarum, factam, ut asserit, per quosdam piratas regni nostri Siciliae.*

\* **KOKBON**, *Granum coctum, i. frumentum*. Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **KOKKUS**, Piscis testacei species,

Angl. *Cockle*. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 20. pag. 44: *Piscium tamen marinorum, excepto quodam de Kokkis accursu, non prius ibidem solito, nulla copia reficit obsidentes.*

\* **KOLOS**, Anus, in jam laudato Glossar. Simon. Jan.

\* **KONINHGESHUIVE**. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 662. col. 1: *Quilibet istorum mansorum habet clæ. jurnales terræ, quos appellamus vulgariter Koninhgeshuive.*

\* **KOPCE**, Polonica vocis sensum docent Statuta Vladisl. Jagell. ann. 1420. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 76: *Quod si contigerit aliquem litigantem pro limitibus docere vel ostendere scopulos dictos Kopce, ad minus tres, aut alia signa notabilia in campis, vulgariter Wyiasdy, etc. Ubi significantur silices ad metas appositi, ut metam esse ostendant. Vide in Testis 3.*

\* **KOPIEC**, Colliculus apud Polonos. Charta ann. 1473. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 142. col. 2: *Feci unum colliculum, alias Kopic, et fossatam, etc.*

† **KOSMUS**, Mundus, orbis terrarum, a Græco κόσμος. Charta Willelmi Pictavi. Comitum apud Stephanotium tom. 3. Fragm. Hist. MSS.: *Cunctis in propatulo per quadripartis Kosmi climata clare dignoscitur ob protoplasti nostri insolentiam omnem ejus successionis plantationem toxicato infectum esse antidoto.*

† **KOTARIUS**, Rusticus, mansionarius. Charta apud Somnerum in Tract. de *Gavellynd* pag. 29: *Item, si dominus Archiepiscopus fecerit scotallum infra boscum, quilibet terram tenens dabit ibi pro se et uxore sua 52. obolos et vidua vel Kotarius 1. obolum. Vide Cota 2.*

† **KOVER**, Operculum, clavis: Vide *Cone*.

**KRAGE**, inquit Saxo Grammaticus in Hist. Danica, dicitur lingua Danica, truncus, cujus semicæsis ramis fastigia conscenduntur; ita ut pes præcisorum stipitum obsequio perinde ac scæle beneficio natus, sensimque ad superiora provectus, petitæ celsitudinis compendium assequatur.

\* **KRENELLUS**, Pinna muri, Gall. *Creneau*. Reg. Phil. Aug. ex Chartoph. reg. sign. 34. bis part. 1. fol. 96. r. col. 2: *Tornellæ erunt de vj. pedes spissitudinis et x. pedes concavitatis, et duo paria stagiærum (sic) et scutum et Krenellum magis altum quam murus. Vide supra Cranelus.*

† **KRETAI**, Mumia. Matth. Silvaticus. **KRODO**, apud Saxones pro Deo cultus. Crantzius in Metrop. lib. 1. cap. 3: *Krodo nomen erat Idolo, quod Saturnum sunt arbitrati... Pertinet hodie in Gente execrationis vocabulum, ut quoties abominanda res est visa, Krodo cum indignatione dicant.*

\* **KROLESTWO**, Polonica vox. Charta Vladisl. Jagel. ann. 1422. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 84: *Pro exactionibus nostris, vulgariter Krolestwo nuncupatis, in signum subjectionis et veri domini, etc.*

\* **KRAWAWNE**, Polonica vox. Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 27: *Consuetudine iniquissima ministerialium extitit observatum, quod dum ad aliquem in via, vel alias occisum vocabantur, ipsium vestibus, in quibus fuerat occisus, jure ipsorum, quod ipsi Krawawne nominabant, expoliabant.*

\* **KULKORN**, Danis, Vectigalis species. Constit. Cristof. reg. Danor. ann.

1320. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 201: *Item, ut omnia et singula gravamina noviter imposita amodo non petantur, videlicet ploghs penninge, Kulkorn, thelonea, aut alia quæcunque post mortem Voldemari regis imposita et inventa.*

**KUNIGSTEUR**, Regium Tributum: vox Germanica, ex *kunig*, Rex, et *steur*, seu *steura*, tributum. Charta Henrici VI. Imp. ann. 1193. in Metrop. Salisburg. tom. 1. pag. 378: *Videlicet cum advocatia, et servitio Regio, subsidio, sive supplemento, seu steura, quod in vulgari Kunig-steur dicitur, etc.*

\* **KUNIKEGES**. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 663. col. 1: *Quilibet mansus tenetur Prumiam adducere glavem, id est lignarium sive acervum lignorum: qui acervus habebit xij. pedes in longitudine et vij. in latitudine; et pro lignario isto adducet quilibet mansus carradas xij. quæ ligna vulgariter appellantur Kunikeges. Vide Kunigsteur.*

† **KUNINGA**, Regina. De S. Cunigunde Imper. tom. 1. Martii pag. 271: *Et fit Kunigunda Kuninga, quod Latine interpretari potest regia, regina.*

**KURDAWANARIUS**. Vide in *Cordebisus*.

† **KYLYW**, Jusculi esse genus suspicatur Th. Blount in Nomolexico Anglic. Charta ann. 1131. in Monast. Angl. tom. 4. pag. 722: *Et sint ipsi abbas et monachi et eorum successores et omnes tenentes sui liberi et quieti... de pastu et de Kylyw et omnibus aliis exactionibus, quas forestarii et alii ballivi seu servientes terræ solent exigere.*

\* **KYNS-NEFFN**. Constit. Woldem. reg. Danor. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 173: *Item apertæ litteræ quæ dantur, debent stabiles esse, nisi possessor sigilli, cognatorum juramento, quod dicitur Kynsneffn, se possit defendere, quod litteræ tales nunquam ex consensu suo datæ erant.*

† **KYRIALIS**, Dominicus, a Gr. κύριος. Vita S. Wilfridi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 725:

Vimineo condens corpus Kyriale canistro,  
Exhausit vitro vitalem digne cruoram.

Ubi Fridegodus alludit ad illud S. Hieronymi de Exuperio Tolos. in Ep. ad Rusticum: *Nihil illo ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro.*

\* **KYRIE ELEYSON**, Milites ad pugnam procedentes cantare solitos, docent Mirac. S. Verenæ tom. 1. Sept. pag. 170. col. 2: *Kyrie eleyson cantantes, more fidelium militum properantium ad bellum, saliendo ingressi sunt Rhenum. Et quidem Kyrie eleyson pro tessera militari datum ab Henrico rege, cum Hungaros profligavit ann. 934. scribunt Bucelinus aliique. Vide Metchelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 165. [\*\*] et Glossar. med. Græcit. in hac voce col. 772.]*

\* **KYRIE ELEYSON cum Littera**, Cui scilicet verba, quæ addere solebant, notis musicis subjiciuntur, in Ordinar. MS. S. Petri Aureav. Ejusmodi mentio fit in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 3:

Il n'est sequense, n'alleluie,  
Bele note, ne Kyriele,  
Tant soit platsans, ne tant soit bele,  
Que trop n'auil, s'ele trop dure.

† *Kyrie eleison* inter funera adhibebant. Synodus Arelat. VI. can. 3: *Kyrie eleison in deducendo cadavere cantetur.*

Capit. Herardi cap. 58: *Ut exequiæ mortuorum cum lucto secreto et cordis gemitu fiant. Et psalmos ignorantes, Kyrie eleison ibi canant.*

KYRIELEISARE, Kyrie eleison concinere. Vita sancti Wunbaldi Abbatis Heidenheim. num. 28: *Omnis plebs cantantes Kyrieleisabant.*

KYRIELES, Litanîæ publicæ, in quibus Κύριε ἐλέησον decantatur: nos etiam Kyrieles dicimus. Auctor Miraculorum S. Berlendis Virg. cap. 2. n. 11: *Omnibus Clericis Hymnum concinentibus, Laicis vero Kyrieles celebrantibus.* Concil. Vassense, ann. 529. cap. 3: *Et quia tam in Sede Apostolica, quam etiam per totas Orientales atque Italiæ provincias, dulcis*

*et nimium salutaris consuetudo est intromissa, ut Kyrie eleison frequentius cum grandi affectu et compunctione dicatur: placuit etiam nobis, ut in omnibus Ecclesiis nostris ista tum sancta consuetudo, et ad Matutinum et ad Missas, et ad Vesperam Deo propitio intromittatur.* [Vide lib. 6. Capitul. cap. 205. et Capit. Herardi Archiep. Turon. cap. 114.]

\* Quod in iis Litanîis omnes Sancti invocentur, hinc nostri nomine Kyrielle vel Quirielle, Sanctos omnes designabant. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 261: *Lequel prieur mist la main à son espée et la tira toute nue, en regnyant Dieu et la Kyrielle qu'il tueroit, etc.* Aliæ ann. 1466. in Reg. 194.

ch. 239: *Icellui Guillemmin, en regniant tousjours Dieu et la Quirielle, dist que non feroit. Kisielle ex mutatione r in s, eadem notione, in aliis Lit. ann. 1406. ex Reg. 161. ch. 132: Le suppliant jura le vilain serment et dist ces paroles, En despit de la Croix, de l'Eaue benoiste et de toute la Kisielle, etc.*

† KYROFALCO, id est, dominus falco, secundum Græcam linguam; ita Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi cap. 4. Vide Gyrofalco.

\* KYRRIL, Kyrie eleison. Graduale Arelat. vel potius Narbon. 600. ann. in Bibl. reg. ubi de Ord. tonor. inter exempla referuntur quædam de Officiis, id est Introitibus, alia de Kyrris.